# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

[Ser. in-fol.]

## SCRIPTORVM
### TOMUS XXVIII.

VERLAG KARL W. HIERSEMANN

LEIPZIG 1925

[illegible]
4 OKT. 1949
[illegible]

## SCRIPTORUM TOMO VICESIMO OCTAVO CONTINENTUR:


| | | Pagg. |
|---|---|---|
| | Praefatio auctore W. Wattenbach | VII. VIII. |


# EX RERUM ANGLICARUM SCRIPTORIBUS SAECULI XIII.

EDIDIT F. LIEBERMANN.


| | | |
|---|---|---|
| I. | Ex Rogeri de Wendover Floribus historiarum | 3—73 |
| II. | Ex Mathei Parisiensis operibus | 74—443 |
| | Ex Cronicis Maioribus | 107—389 |
| | Ex Historia Anglorum | 390—434 |
| | Ex libro de gestis abbatum S. Albani | 434—440 |
| | Ex Vita Stephani archiepiscopi Cantuariensis | 441—443 |
| | Ex Abbreviatione cronicorum Angliae | 443—455 |
| III. | Ex Floribus historiarum qui Mathei Westmonasteriensis dicuntur | 456—504 |
| IV. | Ex Cronicis Iohannis de Wallingford | 505—511 |
| V. | Ex libris de rebus saeculi XIII. exeuntis apud S. Albanum scriptis | 512—526 |
| | Ex Willelmi de Rishanger narratione de bellis apud Lewes et Evesham commissis | 514—518 |
| | Ex Willelmi de Rishanger Gestis Edwardi I. regis | 518. 519 |
| | Ex Opere cronicorum Albanensi | 520. 521 |
| | Ex commentariis Albanensibus de Edwardo I. rege collectis | 521—526 |
| VI. | Ex Arnaldi cronica Londoniensi ediderunt R. Pauli et F. Liebermann | 527—547 |
| VII. | Ex Annalibus S. Pauli Londoniensibus | 548—551 |
| | Ex Annalibus Londoniensibus | 552—554 |
| | Ex chronico de Bello | 554 |
| VIII. | Ex Annalibus Stanleiensibus et Furnesiensibus | 555—559 |
| IX. | Ex Thomae de Eccleston libro de adventu fratrum Minorum in Angliam | 560—569 |
| X. | Ex Rogeri Bacon operibus | 569—583 |
| | Ex opere maiore | 571—574 |
| | Ex opere minore | 574 |
| | Ex opere tertio | 575—577 |
| | Ex Compendio studii philosophiae | 577—583 |
| | Ex epistola de secretis operibus artis et naturae etc. | 583 |
| XI. | Ex Iohannis de Tayster annalibus | 584—598 |
| | Ex continuatione I. | 591—597 |
| | Ex continuatione II. | 597. 598 |
| | Ex chronica Hulmensi quae Iohannis de Oxenedes dicitur | 598—600 |
| XII. | Ex Annalibus Norwicensibus | 600—603 |
| XIII. | Ex Bartholomei de Cotton Historia Anglicana | 604—621 |
| | Appendix. Relatio de Bonefacio VIII. papa capto et liberato | 621—626 |
| XIV. | Ex Walteri Gisburnensis cronica de gestis regum Angliae | 627—646 |
| XV. | Ex Petri de Langtoft chronico rhythmico | 647—662 |
| XVI. | Ex Roberti Gloucestrensis chronico rhythmico | 663—669 |
| | Addenda et corrigenda | 670 |
| | Index auctore L. de Heinemann | 671—700 |
| | Glossarium auctore L. de Heinemann | 701—702 |

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBUS RERUM GERMANICARUM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Locorum, quibus res in imperio gestae narrantur vel attinguntur, ex scriptoribus Anglicis excerptorum, quorum priorem partem Scriptorum tomus XXVII. continet, hoc tomo altera pars exhibetur, quibus colligendis ac seligendis, emendandis atque illustrandis V. Cl. Felix Liebermann per multos annos domi et in itineribus Anglicis summam operam navavit. Quae huic tomo insunt omnia ex scriptoribus saeculi XIII, praesertim ex chronicis monachorum S. Albani excerpta sunt, inter quos Matheus Parisiensis longe eminet; cuius opera amplissima quanti sint pretii ad historiam imperii, praesertim ad res gestas Friderici II. cognoscendas, nemo ignorat, quam ob rem dimidiam fere huius tomi partem loci uberrimi ex eius libris excerpti occupant. Sequuntur excerpta scriptorum Westmonasteriensium, Londiniensium, quorum uni edendo iam b. m R. Pauli operam dederat, aliorum, quibus omnibus cum aliae res in imperio gestae, tum Ricardi regis ac pontificum Romanorum historia et bella Flandrensia maxime illustrantur. Quamvis plerique horum scriptorum a viris doctis Anglicis nostro tempore satis accurate editi sint, et praesertim ii, quibus H. R. Luard, clarissimus

et meritissimus Mathei Parisiensis editor, curam suam adhibuit, omnibus fere iam numeris absoluti dici possint, tamen lector facile deprehendet, permulta de scriptorum nominibus et vita, de eorum scriptis et fontibus nunc primo recte statuta esse, plurima multis codicibus manuscriptis iterum collatis emendata esse, in quibus evolvendis praeter alios viros doctos praecipue Viri Cll. Alfredus Rogers Cantabrigiensis et J. H. Jeayes Londiniensis summa cum industria Virum Cl. F. Liebermann adiuverunt. Qui cum nec labori ad haec fragmenta colligenda perquam necessario pepercerit, nec taedio unquam se deterreri passus sit, fore speramus, ut labor fructu non careat; multos etenim historiae nostrae vere studiosos summe gavisuros esse confidimus, nunc se duobus modicis tomis omnia diligentissime collecta tenere quae saeculis XII. et XIII. in Anglia de rebus in imperio gestis conscripta sunt.

Dabam Berolini pridie Kal. Octobris 1887.

W. WATTENBACH.

# EX RERUM
# A N G L I C A R U M
# SCRIPTORIBUS

## SAEC. XIII.

EDIDERUNT F. LIEBERMANN ET R. PAULI.

# EX ROGERI DE WENDOVER FLORIBUS HISTORIARUM.

*Rogero de Wendover et Matheo Parisiensi monachis Sancti Albani*[1] *historia Germaniae tantum debet, ut de abbatiae scholaeque origine*[2] *pauca hic praedicere liceat.*

*Albanus Diocletiano imperatore*[3] *martyrium prope Verulamium*[4] *subiisse dicitur, ubi sepulcrum eius iam a.* 429. *a sancto Germano Autissiodorensi*[5] *cultum est. In ea quidem regione*[6] *fide christiana paullo post deleta, tamen sanctus Albanus etiam saeculo VI. per plagas occidentales*[7] *et meridionales*[8] *laudatus, saec. VII. ab Anglis, ecclesia iterum erecta, adoratus, in Bedae*[9] *martyrologio* 10. *Kal. Iulii notatus est. Saec. VIII. ex. Offa rex Merciorum coenobium S. Albani prope rudera castri*[10] *illius construxit*[11]*; sed nec privilegium*[12] *a.* 793. *datum, nec Fundatio Vitaque Offae neque eorum quae de monasterii fatis aevo Anglosaxonico narrantur multa a criticis probari possunt.*

*Nam et Gesta abbatum quae exstant, fabulis docte*[13] *adinventis repleta, abbates illius temporis nec recto ordine*[14] *nec notatis temporibus*[15] *enumerant*[16]*, reformationem autem saec. X. factam prorsus praetermittunt; et Wendoverius res Saxonicas universas et monasticas*[17] *ex libris quos adhuc habemus exscripsit, immo ipsorum S. Albani dioecesanorum seriem frustra quaesivit*[18].

*Quamquam etiam cladis Danicae tempore 'coenobium*[19] *numquam omnino*

1) Saint Albans in com. Hertford. 2) Qui de hoc monasterio disseruerunt, nimis creduli fabulis saec. XII. sq. fidem habuerunt; cf. Monast. Anglic. (ed. a. 1846) II, p. 178. 3) Gildae Exc. Brit. 10; Bedae H. Eccl. I, 7; Chron. a. 307. 4) De hoc loco Romano cf. Hübner, Inscr. Britann. p. 32. Anglice Verlamacaestir sive Vaetlingacaestir vocabatur; erat enim mansio in Watling via, paullo distans a bivio stratae Icknild. 5) V. S. Germ. I, 6; Herici Mir. Germ. I, 2. 19, in Actis SS. Iul. VII, p. 213. 258. 6) *Hac tempestate ecclesia Albani deiecta penitus creditur*, Wendov. a. 586. 7) Gildas l. l. 8) Venant. Fort. De virg. VIII, 3, 155. 9) Ex Beda sumptae sunt notulae Anglice vel Latine s. IX sq. scriptae ap. Hardy, 'Descr. Catal.' I, p. 3 sq. 26. 28 sq. 10) Vetus nomen Romanum apud Bedam et in tabulis usque ad a. 1006, ap. Math. Paris. Lib. Addit. ed. Luard VI, p. 21. occurrit. 11) Will. Malmesbur. Reg. I, 87; Pontif. IV, 179; Henr. Huntingdon. IV, 21; Ann. Anglosax. F (saec. XII) a. 793. 12) Theopold, 'Untersuch. über Offa' p. 105. Iam ante a. 1200. interpolatum erat; cf. Rad. Dicet. (ed. Stubbs I, p. 127) auctarium Albanense. 13) Mores saec. IX. tamquam cleri saec. XII. describuntur; peculium abbatis a bonis conventus iam tunc separatum fuisse narratur; ossa s. Albani saec. IX. in Danicam domum monachorum nigrorum translata esse, Anketillus quondam monetarius regis Dacorum, postea c. a. 1140. aurifex S. Albani ex Chronicis Danicis retulisse dicitur; G. Abbatum ed. Riley I, p. 12. 84. 86. Res a Friderico (a. fere 1075. abbate; cf. Malmesb. Reg. III, 298) gestae omnino fabulose narrantur; Freeman, 'Norman Conquest' IV, p. 398. 804. 14) Perperam Aelfricus Leofrico fratri, archiepiscopo creato, Edwardo Confessore rege abbas successisse dicitur (Wendov. a. 1214. et G. abb.); attamen potius Leofricus Aelfrico, qui Ramesburiensis et postea a. 995. Cantuariensis antistes factus est, successit. 15) Edwardus Confessor primo Leofstano abbate obiisse, tunc Frederici successoris amicus fuisse dicitur. 16) Per 270 annos dantur 9 nomina, fortasse non omnia. 17) A. 586. 793. Fundatio non ante saec. XII. ex. scripta, a. 512. Galfridus adhibentur. 18) A. 764. 19) Will. Malm. Pont. 179.

*ruinae patuit, tamen, sicut alia monasteria, tunc disciplinam ordinis amisisse videtur. Unde c. a.* 970. *a s. Oswaldo*[1], *ut secundum regulam Gallicam reformaretur, Aelfrico traditum est. Qui inter Saxonici aevi abbates Albanenses solus apud aliarum quoque ecclesiarum scriptores laudatus et episcopatu dignus habitus est; etiam primatis munere a.* 995—1006. *functus, litteris historiaeque*[2] *studiose opera data, S. Albano libros suos legavit*[3]. *'Cantum de s. Albano cum nota melica' compositum ei posteri Albanenses ascripserunt. Alioquin litterarum a monachis ante saec. XII. scriptarum ne vestigia*[4] *quidem reperiuntur, si tabulas et instrumenta excipis, quae inde a saec. XI. in. ordiuntur et paullatim in amplam copiam accrescunt. Leges autem, consuetudines, cartae, quas in aliis monasteriis iam scribae Anglosaxonici collegerunt, apud S. Albanum non ante saec. XIII. in cartularia redactae sunt. Immo codices huius monasterii, quamquam non pauci supersunt, omnes post saec. XII. med. exarati sunt.*

*Demum Lanfrancus, cui abbatia 'intus et extra ad nihilum fere devoluta' a Willelmo I. in allodium*[5] *confirmata est, Paulo nepote quasi altero fundatore*[6] *abbate (a.* 1077—1093*)*[7] *instituto, ut regulae Beccensis*[8] *Consuetudinarium*[9] *suum sedulo observaretur*[10], *ecclesia magnifice restauraretur, conventus bonis*[11] *privilegiisque opulente donaretur, strenue curavit. Unde per saec. XII. monachi digni visi sunt qui non solum suae congregationi praeficerentur, sed cellis, etiam per alienas dioeceses dispersis*[12], *munerarentur, aliis coenobiis reformandis*[13], *disciplinae quasi exempla, imponerentur, abbates prioresve*[14] *eligerentur.*

*Hadrianus IV, Sanctum Albanum, cuius monachus*[15] *pater eius, cuius cliens ipse puer*[16] *fuerat, magnopere veneratus, et qui ei proximi successerunt papae abbatem e potestate Lincolniensis episcopi exemtum*[17] *et mitra*[18] *donatum soli sedi Romanae*[19] *subiecerunt. Mox per episcopos etiam externos ad officia pontificalia absolvenda invitatos et per procuratores ad sedem apostolicam missos monachi de mediae quoque Europae*[20] *rebus facile certiores facti sunt.*

*Praedia igitur larga, pecunias*[21] *grandes, monachos*[22], *sacerdotes parochiales, laicos subiectos multos in potestate tenens, abbatia inter Angliae regni barones et ecclesiae praelatos altum dignitatis gradum ascendit; tantum autem munus sine tabulis, quibus iura, privilegia resque familiares notarentur, administrari non potuit. Itaque, 'arca cartarum'*[23] *iam pridem diligenter custodita,*

1) V. Oswaldi s. XI, ap. Raine, 'Historians of York' I, p. 427; V. Osw. auct. Eadmero, in Anglia Sacra II, p. 201. 2) Ann. Anglosax. Cantuar. a. 995. 3) *Alfric arcebisceop . . . becwæð into Sancte Albæne his bec ealle,* testamentum ap. Thorpe, Diplom. aevi Saxonici p. 550. 4) Quatuor versiculos qui c. a. 1000. fabricati dicuntur v. G. abb. p. 31. 5) Eadmeri H. Nov. I. Stigandus antea abbatiam possederat; Math. Addit. VI, p. 38; postea Anselmum a Paulo sustentum, abbatiam (c. a. 1100) 'a subiectione Cantuariae extractam' esse, etiam G. abb. I, p. 61. 71. concedunt. 6) Ab eo tempus computatur nota marg. ad Chr. Maiora a. 1183. 7) Will. Malm. Pont. 179; Wendov. a. 1077. 1093; Anselmi Epist. I, 71; Milonis V. Lanfr. 8) Unde Offa Beccenses saec. VIII (!) adduxisse iam saec. XIII. med. tradebatur; V. Offae ed. Wats (post Opp. Matth. Paris.) p. 986. 9) De hoc volumine cf. G. abb. I, p. 52. 61. 10) Auct. Dicet. I, p. 218. 11) Libri Domesday notae singulae collectae sunt Monast. Angl. II, p. 227. 12) Tynemouth in Northumbria; Wendov. a. 1090. 13) Kelsovae, Croylandiae; G. abb. I, p. 69. 121. 14) Selbiae, Westmonasterii, Monasterioli, Wigorniae, ib. p. 120. 133. 180. 246; a. 1200. *prior S. Albani Acharius factus est abbas de Burgo* (Peterborough) Ann. Winton. 15) Cf. SS. XXVII, p. 228. 16) G. abb. I, p. 112. 124. 136. Quodsi Robertus abbas Nicolaum coenobio prohibuisse dicitur, id cum temporum ordine pugnat. 17) G. abb. I, p. 128. Hoc postea in Anglia confirmatum est; cf. Auct. Dicet. I, p. 318. 330. 350; Wendov. a. 1162; Girald. Cambr. SS. XXVII, p. 418. 18) G. abb. I, p. 132. 199. 19) Iam Gaufridus abbas Romam profectus erat; Ann. Anglosax. Petroburg. A. 1125. Coelestino II. uncia concessa est; G. abb. I, p. 152. 20) Mag. Wodonem Italum in sacra scriptura audivit Radulfus abbas; G. abb. I, p. 106; de Ambrosio S. Albani iuris consulto Italo v. ib. p. 136. Etiam ex Hispania legati et monachus e Dania saec. XII. med. ad S. Albanum venerunt; ib. p. 83. 88. 21) Uno anno (fere 1209) 1000 marcae regi solutae sunt. 22) Iohannes a. 1195—1214. abbas anno 5. constituit, *ne fratrum numerus centenarium supergrediatur,* G. abb. I, p. 234. 23) Ib. p. 295.

*eo aevo 'rotuli*[1] *abbatis*[2], *cancellarii*[3], *cellerarii'*[4] *accurate habili scriptoribus saec. XIII. amplam historiae S. Albani domesticae construendae materiam*[5] *praebuerunt, nunc autem perierunt. At quae exstant necrologia*[6] *et cartularia*[7] *non pauca a saec. XIII. in. et medio ordiuntur.*

*Normanni, Anglos ut 'rudes idiotas' despicientes*[8], *Neustriae artes quoque et litteras saec. XI. ex. ad Sanctum Albanum transtulerunt. Paulus*[9] *enim, sicut fere omnes qui ei successerunt*[10] *abbates, 'amator scripturarum' laudatus, in ipso quod construxit scriptorio*[11], *'Lanfranco exemplaria ministrante, libros praeelectos scribi fecit'. Tunc monachi doctrinam*[12] *Beccensem secuti, cum de substantiae, personae, naturae nominibus scholastico more disputarent, a s. Anselmo*[13], *ut litteris Bernardo priori datis quaestionem solveret, impetrarunt. Paullatim multi libri*[14], *imprimis de fide, cultu, iure ecclesiae confecti, per saec. XII. colligebantur. Architecturae, picturae, sculpturae opera insignia, suo et praecedente aevo condita multa, artificum nominibus notatis, Matheus Parisiensis, ipse sculptor et pictor*[15], *diligenter notavit*[16]. *Quin etiam poeta scenicus, in Shakespearii patria fortasse primus, non alienus a S. Albano fuit; Gaufridus enim Cenomannensis*[17], *qui Radulfo abbati, quondam 'antiquariorum*[18] *domus rectori', a.* 1119. *successit, antea 'apud*[19] *Dunstaple scholae magister, de S. Katharina ludum, quem Miracula vulgariter appellamus, capas chorales a S. Albano mutuatus, fecerat'. Porro cum lites ecclesiasticae studium Decretorum*[20] *postularent, Dunstapliae et Tynemouthae Ricardus et Thomas, 'qui*[21] *Bononiae in iure et canonibus rexerant', priores nominati sunt. Saec. XIII. in. multi monachi titulo magistri*[22] *gaudebant.*

*Guarinus a.* 1183—1195. *abbas Matthaeum, fratrem suum 'apud Salernum in physica eruditum', priorem instituit, Guarinum nepotem, 'lectorem in Decretis', et ante eum Alexandrum Nequam, libri de naturis rerum et carminum Latinorum famosum auctorem*[23], *scholae in burgo S. Albani magistros praefecit*[24]. *Qui S. Albanum, ubi se natum et doctum professus est, ita praedicavit:*

**Hic locus insignes magnosque creavit alumnos.**

1) Quodsi Matheus Paris. a. 1189. quaedam *in veteri rotulo* inventa adiecit, vix opus Albanense ullum dicit. Sed G. abb. I, p. 107. afferuntur Albanensia *de alio rotulo.* 2) Eum laudat Math. Chr. Mai. I, p. 100. 3) Citatur ib. a. 1100. et in Auct. Dicet. a. 1116. 4) *Secundum antiquum rotulum Bartholomei clerici, qui cum domino Adam cellerario diu fuerat serviens ei; et ipsum rotulum sibi retinuit, de scriptis suis hoc solum eligens*, nota marg. saec. XIII. G. abb. I, p. 4. Adami ante a. 1146. et post a. 1174 (Mon. Angl. II, p. 228) cellerarii memoria inter a. 1181. et 1195. honorifice instituta est; ib. p. 107. 182. 206. Sed tali rotulo, ut ita dicam, oeconomico Mathei Gesta S. Albani iam saec. XII. med. praeparata fuisse, minime crediderim. Nam Adam p. 121. *illiteratus* dicitur; et verba de a. 1129, p. 87: *prout ab eis qui interfuerunt accepi* Matheus adinvenisse potest, nisi forte revera, quippe qui paullo ante a. 1200. natus sit, senes grandaevos audierit. 5) Unde iam a. 1116. 1146. 1166. in Auct. Dicet. et ap. Wendov. dies rebus Albanensibus adnotantur. 6) Codd. Cotton. Nero D I et Iulius D VII; cf. Hardy I, p. 626. 7) Codd. Harlei. 66. cett. enumerantur in Monast. Angl. II, p. 208. 8) In Obituario Albanensi, ed. Luard VI, p. 269, inter monachorum a. 1216—1253. defunctorum fere 256 nomina tantum 2 Anglosaxonica, 98 ecclesiastica, 156 Franconormannica numeravi. 9) G. abb. I, p. 57 sq. 10) Ib. p. 77. 94. 106. 11) *Domus scriptoriae* ap. Walsingham III, p. 393. et Hardy III, praef. describitur. 12) Nicolaus prior Albanensis saec. XII. med. de conceptione Virginis tractasse dicitur; Hardy II, p. 212; de Nicolao priore de Wallingford, Waltero praecentore, Roberto Dunstaplensi scriptoribus cf. ib. I, p. 530; II, p. 417. 244. 13) Epist. IV, 104; epist. III, 54. est hortatio monastica. 14) Bibliothecae catalogus desideratur; codices quorum in G. abb. fit mentio officiis divinis inserviunt. 15) G. abb. I, p. 394. 16) Ib. I, p. 83. 189 sq. 218 sqq. 233. 279—286. 314; de musica cf. p. 292. 17) Versus de eo laudat Hardy I, p. 17. Minus autem recte Galfrido Albanensi Vita s. Bartholomaei Farnensis ed. Acta SS. Iun. IV, p. 832. ascribitur, quae potius Dunelmensi monacho debetur. 18) G. abb. I, p. 106. 19) Ib. p. 73. 20) Ib. p. 509. 21) Ib. p. 307. 22) V. Necrologia. De mag. Rogero Poretano a. 1215. abbatem ad concilium Lateranense comitato cf. G. abb. I, p. 261 sq.; de Alexandro Langley 'rhetorico, qui litteras papae mittendas dictavit' ib. p. 260. 266. Hic obiit a. 1224. 23) Ed. Wright, Lond. 1863, p. 460. 503; cf. Hardy III, p. 57. 24) G. abb. I, p. 196.

*Quamquam igitur litteris artibusque ceteris iam pridem operam navarunt, monachi, Verolamii*[1] *antiquae civitatis lapidibus quamvis ad domos erigendas usi, antiquitati tamen investigandae et rebus quas viderunt posteritati tradendis studere diu neglexerunt, immo ne saec. XII. quidem*[2] *annales condiderunt. Potius scholae rhetoricae vel domesticae utilitati servierunt qui, primi rerum scriptores Albanenses, vitas sanctorum narraverunt, parum solliciti de veritate*[3] *et ad piam fraudem adinveniendam nimis proclives. In cella enim Tynemouthae Albanensis quidam, quondam prior de Wymondham, Vitam s. Oswini regis Deirorum a.* 651. *occisi, cuius ossa ibi a.* 1110.[4] *translata viderat*[5], *Bedam secutus exposuit et miraculis auxit**. *Laurentius, alter Albanensis, postea a.* 1160—1176. *abbas Westmonasterii*[6], *cuius Sermones*[7] *adhuc inediti latent, Vitam S. Edwardi Confessoris*[8] *ab Ailredo Rievallensi illustrari curavit*[9].

*Iam a.* 1129. *Albani Britanniae protomartyris reliquiis examinatis*[10], *cum de eius vita prorsus nihil, excepta Bedae*[11] *relatione brevi, compertum esset, commenticia legenda, quae auribus lectorum aevi XII. accommodaretur, docte efficta est. Auctorem igitur Britannicum*[12], *Anglis paganis coaevum, lingua Anglica usum*[13] *(!), se in Latinum vertisse, contendit Willelmus monachus, cum Simoni a.* 1167—1183. *abbati*[14] *Vitam s. Albani*[15] *fabulosam ante a.* 1177.[16] *inscripsit. Quamquam autem nonnisi apud 'Galfridum Arthurum', quem fortasse bona fide testem laudavit*[17], *nomen*[18] *Amphibali, socii Albani, se invenisse candide professus est, tamen confratres iam a.* 1177.[19] *Amphibali ossa detexerunt et Miracula*[20] *composuerunt; immo ipso aevo, se Passionem*[21] *Amphibali antiquis temporibus scriptam habere, mentiti*

*) *Ed. Raine, e cod. Cotton. Iulio A X, saec. XII, inter Miscell. Biograph. pro Surtees Soc. a.* 1834. *De Flandria p.* 14. *afferuntur haec:* . . . Facta est autem haec inventio sancti regis et martyris Oswini anno a
1065. Mart. 11. passione eius 414, videlicet anno incarnationis dominicae 1065, 5. Idus Martii. Et quia praedictus comes[22] Thostius interesse sanctae inventioni in ditione sua factae[23] noluit, eodem anno, culpis suis exigentibus, ab Anglorum regno expulsus, apud Baldewinum Flandrensem comitem,
1066. cuius filiam[24] sibi matrimonio copulaverat, exulavit. Et sequenti anno Haraldi, regis Angliae et fratris sui, gladio cum Norreganorum rege Haraldo in loco qui tunc Stanfordebrigge, nunc vero Pons-Belli dicitur de medio sublatus est. . . . . . .

1) G. abb. I, p. 52; cf. Buckler, 'Architecture of S. Albans' p. 16. 2) Si saec. XIII. in. tales exstitissent, Rogerus Wend. et Matheus Paris. abbates suos a. 1090. ad regni consilium, a. 1125. Romam profectos (Flor. Wig., Ann. Anglosax.), a. 1093. Malcolmum regem in cella Albanensi sepultum, a. 1141. Mathildam imperatricem apud S. Albanum triumpho gavisam, a. 1144. Galfridum de Mandevilla ibi captum esse, vix ignorassent, nec, Alexandrum dioecesanum suum, qui a. 1147. obiit, a. 1070. in Scotiam fugisse, vel Hadrianum IV. a. 1151. a S. Albano repulsum fuisse, fabulari potuissent. 3) De sigillis quoque falso adhibitis rumores sinistri spargebantur; cf. G. abb. I, p. 107. 222. 249. 4) Cf. Wendov. a. 1065. 1110. 5) Continuator est qui p. 54. rem a. 1184. gestam commemorat. 6) Cf. Raine, Laurent. Dunelm. pro Surtees Soc. a. 1880, p. xxxiv. 7) Hardy II, p. 410. 8) Ed. Twysden, Hist. Angl. SS. X, p. 369. 9) G. abb. I, p. 159; Hardy I, p. 638. 640. 10) De mendaciis Anketilli v. supra p. 3, n. 13. 11) Eum Venantiumque solos testes laudaverunt aevo XII. Will. Malmesburiensis et Will. Neuburgensis in Sermone de s. Albano, ed. Hearne p. 874; cf. SS. XXVII, p. 222. 12) Qui metu Anglorum, quos tamen mox conversum iri praesentit, curiae Romanae librum suum confirmandum allaturus introducitur; tamen c. 3. Celta hic *de loco qui vulgi consuetudine Holmhorst vocabatur* loquitur. 13) Ad hanc historiolam posteri Unwonam interpretem saeculi X. adinvenerunt; cf. G. abb. III, p. xiii. 14) Hic libris (velut Ioh. Saresber. Policratico v. SS. XXVII, p. 45) transcribendis operam dedit; G. abb. I, p. 192. 15) Acta SS. Iun. IV, p. 149; codices etiam Germanicos laudat Hardy I, p. 27. 80; citatur a Gervasio Cantuar. ed. Stubbs II, p. 15. 16) Translationem Amphibali nondum novit. 17) Tamen hanc imitatus ad auctores fictos provocavit. 18) Will. Neuburg. fabulatorem Monmouthensem aspernatus nomen non habet. 19) G. Henrici ed. Stubbs I, p. 175; Gerv. Cant. I, p. 265; Wendov. et exornate Math. Par. a. 1178. 20) Codex quem Hardy I, p. 14—18. laudat Coll. Trin. Dublin. iussu Math. Paris. confectus est (cf. Atkinson, 'Vie de Seint Auban' p. v); nescio num cum Wendov. a. 1178. conveniat. 21) G. Henr. et Wendov. l. l. 22) Northumbriae. 23) In Tynemouth cella Sancti Albani. 24) Iuditham.

*sunt. Willelmo autem adhuc superstiti Radulfus confrater Dunstaplensis ss. Albani et Amphibali Vitam metricam*[1] *ex illius libro haustam dicavit.*

*Tunc saec. XII. fere exeunte*[2] *Fundatio S. Albani conscripta esse videtur, quae a Wendoverio*[3] *transumpta et in Vitam Offae*[4] *iam aucta exornataque excepta est. Cuius auctor Malmesburiensem*[5], *Huntingdoniensem*[6], *cartas*[7] *S. Albano datas*[8], *Vitam s. Aethelberti legit et traditionem*[9] *de Offa per alias quoque partes Angliae divulgatam audivit, sed ut privilegia abbatiae iam saec. VIII. condita esse lectoribus persuaderet, Offam Romam profectum, a papa, ut Albanum canonizaret monasteriumque e dioecesi eximeret, impetrasse, fallaciter adinvenit. Unde in farragine fabularum consulto fictarum quid memoriae populari incertae debeatur, vix enucleari potest*[10].

*Iam bibliotheca monastica continuit historiarum codices non paucos, velut Iosephi Antiquitates*[11], *Eusebii Historiam ecclesiasticam*[12], *Cassiodori Historiam*[13], *Bedam*[14], *Gildam, Nennium*[15], *Galfridum Monmouthensem*[15], *Sigebertum*[16], *Willelmum Malmesburiensem*[15], *Henricum Huntingdoniensem*[17], *Iohannem Saresberiensem*[18], *Ailredum Rievallensem*[15], *Visiones*[15] *Tundali, Adami, Turchilli.*

*Tandem anno fere* 1204. *Radulfus de Diceto*[19] *pro S. Albano transcriptus, et paullo postea codex in margine et ad calcem notulis* a.* 1200—1215. *adiectis a diversis monachis adauctus est. Sane tenues sunt annales, plerumque in rebus domesticis versantes, sed verae historiae apud Albanenses prima initia.*

*Eodem fere tempore Reymundus, a.* 1195—1215. *prior*[20] *(qui privilegio*[21] *maximi momenti a.* 1188. *pro abbatia Romae impetrato, regum quoque Ricardi et Iohannis negotia ibidem, in Scotia aliisque locis executus est) Petri Comestoris Historiam Scholasticam comparavit*[22]. *Quae mox cuidam confratri fundamentum praebuit grandi operi historiarum ab origine mundi construendo, quod amplissime continuatum Matheus Parisiensis et posteri, de tam nobili domus suae monumento merito gloriati,* Cronica Maiora[23] Sancti Albani *appel-*

*) *Quas edidi 'Anglonorm. GQ.' p. 166; res nostras attingunt haec:*

1207. . . . Monachi Cantuarienses elegerunt apud Romam magistrum Stephanum de Langetune in archiepiscopum, quem dominus papa Innocencius III. consecravit Viterbii 15. Kal. Iulii.

1208. . . . Natus est Iohanni regi Anglie filius et vocatus est Ricardus. . . . . . .

1209. Otto, nepos Iohannis regis Anglie, electus in Romanum imperatorem, consecratus est a domino papa Innocencio III. Rome quarto Nonas Octobris. . . . . . .

1) Prologum ed. Hardy I, p. 13. 2) Certe post concordiam cum episcopo Lincolniensi de exemtione abbatiae a. 1162. factam et vix ante Willelmi Vitam Albani scripta, in Auctario Dicet. ed. Stubbs I, p. 128. iam adhibetur. Codices quos Hardy I, p. 17. 27. saec. XII. attribuit nihil sunt nisi partes librorum iussu Mathei Paris. exaratorum. 3) A. 765—796. Rogerum Wendoverium revera tractatu quodam separato usum esse, ex eo apparet, quod a. 758. 768. de Offa fragmentis aliunde excerptis, addidit: *sicut inferius dicetur prolixius; sed hec infra;* et post totam historiam de Albano invento, de Offa Romam profecto, de coenobio privilegiis donato uno annali 793. complexus est. Accedit, quod aeque ac V. Offae p. 984. hunc annum 507. post passionem computavit, quam tamen supra (minime a. 286. sed) a. 303. apposuerat. 4) Ed. Wats post Math. Paris. 5) Cf. Reg. I, 101. et Pont. 179. cum Wendov. a. 793. et V. Offae p. 986. 6) Cf. ed. Arnold p. 128. cum Wend. a. 788. et V. Offae p. 982. 7) Unde vera aliqua nomina Anglosaxonica hausit. 8) Cum interpolato Offae privilegio. 9) V. Walt. Map, SS. XXVII, p. 69, ubi *Gado* fortasse est Wada, heros Teutonicus; cf. Grimm, 'D. Mythol.' p. 350; ten Brink, 'Engl. Lit. G.' p. 185. 10) Cf. Theopold p. 103. 109. 112. 11) Iam cod. Reg. 13 D VI. 12) Cod. Reg. 13 B V. 13) Reg. 13 C XIV. 14) Reg. 12 F II. 15) Reg. 13 D V. 16) Auctarium Aquicinct. adhibuit Math. Par. a. 773. 17) Cf. Math. Par. ed. Luard I, p. 203. 18) V. supra p. 6, ann. 14. 19) De cod. Regio 13 E VI. v. SS. XXVII, p. 252. 20) G. abb. I, p. 199. 217 sq. 257; Wendov. infra a. 1196; cf. a. 1226. 21) Ed. Riley, G. abb. I, p. 498. 22) Certe ante a. 1214 (G. abb. I, p. 233. 294). Cum Tynemoutham (ubi a. 1224, 2. Id. Iul. obiit secundum Necrologium) relegatus esset, successit magister Walterus Remensis (G. abb. I, p. 247. 254. 260); forsitan hic Flodoardum secum attulerit. 23) Sive *Magna*, cod. Cotton. Vitell. A XX, f. 77; codicis P 1 volumen primum, quamvis fere totum ante Matheum compositum et fortasse exaratum, iam saec. XIV. *Historia Mathei Parisiensis* dicebatur; Madden, Hist. Angl. Math. Par. I, p. 455, n. 3. Alibi *Historia prolixior* vocatur.

*laverunt; quamquam auctor ipse, diversas historias secutus, potius* Flores historiarum[1] *libro suo inscripsit.*

*Cum fere ab initio Comestor et Dicetensis*[2] *adhibiti sint, opus quidem certe non ante a.* 1204. *inceptum*[3] *est; sed num una manu ad id aevum perductum sit, sane dubitare licet; cum inter a.* 1188. *et* 1189. *in Wendoverii et Mathei libris fortasse incisio quaedam, ut ita dicam, qua opus in duas partes dividatur, statui possit.*

*Nam ab hoc demum termino Gesta Henrici et Ricardi et Hovedenius adhibentur; atque ante a.* 1188. *plerumque plurali*[4], *ni fallor, numero, post singulari utitur*[5] *narrator, quandocumque de se ipso loquitur. Accedit, quod unicus qui integer servatus est operis Wendoveriani codex* 1 *post a.* 1188.[6] *in margine haec habet verba:* Usque hoc cronica Iohannis abbatis; *tum Mathei codex P* 1, *iam antea, Wendoverio fortasse superstite conditus, eo loco desinit; denique Mathei codex alter P* 2[7] *constat duabus partibus olim separatis, quarum prima, a.* 1188. *desinens, una manu exarata est.*

*Iohannem autem S. Albani*[8] *a.* 1195—1214. *abbatem hic designari, Luard primus recte statuit. Quodsi priorem partem usque ad a.* 1188. *integram, quamvis haesitans, ei ascribere velit, quin dissentiam facere non possum. Argute quidem animadvertit, a.* 1141. 1153[9], *locis Roberto de Monte desumptis, bis verba* apud Wallingford, *cellam quam ante abbatiam Iohannes prior rexit, et a.* 821. *sententiae Malmesburiensis haec addita esse:* Quidam sic ait *cum duobus versibus, qui in altero codice*[10] *Albanensi* Versus abbatis Iohannis de Sancto Albano *saec. XIII. med. inscripti inveniuntur. Neque vero haec argumenta sufficiunt, et gravia sunt quae Luardi coniecturae obstant. Nam sermo modusque libros excerpendi post a.* 1189. *vix mutantur*[11]; *quod si cui in duobus auctoribus unam scholam secutis non ita mirum videtur, tamen Wendoverius, qui Iohannis 'litteraturam et religiositatem' praedicat*[12], *vel Matheus, qui hoc elogium ad sanctitatem effert et alibi*[13] *Iohannem Parisiis eruditum, grammaticum, physicum, librorum amatorem, eiusque versus*[14] *multis verbis laudat, quomodo de eius opere historico prorsus silere potuissent, si ei annalium integram primam partem debuissent? Adde*[15] *quod a.* 1213. *in magno concilio apud S. Albanum habito barones libertates ab Henrico I. concessas animadverterunt, eas tamen postea*[16] *demum Lundinii legere potuerunt; sine dubio Iohannes, eorum non minima*

1) Ita inscribuntur codices 1. 2. P 1. P 2. P 3. 2) Cf. supra p. 7, ann. 19. 3) Erraverunt igitur viri docti qui priorem aliquam partem saec. XII. exstitisse opinati sunt; velut, cum Pits Walterum S. Albani praecentorem saec. XII. med. historicum laudaverit, eius opere, de quo nihil constat, usque ad a. 1154. vel a. 1188. perducto Wendoverium usum esse, censuit Hardy III, p. XXVI. Sed autographum perditum saeculi XIII. in. characteres exhibuisse ex codicum mendis apparet: saepissime *c* pro *t*, *n* pro *u*, *ri* pro *n*, *iu* pro *ui* scriptum est. Auctor ipse a. 734. 975. 1110. ad res saec. XII. ex. gestas refert; Stephanum regem, cuius filius a. 1160. mortuus est, a. 1153. *omni herede viduatum* vocat. — Lustro a. 1095—1100. paginae 118, annis autem 1180—1185. tantum 14 occupantur; sane mirum, si auctor saec. XII. vixisset! 4) Ed. Luard, Cron. Mai. I, p. 2. 95. 344. 421. 442. 536; II, p. 38. 118. 5) A. 1189: *scriberem si non dubitarem;* a. 1191: *ut iam dixi.* 6) V. infra eo anno. 7) P 3. desinit paullo post, morte Henrici II. narrata. 8) Certe perperam alii de Iohanne priore Hexhamensi (de quo cf. SS. XXVII, p. 12) cogitaverunt. Nam eius liber neque eo anno desinit, neque ab Albanensibus adhibitus est; neque de fine ullius alius operis eiusmodi notae margini codicis appositae sunt. 9) Sed a. 1153. compilator forsitan locum Roberti paullo praecedentem, SS. VI, p. 502, secutus sit; et ad a. 1141. etiam Matheus, quamvis longo tempore post Iohannem vixerit, singula quaedam adiicere potuit. 10) Cotton. Iulio D VII. f. 14'. in marg. 11) Nimirum narratio paullatim post a. 1189. amplificatur et saepius locos alibi non inventos praebet, cum suum aevum attingat auctor. 12) A. 1195. 1214. 13) G. abb. I, p. 217. 246; haec Luardum quoque ut haesitaret induxerunt. 14) Ib. p. 244. 247. 15) A. 1174. duobus locis ex Dicetensi sumptis Cestrensis comes iuxta Leicestrensem ponendus, tamquam unus diceretur, omissus est; forsitan cum post a. 1215. comitatus Leicestriae Cestrensi custodi traditus sit. 16) Domesticae vanitatis sunt verba quae Matheus Hist. Angl. a. 1100. habet: *sublate sunt hec carte, vix tribus remanentibus, videlicet apud Cantuariam, apud Sanctum Albanum et apud Eboracum.*

*pars, iam pridem in sua domo chartam illam produxisset — neque Wendoverius vel Matheus tam grande de libertate Anglicana meritum silentio praetermisissent —, si Flores historiarum, ubi ad a.* 1100. *charta exstat, ipse scripsisset*[1].

*Atque plus uno filo in tela Albanensi comprehendere mihi videor, minime tamquam postea additum facile evellendum, quod a.* 1214, *quo Iohannes obiit, nondum intexi potuit. Ad a.* 1179. *concilium Lateranense a.* 1215. *habitum commemoratur, atque epistola patriarchae Hierosolymitani Innocentio III. tunc missa iam ad a.* 1099, *et inde ab a.* 1184. *Willelmi Tyrii Continuatio*[2] *post a.* 1216. *finita adhibentur. Itaque Iohannis opus, si umquam exstitit, certe non omnes Wendoverii Flores continuisse potest. Forsitan tamen nomine Iohannis nonnisi ille abbas designatus sit, qui, Wendoverio ad historiam conscribendam inducto, priorem eius tomum, quem inceptum adhuc superstes vidit, possederit. Quae mea sententia bene cum eo concordat, quod locus a.* 1028, *utpote quo Henricus I. Anglorum rex* senior[3] *vocetur, antequam Henricus filius Iohannis a.* 1216. *coronatus est, scriptus videtur. Wendoverii igitur auctoris*[4] *nomine retento, nihil nisi Iohanne abbate primum volumen, a.* 1188. *desinens, conditum esse, ex illa notula margini unius codicis inscripta concludere velim.*

*De vita auctoris pauca tantum comperta habemus. Rogerus, de Wendover*[5], *loco comitatus Buckinghamiae, ubi fortasse natus est, in suo opere*[6] *et a confratribus*[7] *coaevis cognominatus, monachus Sancti Albani et sacerdos*[8], *anno fere* 1217.[9] *cellae de Belvoir*[10] *creatus est prior; unde partibus monachorum qui Willelmo a.* 1214. *abbati eligendo restiterunt vixfavisse mihi videtur, potius eius* promotionem quibusdam fratribus in visione nocturna praeostensam *fuisse praedicavit. Sed abbas,* firmata per totum regnum pace . . . et tempore guerrae *Scoticae, id est a.* 1219[11], cum visitasset cellam de Bealvair, audivit arcanas querelas de priore illius domus domino Rogero de Wendovere, quasi dissipasset bona ecclesiae in prodigalitate incircumspecta. . . . Ad horam dissimu-

1) Si quis mihi respondet, fortasse post mensem Augustum a. 1213, tamen a Iohanne Flores scriptos esse, equidem paucis mensibus tantam molem absolutam esse, minime crediderim. 2) Codex S. Albani saec. XIII. in. iam Musei Brit. est Regius 14 C X. Continuator, Itinerarii Ricardi libro I. usus, Iohannem de Brienne Henrico regi successisse alucinatur (sic quoque Wend. a. 1196) et Honorium III. commemorat; cf. fragmenta ap. Stubbs, Itiner. Ric. p. LXV. LXX. LXXXIII. 3) Ita Math. Cron. Mai. Revera scriba codicis 1, pristina lectione minus accurate quam apud P. servata, secundum usum posteriorem *seniorem* omisit et numerum *primi* inseruit. 4) Sermo utriusque partis similis videtur; sed hoc nihil fere probat, cum, si duo auctores, certe unius aevi et scholae fuerint. Cf. tamen e. g. a. 1098. verba Baldrico inserta: *Visi sunt angeli in aere volitantes*, et a. 1234: *Visi sunt in aere angeli Sathane volitantes.* A. 1106. Willelmi de Albini (domini de Belvoir) facinus alibi non narratum additum est; nonne eadem ratione Wendoverio priori de Belvoir opus attribui debet, qua Luard (supra p. 8) id priori de Wallingford ascribere voluit? 5) Eiusdem nominis gentes ex aliis quoque comitatibus et homines cum S. Albani rebus coniunctos enumerat Coxe I, p. VII sq. Forsitan noster propinquus fuerit mag. Ricardo de Wendovre, physico Gregorii IX, postea canonico Londoniensi, qui crucem a papa morituro acceptam S. Albano legavit et a. 1252. obiit; Math. Cron. Mai. V, p. 299; Hardy, Fasti eccl. Angl. II, p. 414. 433. 6) Ita in cod. 1 et 2, qui quidem *Wendover de Wendover* habet, sed primum verbum expunctum est. 7) Math. Cron. Mai. a. 1235; Necrolog. in Libro addit. VI, p. 274. 8) Necrol. Unde ab antiquariis praecentor vocetur, nescio. Cum eo aevo multi confratres titulo magistri gauderent, 'dominus' Rogerus Parisios non adiisse videtur. 9) Successit (G. abb. I, p. 271) Radulfo Simplici, qui (Necrol. p. 270) 3. Id. Oct. a. 1217. obiit, dilapidator quidem reprehensus, sed numquam, quoad novimus, depositus. Radulfi decessor Simon a. 1204. mortuus dicitur Monast. Angl. III, p. 284. 10) Prope Grantham in com. Lincolniensi a. 1088 (G. abb. I, p. 66) fundatae. 11) Ut Hardy III, p. XXXVII, Rogerum demum a. 1231. depositum esse, censuerit, cum G. abb. editor Riley seduxit, qui codicem saec. XIV. secutus inter Mathei Parisiensis sententias de prioribus revocatis incendium a. 1231. factum interpolavit. At qui eodem tempore quo noster munere soluti sunt, Radulfus de Whitby a. 1226, Radulfus Gubiun, deinde (certe per aliquot annos!) *praecipuus consiliarius* abbatis (G. abb. I, p. 273), a. 1223. obierunt (Necrol. p. 271); etiam Wymondhamensis et Tynemouthensis multo ante a. 1230. prioratum amisisse dicuntur (Monast. Angl. III, p. 326. 307). Apud Math. Cron. Mai. a. 1235. noster *prior aliquando de Belvero,* per breve igitur tantum tempus fuisse dicitur.

lans, observabat omnia. . . . Igitur sine strepitu cito post hoc revocatus est . . . Rogerus de Wendovere prior de Bealvero[1]. *Postea apud S. Albanum*[2] *degisse, sed amicitiam abbatis, qui ob domus suae iura bonaque externa accurate administrata a Matheo Parisiensi praedicatur, numquam sibi reconciliasse videtur. Frigidis enim ieiunisque verbis de eo a.* 1235. *mortuo ne formulam quidem 'piae memoriae' adiecit. Paullo post, a.* 1236[3], *Mai.* 6, *obiit.*

*Historiam scribendam, ut supra*[4] *dixi, post a.* 1204, *sed Iohanne abbate, ante a.* 1214. *aggressus, a mundo creato ad suum aevum*[5] *eam perducere voluit. Annis autem quibus prioratu functus est in humili domo de Belvoir vix tantam librorum copiam invenerit, ut Flores suos eis decerpere potuisset. Quodsi his annis opus inceptum interrupit*[6], *facile intelligitur, quomodo ante, quasi scriba a Iohanne vel conventu iussus, plurali numero, postea, ut persona gravior et maturior suam potius indolem secutus, de se ipso singulari locutus sit. Forsitan igitur priorem operis partem sub a.* 1188. *abruperit, cum a.* 1217. *a scriptorio S. Albani discederet. Certe annales* 1193.[7] 1200.[8] 1209.[9] 1215.[10] 1216.[11] *non ante a.* 1219. 1214. 1217. 1225. 1220. *componi potuerunt. Neque ab anno quidem* 1220, *quo domum reversus est, omnes res simulatque comperit statim in eam quam nobis reliquit*[12] *formam redegit; velut de a.* 1217.[13] *post a.* 1227, *de a.* 1221. *post a.* 1226[14], *de a.* 1227.[15] *post a.* 1232. *narravit*[16]. *Num forte opus retractaverit, ignoratur.*

*Cum postremo ad a.* 1235. *de Iohannne II. abbate suo Sept.* 9. *benedicto et de Friderici II. nuptiis Iul.* 15. *in Germania celebratis ample retulerit, calamum certe paucis tantum ante mortem mensibus deposuit. Quin autem revera ipse opus produxerit usque ad a.* 1235 *(terminum*[17] *quo uterque codex, Wendoverii nomine colophone adiecto, desinit, et Mathei Parisiensis archetypus verba:* Rogerus hucusque, incipit Matheus *etc. in margine manu coaeva inserta habet), quidam levissimis argumentis nisi, sine causa in dubium vocaverunt. Equidem errore rubricatorum factum esse putarim, ut in codice apographo*[18] *P* 2 *nota illa Mathei iam a.* 1234.[19] *apposita, et codex* 2[20] liber II. de Floribus historiarum . . . usque ad a. 1234. *inscriptus sit. Nam neque iam ab hoc annali Mathei orationem paullo agitatiorem*[21] *exordiri probatum est; et Chronica Maiora eodem modo quo antea per a.* 1235. *prius opus verbis sententiisque adauctum, immo Gregorii IX. epistolam de Itinere Sacro a.* 1234. *datam hoc anno integram praebent*[22], *cuius breve summarium iterum falso loco — itaque ab altero auctore, scilicet a Wendoverio — a.* 1235.[23] *exhibetur. Quodsi Thomas de Walsingham*[24], *historicorum Albanensium postremus, a. fere*

1) G. abb. I, p. 270 sq. 274. 2) Nam archiepiscopum Armeniae de Cartaphilo (Iohannes sive χάρτα φίλος ex Ioh. 21, 23; cf. Neubaur, 'Sage vom Ewigen Juden') a Christi tempore superstite a. 1228. apud S. Albanum locutum ipse audiisse videtur; ed. Coxe IV, p. 176. 3) Ita Necrologium; perperam 1237. priores legerunt, cum annus *lit. E bissextilis* designetur. 4) Cf. p. 8 sq. 5) V. prologum. 6) Multis forte annis inter tempora quibus annales 1100. et 1213. scripti sunt elapsis, non mirum quod Henrici I. chartam utrique loco apposuerit. 7) *Saphadinus* (qui obiit a. 1218) '15 *filios habuit.* 8) Legenda de s. Hugone adhibetur, in qua *bonae memoriae Willelmus Lincolniensis cancellarius*, qui obiit a. 1213, commemoratur. 9) Alexandro Caementario prorsus oppresso, pro quo rex a. 1215. papae scripsit; cf. Pauli, 'Gesch. von England' III, p. 347; Hardy III, p. 62. 10) Ubi loco Magnae Chartae Iohannis confirmatio a. 1225. data affertur. 11) Ubi Oliverii Hist. Damiat. exscribitur. 12) Tamen verba de a. 1214, ed. Coxe III, p. 295, ante a. 1235. scripta sunt. 13) V. infra Honorii III. successionem. 14) *Mors episcopi Dunelmensis* commemoratur. 15) V. infra Anglorum *peregrinationem per quinquennium.* 16) Saepe lector ad 'subsequentem historiam' remittitur. 17) V. finem excerptorum. 18) Ed. Luard III, p. 290; cf. p. VII. 19) Quae a. 1235. in marg. leguntur: *Hucusque in alio libro* saec. XIV. scripta sunt. 20) Codex 2 desinit tamen eodem a. 1235. quo 1. 21) Hoc argumentum urgere vult Madden, Math. Hist. Angl. III, p. XXIII. Sane versus operis finem res minutae vivaciore colore depinguntur, nimirum quia tunc domum, ut supra demonstravi, auctor omnia comperta statim notavit. 22) III, p. 280. 23) Ib. p. 309. 24) Ed. Riley, Ann. S. Albani II p. 303.

1400. *scripsit:* Rogerus de Wendovere . . . digessit cronica sua usque ad tempora regis Henrici a conquestu secundi, *hic error ortus esse videtur e nota ad calcem tomi primi*[1] *Chronicorum Maiorum saec. XIV. med. adiecta, videlicet:* A. 1189. est vera continuacio historie Mathei Parisiensis.

*Libri e quibus Flores historiarum usque ad a.* 1188. *excerpti sunt, satis amplam bibliothecam efficiunt. Sunt autem hi: Vetus et Novum Testamentum; Petri Comestoris Historia Scholastica*[2]*; Iosephi (Hegesippi) Bellum Iudaicum; Gesta pontificum Romanorum*[3]*; Hieronymi Chronicon; Isidori Etymologiarum l. VIII, c.* 5*; Bedae*[4] *Hist. Angl., Vitae Cuthberti*[5] *et Girvensium*[6]*; Pauli Historia Romana (Miscella); Freculfus Lexoviensis*[7]*; Ado Viennensis*[8]*; Nennius; Galfridus Monmouthensis*[9]*; Flodoardi Remensis Annales*[10]*; Hugonis Floriacensis Historia ecclesiastica*[11]*; Willelmus Gemmeticensis*[12]*; Marianus Scotus a Florentio aliisque Wigorniae ad a.* 1131.[13] *continuatus; Sigebertus*[14]*; Annales Anglosaxonici*[15]*; (Asserii) Chronicon S. Neoti; Simeonis Dunelmensis Historiae Regum et Dunelmensis*[16]*; Willelmi Malmesburiensis Gesta Regum et Pontificum; Henricus Huntingdoniensis; Aethelredi Rievallensis Genealogia*[17] *et Vita Edwardi*[18]*; Robertus Torinneius abbas de Monte*[19]*; Radulfi de Diceto Abbreviationes et Ymagines cum auctario Albanensi*[20]. *Ad res Terrae Sanctae describendas plerumque Willelmi Tyrii*[21] *paginae integrae transsumptae, quibus tamen nonnullae sententiae de primo itinere sacro interspersae sunt, quae iam nonnisi apud Baldricum, Robertum monachum, Fulcherum, in Gestis Francorum, in epistola patriarchae*[22] *inveniuntur, sed a nostro fortasse in libro quodam*[23] *collectae legebantur.*

*Tum auctor multis sanctorum Vitis usus est, scilicet s. Albani auctore Willelmo*[24]*; Germani*[25]*; Iohannis Eleemosynarii a.* 611*; Guthlaci auct. Felice a.* 714*; Neoti a.* 878*; Passione Eadmundi auct. Abbone a.* 870. *et Miraculis*[26] *a.* 1014*; tribus Dunstani Vitis auctt. B[ridferto?], Adelardo*[27]*, Osberno; V. Oswini*[28] *a.* 651. 1065. 1110*; Edwardi Confessoris; Margaretae reginae Scotorum a.* 1067*; Anselmi auct. Eadmero a.* 1100*; Wulfrici Haselburgensis a.* 1154. *mortui a Iohanne abbate de Ford c. a.* 1184. *scripta*[29]*; Godrici auct. Reginaldo a.* 1170*; Thomae auct. Iohanne. Scripta minora in auxilium vocavit compilator haec: Henrici Salteriensis tractatum*[30] *de Oeno qui a.* 1153. *purgatorium s. Patricii intravit et de presbytero qui se castravit a.* 1156*; Leges Eadgari a.* 975*; Legum Canuti versionem Latinam a.* 1022*; Chartam Henrici I.*

1) Codicis P 1 vol. I. 2) Cf. supra p. 7. 3) Certe usque ad a. 515. 4) Laudatur a. 450. 725. 734. 764; codex Albanensis est Reg. 12 F II. 5) A. 686. 6) A. 703. 7) Ad res Numae Pompilii. 8) Usque ad a. 483. 9) Laudatur a. 304. 686. 689. 10) Nonnisi a. 936, quem v. infra. Cf. supra p. 7, n. 22. 11) Quamvis multa usque ad a. 748. inde mutuatus sit, eam numquam laudavit; immo Hugone, Iustinum et Hist. Miscellam secuto, ad narrationem de Roma a Brenno expugnata usus, *Historiam Romanam* citavit. Hugo eodem aevo Cicestriae quoque adhibitus est; cf. cf. 'Anglonorm. GQ.' p. 84. Abbas S. Albani a. 1155. Floriacum venit; G. abb. I, p. 128. 12) Hugo et Willelmus in uno codice coniuncti alibi quoque habentur; cf. SS. IX, p. 341. 13) Cf. a. 1028: *Marianus . . . cronicorum digessit librum ad a.* 1131. 14) *Sigisbertus* a. 450. laudatur, fortasse cod. C 1, qui Cantabrigiensibus a. fere 1200. potius quam (SS. VI, p. 290) saec. XIII. ex. ascribendus videtur, certe neque Aquicinctinus nec solus Rob. Tor.; cf. a. 962. 1076. 15) Codex ordinis E (Petroburgensis) certe usque ad a. 1075. adhibetur, vix, ut Luard censet, ad a. 1127. *Cronica Anglorum* a. 686. laudatur. 16) Vix tamen Eboracensis, ut a. 831. quatuor verba excerperentur. 17) A. 1067. 1090. 18) A. 1095. 19) Fortasse non ultra a. 1157. 20) Cf. supra p. 7. 21) Eum laudat Math. Cron. Mai. a. 1098. 22) Quam Iacobus de Vitriaco quoque l. I. adhibuit; neque hoc neque libro III (ap. Martene, Thes. II, p. 277) Albanenses usi sunt. 23) Inde fortasse initium orationis a. 1095. ab Urbano II. Claromonte habitae affert. 24) Cf. supra p. 6. 25) Laudatur a. 450. 26) Fortasse dicit Heremanni opus ed. 'Anglonorm. GQ.' p. 203. 27) Ei a. 946. deberi, Luard VII, p. 602. addidit. 28) Cf. supra p. 6. 29) Inedita; cod. Cotton. Faustina B IV. saec. XII. ex. quaedam nova de s. Bernhardo et Innocentio II. praebet. 30) Ineditum; praeter codicem a Luard collatum exstant Arundel 292. saec. XII. et Harleiani 261. et 3776. saec. XIII; Hardy I, p. 72 sq.

a. 1100; Constitutiones de Clarendon[1] a. 1164; acta conciliorum a. 1146. 1179. 1215; epistolam Alexandri III.[2] de Petro Lombardo; epistolas Thomae Becket. Carminibus Romanis raro tantum flosculi iique potius ad historiam illustrandam quam ad sermonem exornandum[3] decerpti sunt; velut ad Brenni gesta Lucanus (falso), ad Rufini acta a. 400. Claudianus laudantur[4].

Tantam librorum copiam perlustranti mihi suspicio incidit, utrum unus monachus omnia illa tam diversa opera, multa ut perpauca eis desumeret, revera inspexerit, an potius corpus historiae ex illis auctoribus iam antea collectum, hodie autem perditum, in usum suum verterit. Certe plus quam 20 libros praeter eos quos dixi compilatorem nostrum legisse, ipse Luard, qui primus Wendoverii fontes industrie et docte investigavit, minus recte statuit, quia Hugonis Floriacensis[5] Historia ecclesiastica ex illis libris vel ex eorum fontibus composita eum effugerat[6].

Restant quidem praeterea haud paucae particulae, quae in libris adhuc servatis non inveniuntur, ex quarum vero argumento et forma facile cognoscitur, eas ex paucis fontibus iam incognitis manasse. Ex Catalogo[7] enim paparum usque ad a. 1153. desumptum est, quamdiu pontifices sedem apostolicam occupaverint. Aliae notitiae martyrologio[8] et calendario Anglosaxonico[9], quae quoad novi in lucem non prodierunt, deberi videntur. Tum Annalium Northumbrensium, quos ex Libello de regibus Saxonum et aliunde b. m. Pauli SS. XIII, p. 101. 154. restituit, reliquiae quaedam alibi desideratae apud Wendoverium exstant[10]. Ex uno[11] Angliae Orientalis chronico quae a. 870. de s. Edmundo, a. 1020. 1032. 1043. de eius et Ramseiensi monasteriis afferuntur provenire, verisimile est. A. 1161. litterae de Bartholomaeo Exoniensi non integrae[12] receptae sunt. Porro fabulas illas c. a. 1100. conscriptas quas Malmesburiensis, Dicetensis, Radulfus Niger[13] legerunt, Albanensis[14] quoque a. 1012. 1041. excerpsit.

Ex libris a monasterii sodalibus ante eum scriptis, nunc perditis[15], Fun-

1) Cum prologo, unde verba desumpta sunt quae Luard Willelmo filio Stephani ascripsit. 2) Jaffé, Reg. nr. 7894. Collectionem litterarum Albanenses vix habuerant. 3) Cf. tamen a. 1066. 4) Cf. quoque proverbium a. 786; *antiquum rusticorum proverbium* occurrit a. 1233, IV, p. 279. A. 1226. Augustini epist. 153. adhibita est; Luard VII, p. 608. 5) Ei debentur sententiae quibus in margine editionis Luardianae tamquam fontes citantur Aurelius Victor, Iustinus, Eusebii Hist. eccl., Orosius, Augustinus, Pseudo-Dexter, Cassiodorius, Gregorius Turonensis, Pseudo-Ildefonsus, Lucas Tudensis(!), Bedae Chronicon, Pauli Hist. Lang., Herimannus Augiensis, Guibertus de Novigento, Hugo a S. Victore [ad hunc Luard inter 'Errata' a. 1883. operi VII, p. 577. subiuncta multos locos reducere mavult, unde Aurelius Victor iam excidit]; Vitae s. Petri, apostolorum, epist. Pilati, Acta Silvestri, Isidori liber de ortu patrum, V. Ambrosii, Gregorii Magni, Benedicti, Mauri, Leodegarii. 6) A. 324. de Constantini signo crucis vix ex Berengoso, sed fortasse ex Hieronymo vel Hist. Misc. vel Freculfo narratur. A. 734. Cuthberti epist. ex Sim. Hist. Dunelm. sumpta est. A. 958. et 1011. potius e Malmesbur. Pontif. I, 17. quam ex Osberni VV. ss. Odonis et Elfegi hausti videntur. Quae a. 1164 sqq. cum Vitis s. Thomae auctt. Willelmo et Herberto conveniunt ad Epist. Thomae recedunt. Gesta Henrici et Hovedenium compilator Albanensis ante a. 1188. non adhibuit. 7) Plerumque, sed non ubique cum Hugone de S. Victore (SS. XXIV, p. 90) convenit. 8) Velut a. 97. de Dionysio; Romanum vel Ursini Martyrologium certe non solum adhibitum est, cum quaedam potius cum Ultraiectensi conveniant. 9) A. 925. de Eadgytha (cf. Piper, 'Kalendarien der Angels.' p. 105); quae a. 821. de s. Kenelmo habentur fortasse ex Vita sancti hausta sunt; a. 651. ex Vita s. Oswini manasse, Luard VII, p. 599. addidit. 10) Haec Hinde, editor Symeonis Dunelm., p. XIX. LI. LIV, primus animadvertit. 11) Luard laudat (etiam VII, p. 602) codicem ap. Leland, Collect. (ed. Hearne a. 1770) IV, p. 72. et Hist. Eliensem et Ramseiensem. Sed tantis operibus noster vix tam pusilla frustula desumpsisset. Potius quaedam cum Iohanne de Oxenedes Hulmensi propius affinia videntur, qui cum Lelandiano ad unum fontem accessit. Forsitan Albanenses ab aliis Benedictinis libros mutuati notas domesticas margini ibi appositas sibi usurpaverint; velut codices ab Edmundensibus adaucti exstant: Hovedenii cod. Arundel. 69; Florentii Bodleianus 297; de additamentis Hulmensibus cf. Stubbs, Rad. Dicet. I, p. 175. 12) Plenius ap. Math. Hist. Angl. I. p. 312. 13) Cf. SS. XXVII, p. 258. 342. 14) Nomen coemeterii S. Magni in Saxonia *Colevise* habes SS. IV, p. 740; XXVI, p. 28. 15) Cf. supra p. 6.

*datio*[1] *Offae regis a.* 788—793, *Inventio*[2] *s. Amphibali a.* 1178, *Catalogus abbatum, quorum electionis et obitus tempora inde ab a.* 1071. *accurate notantur, denique, raro quidem, domus tabulae*[3] *rotulique*[4] *ad ecclesiarum S. Albani dedicationes*[5] *commemorandas, Wendoverio usui fuerunt.*

*Ex historiolis vel carminibus fortasse viva voce divulgatis narratiunculas de Regnaro Lodbrog a Berno, Eadmundi Angliae Orientalis regis venatore, occiso*[6] *a.* 870. *et de Godgifa Coventrensi a.* 1057. *primus noster litteris mandavit*[7].

*Quae restant*[8] *ipsi propria in priore parte ante a.* 1188. *sunt perpauca et levis tantum momenti; omnia ita constituta, ut aut fama populari aut, velut res Hadriani IV, memoria monachorum retineri potuerint.*

*Itaque ad historiam accuratius cognoscendam nobis prima operis parte nihil fere Rogerus afferre, de suo autem aevo eam solam ob causam bene meritus mihi videtur esse, quia in unum volumen tam gravem et multiplicem rerum molem ex variis historiis difficulter tunc adquirendis congessit. Quamquam enim ex ipsa S. Albani bibliotheca Antiquitates Iosephi*[9]*, Historiam Eusebii*[9]*, Cassiodorium*[9]*, Anselmi*[10] *epistolas, Iohannem Saresberiensem*[11]*, fortasse mera socordia, et auctores paganos, aura ecclesiastica motus, angusto consilio evolvere supersedit, ex materia tamen quam supra dixi longe altius nobiliusque monumentum erigere potuisset. Neque ad 'aedificationem legentium' excitandam (quam ab initio*[12] *et saepius*[13] *se voluisse professus, satis tamen raro spectavit) historiam sinceram corrupit. Sed cuilibet verbo scripto aequam fidem attribuens, Galfridi Monmouthensis*[14] *fabulas secutus, 'dissonantiam inter historicos', quam plus semel animadvertit*[15]*, aut falso aut non solvit. Annales Anglosaxonicos nimis neglexit*[16]*, fortasse quia linguam iam vix intellexit*[17]*. Nec nomen nec aevum auctorum quos adhibuit curans, eos raro tantum laudatos, numquam recta ratione selegit; velut Adonem ab initio usque ad saeculum V. secutus, per aevum IX. plane deseruit et Hugonem Floriacensem, quamvis multo post res quas narravit viventem, testibus coaevis, e quibus temporum conspectum conficere sibi minus commodum erat, praeferendum duxit. Fortuito tantum, sine certo prudentique consilio ab uno ad alium auctorem transilivit; interdum e magno volumine pauca verba vel etiam singula nomina excerpta alteri narrationi inseruit*[18]*. Quodsi critici ars a saeculi XII. monacho vix postulatur, sane ea quae scripsit memoria retinere debuisset; saepe autem eandem rem in diversis libris inventam bis et vario, immo fere contrario modo narravit. Res etiam gravissimas, ne molem immensam ederet, prorsus omisit, alia levioris momenti, sermone parum contracto, quin etiam narratoris de aevo longe acto locuti prima persona retenta, integra socorditer transsumpsit. Sed dummodo tam humile scribae officium accurate praestitisset! At foedissimos in errores, libris nimis velociter*[19] *inspectis, incidit;*

1) Quam Matheus, V. Offae, iterum evolvit. 2) Minus integra quam apud Math. Hist. Angl. I, p. 401. 3) Cf. a. 796. 4) Cf. supra p. 5. 5) Quamquam nonnullae res domesticae, velut privilegium a. 1162. datum, soli auctario Dicetensi debentur, tamen ad dedicationem a. 1116. describendam noster Dicetensem non legit, cum minus illo libertatis ecclesiam suam habuisse censuerit; cf. quoque a. 1090. 6) Cf. Lappenberg, 'Gesch. von England' I, p. 300. 7) Wendoverio carmina Francorum heroica nota fuisse, infra ad a. 1206. 1216. monui. 8) Haec usque ad a. 1066. diligenter collegit Luard in editione sua Math. Paris. I, p. LVI; inde ad a. 1188. cf. II, p. 6 sq. 13 sq. 74. 118. 144. 153. 174 188. 240. 261 sq. 290. 9) V. supra p. 7. 10) V. supra p. 5. 11) V. supra p. 6. 12) In prologo semel ex Roberto de Monte, iterum ex se ipso. 13) Cf. a. 1095. 14) Cum patronus Brito fuisset, monachi S. Albani Anglico odio, sicut Willelmus Neuburgensis, in nugas Wallicas incitari non potuerunt. 15) A. 450. 560. 686. 16) Potius eorum versionem apud Florentium, Malmesburiensem, Huntingdoniensem exscripsit. 17) A. 756. *an swan* (porcarius) in nomen proprium *Answan* vertitur. 18) Cf. Luard I, p. XLII. 19) Velut a. 1098. ex Roberto Frisone comite Flandrensi (ap. Will. Tyr.) fit *comes Flandrensis et Robertus Friso*; a. 1119. ex consule de Evreux et Willelmo Crispin (ap. Huntingdon.): *Willelmus Crispinus consul Ebroicensis*;

*immo in deterrimum historici vitium delapsus est, cum modo ipsas res modo rerum tempora*[1] *adinvenire non dubitaret. Nam ut omni anno saltem unam sententiam apponeret, Sigeberti annos permutavit, Adonis longa capita in diversos annales distribuit, ad Galfridi nugas annos mendaciter effinxit*[2]. *Quae de moribus insignibus episcoporum, de quibus ne hilum quidem comperisse potuit, fabulatur, pure commentus est. Neque semper, cum memoria fallacem auctorem deficeret, sibi ipsi constitit*[3]. *Leges institutionesque sui aevi iam prioribus temporibus*[4] *viguisse quod statuit, nuper demum a viris doctis reprehensus est.*

*Opus in duos libros divisit, quorum* primus[5] agit de Veteri Testamento, additis regum gentilium successionibus, liber secundus ab incarnatione Christi ad tempora nostra. Flores historiarum, *verba libro inscripta, bene quod sibi proposuit designant*[6]: ut, velut ex pratis diversis flores varii colliguntur, coloris ipsa varietas varias legentium mentes reficeret. *Unam igitur eventuum seriem, causis philosophica quasi ratione explicatis, connectere ne conatus quidem, tamen, rebus S. Albani*[7] *domesticis fere omnino neglectis, universi orbis terrarum gesta complecti initio tentavit, sed ubi ad saeculum XII. accessit, propositi oblitus, praeter res Anglonormannicas solam fere Terram Sanctam spectavit. — Sed iam satis superque de prima illa parte, non sine magno labore elucubrata, sed nemini nisi illius aevi monachis utili!*

*In altera operis parte a.* 1189. *incipiente ex prioris tomi fontibus soli Radulfus Dicetensis cum continuatione et Willelmi Tyrii continuator protinus adhibentur. Quibus accedunt haec scripta quae Wendoverius ab a.* 1189. *in usum vertit: Gesta Henrici II. et Ricardi; Rogerus de Hoveden*[8]; *Radulfus Coggeshalensis*[9]; *Legenda Lincolniensis de s. Hugone*[10]; *Catalogus abbatum S. Albani a.* 1214; *Relatio de Saladini successoribus, a Iacobo de Vitriaco adhibita a.* 1193; *Oliverii scholastici Historia Damiatina*[11]; *Visio inedita*[12] *monachi de Eynesham auct. Adamo*[13] *suppriore a.* 1196; *Visio inedita*[14] *Turchilli a.* 1206; *Miracula s. Mariae apud Sardenai*[15] *a.* 1204; *Miracula*[16] *sanctae crucis a Balduini imperatoris capellano Anglico ad Bromholm, Cluniaci cellam, allatae a.* 1223; *Historiola*

cf. a. 450: (Germanum) *Beda refert migrasse a. Marciani* 6; quae apud Bedam potius de Valentiniano dicuntur. Ordo temporum omnino parum servatur; velut concilium a. 1146. apponitur a. 1119.

1) Vel nomina: a. 1098. *quispiam* ap. Baldricum a nostro nominatur *Boamundus*.

2) Quo a. 533. exscripto, loco Sulpicii papae ex Catalogo verum Vigilii nomen inseruit.

3) Cf. a. 462: *Saxones super sanctorum martyrum sepulturas cumulos terre congerebant*, tum a. 586: *Clerici Britannici a Saxonibus fugientes quibusdam sanctorum corporibus cumulos terrae superposuerunt.*

4) Falsa sunt quae de Willelmo I. narrat: A. 1067. *Inrotulavit episcopatus et abbatias quot milites voluit exhiberi* (cf. Stubbs, 'Constit. Hist.' I, p. 263) et a. 1085: Monachos Belli instituit, *ut pro anima regis Haroldi divina celebrarent*; nimirum longe antequam haec scribi potuerunt servitia militaria instituta et Normanni Anglis reconciliati erant.

5) Finis prologi in codice 1; codex 2, qui a Christo incipit, *Secundus liber* inscribitur.

6) Finis prologi.

7) Etiam paparum et regum (velut inter a. 1174. et 1182; cf. Monast. Angl. II, p. 228) privilegia omittuntur.

8) Fortasse Albanenses hos libros nonnisi mutuo acceperant; certe a. 1257. eorum cella Tynemonthensis a Dunelmo recepit paginam ab Hovedenio excerptam, cui *ex Historia Danorum* inscriptum erat; cf. Math. Lib. addit. VI, p. 370.

9) Fortasse non ultra a. 1195; quibusdam locis, ubi Luard eum fontem postea laudat, non adhibitus est; de aliis certe potest dubitari.

10) Nunc edita post Opp. Gir. Cambr. VII, p. 172 (codicem Lansdowne Luard iam ante contulerat).

11) Prima editio, non ultra m. Nov. a. 1219. continuata (de qua cf. Zarncke, 'Berichte der Sächs. Ges. der Wiss.' 1875, p. 143); Wendoverius interdum meliorem lectionem quam editores habet. Quae postea apud Damiatam acta sunt, singulis epistolis desumpsit.

12) Codices contulit Luard Caligula A 8. et Coll. Corp. Cantabr. 43; alios laudat Hardy I, p. 78 sq.; III, p. 50.

13) Postea abbate Eyneshamensi, a. 1228. deposito, de quo cf. SS. XXVII, p. 316.

14) Luard prologum edidit Math. II, p. XIII. et codicem S. Albani, a Parisiensi ipso correctum, iam Reg. 13 DV, ib. p. 497. contulit.

15) Cf. Raynaud in 'Romania' XI (188?), p. 519.

16) Nominibus accuratius retentis; exstant ap. Rad. Coggeshal. p. 201; cf. Ann. Dunstapl. a. 1225. et Math. Hist. Angl. II, p. 259: *de cuius crucis allatione si quis historiam scire desiderat, in libris multorum illam inveniet.*

*'de puella quae in Burgundia ad ordinem Minorum confugit'* a. 1225; *Acta s. Francisci* a. 1227; *prophetiae*[1] a. 1227. 1229; *acta conciliorum Lateranensis* a. 1215[1], *Westmonasteriensis* a. 1225, *Bituricensis* a. 1226; *bullae Innocentii III*[2], *Honorii III*[3], *Gregorii IX*[4]; *epistolae*[1] *Frederici II. et Thomae*[1] *comitis ei* a. 1229. *missae; litterae*[1] *de rege Arragoniae in bello Albigensi mortuo* a. 1213; *instrumenta Philippi II.*[1] a. 1214, *Ludovici*[1] *filii eius, nunciorum eius Romam missorum, Hugonis abbatis de Francorum fautoribus excommunicatis* a. 1216. *data; pax a Ludovico* a. 1217. *cum Henrico III. facta; epistolae*[1] *de Damiata capta* a. 1222, *de Bulgarorum antipapa* a. 1223.[1] *missae; Henrici I. regis Angliae charta* a. 1100. *concessa*[5]; *Ricardi I. epistola de victoria Arsoufensi* a. 1191; *Iohannis regis litterae de 'resignatione' et 'homagio' sedi Romanae et de 'satisfactione' ecclesiae Anglicanae praestitis, brevia de exercitu et classe colligendis* a. 1213, *epistola de bello Pictavensi* a. 1214. *gesto; evocatio exercitus Dei (contra regem Angliae)* a. 1215. *et 'universitatis' (Anglorum) contra clericos Romanos*[1] a. 1231; *Magna Charta et Charta de foresta, Iohanni regi falso attributae; Henrici III. coronandi iusiurandum* a. 1216; *breve Henrici III. de quadragesima colligenda* a. 1232; *litterae consiliariorum eius contra Marescallum in Hiberniam missae* a. 1234; *decretum Cantuariense contra concubinas sacerdotum* a. 1225; *causa inter ecclesias Dolensem et Turonensem* a. 1199[6]. *Sed diplomatum collectorum corpus*[7] *vel opus historicum*[8] *a Wendoverio expilatum esse, non putarim.*

*Licet Henrici II. leges, fortasse apud Hovedenium inventas, 'ne lectorem offenderet', omiserit, tamen documenta maximi quaeque momenti arguto usus iudicio selegit. Sed graviter improbandus est, quod protocollum Magnae Chartae Iohannis cum contextu*[9] a. 1217. *emisso et cum Charta de foresta demum* a. 1225. *concessa, praemissa arenga efficta, falso coniunxerit.*

*Litterarum*[10] *perditarum reliquiae non paucae inveniuntur. Usus enim est eodem chronico de primis s. XIII. annis scripto quod annalista*[11] *quoque S. Edmundi secutus est. De bello Albigensi* a. 1213. *easdem litteras quas Petrus Sarnensis* 16 *sq.* 20. 73. *exscripsit. De Arthuro duce*[12] *capto, de bello a Ludovico* a. 1216.[13] *in Anglia gesto, de pugna*[1] *Bovinensi, de obsidione*[1] *Avinionis, de initiis*[1] *itineris sacri a Friderico II. suscepti sine dubio epistolares habuit relationes.*

*Permulta autem Wendoverius ab ipsis rerum testibus audire potuit. Nam annis* 1199.[14] 1209.[15] 1212.[16] 1213.[17] 1215[18]. 1216.[19] *rex cum clericis suis apud S. Albanum moratus est;* a. 1213. *barones concilium ibi habuerunt;* a. 1216. *Ludovicus VIII*[20], *ab abbate homagio frustra postulato, pecuniam impetravit; accedit, quod Iohannes II. abbas nobilium filios erudire*[21] *solebat. Willelmus eius decessor* a. 1215. *concilium Lateranense adiit*[22] *et, ut abbas S. Albani semper*

1) V. excerpta.

2) Ap. Potthast nr. 2937 (falso a. 1207). 3111. 3167. 3601. 4840. 4990 sqq. 4995. 5005. 5013. et apud Wendoverium solum inventae: 2939. 4838.

3) Ib. nr. 6195. et ex nostro solo 6265.

4) Ib. nr. 8090. 8316. 8947, et cf. excerpta a. 1227 sqq. 1234.

5) Certe uno loco lectio melior quam in forma iam supra ad a. 1100. allata apparet.

6) Adde Epitaphium Iohannis regis. Versus in Falconem a. 1224, in Romanos a. 1226. potius audiisse quam legisse videtur.

7) Ni forte *Alexandri de Swereford rotulos scaccarii* legerit, ad quos Math. Hist. Angl. II, p. 162. 182, ubi Wend. II', p. 323. 371. exscripsit, lectorem remisit.

8) Velut Gervas. Cantuar., Petr. Vall. Sarn. a. 1213, Conr. Ursp. (SS. XXIII, p. 378) a. 1215, Walt. Coventr. a. 1226 (cf. ed. Stubbs I, p. XLI; II, p. 276), Helinandum non novit.

9) Verba, quibus (Henrici III) *patris Iohannis et avi* fit mentio, nunc ne lectorem offenderent mutata, nunc inconsiderate relicta sunt; unde Iohannes de *Henrico avo nostro* locutus apparet. Iohannis eschatocollum omissum est.

10) A. 1206: *Nomina magnatum qui in castello* (Montauban) *capti sunt rex literatorie significavit;* a. 1207: *ad papam nuncios cum literis direxit, in quibus* etc.

11) V. SS. XXVII, p. 426.

12) Convenit partim cum Coggeshalensi.

13) Similes res habentur in Scalacronica.

14) Ed. Coxe III, p. 140.

15) Mart. 25; cf. Hardy, 'Itinerary of king John'.

16) Sept. 19.

17) Dec. 17.

18) Mart. 18. et Dec. 18; cf. Wend. III, p. 347.

19) Mart. 9.

20) Ed. Coxe IV, p. 6.

21) G. abb. I, p. 397.

22) A. 1218. Wigorniae cathedrali dedicatae affuit, Ann. Wigorn., Ann. Monast. ed. Luard IV, p. 409.

*inter principes regni negotia publica agentes pars maxima, inter testes Magnae Chartae a.* 1225. *confirmatae subscripsit. Reymundus, prior depositus, olim*[1] *a Ricardo I, ut Otto IV. rex eligeretur, Romam missus, etiam ex Tynemouthensi exilio Albanensibus certe de Ricardo de Marisco*[2], *episcopo Dunelmensi, Iohannis regis consiliario, fortasse quoque de gente de Mowbray, patrona sua, quaedam retulit. Quod nobiles de Albineto saepius occurrunt, causa fortasse fuit, quod possidebant castellum de Belvoir, ubi Wendoverius prior vixerat. Alexander quoque Caementarius, qui interdicti*[3] *tempore cum rege contra papam stetit, monachus fuit S. Albani; sed Albanenses, ecclesiae et baronibus faventes, eum, pseudotheologum et Nequiorem (de Alexandro Nequam v. supra p.* 5) *calumniantes, confratrem suum fuisse, numquam professi sunt. A.* 1217.[4] *et Henrici III. et Ludovici milites S. Albano, ne incendio vastaretur, gravem pecuniam imperaverunt; monachi autem, tunc ab Amphibalo suo miraculum perpetratum esse, a presbytero de Flamstead audiverunt et sine dubio in chronico nostro notandum tradiderunt. Cum archiepiscopus Armeniae a.* 1228.[5] *S. Albanum adiret et Laurentius*[6] *Anglicus, monachus Vallis Iosaphat iuxta Ierusalem (inter a.* 1224. *et* 1235) *crucem de Iosaphat eo afferret, Wendoverius de Oriente*[7] *certior fieri potuit. A.* 1231. *divortium comitis de Essex apud S. Albanum factum et quae de castello de Belvoir a.* 1215. *sqq. ample exposuit fortasse ipse vidit; alia a sacerdotibus Italis*[8] *'per intrusionem curiae Romanae' parochiis S. Albani praefectis, alia a confratribus cellas, prope castra*[9] *tunc in bellis saepissime nominata, inhabitantibus, alia e sede dioecesani, Lincolnia, ubi de regni fortuna a.* 1217. *decretum est, facile comperit.*

*Saepe autem nonnisi rumores*[10] *sparsos se reddere confessus est, qui quod interdum, velut de rege a.* 1215 *ex. in Vecta insula commorato, falsi fuerint, non ei crimini dandum est. Potius quod annorum*[11], *nedum dierum, ordinem minus accurate notavit, immo plus semel tempus duobus modis inter se contrariis*[12] *designavit, quod numeros*[13] *atque nomina locorum et personarum*[14] *nonnumquam confudit, vituperandus est. Certas rerum notitias*[15] *ut compeririet, diligenter sed frustra quaesivit.*

*Cum saec. XIII in. Dicetensi et Hovedenio*[16] *ducibus careret, primo brevius*[17] *narrationem inceptam, mox paullatim amplius continuavit. Tunc postrema duo decennia a partibus papae, regis, episcoporum baronumque vehementer perturbata tam copiose exposuit, ut cui faverit aperte cognosci posse facile exspectaris. At minime gentium! Raro tantum parvulo epitheto ducum nominibus apposito, quid de eorum moribus cogitaret, manifestans, normas notionesque quas sequebantur et summos fines quos sibi proponebant lucide perspicere vix conatus est, nedum regulam ad quam iudicium suum de negotiis publicis ordinandis institueret, mente argute conciperet. Utriusque igitur partis argu-*

1) V. excerpta. 2) Wendover. a. 1226; nomen Reymundi addidit Math. Cron. Mai. III, p. 112. 3) Wend. a. 1209; cf. supra p. 10, n. 9. 4) Wend. eo anno. 5) V. supra p. 10, n. 2. 6) G. abb. I, p. 291. 7) *Hubertus praedicator crucis in Anglia* testis laudatur a. 1227. 8) Velut ab *Hugone de Florentino rectore Hertburnae*, fere a. 1215, G. abb. I, p. 299. 346. 9) Velut ab Wallingford. 10) Cf. ed. Coxe III, p. 241. 263. et v. excerpta a. 1215. 1227. 1229. necnon scandalum de Blanca regina Franciae a. 1226. 1230. 11) V. excerpta a. 1206. 1216. 1229. 12) V. excerpta a. 1235. 13) Velut a. 1209. summa a Scotia solvenda falsa datur. 14) Velut a. 1220. locus ubi rex coronatus est falso Cantuaria, et a. 1229. et saepius comes Britanniae Henricus nominatur; cf. genealogiam a. 1235. inter excerpta et 'Anglonorm. GQ.' p. 155. 15) Velut a. 1231. nomina cum Aegidio captorum. 16) Quem etiam, Iohannis regis priori uxori falso nomine dato, a. 1200. sequitur. 17) Constantinopolim expugnatam esse et a. 1205. regem in leges Anglicas iurasse (cf. Gerv. Cant. contin.), prorsus omisit.

*menta summis arbitris, vel papae vel regum curiis, ex ipsis tabulis instrumentisque proposita et sententias ex ore aliorum dictas introducere solebat. Acriore ira in milites Iohanni stipendiatos, odio Anglico in hostes Gallicos fere solos invehi ausus, fortasse cum hi multo antequam scripserit expulsi essent, regis singula facinora*[1] *plerumque aequo, immo frigido animo notavit, vitia*[2] *eius perraro apertis verbis designavit, numquam rhetorico convicio indulsit. — Cantuarienses a.* 1206 *sq. inconsulte egisse, confessus, tantum abest, ut primatis obtrudendi et regni Iohanni adimendi ius apostolico abrogaverit, ut Alexandri 'Nequioris' confratris sententiam* de regum possessione vel subditorum regimine ad papam non pertinente *tamquam 'pseudotheologi iniquas fallacias' vehementer reiecerit. Quod primo Innocentius, tunc barones regi infesti Gallos, ut Angliae bellum inferrent, incitaverunt, ne levissima quidem vituperatione improbavit. Tamen simulatque Franci applicuerunt, cum aula regis ecclesiae iam reconciliata, hostes excommunicatos expellendos*[3] *esse, censuit. Curiam Romanam, ut monachus, semper fere quasi patronam veneratus, magis tamen magisque avaritiam Italorum gemendam habuit, qui ecclesiae Anglicae ad damnum a rege restituendum segniter astiterunt, sibi autem pecunias et praebendas usurpaverunt. Homagio papae praestito, tamquam ignominia*[4] *potius regi quam regno illata, affectus, tamen,* nullum principem posse dare regnum sine assensu baronum, *non ipse dixit, sed Philippum II. a.* 1216. *contra sedem Romanam contendentem fecit. Exercitum autem Dei pro Magna Charta servanda, etiam postquam papa regem sacramento solvit, decertantem tamquam 'pestem' detestatus est, immo primatem*[5] *ad libertatem Anglicanam inclinatum summisse improbavit. Fortasse tamen omnino potius nobilium superborum quam pauperis populi causam agi opinatus est; sicut parum sagaciter*[6], *Iohannis Charta Anglis multo ampliorem*[7] *libertatem quam Edwardi Confessoris et Henrici I. legibus concessam esse, postea autem (confirmatione a.* 1216 *sqq., cuius ne mentionem quidem fecit, et) renovatione a.* 1225. *edita*[8], *quasi castigata, articulos maximi momenti (velut* 12. de nullo auxilio ponendo nisi per commune consilium*) amissos esse, non perspexit. Angusto animo omne tributum publicum, quamvis a primate et iusticiario legitime decretum, 'rapinam' vocavit et initio, praesertim cum Henricum III, adolescentem simplicem, pium, clementem, pacis cupidum*[9], *veneraretur, barones rem publicam disturbantes, etsi pro iure et legibus pugnabant, omnes tamquam rebelles abhorruit. Postea vero sub finem operis a.* 1234. *contra regis familiares externos, imprimis parasitos Pictavenses, cum iusticiario et marescallo, 'naturalibus regni nobilibus, pro iustitia decertantibus', quamvis in curiam regis arma ferrent, certo et firmiter stetit. Iam a.* 1227. *satis acerbe consiliariis aulicis crimini dedit, quod* rex fecit cancellare cartas libertatum. *Tempore igitur procedente, acutioris paullatim iudicii sui ipse vix conscius, cum Anglis aevi illius*[10], *iam non, quod iuvenis concupiverat, regnum ab uno arbitro, dummodo bonis moribus uteretur, gubernandum, sed rem publicam a rege secundum leges stabiles cum consilio populari ordinandam esse, censuit.*

1) Cf. a. 1210: *iubente rege fame perierunt.* 2) A. 1203: *desidia incorrigibilis;* a. 1212: *crudelitates, multimode enormitates.* 3) Cf. IV, p. 26: *confusionem Lodovico iusto Dei iudicio accidisse.* Londonienses, quod barones a papa excommunicatos foverint, *contumaces* obiurgavit. 4) A. 1213: *Non formosa, sed famosa subiectio.* 5) A. 1215: *Rofense castrum a rege commissum, qua conscientia nescio, Deus scit, regiis tradiderit inimicis.* 6) Cf. Stubbs, Walter. Coventr. II, p. LXXXI. LXXXVI. 7) A. 1215: *capitula partim in carta Henrici scripta, partim ex legibus Eadwardi excerpta.* 8) *Cartae a.* 1215. *in nullo dissimilis* IV, p. 100. 9) Cf. a. 1234. 10) Cf. Stubbs, 'Constit. Hist.' II, p. 41.

*Domesticis*[1] *monasterii rebus fere prorsus neglectis, universam mundi historiam, imprimis per postremos annales, spectavit. Territoria Gallica a Iohanne olim amissa ab Henrico III. bello fortiter gesto*[2] *ut recuperarentur, desiderabat; nam de virtute militari*[3] *populi sui minime dubitabat.*

*Res Friderici II, multis tabulis, quarum quaedam*[4] *alibi non exstant, aut integris insertis aut excerptis, amplius quam ullus Anglus coaevus exposuit. Imperatoris autem sicut Iohannis regis litem cum papa habitam aut sua sententia suppressa retulit aut aura Romana motus iudicavit. Cum Angli a.* 1227 *sqq. cruce signati potius patriarchae Hierosolymitano, cuius poenitentiarius ipse erat Anglus, faverent, Wendoverius quoque huic parti cessit. Tamen quanti et quot Germaniae eventus*[5] *res Anglicas aliquatenus attingentes et in rotulis Britannicis notati eum prorsus effugerint*[6]*, mirum esset, nisi iam nossemus, Albanensem monachum ulla auctoritate publica vel munere historici aulico numquam functum esse. Alios tamen annalistas monasticos illius aevi Wendoverius et copia rerum quas attulit et ratione qua causas cum eventibus connexuit multo superavit; S. Albani scholae primus historiae lauream deportavit; Matheo Parisiensi successori ad summum quod a medii aevi rerum scriptoribus attingi potuit fastigium ascendendum viam paravit.*

*Codices sunt hi:*

1) **Bodleianus Oxoniensis**, *legatus a Douce nr.* 207, *f.* 1—220, *mbr. fol., duabus columnis saec. XIII. ex. negligenter exaratus, postea tantum nec ubique correctus, integrum Wendoverii*[7] *opus a creatione ad a.* 1235.[8] *solus continet; editioni Coxe et nostrae, a me iterum collatus, fundamentum praebuit. Foliis quibusdam perditis, lacunae a.* 879—894. *et a.* 1191 *sqq. offendunt.*

2) **Musei Britannici Cottonianus** *Otho*[9] *B*5, *mbr. fol., saec. XIV. in. bene exaratus, prologo, libro primo rubrisque omissis, inscribitur:* Incipit liber II. de Floribus historiarum a nativitate domini nostri Iesu Christi usque ad a. 1234; *sed pergit usque ad a.* 1235. *Distinctus est in* 93 *capita. Olim a Wats*[10] *nonnullis locis adhibitus est; postea incendio nimis mutilatum, iam vero, margine excepta, ab a.* 1150. *usque ad a.* 1229.[11] *fere integre restitutum Luard contulit; ipse annales* 1195—1229. *iterum excussi.*

*P*[12] 1, *Mathei Parisiensis autotypus, qui usque ad a.* 1213. *nihil nisi Flores in marginibus Mathei additamentis auctos praebet, constat tribus tomis:*

1) A. 1193. duorum conciliorum, quae Hovedenius III, p. 212. apud S. Albanum habita commemorat, unum, concordiam abbatis cum Roberto filio Walteri in curia regis a. 1201. factam (Ann. Dunstapl. III, p. 28), regis et papae privilegia (Monast. Angl. II, p. 231. et Potthast, Reg. 2609. 2620) omisit. Etiam cleri 'convocationem' apud S. Albanum habendam a rege a. 1209. impeditam esse (Rymer I, p. 94) non commemoravit. 2) Iusticiarium regem prudenter ab expeditione prohibentem improbavit. 3) A. 1213: militibus *si erga defensionem patrie cor unum esset, non fuisset princeps sub celo, contra quem regnum Anglie non defenderent.* 4) Haec omnia infra in notis excerptorum exposui. 5) Velut nex Engelberti Coloniensis. 6) Velut Innocentii III. mandata, ut Germani Anglis pecuniam pro Ricardo I. redimendo solutam restituerent (Potthast nr. 230. 232. 235); negotia a Waltero Carleolensi a. 1225. in Germania tractata (etsi eorum pars Henricus de S. Albano affuit; cf. Shirley, 'Royal letters' I, p. 249; Rymer I, p. 176. 179 sq. 182); multa foedera a Iohanne cum Lotharingis pro Ottone IV. adiuvando icta (Rymer, Foedera I, p. 86. 88. 97 sq. 104 sqq. 110—114. 124. 141); negotia cum ducibus Saxoniae et Austriae a. 1221. tractata (ib. p. 166); nuncii a. 1227. 1229. in Germaniam missi (Pauli, 'Gesch. v. England' III, p. 570. 574); litterae Ottoni Luneburgensi ab Henrico III. datae, fortasse ut contra partes Stauficas pro papa insurgeret (Winkelmann, 'Friedrich II.' p. 321); Honorii III. bullae Henrico III. et Ludovico VIII. de Friderici II. itinere sacro promovendo (Potthast nr. 7003. 7294) a. 1223 sq. datae. 7) A Madden et Luard *W* vocatur. 8) Aliae voluminis partes postea agglutinatae sunt. 9) A Luard *O* vocatur; ad hunc, qui olim erat dom. C. Heydon, minime ad librum perditum, nota quaedam de codice Wendoverii saec. XIV. scripta referenda est; cf. Madden, 'Hist. Angl.' I, p. LXXIII. 10) Post ed. Math. Paris. 11) Postea pauca tantum fragmenta exstant. 12) Codd. P infra, in praef. Mathei Par., accuratius describemus.

*a) Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 26*[1]*, mbr. fol., duabus columnis a compluribus scribis*[2] *fere a. 1230. exaratus, nec finem prologi continet, neque a Christo*[3] *nato alter liber orditur, et a creatione usque ad a. D. 235. a 1 et 2 diversam et a. 1012—65. saepe mutatam narrationem praebet*[4]*. In verborum formis scribendis potius hunc codicem qui, Wendoverio fortasse adhuc superstite, ex scriptorio Albanensi prodiit, quam 1 et 2 longe post auctorem exaratos secutus sum. Desinit a. 1188.*

*b) Eiusdem Collegii Corporis Christi nr. 16*[5]*, a. 1189. incipiens, diversis manibus, partim a Matheo Parisiensi scriptus, inde ab a. 1213. huius (non iam Wendoverii) opus exhibet, quo tamen Flores historiarum usque ad finem plerumque integri recepti sunt. Perductus est ad a. 1253.*

*c) Musei Britannici Regius 14 C VII, postremos Mathei annales 1254—1259. continens, ad Wendoverium non pertinet.*

*P 2) Musei Britannici Cottonianus Nero D 5*[6]*, mbr. fol., duabus columnis, apographum ex P 1, constat duabus partibus olim separatis, quarum prior a creatione ad a. 1188. una manu saec. XIII. exarata est; altera inde ad a. 1250, Matheo praeside quaedam corrigente et pauca addente, procedit.*

*P 3) Musei Britannici Harleianus nr. 1620*[7]*, mbr. fol., duabus columnis, apographum codicis P 1 a Matheo ipso correctum, a creatione ad a. 1189. tantum pertinet.*

*W 1) Matthaei Westmonasteriensis codex bibl. Chethamensis Mancunii asservatae nr. 6712, saec. XIII. med. apud S. Albanum usque ad a. 1250. ex P 1*[8]*, nondum plene a Matheo recensito ac correcto, transscriptus, postea ibidem ad a. 1265. et Westmonasterii ad a. 1325. continuatus est.*

*W 2) Eiusdem operis apographum saec. XIII. pro abbatia de Merton factum, iam Collegii Etoniensis.*

*Cum Westmonasteriensis ab archiepiscopo Parker perperam non tam editus quam e diversis codicibus, immo operibus, non sine ipsius auctariis confictis confusus sit, sententiam certam dare non ausim, num forte, ut mihi verisimile videtur, partes quaedam huius quoque operis ex Wendoverio recta via derivatae sint.*

*Si codices 1 et 2 confers, nunc hic nunc illic meliorem lectionem invenis*[9]*. Neuter igitur scriba alterum secutus est, sed potius codex quidam iam perditus, quem ϱ vocare liceat, omnia quae 1 et 2 communia habent continuit. Tamen ϱ auctoris autographum fuisse nequit, cum menda quaedam*[10] *quae nonnisi a scribis socordibus committi soleant et in codice P 1 lectorem non offendant, habuerit*[11]*. Itaque codicum ϱ et P 1 uterque scriba ad Wendoverii autographum accessisse, plerumque tamen ϱ*[12] *melius accuratiusque id transscripsisse mihi*[13] *videtur.*

1) A Luard *A* vocatus, Iohannis abbatis compilationem praebere dicitur. 2) Nec contextus nec rubrae manum Mathei Paris. produnt; cf. Luard I, p. XL. 3) Apud Math. Paris. 'liber II.' demum ab a. D. 1189. incipit; cf. Luard I, p. 206. Codex ducis de Bedford 18. f. 107, saec. XV/XVI, Wendoverio attributus, incipit a. 1189. eius verbis, desinit a. 1239. similibus (non eisdem) verbis quibus Math. Par. Cron. III, p. 531; 'II. Report of Hist. MSS.' p. 6. 4) Ex auctario iussu et partim manu Mathei Paris. in margine, inter lineas, locis rasis, foliis agglutinatis addito infra inter eius opera excerpta dabimus. 5) A Luard *B* vocatur. 6) A Luard *C* vocatur. 7) A Luard *D* vocatur. 8) Ubi P a Wendoverio differt, Westmonasteriensis plerumque illum sequitur. 9) Velut a. 1110. 1170. cod. 1: *Godricus cum annos* 40, ubi 2 melius cum V. Godrici: 60 habet; cf. ed. Luard I, p. 439, n. 5. 487, n. 16. 10) Velut a. 1093. P recte habet: *Paulus in villa que Colewich dicitur infirmatur*, 1 pro nomine loci, quod ipse (aut scriba ϱ?) legere non potuit, lacunam, 2 nullum signum verbi omissi exhibet; cf. ed. Luard I, p. 62, n. 4. 232, n. 2. 317, n. 3. 486, n. 3 sq. 488, n. 2. 11) Quibusdam locis quamquam P ad ipsos fontes singulos fortasse accessit, tamen vix minutias, quae sensum non attingunt, ex ipsis correxisse putandus est. Duos igitur codices periisse cum Hardy et Luard censendum est. 12) P lineas quasdam (ed. Luard II, p. 101. 225) negligenter omisit, quae in 1 et 2 exstant. 13) Iam quaeritur,

*Rogerius a Thoma Walsingham postremo scholae S. Albani historico a. fere* 1400. noster[1] monachus, cui pene debent tocius regni cronographi quicquid habent, *praedicatus, alibi autem per medium aevum vix umquam suo nomine[2] laudatus est, nedum a posteris ipse adhibitus sit, quamvis Matheus Parisiensis, qui ei tantum debuit, longe lateque celebraretur, et Westmonasteriensis per saec. XIII. ex. et XIV. permultis chronicis fundamentum praeberet. Matheus, Rogeri Floribus sibi usurpatis, de auctore prorsus siluit. Iam saec. XIV. in. confrater quidam eius opus a.* 1189. *desinere opinatus[3], optimam quamque partem ei abrogavit. Tamen inde a saec. XVI. antiquarii nomen Wendoverii noverunt et librum interdum adhibuerunt. Lucem autem viderunt fere tria saecula ante Wendoverium opera Mathei Parisiensis et Westmonasteriensis ex eo hausta. Tandem H. O. Coxe, 'Rogeri de Wendover . . Flores historiarum sumptibus societatis historicae Angliae Lond.* 1841—1844. 5 *vol.* 8°. *edidit. Initio operis usque ad a.* 447. *omisso[4] et codice* 2 *neglecto, codicem* 1 *bene quidem expressit, sed fontibus indagandis nullam fere operam dedit. Hunc magnum laborem iam optima laude dignus criticus Luard absolvit, cum Mathei Parisiensis Chronica Maiora pro serie quae vocatur Rotulorum inde ab a.* 1872[5], *omnibus quos supra dixi codicibus collatis, diligenter et docte recenseret. Cui multa eorum quae supra exposui grato animo debeo.*

*Excerpta quae hic proxime minutis typis excusa sequuntur non tam historicae cognitionis augendae causa collegi, quam ut rationem auctores exscribendi qua Wendoverius utebatur tibi ostenderem.*

*Dabam Berolini m. Maio* 1883. *F. L.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [6]

Ado. Anno gratie 304. . . . Apud castrum Solodorum passio Victoris et Urse[a] celebratur; martirium etiam Gereonis sociorumque eius 328. apud Agrippinam Coloniam impletur. . . . . . .

Beda I, 14. Anno gratie 447. . . . Vortigernus . . . rex itaque cum populo desolato et bellicis incursionibus fatigato contra hostium irruptionem ignarus[b] quid ageret, tandem omnibus placuit, ut gentem Saxonum de partibus transmarinis sibi[c] in auxilium convocarent. . . . Mittuntur interea in Germaniam nuncii, ut quod prelocutum est opere compleatur. . . . . . .

Sigeb. Anno gratie 450. . . . Eodem anno, ut scripsit Sigisbertus in cronicis suis, sanctus Ger-
Beda. manus, ad Ravennam pro pace Armoricane gentis perveniens, et summa reverentia a Valentiniano et Placidia, matre eius, susceptus, migravit ad Christum. . . . . . .

Galf. Monm. Anno gratie 456. . . . Saxones ciulas[d] suas vix ingressi, relictis mulieribus et filiis, Germaniam redierunt. . . . . . .

Hugo Flor. Anno gratie 476. . . . Dum Clodoveus rex Francorum contra Alemannos confligeret, et eius graviter exercitus lederetur[e], elevatis in celum oculis, dixit: . . . . . .

Henr. Hunt. Anno gratie 477. . . . Ella[f] dux et tres filii eius Cymen, Plenting et Cissa[g] in Britanniam venientes, in loco qui postea a Cymene Cymenshoara[h], id est portus Cymenis[i], dicebatur applicuerunt. . . . . . .

Sigeb. Flor. Wig. 553. Anno gratie 546. Vigilius papa a Iustiniano imperatore exilio pellitur, eo quod hereticum[k] Anthimum ad suum episcopatum noluit revocare. . . . . . .

a) *sic codd.* b) est *add. Matheus Parisiensis.* c) *deest P.* d) ciulas *P* 1, *corr. a Matheo in* cimbas. e) caederetur *Hugo.* f) Elle *P.* g) Cyssa *P.* h) Cymenesoara *P.* i) Cymeni *P.* k) A. h. *P.*

utrum ϱ narrationem a creatione ad a. D. 231. perductam, quam multo ampliorem codicibus P exhibet, ad verbum transscripserit, an potius ipse brevius archetypum, cuius pristina forma in P servetur, auxerit. Equidem, quia initium Wendoverii ut praelo subiiceretur fortasse merito dignum non visum est, hanc quaestionem, quae Germaniam non attinet, non diiudicarim; sed neque stupido scribae ϱ ingenium et voluntatem prioris operis propria sua ratione retractandi et in duos libros dividendi attribuerim, neque viris dd. Hardy et Luard qui, codice 1 ab initio inspecto, potius in forma codicum P et W genuinum vetustioris auctoris calamum deprehendi crediderunt, temere contradixerim. Quos si sequimur, ad pristinam aliquam compilationem coniectura ponendam iterum pervenimus, quae tamen, ut supra demonstravi, certe permultis locis a Wendoverio, P, W prorsus aliena, nec saec. XII. nec Iohanni abbati attribui posset.

1) Ann. S. Albani ed. Riley II, p. 303. 2) C. a. 1500. ab annotatore cod. P 1 b *Radulphus Niger* vocatur; Luard VII, p. 607. 3) V. supra p. 11. 4) Exceptis prologis et capitibus de Leiro rege, de s. Albano, de Vortigerno. 5) Vol. III, a. 1216—1239. continens, a. 1876. prodiit. 6) Prologum omisimus, cum ex Roberto de Monte descriptus sit.

Anno gratie 570.[a] . . . Abbas Wandregisilus natus est. . . . . . . [Rob. Tor.]

Anno gratie 727. Ine rex . . . Romam petiit, ut pro regno temporali commutaret eternum. Quo cum [Henr. Hunt.] pervenisset, fecit[1] in civitate domum consensu et voluntate Gregorii pape, quam Scolam Anglorum appellari fecit; ad hanc autem cum[b] reges Anglie et genus regium[c] cum episcopis, presbiteris et clericis et[d] doctrina et fide catholica erudiendi venirent, ne quid in ecclesia Anglicana sinistrum aut catholice unitati contrarium doceretur, et sic in fide stabili roborati ad propria remearent. Erant enim doctrina et scole Anglorum a temporibus sancti Augustini per Romanos pontifices interdicte propter assiduas hereses, que[e] in adventu Anglorum in Britannia emerserant, dum pagani christianis permixti sancte conversacionis gratiam corruperant fidei christiane. Fecit preterea iuxta domum prefatam ecclesiam[2] in honorem beate virginis Marie fabricari, in qua Anglis Romam advenientibus divina celebrarentur misteria, et in qua possent, si quem ex Anglis Rome mori contingeret, sepeliri; et hec omnia ut perpetue firmitatis robur optinerent, statutum est generali decreto per totum regnum Occidentalium Saxonum, in quo predictus Ine regnabat, ut singulis annis de singulis familiis denarius[3] unus, qui Anglice Romscot appellatur, beato Petro et ecclesie Romane mitteretur, ut Angli ibidem commorantes vitale subsidium inde haberent. Hec autem ecclesia, de qua iam dictum est, in cronicis Anglorum[4] sepe combusta legitur et iterum reparata. . . . . . .

Anno Domini 734. . . . Beda, vir venerabilis et mente semper celestis, celi palatia conscendit. . . . [Henr. Hunt. Malm. Reg.] Quod autem Rome fuerit, solide non affirmo; sed tamen illum illuc invitatum non dubito. . . . . . .

Anno Domini 753.[5] Sanctus Bonefacius Moguntine[f] urbis episcopus cum aliis quinquaginta tribus [Sigeb. Ann. North.] in Fresia [martirio[g]] coronatur.

Anno Domini 754. Sanctus Bonefacius, qui[h] et Winfridus[i] dicitur, Francorum archiepiscopus per martyrium decessit. . . . . . .

Karolus[k] rex Francorum Saxones bello stravit. Anno Domini 770. Karolus [Ann. North. 772.] rex Francorum, collecta manu valida, Saxonum gentem bello adgressus est, multisque ex principibus suis ibidem interfectis, cum victoria tamen reversus est[6]. . . . . . .

Anno Domini 771. . . . Karolus[l] rex Francorum subita morte preventus exspiravit; [ib.] cui Karolus, frater eius, cum dimidium patris[m] antea optinuisset principatum, totius[n] regni monarchiam et populorum acclamationem[o] adeptus est. . . . . . .

Karolus Ticinam urbem recepit[p]. Anno Domini 774. Karolus rex Francorum [ib.] potentissimus nobilissimam Longobardorum urbem Ticinam obsidione vallavit, quam cum rege Desiderio cepit et Italiam[q] totam suo imperio adiecit.

De confederatione inter Karolum et Offam regem facta. Anno Domini 775. Offa rex Merciorum undique vicinos reges amicos sibi concilians[7]. . . . . . . [Malm. Reg.]

A. D. 784.[r] Withichindus et Albion duces Saxonie infideles Karolo[s] reconciliati baptizantur. . . . . . . [Sigeb.]

Anno Domini 790.[t] Rex Occidentalium Saxonum Brithricus. . . . Egbertum, solum regalis prosapie [Malm. Reg.] superstitem, quem regni sui utilitatibus futurum metuebat hostem, in Franciam fugavit. . . . . . .

Anno Domini 792. . . . Karolus rex Francorum misit librum synodalem ad Britanniam, [Ann. North.] in quo vere fidei multa reperta sunt obviantia, et eo maxime, quod pene omnium orientalium doctorum unanimi assertione est diffinitum, ymagines adorare[u] debere, quod omnino ecclesia catholica execratur; contra quod Albinus scripsit epistolam ex auctoritate Divinarum Scripturarum mirabiliter dictatam; illamque cum eodem synodali libro in persona episcoporum ac principum idem Albinus ad regem attulit Gallicanum. . . . . . .

a) 569. *Rob.* b) *del. censet Coxe.* c) regum *P.* d) in *P.* e) qua *P.* f) Mag. *P.* g) *deest* 1. 2; *suppl. e P, quocum Sim. convenit.* h) *deest P.* i) Windridus 1. k) *rubra* 2 *et P; in* 1 *lineae capitibus inscriptae eodem atramento quo reliquae exaratae sunt.* l) Karlmon *Sim.* m) prius *Sim.* n) pocius 1. o) acclamacionem 1, *et sic saepius c loco t.* p) cepit *P.* q) Yt. 1. r) 785. *P. Sigeb.* s) *deest* 1. t) 791. *P.* u) *sic codd.*

1) Dubitatur num haec vera sint; cf. Stubbs, 'Constitutional Hist.' I, p. 230. 2) De qua noster fortasse quaedam audivit a fratribus S. Mariae in Saxia, quibus Iohannes rex a. 1213, Dec. 10. permisit, ut per Angliam mendicarent (Rymer, Foedera I, p. 117); cf. Gregorovius, 'Gesch. der Stadt Rom' V, p. 616. 3) Ab aliis potius Offa (v. pag. seq.) et Aethelwulfus denarium Sancti Petri Angliae imposuisse dicuntur; cf. Stubbs ib.; sed Lib. Northumbr. de reg. Saxon. (saec. XII. med.) ed. Hinde, Sym. Dunelm. p. 207. habet: *Yne . . . dicitur denarium ex singulis domibus regni sui beato Petro Romam unoquoque anno dedisse.* 4) Ann. Anglosax. a. 816; Will. Malmesbur. II, 109 (fere a. 854; cf. G. pontif. de incendio Leone IV. papa). 5) Nota qua ratione portiunculas unius rei partim Ann. Northumbr. apud Simeonem servatis (SS. XIII, p. 154), partim Sigeberto a. 754. decerptas falso duobus annis inseruerit noster. Minutis typis ne ea quidem imprimere volui quae cum Simeone conveniunt, cum quibusdam locis noster ad ipsum eius fontem, annalistam Northumbrensem, perditum forsitan accesserit. Qui hoc loco Cont. Bedae (ed. Stevenson II, p. 256) adhibuit. 6) *in sua se recepit* Sim. Dun. 7) Quae sequuntur ex Will. Malmesburiensi (SS. X, p. 455) hausta sunt.

Anno Domini 793. . . . Ut rex Offa Romam pergens[1] pratum peregrinis emerit. . . . Igitur rex mare ingressus, ad portum in Flandria desideratum applicuit, veniensque ad quoddam oppidum Monasteriolum[a, 2], hospitandi gratia illuc divertit, ubi iumentis suis pabula non inveniens, miratur valde, quoniam locus ille pratorum copia aspicitur[b] abundare; querit ergo rex: 'Cuius sunt[c] prata illa?' Sed responsum accepit, quod dominos plures haberent. Iubet autem rex, ut omnes compareant in conspectu eius et de pratis distrahendis admoneant venientes; indignantur non modicum qui hoc[d] audiunt, asserentes, sufficienter pratorum dominos in rebus temporalibus abundare. Cumque tandem nobiles illi ad regis presentiam perducti fuissent, convenit eos de pratis distrahendis; quos cum audisset in omnimodis abundare divitiis: 'Non sic', inquit rex, 'abundatis, quin possitis amplius abundare. Nos prata vestra comparabimus, non secundum eorum estimationem, sed iuxta vestram voluntatem; nec erit ulla difficultas de pretio, licet nulla propitiatio sit in distrahendo'. Hiis auditis, omnes cupiditate victi, a rege pro sua voluntate pro pratis[e] pretium acceperunt; quo facto, rex prata illa consecrat et transeuntibus peregrinis omnibus regali munificentia confirmat, quatinus peregrini in illis locis pro tempore[f] herbam vel fenum in perpetuum habeant sine pretio, unde iumenta sua sustineant, ex regis beneficio[3]. . . . In die crastina Scolam[4] Anglorum, que tunc Rome floruit, ingressus, dedit[5] ibi[g] ad sustentationem gentis regni sui illuc venientis singulos argenteos de familiis singulis omnibus in posterum diebus singulis annis, quibus videlicet sors tantum contulit extra domibus[h] in pascuis, ut triginta argenteorum pretium[i] excederet; et hoc tali largitate obtinuit, ut de regno Anglie nullus publice penitens pro executione sibi iniuncte penitentie subiret exilium. Celebrata igitur donatione predicta, et suscepta confessione a papa et[k] peccatorum remissione, simul[l] cum summi pontificis benedictione ad propria rex magnificus remeavit. . . . . . .

(Ann. North.) De sancto papa Leone et[m] martyre. Anno Domini 799. Romani inter se dissecantes Leonem papam, virum sanctum et omni laude dignissimum, apprehendentes ligaverunt, linguam amputaverunt, oculos eruerunt atque demum a[6] sede Romana expulerunt, eumque semivivum relinquentes, inter lictorum blasphemias turpe facinus commiserunt; (cf. Iudith 13,17.) sed miserator et misericors Dominus, qui sperantes in se non relinquit, linguam ei et oculos mirabiliter restituens, ad pristinam dignitatem melius quam prius fecerat videntem ac verbum fidei predicantem revocavit.

(Ib.) Anno Domini 800.[7] . . . Rex Francorum Karolus, vir eximie virtutis, cum innumera armatorum copia Romuleam ingressus urbem, loca sancta frequenti visitatione percurrit; ibique per menses aliquot demoratus, ecclesiam beati Petri et Pauli apostolorum Christi donis eam[n] regalibus exornavit, in auro videlicet et argento et lapidibus pretiosis, Leonem quoque papam venerabilem variis munificenciis honoravit, eiusque adversariis dispersis, quosdam interfecit et quosdam in exilium relegavit, nonnullos etiam[o] patibulo suspendi precepit.

(Ib. 800) Karolus imperator. Anno Domini 801. Karolus rex Magnus, cum in urbe Roma plurima que ad honorem Dei et utilitatem populi spectabant disposuisset, in[p] die dominice

a) nuncupatum *add. P.* b) conspicitur *P.* c) sint *P.* d) hec *P.* e) pretium pratis *P.* f) vel *add. P.* g) sibi *P.* h) *sic* 1. *P.* i) non *sine causa suppl. Coxe.* k) *deest P.* l) similiter *P.* m) et m. *des. P.* n) *sic* 1. *P; del. edd.* o) et *P.* p) et 1.

1) Fabula quae e Fundatione S. Albani perdita, saec. XII. scripta (cf. supra p. 7), provenisse videtur. Saec. XIII. Albanenses haec in Vitam Offae (ed. Wats, Matth. Paris. a. 1684, p. 984) receperunt. 2) Coxe cogitavit de Monistrol prope Puy; at fortasse potius Montreuil-sur-Mer. Cf. historiolam quam Math. Paris. G. abb. ed. Riley I, p. 180. narravit: *Tempore abbatis Roberti* [a. 1151—66], *videlicet a. 7, contigit, quod quidam scolaris de Monstreolo oriundus habitum religionis in domo S. Albani suscepit. . . . Post triennium, ut parentes visitaret, cum ad cenobium Monstreoli pervenisset, videlicet Sancti Wynevalli, conventus ipsum elegit in abbatem.* 3) *Romam perveniens, Adriano summo pontifici de b. Albano canonizando cenobioque construendo preces porrigens, Romanam de facili curiam inclinavit;* sunt verba ex cap. seq. excerpta. 4) *Schola, ut fertur, ab Offa primitus instituta* Will. Malm., Reg. 109. 5) De Offae tributo v. Leonis III. epist., Jaffé, Bibl. VI, p. 363; cf. Henr. Hunt. ed. Arnold p. 124: *Offa dedit vicario b. Petri redditum statutum de singulis domibus regni sui in aeternum;* quae transcripsit Albanensis qui s. XIII. in. Radulfum Dicet. ed. Stubbs I, p. 128. adauxit. 6) Hoc fortasse ex Henr. Hunt.: *a sede sua fugaverunt.* 7) Num Northumbrensis Einhardi Vitam Karoli adhibuerit, non sine causa dubitat Pauli, SS. XIII, p. 156.

nativitatis cum ducibus, magistratibus et militibus et turba magna nimis basilicam principis apostolorum Petri ingreditur, ubi a domino papa Leone purpura regali induitur, corona aurea capiti eius imponitur, et regale sceptrum ei in manibus datur; hanc dignitatem ipsa die tantus imperator et magnificentiam promeruit, ut imperator tocius orbis vocaretur et esset. Ipso quoque tempore directi sunt Grecorum legati cum exeniis[a] impretiabilibus ab urbe Constantinopolitana ad Karolum, rogantes instantius, ut illud imperium suscipere dignaretur; istis autem legatis adhuc presentibus, ab Ierosolimis directi sunt nuncii a populis christianis, clericis videlicet et laicis[b], ad Karolum nuper imperatorem creatum, vexillum argenteum regi inter alia munera ferentes cum clavibus locorum sanctissimorum dominice resurrectionis et aliorum multorum, obnixius flagitantes, ut eorum defensor et gubernator esse dignaretur. Annuit imperator piissimus omnibus ad se confugientibus quod petebant, et non solum se [fore[c]] paratum ad devincendos crucis inimicos in terra, verum etiam et in mari, si necessitas compulisset; intellexit enim, beatas esse res publicas, vel si sapientie studiosi eas regerent, vel si earum rectores studere sapientie voluissent. Deinde ad urbem Ravennam perveniens, de rebus predictis cum optimatibus suis diligenter tractavit.

A. D. 802. Brithricus rex Occidentalium Saxonum veneno periit in hunc modum: Habuit rex iste, ut superius est relatum, reginam nomine Eadburgam, Offe regis Merciorum filiam, que . . . materna[1] tirannide incitata, omnes de regno nobiles . . . ad regem accusare et execrari consuevit. . . . Erat autem eodem tempore adolescens quidam genere preclarus ac regi valde familiaris et amantissimus, quem cum malefica regina accusare non valuit, veneno illum extinxit, de quo veneno cum rex ignoranter gustasset, animam subito exhalavit. . . . Rege itaque in hunc modum perempto, mulier nequissima timore perterrita fugiens[2], cum thesauris impretiabilibus mare transiit, et Karolum Francorum regem adiens, multa ei exenia presentavit; cui cum astaret inter mulieres nequissima, licet pulcritudine[d] pulcherrima, sic eam rex allocutus ait: 'Elige, Eadburga, quem volueris, vel me vel filium meum, qui mihi astat in solario, in societatem accipere coniugalem!' At illa sine deliberatione, et freno soluto pudicitie, respondens ait: 'Si mihi optio vel[e] libertas daretur eligendi, filium tuum quam te magis diligerem, quia iunior esse videtur'. Tunc rex intelligens illam explende libidinis cupiditate ductam, eleganter respondit: 'Si me', inquit, 'elegisses, filium meum haberes, et quia illum elegisti, nec me nec illum habebis'. Contulit tamen illi rex propter improbitatem eius et nimiam pulcritudinem nobile monasterium feminarum, in quo illa, habitu deposito seculari, sub specie ypocrisis indumento monialium assumpto, abbatisse vices annis paucissimis fungebatur; nam parvo post tempore, dum que sancta erant execraret[f], a quodam proprie [gentis[g]] ignobili viro dicitur constuprata. Mulierem ergo in adulterio deprehensam rex a sancto monasterio expelli precepit, que deinceps miserrime in paupertate tempora vite sue vituperabiliter ad finem usque perduxit. . . . . . Sim.

A. D. 812. Apud cenobium Elnonense[h] — — reservantur. Sigeb.

A. D. 813. Karolus rex Francorum et patricius Romanorum per Gallias concilia celebrari edicit, unum Maguntie[i], alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillanis, quintum Arelati[k]; in quibus quedam capitula Sacre Scripture universali ecclesie necessaria instituta referuntur. ib.

A. D. 814. Karolus Magnus rex Francorum et imperator Romanorum diem clausit extremum, postquam imperasset annis 45; cui successit filius eius Ludowicus[l]. . . . . . ib.

Lodowicus imperator. Anno Domini 815. Lodowicus rex Francorum a papa Leone[3] imperialem consecrationem Rome consecutus est. . . . . .

A. D. 818. Scloamir[m] — — transivit. ib.

A. D. 819. Bernardus — — privator. ib.

Concilium celebratur. A. D. 820. Per dispositionem — — statuuntur. . . . . . ib.

A. D. 822. Tellus in Saxonia [in[n]] modum aggeris spatio unius leuge multis mirantibus intumuit. . . . . . . ib.

A. D. 826. . . . Corpora sanctorum — — claruerunt. . . . . . ib.

Gregorius papa urbem quam fundaverat Leoniam[o] appellavit. A. D. 837. Papa Gregorius nove urbis fabricam nuper consumatam a semet ipso Leoniam appellavit; qui Leo quartus antea fuerat nuncupatus. . . . . . ib. 836.

A. D. 838. . . . Misit . . . Deus . . . Danos scilicet et Norwegenses, Gothos et Swathedos[p], Wandalos et Fresos — — per annos ferme 230 terram . . . deleverunt. . . . . . Henr. Hunt.

A. D. 841. . . . Mortuo Lodowico Pio rege Francorum et patricio Romanorum, Lotharius[q] successit annis 15. . . . . . Sigeb.

Lotharius hostes suos afflixit. A. D. 843. Lotharius[4] rex Francorum et imperator Romanorum in Saxoniam pergens — — dampnatis sentencia capitali. . . . . . ib.

A. D. 850. Franci a Boemannis — — terga darent. . . . . . ib.

a) exenniis 1. b) laycis 1. c) *deest* 1; *suppl. e P*; esse *Sim.* d) pulchritudinem *P.* e) daretur vel lib. *P.* f) exerceret *Sim.*; execrarent *P.* g) *deest* 1. 2; *suppl. ex P.* h) Elnonensem 1. i) Maguntine 1. k) Arelathi 1. l) Lod. *P.* m) *nomen in rasura vix legi potest* 1; Solamur *P* 1; Scloamyr *Sigeb.* n) *deest* 1; *suppl. ex P. Sig.* o) *altera manu in* Leoniniam *corr.* 1. p) Suath. *P.* q) Lotar. *P.*

1) *more paterno* Simeo; monachus noster, ne Offam, patrem Eadburgae, ut fundatorem coenobii S. Albani, vituperaret, veritus est. 2) Quae sequuntur ex Simeone recepimus, SS. X, p. 457; proveniunt ex Asserio, SS. XIII, p. 120. 3) Ludovicus Pius a. 816. a Stephano Remis imperator consecratus est; in errorem incidit noster fortasse, cum apud Hug. Flor. legeret: *post patris obitum Romanum obtinens imperium*, et apud Flor. Wig. (ex Mariano): *a.* 816. *Leo papa obiit.* 4) Sigebertus haec recte de Ludovico narrat.

Malm. Reg. A. D. 852. . . . Circa dies istos mulier quedam malefica in villa que Berkeleia dicitur — — per quatuor fere miliaria horribiles, auxilium postulantes. Que[a] retuli[1] incredibilia non erunt, si legatur beati pape Gregorii dialogus[2], in quo refert, hominem in ecclesia sepultum a demonibus foras eiectum. Et apud Francos Karolus Martellus, insignis vir fortitudinis, qui Saracenos Gallias ingressos Hyspaniam[b] rediro compulit, exactis vite sue diebus, in ecclesia beati Dionisii legitur fuisse sepultus; sed quia patrimonia cum decimis omnium fere ecclesiarum Gallie pro stipendio commilitonum suorum mutilaverat, miserabiliter a malignis spiritibus de sepulcro corporaliter avulsus, usque in hodiernum diem nusquam comparuit. . . . . . .

Flor. 558. A. D. 854. . . . Rex magnificus Occidentalium Saxonum Athelwlfus[c] cum honore maximo Romam profectus[d], duxit secum Alfredum filium suum iuniorem, quem ceteris omnibus[e] plus dilexit, ut a papa[f] Malm. Reg moribus pariter et religione informaretur ibidem. Ubi cum anno integro rex cum filio demoratus fuisset, fecit filium suum ibi a papa[f] in regem coronari. Atque post dies paucos ad patriam rediens duxit Iudetham[g], Karoli regis Francorum filiam, secum in Angliam sibi matrimonio copulatam; sed interea . . . exorta est . . . conspiratio. . . . Causa autem bifaria erat: una[3], quod filium iuniorem Alfredum, quasi aliis a sorte regni exclusis, in regem Rome fecerat coronari; alia, quod, spretis omnibus Anglie mulieri- Flor. bus, filiam regis Francorum alienigenam[4] sibi per coniugium copulavit. Audierunt preterea coniura- Malm tores predicti, quod contra morem et statuta regum Westsaxonum Iudetham[g], Francorum regis filiam, quam nuper Flor. desponsaverat, reginam appellabat et in mensa ad latus suum convivari faciebat. . . . . . .

Anno Domini 856. Defuncto[5] Lodowico rege Francorum et patricio Romanorum, Karolus successit[h] et annis 12 imperavit.

ib 855. A. D. 857. Athelwlfus[c] Westsaxonum rex — — hereditariam scribere epistolam imperavit . . . Rome autem singulis annis trecentas denariorum mancusas portari precepit, qui taliter dividerentur ibidem: centum mancusas scilicet in honorem sancti Petri apostolorum principis [specialiter[i]] ad emendum oleum, quo implerentur omnia luminaria ecclesie apostolice in vespera pasche et tantundem in gallicantu, et centum ibidem mancusas in honorem sancti Pauli eisdem de causis, centum preterea mancusas universali pape precepit exhiberi ad suas elemosinas ampliandas. . . . . . .

A. D. 860. Dux Saxonum Leuculfus corpus beati pape Innocentii a Roma in Saxoniam transvexit. . . . . . .

Sigeb. Flor 849. A. D. 871. . . . De coronatione et genealogia Alfredi regis. . . . Huius igitur regis genealogiam Malm. Reg. veteres adscendendo texentes ad Christum usque perduxerunt. Erat autem rex Alfredus[6] — — filius[k] Sceaf[l]. Iste, ut ferunt, in quandam insulam Germanie Scandelin nomine, de qua Iordanus[7] Gothorum historiographus loquitur[m], appulsus, in navi sine remige puerulus, posito ad caput eius frumenti manipulo, quem patria lingua 'schef[n]' dicimus, Gallice vero garbam, dormiens inventus est; hac ergo de causa Schef[o] appellatus et ab hominibus regionis pro miraculo exceptus et sedulo est nutritus; qui adulta etate regnavit in oppido quod tunc Slaswic, nunc vero Haithebi[p] appellatur; est autem regio illa Vetus Anglia nuncupata, unde Angli in Britanniam venerunt, inter Gothos et Saxones constituta. . . . . . .

Flor 871. Alfredus inter bellorum discrimina . . . curabat . . . elemosinas egentibus dare. Francigene quoque et alii multi ex regionibus longe positis sponte sese suo dominio subdiderunt, eo quod omnibus esset amabilis et affabilis, iocundus et in rerum disciplina perscrutator incomparabilis; advenas omnes et peregrinos nobiles et ignobiles sicut propriam gentem iuxta singulorum dignitatem honorabat, regebat et pecuniis simul et possessionibus ampliabat. . . . . . .

ib A. D. 872. . . . Rex Alfredus . . . legatos preterea ad Gallias direxit et inde sanctum Grimbaldum sacerdotem et monachum ac virum in disciplinis ecclesiasticis eruditum necnon et Iohannem presbiterum et monachum bonis moribus adornatum . . . ad suum accivit consortium. . . . . . .

A. D. 874. Nefandus Danorum exercitus . . . Burhredum quoque regem Merciorum anno regni sui 22. expulerunt a regno: qui Romam post dies paucos profectus, obiit ibidem et iuxta Scolam Anglorum in ecclesia beate Marie regio more sepulturam accepit. . . . . . .

Sigeb 878. A.[q] D. 879. . . . Lodowicus Francorum regnum regendum suscepit. Eodem etiam[r] anno Karolus Romanum adeptus imperium, imperavit annis 12. . . . . . .

Flor 879. A. D. 880. Magnus paganorum exercitus de partibus adveniens Gallicanis, in fluvium Thamensem[s] venit et apud Fulenham hyemavit. . . . . . .

Sim. A. D. 881. Plurima in regno Francorum monasteria a paganis demolita sunt et concussa; unde et[t] fratres Floriacensis cenobii beati Benedicti abbatis reliquias de sepulcro extrahentes, hostes fugiendo hac illacque discurrebant. . . . . . .

Cat. pont. Flor. 884 A. D. 883. Marinus sedit in cathedra Romana anno 1 et mensibus 5. Hic Scolam Anglorum Rome, Alfredo rege deprecante, a tributo liberam fecit; qui etiam regi prefato donaria transmittens plurima, dedit ei inter cetera portionem non modicam illius salutifere[t] crucis, in qua Dei filius pro salute mundi pependit. . . . . . .

De magistro Iohanne Scoto[8]. . . . . . .

Cat. pont. Malm. Reg. Visio Karoli[u] imperatoris de purgatorio. Anno Domini 885. Stephanus sedit in[v] cathedra Romana annis quinque et diebus octo. Eodem anno Karolus, Lodowici filius, monarchiam imperii Romanorum et

a) Ista itaque que *P.* b) Ysp. 1. c) Aeth. *P.* d) provectus *P.* e) hominibus 1. f) Leone *ex Malmesbur. add. P.* g) Iudethan *P.* h) s. et *des. P.* i) *deest* 1; *suppl. ex P. Flor.* k) fuit *P.* l) Ceaf 1; Seaf *P.* m) fuit *sine causa suppl. Coxe.* n) seaf *P.* o) Seaf *P.* p) Harchebi 1. q) *a.* 878—895, *tribus foliis evulsis, des.* 1. *a Coxe suppl. ex Matth. Westmonast. ed.* 1601. *collato cum cod. Bodleiano Laud.* 572. *s. XIV; nos hic damus lectiones P collatas cum* 2. r) *deest Coxe.* s) Thamesim *Coxe.* t) c. s. *Coxe.* u) Magni *add. P.* v) *deest P.*

1) Wendoverius ipse prima persona loquitur; *ista* Malmesbur. sine *que retuli.* 2) L. IV. Dial. 53. *De corpore Valentini ab ecclesia post mortem proiecto.* 3) Hanc noster adinvenisse videtur. 4) Similiter Will. Malm. 113. 5) Haec perperam confusa sunt. 6) Sequitur genealogia ex Florentio, Simeone, Galfrido Monm. confecta. 7) De rebus Geticis c. 3. 8) Hoc caput de facetiis ad mensam Karoli Calvi, versione Dionysii, interitu et sepulcro Iohannis fere totidem verbis Willelmi Malmesburiensis Gest. pontificum l. V, §. 240. desumptum, cum iam apud Hovedenium SS. XXVII, p. 138. prodierit, hic omisimus.

regni Francorum adeptus, admirabilem quam vidit visionem convocatis episcopis et regni nobilibus in hunc modum detexit[a]: *In nomine Dei*[1] — — *corpus meum valde fessus et contristatus*. Post hanc quoque visionem idem Karolus vix annis duobus imperio functus[b], successit ei Karolus[c] iste, qui postea filiam Eadwardi Anglorum duxit uxorem. Sed hec infra[2]. . . . . . Malm. Reg.

De regionum depopulatione transmarinarum. A. D. 887. Hastein[d] sive Hastingus, natione Danus, Angliam hostiliter pervagatus, cum exercitu infidelium bellatorum potentissimo partes petens regis Gallicanas[3]. . . . . . Will. Gemm. I, 6. 851.

De fundacione cenobiorum et elemosinis regis[e] Alfredi. A. D. 888. Athelmus Wintoniensis[f] comes regis Alfredi et Westsaxonum elemosinas Romam deportavit. Quo utique tempore duo monasteria fundavit, unum monachorum apud Ethelingeiam, id est Nobilium-insulam, ubi idem rex quodam cum subulco[4] exulavit; quo in loco Iohannem presbiterum abbatem ordinavit. . . . Omnes census suos bifarie dividere fecit; quarum primam partem in tres portiones distribuit; harum . . . tertiam autem advenis qui ex diversis nationibus ad eum confluebant impendit. Secundam denique partem, que ex annuo ad eum censu spectabat[h], in quatuor[i] dividens portiones, . . . tertiam scole quam ex multis Gallie aliisque regionibus remotis congregaverat, [quartam[k]] clericis et doctoribus secundum singulorum sufficientiam deputavit. . . . . . Flor. Wig. V. s. Neoti. Flor. Wig.

A. D. 889. . . . Rex Alfredus precepit omnibus Anglie episcopis et viris religiosis fidelium elemosinas colligere collectasque Romam atque Ierosolimam[5] destinare; rex quoque de thesauro suo non modicam portionem fidelium elemosinis unitam ad loca prescripta transmisit.

A. D. 890. . . . Soror regis Alfredi Ethelsuitha, Burhredi regis Merciorum quondam regina, apud Ticinum in habitu religionis defuncta est et ibidem honorifice sepulta. ib.

A. D. 891. Arnulfus, tutor Lodowici, Romanum adeptus imperium, annis 12[6] imperavit. . . . . . [l] Malm. Reg.

A. D. 900.[7] Karolus regnum suscipiens Francorum, regnavit annis 27. . . . . . Sigeb.

A. D. 901. . . . De filiis et filiabus regis Eadwardi. . . . Edgiva[8] Othoni Romanorum imperatori copulata est: alteram, id est Eadhildam[9], Karolus rex Francorum, . . . quartam, id est Algivam[10], Hugo, filius ducis Roberti, habuerunt sibi matrimonio copulatas. . . . . . Malm. Reg.

A. D. 903. Lodowicus Romanum adeptus imperium, annis 10 imperavit. . . . . . [l] Sigeb.

A. D. 904. Sanctus presbiter Grimbaldus, magne vir sanctitatis et unus magistrorum Alfredi regis, gaudia conscendit regni celestis. . . . . . Flor. Wig.

A. D. 913. Conradus Romanum adeptus imperium, imperavit annis 7. . . . . . Sigeb.

A. D. 920. Henricus Romanum adeptus imperium, imperavit annis 18. . . . . . ib.

Ut Lodowicus, nepos regis Anglorum, Francie diadema suscepit. A. D. 936. Comes Hugo mittit nuncios in Angliam pro accersiendo Lodowico, Karoli regis filio, ad[11] apicem regni[m] Francorum. Quem rex Ethelstanus, avunculus eius, accepto a legatis Francie iuramento, cum[11] quibusdam episcopis in Franciam mittit. Cui comes Hugo cum aliis proceribus obviam[11] profecti, in ipsis littoris arenis sese Lodowico committunt, et inde Laudunum ducentes, coronatur ibidem ab Arthaldo[n] archiepiscopo, presentibus 20 episcopis et principibus regni. . . . . . Flod. Ann.

Ut Otho imperator sororem[o] Ethelstani duxerit. A. D. 938. Otho Romanum adeptus imperium, imperavit[p] annis 36. Qui continuo ad imperium promotus, Elgivam[12], Ethelstani regis sororem, in coniugium suscepit. . . . . . Sigeb. Flor. Wig.

De heresi Antropomorphitarum. A. D. 949. In Italia exorta est heresis Antropomorphitarum, qui corpoream Deum habere formam contendunt; contra quam Ritherius Veronensium[q] episcopus et verbis reclamabat et scriptis. . . . . . Sigeb. 939.

A. D. 962. Sanctus Wibertus, Gemblacensis cenobii fundator, migravit ad Christum. . . . . ib.

A. D. 974. Otho secundus Romanum adeptus imperium, annis 10 imperavit. . . . . . ib.

A. D. 984. . . . Otho tertius Romanum adeptus imperium, annis 19 imperavit. . . . . . ib.

A. D. 990. . . . Eodem tempore suborta est discordia inter[r] regem Anglorum Ethelredum et Ricardum ducem Normannorum. . . . Hoc quoque discidium cum a papa Iohanne fuisset compertum, misit in Angliam Leonem Treverensem episcopum, qui pacem firmam inter eos reformavit et potentes iam dictos ad unitatem reduxit. . . . . . Malm. Reg.

A. D. 998. Iohannes sedit in cathedra Romana mensibus 10. Eodem anno successit ei Silvester, qui et Gerebertus, annis tribus et mense 1. Cat. pont.

Iste[13] Gerebertus ex Gallia natus apud Floriacum — — lanterna[s] dirigente. . . . . . Malm. Reg.

A. D. 1005. . . . Henricus Romanum adeptus imperium, imperavit annis 22. . . . . . Flor. Wig.

De chorea quadam nefanda per inobedientiam facta. Anno Domini 1012. Cum in villa quadam Saxonie nomine Colewic[t, 14], in qua est ecclesia Magni martiris, in vigilia dominice nativitatis — — quantum sit inobedientie malum[p] cognoscant. Malm. Reg.

a) direxit 2. b) defunctus 2. c) Ludovicus ille *Coxe*. d) Hasteinus *Coxe*. e) *deest Coxe*. f) Wilton. *recte Flor*. g) eo *P* 1; episcopus *Coxe*. h) spectabant 2, *P* 1. i) tres *Coxe*. k) *deest codd., suppl. e Flor*. l) *ab a.* 894. *iterum pergit* 1. m) regem 1. n) Ardaldo 1. o) regis *add. P*. p) *deest* 1. q) Vernon. *P*. r) *deest P* 1. s) laterna *P*. t) Colevize *P* 1.

1) Vide SS. X, p. 458, l. 2—62. 2) Vide a. 901. 3) Quae ex Will. Gemm. excerpsit omisimus. 4) Ad a. 878. noster e Vita s. Neoti historiolam de Aelfredo apud Aethelney panes coquente transscripsit. 5) Dona ab Hierosolymis potius recepisse dicitur Aelfredus ab Asserio, quem noster ap. Sim. Dunelm. legit. 6) Numerum Sigeberto deprompsit noster. 7) Numeri saepe uno anno a Sigeberto differunt; quod hinc notare supersedi. 8) Eadgyth nupsit Ottoni. 9) *Eadgifam* recte Malmesburiensis. 10) *Eathildam Hugoni* recte id. 11) Cum verba *ad ap. regni* et *cum q. episcopis* et *obviam* Hist. Remensi SS. XIII, p. 580. desint, Annales Flodoardi, SS. III, p. 383, hic adhibiti sunt. 12) Error; cf. supra a. 901. 13) Quae sequuntur de astrologia, statua, morte Gerberti, thesauro Octaviani e Willelmi Gestis regum c. 167. 168. 172. 169. sumpta sunt. Prodierunt SS. X, p. 461 sqq. 14) Fabulae e Will. Malmesb. SS. X, p. 465. extractae hoc nomen (*Colocize* 'Archiv' VII, p. 431; *Colebecca* SS. XXVI, p. 28) ex altera eiusdem rei relatione, e qua Matheus quoque postea aliud nomen desumpsil, insertum est.

Malm. Reg. Item aliud exemplum inobedientie. Imperator Henricus dominica que[a] Quinquagesima dicitur venatum pergens[1] — — percussus fulmine exspiravit. . . *. . .

Flor. Wig. Malm. Reg. Flor. Wig. A. D. 1017. . . . Cnuto rex . . . filios quoque regis Eadmundi Eadwinum[2] et Eadwardum ad regem Suanorum perimendos direxit[b]. Sed, licet ei confederatus fuisset, mandatis[c] Cnutonis non[d] adquievit; quia[e] pueros ad Salomonem Hungarie[f] regem nutriendos et vite reservandos transmisit; ubi aliquandiu honorifice conversati, Eadwardus accepit[g] uxorem regine Hungarie[h] sororem nomine Agatham, ex qua processu temporis duos[3] filios Eadmundum et Eadgarum generavit; genuit etiam[i] ex ea duas filias, Margaretam scilicet et Cristianam[k], de quibus inferius[l, 4] suo loco dicetur. . . . . . .

ib. A. D.[m] 1025. Conradus Romanum adeptus imperium, annis 15 imperavit. . . . . . .

ib. Anno gratie[n] 1028. . . . Natus est Marianus Scotus, qui tandem adultus et in[o] studiis[p] liberalibus eruditus[q], librum cronicorum digessit et[r] inter omnes cronographos[s] regum Anglie gesta prolixius scribens, servatis annis dominicis, ab[t] imperatore Octaviano Augusto usque[5] ad tempora[u] Henrici regis Anglorum primi perduxit.

ib. A. D. 1029. Rex Anglorum[v], Danorum et Norwegensium Cnuto ad Angliam rediens, Haconem Danicum comitem[w] in exilium misit. Habuit enim uxorem Gunildam[x], matronam nobilem, Wirtigerni[y] regis Windorum et sororis sue filiam. . . . . . .

ib. A. D. 1031. Rex Anglorum et Danorum Cnuto potentissimus cum honore maximo Romam profectus — — non habeant[z] necessitatem augere[a] pecuniam de peccato. . . . . . .

Malm. Reg. A. D. 1033. Rex Cnuto potentissimus reversus[b]. . . . . . .

Henr. Hunt. A. D. 1035. . . . Emmam, ut novercam suam, ab Anglia exulavit[6]. Que ad Baldewinum comitem[c] Flandrensem divertens, accepit ab eo castellum de Bregges, ut moraretur[d] ibidem. . . . . . .

Malm. Reg. Anno gratie[e] 1037. Corpus Pallantis filii Evandri[f] — — carne[g] dissoluta. . . . . . .

Flor. Wig. Anno gratie 1039. Hardecnutus rex Danorum ad Emmam quondam[h] reginam Anglie[h], matrem suam, in Flandriam transvectus[i], apud[k] Bregges cum ipsa moram fecit. . . . . . **

Malm. Reg. Anno gratie 1041. . . . Per idem tempus rex Anglorum Hardecnutus Gunnildam, sororem suam ex rege[l] Cnutone et Emma regina generatam[m], Henrico imperatori Romano[n] matrimonio copulavit[o]. Erat autem hec puella[p] temporibus patris[q] sui propter eius decorem[r] incomparabilem a multis viris nobilibus petita, sed non impetrata; unde nunc adeo celebris erat[s] illius pompa nuptialis, quod rex, frater eius, et omnes regni[t] habitatores thesauros auri et argenti cum pannis[u] sericis[h], gemmis et equis pretiosis ita effuderunt, quod usque in diem[v] hodiernum in conviviis[w], tabernis et[x] aliis hominum conventiculis histriones et mime[h] fidicines et[h] instrumentis et canticis hanc nobilitatem[y] digne efferre non sufficiunt nuptialem. Stetit autem inter eos multo tempore fedus coniugale illesum[h], sed novissime a seminatoribus[z] discordie imperatrix apud imperatorem fuit adulterii diffamata; oportebat ergo iuxta consuetudinem regionis, ut Gunnilda per duellum contra accusatorem, gigantee immensitatis hominem, famam sue puritatis redimeret. Sed ex omnibus militibus vel ministris qui[a] cum illa ab Anglia venerant nec unus inventus est, qui propter horrendam illius corporis immensitatem congredi cum ipso[b] auderet. Sed[c] cum Gunilde angustie essent undique, puer quidam, quem ab Anglia[d] adduxerat et in suo[e] thalamo educaverat[f], qui, quia[g] nanus erat et propter corporis parvitatem, Mimecan[7] dicebatur, duellum pro domina, cuius[h] puritatem noverat, suscepit et conserto cum[i] gigante prelio, per iustum[k] Dei iudicium[g], preciso[l] poplite illius[g], ipsum enervavit; quo ruente in terram, Mimecannus[m] caput gigantis[n] amputatum domine sue illud presentavit. Tunc imperatrix ex insperato gavisa[o] triumpho, imperatori repudium fecit, nec ultra minis[p] vinci potuit aut blanditiis, ut torum eius ascendere deinceps[g] consentiret.

*) *Ab a.* 1012. *ad a.* 1064. *P compluribus locis a codd.* 1 *et* 2 *discedens, fortasse Wendoverii lectiones genuinas praebet.*

Flor. Wig. **) A. D. 1040. Henricus Romanum adeptus imperium, 17 annis magnifice imperavit. . . *add. P, sine dubio e pristina lectione.*

a) in *add.* *P* 1. b) destinavit *P.* c) precibus *P. Flor.* d) adquiescere recusavit *P.* e) nam *P.* f) Hungarorum *P. Flor.* g) in *add.* *P.* h) *deest P. Malm.* i) insuper *P.* k) Cristinam *P.* l) in sequentibus *P.* m) *deest P* 1. n) Domini *P.* o) *deest P.* p) l. s. *P.* q) imbutus, studio suo et labore cr. d. l. ab imp. Octov. usque ad annum dominice incarnationis 1131. *P.* r) Hic *P.* s) historiographos *P.* t) ab imp. O. A. *hic des. P.* u) Henricum seniorem A. regem perduxit *P.* v) et *add.* *P.* w) quasi legationis causa *add. P. Flor.* x) Gunn. *P.* y) sororis s. et Wirrig. Wund. r. [Wirtgeorni r. Winid. *Flor.*] filiam *P. Flor.* z) habeat *P.* a) de pecc. p. adaugere *P.* b) a Roma rediens *P.* c) F. c. *P.* d) i. m. *P.* e) Domini *P.* f) Evandrii *P.* g) cute soluta *P. Malm.* h) *deest P.* i) devectus *P. Flor.* k) c. i. a. B. *P.* l) C. r. *P.* m) ingentis pulchritudinis puellam *add. P. ex Malm.* n) destinavit *add.* *P.* o) copulandam *P.* p) virgo *P.* q) Cnutonis regis *P*, *ubi* p. s. *des.* r) i. d. *P.* s) fuit illa n. p. *P. Malm.* t) fere h. regni *P.* u) palliis *P.* v) h. d. *P.* w) et *add.* *P.* x) et a. h. c. *des. P.* y) pompam *P.* z) disc. animatoribus Gunnilda est ap. imp. de crimine ad. accusata *P.* a) nec u. fuit inv. qui c. i. ab A. ven., qui auderet cum delatore cong. pr. hor. corp. eius deformitatem *P*; et immensitatem *postea add. Matheus P* 1. b) delatore *P*, *a Math. corr.* bellatore *P* 1. c) Cumque *P.* d) secum *add.* *P.* e) eius *P.* f) educatus fuerat *P.* g) *deest P.* h) quam per mendacium nov. accusatam *P.* i) pr. cum g. *P.* k) miraculum Dei *P. Malm.* l) succiso delatoris popl. *P. Malm.* m) Mimecanus *P.* n) c. eius prescidit et illud s. d. pres. *P.* o) gaudens effecta *P.* p) aut bl. v. potuit *P.*

1) Hanc fabulam habes SS. X, p. 465. 2) Rectius *Eadmundum* Florentius; *Edwius* a Will. Malmesb. II, 180. vocatur. 3) Error; Eadgari Aetheling frater alibi non occurrit. 4) V. a. 1067. 5) Minus recte continuatio Wigornensis, quae in multis codicibus a. 1132. desinit, Mariano ipsi attribuitur. 6) Haroldus rex Angliae. 7) Quae sequuntur eidem auctori deberi videntur cui Rad. de Dic., SS. XXVII, p. 258, hoc nomen deprompsit; cf. Steindorff, 'Heinrich III,' I, p. 516.

**De[a] episcopatu cuidam clerico per simoniam collato.** Idem[b] imperator, patre Conrado adhuc superstite[c], a clerico quodam fistulam argenteam eo susceperat[d] pacto, ut, cum foret imperator, illi episcopatum conferret. Ille[e] vero tandem adultus et post[f] patrem imperator creatus, repetenti clerico[g] episcopatum[h] donavit. Sed non multo post gravi infirmitate correptus, lecto decubuit, et[i] egritudine invalescente, per triduum absque[k] sensu et voce[l] et quasi e corpore raptus iacebat, ut[m] solo pectore vitalis[n] vix spiritus palpitaret, nec aliud vite erat indicium, nisi quod[o], manu ad nares apposita, sentiebatur anhelitus perexilis. Tunc presentes episcopi et amici, triduano indicto ieiunio, lacrimis et votis divinam pro salute imperatoris clementiam implorabant; quibus, ut creditur, remediis convalescens, accito ad[p] se episcopo[q] simoniace pro fistula argentea promoto[r], illum per decretum concilii degradavit. Et[s] confessus est[t] imperator[s], audientibus cunctis, quod per[s] totum[u] triduum quo exanimis iacuerat inter demones constitutus, illos adeo[v] sensit infestos, quod flammas igneas per fistulam illam[s] in os eius iaculantes, corpus illius[w] totum[s] tam intus quam exterius incendebant. Flamma quidem[x] illum adeo exurebat, quod terrenus ignis noster[s] in comparatione[y] illius flamme[s] tepidus et quasi nihil caloris[z] videatur habere; sed inter hec incendia gravissima[a] habuit quendam iuvenem quasi assatum igne dictus imperator, qui calicem aureum[b] mire magnitudinis aqua plenum manibus portavit; cuius sollicitudine ac[c] laticis aspersione ardoribus[d] extinctis, ad pristinam rediit sanitatem. Cumque[*][1] de iuvene assato miraretur imperator, quis esset qui sibi refrigerium prestiterat, dictum ei per vocem celitus emissam: 'Reduc', inquit, 'ad memoriam de cenobio beati martyris Laurentii olim a paganis destructo, quod reedificasti, et, monachis impositis, predia multa et ornamenta cum aureo calice gemmis decorato, quem ob illius martyris honorem monasterio contulisti; unde certissime cognoscas, ipsum fuisse iuvenem assatum beatum sanctum Laurentium, qui vicem tibi pro vice rependens, spatium penitentie et refrigerium impetravit in penis. . . . . . . — cf. Malm. Reg.

Anno gratie 1045. Brithwoldus[e] Ramesberiensis antistes[f] obiit; et Hermannus, regis capellanus, successit. . . . . . . — Flor. Wig.

A. D. 1048. . . . In cathedra Romana . . . Leo successit[g] et tenuit cathedram annis 5, mensibus 2 et diebus 6. Huius pape temporibus detectum est Rome sortilegium diabolicum et nostris seculis inauditum. — Cat. pont. Erant enim in strata publica qua Romam itur due anicule[2] — — a filiis suis fecerit[h] abhorreri. . . . . . . — Malm. Reg.

Anno gratie[i] 1051. . . . Tosti, filius eius[3], cum[k] sua coniuge Iudith, filia scilicet[l] comitis[m] Flandrensis Baldewini, et alii . . . navem cum thesauris multis ascendentes, in Flandriam cursum[n] ad prefatum[o] comitem direxerunt. . . . . . . — Flor. Wig.

Anno gratie[i] 1052. . . . Marianus Scotus, cronicorum scriptor veracissimus, seculum reliquit. . . . . . . — ib.

Rex Eadwardus . . . pristinum honorem restituit Godwino et filiis eius omnibus preter Suanum; qui[p] . . . de Flandria nudis pedibus Ierosolimam[q] petens, in reditu suo per[r] viam defunctus est. . . . . . .

Anno gratie[i] 1055. . . . Hermannus Ramesberiensis[s] episcopus iratus, eo quod rex[t] concedere noluit, ut sedem episcopalem apud Salesberiam transferret, episcopatum dimisit, atque mare transiens[u], apud Sanctum Bertinum habitum[v] monachilem suscepit annisque[w] tribus in ipso cenobio[x] habitavit. . . . . . .

Anno gratie[i] 1057.[**] Rex Anglorum Eadwardus, cum in diebus suis processisset, Aldredum Wigorniensem episcopum in[y] Hungariam mittens, revocavit inde Eadwardum[z], filium regis Eadmundi, fratris sui, cupiens[***], ut sibi succederet in regnum. . . . . . . — Ann. Anglos., Malm. Reg.

Anno gratie[i] 1058. . . . Eodem tempore civis quidam Romanus etate iuvenis[4] — — defunctus est, confessus pape coram populo flagitia inaudita. . . . . . . — ib.

A. D.[a] 1060. . . . Herefordensis episcopatus[b] . . . Waltero datur Lotharingo, Edithe regine capellano; et[c] eodem anno defuncto Duduc Wellensi episcopo[d], Gisa regis capellanus successit. — Flor. Wig.

*) *Loco lin.* 15—20. *habet P:* Cum autem dictus imp. de iuv. ass., qui sibi ref. prestaverat, miraretur quis esset, reduxit ad mem. quoddam cenobium b. m. L., o. a p. destructum, quod ipse reedificaverat et, m. i., m. pr. et orn. contulerat et inter alia beneficia calicem aureum et g. decoratum, quem ob h. mart. ecclesie contulerat, nunc in ardoribus positus recognovit, dum iuvenis assatus ibi[e] refrigerium ministravit.

**) Henricus Romanum adeptus imperium, annis 50 imperavit. Eodem anno[f] *add. P ex Florentio, sine dubio verba pristinae compilationis.*

***) cum tota familia sua, ut vel ipse vel filii eius sibi succederent in *r. P ex Will. Malm.*

a) De admiranda visione Henrici imperatoris *P.* b) Hic *P.* c) vivente *P.* d) p. a. *P.* e) Henricus iste *P, ubi vero deest.* f) imp. post p. *P.* g) promissum *add. P.* h) libenter *add. P.* i) crescente egr. *P, ubi inval. deest.* k) sine *P.* l) ita mutus *add. P.* m) in *add. P.* n) vix vit. *P.* o) *deest P* 1. p) ad se *des. P.* q) quem *add. P.* r) episcopum fecerat *P.* s) *deest P.* t) autem *add. P.* u) toto triduo *P.* v) sibi *add. P.* w) eiusdem *postea mut. Math. P* 1. x) autem *P.* y) ignis *add. P.* z) calere putaretur *P.* a) ferventissima *P.* b) manibus *hic ins. P.* c) et *P.* d) e. a. *P.* e) Brihtw. *P.* f) pontifex *P.* g) succedens sedit annis *P, ubi haec a.* 1049. *exstant.* h) horreri fecit *P.* i) Domini *P.* k) Iudith uxore sua *P.* l) *deest P.* m) B. Fl. c. *P.* n) ad predictum com. cursum d. *P.* o) prefatem 1. p) ille *P.* q) Ierusalem *P.* r) in itinere *P.* s) Wiltoniensis presul *P. Flor.* t) sedem ep. ad S. de Ramesberia transferre rex conc. nol., ep. dim. *P. Flor.* u) transfretato *P.* v) m. h. *P.* w) et tr. annis *P.* x) monasterio *P. Flor.* y) ad regem Hungarorum transmittens *P.* z) f. fr. s. r. Eadm., scilicet Eadw. *P.* a) gratie *P.* b) presulatus *P.* c) eodem etiam *P.* d) pontifice *P.* e) sibi *fort. emend.* f) *deest P* 1.

1) Nescio, num haec quoque ex illis fabulis collectis hauserit noster, e quibus Rad. Niger, SS. XXVII, p. 342, narrationem Willelmi Malmesb. adauxit. Cf. Steindorff p. 519. 2) V. Malmesb., SS. X, p. 464, quem noster paullo tantum mutavit. 3) Godwini comitis. 4) V. Will. Malmesb. SS. X, p. 471.

Flor. Wig. Anno gratie 1061. Aldredus Eboracensis electus[a] cum Tostio comite Romam profectus[b], a papa Nicholao pallium suscepit[c]; ubi etiam consecrati sunt Gisa Wellensis antistes et Walterus Herefordensis[*]. . . . . .

ib. Anno gratie 1065. . . . Northanhumbrenses . . . comitem suum Tostium fugaverunt. . . . Tostius mox cum uxore sua in Flandriam divertit ad comitem Baldewinum et apud Sanctum Audomarum hyemem transegit.

Malm. Reg. A. D. 1066. . . . Haroldus . . . capiti proprio imposuit diadema. Post cuius promotionem Tostius[d], frater eius, a Flandria veniens, cum navibus 60 in ostio Humbre fluminis applicuit. . . . . .

Ailr. Riev. Gen. Reg. A. D. 1067. . . . Eadgarus Etheling, de regno Anglorum heres legitimus, cernens res patrie undique perturbari, ascensa navi cum Agatha matre sua et sororibus Margareta et Cristina, in Hungariam, ubi natus fuerat, conabatur reverti; sed tempestate suborta, compulsus est in Scotiam applicare. . . . . .

Sigeb. Hoc igitur tempore duobus Rome — — Cadelus[e] expellitur, symoniacus comprobatus. . . . . . .

Rob. Tor. A. D. 1070. . . . Successit ei[f.1] Lanfrancus, prius monachus Beccensis et postmodum abbas Cadomensis, in[g] archipresulatum Cantuariensem. . . . . . .

A. D. 1074. Gregorius sedit in cathedra Romana annis 12, mense 1 et 3 diebus.

Rad. Dic. Iste papa in sinodo generali — — sanguinem Domini voluntarie frequenter in terram effundunt. . . . . . .

Ann. Anglos. Venerunt ex Dacia Cnuto, filius Suani, et Hacon comes cum navibus ducentis armata manu repletis; sed audientes de fautoribus suis quod factum fuerat, retortis velis ad Flandriam navigarunt, cum Willelmo congredi non audentes. . . . . .

Sigeb. A. D. 1077. . . . Henricus imperator, collecto Warmacie — — Sueviam devastavit[h]. . . . . . .

ib. A. D. 1079. . . . Imperator Henricus in pentecosten in concilio Maguntie habito Wibertum Ravonne[i] urbis episcopum[k] papam fore designat. . . . . . .

ib. A. D. 1080. Hildebrandus — — principibus interfecit. . . . . . .

ib. A. D. 1082. Marianus — — euangelii.

Rad. Dic. A. D. 1083. Matildis regina, Baldewini comitis Flandrensis filia et uxor Willelmi regis Anglorum, diem clausit supremum[l]. . . . . . .

Sigeb. A. D. 1084. Romani imperatorem — — benedicitur patricius Romanorum.

ib. 1086. Eodem quoque anno Cassinensium — — dissenterico[m] dissolutus. . . . . . .

Malm. Reg. A. D. 1086. . . . Primogenitus[n.2], adhuc patre vivente, Normanniam negari moleste ferens, in Italiam abiit, ira succensus, ut, filia[o] Bonefacii marchionis sumpta, adversaretur patri, partibus illis adiutus; sed hac petitione frustratus, Philippum Francorum regem contra patrem suum excitavit. . . . . . .

Sigeb. Gregorius papa — — odium concitasse. Successit ei in cathedra Romana Clemens[3] paucis diebus; et eo defuncto, Cassinensium abbas Desiderius successit et Victor nuncupatur.

Rob. Tor. A. D. 1087. . . . Obiit Wiscardus dux Apulie; et successerunt ei duo filii eius Rogerus et Boamundus.

Sigeb. Hoc etiam anno Venetianis — — pontificis Nicholai.

Malm. Reg. De Berengario heresiarcha. Eodem tempore Berengerius[p] — — largitione approbatus. . . . . . .

Sigeb. 1088. A. D. 1089. Odo ex monacho Cluniacensi episcopus Ostiensis effectus, contra Clementem papam et Henricum imperatorem fit papa et Urbanus vocatur. Malm. Huius pape temporibus Alemannicus comes[4] quidam, Henrici imperatoris persecutor gravissimus, cum quodam die tristis ad mensam resideret, ministrantium stipatus catervis, ita repente a muribus — — famem in momento refecit. . . . . .

Sigeb. 1090. A. D. 1091. . . . Methis[q] corpus sancti Clementis, primi episcopi ab apostolis illic ordinati, inventum est et in feretro collocatum. Malm. Reg. Sub eisdem diebus in Fuldensi[5] — — obitu demonstravit. . . . . . .

Rad. Dic. A. D. 1094. . . . Tunc temporis ecclesia Romana in scismate — — apostolicum etiam nominare. Ergo rex Willelmus allegavit a simili, quod . . . ipse omnes libertates haberet in regno suo, quas imperator vindicabat in imperio. Anselmus . . . a papa Urbano maximo cum honore receptus est Laterani; — — habito deinde concilio Rome, cui idem papa presedit Urbanus, interfuit; in quo Anselmi[6] consilio laicos investituras ecclesiarum more pristino conferentes — — synodalis auctoritas decrevit exortes; — — exilium usque ad finem vite regis Willelmi.

Malm. Reg. A. D. 1095. . . . Dominus papa Urbanus apud Clarum-montem — — *Quod pro sepultura mortuorum pretium non recipiatur.* Rad. Dic. In hoc concilio papa Urbanus Hildebrandi decreta renovat[7]. . . . . . .

ib. A. D. 1099. . . . Sigisbertus Gemblacensis monachus cronica sua hucusque[r] digessit[8]. . . . . . .

Eadm. V. Ans. et Malm. Reg. A. D. 1100. . . . Anselmus . . . a Roma Marcenniacum venit circa Kalendas Augusti, ut sancti Hugonis Cluniacensis abbatis colloquio frueretur. Ubi cum de rege Willelmo inter eos sermo haberetur, abbas ille venerabilis archiepiscopo respondens, sub testimonio intulit veritatis: 'Proxima nocte preterita vidi regem illum ante thronum Dei adductum et accusatum et a iusto Iudice dampnacionis in illum sententiam promulgatam'. Sed quomodo illud sciret, nec ipse tunc exposuit, nec archiepiscopus propter illius eminentiam sanctitatis nec alius Eadm. audientium quilibet [requisivit[s]]. Item sequenti die cum archiepiscopus inde progressus Lugdunum venisset . . . Sigisbertus[9] Gemblacensis monachus hucusque cronica sua satis eleganter digessit.

Eodem anno defuncto papa Urbano, Paschalis sedit in cathedra Romana post eum annis 18. . . . . . .

A. D. 1101.[10] . . . Henricus Romanum adeptus imperium, imperavit annis 35[10]. . . . . . .

*) *Hinc codd.* 1. 2 *iterum cum P conveniunt.*

a) archiepiscopus *P. Flor.* b) perrexit et *P.* c) et cum gaudio remeavit *postea add. Math. P* 1. d) f. e. T. *P.* e) Cadelo *P. Sigeb.* f) electus *postea add. Math. P* 1. g) ad *P.* h) devastat *P.* i) Ravencie 1. k) archiepiscopum *emend. Luard ex Sigeb.* l) suppr. 1. m) dissint. *P.* n) Robertus *add. P.* o) filiam *codd.* p) Berengerus *P.* q) Mechis 1. r) hec usque *P.* s) *deest codd.; suppl. Luard e Malm.*

1) Stigando. 2) Willelmi I. regis Robertus. 3) Antipapa. 4) *Homo* Will. Malmesb., SS. X, p. 476. 5) Ib. p. 477. 6) His laudibus immerito effert noster primatem suum. 7) *Sermo pape de negotio Terre Sancte* sequitur; cuius prima pars alibi non inveniri videtur (cf. supra p. 11, n. 23), sed multo maior pars Will. Malmesb. deprompta est. — Quae Theutonici in primo itinere sacro gesserunt noster omnia aut e Willelmo Malmesb. aut e Willelmo Tyrio sumpsit. 8) Cf. a. proxime sequentem. 9) Haec repetiit noster ex a. 1099. 10) Unde hos annos falso auctor hauserit, nescio.

A. D. 1103. Anselmus . . . Romam perrexit. . . . Quo Romam veniente, a papa Paschali[a] susceptus est reverenter. . . . Pro[1] episcopis et abbatibus degradatis multa precum instantia dominum papam rogare cepit, ut cum illis misericorditer dispensaret, ut possent amissas recipere dignitates. Tunc sedes clementissima, que nulli deesse consuevit, dummodo albi aliquid vel rubei intercedat[2], prescriptos pontifices et abbates ad pristinas dignitates misericorditer revocavit. . . . . . . Rad. Dic. Eadm.

A. D. 1104. . . . Anselmus Cantuariensis archiepiscopus a Roma rediens, . . . perveniens autem Lugdunum, resedit cum Hugone archiepiscopo civitatis, omnibus que Dei sunt diligenter intendens. . . . . . . Eadm.

A. D. 1109. . . . Missi sunt nuncii sollempnes ab imperatore Romanorum Henrico in Angliam, filiam regis Matildem — — tres solidos. . . . . . . Henr. Hunt.

A. D. 1111. . . . Obiit hoc anno Robertus comes Flandrensis — — Baldewinus. . . . . . . ib.

A. D. 1112. Facta est contentio Rome inter papam — — corpus Christi dedit imperatori. . . . . . . Rob. Tor. 1111.

A. D. 1117. Tonitrua, grandines et terre motus in Longobardia ecclesias, turres, arbores, edificia et homines contriverunt. . . . . . . Hunt.

Scisma orta est Rome propter Gelasium antipapam. A. D. 1118. Defuncto papa Paschali, Gelasius antipapa[b] anno uno successit. . . . . . .

A. D. 1119. Defuncto papa Gelasio, successit ei Calixtus annis 10[c], mensibus totidem et diebus 13. Fuerat autem episcopus Viennensis, Wido prius vocatus, et in papam consecratus, vocatus est Calixtus. Hic Remis concilium tenuit — — interdixit. In hoc[3] concilio idem papa errorem magistri Gileberti Porete, qui in capitulis quatuor errasse dicitur, condempnavit. *Primo dixit — — naturam divinam dicas incarnatam esse, sed in Filio.* Rob. Tor. Rad. Dic.

Eodem anno actum est campestre prelium inter Lodowicum[d] regem Francorum et Henricum regem Anglorum. . . . Comes[4] vero Flandrensis letaliter vulneratus, ad sua est in lectica adductus. . . . Eodem anno obiit . . . comes Flandrensis Baldewinus per vulnus quod cepit apud Aucum in Normannia; cui successit Karolus, Cnutonis filius regis Danorum. Eodem tempore papa Calixtus venit in Normanniam ad regem Henricum, et collocuti sunt apud Gisortium magnus rex et summus sacerdos. . . . . . . Hunt.

A. D. 1121. Rex Henricus duxit Adeliciam, ducis Lovanie filiam, causa pulchritudinis et excellentis decoris. . . . Papa Calixtus Mauricium quendam, quem Henricus imperator antipapam constituerat, cepit et eum monachum ordinavit. . . . . . . ib. Rad. Dic.

A. D. 1125. Iohannes Cremensis — — dedecus commutavit. Hunt.

Eodem anno rex Henricus dedit Symoni, clerico regine, Wigornensem . . . presulatum. . . . . . .

A. D. 1126. Henricus Romanorum imperator diem clausit extremum; cui succedens Lotharius[e] annis[f] 12 imperavit. Tunc[5] imperatrix Matildis ad patrem suum regem Henricum reversa, habitavit in thalamo eius cum regina; diligebat enim eam rex valde, quia unicam illam habebat heredem; et circa festum sancti Michaelis rediens in Angliam, duxit secum[f] filiam suam, tanto viro, ut predictum est, viduatam. . . . . . . Rob. Tor.

A. D. 1127. . . . Venerunt autem ibidem ad regem legati dicentes: 'Karolus comes Flandrensis — — proditores Karoli interfecit'. . . . . . . Hunt.

A. D. 1128. Rex Anglorum Henricus — — regem Francorum comitis[g] Flandrensium auxilia negare coegit. . . . Advenit autem eodem tempore a partibus Germanie — — famam promeruit eternam. . . . . . . ib.

Magister Hugo de Sancto Victore cronica sua huc usque digessit. Rad. Dic.

A. D. 1129. Honorius sedit in cathedra Romana annis 5 et mensibus 2. . . . . . .

Venit in Normanniam avium innumerabilis multitudo, que — — pugnabant, portendentes fortasse scisma[6] futurum inter duos paulo post apostolicos de papatu contendentes. Rob. Tor.

A. D. 1130. Defuncto papa Honorio, Romani in duo divisi duos elegerunt, quidam Innocentium, et alii Anacletum. Sed Anacletus — — Remis coronavit in regem. . . . . . . Hunt. Rob. Tor.

A. D. 1138. Conradus Romanum adeptus imperium, annis 15 imperavit. . . . . . . ib.

Eodem anno Albericus Hostiensis episcopus et ecclesie Romane legatus in Angliam veniens, in adventu Domini Londoniis concilium celebravit. . . . . . . Hunt.

A. D. 1142. . . . Defuncto papa Innocentio, Celestinus successit; qui cum sedisset in cathedra Romana mensibus quinque, diem clausit extremum. Cui succedens Lucius, Romanam rexit ecclesiam mensibus 11 et diebus 13. . . . . . .

Magister Willelmus Malmesberiensis monachus Anglorum historiam[h] terminavit.

A. D. 1143. Defuncto papa Lucio, Eugenius sedit in cathedra Romana annis 8, mensibus 4 et diebus 21. . . . . . .

A. D. 1146. . . . Papa Eugenius Parisius veniens — — regulares sunt canonici introducti. Papa vero inde Remis profectus, tenuit ibi concilium, in quo dampnata est heresis Eudonis pseudoprophete[i]; de cuius incantationibus et fantasiis melius est silere quam loqui. In hoc quoque concilio constituit predicatores de negotio Terre Sancte, que eo tempore adeo erat a Sarracenis oppressa, quod liberis discursibus et sine contradictione eam ubilibet pervagarentur[k]. Igitur ad predicationem Bernardi abbatis Clarevallensis Conradus Romanorum imperator cruce signatus est, et cum eo innumera hominum multitudo. Mense autem Maio Rad. Dic. Rob. Tor. Will. Tyr. XVI, 18 sq. XVI, 19.

a) Pascali 1. b) *ita codd. perperam.* c) *ita codd. falso.* d) Lodew. *P* 1. e) qui *postea add. Math. P* 1. f) *deest P* 3. g) comitis 1. h) hyst. 1. i) seud. 1. k) pervagarent 2.

1) Haec e compluribus libris ipse collegit Rogerus. 2) Similiter noster saepius verbis a se insertis in avaritiam Romanam invehitur. 3) Potius a. 1148; cf. Otton. Frising., Gesta Frider. I, 54. 4) Haec apud Henr. Huntingd. rectius anno praecedente habentur. 5) Haec vix ex ullo libro sumpserit noster. 6) *mala* Rob. Tor.

1147. Will. Tyr. proximo sequente dictus imperator iter peregrinationis arripiens, duxit secum ad septuaginta milia[1] equitum loricatorum, exceptis peditibus et parvulis, mulieribus equitibusque levis armature. Secutus est illum quoque Lodowicus rex Francorum cum non minori numero armatorum. Qui propositum habentes segregatim incedere[a], ut commodius sibi vite necessaria et iumentis pabula non deessent[b], transcursa itaque Bavaria et Danubio flumine[c], Austriam, Hungariam et utramque Pannoniam, Bulgarorum etiam provincias, Mesiam et Daciam, tandem in Traciam[d] descenderunt. Inde Constantinopolim pervenientes, cum imperatore Manuele colloquium habuerunt. Deinde[e] transito Hellesponto, Europe termino, in Bithiniam, que prima est ex Asianis[f] pro- ib. XVI, 20. vinciis, in pago Calcedonensi castra statuerunt. Tunc imperator Romanorum Conradus, transiectis Bosforum legionibus suis, et relinquens a leva Galatiam et Paflagoniam[g] et utrumque Pontum, a dextris autem Frigiam, Lidiam et Asiam Minorem, per mediam Bithiniam iter agens Nicheamque a dextris deserens, Licaoniam pervenit.

XVI, 19. De proditione detestanda Constantinopolitani[h] imperatoris. Soldanus autem Yconensis, audito tantorum principum adventu, a multo retro tempore ex ultimis Orientis finibus militaria convocaverat auxilia; et quomodo ab XVI, 20. imminentibus hostium periculis se possit eximere, curam propensiorem gerit. Congregatis igitur militibus[i] suis, in finibus Licaonie[k] exspectabat, ut loco et tempore hostibus transeuntibus impedimentum, ne procederent, procuraret. Tradiderat quoque Constantinopolitanus imperator imperatori Romanorum[l] vie duces propter locorum abusum XVI, 21. et itineris difficultatem, qui ipsum precederent; sed illi consueta Grecorum usi malicia, de mandato, ut dictum est, imperatoris, qui semper Latinorum successibus invidebat[m], ceperunt ex industria trahere legiones XVI, 22. per[n] devia, in quibus locus esset hostibus regionis ignaros et simplices populos opprimendi. At soldanus videns christianos in angusta[o] solitudinis loca demersos, irruit in eos, scilicet non premeditatos, qui tam ipse quam sui acrius instantes in equis velocibus, quibus pabula non defuerant, Romanos lentos et armis onustos equos habentes, fatigatos et afflictos fame, nec hostibus resistere nec cum eis congredi valentes, vicerunt et stragem ex eis miserabilem confecerunt. Factum est autem occulto, sed iusto tamen Dei iudicio, quod de septuaginta milibus equitum loricatorum et de tanta peditum manu, quorum erat quasi numerus infinitus, ut XVI, 23. vix decima pars evaderet, aliis fame, aliis gladio, nonnullis etiam vinculis mancipatis. Evasit tamen imperator cum paucis principibus suis et cum difficultate nimia Niceam usque pervenit ad urbem. Indeque Constantinopolim profectus, ibi[p] usque ad sequentis initium veris perhendinavit.

Quod idem imperator regem Francorum et eius exercitum circumvenit. Anno Domini 1147. XVI, 28. Imperator Conradus, hyeme transcursa[q], navibus devectus cum suis, portum attigit Achonensem, et inde Ierosolimam profectus, a rege Baldewino cleroque[r] civitatis ac populo cum ymnis et laudum canticis in sanctam perducitur civitatem. . . . . . .

XVI, 29. De obsidione Damasci a principibus predictis et de proditione Orientalium magnatum. Completis ib. XVII, 1 sq. tandem de more orationibus, convenerunt ad colloquium imperator Romanus cum regibus Ierosolimorum et Francorum, XVII, 2. ut de fructu tante peregrinationis et Terre Sancte agerent incremento. Tandem omnes in hoc communiter consenserunt, ut Damascum, urbem fidelibus nimis dampnosam, obsiderent; et sicut fuerat prelocutum, ad urbem XVII, 4. accedentes, pomeria occupant suburbana, quibusdam ibi ex hostibus interfectis. Inde ad flumen, quod urbem lambebat, accedentes, ut sitis angustias relevarent, invenerunt secus ripam tantam hostium multitudinem, que[s] eis aque usum auferre vacabant, quod nec regem Ierosolimorum vel Francorum cum eorum legionibus accedere permiserunt. Quo cognito, imperator Conradus ira vehementi succensus, per medias Francorum acies cum suis principibus ad certaminis locum pervenit et cuidam ex Turcis fidelibus viriliter resistenti et strenue dimicanti caput galeatum, collum et humerum loricatum, brachium sinistrum cum subiecto latere a reliquo corpore educto gladio separavit. Quod[2] factum hostes ita deterruit, quod versus urbem, flumine relicto, fugere decer- cf. XVII, 5. tarent. Optento itaque flumine, fideles ad urbem liberius accedentes, eam obsidione cinxerunt, unde cives post longam obsidionem fidelium virtutem metuentes et numerum, compositis sarcinis, clam et de nocte de civitate fugere decreverunt. Sed prius nostrorum animos, quorum corpora vincere nequibant, corrumpere temptantes, dederunt quibusdam principibus ex nostris de partibus Orientis pecuniam infinitam, qui inde proditoris vicem gerentes, obsidionem solvere conarentur. Instantibus autem ad hoc proditoribus memoratis, loquentes cum imperatore et rege Francorum in dolo, incepte obsidionis difficultatem cf. XVII, 6. allegabant et ob hoc aliis erant[t] de proditione suspecti. Unde eorundem principum malitiam manifestam attendentes et fraudem Orientalium detestantes, omnes quotquot erant de partibus Occidentis, previo imperatore et Francorum rege, ad regna[u] sua eadem via qua venerant sunt reversi. Qui deinceps non solum illos qui huic proditioni interfuerant, sed et omnium Orientalium principum abhominabantur consorcia et alios ad huius peregrinationis amorem minus efficiebant ferventes. . . . . . .

Anno Domini 1151. . . . De facto[v] quodam memorabili Conradi imperatoris.[*] Eodem anno Conradus imperator, vir prudens et discretus, diem clausit extremum. De quo legitur, quod[3], dum in sancto pentecoste, presentibus archiepiscopis, episcopis et imperii magnatibus, in urbe quadam divinis interesset obsequiis, diabolo instigante, surrexit contentio inter prelatos memoratos, quis deberet esse dignior in primatu cathedrali, ut imperatori propius consideret.

*) De quodam facto laudabili imperatoris Conradi P1 *in marg. e Will. Tyrio.*

a) i'nd'e 1. b) profecti sunt *add. in marg. P1;* proposuerunt — deessent. Transcursa *Will. Tyr.* c) in *e Will. Tyr. suppl. velit Luard;* Austria — Dacia *in ablativ. corr. Coxe.* d) Thr. *P.* e) Inde *P.* f) Asyanis *P.* g) Panag. 1. *P; corr. ex Will. Tyr.* h) i. C. *P.* i) militaribus *e Will. P, ubi Math.* copiis, *ex Will. Tyr. suppl., antepon.* k) Liac. 1. l) Romano *P.* m) invidebant *P1.* n) p. dev. *des. P1.* o) angustia *P1.* p) ubi *P.* q) transversa 1. r) clero *P1 (Math. corr. ex* clerico*).* 2. *Will.; deest P3.* s) *sic codd.;* qui *Coxe.* t) erat *P1.* u) regina *P1.* v) q. f. *P.*

1) Numerum hunc Will. Tyrius infra c. 22. praebet. 2) Quae sequuntur, verbis quamvis fere omnibus mutatis, e Will. Tyr. XVII, 5. 6. sumpta sunt. 3) Fabulam sequentem Will. Malmesb., SS. X, p. 467, quem noster hoc loco ample exornavit, de Henrico III. narravit.

Altercantibus autem episcopis circa hoc aliisque prelatis, accurrunt eorundem prelatorum ministri cum gladiis et fustibus, et sic plagis impositis, istos de suis sedilibus extrahentes, in eisdem alios intruserunt, et lite[a] contestata, mitras hinc inde et pastorales baculos confregerunt, sanguinem in ecclesia non minimum effundentes. Quod videns imperator contristatus est vehementer et iussit ministris suis, ut, expulsis ab ecclesia scismaticis illis, sedarent tumultum; quod cum factum fuisset, imperator prelatos illos graviter increpans, iussit, ut violatam reconciliarent ecclesiam, ne in tanta solempnitate a missarum obsequiis defraudati, Spiritus sancti prepedirent adventum. Sedato itaque tumultu, et ecclesia utcunque reconciliata, inchoatum est misse officium, et licet temere fuisset attemptatum, sicut rerum exitus evidenter ostendit, tamen usque ad euangelii pronunciationem est perductum. Sed cum chorus novissimum sequentie versum percantasset: *Hunc diem gloriosum fecisti,* levavit vocem suam diabolus in excelsis et distincte ad intelligendum cunctis audientibus cantare cepit: 'Hunc diem bellicosum ego feci'. Hanc itaque vocem adeo terribilem cum omnes intellexissent, contuebantur seso ad invicem singuli, admirantes, quid[b] hoc esset. Tunc imperator, qui vir erat prudens et devotus Dei cultor, animadvertit, vocem esse Sathane subsannantis et improperantis tam enorme discidium prelatorum, et precepit continuo, ut archiepiscopus qui missam erat celebraturus casulam deponeret, donec super tanta iniuria Spiritui sancto foret satisfactum, qui ea die solet donis suis misticis corda fidelium illustrare. Deinde famulos suos mittens per plateas et vicos civitatis, fecit convenire pauperes omnes et debiles infra ecclesiam violatam et extra; esurientes pavit, sitientes potavit, nudos vestivit, calceamenta necessitatem habentibus erogavit, de senibus et valetudinariis, qui in grabatis iacebant per urbem, idem fecit, aureum singulis donavit, iniungens cunctis, ut divinam implorarent misericordiam, ne populo suo imputaret prelatorum superbiam Deus, quominus Spiritus sui prestolarentur adventum. Purpuram preterea deposuit, saccum et cilicium induit, vestigiis nudis per pavimentum incedens, pauperibus ministravit, exemplumque aliis prebens, omnes ad elemosinas et lacrimarum effusionem commovit. Tunc[1] magnificus imperator videns ecclesie pavimentum lacrimis ubertim perfusum, quod prius sanguine fuerat tabefactum, iussit fiducialiter misse inchoare officium, et cum summa devotione inceptum obsequium compleverunt. Tandem cum perventum erat ad versum supradictum: *Hunc diem gloriosum tu fecisti,* precepit imperator, ut versus a choro tertio repeteretur in contumeliam Sathane, et demum, finito versu, iussit omnes aliquamdiu silere, ut audirent, si hostis antiquus, ut prius fecerat, aliquid subsannando proferret; sed, cum aliquantulum exspectassent et nihil audissent: 'Noveritis', ait imperator, 'quod inimicus noster confusus recessit'. Tunc omnes congaudentes in Domino et exultantes residuum misse feliciter peregerunt, glorificantes Spiritum sanctum, qui imperatori tale consilium inspiravit. Successit ei in imperium Romanum Frethericus, nepos eius. (cf. Malm. Reg; Rob. Tor.)

Hoc anno obiit papa Eugenius et multi divites cum eo. Anno Domini 1152. Eugenius papa diem clausit extremum mense Iulio; cui succedens Anastasius, sedit in cathedra Romana anno 1, mensibus 4 et diebus 24. . . . . . .

A. D. 1154. . . . Defuncto papa Anastasio, successit ei Nicholaus Albanensis episcopus, et vocatus est Adrianus, vir quidem religiosus et natione Anglicus, de territorio scilicet Sancti Albani procreatus. . . . . . . ib.

De genealogia Henrici regis. A. D. 1155. . . . Margareta[2] filia fuit Eadwardi, quam genuit ex Agatha, sorore[3] Henrici imperatoris Romani. . . . . . . Rad. Dic.

A. D. 1156. . . . Rex Sicilie[c] Willelmus civitatem Barum funditus evertit, Grecos superavit, civitates et castella sibi prius ablata in ius suum revocavit, cum papa Adriano pacem fecit, consecrationes episcoporum regni sui ei concedendo. Tunc Alienor regina Anglorum peperit regi filiam, quam Matildem nuncupavit. . . . . . . ib.

A. D. 1157. . . . Hucusque[4] Robertus abbas de Monte Sancti Michaelis cronica sua digessit. . . . . . . ib. 1147.

A. D. 1159. . . . Defuncto papa Adriano, scisma oritur inter duos, Alexandrum scilicet et Octovianum; nam imperator cum clero suo receperat Octovianum; sed a regibus Francorum et Anglorum consensum est in Alexandrum. Imperator autem ad dictos reges literas direxit, ut Octovianum reciperent; sed ipsis contradicentibus, papatum optinuit Alexander. ib.

A. D. 1160. . . . Rex Francorum . . . cum auxilio Theodbaldi comitis Flandrensis[5] ad dedecus regis Anglorum Calvum-montem firmavit; sed rex Anglorum festinus adveniens, rege[d] Francorum et comite fugatis, castrum obsedit. . . . . . .

A. D. 1162. . . . Nuncils[6] igitur ad papam directis, quem citra Alpes invenerunt ad Gallias descendentem, cum pallio sunt reversi. . . . . . . ib.

A. D. 1163. . . . Papa Alexander Turonis concilium congregavit in ecclesia sancti Mauricii 12. Kal. Iunii. . . . . . . ib.

A. D. 1164. . . . Beatus Thomas . . . navem ascendit, Romam profecturus; sed vento in contrarium flante, in Angliam reiectus est. . . . Post dies aliquot . . . in navicula fragili in Flandriam est transvectus. ib.

Actus ergo in exilium Christi confessor, a domino papa Alexandro Senonis receptus est. . . . . . . Ioh. Sar.

A. D. 1165. Reginaldus Coloniensis archiepiscopus, qui scisma Octoviani contra papam foverat Alexan- Rad. Dic.

a) in hunc modum *add. P.* b) *ita* 2. *P;* quis hic 1. c) Cic. 1. d) regi 1.

1) Haec usque ad huius capitis finem, quae apud Will. Malmesb. non leguntur, forsitan a nostro adinventa aut ex illo fabularum corpore, de quo supra p. 12. locuti sumus, hausta sint. 2) Regina Scotorum. 3) Error, fortasse ex Will. Malmesb. supra a. 1017) ortus, cum Gisela, s. Stephani uxor, esset Henrici II. soror. At Agatha *maga* (cognata) sive *filia germani imperatoris* dicitur; Ann. Anglosax., Flor. Wig. SS. XIII, p. 115 sq. 126. 4) Fortasse noster Roberti cod. Readingensem a. 1157. desinentem (iam Harlei. 651, de quo cf. SS. VI, p. 295) adhibuit, ut Luard censuit; certe hunc auctorem postea non exscripsit. 5) Potius Blesensis; error nostri. 6) Anglicis pro Thoma Cantuariensi electo.

Rad. Dic. drum, venit apud Westmonasterium; — — excommunicatus enim erat a papa et non absolutus; unde altaria, super que[a] ille[b] scismaticus[c] celebravit[d], passim sunt subversa. . . . . . .

ib. A. D. 1166. . . . Willelmus Papiensis et Iohannes Neapolitanus, cardinales a latere summi pontificis destinati, apud Muntmirail regem Henricum et Thomam Cantuariensem archiepiscopum convocarunt. . . . . . .

1166. **Litere regis Henrici ad Reginaldum Colonie archiepiscopum.** A. D. 1168[1]. Henricus rex Anglorum motus contra papam Alexandrum, ex hoc quod Thome Cantuariensi archiepiscopo primatum regni Anglie concessisset, Reginaldo scismatico Coloniensi archiepiscopo et hosti pape publico literas[2] in hec verba direxit: *Diu desideravi iustam habere occasionem recedendi a papa Alexandro et a perfidis[e] cardinalibus eius, qui proditorem meum Thomam[f] Cantuariensem archiepiscopum contra me manutenere presumunt. Unde cum consilio[g] baronum meorum et[h] cleri magnos viros de regno meo, archiepiscopum scilicet Eboracensem[3], episcopum Londoniensem[4], archidyaconum Pictavensem[5], Ricardum de Luci, Iohannem de Oxonia, Romam missurus sum, qui publice denuntiabunt et manifeste ex parte mea et totius regni Anglie et omnium aliarum terrarum quas habeo proponent[i] pape Alexandro et cardinalibus eius, ne ulterius proditorem meum manuteneant, sed[k] ita liberent me ab eo, ut[l] alium possim cum consilio cleri instituere in ecclesia Cantuariensi. Denuntiabunt etiam, quod quicquid Thomas fecit in irritum revocent. Hoc etiam postulabunt, ut coram eis papa iurari faciat publice, quod ipse et successores sui et mihi et omnibus[m] meis regias consuetudines Henrici regis, avi mei, inconcussas[n] et inviolatas, quantum ad se, in perpetuum conservabunt. Quod si forte alicui[o] petitionum mearum contradicere voluerint, neque ego neque barones mei neque clerus meus aliquam eis ulterius servabimus obedientiam, immo ipsum papam et omnes suos manifeste impugnabimus, et quicunque in terra mea inventus fuerit, qui pape posthec adherere voluerit, expelletur a regno. Eapropter rogamus vos ut carissimum amicum, quatinus fratrem Ernaldum[p] Hospitaliarium[q], omni occasione remota, cito ad nos[r] mittatis, qui[s] ex parte imperatoris et vestra predictis nunciis meis ducatum prebeat in[t] eundo et[u] redeundo per terram imperatoris. Valete*[v-*]. Dictum est autem a clericis et notariis domini regis, quod ad eius petitionem has literas dictaverit Gilebertus Londoniensis episcopus in perniciem domini pape et Thome Cantuariensis archiepiscopi et ecclesie Anglicane. Unde contigit, quod nocte quadam, dum idem Gilebertus iaceret in stratu suo et studeret circa confusionem archiepiscopi puram conscientiam habentis, et tenorem literarum nihil preter inquitatem continentium, audivit vocem valde terribilem desuper emissam, sibi aperte dicentem: 'O Gileberte Foliot, dum revolvis tot et tot, Deus tuus est Astarot'.

1165. Eodem tempore dominus papa Alexander scripsit[6] Gileberto Londoniensi episcopo pro negotio Cantuariensis ecclesie in hec verba: *A memoria tua . . . Quomodo autem rex[7] predictus a devotione ecclesie ab eo quod[w] solebat animum avertit, . . . communicando etiam excommunicatis nominatim et scismaticis et confederando se eis, . . . te non credimus, ignorare. . . . . . .*

**Rescriptum episcopi Londoniensis Gileberti ad papam Alexandrum nimis presumptuosum.** *Mandatum vestrum . . . Imperatorem illum, etsi scismaticum noverit, a vobis tamen excommunicatum esse, usque hodie non rescivit*[8]; — — *promittit.* . . . . . .

*) *In editionibus Epist. s. Thomae litteris haec narratio subiuncta est:* Visis litteris istis, consuluit Coloniensis imperatorem, quid regi Angliae sit respondendum. Rescripsit imperator, voluntati regis Angliae esse annuendum. Quia quanto solemnius ista fient, si consenserit papa Alexander, tanto maior eius[x] erit confusio. Et forte in occulto per alium Templarium vel Hospitalarium vel aliquem alium, a quo caveri non possit, rex Angliae pro pecunia sua idem obtineret. Missus itaque est frater Radulfus Hospitalarius ad regem Angliae, qui nuntiis, quos rex ad curiam mittere disponit, ducatum praebuit per terram imperatoris.

a) quem *P* 1; missam *add. P.* b) illi *P. Rad. Dic.* c) scismatico *P.*; scismatici *Rad. Dic.* d) celebrarunt *P. Rad. Dic.* e) perversis *codex Lamb. ap. Robertson.* f) quondam *add. edd. ep.* g) omnium *add. ep.* h) cum consensu *add. ep.* i) et denuntiabunt *add. Rob.* k) si *P* 1. 2. 3 (*corr.* sed). l) aut *P* 1. 3 (*corr.* ut). m) successoribus *add. ep.* n) et conc. *P* 1. o) alieni *P* 1. p) vel fratrem Radulphum *add. ep.* q) hospitalarium *P.* r) me *ep.* s) que *P* 1. t) *deest P. ep.* u) et r. 2. *P. ep.; des.* 1. v) *deest edd. ep.* w) q. s. *des. P* 1. x) sua *Rob.*

1) Potius a. 1166; cf. Ficker, 'Reinald von Dassel' p. 101; Prutz, 'Friedrich I.' II, p. 31. 2) Inter epist. Gilb. Foliot nr. 483, ed. Giles, S. Thomae opp., VI, p. 279; ap. Robertson 'Materials for the hist. of Thomas Becket' V, p. 428; unde lectiones varias maioris momenti notavi. 3) Rogerum. 4) Gilbertum. 5) Ricardum. 6) A. 1165, Iun. 8, Jaffé, Reg. nr. 7476; ap. Robertson V, p. 175. 7) Henricus II. 8) Haec vide SS. XXVII, p. 142.

A. D. 1173. Rex Anglorum Henricus Iohanni filio suo cognomento Sine-terra, vix septenni, filiam Huberti comitis de Moriana primogenitam, quam ex relicta Hebrici ducis Saxonie[a] sustulerat, in sponsam accepit[b]. . . . . . . Rad. Dic.

Rex Francorum Lodowicus[1] . . . ad castrum de Archis progrediens, amisit in itinere Bononie comitem; unde comes Flandrensis, de morte comitis, fratris sui, animo nimis consternatus, ad propria remeavit. . . . . . . ib.

Robertus comes Legecestrensis . . . in Angliam reversurus per Flandriam transitum fecit. Ubi Normannorum et Flandrensium tam equitum quam peditum plurima sibi suffragante caterva, naves ascendit. . . . In tribus milibus Flandrensium, quos vie participes tunc habuit, non minimum confidebat. . . . Flandrenses, Normanni et Franci et qui cum eis venerant, omnes capiuntur 16. Kal. Novembris. Comitissa vero anulum[2] habens in digito preciosum, in amnem prope fluentem pre[c] indignacione proiecit, nolens hostibus suis de sua captione tantum habere proventum. . . . . . .

Magnates Anglie, . . . acceptis induciis usque ad pentecosten, quatuordecim milibus Flandrensium armatorum per Essexiam et Canciam securum prebuerunt conductum et apud Doveram naves ad transfretandum. . . . . . . ib.

A. D. 1174. . . . Philippus enim comes Flandrensis . . . iuraverat, quod infra dies quindecim post instans festum sancti Iohannis in manu robusta Angliam intraret et regis eam iuvenis subiceret potestati; . . . 318 milites probatissimos ad transfretandum premisit. . . . . . . ib.

Multitudo Flandrensium, quam Philippus comes in Angliam miserat, ut premissum est, prestito iuramento, quod fines Anglie amplius hostiliter non intrarent[d], cum licentia regis ad propria remeavit. . . . . . .

Henricus rex iuvenis cum comite Flandrensi Philippo in absentia regis Anglorum cum exercitu copioso supervenerant[a]. . . . . . .

A. D. 1175. Lodowicus rex Francorum et comes Flandrensium . . . promiserunt, se velle ab infestatione Normannorum animum revocare. . . . . . . ib.

A. D. 1176. . . . Eodem anno Iohanna, filia regis, Siculo regi nuptura quinto Idus Novembris apud Sanctum Egidium in conspectu virorum illustrium tradita est marito. . . . Nuncii Romani imperatoris Fretherici, nuncii Willelmi Treverensis[e] archiepiscopi, nuncii[f] Henrici ducis Saxonici, nuncii Flandrensis comitis Philippi, quos varia trahebant negotia, tanquam ex condicto pridie Idus Novembris in curia regis Anglorum simul apud Westmonasterium convenerunt. . . . . . . ib.

A. D. 1179. . . . Habitum est Rome concilium generale 310 episcoporum 14. Kal. Aprilis in patriarchio Lateranensi, cui presedit dominus papa Alexander tercius. ib. Rad. Cogg. Cuius statuta omni laude dignissima sub 28 que sequuntur capitulis continentur. *De electione summi pontificis. De hereticis Albegensibus et diversis eorum appellationibus. De ruptariis et Brebantiis*[g] *predonibus, qui fideles affligunt*. . . . . . .

Epistola[4] pape Alexandri contra heresim Petri Lumbardi. . . . . . .

Scripsit etiam eisdem diebus contra eundem Petrum Lumbardum abbas Ioachim Florensis. . . . Stetit[5] autem hec indeterminata altercatio a diebus Alexandri pape usque in tempora Innocentii pape. . . . Innocentius tertius anno Domini 1215. Rome generale concilium celebrans, libellum abbatis Ioachim . . . dampnavit. . . . . . .

A. D. 1181. . . . Circa eosdem dies papa Alexander scripsit presbitero Iohanni Indorum regi: . . . . . . Rad. Dic.

Eodem anno obiit papa Alexander[6], postquam sedisset in cathedra Romana annis 22[h]; successit ei Humbaldus Hostiensis episcopus, et vocatus est Lucius tertius, sedens in ecclesia apostolica annis quatuor.

Eodem tempore Philippus rex Francorum duxit uxorem Margaretam[7], filiam Baldewini comitis Hainaucensium[i] ex Margareta, sorore Philippi comitis Flandrensis, susceptam. . . . . . .

A. D. 1182. . . . Quibus utique diebus dux Saxonum Henricus et gener regis ab imperatore in exilium pulsus in Normanniam venit ad regem, ducens secum ducissam et duos filios eius Henricum et Othonem; et per tres annos exhibitus est a regali munificentia in omnibus vite neccessariis habundanter. . . . . . . ib.

A. D. 1184. . . . Rex Henricus duxit in Angliam Saxonie ducem cum familia sua; et infra dies paucos ducissa apud Wintoniam peperit filium, quem vocavit Willelmum. . . . . . . ib.

Philippus archiepiscopus Coloniensis et Philippus comes Flandrensis venerunt in Angliam; — — rex Anglorum occurrens, petiit, ut Londonias venirent, visuri regiam civitatem; — — quercre superfluum videretur. . . . . . .

A. D. 1185. . . . In eodem tempore dux Saxonum Henricus licentia imperatoris rediit ad propria, suo tantum patrimonio contentus. ib.

A. D. 1186. . . . Hugo, genere Burgundus et prior Carthusiensis[k] ordinis in Anglia, consecratus est episcopus Lincolniensis in festo sancti Mathei. . . . . . . ib.

A. D. 1187. . . . Mortuo papa Urbano, Gregorius successit; qui cum sedisset duobus mensibus, defunctus est; et Clemens tercius 13. Kal. Ianuarii surrogatur. . . . . . . ib.

a) *erasum P* 1. b) *ita* 2. *P* 1 *(in loco raso). Rad. Dic.*; dedit 1. *Mathei Hist. Angl.* c) pre ind. *des. P.* d) intraret *P.* e) *sic codd.*; Remensis *Dic.* f) nuncii H. d. S. *des.* P 3. g) Brab. *P.* h) 12 *P.* i) Hanauc. *P.* k) Cartus. *P.*

1) Error; potius Henricus (III) rex Angliae iunior. 2) Similiter Iord. Fantosme ed. Michel p. 50; hic annulus hoc saec. in. in Lark fl. inventus esse dicitur; cf. Rokewode not. ad Iocel. Brakelonde p. 106. 3) Rothomagum. 4) A. 1170, ap. Jaffé, Reg. nr. 7804. 5) Quae sequuntur exstant in omnibus codicibus (quam ob rem opus Iohanni abbati, qui a. 1214. obiit, attribui non potest; cf. supra p. 9); ex actis Lateranensis IV. concilii sumpta videntur. 6) Haec ex Hovedenio sumpta esse (ut Luard vult), non crediderim, quippe qui, episcopatu et annis successoris non designatis, aliis verbis usus sit. 7) Isabellam; error sicut ap. Dicet., SS. XXVII, p. 271.

A. D. 1188. Frethericus[1] Romanorum imperator ad predicationem Henrici Albanensis episcopi et apostolice sedis legati, qui a papa Clemente missus fuerat, crucem Christi suscepit.
[Rad. Dic.] Et eodem tempore rex Francorum Philippus et rex Anglorum Henricus in Normannia pro subventione Terre Sancte ad colloquium venientes inter Triam et Gisortium, post longos tractatus, presente comite Flandrensi Philippo, in hoc pariter consenserunt, ut, sumpto crucis signaculo, iter Ierosolimitanum socialiter expedirent. Rex igitur Anglorum primo crucis signaculum suscepit de manibus archiepiscoporum Remensis[2], et Willelmi[3] Tyrensis, quorum ultimus a domino papa super negotio crucis officium legationis susceperat in partibus Occidentis. Deinde rex Francorum et Philippus comes Flandrensis crucem sumentes, exemplum aliis potissimum prebuerunt. Unde tam in[a] imperio quam de utroque regno regum predictorum archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones[b], comites, barones, milites
[Ib.] et medie manus homines vulgusque promiscuum crucem animosius susceperunt. Provisum est etiam inter eos, ut omnes de regno Francorum cruces rubeas, de terris regis Anglorum albas, de terra comitis Flandrensis virides haberent cruces. De terris autem, castellis[c] et rebus omnibus usque peracta peregrinatione, et quilibet eorum in terra sua 40 diebus moram fecisset, omnia essent in eo statu quo fuerunt in die quo crucem susceperunt. . . . . . .

[Cont. Will. Tyr.] Epistola[4] Fretherici imperatoris Romani ad Salaadinum. Eodem anno Frethericus Romanorum imperator Salaadino scripsit pro negotio Terre Sancte — — *prefixa te docebit.*

Rescriptum[5] Salaadini ad Frethericum imperatorem. *Illi regi sincero — — gratia Dei solius.* . . . . . .

Quod[6] Salaadinus ab Achon confusus recessit. . . . Fideles Christi . . . aspiciunt classem cum duodecim milibus Danorum et Frisonum[d] velis sinuantibus accedere ad portum; quem, Deo opitulante, cum prosperitate optata intraverunt. . . . . . .*

[Rad. Dic.] Anno dominice nativitatis 1189. . . . Multe naves a partibus aquilonis Britannicum mare sulcantes cum peregrinis Anglie fedus inierunt; . . . portum Sylvie[e] intraverunt. . . . Subacta igitur[f] mirabiliter urbe a peregrinis Crucifixi, . . . Portigalensis episcopus mahumereiam magnam in honorem Dei genitricis dedicavit, proficiens ibi episcopum quendam qui de partibus Flandrie gratia peregrinationis advenerat. Eodem anno in[g] crastino[7] festivi-
[G. Henr.] tatis apostolorum Petri et Pauli comes Flandrie Philippus et Willelmus Remensis archiepiscopus et Hugo dux Burgundie venerunt apud Saumur ad regem Anglorum ad componendum inter eum et regem Francorum. . . . . . .

[Rad. Dic.] In festo sancti Georgii Frethericus imperator Romanus loca dominice passionis visitaturus[h] peregrinationis iter arripuit apud Reinesburgum, transitum per Hungariam et Bulgariam, sicut proposuerat, habiturus. . . . . . .

Comes Ricardus . . . corpus patris sui[8], ab archiepiscopis Turonensi et Treverensi divinis celebratis
[G. Henr.] mysteriis, fecit honorifice tumulari. . . .[i] . . .

Per idem tempus Matildis, uxor ducis Saxonie et filia eiusdem regis[8], defuncta est. . . . . . .

Dux Ricardus . . . Londonias venit, ubi congregatis archiepiscopis Cantuariensi, Rothomagensi[k] et Treverensi, a quibus absolutus fuerat in partibus transmarinis, eo quod arma moverat contra patrem suum post susceptam crucem, . . . diadema suscepit . . . 3. Non. Septembris. . . . . . .

Rex Ricardus . . . in vigilia sancte Lucie virginis transfretavit in Flandriam et ibi receptus est cum gaudio et leticia a comite Philippo, quem etiam rex in Normanniam secum duxit. . . . . . .

[Rad. Dic.] Anno dominice nativitatis 1190. . . . Exercitus christianorum ante Achon[l] in hunc modum locatus est —[m] — Lombardi. . . . . . .

Anserius de Monte-regali detexit[n] proditionem — — castella sua comburi permiserunt. . . . . . .

*) *A. 1188. finito, in marg. 1 haec stylo scripta sunt:* Huc usque in libro cronic. Iohannis abbatis; *man. poster. in altera marg. apposuit:* Usque hoc cronica Iohannis abbatis; et hic finis. *Sine hac nota continuo pergunt 2. P 3. Westmonast. Eodem loco codicis P 1 primum volumen desinit, ubi ad calcem paginae m. s. XIV. med. haec scr.:* Anno dominice incarnationis 1189. est vera continuacio historie Mathei Parisiensis in alio volumine eiusdem manus. — *Codicis P 1 volumen II, incipiens ab a. 1189, ita rubro m. coaeva inscribitur*[9]*:* Hunc librum dedit frater Matheus de[o] Parisius Deo . . . (*rasura, fort. suppl.:* et Sancto Albano). *Super alt. col., fort. al. manu, scr. haec:* Anima fratris Mathei et anime fidelium defunctorum requiescant in pace! Amen. — *Altera manus a. 1189. incipit in P 2.*

a) de *P 1.* b) et *add. P.* c) catallis *mut. Math. P 1.* d) Frisorum *P.* e) Silvie *P.* f) itaque *P.* g) circa festum *P 3.* h) et ibidem Christi vestigia adoraturus *add. P 3.* i) *desinit P 3.* k) scilicet W[altero] de Constantiis *add. Math. P 1.* l) Acon *P 1.* m) *hinc 4 folia excisa sunt P 1.* n) *deest P 2.* o) de P. *supra lin.*

1) Haec Luard ad Hovedenium (SS. XXVII, p. 149; sed cf. quoque p. 404) reducere vult, qui tamen in hoc primo operis nostri volumine (cf. supra p. 8) vix adhibitus esse videtur. 2) *Rotomagensis* Dic.; Willelmus Remensis Philippo regi crucem dedit. 3) Hoc nomen (falsum, ut Prutz, 'N. Archiv' VIII, p. 105. contendit) fortasse hausit noster e Cont. Will. Tyr.; cf. Stubbs ap. Hoveden. II, p. 335. 4) Hanc epistolam edidimus e G. Henrici, SS. XXVII, p. 111 (inde Hoved. p. 149); Rad. Dic. ib. p. 277; Itin. Ricardi ib. p. 197 (inde Gir. Cambr. p. 405; occurrit quoque in Libello de Terra Sancta). Continuator Willelmi Tyrii, a Wendoverio adhibitus et ab editore Luard e cod. Reg. 14 C X. collatus, secutus est Itiner. Ricardi. 5) Prodiit in Itinerario Ricardi, SS. XXVII, p. 198; invenitur quoque ap. Gir. Cambr. p. 405. et in Libello de Terra Sancta. 6) Luard haec contulit cum Cont. W. Tyrii III, 5, in cod. Reg. 14 C X. f. 260, qui Itinerar. Ric. I, 27. exscripsisse videtur. 7) Die hoc Philippum Turones advenisse, habent G. Henr., SS. XXVII, p. 111. 8) Henrici II. 9) Cf. facs. ap. Hardy, 'Descript. Catal.' III, tab. 12.

1190. G. Ric.

Ricardus rex . . . precepit rectoribus navigii sui, ut protinus mare sulcantes, apud Marsiliam[a] venirent ad eum.

Eodem tempore duo reges, Francorum videlicet et Anglorum . . . venerunt ad Lugdunum super Rodanum; ubi, cum ipsi et maxima pars exercitus sui pontem Rodani pertransissent, pons ille corruit et multos utriusque sexus submersit. Postea vero reges divisi sunt ab invicem propter nimiam hominum multitudinem[a], non poterat enim locus unus ambos[b] continere; unde rex Francorum versus Ienuensem civitatem iter arripuit, et rex Anglorum versus Messanam[c]; quo cum pervenisset, invenit ibi multos peregrinos, qui iam propter diuturnam[d] moram quam ibi fecerant totum es suum expenderant, quorum multos rex Ricardus retinuit et illos exercitui suo coniunxit. Cumque rex ibidem per dies octo moram fecisset, sperans cotidie adventum navigii sui, fraudatus a desiderio suo, buccas decem magnas et novem[e] galeias bene armatas, conduxit, quas propter moram (Reg. Hov) navigii anxius intravit; et ne otiosus interim esse videretur, transivit cum manu armata et robusta per[f] insulam Sancti Stephani et per Aquileiam et per Montem-nigrum, per insulam Sancti Honorati, per civitatem de Meisg, et per civitatem que dicitur Wintilimine. Deinde transitum fecit per castellum quod Seine nuncupatur, et eodem die locutus est cum rege Francorum, qui ibi infirmabatur. 14. die mensis Augusti venit rex Anglorum ad portum Delfini, et ibi per dies[h] quinque moram fecit; et ibi misit ad eum rex Francorum, rogans, ut accommodaret ei quinque (G. Ric.) galeias; et rex Anglorum obtulit illi tres, quas rex Francorum recusavit. Deinde 24. die Augusti venit rex ad portum (Reg. Hov) qui Porteswere appellatur[i], qui media via est inter Marsiliam et Messanam; sicque loca pertransiens diversa, intravit Tyberim, ad cuius introitum turris pulcerrima sita[k] est; et ibi venit ad regem Octovianus Hostiensis episcopus, rogans eum[l] ex parte domini pape, ut illum[m] visitaret; quod facere renuens rex, improperavit illi turpia de symonia et concupiscentia Romana et alia convitia multa, dicens, quod acceperant 700 marcas pro consecratione episcopi Cenomannie et pro legatione Willelmi Elyensis episcopi mille et quingentas marcas argenti necnon ab archiepiscopo Burdegalensi, qui a clericis suis accusabatur de crimine, pecuniam infinitam. Sicque (Rad. Dic) Romam visitare renuens, prope Capuam Apuliam intravit.

. . . Peridem tempus rex Sicilie[n] Tancredus, qui Willelmo regi successerat, ut regi Ricardo pacificaretur, dedit eidem regi pro relaxatione omnium rerum quas petebat viginti milia unciarum[o] argenti[p] et totidem uncias auri pro quieta clamantia testamenti quod rex Willelmus fecerat Henrico regi, patri suo, et pro matrimonio quod erat contrahendum inter Arthurum ducem Britannie et filiam regis Tancredi; ubi etiam rex[q] constituit eundem Arthurum heredem suum legitimum, si sine herede moreretur; quo facto, rex viam sue peregrinationis explere maturavit.

. . . Eodem tempore regina Alienora[r] filii sui regis iter prosecutura et transitum faciens per montem Iani et per Ytalie plana, tandem ad filium pervenit; cum quo quatuor dierum moram faciens, licentiata versus Angliam recessit, relinquens ibi Berengariam, filiam regis Navarre[s], quam idem rex ducturus erat[t] uxorem. . . .

Eodem anno Fretherious Romanorum imperator, annum agens imperii quadragesimum, dum per Bulgariam Ierosolimam tenderet et ab Yconio versus Antiochiam transitum[u] faceret, in fluvio qui Saphet appellatur, exercitu suo salubriter transeunte, solus equo decidens submersus est. . . . . . .

Deinde archiepiscopus Auxiensis, Robertus de Sabulis, Ricardus de Canvilla et Willelmus de Forz transeuntes (G. Ric.) cum navigio inter Africam et Hispaniam, post tempestates[v] plurimas in octavis[w] sancte Marie ad Marsiliam pervenerunt cum toto navigio sibi commisso; ubi Anglorum rege[x] invento, moram[y] fecerunt propter quosdam navium necessarios apparatus. . . . . . .

De conflictu inter reges apud Messanam. Eodem tempore rex Francorum Philippus 16. Kal. Octobris (Rad. Dic.) apud Messanam applicuit, et hospitatus est in palatio regis Tancredi. Rex vero Ricardus superveniens nono Kalendas eiusdem mensis, ingressum civitatis habere non potuit; Francigene[2] enim metuebant, ne victualia duobus regibus[z] sufficerent, quos multitudo maxima sequebatur. Quod cum rex Ricardus cognovisset, misit marescallos suos ad maiores civitatis, petens, ut exercitui suo victualia venderent, ne escarum penuria laborarent[a]; at cives portas aperire et benigne tantum principem recipere volentes[b], Franci[c] non permiserunt, sed armati muros ascendentes, portas defendere laborabant. Quo facto, rex Ricardus iussit exercitui suo ad arma convolare sibique et suis ingressum, hostibus invitis, preparare; qui ilico preceptis regiis obtemperantes, valvas invaserunt, multisque ex[d] Francigenis interfectis, violenter intraverunt atque previo rege omnes in fugam compulerunt. Hoc factum cum pervenisset ad aures regis Francorum, maximam adversus regem Anglorum indignationem in animo concipiens, nunquam eam deposuit quamdiu supervixit; verumptamen eodem die colloquium habentes pacificum, nullam omnino mentionem de rebus gestis fecerunt.

Ut rex Ricardus quasdam munitiones subiugaverit. Eodem tempore 8. Kal. Octobris rex (ib.) Francorum naves ascendit, sed, quoniam ventus ei[e] erat contrarius, ipso[f] die Messanam rediit; et rex Ricardus pridie[g] Kalendas Octobris transiit fluvium qui Far dicitur et cepit in Calabria locum munitissimum qui La Bamare[h] appellatur; posuit[i] in eo sororem suam Iohannam, quondam Sicilie reginam, et[k] rediit ad Messanam. In crastino

a) *fort. ex Hoveden.* b) *deest P2*; eos *suppl. Luard (e G. Ric.).* c) Marsiliam *G. Ric.* d) diurnam *P2.* e) 20 *G. Ric.* f) per i. *des. P2.* g) Nicis *G. Ric.; unde haec nomina corr.* h) q. d. *P2.* i) vocatur *P2.* k) est s. *P2.* l) illum *P2.* m) eum *P2.* n) Scic. *P2 saepius.* o) uncias *P2.* p) auri *Dic.* q) eundem A. rex cons. *P2.* r) Alienor *P2.* s) Navarie *P2.* t) in *add. P2.* u) iter *P2.* v) quam *add. P2.* w) assumptionis *suppl. Luard ex G. Ric.* x) non *suppl. Luard ex G. Ric.* y) ibi *add. P2.* z) parum *vel simile verbum suppl. vid.* a) laboraret *P2.* b) occurrerunt cum gaudio *add. P2.* c) vero *add. P2.* d) *deest P2.* e) *deest P2, Dic.* f) ipsa *P2. Dic.* g) pristina die *P2.* h) Baniare *Dic.* i) posuitque *P2.* k) et r. ad M. *des. P2.*

1) Fortasse ex Rad. Dicet. 2) Noster Gallos odisse videtur; Will. Neuburg. IV, 12. talem sententiam Messanensibus attribuit.

1190. Rad. Dic. autem cepit castellum inter Kalabriam et Messanam quod Monasterium Grifonum nuncupatur; ubi Grifones insultum facientes in Hugonem Brunum comitem Marchie, a rege Ricardo repulsi sunt; qui, ianuis clausis civitatis[a], ad propugnacula murorum se conferentes, homines et equos regis occiderunt et quosdam vulneraverunt. Tunc rex iratus portas civitatis confregit et civitatem cepit, hominesque suos in ea posuit quarto Nonas Octobris; et tertio Nonas eiusdem obsides dederunt[b] ei de pace servanda[c] maiores civitatis; quo facto, firmavit ibidem[d] castrum quod Mategrifum appellatur[e]. . . . . .

1191. Rad. Cogg. Anno dominice nativitatis 1191. . . . In obsidione Achon defuncti sunt[a] nobiles et in omni probitate experti milites: . . . filius imperatoris Fretherici[f] . . . et alii innumerabiles cum eis ex aeris nimia corruptione, ut dicunt. Reges vero Francorum et Anglorum in Sicilia moram fecerunt, donec veniret tempus vernale, quo possent tutius maris pericula evitare.

Eodem anno[g] Clemens papa, cum sedisset anno 1 et mensibus 2[1], diem clausit extremum; cui successit Celestinus qui antea Iacinctus vocabatur.

Rad. Dic. Eodem anno 4. Kalendas Aprilis rex Francorum apud Messanam naves ascendit atque versus Ierosolimam via recta vela direxit. Rex vero Ricardus 4. Idus Aprilis in magna gloria illum secutus, . . . apud Cyprum applicuit. . . . . .

Rad. Cogg. Papa Celestinus consecravit in[a] imperatorem Henricum, filium Fretherici imperatoris, in paschali sollempnitate feria quarta[2]. Eodem tempore comes Flandrensis Philippus cum rege Francorum in Terram Sanctam proficiscens, absque liberis obiit. . . . . .

Rad. Dic. Apud Doveram . . . milites Eliensis episcopi . . . irruentes in archiepiscopum[3], firmiter indixerunt, ut de regno sine mora in Flandriam cum[h] suis navigaturus exiret. . . . . .

Rad. Cogg. .[i] . . Hoc[4] nimirum inter predictos principes discordie seminarium dinoscitur extitisse; cum tamen hec discordia primo apud Messanam Scicilie civitatem inter eosdem pullulaverit, Ricardo rege urbem eandem manu armata contra regem obtinente et plurimos suorum prosternente ob convicia et vexationes, quas exercitus regis Francorum suo exercitui inferebat. . . . . . Rex Francorum . . . naves conscendit. His autem omnibus illud accessit, quod comes Flandrie iam obierat, cuius terram plurimum gestiebat. . . . . .

ib. Anno dominice incarnationis 1192. . . .[k] . . . . . .

**Quod idem rex a multis inimicorum suorum insidiis evaserit.** Rex Ricardus cum nonnullis suorum nimia maris tempestate vexatus per sex septimanas, cum devenisset versus Barbariem, trium velificatione dierum a Marsilia distans, et fama crebrescente iam cognovisset, comitem Sancti Egidii necnon et cunctos principes per quos transiturus erat contra eum unanimiter conspirasse seque ei ubique insidias tetendisse, disposuit per Theutonicam latenter repatriare. Velisque retortis, cum paucis suorum, Baldewino videlicet de Bethun et magistro Philippo clerico suo, Anselmoque, capellano eius, cum quibusdam fratribus Templi, in partibus Scalonie[l] ad villam quandam nomine Gazaram appulerunt; qui statim nuncium ad proximum dirigentes[m] castellum, pacem et conductum a domino provincie illius, qui nepos extitit marchisii, expetentes postularunt[n]. Rex autem in reditu suo tres lapides pretiosos, carbunculos scilicet quos vulgo[o] rubiz appellant[p], a quodam Pisano bisantiis comparaverat nongentis; quorum unum, dum esset in navi, in anulo aureo includens, illum domino castelli per dictum nuncium transmisit. Percunctatus vero nuncius a domino loci, quinam essent qui conductum petebant, respondit, peregrinos esse ab Ierosolima redeuntes. Deinde nomina eorum inquirens a nuntio, respondit: 'Unus eorum Baldewinus de Betun appellatur, alter vero Hugo mercator, qui et[q] vobis anulum transmisit'. At dominus ille diutius anulum intuitus: 'Non', inquit, 'Hugo, sed rex Ricardus appellatur'; et adiecit: 'Licet ipse iuraverim, me omnes peregrinos de partibus illis venientes comprehensurum nec munus aliquod ab eis accepturum, tamen pro dignitate muneris et mittentis illi, qui me ignotum ita honoravit, et munusculum remitto et liberam abeundi[r] licentiam concedo'. Reversus itaque nuncius, omnia hec regi intimavit. At illi valde trementes, media nocte, equis comparatis, de villa predicta occulte exierunt et per terram illam diutius libere processerunt; sed dominus ille latenter post eos ad fratrem suum exploratorem transmisit, ut regem in terram suam comprehenderet venientem. Ubi cum rex advenisset et urbem, in qua frater domini predicti morabatur, ingressus fuisset, confestim ille, accersito ad se quodam homine suo fidissimo, Rogero nomine, Normannico genere de Argentonio, qui cum eo per annos viginti extiterat — et neptem suam ei maritaverat — precepit, ut domos, ubi peregrini hospitarentur, diligenter perscrutaretur, si forte regem per loquelam vel aliquod signum explorare posset, promittens, se ei medietatem urbis daturum, si regem intercipere potuisset. Quo singulorum hospitia peregrinorum inquirente, tandem regem repperit; sed eo diutius dissimulante quod ipse erat, demum importunitate[s] precum et lacrimarum pii inquisitoris compulsus, confitetur quod erat. Qui statim cum lacrimis fugam arripere adhortans, equum peroptimum regi tradidit. Postea vero ad dominum reversus, dicit, frivolum esse quod audierat de adventu regis; sed esse Baldewinum de Betun et comites eius, qui de peregrinatione redibant. At ille furibundus iussit omnes comprehendi. Sed rex latenter cum Willelmo de Stagno et puero quodam, qui linguam Theutonicam intelligebat, de urbe egrediens, per tres dies et noctes sine cibo in via permansit; deinde, famis urgente inedia, ad quandam villam nomine Ginatiam[t] in Austria prope Danubium divertit, ubi tunc temporis ad cumulum omnium malorum dux Austrie morabatur.

**Qualiter rex Ricardus a duce captus sit et in custodia positus.** Appulso itaque in Austria rege Ricardo, misit puerum suum ad escambium in civitatem Gynaciam, ut cibos famelicis compararet. Ille autem ad escambium veniens, cum plures bisantios proferret nimisque curialiter ac pompatice se haberet, a civibus ilico comprehensus est; ac requisitus, quisnam esset, servientem cuiusdam ditissimi mercatoris se esse respondit, qui post triduum ad urbem illam erat venturus; sicque tunc ab eis dimissus, ad secretum regis hospitium clanculo divertit fugamque quantocius cohortatur, denuncians regi que sibi acciderant. Sed

a) *deest P2.* b) ei d. *P2.* c) observanda *P2.* d) ibi *P2.* e) appellavit *P2.* f) Frezerichi *P2.* g) tempore *P2.* h) c. s. *des. P2.* i) *hoc loco duo fol. des.* 1, *suppl. e* 2. *P2.* k) *iterum pergunt* 1. *P1.* l) *ita* 1. 2. *P;* Sclavonie *Cogg. Mathei Hist. Angl.* m) dirigunt *Cogg.* n) *deest P. Cogg.* o) vulgus *P.* p) vel appellat *sup. lin. Math. P1.* q) etiam *P. Cogg.* r) ebeundi *P1. 2.* s) *deest* 1. t) Gyn. *P1*; Syn. *P2*; Ginanam *Cogg.*

1) Potius annis 3, mensibus 3. 2) *Paschali feria* 4. incipit sententia quae apud Dicet. hanc rem sequitur, unde hic error irrepsit. 3) Gaufridum Eboracensem. 4) Causa vertebatur, utrum regnum Hierosolymitanum Conrado de Monte-ferrato an Guidoni de Lusignan dandum foret.

1192. Rad. Cogg. rex post nimiam maris vexationem in urbe predicta per dies aliquot requiescere cupiens, dum puer prefatus sepius pro necessariis emendis ad forum publicum regreditur, accidit, quod die sancti Thome apostoli cirothecas domini regis sub zona incautius secum gestaret; quas urbis magistratus intuentes, puerumque iterum apprehendentes, dirissime torquent, variis cruciatibus afficiunt, vulnera infligunt, linguam abstractam amputare minantur, nisi confiteatur quantocius veritatem. Puer autem intolerabili cruciatu compulsus, eisdem ut res se habuit[a] intimavit. At illi continuo hec omnia duci intimantes, hospitium regis circumvallant et, ut sponte se reddat, acriter insistunt; rex autem ad tumultuantium barbariem vocum imperterritus manens suamque[b] probitatem non prevalere contra tot barbaros sentiens, iussit adesse ducem, ipsi soli se redditurum promittens; duci autem ilico adventanti rex obviam processit seque ei cum gladio tradidit. Dux autem hilaris effectus, regem secum honorifice adduxit, quem deinde strenuis militibus custodiendum tradidit, qui die noctuque strictis ensibus eum ubique artissime custodirent[c]. Quod miserabile infortunium non absque omnipotentis Domini[d] iudicio, licet nobis occulto, evenisse arbitrandum est; sive pro ipsius regis lubrice etatis erratis castigandis, sive pro subditorum suorum culpis feriendis, vel etiam ut idem rex ad penitentiam et satisfactionem con- Rad. Dic. gruam revocaretur super excessu, quo patrem suum carnalem Henricum regem lecto decumbentem, tam auxilio quam consilio regis Francorum, apud urbem Cenomannicam obsidione vallavit; et licet eum corporaliter ferro non mactaverat[e], tamen crebris eum assultibus inde recedere coegit, que omnia mortis eius causam ingessisse, non est ambigendum.

Eodem anno Savaricus Norhamtoniensis archidiaconus electus est in episcopum Bathoniensem; qui Romam profectus, ibidem est presbiter ordinatus et decimo tertio Kalendas Octobris ab Albano Albanensi[f] episcopo munus consecrationis suscepit.

**Qualiter dux Austrie regem Anglie[g] imperatori vendiderit.** Anno gratie[h] 1193. Rex ib. Ricardus remansit in custodia ducis Austrie, donec ipsum vendidit imperatori Romano[i] pro sexaginta[k] milibus libris argenti ad pondus Coloniensium; et tunc feria tertia post ramos palmarum ipsum adducens, diligenter[l] custodiri fecit; et, ut regem ad immoderatam redemptionis pecunie impelleret quantitatem, retrudi eum pre- Rad. Cogg. cepit in Trivallis, a quo carcere nullus ante dies istos exivit qui ibidem intravit; de quo Aristoteles in libro quinto: Rad. Dic. *Bonum est mactare parentes in Trivallis;* et alibi:

*Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare parentes.*

Ubi sub copiosa militum et servientum multitudine, qui[m] eum in locis omnibus die noctuque strictis comita- Rad. Cogg. rentur gladiis lectumque regis ambiebant[n], deputatus[o], neminem suorum cum eo pernoctare permiserunt. Hec omnia serenissimi principis nunquam obfuscare vultum potuerunt, quin hilaris et iucundus in verbis, quin ferox et audacissimus in factis, prout tempus, locus, causa, persona exigebat, semper appareret; quociens autem custodes suos ioculando deturpaverit, quotiens eos inebriando ludificaverit, quotiens tam immanium vires corporum quasi ludendo aggressus fuerit, aliis narrandum derelinquo[p].

**Quomodo imperator regem Ricardum in multis accusaverit, et quomodo rex[q] prudenter responderit.** Imperator autem iratum animum ac ferocem contra regem diutius preferens, nullatenus eum in presentia sua convocare vel alloqui dignabatur, quia ipsum in pluribus contra se[r] et suos graviter deliquisse[q] conquestus est, calumnias multas eidem regi pretendens. Tandem hinc inde mediantibus amicis, et precipue N.[s] [1] Cluniacensi abbate et Willelmo, regis cancellario, imperator, convocatis episcopis, ducibus et comitibus suis, regem in presentiam[t] suam accersiri iussit eumque in pluribus articulis coram omnibus accusavit. Inprimis scilicet, quod per eius consilium et auxilium regnum Sicilie et Apulie, quod sibi iure hereditario debebatur, defuncto rege Willelmo, amiserit; pro quo adipiscendo exercitum permaximum, data pecunia infinita, conduxerat, cum idem rex sibi auxilium fore prestiturum fideliter spopondisset, ut a Tancredo regnum illud obtineret. Deinde causatur[u] de imperatore Cypri, qui ei affinitate coniunctus fuerat, quod eum iniuste ab imperio eiecerit et carcerali custodie deputaverit et terram eius cum thesauris violenter invaserit et insulam cuidam alieno vendiderit. Postmodum vero ipsum accusavit de morte marchisii de Monte-ferrato, heredis[v] sui, quod videlicet per eius proditionem et[w] machinationem ab[x] Assisinis peremptus sit; quos etiam miserat ad perimendum regem Francorum, dominum suum, cui nullam fidelitatem[y] servavit in communi eorum peregrinatione, sicut iuramenti sacramento inter utrosque fuerat confirmatum. Deinde conqueritur, quod signum ducis Austrie, consanguinei sui, ob eius contemptum apud Ioppen in cloacam precipitaverit et Theutonicos suos in Terra Sancta verbis probrosis et factis ubique dehonestaverit. Super hiis autem et huiusmodi[z] calumniis rex Anglorum ab imperatore conventus, protinus in medio stans, contra singulas obiectiones ita luculenter et argumentose respondens peroravit, ut[a] omnibus admirationi[b] et venerationi haberetur, ita ut nulla suspicio de hiis in quibus accusabatur in cordibus audientium ulterius remaneret; nam dictorum veritatem et ordinem veridicis quibusdam assertionibus et argumentatione probabili ita in lucem propalavit, ut omnes suspiciones falsas quibus impetebatur omnimodis allegationibus cassaret et gestorum veritatem non taceret; proditionem quoque omnimodam vel alicuius principis necis machinationem constanter defendebat, asserens, se semper fore paratum ad suam innocentiam purgandam super talibus obiectionibus, prout imperatoris curia rationabiliter iudicaret. Cumque diutius coram imperatore et principibus eius disertissime, ut erat facundissimus, allegasset, imperator, admirans tantam in[c] rege facundiam, surrexit, et accersito ad se ipso[d], eius in oscula ruit; ac deinceps blande leniterque cum eo agebat. Ab illo denique die cepit imperator mitius agere et regem familiariter honorare.

**Quod rex Ricardus pro redemptione sua centum et[e] quadraginta milia librarum finem fecerit.** Hiis ita gestis, amicis hinc inde mediantibus, de[f] redemptione regis diutius tractatum est; tandem

a) habebat *P.* b) suam *P.* c) custodierunt *P.* d) Dei *P. Cogg.* e) mactaverit *P. Dic.* f) Albaniensi *P.* g) Ricardum *P.* h) dominice nativitatis *P.* i) Romanorum Henrico *P.* k) quinquaginta *Dic.* l) diligentissime *P. Cogg.* m) quievit in l. o., nec defuerunt qui eum die noctuque *P.* n) ambirent *P. Cogg.* o) deputati *P;* deputans *Cogg.; fort.* est *suppl.* p) relinquo *P.* q) *deest P.* r) eum *P. Cogg.* s) *deest Cogg.* t) presentia sua *P. Cogg.* u) causabatur de rege Cipri *P.* v) hominis *Cogg.* w) atque *P. Cogg.* x) Arsacidis, id est *add. P.* y) ut debuerat *add. P.* z) predictis *add. P.* a) in *add. P2.* b) in admirationem et venerationem *P.* c) regis *P.* d) rege *P. Cogg.* e) *deest P.* f) pro *P. Cogg.*

1) Hugone.

1193. Rad. Cogg. ad hoc est perventum, ut pro redemptione eius imperatori darentur centum et[a] quadraginta[b] milia marce[c] argenti ad pondus Coloneneium. Antequam inter eos conveniret, prestitum est[d] ab episcopis, ducibus ac baronibus iuramentum die apostolorum Petri et Pauli, ut, quam citius prenominatam pecuniam rex persolvisset, continuo liber proprium regrederetur ad regnum. Perlata autem in Angliam huius concordie sententia a regis cancellario Willelmo Elyensi episcopo, qui literas domini regis et bullam auream imperatoris secum detulit, continuo exiit edictum a iusticiariis regis, ut omnes episcopi, clerici, comites et barones, abbatie sive prioratus quartam partem reddituum suorum ad redemptionem[e] regis conferrent; et insuper ad illud pietatis opus calices aureos et argenteos sustulerunt. Iohannes vero Norwicensis episcopus per totam diocesim suam[1] dimidium pretii de calicibus
Rad. Dic. sumpsit et dimidium de rebus habitis regi donavit. Ordo Cisterciensis, qui[a] hactenus liber ab
Rad. Cogg. omni exactione extiterat, lanam suam unius anni ad regis redemptionem dedit. Nulla denique ecclesia, nullus ordo, nullus gradus vel sexus est pretermissus, qui non cogeretur ad liberationem regis. Huius autem calamitatis presagia extiterant insolite tempestates, aquarum inundationes, tonitrua horrenda et hyemalia ter vel quater in quolibet mense cum coruscationibus terribilibus per totum anni illius circulum, unde secuta est infertilitas fructuum atque frugum.

Excusatio[f] regis Ricardi de morte marchisii. Rex autem Anglorum Ricardus, cum iniuste fuisset, ut dictum est, de morte marchisii accusatus, nuntios misit ad magistrum Assisinorum solempnes, petens ab eo, ut scriberet duci Austrie sive imperatori et suam innocentiam excusaret, a quo has[3] sequentes litteras impetravit:

Rad. Dic. *Limpoldo duci Austrie Vetus de Monte salutem. Cum plurimi — — anno ab Alexandro* 1500[h]. . . . . .

Eodem anno Hubertus Walteri Saresberiensis episcopus in archiepiscopum Cantua-
Nov. 7. riensem electus[h], canonice in crastino sancti Leonardi[4] in sua sede est collocatus; cuius industrie ex precepto regis Ricardi regnum Anglie[5] et eius administratio commissa est[i], amoto Waltero Rothomagensi archiepiscopo, qui vocatus a rege transiit in Alemanniam; cum quo et[k] regina Alienor, mater regis, proficiscens, filium videre maturavit.

Rad. Cogg. Ut rex Ricardus a carcere liberatus in Angliam venerit. Anno dominice nativitatis 1194. Rex Ricardus, maxima iam parte sue redemptionis persoluta, obsidibusque datis pro parte que restabat solvenda[l], die purificationis beate Marie ab omni custodia imperatoris liber effectus, permissus est[m] redire ad regnum; qui cum matre sua et cancellario per terram ducis Lovanie ad mare Britannicum perveniens, in die dominica post festum sancti Gregorii proxima in Angliam cum ingenti omnium gaudio ad portum applicuit Sandwicensem[n]. . . . . . .

Due quidem precipue eum cause vehementer urgebant, ut scilicet obsides pro se datos[o] erga imperatorem liberaret et ut exercitum copiosum contra regem Francorum statim conduceret. . . . . . .

Ut rex Anglorum de captione sua de duce Austrie domino pape que-
1194. relam deposuerit. Anno dominice nativitatis 1195. rex[6] Ricardus ad sedem apostolicam nuncios direxit, qui in presentia domini pape constituti, talem deposuerunt querelam: 'Pater sancte, salutat excellentiam vestram rex[p] Anglorum dominus noster Ricardus; et postulat sibi iustitiam exhiberi de duce Austrie, qui ipsum de peregrinatione sua tam laboriosa[q] revertentem cepit et aliter quam tantum principem decuit afflixit, imperatori[r], acsi bos esset vel asinus, vendidit; qui postmodum ambo regnum eius intolerabili redemptionis debito contriverunt. Ipsi insuper a christiane fidei legibus alieni, in tali casu regi detento graviora exercuerunt iudicia, quam ipse Salaadinus faceret, si in manibus ipsius per simile infortunium incidisset, contra quem idem[s] rex a finibus terre, relicto regno nuper adepto, relicta patria parentibus et amicis, dimicaturus ascendit. Sciret forsitan regis generositati simul et probitati sive maiestati nimirum deferre, cui illa gens barbara et cervicosa deferre nescivit. Sed fortasse hoc fecerunt, ut sibi tanti regis captio pro laudabili victoria imputaretur, cum nunquam ipsum bello appetere presumpsissent, si bellicoso exercitu suo vallatus fuisset. Nec sibi regis deiectionem existiment imputari, sed divine potius dispensationi, ad cuius nutum rota etiam fortune hunc humiliat et hunc exaltat, hunc deicit et hunc attollit. Movet preterea non mediocriter dominum nostrum regem, quod sub pace et protectione vestra, omnibus peregrinis usque ad triennium concessa et in penam excommunicationis inflicta

a) *deest P.* b) quinquaginta *Dic. Cogg.* c) marcarum *P1*; marcas *P2*. d) autem *add. P.* e) regis red. *P.* f) *hoc caput deest P.* g) *corrig. e Dicet. SS. XXVII, p.* 285. h) can. el. *P*; *Matheus in marg. add.:* vel postulatus *P1*. i) sunt *P.* k) etiam *P.* l) persolvenda *P.* m) proprium *add. P. Cogg.* n) Sanw. *P.* o) traditos *corr. sup. lin. P1*. p) dominus n. r. A. *P.* q) tam sumptuosa tamque periculosa *add. P.* r) imperatorique *P.* s) *deest P2.*

1) Ubi complures cellae Sancto Albano subiectae erant. 2) Cf. Will. Neuburg. IV, 38. 3) Noster hanc epistolam ex Dicetensi, SS. XXVII, p. 284 (qui cum Itin. Ric. ib. p. 212. convenit) sumpsit; aliam formam praebet Will. Neuburg., ib. p. 247. 4) *Non.* *Nov.* Dicet. minus recte (cf. Gerv. Cant. ed. Stubbs I, p. 522), unde haec ex eo sumpta esse, non crediderim. 5) Cf. Rog. Hov., SS. XXVII, p. 166. 6) Haec, nisi omnino adinventa sunt, potius ad a. 1194. pertinent.

et firmata, ipsum a peregrinatione venientem et iterum redire disponentem ceperunt, atque 1194 sub custodia carcerali detrudentes, ad gravissimam redemptionis summam coegerunt. Iubeat ergo excellentia vestra cum festinatione, ut[1] obsides domini nostri regis, qui adhuc pro parte redemptionis, que solvenda restat, detinentur in vinculis, liberos exire dux ille permittat et pecuniam, quam a domino nostro excommunicatus receperit[a], ex integro restituat necnon iniuriam[b] sibi suisque illatam digna satisfactione emendet!'

**De excommunicatione ducis Austrie pro rege Ricardo.** Cumque hec et alia multa coram summo pontifice regii nuncii allegassent[*], dominus papa ilico surgens[1], cum suis cardinalibus ipsum ducem nominatim excommunicavit et in genere omnes qui in regem et suos manus iniecerant violentas. Terramque ducis totam ecclesiastico supponens interdicto, Veronensi episcopo dedit in mandatis, quatinus hanc interdicti et excommunicationis sententiam singulis diebus dominicis et festivis per totum Austrie ducatum faciat[c] publicari: *Quodsi idem dux mandatis nostris parere* decreverit, *in virtute* Rad. Dic. *Dei eidem precipias, ut obsides regis Anglorum universos absolvat,* pactiones *omnes relaxet et, ablato sibi per eum, et suos et que de ipsius regis iniqua redemptione percepit universa restituens, eosdem obsides faciat cum securitate ad propria remeare et, amodo talia non* attemptans, *nichilominus etiam de iniuria et dampnis congrue satisfaciat irrogatis.*

**De miserabili morte ducis Austrie.** Hiis omnibus prefato duci ab episcopo Veronensi rite denuntiatis, dum idem dux mandati apostolici aspernator existeret, percussa est terra illius sterilitate inaudita, fame nichilominus et peste. Danubius etiam fluvius in parte quadam terre ipsius plus solito Rad. Cogg. inundans, inopinato eventu hominum decem milia submersit. Sed cum in hiis omnibus non sit aversus furor ducis, immo in deterius aggravatus, ipse divino iudicio terribiliter percussus est. Die siquidem sancti Stephani, cum equitando lusum pergeret, sociis comitantibus, equus cui dux insidebat violenter pedem offendens[d], tibiam sedentis cum pede insanabiliter contrivit; nam tibia cum pede protinus coniuncta nigredine quadam intumescens, nullo medicorum potuit cathaplasmate sedari, quin ignis quem infernalem vocant tumori admixtus, intolerabiliter cruciaretur[e]. Quem dux cruciatum ferre non valens, pedem a crure fecit detruncari, ipso interim dolabrum tenente, ceteris omnibus pre nimio horrore hoc facere renuentibus; sed non[f] sic doloris cruciatus evasit; nam ilico femur cum corpore reliquo igne illo execrabili depascebatur. Tandem vero culpam recognoscens iniquam, quam in regem et suos malitiose exercuerat, suadentibus episcopis qui aderant, obsides absolvit et residuum pecunie de redemptione regis et[g] quod receperat se redditurum spopondit atque ecclesiastice censure se deinceps pariturum promisit. Tunc episcopi qui aderant, videntes eum in tanta miseria et calamitate constitutum, a sententia excommunicationis absolventes ad communionem fidelium admiserunt; et sic cum intolerabili cruciatu spiritum exhalavit. Cuius corpus diutius iacuit inhumatum, donec horribilibus scateret vermibus, eo quod filius eius mandatum[h] exequi nollet; sed tandem ab amicis compulsus, obsides absolvit et repatriandi licentiam concessit.

**Ut imperator Henricus regnum Apulie subiugaverit.** Imperator[i] Henricus hiis diebus subiugavit sibi regnum Apulie et Sicilie, mortuo Tancredo, qui Willelmo regi[g] iniuste successerat; duxerat enim[k] uxorem sororem regis Willelmi, cui regnum illud[l], mortuo[g] fratre[g], iustius debebatur. . . . . . .

Anno dominice nativitatis 1196. . . . **De captione episcopi Belvacensis et Willelmi de** Rog. Hov. **Merlo.** Hiis ita gestis, Iohannes, frater regis, et Mercadeus princeps Brebanciorum[2] equitationem fecerunt ante civitatem Belvacensem, ubi, dum captioni prede intenderent, Philippus eiusdem civitatis episcopus et Willelmus de Merlou una cum filio suo et militibus multis et plebe armata exierunt; sed mox capti sunt universi, et ex vulgo pars maxima interfecta; et eodem die post captionem illam processerunt ad Milli, castellum episcopi predicti, et per insultum illud ceperunt et subverterunt; et sic triumphatores gloriosi regi Anglorum captivos omnes tradiderunt. Episcopus[3] autem, eo quod captus erat in armis, incarceratus est et vinculis graviter coartatus. . . . . . .

Anno gratie 1197. . . . **Ut rex Ricardus comitem Flandrensem[m] sibi subiugavit[n].** Per Ib. idem tempus rex Ricardus datis muneribus omnes de regno Francorum potentiores in sui favorem allexit; Baldewino comiti Flandrie pro auxilio[o] 5 milia marcas argenti contulit, et ipse regi obsides tradidit, quod sine ipso non componeret cum rege Francorum. . . . . . .

**Ut rex Francorum in Flandria in arto positus [fuerit[p]].** Interea comes Flandrensis Baldewinus[q] castellum Arraz obsidione vallavit; quo audito, rex Francorum illuc venit cum exercitu copioso; in cuius adventu comes, obsidione relicta, abiit in terram suam, insequente illum rege Francorum. Cum autem rex longius processisset inter paludes et recessus maris, comes Flandrensis fecit confringere ante et post eum pontes et aque ductus aperire, ita quidem quod neque procedere neque redire potuit, nec ad eum poterant

*) post trinam ammonitionem, quam dux exaudire recusavit *add. P1 (m. Mathei).* 2.

a) recepit *P.* b) sibi s. ill. iniuriam *P.* c) faceret *P1 (m. Math. super ras.).* 2. d) offensus *P. Cogg.* e) eum cruciabat *Cogg.* f) neç *P. Cogg.* g) *deest P.* h) mandata patris *P. Cogg.* i) *uno folio exciso, agglutinantur 2 folia scr. manu socii Mathei, ubi Wendoverii narratio mutata et adaucta est P1 (et inde 2).* k) in *add. P.* l) istud *P, ubi* mo. fr. *des.* m) et alios *add. P.* n) obligavit *P.* o) suo *add.* 2. *P.* p) *add. P;* venit *suppl. alia manus s. XIV.* 1. q) B. *P2*; P. 1. 2. *P1*.

1) Haec ex epistola (quam v. ap. Rad. Dic., SS. XXVII, p. 283) confecta esse, putat Toeche, 'Heinrich VI.' p. 569. 2) 14. *Kal. Iunii, feria* 2. addit Rog. Hoveden. 3) Fort. ex Rog. Hov. ed. Stubbs IV, p. 23.

1197. Rog. Hov. victualia deferri. Tunc rex in arto positus comiti significavit[a], quod ea intentione illuc venerat, ut cum eo vel amicabiliter componeret vel ipsum a fidelitate regis Anglorum revocaret. Nunciavit insuper ei, quod ligius homo eius erat, unde nec debuit nec decuit illum coronam suam inpugnare. Sed tandem, antequam ei comes licentiam concederet[b] abeundi, iuravit rex, quod tam ipsi comiti quam regi Anglorum omnia que per werram occupaverat castella aliaque iura sua eis redderet; et ad huius pacti executionem statuit diem, ut tam ipse quam rex Anglorum venirent ad colloquium inter Wailun et Andeliacum[c] feria quarta post exaltationem sancte crucis. Et sic liberatus a captione comitis, idem rex ad propria remeavit. Reversus autem Parisius consilium habuit a suis, ut a pacto resiliret: non enim ad observationem iuramenti quod de necessitate[d] et quasi coactus fecerat extitit obligatus. . . . . . .

ib. Ut Otho in regem Alemannorum coronatus fuerit. Anno gratie 1198, qui est annus regni regis Anglorum Ricardi nonus, procurante eodem rege, Otho, nepos eius, Aquisgrani in regem Alemannie sive Germanie coronatus est. Qui statim filiam ducis Lovanie uxorem ducens, in die coronationis sue sedit simul cum ea[e] in cathedra ad mensam, sed non tunc coronata.

Rad. Dic. Eodem anno defuncto papa Celestino[f], Innocentius tertius[g] successit, in die cathedre sancti Petri papa consecratus et in Petri cathedra collocatus. Cuius favore exortum est in Italia novum genus predicatorum[1], qui Iacobite voluerunt appellari eo quod vitam ceperunt apostolicam imitari. Isti in victu et vestitu satis tenui[h], aurum et argentum vel aliud quid proprii[i] non possidentes, ibant per civitates et vicos et castella, verbum euangelii predicantes. Multiplicati sunt autem in brevi per orbem in universum propter spontaneam paupertatem, habitantes cf. Matth. 6, 34. deni et septeni simul in urbibus capitalibus, nichil de crastino cogitantes nec quicquam usque mane retinentes. De euvangelio quoque iuxta regulam apostolicam vivebant, et si quid sibi in mensa ex elemosinarum largitione superhabundavit, hoc continuo paupe- Eph. 6, 15. ribus erogabant. Ibant autem calciati in preparatione euangelii, vestiti dormiebant, mattis pro stratu[k] utebantur, saxeis cervicalibus capitibus subnixis. . . . . . .

Rog. Hov. His denique diebus Gaufridus Eboracensis archiepiscopus regi Ricardo et fratri suo in Normannia pacificatus est; erat enim commotus in eum propter deiectionem Willelmi cancellarii sui, dum idem rex ab imperatore in vinculis teneretur. . . . . . .

cf. Rog. Hov. Innocentius papa . . . misit Petrum[l] de Capua cardinalem[2], ut pacem inter reges[3] memoratos reformaret. . . . Cardinalis, rege Anglorum seorsum advocato, recognovit eidem sub sigillo secreti, quod ad instantiam ipsius regis[4] missus fuerat a papa, ut componeret inter eos; deditque regi consilium, ut hac vice petitioni domini pape acquiesceret, sciturus pro certo, quod dominus papa ipsum tam de rege Francorum quam de omnibus aliis suis agendis exaudiret. Hiis ita[l] gestis rex Ricardus, qui promotionem Othonis, nepotis sui, nuper in regem Alemannorum coronati[m], supra modum affectaverat, ut[5] faciliorem haberet a papa ad imperialem consecrationem accessum, omnium victus precibus, acquievit; 1199. regesque in unum convenientes, treugas tali pactione iuraverunt quinquennes[6], quod homines utrorumque regum et mercatores per terras alterutras et nundinas pacifice ire et redire, emere simul et vendere potuissent. Quo facto, rex Anglorum abbatem Certesheiensem[7] et Reimundum[8] monachum Sancti Albani, qui eodem tempore pro variis negotiis ecclesie sue ad regem transmissus fuerat in Normanniam, Romam misit, ut ibidem negotia prelocuta perducerent ad effectum. . . . . . .

Rog. Hov. Anno gratie 1199. . . . Venit interea ad regem Iohannem comes Flandrensis apud Rothomagum et[9] alii multi nobiles de regno Francorum, et pepigerunt fedus amicitie cum eo, sicut fecerant cum rege Ricardo, contra regem Francorum; factaque securitate ad invicem, unusquisque in propria sese recepit. . . . . . .

ib. Ut rex Otho Romam veniens[10], imperium ibidem optinuerit. Circa dies istos cassata electione Philippi ducis Suavie et aliorum omnium, Otho rex Alemannorum ab Innocentio papa et Romanis omnibus electus est et ad Romanum imperium admissus. Confirmata igitur a domino papa electione, Philippus dux Suevie excommunicatus est et omnes fautores eius, nisi ab Othonis persecutione desistant; in Capitolio

a) signavit *P.* b) a. c. *P.* c) Adel. *P.* d) nece. 1. e) iam 2. f) Innocentius papa *add. P.* g) *deest* 2. h) tenues *P* 1 *(corr. a Matheo)*. 2. i) proprium *P.* k) matris prostratu 1. l) itaque *P.* m) coronari *P.*

1) *Ordo Pred. qui I. v. appellari* habet Dicet. cod. 1 in marg. ad a. 1198. manu saec. XIII; unde suspicari licet, hoc quoque loco scriptum quoddam de Dominicanis adhibitum esse. 2) Diac. S. Mariae in Via Lata; cf. Potthast, Reg. pont. nr. 360 sq. 645. 3) Angliae et Franciae. 4) Philippi II. 5) Cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 157. Quo consilio Placentini Romae pecuniam pro Ricardo I. solvebant; cf. Rymer Foed. I, p. 78. 6) A. 1199, Ian. 13. Cf. Rog. Hov., SS. XXVII, p. 180. 7) Martinum de Chertsey (com. Surrey). 8) De quo v. supra p. 7. 9) Cf. foedera cum comitibus Flandriae et Bononiae icta ap. Rymer I, p. 77. 10) Errat noster, Hovedenio falso intellecto.

autem et per totam[a] Urbem declamatum est: 'Vivat et valeat imperator Otho!' Tunc ab omnibus confirmatus, [1199. Rog. Hov.] ad memoriam revocans, quod[1] per regem Ricardum ad tantum fuerat promotus honorem, regi Iohanni significavit, ut ipse differret[b] cum rege Francorum amicabiliter componere, quia, Deo volente, ipse in brevi succursum sibi talem providebit, qualem imperialem decet celsitudinem providere.

Regnum Francorum interdicitur. Per idem tempus Petrus de Capua, cardinalis et apostolice sedis legatus, regnum Francorum sub interdicto conclusit propter captionem fratris Petri de Duaii[c], Cambracensis electi; sed antequam sententia relaxaretur, rex Francorum prefatum electum ab omni custodia liberavit. . . . . .

Anno gratie 1200. . . . Petiit[2] preterea rex Francorum ab Anglorum rege, ut faceret sibi securitatem, [Ib.] quod nullum Othoni, nepoti suo, faceret auxilium de hominibus neque de pecunia ad imperium optinendum. Dictum est enim, quod dux Suavie Philippus per conniventiam[d.3] regis Francorum et auxilium prefatum Othonem persecutione gravissima infestabat nec propter excommunicationis sententiam, qua fuerat a papa innodatus, ab eius impugnatione cessabat. Denique inter reges federe, ut premissum est, confirmato, terminum ad sequens festum[4] sancti Iohannis [Iun. 24.] baptiste statuerunt, ut tunc ea que sunt prelocuta irrefragabiliter sortiantur effectum. . . . . .

De vita sancti Hugonis Lincolniensis episcopi ante episcopatum. Circa dies istos Hugo reverende memorie Lincolniensis episcopus de partibus veniens transmarinis, Londoniis apud Vetus[5] Templum quartanis febribus graviter infirmatus, 16. Kal. Decembris laudabilis vite cursum [Leg. s. Hugon.] glorioso fine complevit. Cuius inter homines conversatio sancta compellit — que mortalibus et informatio morum exstitit et exemplum pie actionis —, ut de eo vel pauca huic operi inseramus. Hic vir sanctus in remotis Burgundie partibus oriundus, moribus clarior quam parentela refulsit. Qui ab annis puerilibus studiis literarum addictus, decennis effectus canonicis regularibus traditur, disciplinis celestibus informandus[e]. Inter quos tam moribus quam scientia regulariter imbutus, post circulum 16 annorum, in quadam cella[6] officium prioris suscepit. Ubi cum cuncta sibi prospere successissent, lubricos carnis motus fortius cohibere decernens, ad ordinem Cartusiensem[f], Domino disponente, transivit. Cumque se benignum ibidem cunctis et affabilem, religiosa gravitate servata, exhiberet, modico elapso tempore, totius domus effectus est procurator. Interea cum illustris Anglorum rex Henricus domum quandam[7] Cartusiensis[f] ordinis in Anglia construxisset, qui viri Dei promotionem ardenti desiderio sitiebat, vix precibus optinuit, ut ad regimen illius domus animum eius inclinaret. Cumque ad prioratus officium vocatus fuisset, priorem sanctitatem in dies studuit ampliare[g]; unde regis gratiam, qui frequenter eius colloquio fruebatur, sancte conversationis merito non mediocriter optinebat. . . . . .

Convenerunt interea ad colloquium apud Lincolniam rex Anglorum Iohannes et rex Scotorum Willelmus . . . [Hoved.] 11. Kal. Decembris. . . . Eodem die[8] perlatum est ibidem corpus sanctissimi Hugonis episcopi tumulandum; cui [Nov. 21.] occurrentes reges[9] memorati et tres archiepiscopi, Hubertus[h] videlicet Cantuariensis, Gaufridus[i] Eboracensis[10] et Bernardus Raguensis[11], . . . corpus sanctissimum susceperunt. . . . . .

Anno gratie 1205. . . . Adolescentes quidam de conventu Cantuariensis ecclesie, regis consensu non requisito, Reginaldum suppriorem suum in archiepiscopum elegerunt. . . . Sed electus prefatus statim ut in Flandriam applicuisset, spreto quod fecerat iuramento, se Cantuariensem esse electum, clara voce confitetur[k] et ad hoc Romanam se adire curiam, ut factam electionem confirmaret. . . . . . .

Anno gratie 1206. . . . Prevalentibus tandem Angligensis[12] et inclusis deficientibus, captum est castellum munitissimum de Monte-Albani[13], quod obsidione septenni Karolus Magnus[14] olim subiugare non potuit. . . . . . .

Anno gratie 1207. . . . Imperator[15] Otho venit in Angliam, et habito colloquio cum [cf. Ann. S. Edm.] rege, avunculo suo, rediit in terram suam, acceptis a rege predicto quinque milibus marcis argenti.

a) U. t. 2. *P.* b) def. 2. c) Duay *P.* d) convenientiam *P* 1. e) *ita* 2. *P*; *deest* 1. f) Chart. *P.* g) *deest* 2. h) H. *P.* i) G. *P.* k) confitebatur *P.*

1) Fort. ex Rog. Hoved. SS. XXVII, p. 177 sqq. 2) Mense Ianuario colloquio prope Andeliacum habito; cf. ib. p. 180, ubi tamen Iohannes hoc iurasse dicitur. 3) Foedus Philipporum habes LL. II, p. 202. 4) *Octavas s. Ioh.* Rog. Hov.; iam ante hunc terminum mense Maio pacem fecerunt; l. l. p. 182. 5) Eundem quidem locum dicit Radulfus de Diceto (ed. Stubbs II, p. 169), cuius tamen codex Albanensis iam a. 1199. desinit; unde Wendoverium haec ex Legenda de s. Hugone Lincolniensi (ed. post Opp. Giraldi Cambr. VII, p. 172) c. 9. sumpsisse, putarim. 6) St. Maximin; cf. SS. XXVII, p. 318. 7) Witham; ib. p. 319. 8) Error; potius Nov. 23. 9) Willelmum antea abiisse, dixit Hoveden. 10) Error; potius de *Iohanne Dublinensi* paullo supra locutus erat Hoveden. 11) De Ragusa; *qui cum rege Ricardo in Angliam venit, a quo etiam custodiam episcopatus Cardulienais* (Carlisle) *ecclesie suscepit;* Ann. Bermundesei. a. 1206, ed. Luard, Ann. Monast. III, p. 450; a. 1208. Bernardus episcopus Carleolensis, a. autem 1214. alius custos Carleolensis occurrit in rotulis Iohannis regis ap. Hardy, Fasti eccl. Angl. III, p. 230. 12) In bello contra Francos gesto. 13) Montauban (dép. Tarn-et-Garonne). 14) Noster legisse videtur narrationem de Reginaldo de Montauban, uno Quatuor Haymonis filiorum; cf. 'Renaus de Montauban' (ed. Michelant p. 365), carmen Francogallicum, et Grässe, 'Sagenkreise' p. 326; v. quoque infra p. 50. 15) Rectius *rex* ap. Ann.

1207. Sub hiis diebus predicatores, qui appellati sunt Minores, favente papa Innocentio subito emergentes, terram repleverunt, habitantes in urbibus et civitatibus deni et septeni, nihil omnino possidentes, de euangelio viventes, in victu et vestitu paupertatem nimiam preferentes, nudis pedibus incedentes, maximum humilitatis exemplum omnibus prebuerunt. Diebus autem dominicis et festivis de suis habitaculis exeuntes predicaverunt in ecclesiis parochialibus euangelium Verbi, edentes et bibentes que apud illos erant quibus officium
Luc. 10, 7. predicationis impendebant[a]. Qui in rerum celestium contemplatione tanto perspicaciores sunt inventi, quanto a rebus presentis seculi et carnalibus deliciis comprobantur alieni. Nullum genus alimenti penes eos usque in crastinum reservatur, ut paupertas spiritus, qui[b] viget in mente, actu sicut et habitu omnibus innotescat. . . . . . .

Papa Innocentius regi Anglorum literas[1] direxit, exortans[c] humiliter et devote, ut magistrum Stephanum de Langetune, Sancti Grisogoni presbiterum cardinalem, ad archiepiscopatum Cantuariensem canonice electum benigne susciperet. . . . Iratus est rex[d] vehementer . . . crimenque proditionis in monachos Cantuarienses refundere satagebat. . . . Monachi[2] vero nimis inconsulte agentes, sine violentia et omni manuum iniectione recesserunt omnes preter tredecim valitudinarios, qui in domo infirmorum iacentes, incedere non valebant. Et protinus traiecti in Flandriam, in abbatia Sancti Bertini honorifice recepti sunt et in aliis monasteriis transmarinis. . . . Exierunt autem monachi sepe dicti de monasterio
Iul. 14. suo in exilium pridie[e] Idus Iulii.

Ut rex Anglorum literas[3] comminatorias ad papam miserit. . . . Asserebat, se sufficienter admirari non posse, quod tam ipse papa quam universa curia Romana ad memoriam non reducunt, in quantum eius dilectio Romane sedi fuerit hactenus necessaria, in hoc rationis oculum non figentes, quod uberiores sibi fructus perveniant[f] de regno suo Anglie quam de omnibus regionibus citra Alpes constitutis. . . . . . .

Anno Domini 1208. . . . Isabel Anglorum regina peperit Iohanni regi filium legitimum, quem vocavit Ricardum. . . . . . .

Rex quasi in furiam versus contra dominum papam et eius cardinales, in verba blasphemie prorupit, iurans per dentes[4] Dei, quod, si ipsi[5] vel alii quicumque ausu temerario terras suas supponerent interdicto, ipse in continenti universos Anglie prelatos, clericos pariter et ordinatos, ad papam mitteret et bona eorum omnia confiscaret; addidit[g] etiam, quoniam[h] Romanos quoscumque sive[i] ipsius pape clericos, qui in regno Anglie sive in quibuscumque terris suis reperiri potuissent, erutis oculis naribusque precisis Romam destinaret, ut hiis intersignis a ceteris possent nationibus ibidem discerni. . . . . . .

Ut rex Anglorum Othoni, nepoti suo, magnam pecuniam miserit.
1208. Dec. 25. Anno Domini 1209. Rex Anglorum Iohannes ad natale Domini fuit apud Bristollum et ibi
cf. Ann S. Edm. capturam avium per totam Angliam interdixit. Deinde venit in Angliam dux Suavie[6] Henricus ex parte Othonis regis Alemannorum ad regem Anglorum; a quo non modica pecunia ad opus prefati Othonis recepta, repatriare maturavit. . . . . . .

Cont. Dicet. Eodem anno Otho[7], filius ducis Saxonie et nepos regis Anglie, a papa Innocentio tertio in imperatorem Romanum Rome consecratus est 4. Nonas Octobris. . . . . . .

Anno dominice nativitatis 1210. . . . De excommunicatione Othonis imperatoris. Circa dies istos Otho Romanorum imperator, memor sacramenti quod fecerat cum a papa ad imperium fuerat sullimatus, quod videlicet dignitates imperii conservaret et iura dispersa pro possibilitate sua revocaret[8], fecit per sacramentum legalium hominum

a) impendebat *P.* b) que *P.* c) *ita* 1. d) *deest P.* e) p. I. I. *des. P.* f) proveniant *P.* g) addit 1. h) *ita* 1. 2; quod *P.* i) sive — r. A. *des. P.*

S. Edmundi SS. XXVII, p. 427, quocum noster communi fonte usus est. *Centum marcae Terrico Teutonico ad ducendum regem Ottonem in Angliam* tunc pro Iohanne rege solutae sunt; cf. Sudendorf, 'Welfen-Urkunden' p. 72. A. 1212. ad Henricum comitem Palatinum missus est; Rot. Claus. 121. 128. 152. Tabulas, quibus hic camerarius Teutonicus occurrit, laudat Pauli, 'Gesch. v. England' III, p. 476. 1) A. 1206. ex.; Potthast nr. 2937. 2) Cf. SS. XXVII, p. 309. 3) Non exstant. 4) Ita Iohannes semper iurabat. 5) Episcopi Anglici ab Innocentio III. missi. 6) Rectius *Saxonie* Ann. S. Edmundi l. l. Cf. Heinemann, 'Heinrich von Braunschweig' p. 127. et Winkelmann, p. 154. 207. de rebus ab Anglis eo anno in imperio gestis. 7) Ex nota quae exstat supra p. 7. 8) Verba fere eadem habet Contin. Hoved. SS. XXVII, p. 186. De sacramento cf. quoque Gervas. Tilb. ib. p. 382; Waitz, 'Forsch. zur D. Gesch.' XIII, p. 505; Lindemann, ib. XXII, p. 231.

imperii dominica castella sua et alia iura ad dignitatem imperialem spectantia perquiri et quecumque per recognitionem[1] ad ius imperii spectare didicerat in usus suos convertere laborabat. Hac autem de causa orta est dissensio gravissima inter dominum papam et imperatorem memoratum, eo quod tempore quo vacabat imperium idem papa castella plurima cum rebus aliis occupaverat, que ad dignitatem imperii pertinebant. Unde imperator, quia quod suum erat revocare studuit, ipsum papam sine merito ad odium provocavit. Frethericum quoque regem Sicilie[a] idem imperator graviter persecutus est, qui similiter, dum vacavit imperium, quasdam ipsius[b] munitiones occupatas detinuit. Unde papa memoratus ipsum imperatorem per nuntios et literas frequenter admonere studuit, ut tam a persecutione Romane ecclesie quam a regis Sicilie ac tutele commissi[c] sedis apostolice exheredatione cessaret. Imperator autem[2] nunciis domini pape tale perhibetur dedisse responsum: 'Si', inquit, 'summus pontifex imperii iura iniuste possidere desiderat, a sacramento quod tempore consecrationis mee ad dignitatem imperialem me iurare compulit absolvat, quod videlicet dispersa imperii iura revocarem simul[d] et habita conservarem'. Denique cum papa ipsum[e] imperatorem a prestito iuramento, quod omnes imperatores in sua consecratione inspectis sacrosanctis euangeliis[f] iurare tenentur, absolvere noluit, et imperator econtra imperii iura, que iam pro[b] parte maxima in manu potenti revocaverat, reddere contempsit, idem papa in ipsum imperatorem sententiam excommunicationis tulit[g] atque universos tam Alemannie quam imperii Romani magnates ab eius fidelitate absolvit. . . . . . . 1210.

Anno gratie 1211. Rex Anglorum Iohannes . . . apud Norhamtonam nuncios domini pape ibidem cum mandatis apostolicis obvios habuit, Pandulfum[3] videlicet subdiaconum et sedis* apostolice cardinalem ac de militia Templi fratrem Durandum, qui ad hoc venerunt, ut pacem inter regnum et sacerdotium reformarent. . . . . . .

Ut rex Francorum Reginaldum comitem Bononie exulaverit. Eodem tempore Reginaldus comes Bononie, vir strenuus et in arte militari probatissimus, a Philippo rege Francorum de comitatu suo iniuste expulsus et bonis omnibus privatus est. Quo expulso, rex Francorum dedit Philippo, filio suo, comitatum illum cum filia[4] et herede legittima comitis memorati, iure perpetuo possidendum. Comes vero Reginaldus in Angliam veniens, a rege Iohanne honorifice susceptus est. De cuius liberalitate idem comes trecentas libratas terre larga distribucione suscipiens, regi memorato homagium et fidelitatem fecit[5]. . . . . . .

Anno Domini 1213. . . . Charta regis Iohannis de satisfactione facta archiepiscopo Cantuariensi[6]. . . . *Barones nostri, Willelmus scilicet comes Saresberie, frater noster, Reginaldus comes Bononie . . . iuraverunt in animam nostram, quod nos subscriptam pacis*[7] *formam bona fide per omnia curabimus observare. . . . Teste me ipso apud Doveram*[h] 13. *die Maii, anno regni nostri* 14. Mai. 13.

Quomodo rex Anglorum Iohannes coronam et regnum Anglie in manus Innocentii pape resignaverit. . . . *Teste*[8] *me ipso apud domum militum Templi iuxta Doveram coram . . . Reginaldo comite Bononie . . .* 15. *die Maii, anno regni* Mai. 15. *nostri* 14. . . . . . .

Pandulfus . . . regem Francorum diligenter admonere cepit, qui iam paratus fuerat in manu violenta ad Angliam hostiliter transfretare, ut desisteret a proposito. . . . Hec audiens rex Francorum iratus valde, dixit, se iam in apparatu navium, victualium et armorum plus quam 60 milia libras expendisse et ex precepto domini pape laborem prefatum et in peccatorum remissionem suscepisse. Et ut verum fateatur[i], idem rex suggestionibus

*) s. ap. card. *recte erasa sunt et* domni pape familiarissimum *superscr. P.*

a) Sicilicie *P* 1. b) *deest P.* c) commisso 1. 2, *quod sensu caret;* commisse *P;* sedi *P* 2. d) simul et h. cons. *des. P.* e) imp. ips. 2. f) euangelii *P.* g) *deest* 1; *ex* 2. *P.* h) Doveram — anno *mutilo cod. des. P* 1. i) fateamur *P* 1 *(corr. a Matheo).*

1) De forma recognitionis Normannica cf. Brunner, 'Schwurgerichte' p. 294. 2) Haec generatim a veritate non discedere, censet Winkelmann p. 497. 3) Postea a. 1218—1221. legatum apostolicum in Anglia, denique episcopum Norwicensem, qui obiit a. 1226. De Aegidio, fratre Pandulfi, in Norwicensi dioecesi sustentando cf. Pauli l. l. p. 527, n. 4. 4) Mathilda. 5) Foedera a Iohanne a. 1212. in. cum Lotharingis aliisque contra Franciam icta v. ap. Rymer I, p. 105 sqq.; cf. Winkelmann p. 351. 6) Ex alio cod. ap. Rymer p. 111. 7) Cum ecclesia factae; cf. Pauli l. l. p. 374. 8) Finis chartae a Iohanne papae datae, quam ex alio codice affert Rymer p. 111.

1213. Pandulfi assensum nullatenus prebuisset, nisi solus comes Flandrensis Philippus[1] ipsum sequi contradiceret. Fuerat enim regi Anglorum confederatus et ideo contra pactum suum venire noluit. Dixit preterea idem comes, iniustum fuisse bellum, quod ad debellandum regem Anglorum susceperat, cum nullus antecessorum suorum ius aliquod sibi hactenus in regno Anglie vendicasset. Adiunxit insuper, quod rex Francorum terras suas et castella iniuste occupaverat et occupatam hereditatem suam contra iustitiam detinebat, quare cum ipso ad Angliam venire nolebat.

Ut rex Francorum in comitem Flandrie impetum fecerit. Cumque rex Francorum a comite Flandrensi talia audisset, ira vehementi incanduit ipsumque diffidiens[a], a curia sua confestim recedere precepit. Quo recedente, rex Francorum terram comitis ingressus, igne ac ferro queque sibi obvia depopulando consumpsit. Nautis preterea et classis sue custodibus, qui in hostio Secane fluminis, ut prediximus, exspectaverant cum victualibus et armis, significavit, quatinus, dilatione postposita, versus Swine, Flandrie portum, vela dirigerent atque ad eum illuc venire quantocius festinarent; quod ita factum est. Comes[b] Flandrensis impetum sepe dicti regis plurimum timens, citissimo volatu regi Anglorum nuntiavit que circa eum facta fuerant, implorans diligenter, ut militare[c] subsidium[d] sibi mittere dignaretur. Quo audito, rex Anglorum destinavit in succursum comitis memorati fratrem suum Willelmum comitem Saresberiensem, Willelmum ducem[e] Houtlondie[f, 2] et Reginaldum comitem Bononie, bellatores electos, cum navibus quingentis et militibus septingentis et familia multa nimis tam equestri[a] quam pedestri[a] ordinis[g], qui velis prosperis versus Flandriam properantes, per portum Swine transitum faciebant. Ubi tantam navium multitudinem stupefacti intuentes et non mediocriter admirantes, cognoverunt, missis exploratoribus, classem esse regis Francorum, que illuc nuper advenerat et ipsam[h] omni fere custodia, exceptis paucis marinellis, carere. Exierant enim ad predandum milites quibus navigium fuerat commissum, ut terram comitis Flandrie[i] depopulando vastarent. Quod cum principes militie regis Anglorum cognovissent, ad arma prosiliunt, classem acriter invadunt, et in brevi nautis subiugatis, funibus[k] navium precissis, trescentas ex eis, frumento, vino, farina, carne, armis ac rebus aliis onustas, versus Angliam neptuno committunt. Naves preterea centum vel eo amplius, que in sicco stabant, iniecto igne, combusserunt et earum spolia rapuerunt. In hoc autem casu rex Francorum et tota fere transmarina nobilitas amiserunt quod in rebus humanis dulcius possederunt. Deinde comites animositate quasi superflua incitati, cum equis et armis navibus erumpentes, Francos qui ab hac aufugerant clade viriliter insecuntur. Sed rex Francorum, qui ab hoc conflictu non longe aberat, misit milites armatos de quibus plurimum confidebat, ut hostes supervenientes longius arcerent et qui essent sagaciter explorarent[l]. Qui continuo prosilientes ad arma, adversariis quantocius occurrunt. Commissoque ex[i] adversis partibus prelio, comites predicti, non sine suorum dampno, ad naves vix elapsi, fugam capessunt. Illis autem navibus[m] ingressis, Francigene ad suos revertuntur. Rege vero Francorum sciscitante a militibus, quid actum fuisset, et illi qui supervenerant unde essent, dixerunt, exercitum esse regis Anglorum in auxilium comitis Flandrie destinatum, casumque sue classis et dampnum irreparabile quod acciderat regi per ordinem retulerunt. Rex quoque Philippus, cum huiusmodi cognovisset eventum, a Flandria cum magno sui suorumque dispendio confusus recessit.

De absolutione regis Anglie apud Wintoniam facta. Rex autem Anglorum, cum ea que in Flandria gesta fuerant a referentibus didicisset, gavisus est valde, et aliquantulum mente elatus, ob hoc quod adventum regis Francorum ad tempus noverat suspensum, precepit magnatibus et universe multitudini, quam ad defensionem patrie circa maritima collocaverat, ut ad propria remearent. Deinde misit militibus suis qui erant in Flandria[3] magnam pecunie summam, promittens etiam eis auxilium imperatoris, ut terram regis Francorum hostiliter ingressi incendiis ibidem vacarent et rapinis. Ipse quoque rex apud Portesmuthe[n] exercitum congregavit immensum, ut ad Pictaviam transfretaret, disponens a parte occidentis, sicut illi qui erant in Flandria a parte orientis, regem et regnum

a) *sic codd.* b) vero *add. P.* c) illi *add.* 1. d) *add. manu alia, sed coaeva* 1; si. su. 2. *P.* e) comitem *corr. in marg. Mathei H. Angl.* f) Houtlandie 2. *P.* g) *deest Mathei Hist. Angl.* h) *ita Mathei H. Angl.*; ipsa 1; in ipsa *P.* i) *deest* 2. k) funibusque 2. l) exploraret 2. m) naves *P* 2. n) Portesmue *P.*

1) Potius Ferrandus. 2) Postea demum hunc in Flandria arma contra Franciam sec. Will. Brit., SS. XXVI, p. 351. gesssise, monet Winkelmann p. 363. 3) Cf. Rymer I, p. 114 sq.

Francorum inquietare necnon cum omni nisu terras amissas ad suum dominium revocare. 1213. Sed aliter accidit quam sperabat; magnates enim Anglie ipsum sequi noluerunt, nisi prius a sententia excommunicationis absolveretur. . . . . . .

De[1] heresi Albigencium et predicatione facta[a] contra eos. . . . . . .

De morte regis Arragonum apud[b] Murellum[c, 2]. . . . . . .

Circa festum sancti Michaelis venit in Angliam Nicholaus Thusculanensis episcopus et Sept. 29. apostolice sedis legatus[3], ut dissensiones inter regnum et sacerdotium auctoritate apostolica reformaret. . . . . . .

Anno Domini 1214. . . . Rex Anglorum Iohannes misit principibus militie sue qui erant in Flandria pecuniam magnam nimis, ut regem Francorum inquietarent et terras cum castris incursione bellica devastarent. At illi regis exortacionibus obtemperantes, terram comitis de Gysnes[4] fere totam, ferro flammisque discurrentibus, contriverunt, castrum de Buncham[d, 5] obsidentes prostraverunt; ubi milites et servientes multos ad deditionem compulsos, in vinculis abduxerunt. Arriam[6] quoque obsidione vallantes, subiugaverunt et igne combusserunt. Castrum autem de Liens[7] per insultum ceperunt et multos ibidem peremerunt et nonnullos captos in carcerem detruserunt. Terramque Lodowici, filii regis Francorum, in partibus illis gravi depopulatione afflixerunt. Rex autem Iohannes in die purificationis beate Febr. 2. Marie, missis Romam pro relaxatione interdicti nunciis, apud Portesmuthe[e] regina comite naves ascendit et infra dies paucos cum[f] ingenti exercitu applicuit ad Rupellam. . . . . . .

Qualiter rex Francorum contra exercitum regis Anglorum qui erat in Flandria hostiliter processerit. Hiis quoque diebus exercitus regis Anglorum qui erat in Flandria adeo debachando invaluit, ut, plurimis depopulatis provinciis, iam pagum ingressus Pontivensem, crudeli nimis ibidem rabie deseviret. Erant enim in hac expeditione viri bellicosi et in re militari experti Willelmus dux Houtlandie[g], Reginaldus quondam comes Bononie, Ferrandus comes Flandrie, Hugo de Boves, miles[8] strenuus, sed crudelis et superbus, qui tanta in partibus illis rabie seviebat, ut nec quidem sexui muliebri nec parvulorum[h] parceret etati. Rex autem[i] Iohannes constituerat marescallum illius exercitus Willelmum, fratrem suum, comitem Saresberiensem[k] cum militia regni Anglorum, ut cum ipsis militaret atque aliis militantibus de fisco stipendia ministraret. Habuerunt preterea idem bellatores Othonis Romani imperatoris[9] auxilium pariter et favorem cum toto posse ducis Lovanie et Brebantinorum[l, 10], qui pari tirannide in Francigenis seviebant. Cumque[m] denique hec omnia ad notitiam Philippi regis Francorum devenissent, perturbatus est valde, timens, ne sufficeret ad illius patrie defensionem, qui nuper Lodowicum, filium suum, cum exercitu copioso in Pictaviam direxerat contra regem Anglorum, ut eius incursus bellicos refrenaret. Et licet idem rex sepius revolveret illud[a] vulgare proverbium:

*Pluribus intentus minor est ad singula sensus,*

tamen exercitu[n] magno congregato comitum, baronum, militum et servientium, peditum et equitum, cum communis[o] villarum et civitatum, in fortitudine gravi adversariis occurrere maturavit, precipiens episcopis, viris religiosis, clericis[p] et sanctimonialibus elemosinas dare, preces ad Deum fundere et pro statu regni sui divina misteria celebrare. Quo facto, cum exercitu suo audacter[q] processit in hostes. Audiens autem idem rex, hostes memoratos usque ad pontem de Bovines in territorio Pontivensi situm iam hostiliter pervenisse, illic[r] vexilla direxit et arma atque ad pontem iam dictum perveniens, illius aque fluenta cum exercitu suo tote[11] pertransiens, ibidem castra metatus

a) *deest P.* b) a. M. *des. P.* c) *in hoc capite incipit manus socii Mathei Parisiensis P* 1. d) Bunchā 1. 2; Bruncham *P.* e) Portusmue 2; Portesmuhe *P.* f) in manu forti et ex. magno appl. apud R. *P.* g) Hoil. *P.* h) et. parc. parv. *P.* i) Anglorum *add. P.* k) Sarebir. *P.* l) Brebantior. *P.* m) Cum *P.* n) in exitu 2. o) communibus *corr. Math. P* 1. p) *deest* 2. q) audaciter *P.* r) illuc *P.*

1) Regnum Burgundiae bis capitibus non attigit auctor. 2) Muret (dép. Haute-Garonne). Hoc caput haustum est ex epistola praelatorum ap. Petr. Vall. Sarn. c. 73, SS. rer. Gall. XIX, p. 88. 3) Cf. Potthast, Reg. 4776 sqq. Iohannes rex Oct. 3. papae homagium fecit. 4) Arnulfi. 5) Bonhem a Bourbourg versus meridiem ad fl. Aa situm; cf. Hist. duc. Norm. et Phil. Mousk., SS. XXVI, p. 713. 753. De *Bouchain* (cf. SS. XXVI, p. 765) cogitat Luard, Math. Par. II, p. 652. 6) Aire. 7) Lens. 8) Eadem verba infra p. 48, l. 20. 9) De nunciis ab Ottone missis in Anglia a. 1214 sq. donatis *Colino, Conrado senescallo, Henrico de Colonia, mag. Iacobo, Iohanne Lupo camerario imperatoris, Iwano clerico, presbitero de Placencia* cf. (praeter Winkelmann p. 383) Rot. Claus. p. 159. 169. 176 sq. 180. 193. 10) Henrici; de fundis eius Anglicis cf. Rot. Claus. p. 135. 11) Initio pugnae Francos minime in una ripa congregatos fuisse, noster ignoravit.

1214. est. Erat enim ardor solis permaximus, sicut fieri solet[a] in mense Iulio; unde prope flumen Francigene quiescere decreverunt propter refrigerium tam hominum quam equorum[b].
Iul. 26. Venerunt quoque ad dictum flumen quodam[c] die sabbati[1] circa horam vespertinam, atque ordinatis a dextris et[d] sinistris bigis et quadrigis, redis[e] et omnibus vehiculis, quibus victualia et arma cum machinis et bellicis instrumentis allata fuerant, totus ille exercitus, adhibitis circumquaque custodibus, nocte illa quievit.

Iul. 27. [f]Mane autem facto, cum principes militie regis[g] Anglorum de adventu regis Francorum certificati fuissent, habito tractatu diligenti, decreverunt communiter campestre prelium cum hostibus conserere; sed quia dies dominica erat, visum est sapientioribus de exercitu, et maxime Reginaldo quondam comiti Bononie[2], inhonestum esse in tanta sollempnitate bellum committere vel[h] tantum diem homicidio et effusione humani sanguinis violare. Placuit consilium imperatori Romano, qui constanter affirmavit, talis diei conflictu se nunquam letum reportasse[i] triumphum. His itaque auditis, Hugo de Boves in vocem blasphemie prorumpens, Reginaldum comitem proditorem nequissimum appellavit, improperans ei terras et possessiones largas quas ex dono regis Anglorum perceperat, adiciens etiam, quod,
Lucan. I, 281. si die illa bellum differatur, in dampnum irreparabile regis[g] Iohannis redundabit: *nocuit enim semper differre paratis*. Comes vero Reginaldus Hugoni respondens, dixit cum indignatione: 'Hodierna dies, me esse fidelem et te proditorem, comprobabit. Ego enim hac dominica die stabo pro rege in prelio, si necessitas coegerit, usque ad mortem, et tu more solito hodierna die de prelio fugiendo te esse proditorem nequissimum, cunctis astantibus declarabis'. Hiis denique verbis blasphemie dicti Hugonis consimilibus omnis multitudo ad campestre prelium exacerbati simul et provocati, ad arma prosiliunt et sese omnes ad pugnam viriliter accingunt. Armatis autem cunctis, tres acies constituunt, in quarum prima[3] comitem Flandrie Ferrandum, comitem Bononie Reginaldum et comitem Saresberie Willelmum capitaneos prefecerunt; in acie quoque secunda[3] Willelmum Houtlandie[k] ducem et Hugonem de Boves cum Brebantiis prerogantes, tertie[4] aciei Othonem Romanum imperatorem Alemannis pugnatoribus pretulerunt. Sicque moderato gressu in hostes progressi, usque ad Francorum agmina pervenerunt. Videns rex Francorum adversarios ad campestre prelium fore paratos, iussit pontem qui a tergo sui exercitus erat confringere[5], ut, si forte aliqui de exercitu suo fugam meditari[l] proponerent, quo nisi in hostes fugerent non haberent. Remansit idem rex, dispositis aciebus, infra ambitum bigarum suarum[m] et quadrigarum, sicut supra dictum est, insultum adversariorum suorum ibidem exspectans. Quid[n] mora? perstrepentibus hinc inde buccinis, acies cui comites[o] preerant sepe[a] dicti[a] tanto impetu acies Francorum irrupit, ut, in momento agminibus eorum divisis, usque ad stationem regis Francorum penetrarent. At comes Reginaldus cum regem, qui ipsum exheredatum a comitatu suo expulerat, cognovisset, lanceam direxit in eum regemque in terram[p] prostratum gladio interficere[6] satagebat. Sed miles quidam[7], qui cum aliis ad regis custodiam fuerat deputatus, ictibus dicti comitis se opponens, pro rege interfectus occubuit[q]. Videntes autem Francigene regem suum prostratum, accesserunt cum impetu[r] numerosa militum multitudo et, licet cum labore, equo suo illum[s] restituunt. Quo facto, bellum accenditur utrobique, enses quasi fulmen eliciunt[s] circa capita galeata. Fit gravissimus hinc[t] inde conflictus. Sed comites sepe dicti cum acie cui preerant a commilitonibus suis nimis remoti, preclusa est via ad socios revertendi, sicut illis facultas[u] ablata est ad ipsos veniendi; unde factum est, quod pars eorum tot Francorum vires ferre non valens, nimis oppressa defecit. Sicque comites memorati cum acie tota cui preerant post maximam probitatem[v] capti sunt et vinculis mancipati.

a) *deest P.* b) equorum — quodam *des.* 2. c) quadam *P.* d) a *add.* 2. e) *deest P.* f) Preparatio ad congressum belli *rubra add. P.* g) regi *P* 1. h) et *P.* i) reportare *P.* k) Hoil. *P.* l) inire *P.* m) big. et q. suarum 2. *P.* n) Non *P.* o) supradicti *add. P.* p) terra *P.* q) est *P.* r) ad eum *add. P.* s) emicant *P.* t) et *add. P.* u) abl. est fac. *P.* v) et utrobique cruentam fatigationem *add. P.*

1) Tunc Tornaci noctem peregisse et demum die sequente Philippum Bovinas revenisse, probant Winkelmann p. 371; Hortzschansky, 'Schl. von Bovines' p. 14. 2) Non propter diem, sed propter *probitatem Francorum pugnandum dissuaserat* Will. Brit. p. 313, qui similem dialogum habet. 3) Haec cum Will. Brit. minime concordant. 4) Mediae. 5) Hoc negat Hortzschansky p. 28. 6) Econtra *dominum reveritus* esse dicitur ap. Will. Brit. p. 313. 7) Stephanus de Longocampo; cf. Will. Brit. p. 311.

Conclusio belli. Dum hec circa regem Philippum agerentur, Campaniensis[1], 1214.
Perticensis[2] et de Sancto Paulo[3] comites cum aliis multis nobilibus de regno Francorum in acies supradictas impetum facientes, Hugonem de Boves cum universo populo ex diversis provinciis collecto in fugam compulerunt. Quibus improbe nimis fugientibus, insecuti sunt eos in ore gladii Francigene usque ad stationem imperatoris, quocirca[a] post fugam illorum omne pondus prelii in[b] imperatorem conversum est in[c] momento. Circumvallantes enim eum comites supradicti, conati sunt, ut interficerent illum[d] vel[e] ad deditionem compellerent. Sed ipse cum gladio quem tenebat, ut[f] sica[g] ex una parte acuto, hostibus ictus importabiles hinc inde iunctis manibus imprimens, quoscumque attingebat vel attonitos reddebat vel sessores[h] cum ipsis equis solotenus prosternebat. At hostes propius accedere metuentes, lanceis sub ipso tres equos peremerunt. Sed commilitonum suorum[4] laudabili probitate novis semper equis restitutus, hostibus acrius insurgebat. Tandem invictus ab adversariis dimissus, cum suis sine[i] sui suorumque lesione de bello recessit. Rex autem Francorum de tam inopinata victoria letus, gratias Deo exsolvit, qui sibi talem concessit ab adversariis reportare[k] triumphum. Tres quoque comites supradicti[5] cum militum et aliorum numerosa multitudine vinculis constricti, abducti sunt carcerali custodie mancipandi. Facta est autem hec belli congressio mense Iulio, 6. Kal. Augusti. In hoc autem casu rex Anglo- Iul. 27.
rum 40 milia marcas, quas tempore interdicti a monachis Cisterciensis ordinis abstulerat, inaniter consumpsit, ut fidem faceret proverbio, quo dicitur:

*Non habet eventus sordida preda bonos.* Ovid. I. Amor. X, 48.

Desperacio[l] regis Iohannis. Sed cum tandem huius rei notitia ad regis Iohannis audientiam pervenisset, animo nimis consternatus, astantibus dixit: 'Postquam Deo reconciliatus me ac mea regna, proh dolor! Romane subieci ecclesie, nulla mihi prospera, sed contraria omnia provenerunt[m]'. . . . . . .

De treugis inter reges Francorum et Anglorum[n]. His ita gestis, procurantibus viris religiosis, statute sunt treuge in partibus transmarinis inter Philippum regem Francorum et Iohannem regem Anglorum sub hac forma: *Philippus*[6] *Dei gratia rex Francorum omnibus has litteras inspecturis salutem. Noveritis, nos Iohanni regi Anglorum et hominibus et inprisiis suis, qui aperte werraverunt pro ipso, de hac ultima werra usque ad diem*
*Iovis proximum*[o] *post exaltationem sancte crucis in Septembri*[p] *dedisse rectas treugas de* Sept. 18.
*nobis et hominibus nostris, qui aperte werraverunt pro nobis, usque ad instans pascha quod* 1215. Apr. 19.
*erit anno Domini 1215, et ab eodem pascha in quinque annos continuos et plenos, salvis tamen nobis prisonibus*[q] *nostris quos penes nos habemus et salvo iuramento quod ville Flandrie et Henou nobis fecerunt, et salvis similiter Iohanni regi Anglorum prisonibus*[r] *quos penes se habet. Nos autem et homines et imprisii nostri erimus in eadem tenura, in qua eramus predicta die Iovis usque ad predictos*[s] *quinque annos completos.* . . . . . .

Anno gratie 1215. . . . Charta regis Iohannis de communibus libertatibus baronibus concessis. . . . *Omnes*[7] *mercatores, nisi*[8] *publice antea*[t] *prohibiti fuerint, habeant salvum et securum exire*[u] *de Anglia et venire in Angliam et morari et*[v] *ire tam per terram quam per aquam ad emendum vel vendendum sine omnibus toltis malis per antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore werre et si sint de terra contra nos werrina; et si tales inveniantur in terra nostra in principio werre, attachientur sine dampno corporum vel rerum, donec sciatur a nobis vel a capitali iusticiario*[w] *nostro, quomodo mercatores terre nostre tractentur*[x] *in terra contra nos werrina; et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra*[9]. . . . . . .

a) quoc. p. f. ill. *des. P, qui add.* in quem sine mora. b) in imp. *des. P.* c) in mom. *des. P.* d) eum *P.* e) et *P.* f) ad modum sice *P.* g) sita 1. h) sorores 2; *superscr. al. man.* consessores. i) non sui suorumque 2, sui *expunct.* k) port. *P.* l) *rubra alia manu in marg.* 1; *deest P.* m) pervenerunt 2; advenerunt *P.* n) statutis *add. P.* o) *deest* 2. p) Septembrio 2. *P.* q) prisonis *P.* r) prisonis 2. s) compl. pr. an. *P, ubi* quinque *deest.* t) *deest P.* u) *corr. in* exitum 2. v) per Angliam *add.* 2; ire per A. *Magna Charta.* w) n. i. *P. Magna Charta.* x) qui tunc invenientur *add. Ma. Ch.*

1) Theobaldus. 2) Thomas, nepos Ottonis IV. 3) Gualcherus. 4) Hoc de Bernardo de Horstmar solo narrat Will. Brito p. 377. 5) P. 46, l. 24. 6) Ap. Rymer I, p. 125. 7) Magnae Chartae Ioh. c. 41. 8) *nisi p. a. pr. fuerint* sunt verba ad Iohannis chartam in Henrici III. chartis (a. 1216, c. 34 = a. 1217, c. 37 = a. 1225, c. 29) adiecta. Similes sunt Articuli (31. 33) baronum regi propositi. 9) Cf. Stubbs, 'Constit. Hist.' I, p. 536. De commercio Germaniae tunc cum Anglia habito singula collegit Pauli III, p. 480.

1215. *Nos*[1] *amovebimus omnes alienigenas de*[a] *terra nostra*[b] *. . . et*[2] *Flandrenses omnes et ruptarios, qui sunt ad nocumentum regni. . . . Data per manum nostram in prato quod*
Iun. 15. *vocatur Runingemade inter Stanes et Windleshores* 15. *die Iunii, anno regni nostri* 17.[c] . . . . .

Rex Anglorum . . . misit . . . Willelmum Gernun et Hugonem de Boves ad omnia finitima regna transmarina cum sigillo suo[3] propter militare presidium, promittens eis terras, possessiones amplas cum pecunia non modica; et ad maiorem fidem, si necesse esset, facerent omnibus venire volentibus cartas de securitate et stipendio militari; terminumque eis[d] prefixit, quatinus cum universis quos attrahere poterant venirent contra ipsum apud
Sept. 29. Doveram ad festum sancti Michaelis. . . . . . .

Eodem anno vocati sunt a papa Innocentio Rome ad concilium generale prelati universalis ecclesie, patriarche scilicet, archiepiscopi, episcopi, primicerii, archidiaconi, decani cathedralium ecclesiarum, abbates, priores, Templarii et Hospitalarii, ut comparerent[e] in
Nov. 1. presentia domini pape in urbe Roma in[b] Kalendis Novembris, sicut canonicam volunt[f] effugere ultionem. . . . . . .

Venerunt etiam[g] ex regionibus Lovanie et Brabantinorum[h] viri strenuissimi Walterus Bucc[i, 4], Gerardus de Soteini[k, 5] et Godescallus cum tribus armatorum et balistariorum legionibus, qui nichil potius quam humanum sanguinem sitiebant; advenerunt preterea ad dictum regem de regione Flandrensium et aliarum regionum transmarinarum omnes qui in aliena aspirabant et regi desperato spem resistendi[l] maximam prebuerunt. . . . . . .

D e m o r t e H u g o n i s d e B o v e s. Venit interea Hugo de Boves, miles[6] strenuus, sed superbus et iniquus, ad portum Calesie in Flandria cum innumera multitudine armatorum in auxilium regis Anglorum; ubi cum tota multitudine sua naves ingressus, versus Doveram vela dirigere satagebat. Sed subita tempestate suborta, antequam desideratum pervenissent ad portum, naufragium perpessi, omnes in mare submersi sunt et[m] a fluctibus devorati. Proiectus est dictus[n] Hugo in siccum[o] non longe a portu qui[p] Gernemue[7] appellatur[b] cum aliis innumeris militibus et servientibus; atque in locis diversis in illa maris parte in portubus singulis tanta hominum et mulierum multitudo inventa est, quod etiam aerem ipsum sua putredine infecerunt. Inventi sunt preterea parvulorum innumera multitudo, qui in suis cunabulis submersi et ad[q] terram proiecti, multis horribile spectaculum prebuerunt. Dati sunt denique omnes bestiis maris et celi volatilibus ad devorandum, ita quod nec pes[b] unus[8] ex[r] 40 hominum milibus vivus evasit. Venit ergo ad hoc omne genus hominum perversorum[b] in Angliam cum mulieribus ac[s] parvulis, ut, expulsis indigenis a regno et penitus exterminatis, ipsi iure perpetuo terram possiderent. Dederat namque duci eorum rex dicto Hugoni de Boves provincias de Nortfolc et Suthfolc, ut fama retulit, per cartam suam; sed gratia divina eorum consilium in melius commutavit. Sed et eorum mors cum ad regis[t] Anglorum[b] notitiam pervenisset, ira vehementi succensus, die illa cibum nullum sumpsit, sed usque ad vesperam quasi invectus furia permansit. . . . . . .

D e c o n c i l i o g e n e r a l i a p a p a I n n o c e n t i o R o m e[b] c e l e b r a t o. Eodem[9] anno, id[u] est dominice incarnationis 1215, celebrata est Rome sancta et universalis synodus in ecclesia sancti Salvatoris que Constantiniana appellatur mense Novembri[v], presidente papa domino Innocentio tertio, pontificatus eius anno 18. In quo fuerunt episcopi 400 et 12. Inter quos fuerunt de precipuis patriarchis duo, Constantinopolitanus videlicet et Ierosolimitanus. Antiochenus vero gravi languore detentus, venire non potuit, sed misit pro se vicarium suum Anterdidensem[w, 10] episcopum. Alexandrinus vero sub Saracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconum[x], germanum suum. Primates autem[y]

a) a *P.* b) *deest P.* c) 16. 2. d) illis 2. *P.* e) compareant 2. f) vitare volunt *P*, *ubi* eff. *deest.* g) igitur *P.* h) Breb. 2. *P.* i) Buc *P.* k) Soc. 1. 2; Sotinni *P.* l) m. r. *P.* m) et a f. d. *des. P.* n) in siccum predictus H. *P.* o) fictum 2. p) de Iernemeue *P.* q) in *P.* r) de *P.* s) et *P.* t) not. regis *P.* u) ad 2. v) Novembris 2. *P.* w) Antdid. *P.* x) g. d. *P.* y) vero *P.*

1) Iohannis Magnae chartae caput 51; deest chartis Henrici III. 2) *et Fl. o. et ruptarios* verba ab Albanensi (fortasse ex Articulis baronum a. 1215. regi propositis, scil. 41: *Et ut rex amoveat alienigenas . . . et ruttarios*) adinventa; Magna ch. c. 51. habet: *stipendiarios qui venerint . . . ad n. regni.* 3) Tabulas de his laudat Pauli III, p. 440; cf. Rymer I, p. 128. 4) Cf. tab. 'Hans. Urkundenbuch' a. 1213, Iun. 14. 5) *Sotengaine* SS. XXVII, p. 358; *Sotenghien* SS. XXVI, p. 712. 717; iam Sottegem (arr. Audenarde). De hoc, *Terrico, Waltero de Sotingham (Sotengam)* cf. Rot. Claus. p. 730. 6) Eadem verba supra p. 45, l. 25. 7) Yarmouth. 8) Haec locutio alibi quoque apud nostrum invenitur; quam Matheus semper mutavit. 9) Hanc narrationem volgatissimam ex synodi protocollo haustam esse, probavit Winkelmann p. 513. Nomina v. SS. XXVII, p. 438. 10) Antaradus sive Tortosa.

et metropolitani 77[1], abbates et priores ultra octingentos; procuratores[a] quoque archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum et capitulorum absentium certus non fuit numerus. 1215. Legatorum vero imperatoris Constantinopolitani, regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, regis Francie, regis Anglie, Hungarie, Ierosolimitani, Cypri[b], Arragonum necnon aliorum principum et magnatum, civitatum etiam[c] aliorumque locorum ingens affuit multitudo. Hiis omnibus congregatis in loco[d] prefato, et iuxta morem conciliorum generalium in suis ordinibus singulis collocatis, facto prius ab ipso papa exortationis sermone, recitata sunt in pleno concilio capitula 60, que aliis placabilia atque aliis videbantur onerosa. Tandem de negotio Crucifixi et subsidio Terre Sancte verbum predicationis exorsus subiunxit dicens: . . . . . *Nos*[2] *vero aliis exemplum prebere volentes, triginta milia librarum in hoc opus*[e] *concedimus et donamus, preter navigium, quod cruce signatis de hac urbe atque vicinis partibus conferemus, assignantes nichilominus ad*[f] *hoc ipsum negotium tria milia marcas argenti, que apud nos de quorundam fidelium elemosinis remanserunt. Cupientes autem alios ecclesiarum prelatos necnon et clericos universos et in merito et in premio habere participes et consortes, statuimus, ut omnes, tam subditi quam prelati, vigesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium Terre Sancte, illis exceptis qui assumpto vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi. Nos autem et fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales plenarie decimam persolvemus. . . . Ceterum*[3] *de virorum prudentium consilio diffinimus, ut ita se cruce signati preparent, ut in Kalendis Iunii sequentis post proximum et*[g] *qui disposuerint transire per mare conveniant in regnum Sicilie, alii apud Brundusium, alii apud Messanam, ubi et nos per Dei gratiam personaliter adesse disposuimus.* . . . . . .

Tandem rex duos ordinavit exercitus . . . apud Sanctum[h] Albanum 13. Kal. Ianuarii[i]. Dec. 20. Preerant itaque[k] exercitui quem reliquit viri bellatores Willelmus comes Saresbiriensis, . . . Walterus cognomento Bucc, qui Brebanciis prefuit. . . . . . .

Rex igitur Iohannes a villa Sancti Albani recedens, duxit secum versus aquilonem . . , ex regionibus transmarinis Girardum de Soteini[l], Godescallum cum Flandrensibus et balistariis et aliis nationibus perversis, qui nec Deum timebant nec homines reverebantur. . . . . . .

Anno gratie 1216, qui est annus regni regis Iohannis 18, idem rex . . . Ranulfo[m] [4] Theutonico[n] tradidit castellum de Berchamstede[o] [5]. . . . . . .

Eodem tempore Walterus Bucc[p] cum Brebanciis suis versus Hereheie[6] Elyensem[q] intrans insulam, ab omnibus ecclesiis in illa constitutis homines rapiens, crudelissimo membrorum[r] cruciatu ad gravissimam redemptionem[s] coegit. . . . . . .

Qualiter barones Anglie Lodowicum elegerunt[t] in regem . . . Lodowicus . . . misit quosdam precursores[u] suos in Angliam ante faciem suam, per quos baronibus spem conferret et fidelitatem eorum experiretur. Nomina autem eorum hec sunt: castellanus de Sancto Audomaro[v] [7], castellanus de Arraz[w] [8], Hugo Thacun[9], Eustachius de Nevilla, Baldewinus Bretel, W.[7] de Wimes, Egidius de Melun, W.[10] de Bellomonte, Egidius de Hersi, Biset[x] de Fersi. . . . . . .

*H.*[11] *Dei gratia abbas Abbendunensis* etc. *Exequentes mandatum apostolicum,* . . . *castellanum videlicet*[y] *de Sancto Omero*[z], *Hugonem*[a] *Thacun, Eustachium de Nevilla, castellanum de Arraz, castellanum de Beaumeis*[b], *Nevolim*[c] *de Arraz, Baldewinum Bretel, Willelmum de Wimes, Egidium de Melun, W. de Bellomonte, Egidium de Hersi, Biset*[d] *de Feresi cum complicibus suis*[e] *et omnibus illis qui contra regem ad occupandum vel invadendum regnum Anglie opem vel operam impenderunt,* . . . *denunciamus excommunicatos.* . . . . . .

— Ut Lodowicus literas consolatorias baronibus[f] miserit: . . . *Lodowicus, filius Philippi regis primogenitus* . . . *Sciatis certissime, quod ipsa die*[g] *dominica mensis*[h] *pasche erimus apud Calesiam, parati per Dei gratiam transfretare.* . . . . . .

a) *sic codd.* b) Cipri *P.* c) et aliorum *P.* d) suo *add. P.* e) onus 1. f) ad hoc i. neg. *des. P.* g) omnes *Mansi.* h) *m. post. sup. lin.* 2. i) *deest* 2. k) ita *P.* l) Sottinni *P.* m) Ranufo 2. n) Teuthon. 1. o) Berchamest. 2; Berkamestude *P.* p) Buuc *P.* q) Hely. *P.* r) *deest P.* s) c. r. *P.* t) in r. e. *P.* u) precussores 2. v) Audam. 2. w) Atrebato *P.* x) Bisec *P.* y) scilicet *P.* z) Omer 2; Audemaro *P.* a) *nomina* Hugonem — Feresi *des. P.* b) Beaumes 2. c) Nevolun 2. d) Riset 2. e) suis sociis *P, ubi* et o. illis *des.* f) Londonias *P.* g) *deest P.* h) *sic codd.;* instantis *corr. Coxe.*

1) 71 corrigendum videtur; Winkelmann, 'Otto IV', p. 420. 2) Mansi, Conc. Coll. XXII, c. 1062. 3) Ib. c. 1058. Cf. Potthast nr. 5012. 4) Rectius *Waleranno* infra p. 51; Rymer I, p. 140. 5) Berkhampstead in com. Hertford. 6) Aldreth. 7) Willelmus. 8) Hugo. 9) Tacons, SS. XXVI, p. 716. 10) Gilles ib., ubi nomina locorum explanantur. De Willelmo de Beaumont cf. Pauli III, p. 504. Rogerius haec ex epistola, infra l. 39. hausisse videtur. 11) Hugo.

1216. Sub hiis quoque diebus magister Walo[a, 1] a domino papa missus venit in Franciam. . . . Legatus multis precibus cepit rogare Lodowicum, ne iret in Angliam, . . . quod rex Iohannes erat cruce signatus. . . . Ad hec procurator Lodowici respondit: 'Rex Iohannes ante crucem sumptam werram moverat domino Lodowico et castrum de Buncham[2] obsederat et illud destruxerat. Arriam[b] similiter ceperat et ex maxima parte illam combusserat, et inde milites multos et servientes captivos abducens, adhuc detinet incarceratos. Castrum quoque de Liens obsedit et ibi multos interfecit. Comitatum de Gisnes, qui de ligio domini Lodowici feodo est, ferro et flamma devastavit. Et adhuc etiam post crucem sumptam in werra est contra dominum Lodowicum, unde iustum bellum potest movere contra ipsum'. . . . . . .

Lodowicus . . . festinavit ad mare, ut legatum in Angliam preveniret. Venientes igitur universi ad Caleis portum, invenerunt ibi sexcentas[c] naves et quater viginti coggas
Mai. 21. bene paratas. . . . In Tanet insula[d] in loco qui Stanhore[3] dicitur 12. Kal. Iunii appulerunt. . . . . . .

Eodem tempore recesserunt a rege Iohanne milites omnes et servientes de regione Flandrensi et finibus transmarinis preter solum Pictavenses. Quorum quidam Lodowico adheserunt, nonnulli vero ad propria remearunt. . . . . . .

Hic ponuntur obiectiones Lodowici et baronum Anglie contra regem Iohannem[4]: . . . 'Consuetudo est in regno Francie, quod ex quo aliquis est dampnatus ad mortem, quod proles suscepta post sententiam dampnationis succedere non debet, geniti tamen ante sententiam succedere debent'. Sed tamen super hoc nuncii[5] litigare noluerunt. Item dicit papa, quod, licet rex[e] Anglorum iudicatus esset ad mortem et etiam filii de carne sua geniti, non ideo[f] Blanca[6] deberet ei succedere, sed propinquiores de genere eius, videlicet proles fratris primogeniti[7], et ita soror Arthuri[8], vel Otho, qui fuit filius sororis[9] primogenite. . . . Ad hec nuncii dixerunt: 'Filii fratris non debent succedere ex quo tempore late sententie frater non vivebat; et ita neptis, soror scilicet Arthuri, non debet succedere, quia non est in linea descendenti, cum sit filia fratris. Similiter tempore[g] sententie mater Othonis non vivebat, ergo non successit, ergo Otho non debet succedere'. . . . . . .

Hiis ita gestis, idem barones, magno exercitu congregato, castellum de Windleshores[h] cuneis militaribus obsederunt. Erat autem princeps milicie illius comes Nivernie[10], de Guenelonis[11] genere proditoris. . . . . . .

Dec. 6. Lodowicus in die sancti Nicholai apud Berchamstede castellum se conferens, illud cuneis militaribus circumcinxit. . . . Walerannus[i] genere Theutonicus[12], miles in opere martio probatus, cum suis commilitonibus viriliter resistentes[k], multorum animas ex Galligenis excommunicatis ad tartara direxerunt[k]. Sed denique post diutinam obsidionem ex precepto regis dictus Walerannus[l] et complices eius Lodowico castellum salvis sibi equis
Dec. 20. et armis reddiderunt 13. Kal. Ianuarii. . . . . . .

1217. Incidentia de Terra Promissionis. Eodem anno exspirante treuga inter fideles Terre Promis-
Oliv. Scol. 1. sionis et Saracenos, in primo passagio generali post concilium Lateranense congregatus est exercitus Domini copiosus in Achon cum tribus regibus, Ierusalem[13] scilicet, Hungarie[14] et Cypri[15]. Affuerunt etiam duces Austrie[16] et Maravie[m, 17] cum militia magna regni Theutonici et comitibus multis virisque generosis. Adfuerunt et archiepiscopi[n] Nichossiensis[18], Ioriensis[o, 19], Argiensis[p, 20] Hungarie, Baiocensis[21], Bavergensis[q, 22], Cicenensis[r, 23], Monastergensis[24] et Traiacensis[25], et cum eis vir nobilis ac potens Walterus[s] de Avenis. . . . . . .[26]

Oliv. 6. 1214. Anno Domini 1217. . . . De signis celestibus unde excitata fuit Coloniensis provincia
Mai. 16. ad obsequium crucis. Sub his quoque diebus, mense Maio, feria scilicet sexta ante pentecosten, excitata

a) Wallo 2. b) Ariam 2. *P.* c) secentas 2. *P.* d) insulam 2. *P.* e) *deest* 2. f) iam 2. g) late *add. P.* h) Windlesores *P.* i) Valerianus 1. k) *sic codd.* l) Walerianus 1. m) Marunie 2; Maranie *Eccard, Corp. Hist. II, c.* 1397. n) Aderant episcopi peregrini: archiepiscopus *Oliver.* o) Iuvensis *P* 1. 2. p) Agrenensis *Eccard.* q) Bavenberg. *Ecc.* r) Sicensis *Ecc.* s) Willelmus 2.

1) Presb. Card. S. Martini tit. S. Equitii, mense Apr. 2) V. supra p. 45. 3) Stonar prope Sandwich. 4) Ante curiam Romanam, mense Maio. 5) Ludovici. 6) Uxor Ludovici, filia Eleonorae filiae Henrici II. 7) Gaufridi, cuius fratres maiores sine prole obierant. 8) Eleonora. 9) Mathildae. 10) Herveus. 11) A Ganelono Karolum Magnum proditum esse, refert Pseudo-Turpinus c. 21; noster fortasse carmen quoddam de hac re legit; cf. supra a. 1206, p. 41. Du Cange et edd. de Wenilone Senonensi, qui a Carolo Calvo ad Ludovicum transiit, cogitant. 12) Cf. de hoc *castellano de Berechamstude* supra p. 49; infra a. 1227. Ille et *Terricus (Theodoricus) Theutonicus constabularii de Berkhamsted* saepe occurrunt in Rot. Clausis, ed. Hardy I, p. 732. 13) Iohanne. 14) Andrea II. 15) Hugone. 16) Leopoldus VI. 17) Otto de Meran. 18) Eustorgius. 19) Petrus de Iaurino (Raab). 20) Thomas de Agria (Erlau). 21) Robertus. 22) Ekbertus. 23) Engelhardus Naumburg. 24) Otto Monasteriensis. 25) Otto II. 26) Quae de hac expeditione longius ex Oliverio excerpsit omisimus.

fuit provincia Coloniensis in obsequium Salvatoris. Nam in villa Bebon[a. 1] Frisie apparuit in aere triplex forma 1214. crucis, una coloris candidi versus aquilonem, altera versus meridiem, eiusdem scematis et coloris, tertia medio[b] colore colorata, habens crucis patibulum et formam hominis in eo suspensi[c], brachiis elevatis et extensis, cum infixione clavorum in manibus et pedibus et capite inclinato. Et hec media fuit inter alias, in quibus corporis humani effigies non apparebat. Alia quoque vice et alio loco, in villa scilicet Frisie que Fuzerhuse[d. 2] appellatur[e], crux apparuit iuxta solem crocerulei[f] coloris, et hanc plures quam priorem viderunt. Tertia apparuit in villa Doctum[g. 3], in qua beatus martyr[h] Bonefacius martyrio extitit[i] coronatus; ubi in festo eiusdem martiris cum multa hominum Iun. 5. milia convenissent, visa est crux magna et alba, acsi trabes ex adverso trabis[k] artificialiter constructa fuisset[l]. Movebatur autem paulatim ab aquilone ad orientem[m]; et hanc multa hominum[n] milia[o] conspexerunt. . . . . . .

De fuga baronum et Francorum a Lincolnia. Interfecto, ut dictum est, 1217. comite Perticensi[4], inierunt fugam omnes, tam equites quam pedites, versus urbem Londoniarum. Quorum primus erat marescallus Francie[5] cum castellano de Arraz[p. 6] et Galligenis universis[q]. . . . . . .

De morte Innocentii pape. Eodem[7] anno papa Innocentius, postquam sedisset 1216. annis 18, mensibus quinque et diebus quatuor[8], 17. Kal. Augusti humane nature debitum Iul. 16. solvit. Cui succedens Honorius, qui Cincius antea dicebatur, sedit in cathedra Romana annis 10, mensibus 7 et diebus[r] 19[9]. . . . . . .

De Coloniensibus et Frisonibus iter ad Terram Sanctam agentibus. Circa dies istos Oliver. 5. facta est motio maxima ex Coloniensium et Frisonum provinciis virorum fortium et bellatorum, qui a principio predicationis crucis post generale concilium 300 naves magno studio fabricatas[s] ingressi sunt, ut vota sue peregrinationis exsolverent Crucifixo. Qui sulcantes equora velis patentibus, maior[t] pars eorum cum magna bellatorum virtute, applicuit Lissebonam[10]; ubi inter eos est[u] exorta dissensio in obsidione cuiusdam castri fortissimi quod Alchacia nuncupatur, quibusdam procedere cupientibus, aliis ibidem volentibus hiemare. Sicque classe divisa, pars apud Gaietam[11] et Cornetum[v. 12] hiemavit, et pars altera, duos habens capitaneos, Willelmum scilicet Houlandie ducem et comitem de Weiz[w. 13] Georgium, Alchaciam obsedit. Qui cum adhuc in obsidione essent, congregata est contra eos Saracenorum maxima multitudo, contra quam fideles viriliter decertantes, virtute divina infideles vicerunt. Rex unus[14] paganorum occisus est, et multi trucidati atque in captivitatem adducti; castellum vero tandem per Theutonicos captum est et a christianis possessum. . . . . .

Anno dominice incarnationis 1219. . . . Ut Lodowicus[15] ad Tholosam hostiliter accedens, confusus redierit. . . . . . .

Anno Domini 1220. . . . Sanctus Hugo Lincolniensis episcopus a papa Honorio[16] canonizatus est. . . . . . .[17]

Anno Domini 1223. . . . Eodem anno Rome pluit terra sanguinea per tres[18] dies, admirantibus multis. . . . . . .

Circa dies istos heretici Albigenses constituerunt sibi antipapam in finibus Bugarorum, Croatie[x] et Dalmatie, nomine Bartholomeum. . . . Contra quem C.[19] Portuensis episcopus et in partibus illis apostolice sedis legatus Rothomagensi archiepiscopo[20] scripsit in hec verba[21]: . . . *Data Planium*[y. 22], 6. *Non. Iulii*. . . . . . .[23]

a) *sic* 1. 2. *P*; Betlem *Ecc.*; Bedom *Oliverii cod. Cantabr. Univ. Ff. I.* 25, *quem Luard contulit.* b) media, *postea* o *superscr.* 2. c) *ita P*; suspensum 1. 2 d) Suzerhuse *c. Cantabr.*; Sucherbhusen *Ecc.* e) appellata 2. f) *ita* 2. *P*, *litterae* cro *alio atramento expunguntur* 1. g) Docham *P*; Doccen *Ecc.*; Dochum *Epist. Oliv.* h) *deest P.* i) cor. est *P.* k) lignum trabis ex transverso alterius trabis *P.* l) construeretur *P.* m) meridiem *Oliv.* n) *deest* 2. o) *deest* 2. *P.* p) Atrebato *add. Matheus in marg. P* 1; Arraz vel Atrabato *P* 2. q) innumeris *P.* r) novendecim di. *P.* s) fabricata 2. t) scilicet *add. P.* u) orta est *P.* v) Tomet. 1; Cometum 2; Tornet. *P.* w) Witbe *Ecc.* x) Croatice *P.* y) Provin. . . . Iunii *Martene.*

1) Bedum prope Groningen versus sept.; cf. Oliverii epist., SS. XXIII, p. 473, n. 29. 2) Suirhusum prope Groningen; cf. Emonem, SS. XXIII, p. 499, Oliverium secutum. 3) Dokkum in Frisia. 4) Thoma; a. 1217, Mai. 20. 5) Walterus de Nemause (Nemours, SS. Rer. Gall. XVII, p. 335). 6) Hugone. 7) Potius praecedente. 8) Potius 22. 9) Potius 25. 10) Haec Ann. quoque Colon. Max. SS. XVII, p. 829. ex Olivero exscripta sunt. 11) Cf. Wilken, 'Kreuzzüge', VI, p. 175; Emonem SS. XXIII, p. 481. 12) Corneto. 13) Wied. 14) Potius *duo reges ibi ceciderunt de Corduba et de Iehen;* Ann. Colon. p. 831. Cf. Epist. archiepiscopi Ulyxisbonensis Honorio III. missam ap. Raynald. I, p. 412. LUARD. 15) Filius Philippi II. Hoc capite de Burgundia imperiali non agitur. 16) Sequitur bulla ap. Potthast nr. 6195. 17) Philippi de Albineio et Petri Templi magistri epistolas de Ludovici ducis Bavariae aliorumque expeditione Damiatina male gesta, a. 1221. ex. scriptas omisimus. — De nunciis imperatoris, archiepiscopi Coloniensis, ducis Austriae in Angliam a. 1221 sqq. missis cf. (praeter Pauli III, p. 547) Rot. Claus. I, p. 506 sqq. 18) Ante Apr. 2. *per unum diem* Albericus, SS. XXIII, p. 913; cf. Rad. Coggeshal., SS. XXVII, p. 358. 19) Conradus. 20) Theobaldo. 21) Excerpsit noster eandem epistolam (ap. Martene, Thes. Anecd. I, c. 901) quam Rad. Cogg. p. 195. adhibuit. 22) Provins (dép. Seine-et-Marne). 23) Caput *de cruce dominica apud Bromholm* (Cluniaci cellam in com. Norfolk) *delata* ab Anglo, *qui in capella imperatoris Baldewini Constantinopolitani unus fuit ex custodibus reliquiarum* hic omisimus; similis narratio invenitur ap. Rad. Cogg. p. 201.

1225. Anno Domini 1226. . . . Hoc[1] eodem tempore venit magister Romanus[2] ad partes Gallicanas, a domino papa missus, ut ibi legationis officio fungeretur. Quo cum pervenisset, fecit convocare regem Francorum cum archiepiscopis, episcopis et clero Gallicano ad concilium cum comite Tolosano, pro quo specialiter[a] ad partes illas idem[b] legatus missus fuerat, sicut sequens relatio declarabit. Convenerunt[3] igitur apud Bituricam civitatem ad concilium Lugdonensis[c, 4], Remensis[5], Rothomagensis[6], Turonensis[7], Bithuricensis[8], Auxianensis archiepiscopi; Burdegalensis[5] vero Rome fuit, et Narbonensis ecclesia vacabat. . . .

Quod motio magna facta est super comitem Tholosanum. . . . Et hiis ita gestis, rex Francorum Lodowicus et legatus[2] omnibus cruce signatis diem statuerunt
1226. Mai. 28. peremptorium, ut in ascensione Domini apud Lugdunum cum equis et armis sub pena excommunicationis convenirent, ipsos ad expeditionem propositam secuturi. . . . . .

Quomodo[9] Lodowicus rex Francorum Avinionem obsedit. Venit interea
Mai. 28. dominice dies ascensionis, qui fuerat a rege Francorum et legato Galligenis cruce signatis peremptorie constitutus. Rex autem, omnibus[d] ad expeditionem necessariis apud Lugdunum rite paratis[e], cum exercitu quasi invincibili iter arripuit, sequente legato cum archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis. Estimati sunt autem in exercitu militum et equitum bellatorum ad quinquaginta milia, preter pedites, qui quasi sub numero non cadebant. Legatus autem excommunicavit publice comitem Tholosanum et omnes eius fautores et terram illius totam supposuit interdicto. Profectus itaque rex micantibus clipeis et vexillis, cuius progressus adeo erat horribilis ut castrorum acies ordinata, [in[f] provinciam per-
Iun. 6. venit comitis Tholosani]. Tandem in vigilia pentecostes[10] omnes Avinionem venientes, que civitas proxima illis erat de potestate comitis Tholosani[g], proposuerunt eam prius impetere et sic terram comitis totam ab initio usque ad finem cum habitatoribus eius delere. Ubi rex et legatus transitum civitatis in dolo a civibus postulantes, dixerunt, se illuc pacifice advenisse et non ob aliud civitatis transitum postulasse, nisi ut itineris compendium sequerentur. Cives quoque super hoc colloquentes, fidem eorum assertionibus non dederunt, dicentes, quia[h] plus in dolo quam pro vie compendio exigebant introitum civitatis. At rex in furorem versus iuravit, se inde non recessurum[i], donec comprehenderet civitatem. Et machinis in locis congruis collocatis, iussit urbem acriter infestari. Fit igitur ad civitatem assultus gravissimus, dum petraria, balista, scrofa[11], catus[11], arcus[d], funda, ensis, lancea, scutum, galea, umbo[d], clava, lorica, sagitta hinc inde quid valeat experitur. Econtra civitas, ante dies illos ab hostium cuneis prorsus incognita, fossatis, meniis, turribus, propugnaculis deforis, intus militibus, servientium milibus, equis et armis, lapidibus comportatis[k], machinis et repagulis et in victualibus referta, hostium supervenientium non expavit incursum. Defensores enim urbis lapides pro lapidibus, tela pro telis, sudes pro sudibus, iacula pro iaculis animosius remittentes[l], vulnera Galligenis letifera inferebant.

De mortalitate et fame in obsidione[m]. Cumque per tempus plurimum protraheretur obsidio, deficientibus alimentis, periit hominum innumera multitudo. Comes enim Tholosanus ut bellator industrius[n] ante Francorum adventum omnia alimentorum genera cum senibus, mulieribus ac parvulis necnon et animalibus cum iumentis ab eorum presentia longius removens, omne eis alimentorum genus subtraxit. Nec enim solummodo homines, verum etiam[o] equos exercitus et iumenta fames[d] extinxit; fecerat namque comes sepedictus prata arari totius regionis, nec erat iumentis pabuli subsidium, nisi quod ibi delatum fuerat ex partibus Gallicanis. Unde, necessitate cogente, multe legiones armatorum a castris recedentes, ut victualia quererent hominibus et pabula iumentis, multa repugnantia sibi municipia[p] ceperunt, et multotiens a comite Tholosano,

a) principaliter 2. b) id. leg. *des. P.* c) Lugdun. 2. d) *deest P.* e) preparatis *P.* f) in prov. — Thol. *des.* 1. 2, *suppl. ex P.* g) supradicti *P.* h) quod *P.* i) cessurum 2. k) comportatis, spiculis fabricatis, rep. et mach. aptatis, et vict. redundanter referta *P.* l) et argumenta pro argumentis excogitantes *add. P.* m) Avinionis *add. P.* n) peritissimus *P.* o) et *add. P.* p) in circuitu *add. P.*

1) Haec ex eadem relatione hausta sunt qua Contin. Hoved. (Walt. Coventr. ed. Stubbs II, p. 276) usus est. 2) Card. Diac. S. Angeli. 3) A. 1225, Nov. 30; cf. Chron. S. Mart. Turon. Ampl. Coll. V, c. 1067 (SS. XXVI, p. 471. omissum). 4) Rainaldus. 5) Willelmus. 6) Theobaldus 7) Iohannes. 8) Simo. 9) Easdem litteras quas Vinc. Belvac., SS. XXVI, p. 473, auctor noster adhibuisse, sed Francis invidisse videtur. 10) *In die pentecostes* Chron. Turon., ib. p. 474. 11) Machina ad murum suffodiendum.

qui cum suis erat agminibus in insidiis constitutus, dampna non modica pertulerunt. In 1226.
obsidione vero Galligenis multa imminebant necis pericula, inter que fervebant potissimum mortalitas[a] hominum et equorum, tela mortifera et dampnosi lapides civium se viriliter defendentium, fames generalis, et precipue inter pauperes quibus deerat cum pecunia alimentum. Atque preter cetera miseriarum incommoda que sine intermissione grassabantur in populo, oriebantur ex cadaveribus iumentorum et hominum, que[b] passim moriebantur, musce quedam grosse et nigerrime, que inter tentoria, papiliones et umbracula [se[c]] ingerentes, dapes inficiebant et pocula; quas cum nemo[d] arcere poterat a calicibus et catinis[e], mortem Galligenis subitam inferebant. Confusio regem et precipue legatum invasit; quia, si tanta talisque expeditio infecto recedere negotio cogeretur, obprobrium tam Franci incurrerent quam Romani. Tunc principes exercitus, quibus in tot mortibus longa videbatur mora, minores castrorum cum maioribus ad urbem invadendum sollicitant. Unde super pontem quendam, qui ultra Rodanum fluvium se extendit, ad urbem tanta se armatorum copia ingessit, quod vel a civibus vel etiam pre pondere in eo[f] pugnantium pons fractus precipitavit in flumen rapidissimum ad tria milia armatorum. Quid ergo? vox et[g] exultatio civium, dolor et confusio fit Francorum. Tunc cives, visa oportunitate, dum Franci ad mensam sedentes epulis intenderent et poculis, die quadam exierunt de civitate in fortitudine gravi et, facto impetu in hostes non premeditatos, ad duo milia ex Francigenis peremerunt, et absque suorum lesione[h] civitatem[i] ingressi, tales irruptiones sepe[k] fecerunt in hostes. At rex Francorum animo nimis consternatus, iussit interfectos in Rodanum propter corruptionem precipitari, qui aliud cimiterium in tanta cadaverum multitudine non habebant. Fecerunt preterea inter se et urbem fossatum spatiosum satis et altum, et insuper obsidio a civitate longius arcebatur. Legatus autem et omnis chorus prelatorum comitem Tholosanum et cives cum universo populo regionis, vindicte genus aliud non habentes, sub anathemate concluserunt.

De morte Lodowici regis Francorum[l]. Tunc Lodowicus rex Francorum, ut pestilentiam effugeret, que nimis fervebat in castris, ad quandam abbathiam[1], Muntpancier appellatam, que non multum ab obsidione distabat, se contulit, donec civitas caperetur. Ubi venit ad eum Henricus[2] comes Campaniensis, cum iam dies 40 in obsidione peregisset, petens de consuetudine Gallicana licentiam ad propria remeandi. Cui cum rex[m] licentiam vetuisset, respondit comes, quod, factis 40 dierum in[n] obsidione excubiis, non tenebatur nec voluit diutius interesse. Rex autem ad[o] hec nimia succensus ira, affirmavit cum iuramento, quod, si ita recederet, ipse terram eius totam incendio devastaret. Tunc comes, ut fama refert, procuravit regi venenum[3] propinari ob amorem regine eius, quam carnaliter amabat[p]; unde libidinis impulsu stimulatus, moras ulterius nectere non valebat. Comite igitur taliter recedente, infirmabatur rex usque ad desperationem, et[q] pervagante ad vitalia veneno, perducitur ad extrema; licet alii asserant, ipsum non veneno, sed morbo dissinterico exspirasse. Mortuo quoque rege, Romanus qui affuit apostolice sedis legatus[r] mortem regis celari[s] fecit, donec[t] civitas redderetur, quia, si ita solveretur obsidio, magnum inde scandalum oriretur. Finxit ergo legatus et prelati qui aderant, regem gravi infirmitate detentum, sed ex medicorum iudicio ipsum[u] cito convaliturum[4] dicebant, denuntiantes principibus legionum, ut urbem viriliter impugnarent. Corpus autem defuncti regis fecerunt multo sale[v] condiri, et in abbathia illa[1] eius[h] viscera tumulantes, et[h] reliquum corpus lintheaminibus ceratis coriisque taurinis iusserunt involvi. Et sic legatus cum prelatis ad obsidionem reversus est, corpore regis in abbathia sub tuta custodia deputato. Cum igitur vidisset legatus, quod nichil in obsidione proficiebant, sed diversis incommodis prorsus deficiebant, de consilio maiorum qui erant in castris nunciavit in civitatem, instantius petens, quatinus, accepta securitate pacifice veniendi et revertendi, mitterent 12 ex maioribus civitatis ad legatum et venirent quantocius de pace et concordia tractaturi.

a) Pestis *rubra in marg. P.* b) *sic codd.* c) *deest* 1; stridore abominabili *add. P.* d) abigendo *add. P.* e) carinis 1. f) eodem *P.* g) *deest* 2. h) indempnes *add. P.* i) suam *add. P.* k) *deest P.* l) apud Avinionem *add. P.* m) l. r. *P.* n) in obs. *des. P.* o) ad hec *des. P* 2. p) illicite adamavit *P.* q) Obiit rex Francorum Ludowicus *rubra in marg. P.* r) et prelati qui aderant, eiusdem secreti consiliarii *add. P.* s) expediens decreverunt celari, donec *P.* t) *deest P. Hist. A.* u) d. c. *Hist. A.* v) salo 2.

1) Potius castellum; Montpensier (dép. Puy-de-Dôme, arr. Riom). 2) Potius Theobaldus. 3) *Veneno potatus, ut quidam opinantur*, Ann. Dunstapl. a. 1226; *venenatus, ut dicitur*, Rycc. de S. Germ., SS. XIX, p. 346. 4) Error; v. infra p. 54, l. 19.

1226. **Quod civitas Avinionis a[a] Francis dolo sit subiugata[1].** Datis igitur de securitate obsidibus, venerunt ad colloquium legati cives 12; et de pacis forma diutius tractantes, persuasit civibus legatus constanter, ut se redderent, salvis sibi et suis omnibus possessionibus et rebus cum libertatibus universis, sicut hactenus melius et liberius habuerunt. Ad hec cives respondentes dixerunt, quod nullo modo se redderent, ut sub potestate[b] viverent Francorum, quorum multotiens experti fuerant superbiam et insolentie feritatem. Tandem post multas hinc inde disceptationes[c] petivit legatus, ut cum prelatis qui aderant posset ingredi civitatem, ut fidem probaret in[d] ea habitantium, affirmans cum iuramento, se non ob aliud obsidionem protraxisse[e], nisi ut salutem quereret animarum. Addidit etiam, quod clamor infidelitatis que in urbe invaluerat ad papam ascendit, unde scire desiderabat, utrum clamorem opere complevissent. Tunc cives super promissione sua fiduciam habentes et de fraude nichil sinistrum suspicantes, sub conditione predicta, prestito utrinque iuramento, concesserunt legato cum prelatis simpliciter et eorum sequelis ingressum urbis; quos dolose, ut prelocutum fuerat, Francigene apertis ianuis violenter subsequentes, spreto turpiter iuramento, cives ceperunt et eos vinculis constrinxerunt, urbem[f] spoliaverunt, multos occiderunt, et dolosam sic adepti victoriam, nobilissime civitatis turres et menia confregerunt. Novissime vero legatus, civitate sub Francorum deputata custodia, soluta obsidione, corpus regis defuncti cum prelatorum tumultu Parisius iussit deferri et in collegio antecessorum suorum more fecit regio sepeliri. Obiit autem rex mense Septembrio[g, 2], ut dicunt, cuius mortem per mensem et eo amplius celaverunt. De illis autem qui ad obsidionem cum[h] rege venerunt, tam de interfectis et in flumine submersis quam de pestilentia et morte communi defunctis, plus quam 22 milia perierunt ibidem, filiis et uxoribus lacrimarum causam et gemitum relinquentes. Unde perspicue constare videtur, bellum iniuste fuisse susceptum, in quo concupiscentia magis exarsit quam exterminium heretice pravitatis.

**De coronatione Lodowici regis Francorum, filii Lodowici[i].** Defuncto itaque Francorum rege Lodowico, regina eius domina[k] Blanca fecit convocare generaliter archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum prelatos cum magnatibus ad coronam spectantibus, ut venirent ad coronationem Lodowici, filii sui et regis defuncti, Parisius pridie
Nov. 30. Kal. Decembris. Sed pars maxima optimatum ante diem prefixum petierunt, de consuetudine Gallicana omnes incarceratos, et precipue comites Flandrensem[3] Ferrandum et Bononiensem Reginaldum, a carceribus liberari, qui in subversionem libertatum regni iam per annos 12 sub arciori custodia in vinculis tenebantur. Pecierunt insuper quidam eorum, terras suas sibi restitui, quas pater eius Lodowicus et avus illius Philippus multo iam tempore iniuste detinuerat[l] occupatas. Adiciunt etiam, quod nullus de regno Francorum debuit ab aliquo iure suo spoliari nisi per iudicium[m] duodecim parium, nec aliquis bello premi nisi prius denuncietur[n] per annum[o]. Et cum hec omnia sibi fuerint emendata, tunc primo ad coronationem non[p] tardabunt venire. Regina vero de consilio legati, metuens, ne mora periculum pareret, convocato regni clero et paucis ex proceribus quos habere pote-
Nov. 30. rat, fecit filium suum, puerum scilicet vix decennem, in regem die sancti Andree apostoli coronari. Subtraxerunt se quidem ab hac coronacione dux Burgundie[4], comes Campanie, comes de Bar[5], comes de Sancto Paulo[4], comes Britannie[6] et fere omnes, ut breviter dicatur, nobiles ad coronam spectantes, qui sese pocius preparaverunt ad pugnam quam ad pacis et concordie unitatem. . . . . . .

Anno Domini 1227. . . . Eodem anno defuncto papa Honorio, Gregorius* successit
Mart. 18. 15.[7] Kal. Aprilis. . . . . . .

*) Hostiensis episcopus *add. P.*

a) a Fr. *des. P.* b) Fr. viv. pot. *P.* c) decept. *P* 1. d) eam inhab. *P.* e) pertrax. 1. f) urbem — occiderunt *ex* 2. *P*; *des.* 1. g) Septembri 1. h) ven. c. rege 2. *P.* i) regis defuncti *add. P.* k) *deest P.* l) detinuerant *P.* m) suorum *add. P* 2. n) denunciaretur *P.* o) et premuniretur *add. P* 1. p) ven. n. ta. *P.*

1) Iam Sept. 12. reddita est. 2) Potius Nov. 8. 3) Henricus III. feodum comiti Flandrensi concessit a. 1227, Sept. 16 (ap. Rymer I, p. 187; cf. p. 196. 198); ut mercatores Flandrenses protegerentur, mandavit a. 1228, ap. Shirley I, p. 325. 355; eodem fere tempore Florentius comes Hollandie, ut sibi pax ab Anglia servaretur, vicecomiti Londoniensi scripsit; ap. Shirley I, p. 305; salvum conductum ut in Angliam venirent, dux Brabantiae et filius a. 1229, dux de Limburg a. 1232. petierunt, ap. Rymer I, p. 196. 205. 4) Hugo. 5) Henricus II. de Bar-le-duc. 6) Petrus. 7) Eo die obiit Honorius; Gregorius IX. Mart. 19. electus est.

Eodem anno heremita quidam in Alpibus habitans[a] transmarinis, dum psalterium 1227.
suum de more quodam die ruminaret[b], cum venisset ad psalmum *Exurgat Deus*, invenit Ps. 67, 2.
subito psalmum deletum et in loco psalmi hec verba inscripta[c]: *Excitabitur*[1] *Romanus*[d] *contra Romanum, et Romanus Romano substituetur*[e] *Rome*[f]. *Alleviabuntur virge*[g] *pastorum, et solatium eorum*[h] *erit in otio. Turbabuntur seduli et orabunt, et in lacrimis multorum erit requies. Humilis alludet furibundo, et favor*[i] *extinguens palpabitur. Novus grex serpet*[k] *ad cumulum*[l], *et qui mundantur*[m] *in*[n] *nemore tenui cibo cibabuntur. Frustrata est spes sperantium et requies*[o] *consolantium, in quam*[p] *sperabant fiduciam. Qui in tenebris ambulabant*[q] *ad lumen*[r] *redibunt; et*[s] *que diversa*[s] *erant per diversa consolabuntur. Non modica incipiet*[t] *pluere nubes, quia natus est*[u] *immutator seculi*[v]. *Consurget favor contra simplicem, et simplicitas attenuata spirabit. Decus*[w] *in*[x] *dedecus commutabitur, et gaudium multorum in*[y] *luctum.* Huius autem prophetie interpretationem sequens rerum eventus luce clarius declarabit, si sollicite indagentur. . . . . . .

Quomodo negotium crucis fuerit hoc tempore[z] prosperatum. Hoc igitur negotium crucis, qualiter in hac mocione sit prosperatum, in hiis sequentibus litteris, quas papa Gregorius omnibus Christi fidelibus direxit, ostenditur evidenter:

*Gregorius*[2] *episcopus, servus servorum Dei, omnibus Christi fidelibus salutem* etc. *Noverit* 1227. Dec. 23.
*universitas vestra, nos de partibus transmarinis suscepisse*[a] *sub hac forma litteras*[3]*:*

*'G.*[4], *miseratione divina patriarcha Ierosolimitanus, humilis et indignus apostolice sedis legatus, P.*[5] *Cesariensis, N.*[6] *Nazarensis et N.*[b, 7] *Narbonensis archiepiscopi, W.*[c, 8] *Wintoniensis et Willelmus Exoniensis episcopi, Hospitalis sancti Iohannis*[9], *domus militie Templi*[7] *et Hospitalis Teutonicorum*[10] *magistri omnibus has litteras inspecturis in domino Iesu Christo*[d] *salutem. Universitati vestre necessitatem nostram instantissimam et Iesu Christi, qui pro universis fidelibus sanguinem suum fudit, negotium cogimur intimare. Non enim absque intimantis fervore ac multiplici lacrimarum effusione accidit, quod, sicut sperabamus communiter, in passagio Augusti nuper preteriti serenissimus vir dominus imperator, ut promiserat, in Syriam non transivit. Quo audito, illi qui iam adventum eius prevenerant peregrini in eisdem partibus, audientes, quod dictus imperator non venerat in passagio memorato, plus quam* 40 *milia*[11] *virorum fortium in eisdem navibus, in quibus transierant redierunt*[e], *magis in homine quam in Domino confidentes. Ibi tamen post eorum recessum octingenti fere milites remanserunt, clamantes unanimiter et dicentes: 'Vel treugas rumpamus, vel communiter recedamus!' Qui non sine magna difficultate detenti hac occasione fuerunt, quia vir nobilis dux de Lemburgo*[12] *ex parte domini imperatoris erat exercitui preferendus. Habito igitur*[f] *consilio virorum prudentum, et precipue domus Hospitalis et*[g] *Templi ac Hospitalis Alemannorum, de treuga rumpenda, prefatus dux faceret, quod christianitati ac Terre Sancte videretur potius expedire. Sicque accidit*[g], *quod dux, requisitis super hoc consiliis et receptis, die quadam ad*[h] *hoc specialiter assignata comparuit coram nobis et quibusdam nobilibus terre illius, ubi proposuit publice, quod volebat treugam infringere, et, qualiter utilius ac melius in hac parte valeret procedere, ipsorum consilium*[i] *et auxilium implorabat. Verum cum ipsi duci et quibusdam consiliariis suis diceretur, quod treugam rumpere*[d] *periculosum esset*[k] *et, cum fuisset iuramento firmata, penitus inhonestum, responderunt, quod dominus papa excommunicaverat omnes cruce signatos qui in isto passagio non transirent, qui sciebat adhuc treugam per biennium duraturam; ac per hoc intelligebant, quod volebat treugam non servari, nec ipsi peregrini ibi remanere volebant aliquatinus otiosi. . . .'*

*Data Laterani* 10. *Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.*

a) habitatis 2. b) psalleret *P.* c) scripta *P.* d) Roma *Matheus a.* 1109. 1239. e) *ita Melros.*; substituetur. Rome all. 1. 2. *P*; substitutus, Romam Romano imminuet. Allev. *Math. ib.* f) *deest ib.* g) vires 1109. h) *deest P*; onus eor. erit in solatium *Melros.* i) furor 1109. 1239. k) semper 1. *Melr.* l) tumulum 1. m) intitulantur 1109. 1239. n) in n. *des.* 1109; in veteri 1239. o) requiescet solatium 1109. 1239. p) quo parat fid. *ib.* q) ambulant *P.* 1109; ambularunt 1239. r) lucem 1109. 1239. s) er. divisa et dispersa consolidabuntur *ib.* t) nu. fuc. pl. *ib.* u) *deest* 1109. v) Leoni substituitur [substituetur 1239] agnus et agni in leones depredabuntur. Surget furor contra 1109. 1239. w) Decor *ib.* x) convertetur in ded. *ib.* y) erit luctus *ib.* z) bene in Domino *add. P.* a) sub hac f. li. su. *P.* b) R. *P* 2. c) *ita codd.* d) *deest P.* e) *deest* 1. f) itaque 2. g) *deest* 2. h) spec. ad hoc *P.* i) aux. et cons. *P.* k) infringere *add. Math. in marg. P* 1.

1) Eadem repetiit Matheus Paris. a. 1109. 1239; Ann. Melros., SS. XXVII, p. 437, a. 1207. 2) Potthast, nr. 8090. 3) Scriptas paulio post Oct. 28. His fidem habet Winkelmann p. 296. 4) Geroldus. 5) Petrus. 6) Nicolaus. 7) Petrus. 8) Immo Petrus. 9) Guarinus. 10) Hermannus. 11) De numero dubitat Kestner, 'Kreuzzug Friedrich II.' p. 32. 12) Henricus.

1227. **Qualiter negotium Terre Sancte pro defectu imperatoris fuerit impeditum.** Imperator autem Romanorum Fredericus, qui cum aliis cruce signatis sub
pena excommunicationis in hoc passagio prescripto a papa terminum habuit, ut vota peregrinationis persolveret, ad mare Mediterraneum veniens, cum parvo comitatu naves ascendit[1]. Sed postquam per triduum ad Terram Promissionis tendere videretur, dixit se subita
infirmitate prereptum, ita quod maris intemperiem simul et aeris corruptionem non potuit
sine mortis discrimine diutius sustinere; unde retortis velis, ad portum[2], quo mare ingressus fuerat, post tres dies applicuit. Et his ita gestis, peregrini, qui ex diversis mundi partibus ad Terram Sanctam ipsum prevenerant[a], sperantes[b] illum ducem habere et defensorem ad crucis inimicos debellandos, cum audissent[3], dictum imperatorem in illo Augusti[c]
mensis passagio, sicut promiserat, non venisse, animo nimis consternati, in eisdem navibus
in[d] quibus venerant plus quam 40 armatorum milia sunt reversi. Quod factum imperatoris
dampnose nimis[e] redundavit[f] in preiudicium totius negotii Crucifixi. Ob hanc autem[g] causam iuxta multorum opinionem ostendit se, ut predictum est, mundi Salvator in cruce
clavis confixum et cruore conspersum populo christiano, quasi singulis et universis super
iniuria sibi ab imperatore illata querelam deponens.

**De morte fratris qui ordinem Minorum primum instituit[4].** . . . . . .

1227. Anno Domini 1228. . . . **De sententia in imperatorem lata.** Circa dies istos
papa Gregorius, cum imperatoris[h] contumaciam, simul et Crucifixi contemptum, ut sibi
Es. 56, 10. videbatur, impunitum diutius distulisset, tandem, ne canis videretur latrare non valens, de
consilio cardinalium suorum ipsum imperatorem excommunicavit et latam sententiam per
literas apostolicas in diversis mundi partibus publicari precepit. Inter ceteros autem huius
sententie publicatores Stephano scripsit Cantuariensi[i] archiepiscopo in hec verba:

*Gregorius[5] episcopus Stephano Cantuariensi archiepiscopo* salutem* etc. *In maris amplitudine spatiosa navicula Petri posita, vel potius exposita turbinibus tempestatum, sic iugiter procellis et[k] fluctibus agitatur, ut eius gubernatores ac[l] remiges vix contingat aliquando inter inundantium imbrium angustias respirare**. Nam si[m] quandoque, prospero flante[n] vento, plenis velis*
Iob 41, 12. *ad portum tenditur[o], subito ventus irruens ex adverso, impulsus ab illo cuius alitus[p] ardere facit,
ad altitudinem maris et turbulente[q] profunditatis occeanum navis[r] rapitur; que cincta fluctibus
mergitur, nec submergitur, quia in ea Dominus residens, discipulorum tandem clamoribus excita-*
Matth. 8, 26. *tus, dum fugat spiritus insufflantes et mari ventisque imperat, fit tranquillum. Quatuor quidem
procelle[s] quatiunt navem istam. Nam perfida[t] paganorum turba terram inclitam Christi sanguine consecratam impie detinere contendunt; rabies tyrannorum temporalia rapiens, exterminat iustitiam et conculcat ecclesiasticam libertatem; hereticorum insania Christi tunicam
scindere nititur et subvertere fidei sacramentum[u]; falsorum fratrum et filiorum dolosa perver-*
2. Cor. 7, 5. *sitas concutit viscera et latus dilacerat matris sue. Sicque foris pugne, intus timores[v]; extra
interficit gladius, et domi[w] mors similiter intentatur. Sicque[x] frequenter fit, quod Christi ecclesia tot angustiis perturbatur[y]; dum alere credit filios, nutrit in sinu ignem, serpentes et regulos, qui flatu et[z] morsu et[a] incendio cuncta vastare nituntur. Hinc est, quod ad monstra huiusmodi perimenda et[z] expugnandas acies inimicas ac[a] tempestatum inquietudines mitigandas*

*) Marsican., Fintonen. *(deest Rod.)*, Valven., Theatin., Pennen. et *(deest R.)* Aprutin. (ceterisque per has regiones constitutis *add. R.*) episcopis (etc. *add. R.*) *Vatic.*

**) vix Caribdis voragines transire, vix a Cilla declinare[a] *add. P.*

a) perv. 2. b) autem *add. P2.* c) m. A. *P.* d) *deest P.* e) in dedecus *add. P.* f) et *add. P.* g) ergo *P.* h) Romanorum F. *add. P.* i) a. C. *P.* k) quatitur *Vat. (sec. Luard).* l) et *Vat. (Rod.); sed alia eiusmodi non notavimus.* m) *deest P*; si quando *Vat.* n) flatu *P, ubi* vento *deest.* o) vehitur *P.* p) prunas *add. Vat.* q) turbulentis 1. 2. *P1.* r) navim rapit *Vat.* s) precipue *add. Vat. (R.).* t) perfidia 2; perfidia pag. terram *Vat. (R.)* u) fundamentum *Vat.* v) tumores 1; tumore 2. w) domibus *P.* x) Fitque fr. quod *Vat. (R.)* y) perturbata *Vat. (R.)* z) *deest Vat. (R.).* a) *ita P. Vat. (R.)*; ad 1. 2.

1) Brundisii, Sept. 8. 2) Potius apud Otranto; Ficker, Reg. V, nr. 1709c. 3) Verba epistolae praecedenti desumpta sunt. 4) Capita quae sequuntur de sancto Francisco agunt; in Mathei Hist. Angl. ed. Madden II, p. 299. de Mendicantibus haec dicuntur: *Quorum primordia et regule in libris eorundem plenius conscribuntur.* 5) Encyclica d. a. 1227, Oct. 10; inter Epp. s. XIII. pont. Rom. ed. Rodenberg I, p. 281; Luard quoque (Math. Paris. VI, p. 480) Regesta Vaticana contulit. Henricus III. Gregorio IX. et Frederico II. a. 1228, Febr. 20. scripsit, ut eos reconciliaret; cf. Rymer, Foedera I, p. 189. 6) Cf. Gualteri Castellion. Alexandreida V, 301.

*apostolica sedes his temporibus cum multa diligentia quendam*[a] *alumpnum, imperatorem videlicet Fretherieum, quem quasi a matris utero excepit*[b]*, uberibus lactavit, humeris baiulavit, de manibus querentium animam eius frequenter eripuit, educare studuit, multis laboribus et expensis usque ad virum perfectum perduxit*[c]*, ad regie dignitatis decorem et tandem ad fastigium culminis imperialis provexit, credens illum habere*[d] *defensionis virgam et*[e] *baculum senectutis. Ipse autem dum in Theutonicam se transtulit ad habenas imperii optinendas, iocunda*[f]*, ut credebatur, auspicia, sed verius pericula*[g]*, matris optutibus inferebat. Nam sponte, non monitu, sede apostolica ignorante, crucem suis affixit*[h] *humeris*[1]*, vovens sollempniter, se in Terre Sancte subsidium profecturum. Deinde se et alios cruce signatos excommunicari optinuit, nisi certo proficerentur tempore. Sed incidenter absolutionem petiit et accepit, de parendo*[i] *super hoc mandatis ecclesie prius prestito iuramento. Exuberantem autem gratiam super ipsum apostolica sedes infundens, ut festinantius ad Terre Sancte transiret subsidium, ipsum contra morem ad coronam vocavit, qui*[k] *ad hoc non invitatus*[k]*, sed multiplicatis intercessoribus invitari per magnificos nuncios consuevit. Sicque idem sub crucis vexillo usque ad hec tempora propria negotia plenius et perfectius consummavit. Tandem cum*[l] *manibus felicis recordationis Honorii pape, predecessoris nostri, in beati Petri basilica recepisset*[m] *diadema*[2]*, de manibus nostris, tunc in minori officio constitutis*[n]*, crucem resumpsit, voto publice innovato, plures sub spe sui subsidii ad crucem sumendam*[o] *induxit et*[p] *certum recepit terminum transfretandi. Habito quoque postmodum apud Verulas*[3] *cum ecclesia Romana colloquio, iuravit publice, se in certo termino, a Romana sibi ecclesia prefigendo, et*[p] *tanquam imperatorem honorifice profecturum. Exinde apud Ferentinum*[4] *in colloquio simili duorum annorum transfretandi elegit sibi terminum et prefixit; sicque transiturum et nobilem mulierem*[5]*, natam karissimi filii nostri in Christo Iohannis regis Ierosolimorum, illustris ipsius regni heredem, in coniugem recepturum, solempniter prestito iuramento spopondit, adiungens, quod per hoc ad obsequium Terre Sancte non ut ceteri peregrini, sed ut Templarii et Hospitalarii, se in perpetuum obligaret. Appropinquante itaque termino prelibato, cepit multiplices*[q] *excusationes pretendere, se ad transitum asserens non paratum; et ut denuo trinorum*[r] *sibi daretur terminus annorum, grandia optulit obsequia Terre Sancte cum obligationibus satis magnis. Apostolica vero sedes, ne, tantis laboribus exsufflatis et inutiliter sic exhaustis, totum dissolveretur negotium quod huic*[s] *principi post Romanam ecclesiam principalius incumbebat, habito plurium episcoporum et aliorum*[t] *virorum consilio, de contingentibus nil omittens, venerabilem fratrem nostrum P.*[u] *Albanensem episcopum et bone memorie G.*[v] *tituli Sancti Martini presbiterum cardinalem ad confirmanda illa que imperator pro crucis obsequio spontaneus promittebat transmisit. Cumque apud Sanctum Germanum cum pluribus Alemannie principibus pariter convenissent*[6]*, imperator propria manu iuravit, quod inde ad biennium, id est in passagio Augusti nunc*[w] *proximo transacto*[x]*, omni excusatione et dilatione cessantibus, transfretaret,* 1227. Aug. *mille milites ibidem per biennium teneret ad suum stipendium*[y] *pro subsidio Terre Sancte, centum milia unciarum auri in quinque passagiis tunc proximo futuris illuc destinaret, certis assignanda personis. Et tunc cardinales presbiteri*[z] *de imperatoris consensu in*[a] *conspectu principum ac populi circumstantis excommunicationis sententiam publice auctoritate sedis*[b] *apostolice*[c] *protulerunt, in quam incideret imperator, si forte in aliquo defecerit predictorum. Obligavit insuper se imperator ad centum chelandras et 50 galeas ducendas et tenendas*[d] *ultra mare, et quod insuper duobus milibus militum passagium certis terminis largiretur, in animam suam iurari faciens, se ista que diximus*[e] *impleturum, et sponte consentiens, in se et regnum suum ferri sententiam, si hec*[b] *non fuerint observata. Qualiter autem hec impleverit, advertas*[f]*! Nam cum ad*[b] *eius frequentem instantiam multa cruce signatorum milia, per excommunicationis sententiam coartati*[g]*, in termino destinato ad portum Brundusii*[h] *properassent, quia gratiam suam imperator subtraxerat civitatibus fere cunctis*[i] *in portubus constitutis, et idem a*

1227. — Tob. 5, 23.

a) nutrivit *add. Vat.* b) genibus *add. Vat.* c) deduxit *Vat.(R.).* d) ipsum fore *Vat.(R.).* e) sue *add. Vat.(R).* f) quedam *Vat.(R.).* g) spicula *Vat.* h) affixit 2. i) perando 1. k) *ita corrupte codd.;* quo . . . invitare *Vat.* l) de *add. Vat.(R.).* m) imperii *add. Vat.* n) constituti *Vat.* o) suscipiendam *Vat.(R.).* p) *deest Vat.(R.).* q) e. m. *P.* r) duorum *Vat.* s) humeris huius principis *Vat.* t) proborum *add. Vat.* u) *i. e.* Pelagium: Petrum *falso Vat.* v) *i. e.* Gualonem; I. *Vat.* w) tunc *Vat.(L.).* x) transacti *Vat.* y) suum in obsequiis Terre *Vat.* z) predicti *Vat. recte.* a) eius *add. Vat.(R.).* b) *deest P.* c) apostolica *P.* d) biennio *add. Vat.(R.).* e) prediximus *Vat.(R.).* f) advertatis *Vat.(R.).* g) coartari 2. *P* 1; coartata *Vat.* h) Brand. 1. 2. i) omnibus *Vat.(R.).*

1) A. 1215, Iul. 25; cf. de hoc loco Winkelmann, 'Otto IV.' p. 392. 2) A. 1220, Nov. 22. 3) Veroli; a. 1222, Apr. 12. 4) A. 1223, m. Martio. 5) Isabellam (Iolantham) de Brienne. 6) A. 1225, Iul. 25.

1227. *predecessore nostro ac a nobis frequentius monitus, ut diligenter pararet omnia et fideliter que spoponderat adimpleret, ipse*[a] *premissorum*[b], *que sedi apostolice et cruce signatis per predicatores*[c] *et literas suas fecerat de sponsione passagii, necessariorum et victus, sue salutis immemor, tam diu in estivi fervoris incendio in regione mortis et aeris corruptela detinuit christianum exercitum, ut non solum magna pars plebis, verum etiam non modica multitudo nobilium et magnatum pestilentia, sitis ariditate, ardoris*[d] *incendio ac multis incommoditatibus exspiravit. Inter quos defecerunt bone*[e] *memorie episcopi Andegavensis*[1] *et Augustensis*[2]. *Pars vero non modica infirmitate gravata regrediens, in viis, in silvis et planitiis, in montibus et speluncis occubuit iam ex parte. Sane reliqui, vix*[f] *obtenta licentia, licet galeie, chelandre*[g] *ac naves sufficientes ad transitum victualium, hominum et equorum, ut promiserat, non adessent,* Sept. 8. *in festo tamen*[h] *beate Virginis, cum iam temporis instantia immineret, ut naves a*[i] *transmarinis partibus inciperent remeare, sulcare maria inchoarunt, sed pro nomine Iesu Christi se discrimini committentes*[k] *ac credentes, imperatorem cominus eorum vestigia secuturum. Idem vero, evacuatis promissionibus, ruptis vinculis quibus tenebatur astrictus, calcato timore divino, contempta reverentia Iesu Christi, censura ecclesiastica vilipensa ac*[l] *relicto exercitu christiano, exposita infidelibus Terra Sancta, devotione populi christiani abiecta, in suum et totius christianitatis obprobrium retrorsum abiit*[i], *abstractus*[m] *et illectus ad consuetas regni sui*[i] *delicias, abiectionem corporis sui frivolis*[3] *excusationibus, ut dicitur, gestiens palliare. Atten-* Thren. 12. *dite ergo*[n] *et videte, si est dolor sicut dolor sedis apostolice, matris vestre, sic crudeliter et totiens decepte in filio quem*[o] *lactaverat, in*[p] *quem posuit in hoc facto [spei*[q] *sue] fiduciam, [in*[r] *quem tot beneficiorum abundantiam] cumulavit*[s] *dissimulans interim, ne occasione inventa se averteret a Terre Sancte subsidio, exilia presulum, spoliationes, captivitates et iniurias multiplices, quas ecclesiis, viris religiosis et*[t] *clericis*[t] *irrogavit, et obaudiens*[4] *querelas multiplices pauperum, populorum et nobilium patrimonii ecclesie clamantium contra ipsum, quas* Iac. 5, 4. *in aures domini Sabaoth credimus introisse*[u]. *Et quamvis ecclesia Romana tueri debeat*[v] *filium tanta diligentia educatum et magnificentia exaltatum, nunc ipsum*[w] *gemit sine marte victum, absque hoste prostratum et in sue*[x] *confusionis obprobrium tam ignominiose deiectum. Non minus gemit exterminium exercitus christiani, qui non inimicorum gladiis vel virtute defecit, sed calamitate tam miserabili est consumptus. Gemit etiam, quod pars residua bellatorum, exposita maris periculis et fluctibus tempestatum, absque duce et*[y] *preceptore principe ducitur quo ignorat, modicum profectura Terre Sancte utilitatibus; quibus debite consolationis solatium et oportune subventionis*[z] *auxilium, impedientibus iam maris frementis procellis temporisque angustia, iuxta votum non possumus ministrare. Gemit*[a] *insuper excidium Sancte*[b] *Terre, quam nunc eripi de manibus paganorum sperabamus; quam olim, ut asseritur, recuperasset christianus exercitus per concambium Damiete, nisi*[5] *semel eis et iterum imperialibus fuisset literis interdictum. Qui etiam non fuisset in manibus paganorum inclusus, si galearum*[c] *subsidium*[d], *ut ex parte sua promissum extiterat*[e] *et fieri poterat, subsecutum; nam*[f] *Damieta perdita*[g], *que*[h], *ut astruitur*[i], *suo tradita nuntio et aquilis imperialibus insignita, eodem die crudeliter spoliata et per suos deteriorata*[k] *viliter*[l] *et ignominiose, per ipsos fuit infidelibus restituta. Recurrit etiam ad rediviva suspiria et amissionem prescriptam, recolens Damiete tot laborum angustias, tot expensarum dispendia, tot mortes fidelium et tot excursus temporum, que inutiliter affluxerunt*[m], *subortis lacrimis flere non cessat; nec est qui consoletur eam ex omnibus* Thren. 1, 2. Matth. 2, 19. *caris eius nec*[n] *abstergat lacrimas a maxillis. Cum ergo vox eius in Rama iam sonuerit, et Rachel non solum filios, sed hec omnia irremediabili lamentatione deploret, quis fidelium*[o] *a gemitibus et suspiriis continebit? quis filiorum, cernens aquarum profluvia de matris oculis prodeuntia, lacrimas non effundet? quis matris non compatietur angustiis, nec immensis eius doloribus condolebit? quis fidelium propter hec non ardentius inflammabitur ad subsidium*

a) omnium *add. Vat.* b) prom. *Vat.(R.).* c) pred. et *des. Vat.* d) a. i. *des. Vat.(L.).* e) *haec corrupta sunt;* nobilis vir antegravius[1] et episcopus August. *Vat.* f) imperatoris *add. Vat.* g) chalendre *P;* calendre *Vat.(R.).* h) nativitatis *add. Vat.* i) *deest P.* k) concurrentes 1. l) v. derelicto *Vat.(R.).* m) attractus (actractus *L.*) *Vat.* n) *deest* 2. *Vat.* o) q. l. *des. Vat.(R.).* p) et 2; in quo locaverat in *Vat.(R.).* q) sp. s. *des.* 1. 2. r) in — abund. *des.* 1. 2; *suppl. ex P.* s) cumularat *Vat.(R.).* t) *expunct. P* 2. u) interisse 2. v) R. e. doleat *Vat.* w) sic viliter sine *Vat.* x) tante *Vat.* y) pre. et pri. *P;* pre. vel pri. *Vat.* z) subiectionis *P* 1. a) Plangit *Vat.(R.).* b) T. S. *P.* c) imperatoris *add. Vat.* d) tunc fuisset *add. Vat.* e) fuerat *P.* f) *corr.* nec *ex Vat.* g) *deest P.* h) *deest* 2. i) asseritur *Vat.* k) deserta *Vat.* l) viriliter 2. m) defluxerunt *Vat.(R.).* n) et *Vat.(R.).* o) se *add. Vat.*

1) Ludovicus de Thuringia. 2) Sigfridus de Augsburg. 3) De morbo Friderici cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p. 335. 4) Male (non) audiens; Ducange s. v. *abaudire, obaudire.* 5) A. 1221; sed minime haec ita se habent; Winkelmann p. 172.

*Terre Sancte, ne christiana iuventus ex insperato casu penitus prostrata videatur et ignominiose animo consternata? Nonne viri cordati et filii Iesu Christi debent ad subsidium Terre Sancte tanto fortius animari, quanto ignominiam*[a] *amplius resultare conspiciunt ex insperata ruina in Patrem*[b] *et Filium, in Redemptorem atque redemptos, in Christum et populum christianum? Nos igitur*[c] *hoc negotium tanto ardentius resumere*[d] *affectamus et profundiori consilio alta intendimus remedia invenire, quanto maior*[e] *incumbit necessitas et ex multis inflata doloribus nostram grandis angustia mentem*[f] *pavit*[g]*; et sic, cum Dominus populo suo modicum ostendit se iratum, de illius manu hoc tempore sacrificium non acceptans, qui prudentiam non est imitatus illorum per quem*[h] *salus in Israel fieri*[f] *consuevit, nondum*[i] *tamen misericordie Dei*[k] *sunt consumpte, nec eius miserationes penitus defecerunt. Sperantes*[l] *namque in misericordia Dei nostri, qui viam nobis ostendit, per quam in hoc opere prospere gradiamur, et viros secundum cor suum destinabit*[m]*, qui precedant in cordis puritate ac manuum munditia exercitum christianum. Ideoque*[n] *fraternitatem vestram obsecramus in Domino, per apostolica*[o] *scripta precipiendo mandantes, quatinus hec*[p] *clero et populis vobis commissis fideliter exponentes ac inducentes eosdem*[q]*, ad hec exequenda suos studeant animos preparare, et ipsos ad vindicandam iniuriam Iesu Christi sedulis exhortationibus invitetis, ut, cum ipsos sedes apostolica, habito maiori*[r] *tractatu, sollicitandos providerit, promptos inveniat et paratos. Porro, ne, tanquam canes muti non valentes latrare, videamur deferre homini contra Deum, non sumentes ultionem de illo qui tantam iniuriam*[s] *in*[t] *Dei populo procuravit, imperatorem videlicet*[u] *Frethericum, qui nec transfretavit in termino constituto*[u]*, nec illuc in taxatis passagiis prescriptam pecuniam destinavit, nec mille duxit milites per biennium tenendos ad suum stipendium*[v] *pro subsidio Terre Sancte ibidem, sed in hiis*[t] *tribus articulis manifeste deficiens, in descripte excommunicationis laqueum ultroneus se ingessit, excommunicatum, quamquam inviti, publice nunciamus et mandamus ab omnibus arctius evitari, per*[w] *vos et alios ecclesiarum prelatos*[x] *excommunicatum facientes*[y] *publice nunciari, contra ipsum, si contumacia eius exegerit, gravius processuri. Confidimus tamen adhuc in pii Patris clementia, qui neminem vult perire, quod eius*[r] *oculi mentis caligantes, hoc ecclesiastico delibuti colirio, si non fuerit animo*[z] *rebellis, lumine poterunt illustrari, ut suam aspiciat nuditatem, et ignominiam suam*[v] *quam incurrit avertant; sicque recurrat ad medicum et ad matrem ecclesiam revertatur, per humilitatem debitam et satisfactionem congruam salutis remedia recepturus. Non*[a] *enim eius salutem in Domino affectamus interire, quem olim sincere diliximus, in minori etiam officio constituti. Data Laterani*[b.1]*, pontificatus nostri anno secundo*[c.1]*.*

1227. — 1. Macc. 5, 62. — Es. 56, 10. — Apoc. 3, 18.

Quomodo [imperator[d] Frethericus] promulgaverit, se fuisse[e] excommunicatum iniuste. Imperator itaque Frethericus, cum a referentibus se excommunicatum cognovisset, perturbatus est valde; et sicut papa per litteras suas in omnibus christianorum finibus latam fecerat sententiam publicari, ita dictus imperator scripsit[2] universis regibus et principibus christianis, conquerens, sententiam in eum fuisse iniuriose latam. Denunciavit etiam singulis et universis, se non frivolis excusationibus, sicut ei papa mendose imposuit, a peregrinatione inchoata reversum, sed maxime infirmitatis causa, illius super hoc testimonium invocans, qui est testis[3] in celo fidelis. Affirmavit insuper, quia, quam citius sibi Deus prosperitatem prestiterit corporalem, votum sue peregrinationis, sicut decet imperatorem, cum honore congruo persolvere Domino procurabit. Inter ceteros siquidem catholicos reges litteras auro bullatas Anglorum regi transmisit, proponens[4] in

a) iam *add. P;* geminatam *add. Vat.* b) patrem et filios *Vat.(R.).* c) enim istud *Vat.(R.).* d) resume 2. e) magis *P, ubi inc. deest.* f) *deest P.* g) premit. Etsi enim D. *Vat.* h) quos *Vat.(R.).* i) non *P.* k) non *add. Vat.(L.).* l) *corr.* speramus *ex Vat.(R.).* m) ecclesie designabit *Vat.* (designabat *L.*). n) Quapropter *Vat.* o) vobis *add. Vat.(R.).* p) hoc *P.* q) ut *suppl. ex Vat.(R.).* r) maturiori *Vat.* s) ruinam *Vat.* t) in Dei *des. P.* u) *deest Vat.* v) *ita* 1; *deest P. Vat.(R.).* w) per — nunciari *des. P.* x) ipsum *add. Vat.* y) precipientes *Vat.* z) omnino *Vat.* a) Nos 1; Nos enim e. s. in D., non interitum aff. quem ab o. *Vat.* b) Anagnie 6. Id. Oct. *Vat.* c) primo *Vat.(R.).* d) imp. Fr. *des.* 1. e) e. f. *P.*

1) 'Mendose'; Potthast nr. 8044. 2) Encyclicae d. 1227, Dec. 6. (Ficker, Reg. Imp. V, nr. 1715, ap. Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, III, p. 37) forma in Angliam missa desideratur. Quae Wendoverius affert minime cum ea concordant, unde ab Huillard tamquam ex alia epistola excerpta una cum eis (commentis, Ficker nr. 1716) quae Matheus interpolavit III, p. 48. recusa sunt. Henricus III. responso a. 1228, Febr. 20. dato Fridericum II, ut papam de excommunicatione tollenda appellaret, hortatus est; cf. similem epistolam d. Iul. 15. ap. Shirley I, p. 331. 3) *Coram celo protestantes* Encycl. Frider. ap. Huillard p. 47. 4) Quae sequuntur cum placabili Encyclicae animo minime concordant. Recte igitur a Winkelmann p. 284. et a Ficker p. 345. Friderico II. sunt abrogata; fortasse tamen alibi adinventa a Wendoverio bona fide recipi potuerunt. Econtra quae Matheus Paris. addidit quin ipse finxerit, dubitari meo iudicio nequit.

1227. eisdem, Romanam ecclesiam tanto iam avaritie succensam[a] incendio et concupiscentia manifesta, quod, bonis ecclesiasticis non sibi pro voto sufficientibus, imperatores, reges et principes exheredare et tributarios constituere non veretur. Habeat autem de premissis rex Anglorum ex se ipso exemplum[b], cuius patrem, regem scilicet Iohannem, tam diu excommunicatum tenuit, quousque ipsum et regna eius constituit sub tributo. Habeant etiam generaliter omnes idem exemplum de comite Tholosano et alios[c] principes multos, quorum terras et personas tam diu sub interdicto concludere molitur, donec illos in consimilem redigat servitutem. In conclusione demum[d] epistole[b] hec adiecit, exhortans orbis principes
cf. Hor. I Epist. 18, 84. universos, ut contra tantam sibi prospiciant avaritiam et iniquitatem, quia

'Tunc sua[1] res agitur, paries cum proximus ardet'.

1228. Quod imperator movit persecutionem contra[e] papam. Ex hac itaque imperator perturbatione commotus excitavit contra dominum papam et Romane ecclesie patrimonium persecutionem[f] gravissimam, invadens eius civitates et occupans castella. Sicut idem papa per literas suas Romano Francorum[g] legato directas evidenter expressit in hec[h] verba:

Aug. 5. Querimonia[i] pape de[k] imperatore[2]. *Gregorius episcopus Romano Francorum*
Thren. 1, 12. *legato salutem* etc. *Attende, quesumus, et vide, si est dolor sicut dolor noster, quia filium, quem nutrivit ecclesia Romana et exaltavit, sperans eum propugnatorem habere contra perfidas nationes, ecce nunc persecutorem sentit immanem et hostem validum experitur. Et ne taceamus atroces iniurias et iacturas enormes, quibus Fretherícus dictus imperator ecclesiam et personas ecclesiasticas dampnabiliter hactenus flagellavit, patrimonium apostolice sedis per Saracenos et alios impugnat; et quod detestabilius est, cum soldano[3] et aliis Saracenis nephandis contrahens pactiones, illis favorem, christianis odium exhibet manifestum, ad exterminandas domos Hospitalis et fratrum militie Templi, per quas reliquie Terre[l] Sancte hactenus sunt observate, impie anullando[m]. De mandato enim illius inter Saracenos et christianos fide fracta treugarum, cum Saracenis[n] per[o] terras domorum predictorum[p] hostiliter equitans[q], occisis et captis quam pluribus, cum predas pluries[r] abduxissent, Templarii ex hoc moti insurrexerunt contra ipsos; et cum predas abstulissent ad valentiam sex milium marcarum, Thomas comes Atterarum[s, 4], imperatoris baiulus, illis redeuntibus furibundus occurrens[t], eandem predam, ipsis non audentibus iuxta ordinis sui instituta manum armatam contra christianos erigere, abstulit violenter et reddidit Saracenis preter quedam que idem Thomas sibi dicitur retentasse. Quod si Saraceni predam auferant christianis, dictus Thomas non solum ad recuperationem eius [non[u]] intendit, sed nec patitur, ut christiani predam aliquando[v] auferant Saracenis. Quare factum est, ut illi ex hoc insolenciores[w] effecti nostros audacter impugnent, et nostri proditionis periculum[b] formidantes, minus audeant refragari. Et sic effusio sanguinis christiani nonnunquam in imperatoris dampnabile lucrum cedit. Adhuc quoque[x] Thomas predictus, vel potius imperator per ipsum, predictas domos immanius persequens, ipsas domibus et possessionibus quas habebant vi arciori per violentiam spoliavit eosque[y] privilegiis apostolice sedis privare contendens, et imperiali subicere iurisdictioni nititur in manifestam subversionem ecclesiastice libertatis. Centum sclavos etiam, quos domus Hospitalis et Templi habebant in Sicilia et Apulia, colligi faciens, eos reddidit Saracenis, nulla exinde compensione[z] facta domibus supradictis. Et sic servis Christi servos prefert Machometi, ut ex premissis ostenditur evidenter. Adhuc pro certo scias, quod, licet dictus imperator cum paucis militibus[5] mare dicitur intrasse, contra patrimonium ecclesie magnum exercitum christianorum et Saracenorum multitudinem destinavit, ut de observatione[a] fidei sue[b] et malignitate constet, omnibusque manifestum exhibeat argumentum. Unde — nisi[c] quia firmam spem*
Matth. 7, 24. *fiduciamque habemus in illo, qui ecclesiam suam supra fidei petram stabiliens, quantumcunque*

a) esse *suppl.; quaedam omissa esse, censet Huillard.* b) *deest P.* c) aliis principibus multis *corr. Hu.* d) quoque dem. hoc adi. *P.* e) dominum *add. P.* f) seditionem *P.* g) l. F. *P.* h) horum verborum tenorem *P.* i) Autenticum domini *P.* k) de imp. *des. P.* l) S. T. *P.* m) anhelando *corr. Huillard, recte.* n) *fort.* Saraceni — equitarent *corr.* o) p. t. *des. P.* p) predictarum *P*; homines *suppl. Huill.* q) equietans *postea corr. P 1*; inquietantes *corr. Huill.* r) plures *P*; *lineae quae sequuntur iam legi non possunt 2.* s) Acerr. *corr. Huill.* t) *ita Huill.*; et currens *codd.* u) *deest codd.* v) auf. al. *P.* w) insolerciores 1; violentiores *P.* x) autem *P.* y) easque *P.* z) recompensatione *P.* a) inobservatione *corr. Huill.* b) *deest P.* c) *ita codd. omnes*; inquam *corr. edd. sine causa.*

1) *tua* Hor. 2) Edidit Huillard III, 1, p. 73. ex Matheo. 3) Aegypti, El-Kamil. 4) Acerra. Hanc rem in Palaestina, minime in Apulia gestam esse, recte monet Kestner p. 35. 5) Iun. 28; de Friderici sequela cf. Winkelmann p. 292, n. 3.

*irruant venti et inundent flumina, ipsam tamen non permittet everti*[a] — *dum itaque videmus* 1228. *eum in subversionem fidei christiane ita nequiter machinantem, ita impie sevientem, possemus extremum periculum formidare; sed quantumcunque impii*[b] *prolongetur iniquitas, nunquam tamen in sua poterit pravitate prevalere, sed in ea potius evanescet. Cum igitur ex officio, licet indignis, nobis iniuncto providere cogimur, ne minister Machometi in Christi ministros diutius valeat desevire, sed seviens potius confundatur, et gloria christiani nominis exaltetur, dilectioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus per terram legationis tue hec solempniter publicans*[c] *Christi fidelibus, ut pro statu fidei et religionis observantia stent ex animo tanquam prosequentes singuli proprium interesse, ac salutaribus monitis, effectibus eos et exhortationibus inducere non postponas. Datum Laterani*[1]*, Nonas Augusti, pontificatus* Aug. 5. *nostri anno secundo.*

Quomodo populus Romanus excitavit seditionem contra Romanum pontificem[d]. Per idem tempus populus Romanus in papam Gregorium seditionem excitantes[e], in sollempnitate paschali[2] illum eiecerunt ab Urbe, insequentes eum usque ad[f] Mart. Viterbium castellum suum, ubi fortiter invalescentes, fugaverunt eum usque Perusium. Papa, aliud vindicte genus non habens, persecutores suos excommunicationis sententia innodavit. . . . . . .

Quomodo Fretherícus in Terram Sanctam applicatus[g] negotium Christi promovit[h]. Eodem[3] anno Frethericus Romanorum[f] imperator mare Mediterraneum ingressus, ut Domino peregrinationis[i] votum persolveret, in vigilia nativitatis beate Sept. 7. virginis Marie apud Achon applicuit; venientesque[k] ei obviam clerus terre et populus cum magno honore, ut tantum decebat virum, illum receperunt. Verumptamen quoniam noverant eum a papa excommunicatum, non ei communicaverunt in osculo neque in mensa, sed consuluerunt, ut domino pape satisfaciens rediret ad sancte ecclesie unitatem. Templarii vero et Hospitalarii in adventu eius flexis genibus adoraverunt eum, genua eius deosculantes; et omnis fidelium qui aderat exercitus glorificabant Deum in adventu ipsius, sperantes, quod per eum fieret salus in Israel. Tunc imperator ad universum exercitum gravem deposuit querimoniam de pontifice Romano, quod iniustam tulerat in eum sententiam, affirmans, se gravissime infirmitatis causa* iter suum ad Terre Sancte subsidium distulisse. Soldanus[4] vero Babilonie, cum eius adventum in Syriam cognovisset, misit ei exenia multa et preciosa in auro et argento, in pannis sericis[l] et lapidibus preciosis, in camelis et elefantis, in ursis et simiis et aliis rebus mirificis, quibus omnibus regiones[m] abstinent Occidentis. Invenit autem imperator tempore quo apud Achon applicuit principes et rectores exercitus populi christiani ducem de Lemburgo[5], patriarcham Ierosolimitanum, archiepiscopos Nazarensem, Cesariensem et[n] Narbonensem, episcopos Anglie Wintoniensem et Exoniensem, magistros Hospitalis et militie[o] Templi et Hospitalis Teutonicorum, qui preerant octingentis militibus peregrinis et peditibus quasi 10 milibus de diversis mundi partibus congregatis. Qui omnes pari devotione ducti Cesaream et quedam alia[f] munierant castella, ita quod nichil defuit eis, nisi ut Iopen[6] restaurarent et sic in Sanctam tenderent Civitatem. Imperator itaque cum statum Terre Sancte cognovisset, approbavit plurimum peregrinorum propositum; et preparatis omnibus ad progrediendum necessariis, processerunt feliciter, previo imperatore, et 17. Kal. Decembris apud Iopen prospere pervenerunt. Sed quoniam Nov. 15. unusquisque de exercitu necessaria victus ad dies plurimos sibi et equitaturis suis cum summariis per terram portare nequivit, et specialiter propter hoc in portu Achonensi naves essent parate, que victualium copiam exercitui afferre[p] debebant[q], repente suborta tempestate et supra modum tumescentibus procellis, per 7 dies continuos peregrinis Christi victua-

*) et aliorum arduorum negotiorum, que totam tangebant christianitatem *add. P.*

a) vel naufragari *add. P.* b) ipsius 1. c) predicans *P*; publicare *corr. videtur.* d) contra papam *P.* e) excitavit et *P.* f) *deest P.* g) applicando *P.* h) promoverit *P.* i) v. p. *P.* k) venientes *P.* l) in oloser. *P*, *ubi* pannis *deest.* m) carent incole Occ. *P.* n) *deest P*2. o) mil. T. et H. *des. P, Hist. A.* p) deferre *P.* q) cum onuste velificarent *add. P. Hist. A.*

1) Potius *Perusii;* Potthast Reg. nr. 8251. 2) Pascha erat Mart. 26; seditione Mart. 27. facta, papa inter Apr. 20. et 25. Roma *sub fido ducatu vadit Reate* (Ric. S. Germ.); Perusii erat non ante Mai. 13; Potthast p. 705 sqq. 3) Nostrum haec ex epistola perdita, fortasse cuiusdam cruciferi Angli, hausisse, censet Kestner p. 8; similia habent Ann. Margan. SS. XXVII, p. 429. 4) El-Kamil de Aegypto. 5) Nomina v. supra p. 55. 6) Hinc noster epistolam Hermanni Teutonicorum magistri (ap. Huillard [ex LL. II, p. 263] III, p. 90) vel Friderici II. (ib. p. 95) vel aliam eiusdem argumenti ad verbum secutus est.

1228. lia fuerant interdicta. Erat autem tunc timor magnus inter multos, ne iratus Dominus 1 Cor. 10,13. populum suum delere vellet de superficie terre. Sed ineffabilis clementia Dei, que neminem temptari permittit ultra quam sustinere potest, tandem clamoribus lacrimosis fidelium ex- Matth. 8,26. citatus[a], Dominus[b] imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Et continuo, ducente Domino, venit apud Iopen innumera navium multitudo cum ingenti copia frumenti et ordei, vini et omni genere victualium; ita quod indeficiens habundantia fuit semper in exercitu usque ad perfectam reedificationem castri memorati, prout rerum necessitas exigebat. . . . . . .

Anno Domini 1229. . . . Quomodo astronomici Tholetani scripserunt de concursu planetarum[1]: . . . *Et post sequetur eclypsis lune in coloribus permixtis et significat maximam confusionem gentium, et post hec erunt prelia multa et occisiones in Oriente et Occidente, et erunt terremotus universales, id est per totum orbem, et mortalitas et contradictio gentium et regnorum ad invicem, ita quod[c] maximus imperator morietur. . . . Hoc autem[d] dicimus de rege Siculo que nobis[e] pericula[f] videntur.* . . . . . .

Quomodo papa Gregorius bellum movit contra Romanum[b] imperatorem[g] Fretericum. Circa dies istos papa Gregorius nimis moleste ferens, quod Romanorum imperator[h] excommunicatus et rebellis ad Terram Sanctam transierat, de illius penitentia et satisfactione, ut rediret ad ecclesie unitatem, non mediocriter desperabat. Decrevit ergo eum, quem contumacem vidit et rebellem, ab imperiali fastu[i] depellere et alium quemlibet filium pacis et obedientie loco[k] eius subrogare. Sed quoniam huius rei certitudo nobis nonnisi per alios constare potuit, ponemus hic litteras Thome cuiusdam comitis, quem imperator cum quibusdam aliis in recessu suo imperii tutorem constituit et rectorem, quas imperatori super hoc negotio in Syriam destinavit, et quas a quodam[l] suscepimus peregrino:

*Excellentissimo[2] domino Fretherico, Dei gratia imperatori Romano et semper augusto ac Siculorum regi potentissimo, Thomas comes Ateranensis[3], suus in omnibus fidelis et[m] devotus, salutem et de hostibus triumphare. Post recessum vestrum, domine excellentissime, Gregorius, pontifex Romanus et magnificentie vestre hostis publicus, congregato exercitu copioso per Iohannem de Breisnes[n], regem quondam Ierosolimorum, et alios quosdam viros strenuos, quos militie sue principes constituit, terram vestram et hominum vestrorum hostiliter ingressus, contra legem christianam decrevit vos in gladio materiali[o] vincere, quem non potuit deicere in gladio, ut asserit, spirituali. Nam Iohannes prefatus de regno Francorum et aliis conterminis regionibus militiam contrahens non modicam sub spe imperii, si vos possit subigere, de thesauris apostolicis suis militibus stipendia ministrat. Itaque idem Iohannes et alii sedis apostolice principes militie terram vestram et hominum vestrorum hostiliter ingressi, ignem in edificiis et villis accumulant, spolia et armenta rapiunt, homines captos diversis cruciatibus torquent et ad gravissimam redemptionem compellunt, nulli sexui parcunt[4], nec cuiquam extra ecclesiam vel cimiterium deferunt, vicos et castella capiunt, non habentes ad hoc respectum quod sitis in servitio Iesu Christi. Et si quis de imperatore mentionem facit, Iohannes de Breisnes[p] affirmat, non esse alium imperatorem preter ipsum. Mirantur super hiis amici vestri, excellentissime imperator, et precipue clerus imperii vestri, qua consideratione et conscientia talia facere potest pontifex Romanus et contra christianos arma movere; maxime cum Dominus dixerit Petro in gladio materiali* Matth. 27,52. *percutere volenti: 'Mitte gladium tuum in vaginam! Omnis enim qui percusserit in gladio, gladio peribit'; vel quo iure possit ille, qui quasi diebus singulis predones, incendiarios et christianorum tortores excommunicat et ab ecclesie unitate separat, talibus assensum prebere et auctoritatem prestare, similiter admirantur. Provideatis nunc, obsecro, imperator potentissime, securitati vestre et honori super premissis, quia inimicus vester sepe dictus I.[5] de*

a) *sic* 1; excitata *P*2. b) *deest P.* c) et tunc quidam *Ric.* d) Et idem audimus *Ric.* e) *deest Ric.* f) periculosa *Ric.* g) F. i. *P.* h) Fretherieus *add. P.* i) fastigio *P.* k) l. e. subr. *des. P*2. l) fide digno *add. P.* m) ac *P.* n Breunes *P.* o) v. m. *P.* p) Bresnes *P.*

1) *Epistola missa a mag. Iohanne Toletano* ap. Ric. de S. Germ., SS. XIX, p. 361 (ubi tamen verba saepissime a nostro variant) deest Matheo Paris. 2) Apud Huillard-Bréholles III, p. 110: 'Febr. vel in. Martio'; cf. Ficker, p. 351. 3) Minime *Acerrarum;* Thomas enim de Acerra tunc erat in Palaestina. Nomen falsum esse, censet Kestner p. 71. 4) Gregorius a. 1229, Mai. 19 (Potthast, Reg. nr. 8405) Pelagium Albanensem episcopum et legatum hortatur, ne stipendiariis suis captivos occidere vel mutilare permittat. HUILLARD. 5) Iohannes.

*Breisnes*[a] *omnes portus cismarinos cum exploratoribus armatis non paucis munivit, ut, si* 1229. *forte incautus a peregrinatione redires, ipse vos sub captione conclusum incarceraret. Quod Deus*[b] *avertat!*

**Quomodo nuncii regis Anglorum instabant Rome ad deieccionem electi**[1] **Cantuariensis.** Eodem tempore, instante die cinerum, ... promiserunt domino Febr. 28. pape ex parte regis Anglorum ab universo regno Anglie et Hibernie decimationem omnium rerum mobilium ad guerram suam contra imperatorem sustinendam, ut eos in regis proposito exaudiret. At dominus papa, qui rebellem imperatorem super omnia estuabat deicere, tantis promissionibus exhilaratus, trahitur ad consensum, et sedens in consistorio hec que sequuntur proposuit[2]: ... *Examinacionem circa electi prenominati personam venerabilibus fratribus nostris domino Albanensi*[3], *magistro*[c] *Thome de Sancta Sabina et magistro Petro*[d, 4] *cardinalibus commisimus faciendam.* . . . . . .

**Quomodo Terra Sancta restituta est Fretherico imperatori.** Eodem anno dominus noster Iesus Christus, salvator et omnium seculorum consolator, visitans misericorditer plebem suam, civitatem sanctam Ierusalem et terram totam quam dominus idem et redemptor noster, Dei Filius, suo sanguine consecravit, precibus universalis ecclesie generaliter populo christiano, specialiter vero Romanorum imperatori restituit Fretherico. Fuit autem aliquid beneplacitum Domino in populo suo, qui exaltat mansuetos in salutem, ut faceret vin- Ps. 149, 4. dictam in nationibus et dissensiones in gentibus Saracenis. Erat enim in diebus istis soldanus[5] Babilonie domesticis undique preliis tam graviter oppressus, quod, ne minus sufficeret ad plura, coactus est cum imperatore mediantibus treugis decennalibus componere ac Terram Sanctam populo sine sanguinis effusione reddere christiano. Sicque missum est a Domino bellum bonum, ut rumperetur pax mala. Sed huius gratie divine beneficium ut legenti clarius illucescat, literas legat Romani imperatoris auro bullatas, quas Henrico Anglorum regi in hec verba direxit[e]:

1229.

**Epistola**[6] **imperatoris**[f] **ad regem Anglorum de**[g] **premissis.** *Fretthericus* Mart. 17. *Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, karissimo amico suo H. Anglorum regi salutem et sincere dilectionis affectum. Letentur et exultent omnes in Domino et glorientur pariter recti corde, qui, ut notam faceret potentiam suam, non in equis aut curribus gloriatur, nunc dedit sibi gloriam in paucitate virorum, ut cognoscant* Exod. 14, 17. *et intelligant omnes, quod ipse sit gloriosus in maiestate, terribilis in magnificentia, mirabilis in consiliis super filios hominum, pro voluntate sua tempora mutans et diversarum corda gentium in unum convertens; cum in paucis diebus istis miraculose potius quam fortitudine illud negotium sit peractum, quod a longis*[h] *temporibus retroactis multi principes et diversi orbis potentes non*[i] *in multitudine gentium nec per vires quantumcunque grandes nec per metum aliquem facere hucusque modo quolibet potuerunt. Ne igitur desiderium vestrum longus sermo diu teneat in suspenso, sinceritati*[k] *vestre cupimus esse notum, quod nos habentes spem nostram in Deo firmiter et credentes, quod Iesus Christus, filius eius, pro cuius servitio corpus et animas exposuimus sic devote, nos in tam ignotis et remotis regionibus non relinqueret, quin saltem pro honore et gloria et laude sua consilium et auxilium nobis tribueret salutare. In ipsius autem nomine ab Achon procedentes fiducialiter, quintadecima die mensis Novembris proximo* 1228. Nov. 15. *preteriti prospere venimus apud Iopen, ut, castro loci eiusdem reedificato*[l] *fortiter ut*[m] *decebat*[n], *in Ierusalem, sanctam civitatem, eundi postmodum tam nobis quam omni populo christiano non solum facilior, immo brevior et securior pateret accessus. Igitur sub fiducia divine spei nobis apud Iopen existentibus et super reedificatione castri, prout exigebat rei*[o] *necessitas et causa Christi, intendentibus*[7] *magnifice, ut decebat, dum a nobis et peregrinis omnibus sollicite agerentur hec omnia, de soldano Babilonie ad nos et a nobis ad soldanum eundem nuntii plures et pluries venerunt et redierunt hinc inde. Ipse etenim et alius soldanus, qui Xaphat*[p, 8]

a) Brennes *P.* b) Dominus *P.* c) domino *P.* d) P. *codd.* e) *hinc vix dimidia vel tertia pars inferior foliorum adustorum restitui potuit* 2. f) Fretherici *add. P.* g) de pr. *des. P.* h) longe *P.* i) *deest P.* k) sanctitati 1 *(sed ad corrig. not.).* 2. *P* 1; *corr. P* 2. l) ut *add. P* 1. m) prout *P.* n) dicebat *P* 1. o) negotii *P.* p) Raphat 1.

1) Walteri de Eynsham monachi Cantuariensis. 2) Cf. bullas d. Ian. 19; Potthast nr. 8315 sq. 3) Pelagio. 4) Tit. S. Crucis Hierosol. LUARD. 5) El Kamil. 6) De aliis encyclicae formis alio missis cf. Ficker, Reg. nr. 1738. Epistola Gregorio IX. data LL. II, p. 261. sermone saepe ab hac differt. 7) Hic l. l. sequitur locus de commeatu ab Accon expectato, de quo noster supra p. 62. egit. 8) De Khelat, *qui Scharaph dicitur* l. l.

*dicitur, frater eius, apud civitatem Gazam diffusum habentes exercitum, dieta una distabant a nobis. Ex alia vero parte in civitate Sychen, que Neapolis vulgo nominatur et in campestribus locis sita est, soldanus Damasci*[1]*, nepos eorum, cum innumera multitudine militum et peditum gentis sue prope nos et christianos ad unam dietam similiter morabatur. Et cum de restitutione Terre Sancte ab alterutra partium tractaretur, tandem Iesus Christus, Dei filius, devotam patientium nostram et patientem devotionem ex alto respiciens, compatiendo misericorditer nobis in semet ipso, sic fecit, quod soldanus Babilonie Ierusalem, civitatem sanctam, nobis restituit, locum videlicet ubi steterunt pedes Christi, locum etiam ubi veri adoratores in spiritu et veritate Patrem adorant. Ut enim de restitutione huiusmodi certos vos faciamus per singula, noveritis*[2]*, quod non solum*[a] *restitutum est nobis corpus civitatis predicte, sed contrata*[b] *tota, sicut descendit inde usque ad maritimam*[c] *castri Iopen, ut peregrini de cetero processum liberum ad*[d] *sepulchrum habeant securumque regressum, hoc tamen adiecto, quod, cum Saraceni illarum partium in veneratione maxima Templum habeant, ad adorandum secundum ritum eorum ibi in figuram peregrinorum illuc frequenter accedant, ipsos de cetero libere permittamus venire, verumptamen quot voluerimus et sine armis, nec hospitabuntur in civitate, sed deforis, et continuo facta oratione recedant*[e]*. Preterea restituta est nobis civitas Bethleem*[f] *et tota terra media inter Ierusalem et civitatem ipsam, civitas Nazareth cum tota terra media inter Achon et ipsam civitatem, tota terra Turonis, que largissima est et ampla et valde comoda christianis, civitas*[a] *Sydonis*[*] *cum tota planicie et pertinentiis suis, que tanto erit de cetero gratior christianis, quanto magis necessaria*[g] *extitit Saracenis et hactenus fructuosa, maxime cum portus ibi sit nimis congruus, et inde arma et necessaria multa ad civitatem Damasci et de Damasco frequenter ad Babiloniam portarentur. Et quamvis civitatem Ierusalem, sicut melius umquam fuit, reedificare nobis liceat secundum pactum, necnon et castrum Iopen, castrum Cesaree, castrum Sydonis et castrum Sancte Marie Theutonicorum, quod fratres ipsius domus in montana Achon edificare ceperunt — et ab olim nullo treugarum tempore permissum extitit christianis —, ipse tamen soldanus usque ad finem treugarum, que inter nos et ipsum per decennium sunt statute, edificia vel castra aliqua de novo facere vel edificare non debet. Sicque die dominica, 18. die mensis*
1229. *Februarii nuper preteriti, die scilicet in qua Christus, Dei filius, a mortuis resurrexit et in me-*
Febr. 18. *moriam resurrectionis dominice a christianis omnibus tam generaliter quam sollempniter colitur et veneratur in orbe, concordia huiusmodi hinc inde extitit iuramento firmata*[3]*. Vere igitur nunc nobis et omnibus illuxisse denuo visa est dies illa*[h]*, in qua angeli cecinerunt*[i]*: 'Gloria in*
Luc. 2, 14. *excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis'. Ad recognitionem vero tam grandis beneficii tantique honoris, que preter merita nostra et contra opinionem multorum ad perhennem misericordie sue laudem misericorditer contulit nobis Deus, et ut in loco sancto*[k] *suo*
Mart. 17. *vitulum labiorum nostrorum personaliter offeremus eidem, noveritis, quod die sabbati, 17*[l]*. die mensis Martii huius secunde indictionis, cum peregrinis omnibus, qui nobiscum fideliter Christum, Dei filium, sunt secuti, intravimus sanctam civitatem Ierusalem; et statim tanquam catholicus*
Mart. 18. *imperator, adorato sepulchro dominico reverenter, sequenti die coronam portavimus, quam Dominus omnipotens de throno maiestatis sue nos habendam previdens, de speciali gratia pietatis sue inter orbis principes nos mirabiliter exaltavit, ut sic, prosequentibus nobis tante dignitatis tripudium, que nobis competit iure regni, magis ac magis notorium universis appareat, quod manus Domini fecit hec omnia. Et cum miserationes eius super omnia opera sint eiusdem, cognoscant orthodoxe fidei cultores de cetero et enarrent longe lateque per orbem, quod ille qui est benedictus in*
Luc. 1, 69. *secula visitavit et fecit redemptionem plebi sue et erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui! Sane priusquam de civitate recedamus sancta Ierusalem, de magnifica reedificatione ipsius turrium ac murorum suorum taliter ordinare proposuimus et ita super hoc intendere volumus diligenter, quod non minor sollicitudo nec diligentia in absentia nostra habeatur inde, quam si personaliter super hoc ipsi essemus presentes*[m]*. Ut autem hec presens nostra epistola exulta-*

*) id est Saete *add.* P 1.

a) *deest* 2. b) contrada *P.* c) et castrum *Epist. Gregorio data.* d) hab. ad sep. *P.* e) *ita P;* reddebant 1; redeant 2. f) Ierusalem *minus recte Epist. Greg.* g) *deest P.* h) ille 1. i) cecinere Deo *P.* k) suo sa. *P.* l) 18. *minus recte Ep. Greg.* m) *finis epistolae prorsus variat ab Epist. Greg.*

1) Ennasir. 2) Cf. Kestner p. 51. 3) Locus de patriarcha et ordinibus militum additur in Epistola Gregorio data.

*tione sit plena per totum, et sic limes eius principio se adaptet in gaudiis, ut regalem animum* 1229. *pro*[a] *voto letificet, ad incrementum letitie et totius gaudii precedentis, amicitie vestre cupimus esse notum, quod soldanus predictus omnes captivos illos quos secundum pactum inter christianos et ipsum habitum tempore quondam*[1] *perdite*[b] *Damiete non reddidit et alios qui postea capti fuerunt restituere nobis debet modo. Data apud civitatem sanctam Ierusalem* 17[c]. *die* Mart. 17. *mensis Martii, anno Domini* 1229.

De[d] signis precedentibus[2] hanc restitutionem Terre Sancte. . . . . .

Vere et absque omni ambiguitate audivit Dominus gemitus compeditorum in hac restitu- Ps.101,21. tione Terre Sancte, que istis diebus facta est per diligentiam imperatoris Fretherici, cooperante clementia divina, dum per pactum inter ipsum habitum et Babilonie soldanum omnes captivi, qui erant in paganismo compediti et ad vilissima quelibet servitutis genera addicti, modo a iugo servitutis liberati, venerunt in sanctam civitatem Ierusalem et apparuerunt multis et, factis orationibus in locis venerabilibus sancte civitatis, reversi sunt per diversas orbis partes in regiones suas, laudantes et benedicentes Deum in omnibus que[e] audierant et viderant, que fecit Dominus mirabiliter et ostendit eis.

De reconciliatione sancte civitatis Ierusalem et aliorum[f] locorum. Ingressus est igitur, ut diximus, sanctam civitatem Ierusalem exercitus christianus, et patriarcha[3] cum episcopis suis[g] suffraganeis mundificavit templum Domini et ecclesiam sancti Sepulchri sancteque resurrectionis eiusdem cum aliis ecclesiis[h] venerabilibus civitatis; abluentes pavimenta[i] et parietes aqua benedicta et agentes processiones in hympnis et canticis, reconciliaverunt Deo loca universa diuturnis infidelium sordibus prophanata. Verum quamdiu imperator, qui excommunicatus erat[k], intra urbis menia moram fecit, nullus prelatorum in ea[l] missam celebrare presumpsit. Magister tamen Walterus[4], frater quidam de ordine Predicatorum, vir religiosus, providus et[m] discretus*, qui a domino papa officium predicationis** in exercitu Christi susceperat, quod multo[n] iam tempore feliciter impleverat, celebravit divina in ecclesiis suburbanis; unde devotionem fidelium plurimum excitavit[o]. Deinde prelatis singulis, tam minoribus quam maioribus, ac viris religiosis ecclesiis suis sibi restitutis et possessionibus antiquis, gaudentibus cunctis super donis[p] celestibus, que preter spem omnium acciderant, intenderunt unanimiter cum peregrinis omnibus ad reedificationem civitatis, et[g] muros cum fossatis turresque cum propugnaculis magnis sumptibus ac studiosis laboribus reparantes[q]. Nec solum acta sunt hec in sancta[r] civitate Ierusalem, sed et[g] in omnibus civitatibus et castellis illius terre quam dominus[s] Iesus Christus suis sanctis pedibus calcavit et suo sacro sanguine consecravit.

Hic ponuntur[t] quidam excessus, in quibus papa ostendit, imperatorem esse reum. Venit eodem tempore in Angliam magister Stephanus[5], domini pape capellanus et nuntius ad regem Anglorum[6] missus, ut colligeret decimas domino pape a nuntiis ipsius regis Rome promissas ad guerram suam sustinendam contra imperatorem Romanorum susceptam. Audierat enim idem papa[7] de imperatore prefato multa detestanda, que faciebat contra legem christianam, quorum tenorem in scriptum[u] redigens, per diversas orbis partes literis apostolicis[8] publicare curavit. Proponit[v] autem contra eum inprimis,

*) et in divina pagina eleganter eruditus, Anglicus[4] natione *add. P.*
**) in quo singulariter floruit expeditus *add. P.*

a) pro v. *des. P.* b) D. p. *P.* c) 18. *Epist. Greg. data.* d) *haec usque ad l.* 15: ostendit eis *des. P.* e) q̄ l; qui *Coxe.* f) sanctorum *add. P.* g) *deest P.* h) sanctisque locis *add. P;* sanctis et l. *add. Hist. A.* i) pavimentum *P.* k) fuerat *P.* l) in ea *erasa P*1; eidem *P*2. *Hist. Angl.* m) ac *P.* n) etiam per aliquod tempus fel. *P.* o) excitando ad obsequium Crucifixi arctius animavit *P.* p) beneficiis divinis, que *P.* q) reparare *P (sup. ras. P*1*).* r) c. s. *P.* s) noster *add. P.* t) propon. *P.* u) scriptis redactam *P*2. v) Proposuit *P.*

1) A. 1221. 2) Sequitur epistola, quam *astronomi Tholetani scripserunt de planetarum concursu pape Clementi* (sic!), de qua cf. Stubbs ad Rog. Hoved. (a. 1184) II, p. 290. 3) Error. 4) Anglos potius cum papa et patriarcha stetisse, probat Kestner p. 43. 5) De Anagni; de conventione a. 1258. inter eius nepotem Gregorium et abbatiam de Tewkesbury facta v. Ann. Teokesbur. inter Ann. Monast. ed. Luard I, p. 167. — Tunc in Angliam argentarii Itali sive Caursini confluxerunt; cf. Bond, Archaeologia XXVIII, p. 207. 6) Cui iam a. 1229, Apr. 29. papae litteras protulit (cf. Luard, 'Relations between England and Rome' p. 51), sed certe nondum eas quarum fragmenta hic sequuntur. 7) Geroldi patriarchae epistolis, quarum una (ed. Huillard-Bréholles III, p. 102) Mart. 26, altera (ap. Math. Paris. infra) fere mense Maio data est. 8) Legit Rogerus fortasse encyclicae d. Iul. 18 (Potthast nr. 8430) exemplum in Angliam missum (cf. Epp. Pont. p. 317); sed quae sequuntur fragmenta esse videntur bullae perditae d. m. Iunio vel paullo post.

1229. quod in die annunciationis beate Marie[1], cum esset excommunicatus, intravit ecclesiam[a] sancti Sepulchri in Ierusalem et ibi ante maius altare propria manu sese coronavit; et ita coronatus resedit in cathedra patriarchatus et ibi predicavit populo, excusando malitiam suam et accusando ecclesiam Romanam, imponens ei, quod iniuste processerat contra eum; et[*] sic[b] egressus[c] ab ecclesia in comitatu satellitum suorum sine omni persona ecclesiastica, portavit coronam usque ad palatium Hospitalis. Item in palatio suo Achonensi fecit convivari Saracenos et fecit eis habere mulieres christianas saltatrices[2] ad ludendum coram eis, et[d], ut dicebatur, commiscebantur eis. Item fedus quod iniit cum soldano, nemo scivit qua conditione tractatum fuit inter eos nisi ipse solus. Verumptamen manifeste videbatur, quod magis approbaret, secundum quod perpendi poterat per gestus exteriores, legem Saracenorum quam legem[b] fidei nostre, quia in multis ritus ipsorum[e] imitatus est. Item in scripto quod est inter ipsum et soldanum, quod lingua Arabica[f] appellatur Mosepha[3], continetur, quod, durantibus treugis, ipse iuvabit eum contra omnes homines christianos et Saracenos, et e converso soldanus ipsum. Item spoliavit[4] canonicos Sancte Crucis in Achon a quibusdam redditibus, quos recipere debebant in portu Achonensi. Item spoliavit archiepiscopum Nichossiensem[g, 5] in Cypro. Item protexit quendam episcopum Surianorum[6] potentia seculari contra patriarcham, ab excommunicato et scismatico ordinatum. Item spoliavit canonicos Sancti Sepulchri oblationibus ipsius sepulchri et patriarcham oblationibus Calvarie loci et loci Golgatha et canonicos sancti Templi oblationibus suis, et per manus satellitum suorum fecit omnes oblationes istas colligere. Propter quod factum frater Walterus[7] excommunicavit eum in civitate Ierosolimorum et omnes satellites suos.
Apr. 8. Item in die palmarum[8] Predicatores de pulpito, ubi predicabant, viliter et violenter fecit deici et crudeliter tractari et incarcerari. Item infra passionem Domini obsedit patriarcham et episcopos Wintoniensem et Exoniensem et Templarios[9] in domibus suis; et cum vidisset, se non posse prevalere, confusus dimisit. Hiis igitur de causis, licet alie non desint, quicquid egit in Terra Sancta pro nichilo reputans, dominus papa movit guerram contra ipsum, asserens, iustum esse et fidei christiane necessarium, ut tam validus ecclesie persecutor a fastu imperii depellatur[h]; et, quod hiis omnibus detestabilius est, contra matrem suam sanctam[b] Romanam ecclesiam tam[b] gravem excitavit[i] persecutionem[k], quod castella eius cum terris et possessionibus occupavit[l], et velut hostis publicus detinet[m] occupatas.

De decimis Gregorio pape ab Anglia collatis. Per idem tempus, cum magister Stephanus, domini pape cancellarius[n] et nuntius, regi Anglorum negotia ipsius pape et sui causam adventus ostendisset, fecit rex convenire apud Westmonasterium[10]
Apr. 29. dominica qua cantatur *Misericordia Domini* archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, Templarios, Hospitalarios, comites, barones, ecclesiarum rectores et qui de se tenebant in capite ad locum prefixum et diem, ut audirent negotia memorata et de rerum exigentiis communiter tractarent ibidem. Omnibus igitur congregatis, tam laicis quam prelatis[o] et eorum subiectis, magister Stephanus coram omnibus recitavit literas[11] domini pape, in quibus exigebat decimas omnium rerum mobilium de tota Anglia, Hybernia et Wallia ab universis laicis et clericis ad guerram suam sustinendam, quam contra Romanum imperatorem susceperat Frethericum. Ostendit autem in literis memoratis, quod ipse solus hanc expeditionem susceperat pro universali ecclesia, quam dictus imperator, iam diu excommunicatus et rebellis, subvertere nititur, sicut evidentibus apparet indiciis; unde, divitie sedis apostolice cum non sufficiant ad ipsum exterminandum, necessitate compulsus, ab universis ecclesie filiis implorat auxilium, per quod expeditionem inchoatam et in parte iam feliciter prosperatam perducere valeat ad desideratum effectum. Persuadet denique dominus papa

*) notabilem eam fecerat invective et reprehensive de insatiabili et simoniali avaritia *add. P.*

a) Sep. s. eccl. *P.* b) *deest P.* c) autem *add. P.* d) que etiam *P.* e) eorum *P.* f) ap. Ar. *P.* g) Nichols. *P.* h) depelleretur *P (sup. ras. P 1).* i) excitarat *P.* k) ita *add. P.* l) occuparat *P.* m) detinuit *P.* n) capellanus *P. Hist. A.* o) clericis *P.*

1) Mart. 25; sed minus recte; v. supra p. 64. 2) Cf. Geroldum ap. Huillard p. 104. *Imperatorem filiam soldani Babilonis duxisse, Henricus dux Lotharingie Henrico III.* scripsit; ap. Shirley I, p. 343. 3) Fortasse Arabice *muṣâfaḥa* (enunciatum *moṣâfḥa*) i. e. 'handschlag'. SACHAU. Haec calumnia orta videtur e treugae c. 8, LL. II, p. 261. 4) De his rebus Geroldus p. 109. minus ample scripsit. 5) Eustorgium. 6) De hac re nihil compertum haberi, monet Kestner p. 61. 7) De quo supra p. 65. 8) Cf. Gerold. p. 139. 9) Cf. ib. p. 138. 10) Haec melius capiti praecedenti anteponenda fuissent; eadem narrantur Ann. Teokesbur. SS. XXVII, p. 467. 11) Quae non exstant.

in conclusione negotii singulis ecclesie membris, quatinus sicut filii naturales ecclesie 1229. Romane, que mater est omnium ecclesiarum, potenter subveniant, ne, quod absit, ipsa deficiente, membra cum capite succumbere videantur[1]. . . . Erat enim[a] idem papa tot et tantis involutus debitis, ut, unde bellicam quam susceperat expedicionem sustineret, penitus ignoraret. . . . . . .

Hoc autem multis[2] in hac decimatione solacium prestat et levamen, quod regna transmarina et longe posita non sunt ab ista[b] exactione quieta. Cumque tandem istarum plenitudo diviciarum ad summum pontificem pervenisset, ipse Iohanni de Breisnes[c] et aliis milicie sue principibus ita affluenter eas distribuit, quod graviter cessit in dampnum imperatoris, dum municipia eius et castella in eius absencia subvertebant. . . . . . .

Quod Fretherìcus Romanorum imperator reversus[d] est in terram suam. Eodem anno, cum Fretherìcus Romanorum imperator Terram Sanctam christianitati restituisset et treugas decennales a soldano Damasci impetratas iuramento hinc inde confirmasset, in die[3] inventionis sancte crucis naves ascendit, ut, transito mari Mediterra- Mai. 3. neo, reverteretur in terram suam. Sed quoniam audierat, quod a Iohanne de Breisnes[e] insidie sibi parabantur, in portubus cismarinis inconsulte timuit[4] applicare et, ne de eius captione gauderent inimici illius, in tuto loco applicuit, premissis exploratoribus suis, qui conduxerunt illum ad portum securitatis et salutis. Cum autem prospere in Sicilia applicuisset cum modico comitatu, audivit, quod emuli eius iam castella multa subiugaverant et municipia, et quod etiam per terras imperii liberum haberent discursum*, cum non esset qui eis obviaret[f]. Sed cum tandem eius divulgaretur adventus, confluebant ad eum homines imperii naturales, qui per fidelitatem ei fuerunt astricti. Quibus vallatus et ex aliis adventantibus confortatus, audacter prorupit in hostes et terras amissas ac castra cepit paulatim revocare.

Anno Domini 1230. . . . Eodem anno tempore quadragesimali imperator Romanus contra hostes suos ita invaluit, quod castra sua et iura omnia ad imperium spectantia potenter revocavit[5]; quoscumque in castellis suis ex adversariis[g] cepit aut vivos excoriavit aut patibulo suspendit[6]. Iohannes vero de Breisnes[e], qui hostis eius erat publicus, metuens incidere in manibus illius, fugit in Gallias ad natale solum. Et sic mediantibus[7] amicis et viris religiosis, statute sunt treuge inter dominum papam et ipsum imperatorem, quousque in aliquam pacis formam convenirent. . . . . . .

Eodem tempore dux Saxonie[8] et regis Anglorum consanguineus veniens in Angliam, a civibus Londoniensibus honorifice susceptus est; erat autem idem dux homo tante proceritatis et longitudinis, ut, cunctis admirantibus et quasi ad spectaculum accurrentibus, visum ex ipsius intuitu refecerunt.

De discordia inter barones Gallie orta. Habebant quoque hoc tempore guerram ad invicem omnes fere magnates Gallie, sicut dux Burgundie[9], comes Bononie[10], comes de Drius[11], comes de Mascu[12], comes Sancti Pauli[g], comes de Bar[13], Engerammus[h] de Curci, Robertus de Curtenay[i] et multi alii, qui iurati et confederati erant, ut dicebatur, regi Anglie et comiti Britannie Henrico[14]; bellum indixerant comitibus Campaniensi[15] et Flandrensi[16]. . . . Agebant autem[k] contra comitem[17] magnates quasi de crimine prodicionis et reum lese maiestatis, ut qui dominum suum regem Lodowicum in obsidione Avinionis ob amorem regine quam amabat veneno necaverat, ut dicebant. . . . . . .

*) et debacarentur multi pape stipendiarii, affluentia pecunie inestimabilis saginati *add. P.*

a) autem *P.* b) hac *P.* c) Bresnes *P.* d) est rev. *P.* e) Brennes *P.* f) obviarent 1. g) suis *add. P.* h) Engeramus *P.* i) Curtenei *P.* k) namque *P.*

1) Quomodo Angli decimam papae concesserint, narrare pergit auctor. 2) Anglis ad pecuniam papae solvendam compulsis. 3) Mai. 1. secundum alios; cf. Ficker, Reg. nr. 1753a. 4) Alii quoque, imperatorem loco minus celebri applicuisse, dicunt; cf. Ficker 1755b; sed de timore falsum rumorem audiit noster. 5) Hoc iam Oct. 1229. perfecerat. 6) Haec veritatem excedunt. 7) Iam m. Nov. a. 1229. 8) Minime Albertus, sed *Otto de Lunesburg dux Sax.* Iul. 18. 1230. in Angliam venit; Rot. Claus. ap. Pauli III, p. 620. Mensibus Iul. Aug. rex Angliae hominibus Coloniae, imperatoris, ducis Saxoniae, comitis Flandriae liberum navigium permisit; cf. ib. p. 581. Quae Henricus III. a. 1229. cum Ottone egerit, v. supra p. 18. 9) Hugo. 10) Philippus. 11) Robertus. 12) Iohannes de Mâcon. 13) Henricus. 14) Corrige *Petro.* 15) Theobaldo. 16) Ferrando. 17) Theobaldum; cf. supra p. 53; Wallon, 'Saint Louis' I, p. 17. 28.

1230. Aug. Hoc igitur tempore, mense Augusti, dominus papa Gregorius et Romanorum imperator Frethericus[a], mediantibus utrorumque fidelibus et amicis, in concordiam[1] convenerunt. Veniens enim Romam[2] dictus imperator, absolutus est[3], omnibus ad iura imperii spectantibus ex integro revocatis. Comederunt ergo simul magnus[b] sacerdos et maximus[c] imperator in palatio summi pontificis[4] per triduum, gaudentibus cardinalibus et potentatibus imperii de concordia tam desperata et tam subito confirmata. . . . . . .

De concordia facta inter regem Francorum et barones[d]. . . . . .

Anno Domini 1231. . . . Quod Ricardus Cantuariensis archiepiscopus Romam profectus, in reditu obiit. . . . Archiepiscopus autem cum, expletis negotiis omnibus pro voluntate sua, repatriare maturaret, apud . .[e, 5] diem clausit supremum
1231. Aug. 3. tertio Nonas Augusti. . . . . .

De insolentia clericorum Romanorum. Suborta est hac tempestate in Anglia maxima rerum perturbatio, immo, ut verum fateamur, indiscreta presumptio propter Romanorum insolentiam clericorum, que tam nobiles regni quam ignobiles ad temerariam compulit ultionem, sicut in subscriptis litteris[f] continetur[g] expressum: *Tali episcopo et tali capitulo universitas eorum qui magis volunt mori quam a Romanis confundi salutem. Qualiter circa vos et alias personas ecclesiasticas Anglie hactenus se habuerint Romani et eorum legati, vestram non dubitamus[h] latere discretionem, beneficia regni suis, secundum quod eis placet, conferendo in vestrum et omnium aliorum regni intolerabile preiudicium et gravamen.* . . . . . .

Dec. 17. Per idem tempus, 16. Kal. Ianuarii, habitum est apud Sanctum[f] Albanum ingens consistorium. . . . In crastino autem, consistorio soluto, cum singuli redirent ad propria, clericus quidam Romanus nomine Cincius[6], qui ecclesie Sancti Pauli Londoniarum erat canonicus[7], per predictam universitatem, ut creditur, non longe a villa Sancti Albani captus est et abductus a viris armatis et capitibus velatis. Sed magister Iohannes Florentinus[i, 8], Norwicensis[k] archidiaconus, qui huic consistorio affuit, ab hac captione evasit et ad urbem Londoniarum fugiens, delituit ibidem multis diebus. Cincius vero post quinque septimanas, crumenis evacuatis[l], ut dicitur, ad urbem Londoniarum sanus et incolumis est reductus[9].

Anno Domini 1232. . . . Visio de rege Ricardo valde[m] laudabilis. . . . Sed humani generis inimicus, qui bonis semper operibus invidet et prosperitatibus populi christiani, excitavit contra regem devotum ducem Austrie[10] et imperatorem Romanum[11], qui illi revertenti paraverunt insidias; captus est ab hostibus, et velut bos esset vel asinus, venditus est imperatori Romano. Incarceratus autem et secus quam deceret tantum virum malitiose tractatus, ad redemptionem gravissimam est compulsus. . . . . . .

Archiepiscopo Eboracensi[12], episcopo Dunelmensi[13] et Iohanni[14] natione[n] Romano et Eboracensi canonico[15] idem papa, eadem inquisitione[16] commissa, precepit, ut illius violentie transgressores Romam mitterent absolvendos, appellatione non obstante. . . . . . .

Venit eodem tempore Romam prior Iohannes, electus Cantuariensis, in hebdomada
Mai. 30. pentecostes. Et cum literas sue electionis domino pape exhibuisset, precepit magistro Iohanni de Columpna[o] et aliis quibusdam cardinalibus, ut examinarent illum, si dignus esset ad culmen huiusmodi promoveri. . . . . . .

Per idem tempus rex per consilium Petri Wintoniensis episcopi Hubertum de Burgo, protoiusticiarium regni, ab officio suo removit et Stephanum de Segrave, militem[p] solo
Iul. 29. nomine, subrogavit 4. Kal. Augusti; et post dies paucos rex contra Hubertum nuper depositum perturbatus, exegit instanter ab eo ratiocinium de . . . iniuriis et dampnis illatis et clericis Romanis et Italicis et nuntiis domini pape contra voluntatem domini regis per[q] universi-

a) F. *P.* b) maximus *Hist. A.* c) principum eminentissimus *ib.* d) suos *P.* e) *spat. vac.* 1; *mutil.* 2; Sanctam Gemmam *P.* f) *deest P.* g) e. c. *P.* h) non *suppl. vid.* i) Florint. *P.* k) Norew. *P.* l) ut dic., evac. *P.* m) nimis *P.* n) nationi *P* 1. o) Columba 1. p) solo n. m. *P.* q) et *P* 2.

1) De San Germano. 2) Error. 3) Aug. 28. 4) Anagniae Sept. 1 sqq. 5) San Gemini prope Spoletum. 6) Idem narratur Ann. Dunstapl. III, p. 128. 7) Praebendarius de Rugmere; Hardy, Fasti eccl. Angl. II, p. 432. 8) Potius *Ferentinus* Mathei Hist. Angl.; cf. ib. p. 478. 9) Alios quoque Romanos tunc exspoliatos esse, narravit noster ad a. 1232. et conquestus est Gregorius IX; cf. Potthast Reg. nr. 8945. 8948; Lib. Addit., ed. Luard VI, p. 72. 10) Leopoldum V. a. 1192. 11) Henricum VI. 12) Waltero; cf. Potthast, Reg. nr. 8948. 13) Ricardo Pauperi, antea Cicestrensi, tum Saresberiensi episcopo, qui quondam Bononiae ius canonicum docuerat. Eius 'Ordo iudiciarius' ed. C. Witte prodiit 1853. 14) Cuius filius Iohannes Romanus a. 1276—1286. fuit archiepiscopus Eboracensis. 15) Subdecano. 16) *De distractione frugum clericorum Romanorum* per milites Anglos a. 1231. facta.

tatem[a] et auctoritatem ipsius Huberti tunc iusticiarii, qui nullum consilium voluit apponere, 1232. ut illa corrigerentur, quod facere tenebatur ratione officii sui ad iusticiarium pertinentis. . . . Proposuit contra Hubertum idem rex, quod, cum nuncios sollempnes[1] misisset ad ducem Austrie[2], filiam eius[3] petens in uxorem, scripsit eidem duci Hubertus[4] per literas in preiudicium ipsius regis et regni, dissuadens, ne illi filiam suam matrimonio copularet. . . . . .

Anno Domini 1233. . . . Comes[5] Marescallus . . . oppidum Monemutense . . . proposuit obsidere. Qui cum oppidum circuiret, conspexit eum Baldewinus de Gysnes[6], miles strenuus, cui[b] rex illud custodiendum commiserat cum Pictavensibus multis[c. 7]. . . . Baldewinus de Gynes[d] ad castellum a sociis perducitur graviter vulneratus. Acta est autem hec belli congressio in die beate Katerine virginis. . . . . . 1233. Nov. 25.

Per idem tempus, cum comes Marescallus in abbatia de Margan pernoctaret, venit ad eum ibidem[e] die Iovis proxima ante natale frater quidam de ordine Minorum Agnellus[8] Dec. 22. nomine, qui familiaris erat domino regi et consiliarius ipsius, ut ostenderet ei que audierat in curia regis de eo ab ipso rege et consiliariis eius: . . . utile fore Marescallo, ut se supponat misericordie eius, quia rex ditior et potentior est; et si Marescallus confidit in auxilio alienigenarum, rex ad unum quem ille adducet poterit adducere septem, quia offerunt se quidam consanguinei[9] regis alienigene, qui non sunt Scoti vel Gallici aut Wallenses, qui[e] venient in Angliam et suppeditabunt omnes inimicos eius, qui venient[f] in tanta multitudine, quod cooperient[g] totam terram. Ad hec dicit Marescallus: '. . . Et bene scio, quod rex potest septem contra unum adducere quem ego adducere possum; et credo, quod nimis cito tot adducet per consilium suum, quod non habet[h] per quos ipse[i] et regnum[k] ipsius ab ipsis possit liberare. Nam a viris fide dignis didici, quod Wintoniensis episcopus[10] obligatus sit imperatori Romano, quod faciet totum Anglie regnum ipsi subiugatum[l], et hoc a tempore quo cum ipso fuit in partibus transmarinis. Et ideo guerram istam specialiter incepit, ut, ex hoc sumpta occasione, prius posse imperatoris et postea ipsum imperatorem[m] vocaret. . . .' . . .

Anno Domini 1234. . . . [n]De[o] discordia inter dominum papam et Romanos exorta. Eodem anno exorta est Rome gravis dissensio inter dominum papam et cives Romanos hiis de causis: Usurpant sibi cives memorati ex antiquo iure, quod Romanus pontifex non potest aliquem ex civibus excommunicare vel Urbem pro quolibet excessu subponere interdicto. Ad hoc dicit summus pontifex, quod minor est Deo et maior hominibus, ergo maior civibus Romanis; et, cum eorum sit pater spiritualis, debet et de iure potest filios corrigere delinquentes ut sibi in fide Christi subiectos; unde de iure potest rationabilibus de causis eos excommunicare et civitatem interdicere. Item potestates Urbis et senatores[11] annuum tributum exigunt ab ecclesia Romana, quod eis tam ex novo quam ex antiquo iure Romani pontifices persolvebant, de quo etiam semper usque ad istius pape tempora in possessione fuerunt. Ad hoc dicit papa, quod, si ecclesia Romana temporibus persecutionis pro defensione sua et pro bono pacis aliquando maiores civitatis in donis gratuitis liberaliter respexit, non debet hoc in consuetudinem trahi, quia illa sola consuetudo tenenda est, que iure constat et ratione subnixa. Et quod hiis omnibus maius est, Christus in cruce suo sanguine ita liberam fecit illam, quod nec porte inferi prevalebunt cf. Matth. 16,18. adversus eam. Hiis igitur et aliis de causis inter dominum papam et cives Romanos lite contestata, idem papa cum suis cardinalibus exivit ab Urbe[12] et apud urbem Perusium[13] moram facturus divertit. At Romani contra eum invalescentes, quedam ipsius edificia in

a) univ. et *expuncta P1.* b) et eidem *P.* c) *deest P.* d) Gysnes *P.* e) qui v. in A. *des. P.* f) veniunt *P.* g) faciem terre cooperient *P.* h) habeat *P.* i) ipse et *des. P.* k) ab i. regnum suum possit *P.* l) quod Dei avertat providentia *add. P.* m) v. i. *P.* n) *paullo ante rubricator cod. P2 ad calcem f. 252. add. hanc rubram:* Dominus Rogerus [Wendourē *punctis del.*] de Wendoure, prior aliquando de Belnuair hucusque cronica sua hec digessit. Incipit frater Matheus Parisiensis; *cf. supra p. 9 sq.* o) *hoc caput multis locis mutavit P.*

1) A. 1225. Tabulae quas Pauli III, p. 552. adhibuit iam prodierunt ap. Shirley, 'Royal Letters of Henry III.' I, p. 254 sqq. A. 1227. Henricus III. erat *paratus super filia regis Boemie ducenda et ad confederacionem cum rege Alemannie;* Rot. Claus. I, p. 210. 2) Leopoldum VI. 3) Margaretam. 4) Cf. Math. Par. a. 1239. 5) Ricardus de Pembroke, bello aulicis illato. 6) Cuius salvum conductum d. a. 1227. 1229. v. ap. Rymer I, p. 185. 195; cf. Shirley I, p. 526. 7) Sequitur facinus forte Balduini, *qui doctus erat in preliis Gallicanis.* 8) De Pisa, primus minister Franciscanorum in Anglia. 9) Fortasse Otto Brunsvicensis intelligitur. 10) Petrus a. 1230. pacem Friderici II. et Gregorii IX. conciliavit; cf. Ficker, Reg. nr. 1817. 11) Senator tunc erat Lucas Savelli; cf. Schirrmacher, 'Friedrich II.' II, p. 307; Gregorovius, 'Gesch. d. Stadt Rom' V, p. 165—173. 12) M. Maio ex. 13) M. Sept. medio.

1234. civitate prostraverunt, unde ab ipso papa excommunicati fuerunt; qui etiam, ipsum imperatorem[1] cum[a] in sui favorem attraxerat, congregavit exercitum copiosum, ut impetum reprimeret Romanorum. Tunc exercitus imperatoris et exercitus summi pontificis simul convenientes, casalia eorundem Romanorum per gyrum Urbis posita numero octodecim Oct. 8. prostraverunt et vineas succiderunt; unde cives ipsi perturbati exierunt ab Urbe 8. Idus Octobris, viri, ut dicitur, armati centum milia, ut civitatem Viterbii, que ad ius domini pape spectabat, spoliarent et igne spoliatam concremarent. Sed cum irrationabile vulgus civitatis absque disciplina militari exirent et agminibus incederent dissolutis, acies militares ipsius pape et imperatoris ab insidiis prorumpentes, irruunt in Romanos et ex eis magnam stragem, non tamen sine suorum lesione, fecerunt. Ceciderunt autem hinc inde ad 30 milia armatorum[2]. Sed Romani tamen maiorem perpessi sunt stragem, ut qui agminibus dissipatis ad suam civitatem precipites confugerunt. Exasperatum est quidem cor eorundem Romanorum nimis adversus dominum papam, quia in illo conflictu de civitate multi nobiles corruerunt. Duravit diu ista dissensio inter eos, sed Romani tamen cives semper aleam Martis sibi contrariam invenerunt. . . . . . .

Anno Domini 1235. . . . Per[b] idem tempus Petrus Wintoniensis episcopus ad mandaApr. 8. tum domini pape Romam profectus est, instante sollempnitate paschali[3], ut guerram eius iam diu contra Romanos accensam ordinaret; erat enim iuvenis in obsequio Ricardi magnifici bellatoris atque Iohannis regum Anglie, cum quibus[c] prius didicerat usum lorice quam pontificalis planete[4] et acies castrorum disponere quam verbum fidei[d] predicare.

De predicacione crucis[e]. Hoc denique anno, qui est annus octavus postquam constitute sunt treuge decennales in Terra Promissionis inter Romanum imperatorem Frethericum et Babilonie soldanum, facta est predicatio crucis per orbem universum christiana fide insignitum ad commonitionem et instantiam domini pape Gregorii, qui literas[5] in diversas orbis partes sub hac forma direxit[f]:

1234. Sept. 4. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, universis domini nostri Iesu Christi fidelibus per regnum Anglie*[g] *constitutis ad quos litere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictio-* cf. Thren. 1, 7. *nem. Rachel videns . . . Et ideo Ierusalem, in suis derisa sabbatis, obsorduit*[h] *quasi polluta menstruis inter hostes. Nam*[i] *licet dudum karissimo in Christo filio nostro Fretherico Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi illustri, civitas eadem preter templum Domini fuerit restituta, tamen, quia Deus omnipotens tunc magnificentius agere cum populo christiano non adiecit, imperator predictus treugas iniit cum soldano, quarum terminus adeo est vicinus, quod tempus medium preparationi vix sufficere creditur nisi ad queque necessaria per promptitudinem, spem*[k] *et fervorem*[l] *fidei festinetur. Ad eius*[m] *ergo succursum nullum tedeat peregrinari! . . . Datum*[n] *Spoleti*[o] 2. *Nonas Septembris, pontificatus nostri anno octavo. . . . . . .*

1235. Febr. Quod imperator[6] sororem regis Anglie postulavit. Eodem anno mense Februario venerunt apud Westmonasterium duo Templarii[7] cum militibus et aliis nuntiis[8]

a) *deest* 2 *(sec. Wats).* b) *haec penitus mutavit P.* c) quo 2. d) Dei 2. e) De publica pred. *P.* f) Autenticum domini pape *rub. add. P.* g) Francie *Vat.* h) absor. 1. i) Nam — festinetur *des. Baumg.* k) spiritus *Vat.* l) Dei et *add. P.* m) cuius *P;* eiusdem igitur *Baumg.* n) *finis deest Baumg.* o) Perusii 15. Kal. Dec. *Vat.*

1) M. Iunio; cf. Ficker nr. 2047b—2058b. 2) Apud Viterbium eo fere tempore Romanos victos esse, aliunde quoque novimus (Ficker 2058a), sed neque dies neque tanta strages alibi traduntur. 3) Cf. Ann. Teokesbur. a. 1234 (id est 1235, cum quadragesima praecedenti anno adnumeretur): *Petrus de Rupibus episcopus Wintonie transfretavit circa cathedram sancti Petri* (Febr. 22) *ad mandatum domini pape, ut eidem auxilium prestaret contra Romanos in guerra sua,* ap. Luard, Ann. Mon. I, p. 95; Ann. Winton.: *in crastino cinerum profectus est Romam,* ib. II, p. 87; cf. quae Henricus III. Friderico II. (et similiter Hermanno de Salza) Apr. 27. de eo scripsit, *quousque certior fieret per adventum sororis* [imperatricis] *et P. de Vinea: A devotione nostra multorum corda fidelium reddidit aliena; . . . nostrum exhausit erarium;* Shirley I, p. 467 sqq. 4) Casulae, vestis sacerdotalis. 5) Potthast, nr. 9525; integras habes inter Epp. pont. p. 491. Contuli 'Baumgartenb. Formelbuch' (Font. Austr. XXV) p. 167, ubi initium deest. Regesta Vaticana contulit Luard VI, p. 481. 6) Henricus III. Friderico II, se eius *preces pro Landone clerico, nepote archiepiscopi Messane, suscepisse* eidemque pecuniam Parisios misisse, scripsit a. 1233, Mart. 20, ap. Shirley I, p. 412. 7) *Hospitalarii Theutonicorum* correxit Matheus. 8) Petro de Vinea; cf. Friderici tabulas a. 1234, Nov. 15. d. (LL. II, p. 307) et epist. Gregorio IX. missam, Ficker, Reg. nr. 2067. Petrus iam aestate a. 1234. eandem rem cum rege Angliae tractaverat; cf. Huillard-Bréholles, 'Pierre de la Vigne' p. 21. Responsa Henrici III. imperatori data exstant ap. Rymer I, p. 221. 224. Gregorius IX. Fridericum Henrico Dec. 5. commendavit, ib. p. 220; cf. responsum ib. p. 225.

sollempnibus ab imperatore Fretherico ad regem Anglorum missi, ferentes literas[1] ipsius 1235. auro bullatas, in quibus postulavit Isabel, sororem regis, sibi matrimonio copulandam. Venientes autem 7. Kal. Martii[2] ad regem, petierunt literarum et sue postulationis respon- Febr. 23. sum[3] sibi dari, ut regis voluntatem domino imperatori possent celeriter nuntiare. Rex autem Anglorum, super dicto negotio sollicitus, cum episcopis et regni sui magnatibus cepit tractare per triduum; qui rem diligenter examinantes, in hoc unanimiter consenserunt, ut puella imperatori[a] daretur. Et sic 3. Kal. Martii[4] respondens, matrimonium petitum Febr. 27. concessit. At nuntii cum postulassent, ut sibi liceret puellam videre, misit rex legatos fide dignos pro sorore sua ad turrem Londoniarum, ubi sub vigilanti custodia servabatur. Quam reverenter apud Westmonasterium perducentes, in presentia regis puellam, vicesimum primum etatis agentem annum, speciosam[b], flore virginitatis insignitam, indumentis et moribus regiis decenter ornatam, nuntiis imperialibus exhibebant. At illi, cum in virginis inspectione visum aliquandiu recreassent et eam imperiali thoro dignissimam in omnibus iudicassent, confirmaverunt matrimonium, in animam imperatoris interposito iuramento, offerentes ei ex parte ipsius imperatoris anulum sponsalem. Quem cum in eius digito posuissent, pronunciaverunt, eam imperatricem esse Romani imperii, communiter dicentes: 'Vivat imperatrix, vivat!' Deinde cum legati ea que facta fuerant sub omni festinatione imperatori per fideles internuntios intimassent, post paschalem sollempnitatem misit archi- Apr. 8. episcopum Coloniensem[5] et Lovanie[6] ducem cum virorum nobilium multo comitatu in Angliam, qui imperatricem ad ipsum honorifice perducentes, matrimonium iam initiatum et ratum procurarent, ut in cognitione carnali fieret consummatum.

De[c] ornatu nupciali imperatricis et nobili apparatu. Erat autem istarum tantus apparatus nupciarum, quod quasi regias excedere divitias videbatur. Nam ad ipsius imperatricis dignitatem fabricata est corona opere subtilissimo ex auro purissimo et gemmis pretiosis, in qua sculpti fuerunt reges quatuor Anglorum martyres et confessores, qui a rege ad sue sororis anime custodiam sunt specialiter assignati. In anulis siquidem et monilibus aureis cum gemmis pretiosis decenter ornatis ac ceteris ornamentis lubricis, peplis sericis et lineis et rebus consimilibus, que oculos intuentium et animos rapere solent in concupiscentiam mulierum, ita decorata resplenduit, ut quasi impreciabilia viderentur; in indumentis autem festivis tam sericis quam laneis vel lineis diversi coloris et imperatrici[d] dignissimis adeo induta enituit, ut vix sciret ex multis qui eligeret, quibus in sui amorem imperatoris animum inclinaret. Lectus quoque ipsius in opertoriis et culcitris sericis diversi coloris cum varia supellectili et lintheaminibus ex syndone munda paratis tam sumptuosus extitit, ut sua mollicie in se quiescentes ad sompnum delectabilem invitaret. Vasa etiam omnia, tam vinaria quam fercularia, ex argento et auro erant purissimo; et, quod omnibus superfluum videbatur, olle omnes coquine, maiores pariter minores, ex argento fuere purissimo. Ad quorum omnium administrationem et custodiam tales deputati sunt ministri curiales, qui ipsi imperatrici et illius familie more regio ministrarent. Talibus autem et aliis multis puella a rege fratre suffulta honoribus et dotata muneribus remansit in custodia episcopi Exoniensis[7] et Radulfi filii Nicholai, regis senescalli, et aliorum virorum nobilium de domestica illius familia, comitantibus matronis nobilibus et puellis generosis, qui omnes curialiter eruditi ad imperatricis sufficiebant obsequium et conductum. Et his in hunc modum dispositis, rex in die sancti Iohannis ante portam Latinam apud Westmonasterium Mai. 6. tenuit sollempne festum cum archiepiscopo Coloniensi et ceteris nuntiis imperatoris. Et in crastino omnes apud Derteford[8] burgum iter arripiunt, rege comite cum magno comitum Mai. 7. ac baronum conductu. Equos autem tot ei et tales rex procuravit variis coloribus distinctos et suaviter portantes, qui sufficiebant ad imperatricis honorem, dum sessores suos sine

a) d. i. *P.* b) nimis *add. P.* c) *tria quae sequuntur capita alio modo rescr. P.* d) *sic* 1. 2.

1) Non exstant. 2) Minus recte; Febr. enim 22. datae sunt litterae de pacto matrimonio LL. II, p. 310. et Rymer I, p. 224; et Febr. 23. Henricus III. de hac re iam perfecta Iohannae sorori reginae Scotiae scripsit, Shirley I, p. 459. 3) Rymer ib. 4) Iterum minus accurate. 5) Henricum; ei commendavit Henricus III. sororem epistola ap. Rymer I, p. 225. Mirum, quod de s. Engelberto Albanenses nihil habent; v. quae de eo interfecto *Henrico regi Henricus de Zudendorf* scripsit ap. Shirley I, p. 274. De *Ricardo de Sudinctorpe, nuncio archiepiscopi Colon.* v. Rot. Claus. (a. 1224) I, p. 610. 634. 6) Henricum; de conductu imperatricis cf. Rymer I, p. 226; de terris quas rex tunc duci Lotharingiae dedit ib. p. 217. 222 sq. 7) Willelmi. 8) Dartford in com. Kent.

1235. pedum offensione quadam delectabili suavitate ferebant. Falerarum quidem tot eis erant varietates in sellis deauratis et subtiliter sculptis cum frenis deauratis et loris artificiose compositis, ut tam equos quam equites mirabiliter decorarent. Cumque per Rofensem civitatem ad abbathiam de Feveresham convenissent, inde apud Cantuariam profecti, ad sanctum Thomam archipresulem et martyrem orationis gratia pervenerunt; ubi completo devotionis obsequio, ad portum Sandwicensem[1] quasi tria equitum milia convenerunt. Imperatrix autem Mai. 11. et archiepiscopus Coloniensis cum ceteris viris nobilibus et matronis ad conductum eius assignatis 5. Idus Maii naves ingressi, velis patentibus sese pelago commiserunt. Nec lacrime defuerunt, cum frater a sorore, rex ab imperatrice discessit.

Quomodo imperatrix apud Coloniam venit. Navigantibus autem illis, Mai. 14. post tres dies et totidem noctes hostium Reni[2] fluminis intraverunt, et completo unius diei Mai. 15. et noctis cursu, apud Anevers applicuerunt, in terra scilicet iuri imperiali subiecta. Quibus applicantibus, occurrit innumera multitudo nobilium armatorum ad custodiam imperatricis ab imperatore transmissa, que diebus ac noctibus circa corpus eius diligentes excubias celebraret. Erant enim quidam ex hostibus imperatoris regi Francorum confederati, ut dicebatur, qui imperatricem rapere moliebantur, ut matrimonium impedirent. Occurrunt etiam presbiteri omnes et clerici ex regionibus circumpositis cum processione sollempni campanas pulsantes et cantica letitie modulantes; inter quos siquidem convenerunt omnes artifices et magistri cuiuscunque generis musice artis cum suis instrumentis, qui in omni Mai. 20. letitia nuptiali per viam quinque dierum imperatricem apud Coloniam[3] conduxerunt. Ubi cognito ipsius adventu, exierunt ab urbe in occursum eius ad 10 milia civium cum floribus et palmis ac festivis indumentis; qui in equis sedentes Hispanicis, ad agilem eos[a] cursum urgebant, dum hastas et arundines quas ferebant in manibus in alterutrum confregerunt. Talibus igitur[b] imperatrix comitata tripudiis, conduxerunt[c] eam per principales plateas civitatis contra ipsius adventum multipliciter adornatas. Sed cum illa cognovisset, quod omnes, et precipue nobiles matrone, que[d] in solariis sedentes faciem eius videre cupiebant, capellum ex capite demisit et peplum, ut universi liberum ipsius haberent aspectum; qui, oculis in eius inspectione aliquamdiu recreatis, laudaverunt eam multum ex hoc facto, pulcritudinem illius pariter et humilitatem plurimum commendantes[4]. Hospitata est[5] autem imperatrix extra muros civitatis propter tumultum eius, imperatoris ibi mandatum expectans[e].

Quod imperator imperatricem apud Warmesiam desponsavit. Tempore quo imperatrix apud Coloniam venit, imperator erat bellicis expeditionibus implicatus contra filium suum[6] sibi rebellem; sed pater contra eum tam copiosum conduxit exercitum, ut simul et semel castra 10 obsidione vallaret, in quorum uno fortissimo[7] cum filium obsedisset, ille patris severitatem metuens, exivit de castro, et corruens in terram coram ipso, eius misericordiam imploravit; sed ille sine misericordia vinculis filium constringi iubens, duxit eum secum apud Warmesiam[f, 8]; ubi cum illum sub arta custodia commendasset, misit pro Iul. imperatrice, ut ad eum veniret ibidem, postquam[g] apud Coloniam per sex ebdomadas moram protraxisset. Archiepiscopus autem Coloniensis et episcopus Exoniensis cum ceteris ad imperatricis conductum assignatis iter cum ipsa aggredientes, ad imperatorem eam in omni pompa ac nuptiali letitia septem dierum itinere perduxerunt; quo cum pervenissent, suscepit eos imperator in magna letitia et honore, quia supra modum sibi placuit inspectio puelle, quam natura speciali quodam studio decoravit. Desponsavit ergo puellam ibidem sollempniter imperator 13.[9] Kal. Augusti in dominica; que si multum ei placuit in specie

a) c. eos 2 *(sec. Wats)*. b) quidem 2. c) conduxerant 2. d) *sic* 1. 2. *P* 1; *delet Luard*. e) expectantem 2. f) Warmesciam 2. g) propter quem 2.

1) Apud portum Orwell decem naves quae Apr. 9. imperatricem transferrent ut paratae essent, Henricus III. brevibus ap. Rymer I, p. 225. mandavit; sed re vera apud Sandwich regem Mai. 7. 8. fuisse, probat Pauli III, p. 617. Mai. 3. scripsit rex de dote sororis, Rymer I, p. 226. 2) Potius Scaldis. 3) Mai. 24, Chron. regia Colon. 4) Fridericus II. scripsit *de prospero statu future consortis, que in Alamaniam quocumque transivit, omni populorum devocione recepta est;* ap. Ficker nr. 2098. 5) *In domo prepositi S. Gereonis per mensem,* Chron. regia Colon. 6) *Henricum* (VII) *regem Alemannie* add. Matheus. 7) Trifels. Haec minus accurate narrata disserunt Ficker p. 794; Rohden, 'Forsch. zur D. G.' XXII, p. 392. 410. 8) M. Iul. in. 9) Potius die dominica Iul. 15; dies Iul. 20. erat Veneris; cf. Ficker, nr. 2099a.

corporali, multo melius placuit in experientia thori, quam virginali puritate signatam[a] invenit. 1235. Nuptiis igitur diebus quatuor continuis magnifice celebratis, episcopus Exoniensis et ceteri qui cum imperatrice advenerant, ab imperatore licentia impetrata, ad Angliam cum gaudio sunt reversi. Misit ergo imperator regi Anglorum tres leopardos cum aliis donariis pretiosis, quibus regiones non abundant occidentales; cui etiam contra regem Francorum[1] consilium promisit et auxilium oportunum.

De generis nobilitate huius imperatricis. Erant[2] autem multi[b] in imperio Romano quibus nimis videbatur indignum, quod imperator tam potens et in omnibus divitiis[c] pollens, qui quasi dominus et moderator extitit[d] totius orbis, sororem duxerit regis Anglorum. Sed cum omnibus sit notissimum, quia[e] maior dignitas est esse genere nobilem quam divitem, sciendum est, huius imperatricis patrem fuisse regem Anglorum Iohannem, Henricum regem, qui nunc regnat in Anglia, fratrem, avunculos reges magnificos Henricum et Ricardum ac Britannie comitem Gaufridum[f]; hii autem reges generositate illustres dominabantur in Anglia et Hybernia, unde reges fuerunt, in Normannia et Aquitannia, unde duces, in Pictavia et Andegavia, unde comites, preter Turonicam et Cenomanniam, Berri et Arverniam[g], que ad eorum proprietatem spectare tenentur. In his quoque regionibus 7 archiepiscopos habuerunt cum regibus Scocie et Wallie, Hybernie et Monie insule subiectos, atque preter istos tot episcopos totque comites, barones ac milites, quod quasi innumerabiles reputantur. Mater[3] autem huius imperatricis istarum omnium[h] terrarum regina fuit, et due sorores illius una[4] regina Scotorum, et altera[5] Penbroc[i] comitissa. Amite quidem ipsius erant quinque, quarum primam[6] duxit rex Hyspanie Aldefonsus, de qua nata est Blanca Francorum regina, et[k] eius filius, qui regnat[l] in Gallia, Lodowicus; alteram[7] duxit rex[m] Sicilie Rogerus[*,8], et[n] tertiam[9] dux Saxonie Henricus, de qua natus est Otho, postea Romanorum imperator, et frater eius Henricus Saxonie dux et rex[10] tandem Terre Sancte. Quartam[11,**] duxit comes Tholosanus Reimundus, et quintam[12] comes Rotrodus Perticensis. His igitur et consimilibus[o] imperatrix attavis edita regibus, patrem, ut dictum est, habuit regem Iohannem, qui Hor. I. Carm. 1, 1. fuit filius magnifici regis Henrici, qui fuit filius Matildis quondam imperatricis, que fuit filia regis Anglorum Henrici senioris et Matildis regine. Hec Matildis filia fuit Malcolmi[p] regis Scotorum et sancte Margarete regine. Margareta filia fuit Eadwardi, quam genuerat ex Agatha, sorore[13] Henrici Romani imperatoris. Iste Eadwardus filius fuit[b] Eadmundi regis Anglorum qui Latus-ferreum dicebatur; cuius pater fuit rex Ethelredus[q], cuius pater rex Eadgarus pacificus, cuius pater rex Eadmundus, cuius pater rex Eadwardus primus, cuius pater fuit illustris rex Anglorum Alfredus. Huius genealogia in Anglorum historiis perducitur usque ad Adam primum parentem. Talibus autem imperatrix genitoribus[r] procreata, imperialibus nupciis in omnibus dignissima iudicatur.

Huc[14] usque scripsit cronica dominus Rogerus de Wendover[s].

Cernis completas hic nostro tempore metas,
Si plus forte petas, tibi postea[t] nunciet etas[u].

*) Willelmus *(ita corr. in marg. Math.;* Rogerus *in contextu P 1)*, qui prole caruit, et illam, dante rege Ricardo, duxit Reimundus comes Tholosanus *P*.

**) vel illam reginam Sicilie de qua predictum est, secundum quosdam *add. P 1*; Quaedam — Reim. et *des. P 2*.

a) signitam 2. b) *deest P.* c) p. d. *P.* d) tot. orb. extiterat *P.* e) quod *P.* f) Galf. *P.* g) Av. *P.* h) t. o. *P.* i) Penbrocensis *P.* k) de qua *corr. P.* l) regnavit *P 2.* m) S. rex *P*; rex *deest P 2.* n) et — nat. est *des. P 2.* o) predictis *add. P 2 in marg.* p) Malcolini 1. q) Etheldr. *P.* r) antecessoribus *P.* s) Wendovre *Coxe.* t) postera *(sec. Wats olim)* 2. u) *dimidia quae sequitur columna vacua relicta, sequitur pars quaedam Rogeri de Hoveden* 1.

1) Potius Fridericus II. epistola 1235, Apr. 25. Ludovico IX. data, matrimonium Anglicum amicitiae cum Francia olim contractae non obstare, asseveravit, Ficker nr. 2087. 2) Nihil nisi flosculus quo capitis initium exornetur. 3) Isabella. 4) Iohanna. 5) Alienora. 6) Alienoram, potius secundam. 7) Iohannam, potius tertiam. 8) Potius Willelmus II. 9) Matildam primogenitam. 10) Comes Palatinus cum Henrico de Campania confusus videtur. 11) Potius Iohannam a Willelmo viduam relictam. 12) Error; Mathildam, filiam Mathildae et Henrici Leonis, duxit Gaufridus III. de Perche. 13) Error; cf. supra a. 1155. 14) V. infra Math. Paris. Cron. a. 1235.

# EX MATHEI PARISIENSIS OPERIBUS.

*Matheus*[1] *Parisiensis*[2] *paullo*[3] *ante*[4] *a.* 1200. *e gente Anglica plebeia*[5] *prope Sanctum Albanum*[6] *videtur natus esse. Nomine illo gentili tunc in partibus mediae et orientalis Angliae complures homines utebantur*[7]; *et a.* 1297. W. de Parys archidiaconus S. Albani[8] *erat. Normannogallicam quidem linguam Matheus calluit*[9] *et tabulas nonnullas Gallice scriptas*[10] *operibus suis Latine compositis inseruit, neque umquam Anglico sermone*[11] *in litteris suis usus est. Tamen patrium*[12] *hunc dixit, et semper amore carae patriae gloriatus,* mores, *ait*[13], et gestus Anglorum, ecclesie, civitates et castra, fluvii et prata, silve et agri inter omnium regnorum delicias maxime comprobantur; *de Francorum lingua*[14], *ingenio*[15], *gente*[16], *regno velut de exteris peregrinisque locutus, 'Normannos natione*

1) Ita ipse et confratres semper scripserunt; semel tantum rubricator Cron. Mai. ed. Luard I, tab. 1. praebet *Mathias,* sed, littera penultima expuncta, superscr. *u.* 2) Ita p. 75, l. 10. Plerumque sigla *Par.* vel *Paris.,* raro (Cron. V, p. 43; rubra a. 1189) *[de] Parisius,* semel *de Parisio* occurrit. 3) De initiis Iohannis a. 1195. abbatis vel Iohannis a. 1199. regis nihil ipse meminit; a. 1254. et 1259. depictus (Cron. I, tab. 1. V, tab.) nondum senex apparuit. Scholam S. Albani fere a. 1190. non ipse novit: *Schola in burgo S. Albani tunc vix inveniretur in Anglia melior; quod testabatur Alexander* (G. abb. ed. Riley I, p. 196). Si a. 1214. adultus fuisset, vix Iohannem abbatem eo anno mortuum coram Gualone, demum ab a. 1216. legato, accusatum vel Willelmum, illius successorem, *interdicti tempore,* id est ante a. 1213. S. Albano praefuisse, confusis temporibus (ib. p. 252. 295), dixisset. Itaque verba de Guarino abbate (a. 1195. mortuo) Cron. II, p. 414. dicta: *ipse nobis enarravit* ad Albanenses in universum, non ad scriptorem referenda sunt. 4) Cf. supra p. 5, ann. 4. Iam fere de a. 1213. Cron. II, p. 564. haec tradidit: Roberto Londoniensi clerico *rex custodiam abbatie S. Albani concessit; hic abbatis ministros dilexit, quibus dicta, audiente Matheo qui et hec scripsit, enarravit.* De Iohanne abbate (a. 1214. mortuo) *meminimus, quod ordine retrogrado psalterium transcurrebat,* G. abb. I, p. 232. Si a. 1217, quo monachus factus est, 'adhuc adolescentulus' fuisset, vix Iohannem abbatem laudasset, quod fere a. 1200. *adolescentulum in monachum suscipere, quia impubes erat nec adhuc tante etatis, ut esset idoneus et acceptabilis, distulit,* G. abb. I, p. 223. 5) Parentes suos numquam commemoravit; *ignobiles et illegitimas in monachatum* admittendos esse (G. abb. I, p. 31), censuit; cum popularibus stetit. 6) Res Britanniae septentrionalis vel occidentalis rarius attigit. 7) Madden, Math. Hist. Angl. III, p. VIII. 8) Math. Lib. Addit. ed. Luard VI, p. 522. 9) Utpote qui cum rege et nobilibus conversaretur. 10) *Cartula Gallica lingua conscribitur, quia sic ad notitiam nostram pervenit,* Cron. IV, p. 591. Carmen 'Vie de Seint Auban' transcribi et Itinerario Hierosolymitano notas Gallicas inseri iussit; scuta 'heraldica' Gallicis vocabulis, adhuc in Anglia usitatis explanavit; cf. nomina Gallica principum Franciae V, p. 606; verba Cordeliae I, p. 31. 11) Perpauca tantum vocabula inde sibi usurpavit. 12) *Diem quam vulgariter Hokeday appellamus,* Cron. V, p. 281 (cf. p. 493. 676); *dracena id est loof* III, p. 29; *husting* II, p. 418; cf. a. 1249: *Constat necesse habere clericos in patria lingua [in Anglico idiomate* Abbr. cron. p. 309*] ad predicandum peritos,* H. Angl. III, p. 58. A. 1250, quod episcopi *idiomatis Anglicani ignari* electi sunt, vituperavit, V, p. 184. Gallica verba *gisarme, baleis* (Cron. I, p. 470. V, p. 324), *faudestol* ('faldstool = fauteuil', G. abb. I, p. 245) etiam apud Anglos tunc occurrunt. 13) Cron. V, p. 573. 14) Cron. V, p. 386: *in Gallica lingua 'recreant', verbum maxime offensionis inter eos;* V, p. 319: *vulgariter vomerulus, Gallice soket;* Hist. Angl. I, p. 386: *Gallice dixit.* 15) Cf. Cron. IV, p. 79: *fraudes Francorum et fallacias;* p. 407: *levitas more Francorum;* p. 630: *iuxta patrie sue consuetudinem Neuster magniloquus;* V, p. 151: *more Gallico reboans;* V, p. 263: *more Francorum iocaliter.* 16) Cron. IV, p. 210: *Nostri Anglici viderunt oloflammam regis Francorum;* Robertum Atrabatensem, cum Willelmus Longaspata recederet, dicentem fecit: *Nunc mundatur excercitus Francorum a caudatis* (Anglis; cf. SS. XXVII, p. 77), V, p. 134.

*alienos' vocavit*[1] *et de 'conquestu'*[2] *ut Anglosaxonum progenies iudicavit; Teutonicam autem linguam*[3] *gentemque*[4] *Anglis affines esse, plane persensit.*

*Num Parisios*[5] *vel praeter Norwegiam ullam terram externam*[6] *adierit, valde dubitarim. Universitates enim quamvis magni velut 'ecclesiae scholas'*[7] *aestimaret, tamen Cistercienses*[8] *et Mendicantes*[9], *quod 'studiis scholasticis rigorem ordinis monastici enervarent', reprehendit, neque magister*[10] *appellatus, neque argutias philosophicas*[11] *aggressus est. Forsitan igitur solam S. Albani scholam frequentaverit, ubi doctrina litterisque quae ex operibus ipsius prodeunt sane instrui potuit; certe a. fere* 1213.[12] *apud S. Albanum moratus est. Ubi anno* 1217, *ait*[13], ego frater Matheus Parisiensis habitum suscepi re[ligionis.[14]] die sanc[te[14] Ag]netis, *Ian.* 21. *Cum Willelmo tunc et Iohanne II. postea a.* 1235[15]—1260. *abbatibus amicitia coniunctus*[16], *ab hoc dignus, qui S. Albani Magna cronica continuaret et scriptorio, ubi complures*[17] *amanuenses codicibus exarandis operam dabant, per* 23 *annos praeesset, aestimatus est. Quo munere ita occupatus erat, ut a conventu, quem tantis libris aliisque*[18] *rebus pretiosis donasset, ullum officium perenne non acciperet. Sed vir* innumeris virtutibus plenus, *ut a postero confratre*[19] *praedicatur, etiam negotia domestica familiariaque administrare scivit, atque s. Benedicti disciplinam stricte secutus, ad eam apud monachos procul constitutos reformandam electus est.*

*Haco enim rex Norwegiae — cuius causas Anglicas iam a.* 1238. *Ricardus de S. Albano*[20] *curaverat — a.* 1245. *vel* 1246. *Matheo Parisiensi scripsit*[21], *ut Holmensis coenobii priorem, pecunias Romanae curiae solvendas ab usurariis Londoniensibus mutuatum, ad aes alienum tollendum adiuvaret. Quo negotio bene effecto, prior ille in Norwegiam reversus est. Tunc Willelmus episcopus Sabinensis, legatus apostolicus, Hacone a.* 1247, *Iul.* 29. *coronato*[22], *ab Holmensibus ad monasterium*[23] *reformandum advocatus, ut a papa visitatorem ordinis peterent, suasit*[21]. *Qui ab Innocentio IV. 'prout legatus papae*

1) Cron. V, p. 85; cf. excerpta a. 1192. 2) G. abb. I, p. 40: Milites S. Albani *pati iugum Normannorum dedignabantur*; p. 44: Frethericum abbatem *Angli Australes elegerunt capitaneum* (cf. supra p. 3, ann. 13); p. 62: Paulus abbas, *quod nullo modo potest excusari, tumbas antecessorum delevit, contempnendo eos quia Anglicos.* 3) Cron. V, p. 603: *Lingua Anglicana Alemannice consonat.* 4) Cf. ib. *originis communionem antiquam et novam.* 5) Vetus Templum Parisiense regis Francorum unicum palatium fuisse, opinatus, Wendoverii verbis (a. 1201): *Rex Iohannes Parisius in palatio regis [scil. in Veteri Templo] hospitatus est, rege Francorum sese alias recipiente* addidit: *sc. in V. T.* Qui error (cf. Géraud, 'Paris sous Philippe le Bel' p. 405) fortasse ex eo ortus est, quod a. 1254. Henricus III. elegit *Vetus Templum pro hospicio.* — Qui Matheum a. 1214. et [usque ad?] a. 1229. Parisiis moratum esse, contenderunt, argumenta non attulerunt, nisi id quod accurate de illa civitate multa retulit, e. g. a. 1254: *que loca sancta civitatis Parisiace rex Anglie visitaverit;* at nonne haec ab eodem teste qui eum de regum convivio certiorem fecit audiisse potest? 6) Inter monachos saepius tunc a S. Albano ad curiam Romanam missos noster non nominatus est neque locorum Lombardicorum situm novit. 7) Cron. V, p. 618; nimirum Parisiensem primam, Oxoniensem secundam posuit, cum etiam dioecesanus Robertus Grosseteste Oxoniensibus rationem discendi Parisiensem recommendaret. 8) Cron. V, p. 79. 9) IV, p. 280. 10) Monacho Ramseiensi infra p. 78, n, 5, qui titulum magistri ei solus attribuit, fides non habenda est. 11) Ne theologica quidem scripsisse videtur. Laudavit tamen Aristot. Meteor.; v. infra. 12) V. supra p. 74, ann. 4. 13) Necrol. Alban. ed. Luard VI, p. x. 270. 14) Codex mutilus. 15) Huic electo affuit; Cron. III, p. 308. 16) Benigne de eis iudicavit, quamvis Willelmus multos in conventu adversarios haberet. 17) V. diversas manus codicum et cf. G. abb. I, p. 192: *Abbas Simon duos vel tres electissimos scriptores continue in camera sua sustinuit. . . . Scriptorium quoque reparavit et quasdam laudabiles consuetudines in ipso innovavit, ita ut omnibus sequentibus temporibus debeat abbas qui pro tempore fuerit unum habere scriptorem specialem.* 18) Liber Benefact. Alban.; De anulis ed. Luard VI, p. 391. 19) Cont. G. abb. I, p. 394. 20) Litteris Henrici III. protectus est Iul. 15. ap. Rymer, Foedera I, p. 236. Fortasse hic Matheum Haconi commendavit vel *Laurentius abbas postea de Kirkestude in Lindeseia, per cuius manum Haco,* ut rex consecraretur, Innocentio IV. 30 mil. marc. tradidit; Cron. V, p. 222. 21) Cron. V, p. 43. 22) Cron. IV, p. 650; V, p. 230. 23) Ita Cron.; sed Abbr. cron. p. 300. universum ordinem s. Benedicti in Norwegia visitandum et reformandum curasse dicitur.

*suggesserat*[1]; *bullam abbati S. Albani Lugduni Nov.* 27. *datam*[2] *impetrarunt, ut Matheus eos 'in regularibus statutis' instructurus in Norwegiam mitteretur. Noster igitur a.* 1248. *medio Bergam*[3] *appulsus, litteris quas Ludovicus IX. Haconi de itinere sacro parando scripserat traditis, Holmenses visitavit*[5]; *sed singula de hac legatione ne in Cronicis quidem exposuit, immo, modestia monastica fortasse motus, capiti de hac re Historiae Anglorum inserto verba adiecit:* Ne curetur, *scil. a scribis opus transsumpturis*[6]. *Ab Hacone autem tunc donis*[7] *et consuetudine familiaris sermonis*[8] *honoratus est.*

*Neque nisi saepius claustrum reliquisset, hominum naturam moresque tam vere novisse et depingere potuisset. Revera a.* 1223. *vel postea Cantuariae*[9], *a.* 1251. *Wintoniae*[10], *plus semel Londinii*[11] *moratus est.*

*Henrico III. regi iam ante a.* 1247. *notissimus erat. Nam Oct.* 13, *Christi sanguine Westmonasterium translato,* dum rex sederet in sede regia, videns illum qui et hec scripsit, advocavit eum, dicens: 'Precipio, ut, te expresse et plenarie scribente, hec omnia scripto libro commendentur'; invitavit etiam ipsum ad prandium[12]. *Postea Matheus regem a.* 1250. libertatem de warenna in terra S. Albani cuidam militi concedentem imperterritus redarguit[13]; *a.* 1251. *eum, dum nuntium e Gallia reversum recepit, in palatio Wintoniensi*[14] *vidit*[15]. *Praeterea quandocumque rex S. Albanum adiit, id quod Matheus inter a.* 1244.[16] *et* 1258.[17] *decies*[18] *factum esse commemorat, interdum cum eo*[19], *saepe cum clericis aulicis familiariter collocutus est. Velut a.* 1257. rex in quadragesima continuavit ibidem moram hebdomadalem; et cum esset cum ipso continue in mensa, in palacio et in thalamo qui hec scripsit, direxit scribentis calamum satis diligenter et amicabiliter[20]; *tunc noster 'secretius' apud regem pro universitate Oxoniensi intercessit. Qui, aeque ac Alienora uxor*[21] *et Ricardus frater, S. Albanum regalibus donis amplificavit*[22], *etiam Matheum ipsum largis muneribus honoravit*[23]. *Quamvis autem multis praemiis eum ut principem regni sui scriptorem ornaret et ad quasdam operis partes litteris tradendas ipse induceret adiuvaretque*[24], *tamen nec titulo officiove 'historiographi*[25] *regis' eum insignivit*[26], *nec 'communi*[27] *decreto Albanense coenobium prae caeteris quasi thesaurus fuit, ubi reponerentur historica gesta regni'*[28].

1) Abbr. III, p. 304, ubi Cronicis et Historiae singula nova addita sunt. 2) Cron. V, p. 44; Hist. Angl. III, p. 40, ubi Matheus non solum ad Holmenses, sed *missus in Norwegiam ad reformandum ordinem in cenobiis Nigri ordinis* dicitur. 3) Cron. V, p. 36. 4) Ib. IV, p. 651 sq. 5) Ib. V, p. 45. 6) Caput deest Matthaeo Westmonasteriensi. 7) De anulis VI, p. 391. 8) Germanicum imperium sibi a papa oblatum esse, rex ei narravit; Cron. V, p. 201. 9) Hist. Angl. II, p. 260. 10) Cron. V, p. 254. 11) Inter annos 1233. et 1243; IV, p. 644; V, p. 43; Hist. Angl. II, p. 359. Locos civitatis bene novit; v. Luardi indicem s. v. *London.* 12) Cron. IV, p. 644. 13) Ib. V, p. 130. 14) Ib. p. 254. 15) Sed de Henrici III. et Scottorum regum nuptiis, de Hayles et Tynemouth monasteriis fortasse ex testium relationibus narravit. 16) Iun. 11. et Dec. 21; Cron. IV, p. 358. 402. 17) Nov. 22; Cron. V, p. 724. 18) A. 1250; v. ann. 13. A. 1251, Apr. 2. Sept. 15; Cron. V, p. 233. 257. VI, p. 389. A. 1252, Aug. 23; Cron. V, p. 319. VI, p. 390. A. 1255, Mart. 9; Cron. V, p. 489. A. 1256, Aug.; Cron. V, p. 574. A. 1257; v. ann. 20. 19) Hist. Angl. II, p. 454: *De feretro s. Aedwardi Henricus III. expendit centum milia marcarum, prout hec scribenti cum iuramento affirmavit; hoc ut dixit rex.* Cf. Cron. V, p. 329: a. 1252. *nebulonem infatuatum, ioculatorem regis, vidimus lapidantem regem in pomario S. Albani cespitibus et pomis.* 20) Cron. V, p. 617; rex ei tunc electores Alemanniae nominavit, p. 604; cf. VI, p. 345. 389. 21) Cron. V, p. 654. VI, p. 391. Edwardus (postea I. rex) S. Albanum (non Matheum) donavit; Cron. V, p. 320. VI, p. 390. 22) Cron. V, p. 489: *Numquam aliquis rex Anglie, immo nec omnes, tot contulerunt pallas sicut solus Henricus III.* Cf. Cron. IV, p. 402. V, p. 233. 257. 319. 574. 617. VI, p. 345. 389 sq. 23) Cron. VI, p. 391. 24) Cf. supra n. 20. Hist. Angl. III, p. 8: A. 1246. *Comes Sabaudie Amideus fecit hominium regi Anglorum. Hec et alia eo fiducialius scripsi, quo ex precepto regis accepi.* 25) Cf. de hoc munere Madden I, p. XIII. 26) Ita Bale, Illustr. M. Brit. SS. a. 1557, Cent. 4, Scr. 26, et multi posteri. Sed neque ulli regis expeditioni interfuit Matheus, neque tam proterve in Henricum III. eiusque familiam invehi potuisset, si ab aula regis scriptor rerum designatus fuisset. 27) Verba M. Parker archiepiscopi praef. ed. a. 1571, postea saepe ab aliis repetita. 28) Ex

*A. fere* 1255.[1] *mentis et ipsius manus vigor Matheo paullatim deficere coepit. Postremos suos annales* 1254—1259. *ne corrigendo retractaret, morte praeventus, Cronica clausit narrata* dampnacione Walteri de Scotinny, *qui* apud[2] Wyntoniam 7. Kal. Iunii suspensus est. *Mense igitur Iunio vel postea eodem a.* 1259. *diem obiit Matheus. Utraque quae exstat imago*[3] *eius, altera*[4] *c. a.* 1254, *altera*[5] *ab alio*[6] *artifice paullo post mortem picta exhibet staturam proceram et bene figuratam, vultum benignum, faciem prudentem.*

*Contra consuetudinem scriptorum qui tam ingentem librorum molem medio aevo composuerunt Matheus solam historicam disciplinam spectavit. Opera autem eius sunt: I. Cronica Maiora, II. Historia Anglorum, III. Liber Additamentorum, IV. Gesta abbatum S. Albani, V. Vitae quorundam Anglorum, VI. Tabulae situs terrarum et arma in scutis principum nobiliumque picta, VII. Abbreviatio cronicorum, fortasse minus recte ei attributa.*

*I. Ex Wendoverii opere rubram quidem:* Incipit prologus in librum qui Flores historiarum intitulatur *retinuit Matheus, non vero eo nomine, sed Cronica magna*[7] *sive maiora*[8] *sive S. Albani*[9] *hunc librum, omnium praestantissimum, laudavit*[10]. *Fortasse ipso a.* 1235[11], *quo Wendoverius calamum deposuit, certe ante a.* 1239[12], *historiam eius continuandam aggressus est, minime ut tiro artem historicam paullatim addiscens, sed vir qui primis* 15 *inde sequentibus annalibus optima quae efficere potuit consecutus est. Pleraque, simulatque memoria digna comperta habuit, statim litteris mandavit; velut de a.* 1244.[13] *ipso tempore, de a.* 1245.[14] *iam a.* 1246 *in., de a.* 1246.[15] *ante a.* 1247 *med., de a.* 1252[16] *ex. ante a* 1254 *ex., de a.* 1253 *ex. ante a.* 1258.[17] *narravit. Sed commentarios adversariaque, ceratis fortasse tabellis servata, non ita confestim a scriba in membranas transferri iussisse videtur. In ipso enim codicis archetypi contextu (ut de iis quae in margine addita sunt sileam) certa capita inveniuntur quae demum aliquanto post tempus annalium quibus inserta sunt componi potuerunt; velut annales* 1240.[18] *post ver a.* 1242, 1247.[19] *post a.* 1248, 1251[20] *sq. non ante a.* 1253 *sq.*, 1253 *in.*[21] *post a.* 1254 *med. absoluti sunt*[22].

rotulis regni publicis, ubi tantulae minutiae commemorantur, nulla adhuc mentio scriptorii Albanensis vel Mathei vel Wendoverii ab antiquariis excerpta est. Eorum qui in lucem prodierunt indices frustra perscrutatus sum. 1) Velut parliamenta a. 1258. habita minus accurate descripsit. 2) Ann. Teokesbur. ed. Luard I, p. 167. Etiam Castellanum a. 1259. in. Romae senatu deiectum esse (Cron. V, p. 743), vix ante m. Iun. scripsisse potest. 3) Utramque socorditer imitati sunt qui tabulas editioni Wats et versioni Giles praefixas metallo excuderunt. 4) Ap. Luard I, tab. 1. 5) Ib. V, tab. 6) Id e diverso modo quo vestis plicatura redditur concluserim. 7) Hist. Angl. a. 1167. 8) Ib. a. 1178; Abbr. cron. a. 1095: *Historia prolixa.* 9) Hist. a. 1151. 1170. 10) Quodsi in Hist. Angl. locis rasis a. 1215. lectorem ad *Historiam de gestis regum* et alibi ad alios titulos remisit, ubi tamen Cronica S. Albani dixit, quorum nomen adhuc fere sub rasura legi potest, ne haec in suo monasterio ab aulicis quaererentur, cavisse mihi videtur. 11) Postremum iam Wendoverianum annalem Matheo deberi, supra p. 10. refutavi; sed hunc illi nescio quo modo astitisse, certis argumentis nec contendi nec negari potest. 12) III, p. 340: A. 1236. *Rex liberis caret, et uxor utrum sit fecunda, ignoratur.* 13) IV, p. 374: *Qualiter pro hac presenti contribucione pacta adimplebit rex, noverit Deus.* 14) V. excerpta de papa frustra petente, ut Henricus Raspo rex Alemannie eligeretur. 15) V. ib.: *Henricum videri multis inexpugnabilem.* De a. 1240. narravit ante a. 1250: *Ricardus et comes Tolosanus sunt consanguinei,* IV, p. 45. 16) V, p. 354. vocatur Ludovici IX. *peregrinacio irreditura: proposuit ibidem morari et mori.* 17) V, p. 408: *Ei narravit qui hoc scripsit Iohannes Crachale, inter episcopales non ultime auctoritatis,* qui a. 1258. regis thesaurarius creatus est. A. 1259 in.: *ignoratur an Ricardus rex iuraverit,* id quod paullo post comperit auctor. 18) V. excerpta: *de spe per Isabellam aliter contigit.* 19) Ibi exstat epistola Bergae aperta, v. supra p. 76, ann. 4. 20) V, p. 222: In Dacia *Christophorus nunc regnat;* p. 318. commemoratur bulla d. 1253, Nov. 23, VI, p. 260; cf. V, p. 264. 21) V, p. 361: *Papa regis Anglie simplicitatem circumvenire prevaluit,* scil. ut regnum Siciliae ab Edmundo, filio regis, acciperetur. 22) Sed nec verba Ricardo (postea regi) a. 1239. dicta: *Princeps orbis profuture* post a. 1256, nec caput de Henrico Raspone a. 1243. electo post a. 1246. Matheum scripsisse, putarim; cf. quae excerptis annotavi.

*Etiam ipsum codicem ab amanuensibus pure exaratum iterum atque iterum inter lineas, schedulis minutis contextui priori glutine superfixis locisque rasis emendavit et notis marginibus inscriptis foliisque insutis adauxit; inter quae additamenta non pauca multo post annos quibus subiuncta sunt adiecit*[1].

*Cum auctor Norwegicam legationem suscepisset, in annalibus* 1248 *sq. tenuiorem telam texuit; tunc a.* 1250. *epilogo subiuncto*[2], *primam operis editionem terminavit; quo anno codex* 2, *eo fere tempore ex* 1 *transsumptus, desinit. Deinde codici* 1, *fortasse postquam opus scribendum per duos fere annos intermisit*[3], *tres sequentes annales addidit et simul priorem partem iterum retractavit; itaque, annali* 1253. *finito, Cronicorum volumen secundum et Historia Anglorum desinunt. Postremo tertio volumine Matheus* ad finem vite sue Cronica redegit[4]. *Quod ob verba omissa, sententias falso constructas, capita bis vel ter repetita, res confusas ac turbatas garrulosque sermones prioribus operis tomis inferius ab omnibus criticis habitum, quin Matheo deberetur, Hardy dubitavit*[5]. *Tamen eodem modo quo in prioribus in hoc quoque volumine auctor res tam ample collegit, vivide narravit*[6], *acriter iudicavit, ut, quamvis viribus senesceret et quae velocius scripserat ne corrigere quidem ubique posset, integro operi usque ad a.* 1259. *sui ingenii notam imprimeret. Quod ipse socius primusque continuator Mathei*[7], *licet eius annalium formam speciemque imitatus, longe aberat ut aequaret.*

*Archetypo ex Wendoverio (usque*[8] *ad a.* 1195. *characteribus c. a.* 1230. *ubique in Anglia usitatis, deinde per Mathei socios) usque ad a.* 1213. *exscripto, Matheus*[9] *omnia quae illi addenda habuit postea interposuit. Quae ante Iohannis regnum non multa erant, sed cum paullatim, ubi auctor suum aevum attigit, accrescerent, inde ab annali* 1213. *prius in adversariis iam perditis additamenta sua Wendoveriano operi interspersit, antequam narrationem ita mutatam amanuensibus in cod.* 1 *transcribendam mandaret. Opus a scribis absolutum, aut Wendoverio aut iis quos iste adhibuit libris*[10] *collatis, sua manu correxit, nonnumquam autem, cum locum male intellectum suo arbitrio mutaret, depravavit. Interdum nomina auctorum a Wendoverio adhibitorum apposuit*[11]. *Integra capita e Floribus historiarum duo*[12] *tantum prorsus omisit. Etiamsi res secundum Wendoverium narratas postea alio vel meliore modo compertas habuit, plerumque*[13] *eas bis*[14] *afferre quam illius laborem reiicere maluit. Eius ordinem auctariis suis interdum turbavit, menda erroresque etiam*

1) I, p. 206, a. 465: *Hoc adimpletum a. D.* 1189. Historiolam de Simone Tornacensi a. 1201. insertam (v. excerpta) post a. 1241, in marg. a. 1241. Iacobum Praenestinum (a. 1244. mortuum; v. ib.) obiisse, ad calcem a. 1233, III, p. 251, de Huberto de Burgo (a. 1243) mortuo scripsit. 2) V. excerpta; ex hoc epilogo Matheum a. 1250. desinere, Iohannes de Wallingford Albanensis (de quo v. infra) et Iohannes de Oxenedes p. 184. opinati sunt. 3) V. supra p. 77, ann. 21. 4) Cont. G. abb. II, p. 395. 5) 'Descr. Catal.' III, p. 154, ubi verbum *ascribere* male intellexit. Ex locis Cron. V, p. 604. 617. Matheum luce clarius auctorem prodire, iam 'N. Archiv' IV, p. 21. probavi. Cf. operis colophonem inter excerpta; Ramseiensem monachum coaevum (ap. Halliwell, Will. Rishanger, p. XXI): *Usque ad* 42. *a. regni sui* (Henrici III. = 1258) *si quis scire gesta voluerit, mag. Mathie monachi de S. Albano cronica digesta requirat.* (Ex eo quod Parker editor a. 1259, res a. 1260. gestas aliunde inserens, interpolavit, dubitationem illam ortam esse, censet Luard V, p. XVII). 6) Eisdem quoque flosculis qui veteribus decerpti sunt orationem exornavit. 7) Cui Matth. Westmonaster. a. 1259—1264. debentur. 8) De initio operis ad a. 231. et annalibus 1045—1065. a Wendoverii codicibus diversis v. supra p. 19. 9) Omnia quae in cod. 1 in marg., in locis rasis, inter lineas, in foliis agglutinatis inveniuntur quin Matheo debeantur, nemo est qui dubitet. A. 622. loco raso (I, p. 271) lector remittitur ad a. 1236, ubi eadem manus vice versa ad illum a. 622. refert. 10) Velut Galfrido Monmouthensi, cum Will. Malmesbur. conglutinato in cod. Reg. 13 D V, cui Matheus notas in marg. apposuisse dicitur; Madden III, p. XXVII. 11) Velut a. 1110: *secundum rotulum cancellarii.* 12) A. 1193. 1229; supra p. 38. 65. 13) Attamen cf. a. 1234: *De morte Marescalli* caput plane a Wendoverio diversum. 14) Cf. III, p. 28. 88.

*per saeculi XIII. annales raro correxit, primam personam de se locuti retinuit*[1], *nomen semel tantum in margine a.* 1235. *laudavit, ubi, postrema eius sententia, tamquam media abrupta fuisset, quibusdam verbis adaucta neque ullo intervallo interposito, eius opus continuare coepit. Quae confratris erant a suis distinguere, non erat mos scriptoris monastici.*

*Libri e quibus Matheus additamenta hausit alii iam priori auctori usui fuerant, scilicet Sigebertus*[2], *Florentius, Malmesburiensis, Huntingdoniensis, Robertus de Monte, Willelmus Tyrius, Dicetensis apud S. Albanum adauctus, Coggeshalensis; alii a Wendoverio nondum adhibiti erant, scilicet Annales Normannici*[3], *Southwarkenses*[4], *Vitae s. Magdalenae auct. Rabano, Mahometi*[5], *s. Aelfegi (a.* 1012*), s. Thomae*[6] *auct. Herberto, s. Francisci cum Minorum regula*[7] *a.* 1227, *oratio de Veronica (a.* 1216*), Alexandri III. instructio Iconium missa (a.* 1169*), bullae Innocentii III*[8], *Honorii III*[9], *Gregorii IX*[10], *epistolae Geroldi Hierosolymitani (a.* 1229[11]*), conventus S. Albani a.* 1235. *Romam missa, regni Angliae assisa panis a.* 1202, *appendix Magnae chartae a.* 1215, *vaticinium Sibyllae*[11], *epitaphia Ricardi I. et Iohannis regum versusque de Karoli Magni donis (a.* 775[11]*), de Honorio III. papa*[11], *de matrimonio Falcasii*[12], *Henrici de Abrincis*[13], *Gervasii de Melkley*[14], *Rogeri de Insula (a.* 1219*), monachi Dunelmensis (a.* 1226*), scholarium Parisiensium (a.* 1229[11]*), Friderico II. de Messina capta (a.* 1229[11]*) ascripti.*

*Litteras autem perditas (praeter scripta aliqua Albanensia*[15] *et Notitiam*[16] *de coenobiis in Anglia fundatis) usque ad a.* 1200. *nullas exscripsisse videtur. Econtra viva voce narrata multa quae alibi frustra quaesieris iam annalibus ante a.* 1200. *inseruit. Sunt relationes monasticae de ss. Olavo*[17], *Waltheovo*[18], *Thoma*[19], *Ricardo rege*[20], *legendae de Leone III. et Alexandro III. papis*[21], *historiolae Romanenses de Mathilde imperatrice*[22] *et Eleonora Aquitana*[23] *adulteris, fabulae populares*[24] *de Willelmo II. rege*[25] *et de Mathilde II. regina. Haec Matheum ex incertis rumoribus accepisse, recte statuere mihi videor, cum quaedam*[26] *in Historia Anglorum secus atque in Cronicis retulerit. Inter quae aliquas insulsas fabellas, etiam illi aevo credulo reiiciendas, tradidit, quare ut in antiquis gestis vera indagaret ne studuisse quidem videtur. Ad Wendoverii narrationem vivido colore exornandam, saepe singula verba, etiam in ipsis documentis tabulisque*[27], *lepidiore sermone conscriptis permutavit vel nova addidit, interdum vel orationem rectam*[28] *vel diversarum rerum nexum*[29] *con-*

1) III, p. 368. 2) Hunc II, p. 11, a. 1066. laudavit *Eusebium*, qui in codice Albanensi (cf. supra p. 11, n. 14) forsitan praecesserit. Sed etiam loco ex Hist. Dunelmensi sumpto apposuit: *Hec ex historia Eusebii.* 3) II, p. 11. 4) Cf. SS. XXVII, p. 430. 5) A. 622; cf. a. 1236. Haec vita affinis formae a Iacobo de Vitriaco receptae, fortasse exstabat in libro, *in quo Mirabilia Orientis et lex Machometi continentur, quem . . . tulit episcopus Wintoniensis P[etrus] de Terra Sancta, quem vix qui hec scripsi ab eodem impetravi;* Hist. Angl. I, p. 163. 6) Hist. Angl. et Abbr. cron. a. 1164. 7) *Primordia et regule in libris* (Franciscanorum) *plenius conscribuntur;* Hist. Angl. II, p. 299. 8) Potthast, Reg. nr. 225. 2618. 4963. 9) Ib. nr. 5406; alibi non exstat. 10) Ib. nr. 9062 (e nostro solo nota). 9525. 11) V. excerpta. 12) IV, p. 323. 13) III, p. 43 sq. 189 sq. 391. VI, p. 62; cf. quae de hoc Friderici II. poeta aulico exposui 'N. Archiv' IV, p. 23. et 'Westdeutsche Zeitschr.' 1879, p. 336. 14) III, p. 43. IV, p. 493; cf. 'Anglonorm. GQ.', p. 322; Stubbs, Gervas. Cantuar. I, p. XXXVII. 15) Velut *rotulus abbatis* laudatur I, p. 100; cf. a. 1088. de Belvoir cella fundata; a. 1178. de Amphibalo invento. 16) Ad tale opus (cf. supra p. 12, n. 11) recedere videntur notae de Burton et Ramsey a. 1002 sq. De Reading Matheus et Continuator I. Albanensis (a. 1136, ap. Hardy III, p. 439) fortasse legerunt Ann. Rading. (perditos, affines ed. 'Anglonorm. GQ.' p. 9). 17) A. 1030; ubi ea quae non ad Florentium recedunt in Norwegia audiisse potest. 18) A. 1084; traditio Croylandiae. 19) A. 1170; de Simone abbate S. Albani agitur. 20) A. 1196; v. supra p. 74, ann. 3. 21) V. excerpta a. 799. 1177. 22) Cron. I, p. 204. 23) A. 1150. 24) A. 1100 sq. 25) Cf. etiam Hist. Angl. a. 1099. 26) Cf. a. 1101. de Roberto duce Normanniae ab Henrico I. excaecato. 27) III, p. 146. 269. 28) Henrici I. a. 1106. 29) II, p. 131: *Willelmus* (II) *pecuniam extorsit, asserens, se eam Roberto, fratri, Deo militanti per*

*fingens adinvenit vel acerrima iudicia de rebus narratis adiecit*[1]. *Nec raro velocius corrigens in errores incidit*[2]. *Itaque auctarium usque ad finem saec.* XII. *non magni aestimandum est.*

*Econtra inde a Iohannis regno Matheus addidit instrumenta tabulasque*[3] *summi pretii et narratiunculas*[4], *ut salse dicta*[5], *quae, si veritatem excedunt, tamen in aequalium animis quasi e sincero nucleo excreverunt. Inter quae capita de Iohanne rege a.* 1199. *electo et a.* 1213. *Maroccanis*[6] *conciliato, ut a nullo auctore coaevo confirmata, a viris doctis prius in dubium vocata, nuper*[7] *partim rata ducta sunt. Etiam minuta quae hic illic Wendoverii sermoni interspersit non iam vana verba sunt, sed quae res ipsas explanant et illustrant, ut certa nomina, acerrima*[8] *iudicia in mores hominum, imprimis regis et papae, prolata. Quae etsi demum* 30 *vel* 40 *annis post res gestas nec sine nimio studio reddita sunt, merito magni penduntur ut sincerae sententiae arguti viri, qui primus, quanti intersit ut regis arbitrium legibus a populo constitutis coerceatur, e posterioribus procellis civilibus plane intellexerit; unde Matheus per Iohannis regnum Wendoverii non tam interpolator quam interpres dici potuit*[9]. *Postea eum usque ad finem secutus, ab a. fere* 1229. *ita librum modo ampliavit, modo retractavit, ut iam auctor coaevus qui nihil quod non ipse sponte probaverit ab alio repetat inter omnes putetur.*

*Post a.* 1235. *nihil ex ullo historico*[10] *opere hausit. At tam immensam copiam litterarum quae non ad posteros edocendos, sed ad causas negotiaque tunc agenda instructae erant congessit, ut, si ipse nihil adiecisset, optime tamen ob eas servatas*[11] *de historia meritus dicendus esset. Quarum principes sunt hae: bullae*[12] *Gregorii IX.* 15[13], *Innocentii IV.* 65, *Alexandri IV.* 13; *litterae cardinalium collegii a.* 1243. *et singulorum*[14]; *Othonis legati et Petri Rubei*[15], *Iohannis*[16], *Berardi*[16], *Petri de Northampton, Rustandi*[17], *nuntiorum apostolicorum in Anglia; Godefridi poenitentiarii papae a.* 1237; *patriarcharum Roberti Hierosolymitani a.* 1244. *et Germani Constantinopolitani de schismate Graecorum*[18]; *cleri Anglicani*[19] *et provinciae Cantuariensis*[20]; *archiepiscoporum Bonifacii Cantuariensis*[21], *Conradi Coloniensis*[22], *Iohannis Messanensis a.* 1257, *Petri Russiae a.* 1244; *episcoporum Willelmi Aurelianensis a.* 1252, *Ricardi Cicestrensis*[23], *Nicolai Dunelmensis*[24], *Hugonis Elyensis*[25], *Herbipolensis aliorum a.* 1239, *Roberti Lincolniensis*[26], *Rogeri*[27] *et Fulconis*[28] *Londoniensium,*

*Templarios(!) transmissurum;* Hist. Angl. a. 1095: *Urbanus, Anselmi admonitus prudentia, apud Clarum-montem concilium tenens.* 1) Cf. puerilem altercationem in Mahometum I, p. 271. 2) Cf. Luard III, p. XI. 3) V. supra p. 79. 4) Puerorum expeditionem sacram a. 1213; visionem Falcasii a. 1217; cf. V, p. 323. 5) Iohannis regis de Galfrido iusticiario mortuo a. 1213; Philippi II. de Marescallo proditore a. 1217. 6) De bello eis non inferendo v. Iohannis chartam (Rot. Claus. ed. Hardy, p. 1. 5) a. 1201. datam: de custodia terrarum S. Albani a. 1208. Roberto de Londonia (quem Matheus huius rei auctorem laudavit) commissa ib. p. 81. 7) Cf. Stubbs, Walt. Coventr. II, p. XIII. XXVIII. 8) Consulto omisit verba in laudem Falcasii dicta III, p. 18. 9) Stubbs l. l. p. LXXXII. Quae mutavit vel leviora addidit, excerptis nostris Wendoverianis in notis addita sunt, ideoque nunc omissa. 10) Nisi forte ad priora tempora lectorem remisit; velut a. 1236. Vitam Mahometi (cf. supra p. 79, ann. 5), a. 1240. de Tartaris locutus Petrum Comestorem, V, p. 268: 'Cronica', p. 324: Acta apostolorum spuria laudavit. 11) Etiam Hist. Angl. et Libri additamentorum instrumenta post a. 1235. data hic comprehendo. 12) Enumeravit eas Luard VII, p. 38. 231. 319; qui, regestis Vaticanis VI, p. 478. collatis, ex Alexandri bullis nullam, ex Innocentii tantum 12 invenit; Vaticanae lectiones quae a Matheo variant plerumque, sed non semper (cf. IV, p. 445) melius sonant. De tabulis ante Mathei aevum datis, sed eius iussu transscriptis v. quae infra de Libro additam. dicam. 13) Omissa est bulla a. 1241, Mart. 6. abbati S. Albani data (ap. Gerv. Cant. cont. II, p. 192), fortasse ne conventus Cantuariensis offenderetur. 14) Iohannis de Columna a. 1237; Ottonis Portuensis a. 1244; Reinerii de Viterbio a. 1249. 15) A. 1241. 16) A. 1247. 17) A. 1256 sq. 18) A. 1240. 1246. 19) A. 1237. 20) A. 1246 sq. 21) A. 1244. 1249. 22) A. 1241. 1257. 23) A. 1247. 1250. 24) A. 1241. 1247. 25) A. 1235; G. abb. I, p. 514. 518 sq. 26) A. 1246. 1252 sq. 27) A. 1235; G. abb. I, p. 514. 518. 28) A. 1250.

*Benedicti Massiliensis a.* 1249, *Walteri Norwicensis*[1], *Ricardi Saresberiensis*[2], *Ungari cuiusdam a.* 1240[3], *Willelmi Wintoniensis a.* 1244; *capituli et Henrici decani Lincolniensis*[4]; *Michaelis archidiaconi de Stow a.* 1247; *decanorum Herefordensis a.* 1256, *Martini*[5] *et Walteri*[6] *Londoniensium, Iohannis Wellensis a.* 1247; *Philippi Praedicatorum provincialis in Terra Sancta a.* 1237; *Iordani vicarii Minorum in Polonia de Tartaris*[7]; *abbatum Angliae a.* 1246, *de Aberconway a.* 1244, *Radulfi de Bello (a.* 1256?*), Thomae Eveshamensis a.* 1254, *Iohannis Gloucestrensis a.* 1252, *Iohannis Pontiniacensis a.* 1244, *F. S. Mariae in Ungaria de Tartaris*[8]; *priorum Ricardi Binhamensis*[9] *a.* 1244, *Iohannis Neuburgensis a.* 1254; *magistrorum Templi Hermanni*[10] *et Willelmi a.* 1249, *Nicolai Templarii a.* 1249; *Guillelmi magistri*[11] *et Iosephi thesaurarii Hospitalis a.* 1252; *magistri S. Thomae Acconensis a.* 1257; *Walteri de Ocra*[12]; *Laurentii Albanensis a.* 1239; *Ivonis Narbonensis*[13]; *I. cancellarii aliorumque de proelio ad Mansuram a.* 1250. *commisso; nuntiorum a S. Albano a.* 1256.[14] *ad papam missorum; constitutiones concilii Lugdunensis a.* 1245, *Othonis legati in Anglia a.* 1237, *statuta de Benedictinis Angliae*[15]; *errores Parisiis a.* 1243. *condemnati, Ioachim abbatis et Euangelii aeterni a.* 1256; *vaticinia Cisterciense a.* 1239, *(Pseudo-)Hildegardis de Mendicantibus a.* 1243[16], *de papa et imperatore a.* 1239[16], *de fine mundi a.* 1245; *orationes de s. Edmundo Cantuariensi*[17]; *liber provinciarum ecclesiae Romanae*[18]; *bullae paparum*[19], *chartae regum aliorumque de donis et privilegiis S. Albano vel eius cellis*[20] *collatis, de monasterii actionibus, litibus 'concordiisque'; versus*[21] *Radulphi de Necton a.* 1251, *in Willelmum de Haverhill a.* 1252, *in Lambinum a.* 1256, *in Ricardum Cornubiensem a.* 1257, *in Francigenas parasitos a.* 1258. *etc.*

*Saecularium hominum litterae vel chartae quas Matheus ad annales* 1236—1259. *componendos vel recepit vel adhibuit sunt: Friderici II*[22], *Conradi IV. et Henrici filiorum eius*[23], *Henrici Rasponis*[23], *Ricardi Cornubiensis*[24] *postea regis*[23] *et Sanchiae reginae Romanorum*[23]; *Ludovici IX, Roberti fratris, Blancae matris eius a.* 1249, *nobilium Francorum contra hierarchiam a.* 1247; *Guidonis 'militis Melunensis' a.* 1249; *Henrici III, Alienorae reginae; baronum Angliae*[25] *et Pictaviae a.* 1242; *officialium regis a.* 1245; *Roberti comitis Legriae*[26], *vicecomitis de Hertford, Rogeri senescalli Cestriae; excerpta e rotulis*[27] *et consuetudinario scaccarii a.* 1236; *acta parliamentorum*[28]; *statuta regni*[29]; *confirmatio Magnae Chartae a.* 1253; *inquisitiones forestarum a.* 1244. *et ballivorum a.* 1258; *tabulae de malefactoribus in parcis a.* 1246, *de iuratis ad arma a.* 1253, *de servitio militari feoffatorum a.* 1259; *homagia Scotiae*[30] *et Walliae*[30]; *litterae Saleh Nodgemeddin sultani Aegypti a.* 1246.[23] *et Kani de Katai a.* 1249; *Philippi potestatis Parmae a.* 1248[23]; *Caursinorum forma obligandi debitores a.* 1235. *etc.*

*Praeter quas tabulas aut integre receptas aut excerptas aut saltem laudatas Matheus, cum res etiam in terris externis quando et ubi gererentur accuratissime notaret, alias litteras iam perditas non paucas legisse videtur. Qui*

1) A. 1246. 1253. 2) A. 1219; G. abb. I, p. 275. 3) VI, p. 75, minime a. 1242; excerpta a. 1241. 4) A. 1241. 1253. 5) A. 1228; G. abb. I, p. 278. 6) A. 1255. 7) VI, p. 80 sqq. 8) Ib. p. 78. 9) Ib. p. 85 sqq. 10) A. 1240. 1244. 11) A. 1244. 1251. 12) V. excerpta a. 1246. 13) Ib. a. 1243. 14) VI, p. 325. 15) A. 1238. 1249. 1253. 16) V. excerpta. 17) VI, p. 126. 18) Ib. p. 446. 19) Ib. p. 40. Permultae sunt Clementis III, quarum fere nulla ap. Jaffé, Reg. pont. exstat. 20) Velut Tinmouth a. 1248. 21) Cf. supra p. 79, ann. 13. 22) Ficker, Reg. nr. 3129 (deest Matheo). 3139. 3495. 3541. 3551. 3668. exstant in cod. Musei Brit. Hargrave 313, fortasse transcriptae ex Libro rubro scaccarii in 'Record Office' Londinii servato. 23) V. excerpta. 24) IV, p. 138. 25) A. 1239. 1245 sq. 1258. 26) C. a. 1160, G. abb. I, p. 138. 27) VI, p. 507. 28) A. 1242. 1244 (haec alibi non habentur; cf. Stubbs, 'Constit. Hist.' II, p. 63). 1246. 29) A. 1236. 1247. 30) A. 1244.

*e. g. de votis cardinalium papam eligentium a.* 1241[1], *de fuga Innocentii IV. a.* 1244.[1] *epistolis certior factus est.*

*Iam quaeres, unde monachus tam varia instrumenta inspicienda adeptus sit. Domestica forsitan ipse custodierit; ab abbate suo, utpote qui vix ulli magno concilio regni vel sacerdotii Anglicani abfuerit, publicas Angliae constitutiones civiles et ecclesiasticas facile accepit; porro brevia regis per comitatus, mandata papae nunciorumque per dioeceses missa baronem eundemque praelatum exemtum effugere non potuerunt. Litteras de rebus ecclesiae*[2] *universis theologorumque causis Matheus ab amicis, velut Roberto Grosseteste*[3] *dioecesano vel a Nicolao Dunelmensi episcopo, antea magistro Parisiensi*[4], *vel a magistris Oxoniae recipere, a Willelmo de Horton, cellarario S. Albani, a.* 1256.[5] *ab abbate Romam, a.* 1259. *a rege in Scotiam*[6] *misso res tunc ibi gestas discere potuit. Inter Albanenses scaccarium regis, ubi pecunia soluta 'et causa eius inrotulabantur'*[7], *saepe accedentes noster quoque fortasse plus semel regni tabularium*[8] *vidit. Nam cum chartam de Scotia Angliae a.* 1175. *subiecta e Wendoverio commemoraret, adiecit*[9]*:* hec est forma carte revera in thesauro; *atque* a clericis conclavis qui rotulos revolverant expensas regis[10] *novit; nominatimque* rotulos Alexandri de Suereford, clerici de scaccario[11], in historiis periti et excercitati[12] *duobus locis laudavit. Neque tamen omnia quae etiam in rotulis exstant inde excerpsit*[13]. *Immo ab ipso rege et Ricardo, fratre eius, vel eorum iussu litteras ipsis a papis principibusque externis*[14] *datas, fortasse omnes quas affert, et multa alia,* etiam que rex secreto scribere fecerat[15], *suis Cronicis inserenda recepit*[16]. *Imprimis scripta de Terra Sancta Ricardo debuisse videtur; nam epistola de clade Gazetica a.* 1240. *scripta per quorum manus postremo ad comitem Ricardum pervenerit commemoravit, se vero eam a comite impetrasse, tanquam cuique praesumendum, siluit. Etiam litteras*[17] *quas hic et Sanchia regina Romanorum domum miserunt, ab ipsis vel a rege transscribendas accepisse videtur.*

*Alias tabulas ab aliis viris, eisdemque quos auctores suos et testes laudavit facile acquisierit. Quorum praecipui sunt episcopi Iohannes Ardfertensis*[18], *Ricardus Bangorensis*[19], *Willelmus Bathoniensis*[20], *Walramus Berytensis*[21], *Alexander Cestrensis*[22], *Ricardus Cicestrensis*[23], *Nicolaus Dunelmensis*[24], *Robertus Lincolniensis*[25], *Eustachius Londoniensis*[26], *Tortosensis*[27], *Petrus Wintoniensis*[28]; *archidiaconi Iohannes Bedfordiae*[29], *Iohannes Leicestriae*[30]; *abbates*

1) V. excerpta. 2) Nescio, num Matheus de Belvoir (cella S. Albani!), magister pistorum Romae, qui Brancaleonem a. 1257. restituit (V, p. 662), quaedam de hoc amicis Anglis scripserit. 3) Qui cum olim Minoribus Oxoniae theologica legeret et semper faveret, fortasse eorum nuncios de Tartaris nostro communicavit. De hoc v. infra p. 102. 4) Cron. II, p. 476. 5) V, p. 551; VI, p. 321. 6) V, p. 739; a. 1244. Ricardus prior de Tynemouth, cella S. Albani, nuncios inter Angliam et Scotiam ferebat; IV, p. 383. 7) VI, p. 351. 343. 8) Cf. infra p. 100, n. 13. Ann. Burton. a. 1246: *Responsiones domini pape qui scire voluerit, querat eas in registro domini pape.* 9) Cron. II, p. 296. 10) V, p. 627. 11) Hist. II, p. 162. 182. 12) Lib. Addit. VI, p. 519. Cf. quae de hoc disserui 'Einl. in den Dial. de Scaccario' p. 5; Hardy, 'Descr. Cat.' III, p. 331. 13) Nam nonnumquam meliores lectiones quam Rymeri Foed. praebet. Revera *rotulis curiae, scaccarii, vicecomitum* Albanenses uti potuisse, ex eo consequitur, quod eos fontes laudavit, ubi locos Hist. Angl. (II, p. 351. III, p. 17; similiter Abbr. cron. p. 305), quibus lector ad Cronica Magna remittebatur, erasit. 14) V. excerpta a. 1237 sqq. De Amadeo Sabaudensi id ipse dixit supra p. 76, n. 24. 15) VI, p. 93. 16) B. m. Pauli, in Rotulis, imprimis Lit. Claus. quaedam nova ad imperatoris scripta illustranda, saltem ex Henrici III. responsis, inveniri posse, suspicatus est; 'Gött. Gel. Anz.' 1877, p. 1480. 17) IV, p. 138. et v. excerpta a. 1257. 18) Cron. III, p. 243. 19) V, p. 602, a quo orationem Ricardi regis electi Romanorum audivit. 20) V, p. 46. 21) III, p. 164. IV, p. 345. 22) Hist. II, p. 265. 23) V, p. 369. 24) Cron. II, p. 476. 25) IV, p. 643; *habetur scriptum in L. Addit.* (VI, p. 138), *prout audivi.* 26) Hist. II, p. 266. 27) V, p. 72. VI, p. 116. 28) Hist. I, p. 163. 29) V, p. 408, postea thesaurarius regius. 30) Qui Athenis inter alia Testamenta XII patriarcharum et numerorum signa Graeca attulit V, p. 284; Hist. II, p. 255.

*Anglici recedentes a capitulo Cisterciensi*[1], *Ranulfus Ramseiensis*[2]; *priores de Westacre*[3], *Thomas de Wymondham*[4]; *Alexander de Swereford*[5], *Robertus Londoniensis*[6] *clerici regis; Ranulfus Besace*[7], *Thomas monachus de Sherborn*[8], *[Iohannes de S. Egidio?]*[9] *et Walterus de S. Martino*[10] *Dominicani; Odo*[11], *Iohannes*[12], *Nicolaus, filius eius*[13], *de S. Albano, Edwardus*[14], famuli regis Dacie; *Thomas*[15] *capellanus Reinerii cardinalis de Viterbo, Armeniae archiepiscopi comites*[16], *Petrus procurator Philippi Sabaudiensis*[17], *Nicolaus Graecus*[18], *Laurentius de S. Albano*[19], *Robertus Bacon*[20], *Gervasius de Melkley*[21], *magister Templi in Scotia*[22], *magister fratrum S. Thomae Acconensis*[23], *Iohannes monachus de Pontiniaco*[24]. *Saecularis ordinis testes quos Matheus laudavit hi sunt: Henricus III*[25], *Ricardus comes Cornubiae, qui a.* 1240. *sacrum* iter arrepturus venit ad S. Albanum et fraternitatem postulavit[26] *et postea fortasse omnia quae de eius in Terra Sancta et in imperio*[27] *gestis Matheus conscripsit, praeter multa alia*[28] *ipse narravit; Haco rex Norwegiae*[29]; *Hubertus comes Cantii*[30], *Ricardus comes Gloucestriae*[31], *[Willelmus comes Saresberiensis*[32]*], comitissa de Arundel(?)*[33]; *Ricardus de Argentomio*[34], *Iohannes de Lexington*[35], *Rogerus de Thurkilby iusticiarius in Hertford comitatu itinerans*[36], *Balduinus de Vere*[37], *Alanus de la Zouche*[38]; *Ferdinandi III. nuntius, miles Castellianus*[39], *Galfridus de Hackesalt*[40], *Caursinus Londoniensis*[41], *Aaron de Eboraco Iudaeus*[42]. *Confratres S. Albani*[43], *qui saepe curiam regis et a.* 1235. 1245. 1247. 1252. 1254. 1256[44], *sedem Romanam in abbatiae negotiis adierunt, 'benefactores', ut Ricardus de Wendover*[45], *olim Gregorii IX. medicus, parochi ab abbatia instituti, velut Willelmus*[46] *rector S. Iuliani apud S. Albanum, clerici ecclesiae*

1) IV, p. 257. 2) VI, p. 391. 3) Cluniacensis; IV, p. 428. de concilio Lugdunensi. 4) Hic a. 1219. Pelagium legatum pacem a sultano oblatam reiicientem defendit; Hist. II, p. 237. 5) V. supra p. 82, n. 11. 6) *Custos S. Albani* II, p. 564 (unde Cont. G. abb. I, p. 236). 7) Medicus Ricardi I, Hist. II, p. 37; Cron. V, p. 221. 8) A rege in Franciam missus, a Pastoribus captus est; V, p. 253. 9) Lector in theologia, medicus Philippi II, tum comes Isabellae Friderico II. nupturae, postea ad Henrici III. concilium vocatus, deinde medicus Roberti Grosseteste; VII, p. 221. 10) Confessor Caeciliae *(magistrae sororis regis)* ap. S. Albanum sepultae V, p. 236. 11) Waldemari regis Daniae thesaurarius; G. abb. I, p. 19. 12) Aurifaber S. Albani; ib. 13) *Custodivit monetam regis Dacie, postea regis Anglorum* ib. 14) *Regis Anglorum specialis consiliarius* ib. 15) IV, p. 130. 16) A. 1252. apud S. Albanum morati V, p. 340. 17) Archiepiscopi electi Lugdunensis VI, p. 444. 18) Clericus abbatis S. Albani, canonicus Lincolniensis, qui Robertum Grosseteste ad Testam. XII. patriarch. in Latinum vertenda adiuvit IV, p. 233; mors eius 2. *No. Dec. a.* 1279. commemoratur in G. abb. cont. I, p. 440. 19) Procurator Huberti de Burgo, III, p. 233. VI, p. 63. Cf. supra p. 81; brevia Henrici III. ei a. 1234. data ap. Shirley, 'Royal letters' I, p. 449. 20) Dominicanus theologus V, p. 369. 21) Cf. supra p. 79, n. 14. 22) VI, p. 521. 23) V, p. 630. 24) VI, p. 500. 25) Cf. supra p. 76. 26) IV, p. 446. 43; *duos contulit baldekinos* VI, p. 390. 27) V. excerpta a. 1240 sq. 28) A. 1251. de Hayles abbatia dedicata *mihi Matheo Parisiensi super hoc edoceri cupienti, ne falsa huic libro insererem, comes significavit;* a. 1252. de Ricardo apud Innocentium IV. prandente *mihi hec scribenti idem comes narravit;* V, p. 111. *relatio comitis et suorum;* cf. a. 1247. de *secreta infirmitate.* 29) Cf. supra p. 76. 30) Laudatur Hist. II, p. 359. Alia quoque eidem deberi censet Luard III, p. XIV. 31) III, p. 368. 32) *Dictante comite* miraculum ei a. 1225. factum (ap. Wendover. IV, p. 105, e quo Math. Cron. III, p. 96; Hist. II, p. 274) scriptum esse, contenditur Abbr. cron. p. 252. 33) V, p. 336. 34) III, p. 164, per partes Orientales peregrinatus. 35) V, p. 384. Fortasse ab hoc duce obsidum Wallensium secreta negotia cum Wallensibus peracta IV, p. 149 sq. noster comperit. 36) V, p. 316. de legibus regni cum Matheo locutus. 37) III, p. 376, nuntius Friderico II. missus. 38) V, p. 288. 39) Ib. p. 232. 40) Famulus S. Albani Ricardo I. nuncius missus, Hist. II, p. 47. 41) V, p. 246. 42) Ib. p. 136. 43) Cf. supra p. 4. Ab his accepisse videtur quae Guarinus abbas *tradidit nobis;* v. excerpta a. 1196. Neque hic neque aliis locis, quibus Matheus se aliquid 'audiisse' dixit, ipsum affuisse statuerimus, quippe qui a. 1234. Wendoverio addiderit: *Dicitur Leolinus respondisse: 'Plus timeo elemosinas regis quam militiam';* postea autem a. 1242. IV, 232. praebeat: *Audivi Leolinum principem Norwalie affirmasse,* Henricum III. eleemosynis a periculis liberari. 44) III, p. 313. IV, p. 430. 621. V, p. 312. 461. 551. VI, p. 43. 87. 278. 45) Cf. supra p. 9. 46) Filius Rupellensis civis, a. 1224. ob fidelitatem erga Angliam servatam occisi, III, p. 84.

*S. Albani, velut Willelmus capellanus reginae*[1], *milites feoda a S. Albano tenentes, velut Galfridus, maritus sororis Iohannis Mansel*[2], *innumeri denique hospites*[3] *iter per monasterium*, ubi ferme trecenti equi possunt stabulari[4], *facientes, multas diversasque res nostro narraverint. Postremis annis, praesertim cum, tributo ad Apuliam regis filio subiiciendam Anglis imperato, monachi S. Albani, utpote ditissimi, maximam pecuniam Romanis solvere deberent*[5], *multa de rebus Italiae compererunt*[6]. *Quas domesticas res Matheus, quamquam se earum participem fuisse numquam commemoravit, tamen sine dubio tamquam a se ipso visas novit.*

*Ex ore vulgi quosdam versus Anglicos de Eadgaro Aetheling*[7], *militum a s. Ivone a.* 1142. *punitorum*[8], *ac Flamingum cantum stipendiatorum*[9] *atque historiolas*[10], *fortasse poeticas, de Offa rege et Thruda uxore eius audivit. Tamen aequalium satiras Latinas*[11], *Anglicas, Francogallicas*[12], *Provinciales de sui temporis moribus eventibusque compositas, quamvis sibi innotuissent*[13], *in sua Cronica, quod sane dolendum est, recipere noluit.*

*Ipse tantorum virorum, qui in Anglia summam imperii tenebant, amicus, si legationem Norwegicam excipis, in publicis negotiis non est versatus*[14]. *Neque consiliorum a curia regis tractatorum secretam quasi originem, sed, documentis inspectis aut amicis de negotiis iam absolutis postea referentibus, demum rerum transactarum perfectam formam comperit*[15]. *Unde non solum quaedam gravissimi momenti quae adhuc tabulis notata exstant*[16] *penitus ignoravit, sed etiam, quare a.* 1255.[17] *electus Toletanus, a.* 1257. *Messanensis*[18] *archiepiscopi in Angliam venerint, frustra indagare optavit; quae Ricardus amicus a.* 1246. *cum papa*[19], *tum cum electoribus Germanicis, ut rex Romanorum crearetur, iam a.* 1256. *tractaverit*[20], *nescivit; papam eidem Apuliam obtulisse, demum post negotium dissolutum comperit. Qua re cum pleraque quae narravit non ipse vidisset, sed audisset aut legisset, non mirum, quod interdum alteram alicuius eventus*[21] *partem accuratissime tradidit, alteram, quamvis nec loco nec tempore ab illa remotam, ubi testibus vel instrumentis careret, aut plane omisit aut, rebus prout sibi placuit connexis, ex ingenio supplevit.*

1) V, p. 298. 2) Procuratoris regis in Anglia, Francia, Germania, V, p. 129. VII, p. 133; G. abb. I, p. 315. Cf. notam in marg. cod. Dublin. iussu Mathei scripti (v. infra p. 99): *Hoc de libro I. Mansel*, ap. Atkinson, 'Vie de Seint Auban' p. VII. 3) Velut Theobaldus prior de Hurley, nuntius a rege papae a. 1244. missus, a. 1251. ad S. Albanum venit; IV, p. 265. 286. V, p. 258. 4) V, p. 344. 5) G. abb. cont. I, p. 397. 6) A. 1247. *Iohannes et Alexander, Minores Anglici, ad opus pape* 400 *marcas ab abbate S. Albani postularunt* (Cron. IV, p. 601); a. 1252. Albertus papae nuncius, qui Ricardo Cornubiensi Apuliam obtulit, ab abbate S. Albani beneficio donatus est, V, p. 348; a. 1257. Rustandus, qui a. 1255. *domui S. Albani iniunxit* 600 *marcas pape numerare*, litteras pro S. Albano dedit; VI, p. 350. 382; a. 1256. Alexander IV. *Roffrido nato Alberti nepotis nostri* beneficium a S. Albano dandum postulavit, VI, p. 324. 7) G. abb. I, p. 47. 8) Hist. I, p. 271. 9) V. excerpta Hist. a. 1173. 10) In Vitis Offae I. et II. quaedam cum Beovulfo et Saxone Grammatico conveniunt, quae aut in Norwegia aut a posteris Danorum, qui saec. IX sq. regiones non multum a S. Albano versus orientem distantes incoluerant, eum audiisse verisimile est. 11) V. tamen IV, p. 239. V, p. 697. 12) 'Vie de Seint Auban' est unicum poema iussu Mathei tunc apud S. Albanum transscriptum. 13) Quaedam enim in Iohannis de Wallingford et Guillelmi Rishanger libris exstant; cf. Wright, 'Political Songs' p. 42. 14) V. supra p. 75. 15) Velut IV, p. 5. de Henrici III. nunciis a Friderico II. reversis, sed p. 17. demum de epistola ab eisdem regi tradenda locutus est. Cf. V, p. 611: *nuntii ad regem Francorum destinantur; quid actum inde fuerit, adhuc non apparuit.* 16) Velut Friderici II. litteras Henrico III. datas (Ficker nr. 3129), Henrici III. imperatori a. 1242. 1245. missas (Rymer I, p. 206. 247. 250. 260), consilium Hiberniae Edwardo filio a. 1255. tradendae (ib. p. 326), legationem Romam de imperatore eligendo a. 1256. missam (Shirley, 'Royal letters' II, p. 114). 17) V, p. 509: *nesciebatur qua de causa.* 18) V, p. 614: *nesciebatur ad quid;* cf. Hardy, Syllabus ad Rymeri Foedera I, p. CXXXIII. 19) *Ob occultas causas pape specialissimus* IV, p. 561. 20) Cf. Mon. Wittelsbac. ed. Wittmann I, p. 157 sqq. Eum haec, cum amico dedecori essent, consulto siluisse, ut Busson p. 40. voluit, non crediderim. 21) Velut concilii Lugdunensis.

*Omnes autem sui saeculi scriptores perspicaci iudicio et vera historici quasi universalis indole superans, minutiis praetermissis aut ad principales causas relatis, solas quidem gravis momenti res Matheus memoria dignas habuit. Quas cum accurate subtiliterque pertractaret, tantam nihilominus molem librorum, quantam, Vincentium Bellovacensem si excipias, nullus eius aevi rerum scriptor composuit. Nam per universum orbem terrarum tunc notum ab Hispania ad Syriam, a Sicilia ad Scandinaviam usque regnorum fata eventusque gravissimos discere conatus est, et motus quibus ecclesia Latina tunc agitabatur ut fere omnes notaret, prospere revera ei contigit. Artium quidem litterarumque studia ut in sola S. Albani schola eruditus parum curavit. Quamvis enim Oxoniae et Parisiorum universitates magni faceret*[1], *tamen philosophorum argutas disputationes scholasticas neglexit*, cum tutius sit simpliciter a patribus tradita accipere[2]. *De studiis Arabicis nihil, de Hebraicis id solum notavit, quod a.* 1246.[3] mag. Robertus de Harundel, qui multa de Hebreo in Latinum transtulerat, obiit. *Graecorum figuras numerales quidem depinxit*[4] *et Robertum dioecesanum suum, quod Testamenta XII patriarcharum in Latinum transtulit*[5], *admiratus est; sed origines verborum sane ridiculas*[6] *aut excogitavit aut adoptavit, in his aeque atque in grammatica*[7] *scientia sua aliquanto puerilius gloriatus. Vir ecclesiasticus animum potius mentemque quam corporis formam spectavit, unde, quamvis varios hominum mores depingeret, facierum species adumbrare supersedit. Et Rogeri Baconis, summi Angliae philosophi, ne nomine quidem commemorato, historiae naturali, si excipis tabulas descriptionesque elephanti*[8] *primi in Angliam missi*[9], *Britanniae situs itinerisque Hierosolymitani, nihil fere attulit*[10]. *Etenim tempestates quidem, eclipses*[11], *cometas, terrae motus non praetermisit, causas tamen harum rerum non inquisivit vel eas ut plerique medii aevi auctores hominibus a Deo puniendis evenisse censuit. De Norwegorum indole moribusque nihil tradidit, Francogallis nonnisi quae in omnium ore erant audaciam, superbiam, comitatem facetiasque attribuit; at de Tartaris rumores quidem insulsos non respuit, litteras*[12] *vero maximi momenti diligentia laude digna solus collegit. De arte ecclesias aedificandi perpauca, de poesi vel Latina*[13] *vel vulgari*[14] *fere nihil tradidit. Iuris canonici et Anglici scientiae*[15] *non alienus fuit et statuta regni atque decreta ecclesiae*[16] *saepe laudavit, interdum longiora etiam integra recepit. Monetarum corruptionem et formam alteratam*[17], *pretia mercium*[18], *annonae caritatem*[19] *nonnumquam notavit, pauperi*

1) Cf. supra p. 75 sq.; Hist. Angl. III, p. 40 (cf. Cron. V, p. 16): *Obierunt tres theologi.* 2) IV, p. 281; cf. p. 514. de Dominicanis theologia gloriatis. 3) IV, p. 553. 4) V. p. 285; Matheum ipsum folia librorum suorum numeris Arabicis designasse, censet Madden I, p. LVIII. Qui tamen postea additi mihi quidem videntur. 5) Cf. Sinker, Test. XII patr. praef. p. 2. Illi libro Roberti tractatum de virginitate sibi ab auctore donatum agglutinari fecit Matheus; est codex Mus. Brit. Regius 4 D VII; cuius postrema pag. exstat ap. Hardy III, tab. 9. 6) A. 758: *Aphrodite a frodos;* II, p. 401: *Alchoranus vel Althoranus; 'al' Arabice totum, 'thoran' lex dicitur;* II, p. 410. de nomine Murmelin; G. abb. I, p. 28: *solebant antiquitus cadavera comburere, unde funus quasi fumus dicebatur;* IV, 349. 510: *mulier molliens herum ethimologizatur.* 7) A. 465: *antonomasice;* V, p. 211: *inductiva;* I, p. 17: *exulo in sensu activo vel passivo.* 8) Facs. ap. Hardy III, tab. 16. e Cron. cod. 1b. et similem imaginem in Libro Addit. f. 168b. et cod. Albanensi eiusdem aevi Cott. Iulio D VII, f. 114. 9) A. 1255, Cron. V, p. 489. 10) *Frater Matheus de Ventis* inscribuntur quatuor hexametri Addit. VI, p. 465, ubi circularis tabula ventorum *secundum magistrum Elyam de Derham* picta est; similis tabula exstat in Cron. cod. 1b. f. 1. et *secundum Robertum Grosseteste episcopum Lincolniensem* in cod. Iul. D VII, f. 51. Cf. Santarem, 'Hist. de Cosmographie' I, p. 265. 11) IV, p. 169. 12) V. excerpta a. 1241; 'die unschätzbarsten Nachrichten' Palacky in 'Abh. der Böhm. Ges. der Wiss.' V, 2 (1842), p. 373. 13) Cf. tamen supra p. 5, n. 19. 14) Cf. supra p. 84, n. 7 sq. 15) Quae IV, p. 38. V, p. 325. e Codice (Iustinianeo) laudantur sunt verba quae Matheus aliunde mutuatus est. 16) Alexandri III: IV, p. 165; Innocentii III: IV, p. 516; Gregorii IX: VI, p. 335; cf. V, p. 403. 683. 17) IV, p. 608. 632; V, p. 15—19; VI, p. 150. 18) Stagno in Germania invento pretium diminutum esse; a. 1241. 19) V. indicem s. v. *corn.*

*vulgo*[1] *tributis, fame pesteque graviter affecto semper condoluit, sed numeros certos, quos statisticos vocamus, non curavit. Cum in Media Anglia viveret, de Anglorum commercio navali cum Germaniae, Franciae, Scandinaviae portibus frequenter habito non multa cognovit*[2]. *Sed etiam res quasdam aequalibus suis notissimas posteritati tradere supersedit, cum annalisticae narrationi quasi sempiterno motu pulsatae descriptio rerum stabilium non conveniret. Quare conditionem Angliae vel figuras moresque virorum primas partes agentium non in uno conspectu posuit; unde e. g. ad effigiem Henrici III. adumbrandam quae diversis locis fortuito et obiter adnotavit ut coniungamus cogimur.*

*Si vero haec potius monasticorum annalistarum quam ipsius Mathei propria sunt, ab illis qui e tranquillo claustro res mundi aequo animo intuebantur tam erat alienus, ut, etiamsi nomen suum operibus non inscripsisset, cum aliis coaevis Anglis confundi nequaquam posset. Nam acri ira vel studio fervens plurimas controversias, tamquam ipsum proxime attigissent, certo firmoque, immo audaci iudicio descripsit. Atque cum gesta antequam perfecta erant — nedum quae ex eis consequerentur nosset — traderet, acsi e metallo adhuc liquido firma figurae forma procudenda esset, interdum non tam ieiunam historiam elaborasse quam factiosum libellum, actorum diurnorum ephemeridis vel commentariorum*[3] *similem, velociter edidisse videtur.* Boni quidem animi proprium in dubiis meliora supponere[4] *recognoscens, ad mitem benignitatem*[5] *fortasse natura, certe regula monastica inductus, tamen in hominum moribus describendis multo plures odio vehementi persequendos quam benevolo studio diligendos invenit. Iram autem contra aliquem conceptam inexorabilis, etiam ultra eius mortem*[6] *retinuit.*

*Quae improbanda duxit sincere acerbis verbis reprehendit. Etiam regem, in quo reverentiam ecclesiae, benignitatem probitatemque universis habitam, comitatem liberalitatemque Albanensibus et sibi ipsi praestitam quamvis saepe extollendas haberet, de inconstantia imprudentiaque in consiliis publicis exequendis*[7], *de divitiis in usum matris*[8] *uxorisque*[9] *parentum prodige effusis, de angustiis aerarii*[10] *tributisque gravissimis imperatis*[11] *iterum atque iterum severo animo obiurgavit; ne in Historia quidem Anglorum, quae fortasse regis, certe aulicorum oculis accommodata erat, ad regem adulandum descendere voluit. Edwardi vero, filii regis, 'tyrannidem' diserte castigavit*[12]. *Etiam Ricardum Cornubiensem, cuius ingenium ad res publicas et familiares provide administrandas aptum prosperosque successus valde admiratus est, 'sordide*[13] *avarum' notavit, de amicitia cum papa habita vituperavit*[14], *quin immo de proditione*

1) IV, p. 93: *pauperes artifices qui stipendiis victualia promeruerunt;* cf. IV, p. 426. Etiam *Iudeis miseris evisceratis* tributo a rege imperato condoluit V, p. 274. 2) Ad res Hanseaticas fere nihil attulit. 3) Cf. Faure, 'Saint Louis' II, p. 422. 4) V, p. 102. III, p. 119. 169. Tamen 'scandala' in Blancam, Ludovici IX. matrem, Fridericum II, Eleonoram, Henrici III. sororem, ample relata vix in dubium vocavit. 5) Cf. de Edwardo puero, cum Henricus III. e portu proficisceretur, lacrimante V, p. 383; de suppliciis crudelibus IV, p. 196. 6) A. 1246: *Regina quondam Anglorum Ysabella multum indigens elemosinarum suffragio in fata concessit;* cf. IV, p. 253. 7) V, p. 345; bello Guasconensi *crescit regis infamia* IV, p. 231. 8) V, p. 440: *Subdolum consilium ex sulphureo fonte Pictavensium.* 9) IV, p. 510: *muliebriter emollitus.* 10) V, p. 52: *Regulus mendicans.* 11) I, p. 209: *Linx penetrans omnia, id est omnium crumenas perforando;* similiter IV, p. 511. 12) V, p. 598: *cum transiret per viam pacificam et tranquillitatis tempore, obviam ei venerat quidam iuvenis, et absque causa mortis et mutilacionis iussit, ut ei auricula abscideretur et unus oculorum ei erueretur. Quod contra omnem iustitiam fuerat perpetratum.* Sed fortasse Albanenses aliis causis in Edwardum ira commoti erant; cf. Ann. Dunstapl. (ed. Luard III, p. 201) a. 1256: *Ballivi domini Edwardi abbatem de S. Albano multum gravabant.* 13) V, p. 18: *turpibus emolumentis incumbens* V, p. 171. 14) IV, p. 561.

*ab eo commissa rumores*[1] *supprimere noluit. Cum vero alioquin acerbissima quaeque convicia alios plerumque eructantes introduceret, in curiam Romanam laxatis frenis ipse saepissime invectus est: eius* fetor, *ait*[2], usque ad nubes fumum teterrimum exhalabat. *Quid, quod abbatem suum S. Albani,* quod conventui promissa ad effectum non perducebat[3], *reprehendere ausus est! Attamen cum vituperationes a monacho in potentes homines prolatae facile ei vel coenobio nocuerint*[4], *alia quae sibi displicebant leviter tantum notavit*[5], *alia, ut candide professus est, ne nobiles offenderet*[6], *prorsus silentio suppressit*[7]; *neve oculi aulicorum vel praelatorum ecclesiae inciderent in Cronicorum sententias quas in contumeliam accipere possent, locos quibus mentionem eorum in Historia Anglorum fecerat postea erasit. Atque in ipsis Cronicis, sive cum rebus melius perspectis prius iudicium mitigandum esse intelligeret, sive cum senex animi ardorem remitteret aut eos qui regno sacerdotioque praeerant timeret, vehementissimas quasque iniurias in regem*[8], *papam, primatem*[9], *dioecesanum, Mendicantes*[10] *prolatas delevit vel etiam in contrarium mutavit; forsitan quoque, cum diem extremum iam mox se obiturum esse sentiret, ecclesiae quod visibile vocabatur corpori restitisse videri noluit*[11]. *Quodsi demum*[12] *cum libros suos retractaret, ne sacerdotii et regni principes offenderet, cavisse videtur, iam ab initio operis res S. Albani domesticas, quoad honori gloriaeque sui monasterii officerent*[13], *consulto silentio omisit. Nihilominus Robertum dioecesanum, quamvis eum ut abbatiae quondam adversarium,* religiosorum persecutorem, praecipue privilegiatorum *odisset, sanctorum numero ascribere non dubitavit.*

*Raro igitur vera quae scivit odio motus mutavit vel metu suppressit. Dolendum autem est, quod, tabulis excerptis orationibusque aliorum redditis, quo loco*[14] *sua verba vel etiam sua auctaria incipiant, saepe non indicaverit. Falsa quoque instrumenta et in Cronica et in Librum additamentorum, imprimis Albanensia, sed fortasse omnia*[15] *bona fide ductus, recepit. At in Vitis Offae I. et II. complures tabulas nisi ipse effinxit, certe quas falsas esse haud dubie perspexerat, divulgavit. Quamquam documentorum pretium*[16] *sagaciter intellexit, tamen litteras a scribis suis negligentius*[17] *transsumptas*[18]

1) IV, p. 487. 2) Ib. p. 410. 3) V, p. 259; cf. quoque G. abb. I, p. 210. 4) Cf. Cron. V, p. 469: de rege ecclesias Angliae, etiam primatum, 'alienigenis maritante': *Ne veritas pariat inimicos, quod frequenter contingit, ista licet vera et manifesta sub dissimulacione pretereantur. Dura enim est condicio historiographorum: quia, si vera dicantur, homines provocantur, si falsa scripturis commendantur, Deus, qui veridicos ab adulatoribus sequestrat, non acceptat;* haec amplius exposita sunt Abbr. cron. a. 1250. 5) V, p. 627, a. 1257: *comes Ricardus tirannidem fecit ecclesie S. Albani, quam honestius duximus sub silentio pretereundum;* IV, p. 4: a. 1240. accusationem regis in Marescallum *consultius iudico tacere quam recitare;* cum a. 1246. episcopi papae tributum concederent, in marg. apposuit: *Lege, sed lecta tege, quia probrosum.* 6) IV, p. 579: *quos non licet mihi ad presens nominare;* V, p. 471: *nomen supprimitur ad cautelam;* V, p. 370: *quos nominare periculosum arbitror.* De bulla papae silentio praetermissa v. supra p. 80, n. 13. 7) *Facta, ne ad aures obloquentium perveniant, pretermitto;* V, p. 394. 8) 'Utpote qui cum eo a. 1257 (v. supra p. 76) tam benigne conversatus sit' Luard V, p. XIII. Cf. IV, p. 104. 9) Folium V, p. 119—127, ubi contra Bonifacium invectus erat ex cod. 1 excisum ex 2 restituitur. 10) 'Fortasse cum hi, papae negotia peragentes, conventus exemtos a dioecesano defenderent' Madden III, p. XXXIII. 11) Cf. Hist. a. 1241. Eandem ob causam pro Friderico II. excommunicato stetisse noluit. 12) Cf. tamen IV, p. 62. de Ricardo Cornubiensi cruce signato; et a. 1254: *Pro libertatum impetratione si comes vel regina aliquid pecunie cepissent, in S. Albanum peccassent* (V, p. 444), ubi in marg. et in Lib. addit. VI, p. 293. haec adduntur: *centum libre date sunt, scil. 50 regi, comiti Ricardo tantumdem.* 13) Cf. Ann. Teokesbur. a. 1244: *Magna turbatio apud S. Albanum pro suspensione pueri per ballivos abbatie, unde rex graviter domui commotus est.* 14) Terminum raro tantum, cum excerpta in Cron. Mai., ipsa documenta in Lib. addit. attulit, ut inveniremus occasionem dedit. 15) At falsas capituli Lincolniensis litteras, eum odio contra dioecesanum motum consulto inseruisse, censet Luard IV, p. XI. 16) Bullam Friderici II. a. 1229. depinxit; cf. IV, p. 344: *Epistola 12 sigillis communita, ideo credibilior.* 17) Tempora minus accurate notata sunt III, p. 34. 455. 460. 18) Quas hic illic e paparum regestis, ex collectione Petri de Vineis, ex rotulis Angliae emendare possumus.

*raro*[1] *iterum contulit, aut, quamvis sua verba diligenter corrigeret, minus attente relegit, quin immo sermone mutato exornare*[2] *vel etiam suis verbis interpolatis adaugere*[3] *non dubitavit. Iohannis Magnam chartam a Wendoverio mutilatam et corruptam partim tantum integritati restituit*[4]. *Certe semel bullae*[5] *Innocentii III. et inscriptionem et tempus falso excogitata ipse adiecit. Neque diebus rerum sibi visarum*[6], *nedum ab aliis narratarum, accurate indicatis, imprimis sub finem operis, modo nomina locorum*[7] *et hominum omnino oblitus, Lovaniae et Brabantiae duos duces*[8], *Andegaviae et Provinciae duos comites loco unius Karoli tribuit, modo viris ex officio designatis nomina propria e memoria fallaci hausta adiecit*[9], *modo nominibus similibus seductus res gestas ad alios falso retulit*[10].

*Saepissime vero vituperandus est Matheus, quod parum examinavit, num testes auctoresque sui fide digni essent*[11], *vel ipsa materia e tam diversis partibus congestanum verae historiae exstruendae solidum praebere posset fundamentum. Neque enim absurdos rumores*[12], *neque 'prognostica*[13], *necromantiam*[14] *astrologiamque'*[15], *neque 'miracula', ne ea quidem quae ab ecclesia nondum probata erant*[16], *reiiciebat. Itaque super aequales credulos*[17] *tenebras superstitionis discutiendo se efferre non conatus, ipse tamen ad fictarum visionum inepta somnia vix proclivis fuerit. Nam legendis commenticiis nec largum spatium Cronicorum Historiaeque dedit nec miraculo facto se ipsum umquam affuisse contendit.*

*Sana potius ratione praeditus, causas nexusque rerum imprimis civilium publicarumque tam argute perspexit*[18], *ut sine dubio philosophi quoque gloriam in scholasticorum secta assequi potuisset; sed feliciter contigit, ut illos scriptores qui universi humani generis historiam uno quasi systemate artificiose instituto cogerent imitari non studeret.*

*Tamen eo ipso quod ad altiorem quam simplicis annalistae gradum ascensurus rebus inter se coniungendis operam dedit, nobis ex Cronicis eius hausturis nonnumquam velut fontis claritatem perspicuam turbasse videtur. Nam omnes quos accepit rumores*[19] *retinere voluit, etiam eos, imprimis externos, quos, num veri essent, raro tantum, compluribus testibus interrogatis, examinare potuit; id quod, dummodo auctores suos nominasset, minime ei crimini dandum esset. Sed ut tam disiecta partimque corrupta membra inter se connecteret, quasi media vincula ad unam rerum seriem efficiendam, levia figmenta vero sinceroque historiae scriptore sane indigna excogitavit*[20]. *Quodsi eum inanibus verbis*[21] *quae non satis comperta habuit supplere conantem saepe deprehendimus, saepius*

1) Cf. tamen III, p. 591, n. 3; IV, p. 476. 542. 2) Cron. III, p. 69. 146. 587; fortasse quoque IV, p. 42. 3) Velut Friderici I. litteras Saladino et episcoporum Galliae australis a. 1213. datas. 4) Cf. supra p. 17. Matheus quoque Hist. II, p. 269, chartas a. 1225. datas a Magna charta discrepare, non perspexit. 5) Quae a. 1198, 4. Kal. Iun. data, ap. Math. Cron. II, p. 512. Iohanni regi inscripta est. 6) Cf. eclipsim V, p. 20. et quae menda Luard IV, p. XVI. collegit. 7) IV, p. 233. Ravennam confudit cum La Réole. 8) IV, p. 21. 9) Velut a. 1247. legatum Germaniae Octovianum, regem Castelliae V, p. 170. 231. 311. falso nominavit. 10) Quae V, p. 92. de Hugone de S. Paulo narravit, potius de Guidone, fratre eius, dicenda erant. 11) De Friderici II. postremis annis credidisse videtur quae Mendicantes mentiti sunt. 12) De Iudaeo aeterno V, p. 340; de Mohammedanis Christi fidem accepturis V, p. 310. 13) IV, p. 135. 14) Ib. p. 62. 15) Ib. p. 250. 16) V, p. 302. 17) Quibuscum etiam de haereticis, Iudaeis Mahommedanisque condemnandis consentiebat. 18) 'Er hatte überhaupt damals nicht seines Gleichen in Europa' Palacky, 'Abh. der Böhm. Ges. der Wiss.' V, 2 (1842), p. 373. 19) Velut audivit (V, p. 158. 430. 436. 662) [Guidonem] Flandrensem et Guillelmum de Flisco obiisse, et Brancaleonem bis captum esse. De multis qui veneno interfecti dicebantur cf. Luard VII, p. XXXIV. 20) Cf. inter excerpta a. 1239. de Bononiensibus a Friderico II. victis (Ficker nr. 2450a), a. 1242. de archiepiscopo Coloniensi capto, a. 1247. de Conradi IV, a. 1248. de Friderici II. matrimonio. 21) V. excerpta de proelio ad Curtem-novam; in Ludovici IX. itinere sacro enarrando eo plures orationes fictas inseruit quanto minus de rebus gestis novit. Cf. Ulrich, 'Wilhelm von Holland' p. 124.

*tamen, quid revera actum, quid incerto rumore relatum, quid mente sola excogitatum sit, difficile est distinctu*[1]. *Vera autem felici coniectura assequi, quamvis ad singula ingeniose connectenda aptus nimisque proclivis esset, nequibat, cum de hominibus terrisque sibi fere ignotis narrabat*[2]. *Ubi vero de universis conditionibus bene instructus erat, mirum quam perspicaci oculo profundas causas penetrarit et futuros eventus praesenserit.*

*Anglicarum igitur rerum motus progressumque multo argutius quam Wendoverius et historici non contemnendi qui dimidio tantum saeculo antea floruerant intellexit*[3]. *Belli civilis mox post Mathei mortem exorti quasi germina, virorum summam imperii tunc tenentium moribus et populi oppressi conditione bene expositis, satis plane demonstravit.*

*Nam cum regem, multa diversaque audacter molitum, necessaria tamen subsidia paranda improvide negligentem*[4], *exteros parasitos foventem consulentemque videret, eum apud nationes Anglis vicinas*[5] *imperium, apud barones indigenas, quos noster principis 'naturales', scilicet propinquos, vocavit, vim potentiamque amissurum*[6] *esse, acerbo tactus dolore percepit. Imprimis quod tantum aberat*[7], *ut Henricus III. ignominiosum iugum Romanum excuteret, ut etiam ipse legatos apostolicos appellaret et ad filium vano coronae Siculae splendore ornandum se strictius papae obligaret, aegerrime ferebat Matheus. Qui, cum* sub rege tyranno universa ruinae patere[8] *intelligeret, liberum potestatis regiae arbitrium certis legibus coercendum esse duxit. Unde cum omnibus baronibus*[9] *aulae adversariis stetit, quippe quos populi, cui in universum favit*[10], *causam tunc agere censeret. Quodsi in omne tributum a curia regis imperatum tamquam in 'vulpinam rapinam' invectus, tamen quod a.* 1250. *rex aulicae* dapsilitatis facetias iussit minorari, avaritiam inexcusabilem[11] *ei crimini dedit, cur subtilissimus iste iudex suam peracutam rationem aerarii ordinandi numquam revelavit? At magis, ne S. Albani*[12] *vel amicorum nobilium scrinia et privilegia a curia regni infringerentur, anxie metuisse quam rei publicae statui confirmando vel legibus institutisque*[13] *promovendis vel saluti universi populi studuisse videtur. Nobilium igitur partium studio ductus, res Anglicas nonnumquam non ita candide exposuit; tamen, ut ecclesiasticus medium inter partes locum tenens, illorum factioni non ita adhaesit, ut eorum errores maleque gesta prorsus in contrarium perverteret. Unde etiam ea quae solus posteritati tradidit fide digna mihi videntur.*

*Hostibus strenue bellum inferendum quominus censeret, ecclesiastica illa quae a caede et sanguine abhorret clementia minime deterritus est*[14]; *potius*

1) Busson, 'Doppelwahl' p. 39. 2) Itaque bella Italica perturbavit. 3) Tamen minime omnes causae litesque de legibus instituendis tunc habitae apud nostrum inveniuntur; velut a. 1253. nihil habet de vasallis servitium militare extra Angliam regi negantibus, breve a. 1254. de militibus e comitatibus primo in illo regno ad parliamentum advocatis datum (cf. Stubbs, 'Constit. Hist.' II, p. 67) exscripsit quidem in Libro add. VI, p. 287, sed quanti esset momenti, non perspexit. Neque a. 1258. 'insano parliamento' consilium nobilium ad regnum gubernandum electum esse, manifesto exposuit. 4) Cf. V, p. 292. 5) Cf. de bello Normannico V, p. 51. 6) Cf. V, p. 52. 293 sq. 7) III, p. 368: *quasi esset impos sui sine pape conniventia.* 8) V, p. 345. 9) III, p. 619. pro Huberto de Burgo, a. 1240. pro Marescallo, a. 1242. pro Ricardo Cornubiensi IV, p. 228. 10) Pro Londinii libertate IV, p. 94; cf. II, p. 418, ubi Willelmus Longabarba, quem Wendoverius cum Dicetensi velut concitatorem seditionis condemnaverat, populi quasi tribunum pauperes contra optimates defendentem fecit. 11) V, p. 114. 12) Conventus a. 1241. priori Coventrensi contra regis candidatum episcopo electo asylum praebuit, IV, p. 172. 13) Institutionem Anglicam feodalem, ut *quodlibet manerium unum militem adinveniret*, ab ordinibus militaribus ad Saracenos vincendos adoptari, IV, p. 291. voluit. 14) Cf. V, p. 396: *Pepercit regis remissa misericordia inimicis, nescius euangelici* [Luc. 19, 27]: *'Interficite!'*

'regem imbellem'[1] derisit. Celtas Anglis subiiciendos[2] esse, cum suo populo consensit[3], sed amorem libertatis in Wallensibus[4], fortitudinem in Scotis[5] admiratione motus magnanime laudavit. Normannia ut genti regiae redderetur, victoria ex Gallis reportanda vel foedere cum imperio Romano icto effectum iri, cum Fridericus II. sororem Henrici III. duceret, et postea cum Ricardus rex eligeretur[6], speravit. Quam 'iniustam[7] rapinam' nonnisi invito Ludovico IX. detineri opinatus est; hunc enim pium regem ubique studio fervido admiratus, eam solam ob causam vituperavit, quod tributum ecclesiae Gallicanae ad iter sacrum parandum imperaverit, unde expeditionem eius poena divina ad irritum deductam esse iudicavit[8]. De Blanca autem 'scandala' pessima nisi credidit, certe retulit et ei, ut mulieri, potentissimos principes Franciae restitisse opinatus, causam potius inter ipsam regiam potestatem et libertatem primorum nobilium verti, parum perspexit. Gallorum eruditionem militiamque aeque admiratus, fore ut Francia, 'regnum regnorum', quasi haeres imperii Romani a papa ex altissimo gradu praecipitati, Europae dux prodiret, argute praesensit. Omnes enim nationes Romano-Germanas quasi unius matris filias christianitate Latina inter se coniunctas, ideoque omnes aeque atque Angliam suo opere diligenter tractandas esse, censuit.

In sedem Romanam tam mala convicia coniecit Matheus, ut haec a Flacio Illyrico primo laudata, Baronio Bellarminoque cardinalibus per 'Novatores' (Lutheranos) interpolata[9] viderentur et efficerent, ut Matthaei Westmonasteriensis liber, quo recepta sunt. in Indicem librorum prohibitorum retruderetur. Sed 'non sannas immeritas quasi papae gratis destomachatus eructavit, sed Angliae planctus'[10]. Recte radicem malorum vidit in homagio papae a Iohanne praestito, omnibus seculis detestando[11]; papa nova presumptione ad immutaciones libertatum laicarum seviendo manum extendit[12]. Innocentium III, quod mundanam petierit potentiam, iterum atque iterum vituperatum, iudicium summi Iudicis terribile subiturum statuit[13]; Gregorium quoque IX, etiam defunctum, furiose prosecutus, Innocentium IV. a 'sancto' Roberto Lincolniensi letali plaga percussum se ipsum sensisse, postea a divino Iudice reiectum Alexandro IV. in visione apparuisse[14], dixit. Ne id quidem aperte confiteri voluit, quod Honorius III. Henrico coronam servavit, quod legati apostolici, ut regnum pace et ordine gauderet, prudenter procurarunt[15], nimio odio in Romanos pecunias[16] beneficiaque Anglica sibi usurpantes excaecatus.

Erraverunt tamen qui Matheum lite inter ecclesiam et imperium accensa cum Friderico aperte et firmiter stetisse contenderunt[17]. Sane illi discrimini[18], utpote quo universum mundum concuti sentiret, narrando amplissimum libri spatium, inter coaevos historicos fortasse maximum, dicavit et tam continuo illud prosecutus est, ut etiam minutias quotidianas ad id referret; atque revera adhuc a. 1239. Grego-

1) *Consilio muliebri ad solitas delicias et requiem Westmonasterialem properans*, IV, p. 385; V, p. 651: *Inglorius rex, deridentibus hostibus, ad climata tutiora remeavit.* 2) IV, p. 324: *Quis ignorat principem Wallie regis Anglie esse vassallulum?* 3) S. Albanus erat asylum praelatorum Anglonormannicorum a sedibus Hiberniensi et Wallensi expulsorum; V, p. 2. 4) *Pro avitis legibus et libertatibus more Troianorum a quibus propagantur originali constantia decertabant*, V, p. 639. 5) VI, p. 518. 6) V. excerpta a. 1235. 1257. 7) II, p. 658. 8) V, p. 170. Simile iudicium profertur in satira Latina eo aevo apud S. Albanum transscripta, ap. Wright, 'Political songs' p. 42. 9) Tamen multa Matheo crimini data e Wendoverio sumpta erant. 10) Verba Wats editoris p. 5. 11) Cron. II, p. 544. 647; cf. supra p. 89, n. 7. 12) Hist. II, p. 163. 176. 13) Ib. p. 215. 14) V, p. 471. 491. 15) Cf. Weber, 'Verhältniss Englands zu Rom' p. 16. 16) *Rex ad solitas cavillationes Romanas recurrens pecuniam exegit*, V, p. 50. 17) Inter multos scriptores papales verba unius Bzovii, Ann. eccl. a. 1239, nr. 5, sufficient: *Matthaeus Paris Anglus parum ecclesiae aequus ac nonnulli Germanorum Fretherico turpissime servierunt, ut aethiopem illum candidarent*. 18) V, p. 15: *Qui historias legimus, nunquam invenimus odium tam inexorabile sicuti inter papam et Frethericum.*

*rium IX. imperatoris verba pervertisse*[1], *regemque Angliae excommunicationi in Fridericum latae resistere debere, censuit. Sed cum imperator privilegia cleri infregisse diceretur, tum pontificem 'stupendo*[2] *verbo haeresis' argutum, officio papali indignum esse, scriberet, postea praelatos ad concilium profecturos caperet, praesertim cum aliorum quoque regnorum principes doctrinam de 'ecclesiae statu primitivo restituendo', ab imperatore, ut noster sagaciter perspexit, acceptam amplecterentur, Matheus, sententia mutata, magis magisque in papae partes transiit. Etenim saecularem quidem in regnis potestatem sedi Romanae abrogare, immo in provinciis longinquis ne ecclesiasticas quidem causas omnes*[3] *ei subiacere voluit atque multa quae Gregorius Innocentiusque contra Fridericum gesserunt improbavit; attamen tantum aberat, ut papatum ipsum deiicere optaret, ut contra miro praesagio metum conciperet, ne 'auctoritas papalis, imperio conculcato, principes insontes deponere comminaretur'; et* ita provocati nobiles levabunt calcaneum, auctoritasque Romana poterit deperire[4]. *Neque imperatoris deponendi ius papae competere, umquam negavit neque concilium Lugdunense iniuste iudicasse contendit; unde postea Friderico nomen imperatoris dandum esse, quamvis invitus*[5], *negavit. Causam vero exercitus papalis cruce signati non ita christianitatis esse existimavit, ut de imperatore devicto tanto gaudio tamquam si Muhammedani profligarentur efferri posset. Potius Fridericum itineribus sacris, imprimis Ricardi Cornubiensis et Ludovici IX, opem tulisse, magna cum laude commemoravit, neque eum christianitatem prodidisse*[6] *credere voluit, neque rumores qui papae dedecori erant, velut de Petro de Vineis ab eo ad imperatorem interficiendum corrupto*[7], *de Innocentii IV. — cui tamen* imperator laqueos tetendisse *paullo ante dicebatur — fuga simulata, silentio suppressit. Eodemque modo diversas relationes secutus sibi contradixit, cum a.* 1241.[8] *imperatorem, a.* 1248. *papam cum Tartaris clanculo actitasse narraret. — De Friderici II. filiis condemnandis cum ecclesia sensit: iam a.* 1247. Conradus[9], filius Fretherici, nephandus nephandi, *vocatur; Innocentii iter Lugduno Perusium factum ut fuga martyris exornatur. Sed cum res maximi momenti in australibus partibus tunc a papa gestas, velut eum a.* 1253. *Carolum Andegavensem allexisse et a.* 1254. *cum Manfredo pacem tractasse, plane ignoraret, non mirum quod de his annis minus recte iudicavit. Etiam de Henrico Raspone et imprimis de Willelmo*[10] *regibus minus bene instructus erat; de Ricardi*[11] *autem regno, de quo nostrates non ita multa habent, omnium copiosissimus et praestantissimus auctor est. Cuius coronae vano splendore minime excaecatus*, tantum, *ait*, olei potuisset pretio emisse minori. — *De Germaniae rebus internis institutisque*[12] *pauca eaque confusa comperit; velut electorum nomina*[13], *ab Henrico III. enumerata falso, de foedere Rhenano nihil notavit. Etiam in rebus Flandricis enarrandis eo magis veritatem egressus est, quo saepius eas repetivit; Margaretam autem comitissam acerbissimo odio prosecutus est.*

*De alienis igitur rebus acriter et severe iudicavit; ubi vero sua causa agebatur, ex rationibus monasterio commodis ad altiores sententias ascendere*

1) Imperatorem *persone derogare, non officia* papali (III, p. 607), neque inermem in Lombardia pacem facere potuisse (III, p. 603), bene perspexit. 2) III, p. 585. 3) Robertum Grosseteste sanctorum numero ascribendum esse etiam sine canonizatione papali censuit. 4) IV, p. 478; cf. V, p. 572: *Nec erat aliquis de prelatis ecclesie qui 'domino pape, heu heu, condoleret.* 5) V, p. 71. 6) Hist. a. 1228. 7) V, p. 69. 8) IV, p. 120. 9) Ib. p. 634. 10) Cf. Ulrich p. 124. 11) Cf. p. 84, n. 20; p. 87, n. 1. 12) Etiam procuratores Ricardi in Alexandri IV. curia causam contra Alfonsum gerentes ius Germaniae publicum minus recte descripserunt; cf. Rodenberg, 'N. Archiv' X, p. 177. 13) V. excerpta a. 1245, 1257, locos inde a tempore M. Goldast (De Bohemiae privilegiis [III, 5] p. 287) celeberrimos.

*non potuit. Leni quidem reformationi Benedictinorum consensit*[1], *sed cum iterum atque iterum regis et papae avaritiam et Mendicantium*[2] *opulentiam ambitionemque*[3] *mundanam reprehenderet, suum ordinem, nedum ecclesiae universae statum, ut ad priscam euangelii simplicitatem reduci vellet, tantum aberat, ut eum rebus publicis implicatum et opibus corruptum quiete conservari et firmari optaret. Quin etiam, ne splendor sacrae cerimoniae deficeret, stipem largiendam angustioribus finibus*[4] *circumscribi probavit; eos vero qui bona S. Albani invaserunt mortis poenam commeruisse*[5] *arbitratus est. Quod monasterium suum nulli ecclesiasticae potestati nisi sedi Romanae subiectum acerrime a dioecesano metropolitaque*[6] *monachos visitaturis defensans, hanc libertatem iam prioribus saeculis viguisse, veritate minus scrupulose servata*[7], *contendit. Si quem vero civilem publicumve magistratum sacerdotum iurisdictionem*[8] *vel opes invasurum vidit,* exactio detestanda, heresis nimis reprehensibilis, conspiratio execrabilis[9] *id ei videbatur.*

*Vivido igitur ingenio praeditus auctor sermone quoque tam concitato usus est, ut etiam quae non vidisset, acsi in omnibus discriminibus ipse versatus esset, vegeto colore describeret. Sententiam autem suam, quam fere ubique sincere protulit, plurimis locis, ironiae*[10] *aut oxymori*[11] *aut agnominationis*[12] *figuris ad nauseam repetitis, breviter sed acute, dixit, interdum etiam ut mordax epigrammatum scriptor egit. Econtra ubi opiniones diversas longius explicare voluit, eas partium agentium personis tribuit. Orationes alias, quas ipsius auribus excepit, alias ex relatione eorum qui eas audiverunt*[13], *alias virorum quos loquentes introduxit litteris*[14] *vel verbis consuetis*[15] *usus, sollerter composuit, alias*[16] *vero prorsus effinxit, praesertim ubi res minus bene compertas habuit. Inter quas aliquando quidem insulse nugatus est*[17], *sed nonnullas tam ingeniose excogitavit, ut historiae aliquid novi afferrent. Nam vel res singulas lepide attigit, vel certe non tam suum quam sui aevi commune iudicium, quasi choro inter tragoediae personas ad diiudicandum introducto, revelavit*[18].

*Sermone classicorum scriptorum non affectato, sententias simpliciter et, si excipis quae sub fine vitae corrigere nequivit, emendate construxit atque vocabula Gallica, Anglica, mediae Latinitatis*[19], *imprimis in republica ecclesiaque tunc usitata sine ulla dubitatione usurpavit. Qua dictione vulgari usus, plerumque plane et nervose est locutus. Si vero ad grandem elatamve orationem assurgere conatus est, semper fere in inflatum tumorem incidit*[20]. *Cum ipse poetica indole*

1) Weber p. 61, ann. 2. id ironiam sapere censet, sed vix recte. 2) Etiam in Templarios saepe invectus est. 3) IV, p. 164. 280. 4) *Addicta divino honori non sunt usibus communibus, etiam pauperum, distrahenda;* G. abb. I, p. 30. 5) IV, p. 262. 6) De S. Albani odio in Bonifacium cf. IV, p. 260. 7) De ecclesia a. 1116. dedicata ita narravit, ut dioecesani partes in monasterio nondum exemto maximae, quas Wendoverius non suppresserat, fere evanescerent. 8) Monachum qui priorem interfecerat in regis carcere detineri noluit, *sacerdos deordinatus ne ultra puniatur;* V, p. 33. Unica papae quae *elegans* vocatur bulla monetur rex, ut cleri libertates servet; VI, p. 333. 9) IV, p. 32. 475. 592. 10) V, p. 215: *nostri cesaris sapientis* (de rege inepto); IV, p. 31. 35: *sacra precepta pater noster sanctus* dedit (i. e. papa avare tributum imperans). 11) V, p. 179: *letas querelas cum siccis lacrimis.* 12) *Curia non curialis; comitissa non comis, Venere procurante, die Veneris ruinam* effecit, scil. Margareta Flandrensis duplo matrimonio, quo proelium Westkapplense evenit; V, p. 437. 13) Sermones Henrici III. et Roberti Grosseteste V, p. 184. 406. revera similiter habitos esse censuerim; facete autem salseque dicta si brevissima sunt, velut quae Ricardus Cornubiensis legato apostolico de luna sibi oblata respondit, non video, cur non ad verbum rata habuerim. 14) Velut Friderici II; IV, p. 95. 523. V. supra p. 87. 15) V, p. 67: *Exclamavit dicens, ut verbis eius consuetis utar.* 16) A. 1250. de Ludovici IX. itinere sacro. 17) IV, p. 62: vaticinium Sarracenorum de Ricardo Cornubiensi Hierosolymas profecturo. 18) Velut de Friderico II. a. 1239. quid Angliae curia nobilesque senserint dici videtur. 19) Quaedam verba ipse formasse videtur, velut *premereo* (?) III, p. 90; *detunico* IV, p. 265. 20) *Turgidius aliquotiens intumescit et post unam alteramve periodum languidule et sibi iam factus inaequalis stylum dimittit,* Wats, praef. p. 3.

*careret, ad sermonem exornandum saepe integras sententias vel singulos dicendi flosculos imprimis Sacris Scripturis*[1] *et Ovidio decerpsit. Sed Terentii, Horatii, Lucani, Iuvenalis, Persii, Statii, Claudiani, Valerii Maximi, Senecae*[*] *eadem dicta tam saepenumero laudavit, ut forsitan hos flores in anthologicis collectos invenerit; accedit quod raro et interdum falso*[2] *auctores nominavit. Alia excerpsit ex Aristotelis libro de meteoris*[3], *apocryphis Actis apostolorum*[4], *'Papiae elementario'*[5], *Gregorio Magno*[6], *Catonis distichis*[7], *Gratiano, Marbodi*[8] *poemate de gemmis, Bernardi(?) meditationibus de humana conditione*[9], *Petri Lombardi Sententiis, Bernardo Sylvestri*[10], *Galfridi de Vino-Salvo Nova Poetria*[11], *Petro Comestore*[12], *aliis scriptis. Quaedam proverbia ex ore vulgi sumpsisse putandus est*[13].

*Ad vastam rerum molem quam tradendam habuit digerendam temporum ordinem sequi sibi proposuit Matheus.* Sed que simul contigerunt simul minime potuerunt enarrari[14], *neque res vel epistolae ipso tempore quo gestae vel scriptae sunt ad monachum Albanensem pervenerunt. Sed cum quae comperit eo loco quo in narrando constitit, illico notare soleret, res externae plerumque post Anglicas eodem vel paulo posteriore tempore gestas, interdum etiam plus*[15] *uno*[16] *anno post verum annalem positae sunt. Interdum autem, ut tale mendum evitaret*[17], *in graviores incidit errores, cum postea comperta in margine annalis prioris, nonnumquam praematuri*[18], *annotaret. Saepe documentis integris paulo infra transcribendis sua verba excerpta longo intervallo quo prorsus aliena tractavit separata cur praemiserit nescio; quibusdam autem locis, cohaerentibus inter se rebus consulto seiunctis, exitum quem iam noverat, longe post initium narravit*[19], *eo, ni fallor, consilio, ut singula quaeque tempore quo evenissent scripta viderentur. Ex contrario nonnumquam rationis annalium oblitus, quaedam diversis annis facta, ut inter se coniuncta, in unum caput redegit*[20]. *Cum de rebus iam narratis postea certior fieret, priore capite nec deleto nec mutato*[21], *posterius accepta inferiore loco posuit; unde de eadem re diverso*[22] *vel etiam contrario modo bis vel compluries*[23] *retulit. Plane autem eadem, multis foliis inter-*

*) H[enricus] Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie et Aquitannie, comes Andegavie, dilecto in Christo fratri Ulrico *inscr. Senecae cod. Erfurtensis saec. XII, Mathei aevo in Germaniam missus, de quo cf. Stubbs, Rog. Hoveden. II. p. LI.*

1) Quarum verba interdum violenter pervertit, ut suae sententiae convenirent; cf. IV, p. 133. Plurimas translationes debuit Vulgatae, velut Osee 13, 3 verba: *O regem mirabilem, cui impensa officia quasi nebule pertranseunt matutinales,* V, p. 569. 2) Laudavit Statium loco Claudiani IV, p. 395; V, p. 276; atque Gregorium loco Valerii Maximi V, p. 31; VII, p. 611, et Gratiani VII, p. 610. 612. 3) IV, p. 249. Hist. I, p. 70; de versionibus quibus incipiente aevo XIII. philosophi Latini uti poterant cf. Jourdain, 'Traductions d'Aristote' p. 31. 66. 124. 129. 168. 4) V, p. 324. 5) VI, p. 165. 6) V, p. 244. 7) V, p. 589. 8) VI, p. 389. 9) V, p. 355. 10) Ib. p. 275. et Hist. a. 1236. 11) V, p. 138. 581. 12) IV, p. 77. 13) Luard VII, p. 464 sq. collegit versus et dicta quae Matheo non debentur, alibi autem frustra ab ipso quaesita sunt. 14) V, p. 136. 15) Epistolas Graecorum multo ante datas una cum responsis a papa datis a. 1237. accepisse videtur. V. inter excerpta a. 1239. Friderici II. epistolam a. 1236. datam; a. 1244. de Hungaria a. 1241. subiecta; a. 1249. de Marcellino Aretino a. 1248. mortuo. Wallensia documenta anni 1241. demum a. 1244. inseruntur. 16) III, p. 448. 17) Quaedam ex indictione corrigere potuisset, velut a. 1246. Friderici epistolam ad a. 1245. pertinere, ex indictione manifestum erat. 18) Obsidio Ferrariae et Friderici epistola ap. Ficker nr. 2910, quas a. 1239. posuit, ad a. 1240. pertinent. 19) Ad a. 1250. quaedam de Ludovici IX. itinere sacro notavit quae non comperit ante tristem eventum, qui tamen loco longe inferiori deputatus est. Eodem modo caput de Albigensibus a. 1213. insertum alienis rebus interpositis in duas partes discissum est. 20) Velut IV, p. 300, a. 1244. epistolam rebus tunc narratis affinem attulit, quam non ante m. Apr. 1245. legisse potest; similia cf. IV, p. 320. 21) V, p. 682: *A. 1258. obiit archiepiscopus Treverensis;* p. 699: *diu langueral, ut crederetur mortuus.* 22) V. inter excerpta Innocentii IV. fugam a. 1251. quater narratam, postremo rectis diebus annotatis, et visionem eius a. 1254 sq. Antiquarii a nostro seducti ex uno parliamento duo fecerunt; cf. Weber, 'England und Rom' p. 61. 23) De bello Flandrensi a. 1253. 1256. inter excerpta habes octo narrationes. Cf. metum solatiumque Francorum, Ricardo rege Romanorum electo; gesta Brancaleonis; proelium ad Foggiam a. 1255.

*iectis, mera oblivione captus, vix alibi nisi postremis annalibus iteravit*[1]. *Adde quod annum a natali incipere sibi proposuit, attamen persaepe quae ante pascha evenerunt priori anno subiunxit*[2], *et facile intelliges, non paucas res perverso ordine*[3] *sibi succedere vel falso anno ascriptas esse.*

*Praeter annos crebro etiam rubrae ut a Wendoverio ad opus ingens in partes distinguendum superscriptae sunt. Quibus plerumque auctor paucas tantum lineas complexus est. Ubi autem longiores tabulas recepit, notulis in margine appositis res maioris momenti insignivit. Praeterea, ut lector certos locos facilius invenire posset*[4], *imagines*[5] *figurasque*[6] *varias adiecit et coronas, mitras, scuta vel erecta vel reversa*[7] *in margine pinxit, ut de regibus, praelatis nobilibusque vel succedentibus vel mortuis agi uno aspectu animadverteret*[8].

*II. Historiam Anglorum*[9], *a.* 1066—1253, *scribere incepit a.* 1250[10], *quo eam primo terminare voluit; quando manum ab opere retraxerit, non constat*[11]. *Maiorem eius partem excerpsit ex Cronicorum codice* 1, *antequam*[12] *hunc postremae limae subiecit; in cuius margine nota* Impertinens ad historiam Anglorum *vel similis saepe invenitur; interdum tamen codicem quoque* 2[13], *quin immo Wendoverii perditum* ϱ[14] *adhibuit. Cum hoc opere* tantum statum regni Anglie describendo manifestare[15] *vellet, historiam externam*[16] *aut omisit aut leviter tetigit. Sed etiam res Anglicas, compluribus capitibus similia continentibus in unum contractis et plurimis instrumentis praetermissis, in breve coegit. Quae excerpta, memoria nimis fretus, cum Cronicis iterum conferre supersedit, nedum errores*[17] *ibi commissos hic corrigere studeret. Praeter opera sua, Cronica, Additamenta Gestaque*[18] *abbatum raro tantum libris*[19] *ad Historiam conficiendam adhibitis, pauca, quae in sola Historia inveniuntur, audiisse, non legisse videtur. Sunt enim versus memoriales*[20] *vel nomina auctorum*[21] *quibus eos in Cronicis allatos debuit vel mira quaedam facinora vel salse dicta vel historiolae in magnam partem inanes*[22]. *Omnino, quod potius lectoribus saeculi XIII. miras quasque fabulas avide hiantibus placere quam meram veritatem sequi studuerit, multo magis Historiae quam Cronicis crimini*

1) Interdum corrector in margine *Vacat quia prius* apposuit vel lectorem ad caput superius remisit. 2) Hist. a. 1157: *Willelmus primogenitus regis Henrici obiit diebus nataliciis, unde dissentio est, utrum hoc vel anno preterito obierit;* cf. a. 1185; Abbr. Cron. a. 1153. 1157. Unde parliamentum a. 1244 (cf. Stubbs, 'Const. Hist.' II, p. 61) falso tempori attributum est. 3) Friderici II. altera epistola d. Iul. 1245. exstat a. 1246, et altera d. Febr. 1246. habetur a. 1245! Lombardi a. 1238. post Brixiam oppugnatam se dedituri esse dicuntur; de nuntiis ad pacem per comitem Tolosanum faciendam petitis a. 1244. post 'scriptum obligationis imperatoris' agitur. 4) Quodsi I, p. 206. *secundum librum* laudavit, dixit codicis 1 vol. II. Foliis numerum non apposuit; cf. supra p. 85, n. 4, IV, p. 402: *in precedenti* 6. *folio.* 5) Columbae, piscis, calicis etc. 6) Circuli, crucis etc. 7) Ubi scutum diruptum in marg. apparet, de gente ex nobili ordine detrusa agitur. 8) De instrumentis Libro additamentorum, de rebus domesticis Gestis abb. reservatis v. infra p. 95 sq. Sub finem vitae et hunc et omnem fere operis ordinem turbavit auctor. 9) Olim Minor vocabatur. 10) *Tempora hec scribentis, videlicet a.* 1250, Hist. I, p. 9. 11) Cum prius scripta simpliciter transsumpta sint, v. inter excerpta a. 1250. de Willelmo rege adhuc superstite et colophonem: *Hic terminantur Mathei cronica.* Iohannes Wallingford., iam a. 1258. mortuus, Hist. Angl. adhibuit. 12) Sed post plurimas notas marg. cod. 1 additas; cf. a. 1094. 1107. 13) Vide excerpta a. 1209. 14) De quo cf. supra p. 19. A. 1162. verba Wendoverii in omnibus codd. Cron. Mai. II, p. 220. omissa in Hist. retenta sunt; cf. ed. Luard II, p. 140, n. 1. 3; 217, n. 4; 219, n. 1. 15) I, p. 342. 16) Solum primum iter sacrum amplissime narravit. 17) Tamen (a. 1212) II, p. 128. recte: *filie sue* (Iohannis), ubi Cron. (ex Wendov.) II, p. 534. falso: *filie eiusdem regis Scotie.* 18) A. 1151. laudantur. 19) A. 1195. stilo plumbeo annotatur: *secundum Ymagines*, scil. Rad. Dicet. apud S. Albanum adauctas. 20) Etiam e linguis Anglica et Vlamica; cf. supra p. 84, ann. 8. 21) Cf. supra p. 79, ann. 5. Epitaphium in Simonem de Monte-forti etiam in Cron. a. 1219. sed nomen auctoris Rogeri de Insula nonnisi in Hist. II, p. 240. exstat. 22) Cf. supra p. 79, ann. 25; a. 1166. *de Iohanne in ventre matris mira pronostica;* a. 1184: *Saladinus natus erat ex nobili Anglica sclava, unde dilexit regem Ricardum;* a. 1189: *rex Ricardus promisit omnia pro quibus dimicavit s. Thomas adimplere.*

*dari potest. Etiam senilis animi proclivitati ad vana verba excogitanda*[1] *nec-non documentis*[2] *inserenda et ad res longius exponendas in hoc posteriore opere nimis indulsit. Ad Cronica maiora disertis verbis lectorem permultis locis*[3] *remisit; quorum tamen plurimis postea erasis*[4], *aut* Libri multorum[5] *indistincto modo aut* Liber additamentorum[6] *aut pristini Wendoverii Cronicorumque auctores superscripti sunt. Inter quos* Rotuli veterum annalium[7], multi rotuli[8], curiae[9], scaccarii[10], vicecomitum[11], Aquilonarium[12], Alexandri de Swereford[13] *forsitan revera, nisi Matheo vel Wendoverio, tamen eorum auctoribus usui fuerint. Sed certe effícti sunt tituli* Historia Normannie[14], Vita b. Thome[15], *alii*[16]. *Quaerenti mihi, quare mentio Cronicorum maiorum ex Historia Anglorum ita exstincta sit, suspicio incidit, num forte auctor, ne aulici potentesque viri, utpote in quos tam saepe in priore libro invectus esset, si Historiam inspicerent, ad illum S. Albani maiorem, sed periculosum thesaurum perscrutandum inducerentur, prudenter caverit*[17]. *Certe enim ne regiam gentem, papam, praelatos, Mendicantes offenderet, locos in Cronicis asscripta voce* Offendiculum[18] *notatos in Historia aut omisit aut castigavit aut postea correxit; sicut etiam multo minus Friderico II. favit, ne ecclesiae resistere videretur. Attamen cum etiam in Historiae autotypi marginibus plus semel 'offendiculum'*[19] *apponeret, forsitan scribam, qui ex hoc codice exemplum regi praesentandum transsumpturus foret, instruere voluerit. Itaque cum ubique maioris operis amplitudinem et distincta iudicia in Historia Anglorum scribenda evitare studeret, non mirum, quod haec sincerae historiae multo minorem utilitatem quam Cronicorum corpus afferat.*

*III.* Liber additamentorum[20] fratris Mathei Parisiensis[21], *ut Cronicorum*[22] volumen deoneretur[23], *a.* 1242. *vel paulo post institutus, his fortasse ut appendix subiungi debuit, in quibus* Finis libri[24] *vel* Liber qui huic est continuandus[25] *compluries laudatus sit; iam Vitis Offae I. et II.*[26] *et abbatum S. Albani*[27] *agglutinatus est. Matheus, qui se auctorem plus semel professus*[28] *librum sua manu correxit, hic instrumenta diversi generis sine ullo fere ordine*[29] *permixtim congessit. Sunt enim aliae tabulae maximi momenti, quae inde ab a.* 1242[30]. *paulatim accrescentes usque ad a.* 1258. *ample res publicas, etiam externas illustrant, aliae de privilegiis S. Albano inde ab a.* 793. *datis*[31], *de divino*

1) Adde agnominationes aliasque figuras meditatas sine argumento historico. 2) Velut epistolae Friderici I. Saladino datae. 3) II, p. 440; a. 1151: *in Cronicis S. Albani.* 4) Tamen I, p. 342 sq. adhuc sub rasura legi possunt: *in cronicis;* supplendum est ubique *S. Albani,* vel *magnis.* 5) II, p. 259; vel similiter: *plurimorum* p. 373, *religiosorum* p. 352, *istoriographi* p. 249, *historia de Gestis regum* II, p. 143. 157. 6) II, p. 387. 434; attamen documenta quae dicit non in Libro add., sed in Cron. Mai. exstant. 7) A. 1154. 8) II, p. 135. 9) III, p. 17. 10) A. 1189, ubi tamen Wendoverius G. Ricardi exscripsit. 11) A. 1232. 12) A. 1249. 13) V. supra p. 15, ann. 7. 14) A. 1190. 1198, ubi Wendoverius Hovedeniam adhibuit. 15) A. 1166, ubi Wendov. epistolis s. Thomae usus est. 16) A. 1151. *liber de historiis Orientalium,* ubi Will. Tyrius, II, p. 292: *Templariorum,* ubi Oliverius schol. exscriptus est. 17) II, p. 131: Iohannis 'subiectio' Innocentio III. facta, *quia occulta, nonnisi in occultis rotulis aliquorum poterit reperiri,* quae tamen exstat in Cron. Mai. 18) Vel *cave, vacat* etc. 19) I, p. 301: *Vacat.* 20) Vel *literarum* Cron. IV, p. 518. 619; vel *supplementorum* Hist. II, p. 387. Laudatur liber fere 64 Cronicorum locis (v. Luardi indicem VII, p. 6) inter a. 1215. et 1258. 21) Cron. II, p. 606. 22) Sed etiam in Vitis abbatum ad supplementa hic seposita lectorem remisit. 23) Cron. V, p. 229. 24) Cron. III, p. 233; IV, p. 400. 586. 25) IV, p. 427. 26) V. infra p. 97. 105. 27) I, p. 199, ed. Riley, refertur *ad presens volumen.* 28) F. 92: *Auctenticum papale quo d. Matheus Parisiensis qui et scripsit hec destinatus est reformator monachorum in regno Norwagie* ed. Luard V, p. 45; f. 112: *Privilegium* (a. 1254) *impetratum tempore Mathei Parisiensis horum scriptoris,* VI, p. 292. 29) Raro tantum complura documenta quae de una re agunt in seriem cohaerentem collegit. 30) Una tantum a. 1239. data est; Iohannis autem regis chartae f. 121 sq. non ante a. 1253. transcriptae sunt, utpote quo anno negotium actum sit, quod in eodem folio notatum praecedat. 31) Sed haec demum volumine iam antea condito mediis foliis inserta sunt. Multae bullae paparum hoc solo loco exstant, itaque Jaffé non erant notae.

*officio aliisque rebus domesticis conscriptae sunt, atque multae cum Cronicis nullo nexu cohaerent. Interspersa sunt quaedam folia, ubi auctor ad disciplinas quae geographica*[1], *genealogica, heraldica*[2] *vocantur quaedam non contemnenda collegit, alia imaginibus*[2] *arte non mediocri pictis ornata, alia ubi breves tractatus ipse composuit, velut f.* 25: Qualiter non complacuit b. Albano alibi morari nisi ubi passus est[3]; *f.* 27: De inventione s. Albani[4]; *Miraculum de s. Aedwardo; de Roberto de Mumbrai; Vita Stephani Cantuariensis*[2]; *Opera Ricardi pictoris S. Albani;* De anulis et gemmis et pallis que sunt de thesauro huius ecclesie[5]; *Necrologium S. Albani*[6]. *Alia aliunde transscripta videntur, velut nomina abbatum S. Albani, regum Angliae, paparum, episcopatuum Galliae. Sane ingeniosum erat consilium, fortasse theologorum vel iurisperitorum commentariis vel glossis suggestum, ut auctor — quasi ut historiae probationes recentium more narrationi subiungeret — instrumenta a Cronicorum relatu separata cum adversariis, quibus domestica quaedam aliaeque res variae minoris momenti tractarentur, in unum tomum colligeret. Dummodo normae prudenter excogitatae firmiter adhaesisset*[7]! *Sed modo epistolas*[8] *gravissimi momenti nonnisi in Libro Additamentorum, modo tabulas levissimi pretii in Cronicis, modo easdem in utroque opere, modo inter Additamenta bis vel ter attulit. At magis dolendum est, quod multa documenta*[9], *ad quae inter Additamenta quaerenda lectorem in Cronicis remisit, ibi non inveniuntur*[10]. *Citasse igitur videtur quae ut transscriberentur fortasse mandaturus erat; sed postea non sunt descripta.*

*IV.* Librum de gestis abbatum Sancti Albani[11] *laudavit Matheus in Historia Anglorum a.* 1077[12], *itaque ante a.* 1250, *sed Cronicis Additamentisque iam usus*[13], *post a.* 1242. *scribere incepit. Quem primo quidem fortasse a.* 1250.[14] *terminare voluit, tamen iam fere ad a.* 1190.[15] *mentionem rerum a.* 1252—1254. *gestarum fecit et postremo narrationem deduxit usque ad Iohannis II. (a.* 1235 —1260*) abbatis* annum prelacionis 20, quo hec pagina a fratre Matheo scripta est Parisiensi[16], qui de futuris non presumit diffinire[17]. *Fontes adhibuit rotulum Bartholomei*[18], *Vitam s. Albani*[19], *Inventionem s. Amphibali*[19], *Fundationem S. Albani*[20], *Radulfum de Diceto ibidem adauctum*[20], *Seriem abbatum falsam*[21], Willelmi abbatis exemplar manu propria conscriptum[22] *de damnis S. Albano fere*

1) Cf. supra p. 85, et infra p. 100. 2) V. infra. 3) Haec *ego frater Matheus Parisiensis duxi litteris commendare,* certe post a. 1241 (cf.: *Dacie rex Aldemarus plus quam* 40 *annis regnavit,* ed. Riley, G. abb. S. Albani p. 19, ubi cont. Mathei hanc historiolam inseruit); specimen scripturae ap. Hardy III, tab. 3. 4) Specimen ib. tab. 2. 5) Laudatur ad a. 1255. in Cron. V, p. 490; specimen ap. Luard VI. 6) VI, p. 270: *Ego frater Matheus Parisiensis hec scripsi, ut vivant nomina fratrum in eternum;* specimen ap. Hardy III, tab. 4. 7) Praesertim post a. 1255. Albanensia quae in Lib. add. vel in G. abb. poni debuissent Cronicis inseruit. 8) Velut Sanchiae reginae, v. excerpta a. 1257. 9) Velut V, p. 615. epistola archiepiscopi Messanensis. 10) Additamenta in Hist. Angl. falso laudari, supra p. 95, ann. 6. monui. 11) Iam supra p. 5. monui, historiam ullam domesticam saec. XII. minime apud S. Albanum exstitisse; etiam G. abb. codex 1 continet locos e Vita s. Albani auct. Willelmo (v. p. 6) excerptos. 12) I, p. 23; cf. a. 1151. 13) *Cronica presentis (huius) libri* laudavit ed. Riley I, p. 185. 193; similiter saepius. *Privilegium quod in presenti prescribitur volumine* (I, p. 199) exstat in Libro addit. f. 157. 14) Ita laudatur V. Offae II, ed. Wats p. 987. 15) I, p. 210; cf. p. 321. 16) Minus recte nomen auctoris ex I, p. 19. laudatur, cum id caput a continuatore G. abb. postea insertum sit. 17) I, p. 324. Gesta iam Ioh. Wallingford. (de quo v. supra p. 94, n. 11) adhibuit. Inter a. 1255—1259. multa domestica in Cronicis inveniri, quae potius ad G. abb. pertinuissent, supra p. 94, n. 8. monui. 18) V. supra p. 5. Hunc vel aliud quoddam opus iam saec. XII. confectum et a Matheo nonnisi retractatum et continuatum in cod. 1 iam perdito latuisse, quidam statuere voluerunt. Sed Wats, qui 1 contulit, hunc ante 2 desiisse, vel verbis (ed. Riley I, p. 322) *eo audiente* (rem saec. XIII. med. gestam) *qui hec scripsit* caruisse, non notavit, immo locum I, p. 315. de morte Radulfi Cheinduit (a. 1243; Cron. IV, p. 262) *ex omnibus tribus mss.* contulit. Cf. supra n. 11. 19) V. p. 6. 20) V. p. 7. 21) V. p. 3; quae tamen iam a Wendoverio a. 1119. 1214. et in Auct. Dicet. exscripta est. 22) Ed. Riley I, p. 296.

*a. 1215 sqq. illatis*[1], *privilegia*[2] *regum et paparum, alias litteras domesticas*[3] *imprimis sua opera historica*[4]. *Cum eo aevo monasterium veris antiquitatis documentis ante a. 1150. scriptis fere omnino careret, falsis autem saec. XII. vel antea confectis abundaret, Gesta abbatum per tria saecula fere nihil nisi fabulas praebent*[5]. *Quarum saltem nonnullas Matheus invenisse*[6] *mihi videtur. Certum quidem ordinem temporum, cum annales non haberet, instruere non conatus, ubi regum mentio facienda erat, eorum nomina prudenter omisit; immo in margine annotavit*[7], *quae monachi inter se tradiderunt ea certae historiae non concordare. Monasterium saec. X ex. reformatum*[8] *esse, fortasse ignoravit, saec. XI ex. autem alodium Cantuariensi archiepiscopo subiectum*[8] *fuisse, sicut multa quae gloriae et libertati S. Albani officere possent, consulto praetermisit. Quae de situ Verolamii sibi visa retulit fide digna, quae vero fortasse a monachis vel ex ore vulgi de priscis temporibus accepit, nisi alter testis inveniatur, aeque ac mendacia ipsius manifesta mihi reiicienda videntur. Inde autem a saec. XII in. vel medio veras res audire potuit*[9]; *inter quas capita de Hadriano IV, quamvis rerum temporisque ordine confuso, genuinum quasi nucleum continent. Ordine quidem annorum ne saeculo quidem XIII in. servato*[10], *tamen per suum aevum de historia moribusque abbatum, de bonis acquisitis, de causis litibusque actis, de doctrinis discipulisque scholae S. Albani, de musica, pictura, sculptura, architectura, de institutionibus et divino officio, de vita privata et quotidiana consuetudine ut peritissimus iudex tam ample egit, ut, etiamsi nihil nisi domesticum hoc opus posteritati reliquisset, ob hoc solum de historia optime meritus censendus atque litterarum artiumque studiosissimus cultor admirandus esset*[11].

*V, 1. Vitas Offae I. et II.*[12] *regum Merciae uni auctori attribuendas et Matheo scriptorii praeside in Albanensi codice Nero D 1.*[13] *f. 2—25. exaratas*[14] *esse, viri docti consentiunt, a Matheo compositas esse, V. Cl. Luard*[15] *negat. Cuius tamen argumenta*[16] *nihil probant nisi id quod supra p. 7. dixi, scriptum quoddam De fundatione S. Albani auctori Vitae Offae iam prae oculis fuisse. Laudantur Liber additamentorum*[17] *et* Gesta[18] abbatum *[ed. I]*

1) Mirum, quod legendam de Thurstano tribuno S. Albanum depeculato et a. 1064. punito (Hist. S. August. Cantuar. p. 211) omisit. 2) V. supra p. 95 sq. 3) Distichon Leofstani I, p. 31. 4) De Edwardo Confessore narravit secundum Cron. I, p. 535, de Willelmo II. secundum notam Cron. a. 1100. in marg. ab ipso additam. Vita Offae II. demum in altera G. abb. editione usus videtur esse. 5) V. supra p. 3. 6) V. supra p. 3. Nomen Unwonae (supra p. 6, n. 13) fortasse ex V. Offae sumptum est. Amphibali reliquias (supra p. 6) iam saec. XI in. cultas esse, mentitur auctor I, p. 35. 7) I, p. 30. 8) Cf. supra p. 4. 9) Cf. supra p. 5, n. 4. 10) Cf. de a. 1215. supra p. 74, n. 3. 11) Iocelinus de Brakelonde (SS. XXVII, p. 324) de S. Edmundi minutiis fortasse hilarius garrivit, sed altissima quaeque Mathei proposita non attigit. 12) Dolendum est, quod viri docti Angli Theopoldi dissertationem Gotting. egregiam de Offa ignoraverint. 13) *Hunc librum dedit frater Matheus Deo et ecclesie S. Albani;* sed minime sua manu scripsit. Codex marchionis de Bute, membr. saec. XIV ('Third Report of Hist. Mss.' p. 205), nescio num ex hoc transscriptus sit. 14) Imagines quamvis extremis tantum lineamentis fuscis designatae, umbra varioque colore careant, sunt optima Albanensis artis specimina; primum folium lapidi incisum v. ap. Hardy III, tab. 1. 15) Iohannem de Cella (v. supra p. 8) auctorem fuisse, censet VII, p. 599. Sed si saec. XIII medio Vita Offae exstitisset, Ioh. Wallingford. (ed. Gale I, p. 530) vix dixisset: *Multa de viro isto audivi, que explicabo.* 16) I, p. LXXX; V, p. XII: 1. Matheus a. 793. Wendoverii Flores transscribens, verbo *[D]inumerata* (ubi initialis littera in cod. P 1 rubricatori vacua relicta erat) falso tamquam *innumerata* intellecto, addidit: *soluta;* econtra V. Offae cum Wendoverio recte habet: *dinumerata pecunia;* 2. Matheus, Cron. V, p. 562, adhibuit Vitam Offae II, sed se auctorem non professus est. At Wendoverium Vita Offae nondum usum esse, inter multa alia ex hoc argumento recte statuere mihi videor, quod a. 765. de *Tidfert Domucensi* (Dunwicensi) episcopo egit, ubi V. Offae, eodem loco vel ex Wendoverio vel ex pristina Fundatione exscripto, perperam *Tedfordensem* episcopum habet. 17) P. 987: *Habet abbas pontificalia ornamenta* [hucusque etiam Wendoverius], *prout instrumenta protestantur in hoc libro* [Additamentorum], *videlicet in sequentibus.* 18) P. 987.

usque ad a. 1250. in presenti volumine, *adhibentur quoque Cronica maiora*[1] *et Gestorum abb. editio II.*[2] *Composita igitur est V. Offae II. post a.* 1255. *et ante a.* 1259[3]; *et, ut mihi verisimile videtur, paulo antequam a.* 1256, *Iun.* 22. apud S. Albanum in capitulo statutum est, ut *certis* horis dicatur: 'Anima regis Offe requiescat in pace!' Hoc autem nunquam antea factum fuisse memoratur, quod nulla ratione poterat excusari[4]. *Tale enim decretum quin commemoraret vix facere potuisset auctor V. Offae II, cum* abbates primitivos ingratitudinis execrabilis[5] *erga fundatorem accusaret, si post a.* 1256. *scripsisset*[6]. *Potius igitur liber in scriptorio fere a.* 1255. *eo consilio praeparatus videtur esse, ut ille honor Offae regi in capitulo concederetur*[7]. *Quis autem, quaeso, in Mathei libro a.* 1255. *Mathei opera, nomine auctoris omisso, laudare ausus esset, quis Cronicorum, Historiae, Gestorum sermonem*[8] *iis quoque locis Vitae Offae qui cum Wendoverio*[9] *non conveniunt ita aequare potuisset nisi ipse Matheus? Cui inter insulsas fabellas, quamvis multas e falsis abbatiae litteris et nonnullas ex ore vulgi forsitan collegerit, aliquas*[10] *quod excogitaverit crimini dare non dubito, quoniam, etiam Vita Offae II. absoluta, eius gloriam ultra veritatem excedendo in Cronicis efferre*[11] *studuit. Sed certe quaedam vestigia priscae traditionis Teutonicae in iis capitibus latent*[12] *quae de pueritia Offae et de Cynedritha*[13], *uxore eius, vertuntur; similia enim in Beovulfi carmine et a Waltero Map et a Saxone Grammatico*[14], *sed etiam alibi, narrantur. — Praeterea autem ne minimi quidem pretii ad historiae cognitionem augendam has Vitas aestimarim. Editae sunt Vitae Offae I. et II. a Wats post Mathei Parisiensis opera Lond. a.* 1640. 1684. *fol. Nihil ex eis excerpsi, cum caput de Offae itinere Flandrico et Romano supra p.* 22. *exstet, et quae Matheus de Karolo Magno Fundationi sive Wendoverio*[15] *adiecit, nuda figmenta*[16] *esse appareat.*

*V*, 2. *Vitam s. Stephani de Langton archiepiscopi Cantuariensis, e qua unum fragmentum de a.* 1215 *sqq.* 1220. *exstat, post a.* 1253, *Cronicis et Historia usus, velociter neque sine mendis scripsit Matheus. Auctorem laudavit Gervasium de Melkley*[17]; *et qui, ait,* sermones et virtutes quas Dominus pro eodem archiepiscopo et Roberto *de Courçon cardinali* et Iacobo de Vitriolo *[fecit]*, legere desiderat, librum Additamentorum annalium que apud S. Albanum sunt adeat inspecturus; *ubi tamen ea non exstant. Cum in sedem Romanam acriter inveheretur, vix ut Stephani canonizatio impetraretur hanc Vitam composuerit. Tamen illum a papa munere ad tempus interdictum, tum quominus Romam adiret, postea Romae ne in Angliam rediret prohibitum esse, ut quae sancto minus convenirent, silendum censuit. Singulis igitur causis ordineque temporum neglectis,*

1) V. p. 97, n. 16, nr. 2. 2) P. 988. exscribitur caput quod codici Spelmaniano deest. 3) V. p. 97, n. 13. 4) Cron. V, p. 562. 5) P. 987. 6) Accedit, quod Matheus Cron. a. 1256. quaedam de Karolo Magno e Vita Offae hausisse videtur. 7) Fortasse ut posteri monachi hunc quoque suum patronum sanctorum numero ascribi facerent. 8) Velut p. 974: *sub ovina pelle vulpinas insidias*; p. 979: *noverat rex desideria Romanorum*; p. 980: *Quendrida filias suas ultramarinis alienigenis credidit tradidisse maritandas.* 9) Vel potius cum eius fonte, Fundatione. 10) Velut p. 4, n. 8 (de Becco); Offae uxorem fuisse filiam Karoli Magni; epistolas Offae et Karolo datas; cf. Theopold p. 124; Auct. Dicet. ed. Stubbs I, p. 128; privilegium falsum ed. Luard VI, p. 6. 11) Cron. V, p. 563: *Scolam Anglorum fundavit* (cf. supra p. 22, n. 4), id quod Vita p. 985. Wendoverium vel Fundationem secuta non habet. Secundum Vitam *Offa regnavit per 22 sciras*, secundum Cron. ib. — ut numeros 23 ap. Wendov. a. 793, ubi (ex Fund. S. Albani?) 22 tantum nomina exstant, eveniret —: *per 23, Rutlandia adnumerata*, qui vix ante saec. XIII. comitatus separatus dicitur. 12) Cf. supra p. 84; Suchier, 'Sage von Offa', in Paul et Braune, 'Beitr. zur Gesch. der D. Sprache' IV (1877); G. P[aris] in 'Revue critique' a. 1868, p. 12. 13) Ad quam Matheus historiolas de Þrudone, Anglorum paganorum fabulosa figura, narratas refert. 14) Matheus haec forsitan a Norwegis audierit; Hardy I, p. 499. 15) Supra p. 21. 16) Cf. Theopold. p. 121. 17) Cf. supra p. 79, n. 14.

*virum qui pro Angliae libertate*[1] *contra regem papamque fortiter steterat ad sancti quem populus suus maxime coleret gloriam efferre voluit. Ad historiam Flandriae et haereticorum cognoscendam nonnihil novi attulit.*

*V*, 3. *Vitam s. Edmundi a.* 1234—1240. *Cantuariensis archiepiscopi scripsit* episcopi Cicestrensis Ricardi assertionibus necnon et fratris magistri Roberti de Bacun de ordine Predicatorum certificatus dominus Matheus Parisiensis monachus ecclesie S. Albani[2]. *Eiusdem b. Ricardi a.* 1245—1253. *episcopi Cicestrensis* Miracula in historialibus libris S. Albani, videlicet in libro de vita s. Edmundi annotantur[3]. *Haec opera non exstant*[4].

*V*, 4. *Thomas de Walsingham*[5] *Vitam s. Thomae Cantuariensis, Baleus*[6] *nullo argumento fultus Vitas ss. Wolstani episcopi et Guthlaci Matheo ascripserunt; de quibus Vitis nihil compertum habeo.*

*V*, 5. *'Vie de seint Auban', carmen Anglonormannicum versibus Alexandrinis saec. XIII in. vel medio*[7] *ex Vita Albani auct. Willelmo confectum est. Codex Coll. Trin. Dublinensis E* 1, 40, *f.* 3—50, 2 *coll.* 4°. *membr., initio mutilus, saec. XIII medio*[8] *manu Albanensi*[9] *exaratus et pictus et a Matheo S. Albano donatus est; sed minime opus*[10] *ab ipso compositum est*[11]. *Nam s. Heraclium, qui Albanum sepelierit, martyrium subiisse, nomen Architriclinii*[12] *ex Ioh. II*, 8. *perperam effictum multaque alia tam absurda commenta Matheus in libris suis prorsus ignoravit; et, id quod poeta* 20 *fere locis alucinatur, Britanniam tempore Albani a Saracenis Mahometi legem tenentibus habitatam fuisse, nostrum ementitum esse, non concesserim. Accedit, quod Matheus patrio sermone utebatur Anglico*[13].

*VI*, 1. *Matheo, ait primus continuator Gestorum abbatum*[14], *qui adolescens eum forsitan viderit*, inerat tanta subtilitas in auro et argento ceteroque metallo, in sculpendo et in picturis depingendo[15], ut nullum post se in Latino orbe creditur reliquisse secundum. *De Mathei operibus sculptis nihil quidem compertum habemus. Permultas autem imagines in codicibus S. Albani tunc pictas minime uni*[16], *sed saltem tribus vel pluribus pictoribus*[17] *attribuerim. Nam qui-*

1) V. excerpta cap. 1: *fidelis regni advocatus.* 2) Cron. V, p. 369; quae Walsinghamius ap. Hardy III, p. XLVIII, de hac Vita dixit, fortasse ad hunc locum recedunt. 3) V, p. 384. 4) Nam litterae Innocentii IV. de canonizatione et Ricardi Cicestrensis de translatione s. Edmundi atque pauca miracula et sermones eiusdem in Libro addit. VI, p. 120—130. hic vix dicuntur. 5) V. supra n. 2; fortasse Walsinghamius seductus est verbis Hist. Angl. a. 1166. in loco raso a Matheo scriptis: *in Vita ipsius* (scil. Thomae) *omnia hec plenius annotantur; has epistolas invenies in Vita b. Thomae;* sed sub rasura olim Cronica Maiora laudata fuerant; cf. supra p. 95, ann. 15. — In cod. Dublin. Coll. Trin. E 1, 40. f. 2, ap. Atkinson, 'Vie de Seint Auban' (Lond. 1876, 4°) p. XI, haec leguntur: *Mittatis, si placet, ad dominam comitissam Harundell[ie] Isabellam, ut mittat vobis* [fort. Herberti; cf. supra p. 79, n. 6] *librum de s. Thoma martyre et [de s. Aed]wardo quem transtuli;* sed Matheum haec aut Vitam s. Eadwardi scripsisse, probatum non est. Ossa fratris mariti comitissae illius Thomas monachus S. Albani e Terra Sancta retulerat; Cron. III, p. 67. 6) Cent. 4, ser. 26; Historias autem Hibernenses quas Matheo attribuit nihil esse nisi Visiones purgatorii s. Patricii Cronicis insertas, iam Wats suspicatus est. 7) F. 22. in marg.: *hoc de libro Iohannis Mansel.* 8) F. 71: *hoc autem a. D.* 1257, ap. Hardy I, p. 14. 9) Cf. ed. Atkinson p. VIII; scriba superscr. de Matheo: *cuius anima requiescat in pace*, itaque non erat Matheus. 10) Matheo [hanc?] Vitam s. Albani attribuit Walsinghamius, quem Usher et quamvis haesitantes Atkinson p. v. VIII. et G. P[aris] in Romania V (1876) p. 384. sequuntur. 11) Meo iudicio consentit [Paul Meyer?] in 'The Athenaeum' a. 1876, Iun. 24. — Suchier, 'Die M. Paris zugeschr. Vie de s. Auban' p. 7, opus inter a. 1230. et 1260. compositum esse, e sermone contendit; quod probari posse, negat Stengel, 'Jenaer Lit. Zeit.' 1877, p. 708. 12) V. 61. 13) V. supra p. 74. 14) I, p. 395. 15) *Pictor peroptimus* praedicatur cod. Cotton. Nero D VII. f. 50, ap. Halliwell, 'Rishanger' p. XVIII. 16) Ut Madden III, p. XLIX. voluit. 17) *Walterus de Colecestria pictor preelectus, sacrista S. Albani, mirabilis [incomparabilis], qui artifex* a. 1220. feretrum s. Thomae Cantuariensis paraverat, obiit a. 1248; Cron. II, p. 564. III, p. 59; Hist. II, p. 242; Lib. add. VI, p. 278. *Opera Ricardi pictoris usque ad a. D.* 1250. *infra* 9 *annos*, partim *cum patre suo*, facta recensentur Lib. add. VI, p. 202.

*cumque figuras Christi et Virginis*[1] *lineis grandibus amplisque duxit, appellit perfectam pulchritudinis speciem secundum formam excelsam iam pridem in parietibus ecclesiarum pictis usitatam. Alter, illuminator Vitae Offae*[2], *quamvis is quoque vestium sinus hic illic ad morem Romanum componeret, tamen in tabellis minoribus delineandis prorsus alia schola exercitatus, etiam novas res suo ingenio nec sine arte produxit. Econtra tertius qui in marginibus Cronicorum parvis figuris narrationem illustravit, aut Matheus ipse aut miniator quasi Mathei animo ad singulas lineas faciendas ductus, quamvis vivida indole multifarias res attentaret, non tam altam artis speciem assequi quam pueriles lectoris cogitationem adiuvare conatus est. Qui cum omnia significanter, vel etiam motibus ultra veram naturam agitatis expresserit, quid voluerit ubique primo visu intelligitur. Inter quas imagines sunt perpaucae*[3] *rerum quas pictor ipse vidisse potest, quae quod in lucem nondum editae sint, sane dolendum est; etiam inter ceteras aliae ad mores eius aevi illustrandos, aliae ad historiam picturae vel phantasiae*[4], *ut ita dicam, popularis cognoscendam faciunt*[5]. *Quanti pretii apud S. Albanum habitae sint, ex eo apparet, quod eaedem compluribus locis vel etiam in diversis codicibus sunt repetitae.*

*VI*, 2. *Eodem forte studio colorum variorum ductus, illa scuta fere* 140 *nobilium Matheus accurate collegit, indicavit, vocabulis artis plerumque Gallicis descripsit et fortasse ipse pinxit, quae iure ac merito inter artis quae heraldica vocatur prima exempla admiranda habentur. Fortasse omnia, certe quaedam eodem tempore*[6] *in marginibus picta quo loci ad quos pertinent scripti sunt. Tabulam unam, quae tota clypeis occupata est*[7], *auctor fere a.* 1244. *condidit. Ubi eadem scuta bis vel ter exhibuit, animalium figuris quidem retentis, colores quandoque mutatos praebuit, et pauca, quae viris qui temporibus longe actis fuerant attribuit*[8], *mente excogitavit. Sed pleraque sunt Mathei aequalium et cum raris quae eius aevi exstant monumentis 'heraldicis' bene conveniunt*[9].

*VI*, 3. *Etiam artem situm terrarum tabulis pictis describendi multo a Matheo provectam esse, sunt qui putent. Qui tamen in universum neque physicae studuit, neque, cum iter Norwegicum ei ansam ad externos locos respiciendos praebere potuisset, de Scandinaviae natura hominibusque quidquam commemoravit neque alias terras exteras vidit neque Angliae locorum situm umquam quoad novimus investigavit. Itaque, sicut tabulas de ventis*[10], *etiam has 'mappas' suo iussu vel forte partim sua manu exaratas ex aliorum*[11] *operibus transsumpserit. Etenim duae Britanniae tabulae*[12] *ita inter se dissident, ut eidem auctori attribui nequeant; et unam 'mappam mundi' secundum Robertum de Melkeley*[13] *se descripsisse, Albanensis ipse confessus est. In illis Angliae tabulis*[14] *partes meridionales orientalesque non ita perverse delineavit; et,*

1) In cod. Hist. Angl. ante thronum Mariae coronatae, quae a filio osculata, ei pomum porrigit, apparet prostratus *frater Mathias* [super *a* scr. *u*] *Parisiensis*; specimen ap. Luard I, tab. 1. 2) V. supra p. 97, n. 14. 3) E. g. vas quo sanguis Christi Westmonasterium allatum est; gemmas antiquas lucide depictas v. in tab. ap. Luard VI. 4) Velut Tartari carne humana vescentes. 5) De aliis figuris v. supra p. 94, n. 5. 6) Norwegicum scutum a. 1247. cruce caret, a. 1250, postquam rex iter sacrum vovit, insignitum est; Luard VI, p. 469. 7) Expressa in 'Vierteljahrschr. f. Heraldik' IX (1881), p. 107. 8) Velut Canuti M. et Haraldi II. regum. 9) Ut indicavit Pusikan, 'Vierteljahrschr. für Heraldik' X (1882), p. 167. 176. 10) Supra p. 85, ann. 10. 11) Ita quoque Santarem, 'Hist. de la cosmographie' I, p. 188. 192. 201. 209. 12) Cron. cod. 1b, f. 5', excusa [a Gough] 'British topography' I (1780), p. 64. et Hist. Angl. f. 5, ap. Gough p. 62. — Tertia tab. Britanniae Albanensis eiusdem aevi e cod. Claud. D VI. f. 8. exstat ap. Gough tab. 4, p. 70; quarta in cod. Iul. D VII, f. 50. 13) Cron. cod. 1a, p. 284, ap. Gough p. 66; iterata Cron. cod. 2 f. 1 inscr.: *Mappa mundi regis in camera sua apud Westmonasterium*; Santarem p. 257. 14) Quatuor viae Romanae delineatae sunt in Libro addit. f. 186', ap. Gough p. 10,

*prioribus, si Peutingerianam excipis, perditis, merito praedicandus est, quippe qui tanti pretii monumenta posteris servarit. Quasdam quoque notas aliquanti momentiquinque*[1] *Itinerariis*[2] *Hierosolymitanis quae a Lundinio ordiuntur interspersit; 'mappae' autem mundi*[3] *mendis scatent*[4].

*VII. 'Abbreviatio Cronicorum', a.* 1000—1255, *apud S. Albanum*[5] *a.* 1256.[6] *uno ductu*[7] *compluribus*[8] *manibus, quarum una est amanuensis*[9], *cuius ope Matheus usus est, velocius et mendose exarata est. Auctor pleraque ex Mathei Historia*[10], *annos autem* 1000—1066, 1253 *sqq. paucosque alios locos*[11] *ex Cronicis*[12] *excerpsit atque a.* 1041. *Huntingdonium, a.* 1055. *Hovedenium adhibuit. Ubi lectorem ad litteras 'alibi scriptas' remisit, interdum Mathei Librum additamentorum dixit. Cuius Historiam et Cronica promiscue Historiam vel Cronica vel Annales vel Librum prolixiorem*[13] *vel S. Albani laudavit*[14]; *locos ubi ille prima persona de se locutus erat simpliciter transsumpsit*[15]. *Pauca quae prioribus illis operibus addidit produnt iudicia 'tyrannidi' regis*[16] *et curiae Romanae infestissima*[17] *et sermonem*[18] *Mathei persimilem*[19]; *atque partim sunt res quas inter omnes Albanenses Matheus primus novit*[20]. *Qui forsitan cum scriptore de Abbreviatione condenda*[21] *collocutus quasdam schedas*

1) I. Cron. cod. 1a, f. 3, certe inter a. 1242. et 1257 [*Acre . . . vaut a sun seignur chescun an cinquante mile livres d'argent; ço enquist li quens Ric[ars] de Templers e Hospitalers;* Ricardus a. 1242. in Angliam reversus, a. 1257. rex Romanorum electus est], forte post a. 1246. vel 1252. scriptum est, quia loci his annis in Cron. V, p. 341. de Berytensi episcopo, Cartaphilo, archa Noae inserti adhibentur. II. Hist. Angl. f. 2, ap. Gough p. 85; Jomard, 'Monumens de la géogr.' fig. 8 sq.; notas Anglonormannicas interspersas v. ap. Michelant et Raynaud, 'Itinér. à Jérusalem' ('Soc. de l'Orient Latin, géogr.' III, 1882), p. XXIII. 123. III. Cod. Corp. Oxon. ap. Hardy III, p. CXXXIII. IV. Cron. cod. 1b, f. 5. V. Lib. addit. f. 182b. 2) De his cf. Tobler, Bibl. geogr. Palaest. nr. 25; similia in Anglia confecta indicant Röhricht et Meissner, 'Deutsche Pilgerreisen' p. 646. 3) Cf. Gervas. Tilb.: *Pictorum varietas mendaces efficit de locorum varietate [veritate* ed. Leibn. p. 956] *picturas, quas mappas mundi vulgus nominat.* 4) Danubius Brabantiam a Dania dividit, Bohemia mari adiacet. 5) V. a. 1188. et marg. p. 175. 203. 236. 267. 6) Verba a. 1250 (cf. p. 299): *Culmen emarcuit imperiale; Willelmus cito post periit interfectus* ante Ricardum regem electum scripta videntur; certe Matheo superstite opus confectum est (cf. p. 319: *Proposuit Matheus terminare, quia si vera dicantur, bella parantur, . . non remuneratur*), cum ex Hist. Angl. quidam loci (p. 317; excerpta a. 1245) transsumpti sint, antequam Matheus eos schedulis superductis absconditit. P. 318. verba de s. Hugone post a. 1255, p. 329. de s. Ricardo ante a. 1262, p. 278. de Henrico III. ante a. 1272. scripta sunt. Multa praeterea argumenta temporis quo liber scriptus sit videntur, sed e Matheo transsumpti sunt loci. 7) Saepe auctor antecepit res postea gestas; v. excerpta a. 1240. 1243. 8) Manus mutatur a. 1252. 9) Minime Mathei ipsius; cf. Hardy III, p. CXXXIV. Codicem non esse autographum, locis apparet quibus spatia vacua relicta sunt, cum scriba auctorem legere non posset, velut p. 271, n. 1; excerpta a. 1229. 1247. 10) Aliquibus, non omnibus notis in marg. adiectis; cf. II, p. 14. 221. 266. 400. 11) V. p. 307; excerpta a. 1249 sqq. 12) Cod. 1, notis in marg. adaucto; cf. a. 1033. 1039. 1118. 1226. 13) P. 239; cf. a. 1189: *Lectorem huius libelli abreviati ad Historiam transmitto prolixiorem;* cf. a. 1095 *(prolixa).* 1151; p. 216. 14) *Historie* a. 1058. 1153. 1161. 1172. 1176. 1188 sq.; p. 212 sq. 244. 263. 297; *Cronica* a. 1154. 1164; *Historie S. Albani* a. 1188; *Cronica S. Albani* a. 1162; *Historie annales* (ubi Cron. Mai. dicuntur) p. 245. 247. Interdum, aeque ac Matheus in Hist. (cf. supra p. 95), auctor cavisse videtur, ne lector ad Maiora Cron. S. Albani perscrutanda induceretur; laudavit enim Matheum secutus a. 1118. 1187: *Historiam Ierosolimitanam;* p. 305: *Rotulum scaccarii* (fons est potius Cron. V, p. 50); cf. excerpta a. 1151. 1168. 15) Velut p. 296. Ipse de se loquitur p. 260. Verba *Math. Paris. huius opusculi compositor* (p. 304) ex Hist. Angl. transsumpta sunt. 16) A. 1083: *Libro Domesdai incepit oppressio Anglie subarrari;* a. 1102: Henricus I. nobiles oppressit *contra suum iuramentum;* a. 1120: Aulici *obierunt merito, qui periuri universitati regni Anglie adversabantur.* 17) Cf. excerpta a. 1047. 1214. 1229. 1249. 1252. 18) Cf. a. 1059: *mendacia Haroldi;* a. 1151: Diabolus *per mulierem mundum cruentabat;* a. 1153. 1157: *In confinio annorum, diebus nataliciis;* 1189. de ambitione Dunelmensis; a. 1214: *sititores auri pecuniam patulis rictibus inhiantes;* p. 258: *Gaufridus frater iustitiarii, expers gratie gratia destituti; desiderabiles esterlingos;* p. 276: Anglia manum *porrigebat prodigam ignotis et alienis.* 19) Laudatur quoque Ovid. Pont.; v. excerpta a. 1213. 20) Velut imprimis Norwegicas a. 1026. 1030 sq. 1248; cf. supra p. 76, n. 1. 21) Forsitan ad huius operis scribam spectat nota marg. Cron. a. 1037. 1049. apposita: *Verum sed impertinens.*

*ex suis adversariis*[1] *communicaverit; tamen singula vix ipse composuerit. Nam munus correctoris, quod in Cronicis, Historia, Gestis abbatum, Additamentis ipse suscepit, in hoc opere emendando*[2] *alii reliquit, nomen suum, quod illis libris inscripsit, hic omisit, neque tam graves errores, quales hic inveniuntur*[3], *committere, neque senex historicus ab Albanensibus, immo ab Anglis, admiratus ad tam vilem laborem descendere potuit, ut ex ampla sua narratione exile opusculum tironum more conficeret. — Monachus Albanensis anonymus Matheo coaevus, qui eius opus in breve coactum primus continuavit et postea a Matheo Westmonasteriensi exceptus est, Abbreviationem ab a.* 1250. *usque ad finem transsumpsit*[4].

*VII*, 2. *'Cronica excerpta e Magnis cronicis S. Albani', a.* 1066—1245, *in codice* **Cottoniano** *Vitellius A XX. exstant. Mathei, ut dicitur, iussu scripta*[5], *cellae de Tynemouth missa sunt. Lucem nondum viderunt*[6].

*Matheus a compluribus amanuensibus in libris suis conficiendis adiutus est, quorum manus diversae et menda, auctoris schedis velocius lectis, socorditer commissa*[7] *in codicibus apparent, nomina autem (nisi forte* Bartholomeus scriptor[8], *a.* 1247. *mortuus, inter eos fuerit) ignoramus. Attamen ipse non solum suos libros correxit notasque*[9] *in marginibus adiecit, sed longiores partes*[10] *contextus exaravit, necnon etiam post a.* 1243. ad usus claustralium manu sua[11] scripsit *Roberti Grosseteste tractatum theologicum et, ut suspicari licet, multa alia. Sed codicum historicorum neque rubrae neque omnia folia postea agglutinata ipsius manu exarata sunt*[12]. — *Scribae Albanenses* b h l s *characterum truncos sive scapos, acsi in dorso curventur, dirumpere solent et omnino eandem scribendi scholam tam constanter sectantur, ut alia eorum manus vix ab alia discerni possit, omnes vero primo aspectu ab externis distinguantur. Quam scripturam, forsitan etiam modum verba scribendi a Romanensi quodam magistro didicisse videntur. Saepe enim ponunt* m *pro* n *ante* f (imfra), n *pro* m *ante* q (nanque)[14], ngn *pro* gn *in mediis verbis* (mangnus), ce, ci *pro* sce, sci *ad*

1) V. a. 1165. verba Henrici II; a. 1214. 2) Hic quoque locis rasis schedulae superductae sunt. 3) A. 1003. Cron. in marg. manu Mathei: *Wilfricus cenobium de Burtuna fundasse perhibetur*, ubi Abbr.: *Wilfridus(!) episcopus(!) cen. de B. fundavit;* cf. p. 260, n. 4; p. 300: *Missus est Romam* (potius Lugdunum; cf. supra p. 76) *abbas de Holm;* excerpta a. 1053. 1094. 1097. 1113. 1147. 1240. 4) Nam longius quam auctor Abbreviationis p. 317. ab eorum fonte, Matheo Parisiensi, aberravit. 5) Certe ab Albanensi quodam scriba saec. XIII medio nonnullae partes exaratae sunt. 6) Anglonormannicum *Canticum super desolacione ecclesie* [ed. Wright, 'Polit. Songs' p. 42, e libro Ioh. de Wallingford Albanensi Iul. D VII. f. 133 (cf. f. 105, ubi ad a. 1256. refertur); ed. P. Meyer, 'Romania' IV (1875), p. 395, e cod. Bodl. Douce 137. qui minus recte de tempore Edwardi I. cogitavit] Matheo sine ullo argumento ascriptum est. Quodsi hic Cron. V, p. 171. aeque ac poeta Henricum III. monuit, ne ecclesiae tributum imperaret, cum ob tale peccatum Ludovici IX. iter sacrum irritum factum sit ('achevement' v. 50), id nihil probare mihi videtur. 7) Cron. V, p. 453. 640. 646: *nuntiis, Angl'e, dedit* pro *nundinis, ancilla, Deus.* 8) Necrolog. VI, p. 277. 9) Specimina scripturae ap. Hardy III, tab. 4. 5. 18, qui p. LVI. LVIII. recte quidem monuit, ne multos libros, qui Albanensibus coaevis debentur, Mathei manui attribueremus; sed tempus monachum defecisse, forsitan praepropere statuerit. 10) Scriba Cron. codicis 2, Matheum sua manu codicem 1 scripsisse, videtur putasse; nam ubi ille V, p. 129. 136. se *scriptorem huius libri* dixit, mutavit 2 in *compositorem* vel *confectorem.* Et socius Mathei Cronica terminans subiunxit colophonem: *licet manus in stilo varietur, modo tamen compositionis eodem servato, eidem* (Matheo) *totum asscribitur;* e quo concluserim, quasdam certe partes revera Mathei manu exaratas esse. 11) In codice iam perdito, e quo paulo post Mathei mortem transsumptus videtur esse codex Musei Brit. Regius 4 D VII (cf. supra p. 85, n. 5), hac rubra terminatus: *Explicit tractatus, quem episcopus Lincolniensis Robertus II. transtulit de Greco in Latinum de probacione virginitatis b. Marie.* Quo donatus est *frater Matheus Parisiensis ab episcopo memorato, et ad usus claustralium manu sua scripsit. Cuius anima in pace requiescat. Amen;* specimen ap. Hardy III, tab. 9. 12) Cf. Hardy III, p. XLV. 13) Hardy III, p. CXXIII. 14) Compendia quibus trabes super vocales ductae sunt, quae utrum *m* an *n* designent, quaeritur, in usitatum modum dissolvi, cum idem scriba modo *imfamia, imfirmatus*, modo *infelicem, infra* habeat.

*initium verborum* (cedula, cisma), excerc- *pro* exerc-, *scribunt imperatoris nomen:* Frethericum, Federicum, Phedericum.

*Praeter Bedam et Willelmum de Newburge uno spiritu* 'Matheus[1] de Parys historiographus famosissimus' *a Thoma de Wykes, iudice sane idoneo, laudatur. Mathei Cronica a coaevis confratre Iohanne de Wallingford et Benedictinis Hulmi[2], Norwici[3], Ramseiae[4] adhibita, postea, cum annalistarum ingenium exile graviorem molem non toleraret, minoribus operibus, Westmonasteriensi imprimis, ex eis excerptis, neglecta[5] neque unquam transcripta, demum ab recentis aevi historicis omnibus inde a Polydoro Virgilio ut praestantissimum saec. XIII medii monumentum magni aestimata sunt. Meritum autem Mathei apud posteros Albanenses a primo Vitarum abbatum continuatore[6] (fere a.* 1300) *usque[7] ad Thomam de Walsingham[8] (fere a.* 1400) *summis laudibus elatum est. Saeculo XV. monachi Mathei opera amiserunt; unde Lelandus[9] saec. XVI in. ea apud S. Albanum frustra quaesivit.*

*Codices Cronicorum Maiorum sunt[10]:* 1 *constat tribus voluminibus:*

*a) Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr.* 26[11], *olim E. Aglionby, tum Matthaei Parker archiepiscopi Cantuariensis, membr. fol., continet* 143 *folia. Characteribus ubique per Angliam c. a.* 1230. *usitatis non sine mendis transscriptus, postea in marg. imaginibus scutisque ornatus, rubris[12] partim a Mathei socio, qui etiam quaedam folia[13] agglutinata exaravit, dispositus, manu Mathei correctus est. Folia ante et post Cronica codici insuta postea[14] addita esse videntur. Praebet Wendoverii Flores, a Matheo in marg., inter lineas, schedis insertis, locisque rasis adauctos et mutatos usque ad a.* 1188.

*b) Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr.* 16[15], *quondam dom. Henrici Sidney, postea Parker, membr. fol., a.* 1189—1253, *constat* 286 *foliis, ad a.* 1195. *eisdem manibus quibus* 1ª, *postea a Mathei sociis, quorum manus Albanenses vocantur, et partim a Matheo ipso exaratus est. Fol.* 5*b. legitur:* Hunc librum dedit frater Matheus de Parisius Deo [*rasura, suppl.:* et S. Albano]. *Itaque quae praecedunt[16] postea[17] insuta sunt. Scribae usque ad a.* 1213. *Wendoverium secuti, deinde opus ex Mathei adversariis perditis, fortasse tabulis ceratis, transsumpserunt. Codex ubique a Matheo adauctus est et correctus[18]. Quatuor foliis perditis desunt quaedam a.* 1190. 1237. 1238. 1250.

*c) Musei Britannici[19] Regius* 14 *C VII.[20] foliis[21]* 157—218, *quae quon-*

1) SS. XXVII, p. 485. 2) Ioh. Oxenedes ed. Ellis a. 1250. 3) Barthol. Cotton ed. Luard p. LI. 4) Hardy III, p. 171. 5) Liber de Hyda, ed. Edwards p. 261, ad a. 1016. laudat quae *scribit Matheus Parisiacensis;* Thomas Rudborn. adhibuit Hist. Angl. 6) V. infra excerpta. Will. Rishang. (Bell. Lew. p. 4. 9) exscripsit Cron. a. 1259. et Librum additam., sed Matheum non laudavit. 7) Cf. cod. Cotton. Nero D VII. f. 50: *incomparabilis cronographus*, ap. Halliwell, 'Rishanger' p. XVIII. 8) Ap. Madden III, p. XXIV. 9) Collect. III, p. 163. 10) Supra p. 18. P vocantur. 11) Ab editoribus A vocatur. 12) Minime Mathei manu sunt scriptae; Luard I, p. XLVI. 13) Duo specimina a. 47. 1169. ap. Hardy III, tab. 10 sq. et Luard I, tab. 1; II, tab. 1. 14) Nam f. 1. 3. Itinerarium Hierosolymitanum post a. 1242. scriptum est; cf. supra p. 101, n. 1. Sequuntur f. 4b. Cronica abbreviata ab Alfredo rege ad Henricum II, continuata p. 285; f. 5. Tabula epactarum etc.; f. 6. Calendarium. Subiunctae sunt p. 283. imagines capitum Virginis et Christi; postremo Mappa mundi; cf. p. 100, n. 13. 15) Ab editoribus B vocatur. Specimina a. 1189. 1234. 1217. 1253. ap. Hardy III, tab. 12 (Luard II, tab. 2) —15. 16) Fol. 1. Reges ab Ina usque ad Henricum III; f. 1'. Tabula ventorum circularis, v. supra p. 85, n. 10; f. 2. 5. Itinerarium Hierosolymitanum, v. supra p. 101, n. 1; f. 3. Genealogia orbiculata ab Alfredo rege ad Henrici III. liberos; f. 4. Imago elephanti a. 1255. Henrico III. missi (supra p. 85, n. 8); f. 5b. Tabula Britanniae, v. supra p. 100, n. 12. 17) Certe post a. 1255; cf. f. 4. 18) Velut IV, p. 1. *de Vecte,* a Matheo in marg. corr. *Devene.* 19) Olim Humfredi ducis Glocestriae, tum Henrici VIII, postea a. 1563. Henrici comitis de Arundel, denique a Polydoro Virgilio ad 'Anglicam historiam' conscribendam adhibitus notisque aspersus, postremo Iacobi I; cf. Madden I, p. XXXVIII. 20) Ex hoc a. 1565. cod. Cotton. Vitellius D II (e quo annalem a. 1118. Wats ad finem editionis suae ante indicem impressit) a Lambarde et Nowell et a. 1567. cod. Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 56. transscripti sunt. 21) Praecedit Hist. Angl.; v. infra p. 105. de codicis priore parte.

*dam separatum volumen, a Matheo* III.[1] *vocatum, effecerunt, continent a.* 1254—1259.[2] *Matheus in marginibus notas nonnihil novi afferentes apposuit*[3], *inter quas quaedam, stilo plumbeo vel creta exaratae, iam fere detritae sunt; nec quae hic erasit aliunde restitui possunt. Ad calcem operis*[4] *Matheus mortuus depictus est. Sequitur f.* 219—231, *saec. XIV ex., Cronicorum Continuatio*[5] *Albanensis II. usque ad a.* 1272, *saec. XIV in. confecta, sed Willelmo de Rishanger nullo iure attributa.*

2) *Musei Britannici Cottonianus Nero D V*[6], *olim Ioh. Stow antiquarii, membr. fol.* 2 *coll., constat duobus voluminibus quondam separatis, quorum primum*[7], 161 *folia una manu exarata continens, aeque ac* $1^{a}$ *desinit a.* 1188; *alterum*[8], 234 *folia ab alio scriba exarata continens, a.* 1250. *terminatur. Simulatque Matheus a.* 1250. *calamum primo deposuit, e cod.* 1 *in margine iam adaucto*[9] *cod.* 2 *accurate uno tractu transscribi iussit; quem postea sua manu correxit et perpaucis novis*[10] *adauxit. Quo lacunae codicis* 1 *suppleri et lectiones primae editionis a Matheo postea in* 1 *deletae usque ad a.* 1250. *restitui possunt.*

3) *Musei Britannici Harleianus nr.* 1620[11], *olim dom. Will. Cecil, membr. fol.* 2 *coll., constat* 189 *foliis. Una manu saec. XIII. med., eaque scribae partis primae codicis* 2 *simili, ex* 1, *tunc partim tantum a Matheo adaucto*[12] *et mutato*[13], *accurate transscriptus est. Desinit a.* 1189; *sed postrema pagina, in qua de Ricardo I. ob Henrici II. interitum pudore affecto relatum est, ab alio auctore addita esse videtur.*

4) *Parisiensis Lat. nr.* 6048 *B, olim Will. Cecil, tum Colbert.* 3121, *fol. chart., a.* 1066—1208, *opus continet a monacho S. Albani c. a.* 1425.[14] *ex* 2 *et Historia Anglorum confusum.*

*Quaedam e Mathei operibus*[15] *excerpta primus Mathias Flacius Illyricus*[16] *evulgavit. — Cronica maiora e codd.* 1 *et* 4 *permixtim edidit Matthaeus*[17] *Parker archiepiscopus Cantuariensis Lond.* 1571. *fol.; qui, ut de mendis quae insciens, velut compendiis falso explanatis, fecit sileam, initio usque ad a.* 1066. *omisso, temere modo integras sententias praetermisit, modo a se inventas aut ex Historia Anglorum sumptas adiecit, modo sermonem ad suam quae tunc videbatur elegantiam polivit. Haec editio princeps recusa est Tiguri fol. a.* 1589. 1606.[18] — *Multo emendatior prodiit editio a Wats curata*[19], *fol. Lond. a.* 1640; *qui codd. Wendoverii* 2, *Mathei* 2, $1^{c}$, *raroque* $1^{b}$ *collatis, ubi Parker non solum ab auctoris verbis, sed ab ipso sensu aberraverat, variantes lectiones, indices, glossarium, [Rishangerii*[20]*] continuationem, Mathei Vitas Offae I. et II. et Abbatum et ex Libro additamentorum partes selectas subiunxit. Watsii liber Parisiis*[18] 1644.

1) F. 169'. ad calcem: *primus quatern. de III. vol.;* f. 181': *II. de III. vol.* etc. 2) Spec. a. 1258. ap. Hardy III, tab. 8. 3) Minime contextum scripsit; Luard V, p. XVI. 4) V. supra p. 77, n. 7. 102, n. 10; inter excerpta finem Cron. 5) Quam Parker et Wats Matheo edito subiunxerunt, nuper, aliis quoque codicibus adhibitis, ed. Riley (inter Chron. S. Albani nr. II) p. XX. 1. 6) Ab editoribus vocatur C. 7) Praecedit Mappa mundi; cf. p. 100, n. 13. 8) Spec. a. 1226. ap. Hardy III, tab. 6. 9) E quibus notis scriba non sine mendis (cf. supra p. 10, n. 19) alias in contextum recepit, alias iterum in margine apposuit; de Scilly insula IV, p. 229. suam sententiam attulit. Locum III, p. 381, cui Matheus *Vacat* apposuerat, omisit; quodsi multae notae marg. 1 appositae in 2 desiderantur, Matheum eas demum post a. 1250. adiecisse, verisimile est. 10) III, p. 6. 19. IV, p. 195. 229. 406. V, p. 24. 72. 92. 11) Ab editoribus D vocatur; cf. Madden I, p. LXIV. 12) Etiam quae Matheus in marg. grammatice explanaverat in contextum recepta sunt I, p. 17, n. 1. 13) II, p. 34, n. 5. locus Wendoverianus retentus est, quem Matheus in 1 erasit et scriba 2 omisit. 14) Verba a. 1199: *Expliciunt cronica Ricardi a conquestu primi* (Madden II, p. 78) ante Ricardum II. vix scribi potuerunt. 15) Ex $1^{c}$. Quaedam — priora scilicet — ex Hist. Angl., quaedam de a. 1259—1272. ex Cont. Alban. II. eiusdem codicis sumpta sunt. 16) Catal. testium veritatis (Bas. 1556) p. 593—625. 17) Nomen siluit; sed in *D*, littera libri initiali, arma archiepiscopi et characteres *M. C.* apparent. 18) Exemplum non vidi. 19) Sed bibliopolae, ait in praefatione, ad a. 1154. iam progressi, demum *opellam nostram implorarunt. Nihil omnino mutavi vel substitui.* Tamen rubras fere omnes mutavit, neque ubique Parkerium correxit. 20) V. supra l. 6.

*fol. et Lond. 1684. fol. recusus est. Ex eodem excerpsit Brial, SS. rer. Gall. XVII, p. 679. a. 1201—1226 [in notis codice 4 collato, unde multa*[1] *exhibuit quae non ad Cronica, sed ad Historiam Anglorum pertinent]. In linguam Franco-gallicam Huillard-Bréholles sumptibus ducis de Luynes a. 1840*[2], *in Anglicam Giles 1849—1854. Cronica a Wats edita verterunt. — Mathei auctaria Wendoverio adiecta (sive quae Cronica usque ad a. 1235. propria praebent) 'App. ad Rog. de Wend.' Lond. 1844. collegit Coxe. — Denique integrum opus*[3], *omnibus codicibus diligentissime collatis, fontibus notatis, Wendoverii opere minoribus typis distincto, summa tantoque auctore digna cura recensuit et luculentis praefationibus, locupletissimoque indice exornavit H. R. Luard, D. D, in Serie quae Rotulorum vocatur 7 voll. Lond. 1872—1883. 8°. — E cuius prioribus tomis et Watsiano*[4] *volumine quae excerpsi cum codicibus 1 iterum contuli.*

*II. Historia Anglorum*[5] *exstat in codice Musei Britannici Regio 14 CVII*[6], *membr. fol., 2 coll., f. 9*[7]*—156. Plerumque a Mathei socio scriptus, ab auctore correctus et in margine, ubi etiam praeter alias imagines arma nobilium picta sunt, notis adauctus est. Edita est Historia doctissime et accuratissime a Madden*[8] *in Serie Rotulorum 3 voll. Lond. 1866—1869. 8°. E cuius libro quae excerpsi iterum cum codice contuli.*

*III. Liber additamentorum continetur in codice Musei Britannici Cottoniano Nero D 1, membr. fol.*[9], *2 coll., f. 69*[10]*—200. Diversis manibus exaratus est, inter quas manus Mathei, sed minime socii eius apparet. Etiam posteri monachi S. Albani, Matheo mortuo, usque ad saec. XV. multas notitias domesticas adhuc ineditas hic illic inseruerunt; unde etiam Cronicorum Continuator primus Albanensis a Westmonasteriensi exceptus, eodem modo quo Matheus lectorem ad Librum additamentorum remittere potuit. Quaedam Wats, omnia, exceptis iis quae certe post a. 1259. scripta vel in Mathei Cronicis, Historia, Vitis abbatum iam edita erant, secundum ordinem temporum digesta publici iuris fecit Luard t. VI, a. 1882. Nos litteras ad imperium spectantes iterum cum codice collatas singulis Cronicorum annis notis asterisco insignitis subiunximus.*

*IV. Vitae abbatum S. Albani continentur his codicibus:*

*1) Qui a. 1640. Henrici Spelman antiquarii fuit, 'ab Albanensi monacho olim [saec. XIII?] conscriptus'*[11], *iam non apparet. Lectiones a Watsio notatae primae mihi videntur recensionis; praebent breviorem libri formam quam codd. 2. 4.*

*2) Musei Britannici Cottonianus Nero D 1*[12], *membr. fol., f. 30—68,*

1) Velut a. 1207. de Ottone IV. 2) Exemplum non vidi. 3) Annales a creatione ad a. 1066. partim tantum ex Mathei fonte (Wendoverio) et ex continuatore (Matth. Westmon. ed. Parker 1570) antea lucem viderant. 4) Luardi tomi IV. V. nondum apparuerant, cum Cantabrigiae in Watsio corrigendo a. 1877. tempus perdidi. Hic gratias agere Collegii Corporis Christi sociis, imprimis S. S. Lewis bibliothecario, mihi liceat. 5) Haec quoque in codd. supra p. 103, n. 20. laudatos transsumpta est. De cod. Cron. 4, partim ex Hist. Angl. transscripto, v. supra p. 104. 6) Initii specimen v. ap. Madden I (Hardy III, tab. 19); annalis 1244 (II, p. 482) in 'Palaeogr. Society' tab. 218. 7) Praecedunt: f. 1. Tabula ventorum (forte transscripta e cod. Cron. 1b (v. supra p. 85, n. 10); f. 2. Itinerarium Ierosolymitanum, v. supra p. 101, n. 1; f. 5. Britanniae tabula, v. ib. p. 100, n. 12; f. 6. Imago Virginis, v. ib. n. 1; f. 6'. (specimen ap. Hardy III, tab. 7) Literae dominicales etc.; subscr. rubra: *Hunc librum dedit frater Matheus Parisiensis* (cetera erasa); f. 7. Calendarium; f. 8. Figurae 8 regum a Willelmo I. ad Henricum III. 8) Contulit quidem Wendoverium, sed dolendum est, quod quae a Cron. maioribus differunt minus distincte notarit. Initium a. 1066—1072. impresserat Coxe, Rog. Wend. V, p. IX. De Flacio cf. supra p. 104, n. 15. 9) Non tantae formae quantae Cron. et Hist. Angl. 10) Praecedunt Vitae Offae I. et II. (supra p. 97) et Vitae abbatum; sed iam f. 25—30. 62 sqq. supplementa interspersa sunt. Omnia quae in codice continentur exacte descripsit Luard VI, p. 491—523. De speciminibus v. supra p. 96. 100. 11) Ita Wats, V. abb. praef.; cf. quoque supra p. 96, n. 18. 12) Cf. supra lin. 19.

*a Matheo correctus est. Modo singula verba, modo capita*[1] *quae* 1 *desunt hic exstant, postea, ut videtur, ab auctore opus retractante addita. Initio uniuscuiusque abbatis imago capitis eius variis coloribus picta est.*

3) *Marchionis de Bute, membr.* 4, *saec. XIV*[2], *usque ad Hugonem (a.* 1308) *abbatem deductus, prorsus hucusque a viris doctis videtur neglectus esse.*

4) *Musei Britannici Cottonianus Claudius E IV*[3], *membr. fol., f.* 98 —321, *paulo ante a.* 1400. *in S. Albani scriptoria ex* 2 *transsumptus, sed multis capitibus (vel a Matheo*[4] *aliis locis, velut in Cronicis a.* 1170. 1215, *insertis vel a posteris*[5] *compositis) adauctus et ab auctore anonymo*[6] *usque ad a.* 1308, exhinc usque ad obitum Thome abbatis a. 1396.[7] ex studio fratris Thome de Walsingham *continuatus est. — Wats primus codicem* 2 *secutus,* 1 *et* 4 *collatis, Vitas auct. Matheo edidit post eius Cronica. Riley 'Gesta abbatum S. Albani a Th. Walsingham regnante Ricardo II. compilata'* 3 *voll. Lond.* 1867 *sqq. in Serie quae Rotulorum vocatur e codice* 4, *collato* 2, *recensuit. Ego quae Watsii libro excerpenda habui contuli cum* 2 *et Riley.*

*V. Vitae Stephani fragmentum ex tribus schedulis a Mathei sociis scriptis et ab auctore correctis (scil.* 1. *Libri addit. f.* 196, 2. *Cotton. Vespasian. B XIII. postr. fol.,* 3. *Libri addit. f.* 196 *b) edidi 'Anglonormann. GQ.' p.* 318.

*VI. Arma nobilium in Hist. Anglorum picta Madden editioni in marg. delineata apposuit et colores notis descripsit; quae in Cronicis exstant Luard primo singulis locis annotavit, tum omnia in quovis Mathei opere inventa VI, p.* 469. *denuo collegit et secundum ordinem nobilium nominum alphabeticum digessit. Tabulam clypeorum excudit et docte descripsit Pusikan*[8]. *Germanorum fere* 20 *scuta alia eis locis quibus apud Matheum exstant, alia e Libro additamentorum sumpta, ubi dynastarum quibus pertinent prima fit mentio notis descripsi.*

*VII. Abbreviationes cronicorum e codice*[9] *Musei Britannici Cottoniano Claudius D VI, membr. fol.,* 2 *coll., f.* 9—94. *edidit*[10] *Madden ad calcem Hist. Anglorum III, p.* 159. *a.* 1869. *E cuius libro quae imperium attingunt excerpta iterum cum codice contuli; quae vero cum Mathei operibus conveniunt minoribus typis exprimi feci et, si longiora capita erant, primis tantum postremisque verbis exscriptis, caetera omissa esse indicavi.*

*Tu autem, lector benevole, ne moleste feras quae fusius disserui de Matheo Parisiensi, utpote qui non solum tam altum inter omnes historicos gradum, summumque forte inter medii aevi Anglos fastigium ascenderit, sed etiam, fausta fortuna ipso tempore quo Germanicum imperium postremo antiquo vigore fruebatur natus, inter Anglos fere usque ad recentissimum aevum ultimus nostrae historiae studiosissime res maximi momenti attulerit.*

*Dabam Berolini m. Martio* 1884. *F. Liebermann.*

1) Quibus tela narrationis interrupta aut (velut p. 990. de Offa fabularum forma quasi amplius exornata est; codicem 1 ex 2 'abbreviatum' esse, minime crediderim; accedit quod ille p. 1054. 1056. praebuit meliores lectiones *Artfertdensi; veterem crucem.* 2) 'Third Report of Hist. Mss.' p. 205. 3) Specimen scripturae ap. Riley I. 4) V. supra p. 96, n. 16. 5) Ad a. 1235 (I, p. 308) lector ad locum infra ad a. 1349. afferendum remittitur. Sub finem Mathei operis in cod. 4 nonnulla capita ordine mutato confusa vel etiam omissa sunt. 6) Qui initio Mathei Cronicorum et Additamentorum postrema parte et Vita Rogeri (a. 1260—1290) abbatis, quam I, p. 480. 483. laudavit, (sed vix, ut Riley II, p. IX. censet, Will. Rishangerii opere perdito) usus est. 7) Sed opus paucis annis ante abruptum est. 8) V. supra p. 100, n. 7. 9) V. supra p. 101; specimen ap. Hardy III, tab. 20. 10) Locis qui cum Hist. Angl. conveniunt omissis, puncta substituit.

# EX CRONICIS MAIORIBUS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

De[a.1] Sibilla, Priamidis filia, nobili prophetissa. . . . Et post hos[b] surget Salviscus[c] rex de Francia, nomine[d] per R; ipse erit magnus et piissimus, potens et misericors — — Antichristus in monte Oliveti a Michaele archangelo. . . . . . .

Anno gratie 47. . . . De[e] divisione apostolorum. . . . Ut viginti quatuor seniores Gallias et Hyspanias sortiti sunt. . . . Maguncia cum sua provincia, Germania prima, Colonia cum sua provincia, Germania secunda, . . . aliis doctoribus reservate sunt. . . . . . . Rab. Maur. V. Magdal. 37.

Anno gratie 304. . . . Apud castrum Solodorum — — impletur. . . . . . Wend.

Anno gratie 432. . . . Eodem quoque anno missus est sanctus Patricius episcopus, filius Conches, sororis sancti Martini Turonensis antistitis, ad Hibernienses a Celestino papa ad predicandum fidem Christi. Per cuius predicacionem conversa est sanctissima Modwenna[2], que ab eodem velum sanctum suscepit. . . . . . . Sigeb.

Anno gratie 447. . . . Vortigernus — — compleatur. . . . . . . Wend.

Anno gratie 450. . . . Eodem anno, ut scripsit Sigisbertus — — Christum. . . . . . . ib.

Anno gratie 456. . . . Saxones cimbas[f] suas — — redierunt. . . . . . . ib.

Anno gratie 465. . . . Prophecia[3] Merlini. . . . Germanicus[4] draco[g] . . . vigebit; . . . sed . . . populus . . . in ligno et ferreis tunicis superveniet, qui vindictam de nequitia* ipsius sumet. . . . Succedet leo iusticie[5]; . . . et aquila**[6] eius super montem Aranium[7] nidificabit. . . . . . .

. . . Cadwalladrus*[10] Conanum** vocabit*** et Albaniam† in societatem accipiet. . . . Ex Conano†† procedet aper bellicosus†††, qui infra Gallicana nemora acumen dencium suorum excercebit; truncabit namque queque maiora robora, minoribus vero tutelam prestabit; tremebunt[i] illum Arabes et Affricani; nam impetum cursus sui in ulteriorem Hispaniam protendet. . . . . . .

*Willelmus[h] Bastardus[8] cum navigio armato Haroldi periuri, qui ultimus fuit rex de genere Anglorum.

**Id est imperatrix[6], filia scilicet Henrici regis primi, que prius maritata fuit imperatori et postea Galfrido comiti Andegavie[9].

*Id est reliquie gentis Kadwalladri.

**Conanum, id est imperatorem Fredericum[k.11], qui Conanus, id est rex, dicitur. Conan[12] enim in Britonum lingua rex sonat et cuning Anglice, antonomasice quia summus.

***Id est imperatorem. †Id est Scotiam.

††Id est imperatore. †††Vir strenuissimus.

Anno gratie 476. . . . Dum Clodoveus — — oculis, dixit. . . . . . . ib.

Anno gratie 477. . . . Elle dux — — applicuerunt. . . . . . . ib.

Anno gratie 546. Vigilius — — revocare. . . . . . . ib.

Anno gratie 570. . . . Abbas Wandregisilus natus est. . . . . . . ib.

Anno gratie 727. Ine rex . . . Romam petiit. . . . Quo cum pervenisset, fecit in civitate . . . Scolam Anglorum, — — ut Angli ibidem commorantes vitale subsidium inde haberent. Hanc[l] scolam, quia per avariciam Romanorum suis redditibus destitutam et iccirco destructam, reparavit rex munificus Offa, qui beatum Albanum invenit, ut in sequentibus*[.13] dicetur. Hec autem ecclesia, de qua iam dictum est, in cronicis Anglorum sepe combusta legitur et iterum reparata. . . . . . . ib.

*) *Cf. quoque de Offa (praeter a.* 1256, *ed. Luard V, p.* 563) *Lib. addit., VI, p.* 519: Rex Offa . . . contulit autem Romane scole ad peregrinorum precipue Anglorum sustentacionem de novem sires censum annuum quod vocatur Romscot.

a) *caput a socio Mathei Par. in 3 foliis agglutinatis insertum* 1; *in contextu* 2. 3. b) hec *Gotifr. Vit.* c) rex Salicus *Got.* d) per K. nom. *Got.* e) *in schedulis (cuius specimen v. Luard I, p.* 100) *agglutinatis manu soc. Math.* 1; *in contextu* 2. 3. f) cinulas, *sed expunct. et* cimbas *superscr. Math.* 1. g) vel vermis *Math. in marg.* 1. h) *explanatio Math. manu in marg. et inter lineas* 1; *in contextu* 2. 3. i) timebunt *Galfr. Monm.* k) F. 1. l) Hanc — dicetur *Math. in marg.* 1.

1) Vaticinium Sibyllinum (de quo cf. Wattenbach, 'GQ.' II, p. 173), a Luard collatum cum codd. Cottonianis Nero B 7. et Vespas. B 25. et (quondam Albanensi?) Univ. Cantabrig. Mm. 5, 29. Partes prodierunt in Ann. Corbei., SS. III, p. 14; Ott. Fris., SS. XX, p. 351; Gotifr. Vit., SS. XXII, p. 145; e cod. Bern. SS. XXII, p. 375. 2) Forte ex Vita s. Modvennae, de qua cf. Hardy, 'Descr. Catal.' I, p. 94. 3) Wendov. e Galfr. Monm. VII, 3. 4) Populus Anglorum. 5) Henricus I. 6) Mathildis; ita quoque Alanus ab Insulis ed. Francof. p. 89. 7) *Morianum* legit et *Italiam, a parte videlicet totum, intelligi* vult Alanus p. 89. 97; cf. San-Marte (ad Galfrid. Monmuth. p. 347. 405), qui montem Arran in comitatu Merioneth intelligit. 8) Hoc eodem modo explanat Alanus p. 67. 9) Paulo infra fabulatur noster, Mathildam Stephano regi, ipsum Henrici (II), filii sui, patrem esse, confessam, ne pugnam contra hunc committeret interdixisse; quae historiola etiam Hist. Angl. ed. Madden I, p. 296. habetur. 10) Filius Cadwallonis regis Britonum; de quo cf. Lappenberg, 'Gesch. von England' I, p. 153. 11) Scilicet secundum, cum de tempore Henrici III. agatur. 12) Cf. Alan. p. 119: *In quadam Armorici principatus provincia . . . consules Conani seu Alani vocantur;* 'Palgrave vocem Anglicam "cyning" absone a verbo "cen", quod Celtis caput designat, derivare voluit', Stubbs, 'Constit. Hist.' I, p. 140. 13) Scil. a. 793, quem v. ap. Wendov. supra p. 22.

Wend. A. D. 734. . . . Beda — — non dubito. . . . . . .

ib. A. D. 753. Sanctus Bonefacius — — martyrio coronatur.

ib. A. D. 754. Sanctus Bonefacius — — martyrium decessit. . . . . . .

Galf. Mon. VI, 10. A. D. 758[1]. . . . Woden[a] lingua barbara Mercurius dicitur; item secundum primitivos impositores sexta feria, id est Fridai, a frodos[2], que est spuma maris, dicitur, unde nata est Venus. . . . . . .

Wend. A. D. 770. Karolus — — victoria tamen reversus est. . . . . . .

ib. A. D. 771. . . . Karolus — — adeptus est. . . . . . .

Sigeb. De cronicis Sigiberti, scilicet de anno Domini 773. Eodem[3] anno Adrianus papa ad tuendas — — publicari.

Wend. A. D. 774. Karolus — — Italiam totam suo imperio adiecit.

ib. A. D. 775.[4] Offa rex Merciorum undique vicinos reges amicos sibi concilians, ne hostes ei forent extranei, qui in regibus propinquis tot patravit offensas, Karolum Magnum regem Francorum frequentibus exeniis[b] amicum facere curavit.

Nota[c] quid signent Karoli dona:

A Karolo dona data sunt Offe mucro, zona,
Cingat ut imbelles clemens feriatque rebelles;
Pallia donantur, velut hiis secreta tegantur;
Tiro mucrone, sed et utens munere zone,
Indomitos punit, pronos sibi nectit et unit;
Palliat archana, ne signent pallia vana.
Offa restauratus, regali stirpe creatus*,
Erigitur, spernit que degenerantia cernit.
Armis donatur, Cato**, Mars***, Paris† hinc reputatur,
Quo floret tuta duce Mercia lege statuta,
Ense superborum vires[d] reprimens dominatur.
Hunc rex Francorum Karolus timet et veneratur.
Communi voto cum clero Mertia toto
Offe concedit sese, cui mitis obedit.
Ergo coronatur, extunc rex iure vocatur.

Minatur degeneribus convalescens. Fit miles. Trihumphat. Communi assensu consecratur in regem feliciter. Karolus rex Francorum ipsum iam timet et muneribus veneratur.

Inimici[4] autem antea erant. . . . . . .

ib. A. D. 785. Withichindus — — baptizantur. . . . . . .

ib. A. D. 791. Rex Occidentalium Saxonum — — fugavit. . . . . . .

ib. A. D. 792. . . . Karolus — — Albinus ad regem attulit Gallicanum. . . . . . .

ib. A. D. 793. . . . Igitur rex mare ingressus — — remeavit. . . . . . .

ib. A. D. 796. . . . Eodem[5] anno Offa rex Merciorum magnificus . . . diem clausit extremum. . . . Huic[e] contemporaneus fuit Magnus Karolus rex Francorum, qui et imperator fuit Romanorum; et hic hanc epistolam misit regi Offe in margine huius pagine inferiori: Ex[f] historia Britonum[6].

Malm. *Karolus . . . Offe regi Merciorum salutem. Primo gratias agimus — — duximus destinanda. Valete*[g]*!* . . . . . .

Wend. De sancto papa Leone, de[h] quo ad hoc signum ∘+∘ notatum mirabile reperies miraculum.

Anno Domini 799. Romani — — predicantem revocavit. ∘+∘ Leoni adhuc adolescentulo de lascivia penitenti, dum oraret ante altare beate virginis, apparuit eadem dicens: 'Leo, corrige excessus tuos, et te proveham[i] ad summum gradum'. Ille huius vocis memor de rethorica se transtulit ad theologiam, mutatus penitus in alterum virum, castus et modestus, diligens et peritus; et factus est peritissimus rethor et theologus. Vacante igitur sede apostolica, sullimatus est in eadem. Et cum primo celebraret sollenniter, facta est ei oblacio non modica. Inter offerentes igitur quedam mulier, ad quam aliquando habuit accessum, ut dicebatur, manum ipsius Leonis suaviter comprimens et comprimendo deosculans, incentivum libidinis in papa excitavit. Ille post missarum sollempnia se ipsum redarguens, in conclavi sedens, manum suam subito amputavit iuxta illud euvangelicum: cf. Matth. 18, 8. *Si pes tuus vel manus scandalizet te, abscide et proice ab te* etc. Cum igitur vocaretur sepe ad ministerium suum, sepe se excusaret, nec darentur amplius inducie a fratribus nescientibus eum mancum, divertit se papa in locum secreciorem, et se prosternens in oratione devota ante altare beate virginis, dixit: 'O clementissima virgo, promovisti hactenus et sullimasti, respice nunc in me miserum, qui cepi ulcionem de meo transgressu, ne confundar; sed nunc confer

*) Vel: Offa recordatur quod ab indignis reprobatur *Math. in marg.* 1.
**) Sapiens et moralis *ib.* ***) Bellicosus *ib.* †) Elegans et pulcher *ib.*

a) Woden — Venus *in marg. Math.* 1. b) xeniis *Wend.* c) *versus add. Math. soc.* 1. d) vices *(ex 2. 3?) Luard.* e) *rubr. in marg.* 1. f) *in marg. inf.* 1. g) Val 1. h) de — miraculum *add. Math.* 1. i) proheam 1; praebeam *Luard.*

1) Verbis ex Wendoverio descriptis secundum Galfr. Monm. VI, 10. de *Wodenesdai* et *Freedai* nominibus agitur. 2) Potius ab ἀφρός Aphroditen dici, audivisse videtur noster. Cf. infra a. 871. 3) SS. VI, p. 393, l. 5—11; infraquoque a. 782. Matheus in marg. *ex cronicis Sigisberti* (ib. p. 335, l. 1) quaedam notavit. Cf. supra p. 11, n. 14. 4) Haec Wendoverius a Malmesburiensi, SS. X, p. 455, mutuatus est. 5) Haec cum Vita Offae conveniunt. 6) Will. Malmesbur., SS. X, p. 455, n. 22.

consolacionem, ne conquerendo dicam: *Elevans allisisti me*[1]. Beata igitur mater misericordie manum truncato brachio novam restituit[a]. Papa igitur, qui adhuc manum priorem quam absciderat reservaverat, fratribus convocatis seriatim que acciderant explicavit, ne laus beate virginis occultaretur; et ostendit illis[b], immo omni ecclesie manum quam prius absciderat et causam non celavit, et qualiter in oratione prostrato apparuit ei beata virgo et manum manco restituit. Et statutum est tunc[c], quod nunquam extunc manus[d] pape ab obferentibus deoscularetur, sed pes; cum ante fuerit consuetudo, quod manus, non pes deoscularetur. In huius miraculi memoriam reservatur adhuc manus abscisa in thesauro Lateranensi, quam Dominus custodit incorruptam ad laudem matris sue. Ps. 101, 11.

A. D. 800. . . . Rex Francorum Karolus, vir eximie — — precepit. Wend.

Karolus imperator. A. D. 801. Karolus rex Magnus — — diligenter tractavit.

Anno[e] gratie 769. incepit Karolus Magnus regnare in Francia et regnavit[5] 46 annis. Huic contemporaneus fuit Offa rex Merciorum. Anno gratie 756. cepit idem Offa regnare, anno Pippini regis in Francia quinto, et regnavit annis 39. Vicesimo sexto anno regni Karoli predicti, filii scilicet Pipini, decessit Offa, videlicet anno gratie 795. secundum Ymagines Historiarum[1]. . . . . . .

A. D. 802. Brithricus — — perduxit. . . . . . ib.

A. D. 812. Apud — — reservantur. ib.

Statuta Karoli Magni. A. D. 813. Karolus — — referuntur. ib.

Obiit idem Karolus Romanorum imperator. A. D. 814. Karolus — — Lodowicus. . . . . . ib.

Lodowicus imperator. A. D. 815. Lodowicus — — consecutus est. . . . . . ib.

Solamur ad Danos transit. A. D. 818. Solamur — — transivit. ib.

A. D. 819. Bernardus — — privatur. ib.

A. D. 820. Per dispositionem — — statuuntur. . . . . . ib.

A. D. 822. Tellus — — intumuit. . . . . . ib.

A. D. 826. . . . Corpora — — claruerunt. . . . . . ib.

A. D. 837. Papa — — nuncupatus. . . . . . ib.

A. D. 838. . . . Misit — — deleverunt. . . . . . ib.

A. D. 841. . . . Mortuo — — 15. . . . . . ib.

A. D. 843. Lotharius — — sententia capitali[2]. . . . . . Sigeb.

A. D. 850. Franci — — darent. . . . . . Wend.

A. D. 852. . . . Circa dies istos — — nusquam comparuit. . . . . . ib.

A. D. 854. . . . Rex magnificus Ethelvulfus — — convivari faciebat. . . . . . ib.

A. D. 856. Defuncto Lodowico rege Francorum et patricio Romanorum, Karolus[3] annis 12 imperavit. ib.

A. D. 857. Aethelvulfus — — ampliandas. . . . . . ib.

A. D. 860. Dux Saxonum — — transvexit. . . . . . ib.

A. D. 871. . . . Huius — — perduxerunt. . . . Veteres quartam feriam . . . diem Wodenii nuncupabant; sicut[4] sextam feriam, scilicet Fridai, a Frea dea vel a frodos, quod est spuma maris, unde secundum narracionem poetarum nata est Venus dea amoris. Woden — — constituta. . . . . . ib.

Alfredus — — ampliabat. . . . . .

A. D. 872. . . . Rex Alfredus — — consortium. . . . . . ib.

A. D. 874. Nefandus — — accepit. . . . . . ib.

A. D. 879. . . . Lodowicus — — annis 12. . . . . . ib.

A. D. 880. Magnus — — hyemavit. . . . . . ib.

A. D. 881. Plurima — — discurrebant. . . . . . ib.

A. D. 883. Marinus — — pependit. . . . . . ib.

De magistro Iohanne Scoto. . . . . .

A. D. 885. Stephanus — — hec infra. . . . . . ib.

A. D. 887. Hastein — — Gallicanas. . . . . . ib.

A. D. 888. Athelmus — — sufficientiam deputavit. . . . . . ib.

A. D. 889. . . . Rex Alfredus — — transmisit. ib.

A. D. 890. . . . Soror — — sepulta. ib.

A. D. 891. Arnulfus — — imperavit . . . . . . ib.

A. D. 900. Karolus — — 27. . . . . . ib.

A. D. 901. . . . Edgiva — — copulatas. . . . . . ib.

A. D. 903. Lodowicus — — imperavit. . . . . . ib.

A. D. 904. Sanctus — — celestis. . . . . . ib.

A. D. 913. Conradus — — septem. . . . . . ib.

A. D. 920. Henricus — — 18. . . . . . ib.

A. D. 936. Comes Hugo — — regni. . . . . . ib.

A. D. 938. Otho Romanum — — suscepit. . . . . . ib.

A. D. 949. In Italia — — scriptis. . . . . . ib.

A. D. 962. Sanctus Wibertus — — Christum. . . . . . ib.

A. D. 974. Otho II. — — imperavit. . . . . . ib.

A. D. 984. . . . Otho III. — — imperavit. . . . . . ib.

a) resstituit 1. b) ille *Luard*. c) tuc 1. d) unquam *add.* 1, *sed expunct.* e) *ad calcem paginae Math.* 1.

1) Rad. Dicet. auct. Alban. ed. Stubbs I, p. 127. 2) Haec verba propius ad Sigeberti quam Wendoverii lectionem accedunt. 3) Wendoverius add.: *successit et.* 4) Cf. supra a. 758.

Wend. A. D. 990. . . . Eodem tempore suborta — — reduxit. . . . . . .

ib. A. D. 998. Iohannes sedit — — dirigente. . . . . . .

ib. A. D. 1005. . . . Henricus Romanum — — 22. . . . . . .

ib. Anno Domini 1012. Hoc[a] miraculum secundum alium historiographum contigit anno Christi 1021[1]. Cum in villa quadam Saxonie nomine Colevize, in qua est ecclesia sancti[b] Magni martyris, cuius[c] festum celebratur 14. Kal. Septembris, in vigilia dominice nativitatis — — membrorum suorum tremore prodiderunt. . . . . . .

Imperator Henricus — — expiravit. . . . . . .

ib. A. D. 1017. . . . Cnuto . . . filios quoque regis Eadmundi — — suo loco dicetur. . . . . . .

ib. A. D.[d] 1025. Conradus — — imperavit. . . . . . .

ib. A. D. 1028. . . . Natus est Marianus Scotus, qui tandem adultus et liberalibus studiis imbutus[e], studio suo et labore cronicorum digessit librum ab imperatore Octoviano usque ad annum dominice incarnationis 1131. Hic inter omnes hystoriographos regum Anglie gesta prolixius scribens, servatis annis dominicis, usque ad Henricum seniorem Anglorum regem perduxit.

ib. et Flor. Rex Cnuto Haconem ab Anglia exulavit. A. D. 1029. Rex Anglorum et Danorum et Norwegensium Cnuto — — sororis sue et Wirrigerni Winidorum[f] regis filiam. . . . . . .

Wend. A. D. 1031. . . . Rex Anglorum — — de peccato pecuniam adaugere. . . . . . .

ib. A. D. 1035. . . . Emmam — — Bregges, ut ibidem moraretur. . . . . . .

Malm. A. D. 1037. Corpus* Pallantis — — cute soluta. . . . . . .

Wend. A. D. 1039. . . . Hardecnutus — — Bregges moram fecit.

Flor. A. D. 1040. Henricus Romanum adeptus imperium, 17 annis magnifice imperavit. . . . . . .

Wend. Proceres tam Danorum quam Anglorum in unam concordantes sententiam, miserunt legatos ad Bregges in Flan-
Flor. Wend. driam ad regem Dacie Hardecnutum, qui cum matre sua ibidem morabatur, rogantes, ut ad Angliam veniret, regni diadema suscepturus. Qui consiliis magnatum ilico adquiescens, estate media venit in Angliam. . . . . . .

ib. A. D. 1041. . . . Per idem tempus rex Anglorum Hardecnutus Gunnildam, sororem suam ex Cnutone rege et Emma regina generatam**, — — iuvenis assatus ibi refrigerium ministravit. . . . . . .

ib. A. D. 1045. Brihtwoldus — — successit. . . . . . .

ib. A. D. 1049. . . . In cathedra Romana* — — horreri fecit. . . . . . .

Wend. et Flor. A. D. 1051. . . . Tosti — — cursum direxerunt. . . . . . .

Wend. A. D. 1052. Marianus Scotus, cronicorum scriptor veracissimus, seculum reliquit. . . . . . .

Rex — — defunctus est. . . . . . .

Flor. A. D. 1055. . . . Hermannus Wiltoniensis presul, iratus — — monasterio habitavit. . . . . . .

ib. A. D. 1057. Henricus Romanum adeptus imperium, annis 50 imperavit.

Wend. Eodem anno[d] rex Anglorum Eadwardus — — succederent in regnum. . . . . . .

Malm. Wend. A. D. 1058. . . . Eodem tempore civis quidam Romanus — — flagitia inaudita. . . . . . .

Wend. A. D. 1060. . . . Herefordensis presulatus — — Gisa regis capellanus successit.

ib. A. D. 1061. Aldredus — — Herefordensis. . . . . . .

ib. A. D. 1065. . . . Northanhumbrenses — — hyemem transegit.

ib. A. D. 1066. . . . Haroldus — — Humbre fluminis applicuit.

Sigeb. Nota[g], quod rex Norwagie venit in Angliam cum mille navibus; hoc dicit historia Eusebii[2]. . . . . . .

ib. A. D. 1067. . . . Eadgarus — — applicare. . . . . . .

Hoc igitur tempore duobus Rome — — comprobatus. . . . . . .

ib. A. D. 1070. . . . Successit ei electus Lanfrancus — — Cantuariensem. . . . . . .

A Norm. A. D. 1073. . . . Eodem[h] anno invaserunt monachi Sancti Aodoeni[i] Iohannem archiepiscopum Rothomagensem — — retrudi. . . . . . .

Wend. Sigeb. A. D. 1074. Gregorius — — 3 diebus; qui Hildebrandus vocatus ante fuerat. Iste papa in synodo — — effundunt. . . . . . .

Wend. Venerunt ex Dacia — — audentes. . . . . . .

ib. A. D. 1077. . . . Henricus imperator — — Sueviam devastat. . . . . . .

ib A. D. 1079. . . . Imperator Henricus — — fore designat. . . . . . .

ib A. D. 1080. Hildebrandus papa — — interfecit. . . . . . .

ib. A. D. 1082. Marianus Scotus — — euangelii.

ib. A. D. 1083. Matildis regina — — supremum. . . . . . .

ib. A. D. 1084. Romani — — dissolutus. . . . . . .

ib. A. D. 1086. . . . Gregorius — — Victor nuncupatur.

ib. A. D. 1087. . . . Obiit Wiscardus — — approbatus. . . . . . .

ib. A. D. 1089. Odo ex monacho Cluniacensi episcopus Ostiensis — — refecit. . . . . . .

ib. A. D. 1091. . . . Methis corpus sancti Clementis — — demonstravit. . . . . . .

ib. A. D. 1094. . . . Tunc temporis ecclesia Romana — — regis Willelmi.

ib. A. D. 1095. . . . Dominus papa Urbanus — — renovat[k]. . . . . . .

*) Verum sed impertinens[3] *Math. in marg.* 1.

**) *in marg.* 1 *depictus est* Mimekanus nanus *crus alius, cui* Rodogan gigas *superscr., gladio perculiens*[4].

a) Hoc — 1021. *in marg. Math.* 1. b) *inter lin.* 1. c) cuius — Sept. *in marg. Math.* 1. d) *deest* 1. e) imbutis 1. f) Wund. *Luard.* g) Nota — Eusebii *in marg.* 1. h) *haec in marg. Math.* 1; *des.* 2. i) *sic* 1; Aud. *(ex 3?) Luard, Ann. Norm.* k) removeat 2.

1) Cf. SS. IV, p. 740, n. 8. 2) Eodem modo supra a. 794. rebus Lindisfarnensibus a Wendoverio ex Hist. Dunelm. haustis, addit noster: *hec ex cronicis Eusebii;* diversa opera historica cum Eusebio uno volumine conglutinata apud Sanctum Albanum exstitisse, putat Luard. 3) Fortasse operi alicui [Abbrev. Cronicorum? v. supra p. 101, n. 21] ex Cron. Mai. excerpendo. 4) V. de hoc duello supra p. 26.

A. D. 1098. . . Cisterciense[a] cenobium inceptum est. . . . . . . Dic.

A. D. 1099. . . . Sigisbertus — — digessit. . . . . . . Wend.

A. D. 1100. . . . Anselmus — — Lugdunum venisset. . . . [Verte[b] folium et invenies[1] hoc melius:] ib.
Idem[c] rex Henricus[d] desponsavit Matildem, filiam Malcolmi regis Scocie, ex qua genuit Willelmum et filiam unam, nomine et honestate matrem representantem. Quam virginem quinquennem imperator Henricus peciit et accepit. . . . Rob. Tor.

Sigisbertus Gemblacensis — — annis 18. . . . . . . Wend.

A. D. 1103. Anselmus — — revocavit. . . . . . . ib.

A. D. 1104. . . . Anselmus — — intendens. . . . . . . ib.

A. D. 1109. . . . Anno[e] quoque eodem celebris habebatur epistola, que dicebatur celitus fuisse missa in manus cuiusdam prelati, dum missam celebraret ad temperandas Romanorum enormitates que diatim succreverunt: *Excitabitur Roma contra Romanum*[2] — — *erit luctus*. Eodem anno missi — — tres solidos . . . . . . ib

A. D. 1110. . . . Secundum[f] rotulum cancellarii rex[3] Henricus dedit filiam suam Matildem imperatori Alemannie anno eodem. . . . . . .

A. D. 1111. . . . Henricus[g] rex Theutonicus Paschalem papam in custodiam[h] posuit. . . . . . . Dic.

Obiit hoc anno Robertus comes Flandrensis — — Baldewinus. . . . . . . Wend.

A. D. 1112. Facta est contentio Rome — — dedit imperatori. . . . . . . ib.

A. D. 1117. Tonitrua — — contriverunt. . . . . . . ib.

A. D. 1118. Defuncto papa Paschali, Gelasius antipapa[i] anno uno successit; cui[i] successit orthodoxe[4] Calixtus. . . . . . . ib.

A. D. 1119. Defuncto papa Gelasio — — sacerdos. . . . . . . ib.

A. D. 1121. Rex Henricus duxit Adeliciam vel Adelisam — — ordinavit. . . . . . . ib.

A. D. 1124. . . . Calixtus papa obiit; successit Honorius. . . . . . . A. Southw.

A. D. 1125. Iohannes Cremensis — — presulatum. . . . . . . Wend.

A. D. 1126. Henricus[k] Romanorum imperator diem clausit extremum; cui succedens Lotharius, qui[l] annis[m] duodecim imperavit. Tunc imperatrix Matildis ad patrem suum regem Henricum reversa, habitavit in thalamo eius cum regina, quia[n] de morte viri suspecta habebatur[5]; vir enim eius clam de nocte fugerat[6] et paupertatem elegit. Diligebat — — viduatam. . . . . . . ib.

A. D. 1127. . . . Venerunt — — interfecit. . . . . . . ib.

A. D. 1128. Rex Anglorum Henricus — — digessit. ib.

A. D. 1129. Honorius — — 2. Obiit[s] Honorius papa; successit Innocencius. . . . . . . A. Southw.

Venit — — contendentes. Wend.

A. D. 1130. Defuncto papa Honorio — — regem. . . . . . . ib.

A. D. 1131. Sinodus[o] generalis habita Remis. Obiit Innocentius I.[!][7] papa; successit Innocentius papa secundus. Dic. Dedicatur ab eodem ecclesia Cluniacensis. . . . . . . A. Southw.

A. D. 1132. . . . Natus est Gaufrido cognomento[p] Plantegenest comiti Andegavensi ex filia regis Henrici I. filius et vocatus est Henricus. . . . . . . Wend. Dic. Wend.

A. D. 1133. . . . Natus[s] est primogenitus Galfridi Plantegenest et Matildis imperatricis, scilicet Henricus d.[q] Henric. . . . . . . Rob. Tor.

A. D. 1138. Conradus Romanum adeptus imperium, annis 15 imperavit; et[r] sic successit Lothario. . . . . . . Wend. Rob. Tor.

Eodem anno Albericus Hostiensis episcopus — — celebravit. . . . . . . Wend.

A. D. 1142. . . . Defuncto papa Innocentio — — terminavit. ib.

A. D. 1143. Defuncto papa Lucio — — diebus 21. . . . . . . ib.

A. D. 1146. . . . Papa Eugenius — — perhendinavit. ib.

A. D. 1147. Imperator Conradus — — efficiebant ferventes. . . . . . . ib.

A. D. 1149. . . . Reversio[s] imperatoris Alemannie et regis Gallie de Ierusolimis. Lexebona capta est a christianis. . . . . . . Hunt.

A. D. 1151. . . . Eodem anno Conradus imperator — — Fretherieus, nepos eius. Wend.

A. D. 1152. Eugenius papa — — 24. . . . . . . ib.

A. D. 1154. . . . Defuncto papa Anastasio — — Sancti Albani procreatus. . . . . . . ib.

A. D. 1155. . . . Margareta filia fuit Eadwardi — — Romani. . . . . . . ib.

Fretherieus[s] consecratus est in imperatorem ab Adriano[s] papa. . . . . . . Dic.

A. D. 1156. . . . Rex Sicilie Willelmus — — Matildem nuncupavit. . . . . . . Wend.

A. D. 1157. . . . Hucusque Robertus abbas de Monte — — digessit. . . . . . . ib.

A. D. 1159. . . . Defuncto papa Adriano — — Alexander. ib.

A. D. 1160. . . . Rex Francorum — — castrum obsedit. . . . Eo[t] anno Maria abbatissa de Rumesia, filia regis ib. Dic.

a) *haec in marg. add. Math.* 1. b) *rubra superscr.* 1. c) *hunc locum in marg. add. Math.* 1; *in contextu* 2. 3. d) h. 1. e) Anno — luctus *ad calcem pag. soc. Math.* 1. f) Sec. — eodem *in marg. Math.* 1; *in contextu* 2. 3; Sec. r. canc. *Luard ad sententiam praecedentem retulit, quae tamen e Wendoverio sumpta est.* g) Henr. — posuit *in marg. Math.* 1. h) cusdodiam 1. i) cui — Cal. *in marg. Math.* 1. k) *corona reversa depicta in marg.* 1. l) *sic codd.* m) *deest* 3. n) quia — elegit *in marg. Math.* 1; *des.* 3. o) Sin. — Clun. *in marg. Math.* 1. p) c. P. *in marg. Math.* 1. q) *sic codd.*; đ hñrič 1. r) et — Loth. *Math. in marg.* 1. s) A. 1. t) Eo — insidias *in marg. Math.* 1.

1) Scil. a. 1109. 2) Vide epistolam ap. Wendoverium a. 1227, supra p. 55. 3) Cf. Ann. Southwark., SS. XXVII, p. 434. 4) Gelasium quoque orthodoxum fuisse, Matheus Wendoverii errore seductus non perspexit. 5) Mira fabula, in Hist. Angl. infra amplius narrata, quam alibi frustra quaesivi. 6) Cf. Hoved., SS. XXVII, p. 140; Rad. Nig. p. 343; Gir. Cambr. p. 407. 7) Mirus error.

A. Southw. Herb. Bosh. Stephani, nupsit Matheo comiti Bononie[1], ex qua sustulit duas filias. Propter[2] quod peccatum Thomas, regis cancellarius, qui contrarius fuit huic contractui illicito, ad instar beati Iohannis baptiste multas passus est comitis insidias. . . . . . .

Wend. A. D. 1162. . . . Nunciis igitur ad papam — — reversi. . . . . . .

ib. A. D. 1163. . . . Papa Alexander — — Iunii. . . . . . .

A. Southw. A. D. 1164. . . . Defuncto[a] Octoviano, Fretherícus alium ei substituit. . . . . . .

Wend. Beatus Thomas — — receptus est. . . . . . .

ib. A. D. 1165. Reginaldus Coloniensis — — subversa. . . . . . .

ib. A. D. 1166. . . . Willelmus Papiensis — — convocarunt. . . . . . .

ib. A. D. 1168. Henricus rex — — *promittit*. . . . . . .

Anno Domini 1169. . . . Epistola[b] Alexandri pape ad soldanum Yconii. Diebus autem sub eisdem dominus papa hanc elegantem epistolam[3] misit soldano Yconii proponenti baptismi sacramentum suscipere et in lege christiana instrui cupienti:

*Alexander III.[c] episcopus, servus servorum Dei, soldano Yconii veritatem agnoscere et agnitam custodire. Ex literis tuis — — sequentibus vestigia pedetentim[d].*

Baptizatus fuit soldanus, sed clam propter metum paganorum contradicentium. Soldanus igitur hiis informatus salubribus admonicionibus, baptismi suscepit clanculo sacramentum.

Quomodo malicia curie Romane generat scandalum etiam inter Sarracenos. Primates enim sui, quia Rome tot scaturiunt enormitates, dicebant: 'Quomodo ex
Iac. 3, 11. uno fonte aqua dulcis et salsa poterit emanare? Ubi christiani fontem iusticie haurire tenerentur, inveniunt laticem toxicatum'. . . . . . .

Wend. A. D. 1173. Rex Anglorum — — proventum. . . . . . .

Magnates Anglie cum exercitu infinito ad Hugonis Bigod superbiam reprimendam profecti . . . quatuordecim milibus Flandrensium armatorum stipatus[e] agminibus, per Essexiam et Cantiam securum ei ipsi prebuerunt conductum et apud Doveram naves ad transfretandum paraverunt[f]; sed numquam ultra illud tempus comes ad plenum respiravit. . . . . . .

ib. A. D. 1174. . . . Philippus enim comes Flandrensis — — remeavit. . . . . . .

ib. A. D. 1175. Lodowicus rex Francorum — — revocare. . . . . . .

Dic. Hugo[g] Petroleonis diaconus cardinalis venit legatus in Angliam. . . . . . .

Wend. A. D. 1176. . . . Veniente eodem tempore in Angliam Petroleone — — capitula. . . . . . .

Iohanna[h] nupsit regi Sicilie. Eodem anno Iohanna — — marito. . . . . . .

Dic. Hugo[i] Petroleonis, legacionis sue cursu cancellato, transfretavit.

Rex[h] Henricus dedit filiam suam nuptui regi Apulie et Sicilie; sed hoc in textu[4]. Rex Henricus dedit filiam suam iuniorem regi Apulie. . . . . . .

Wend. Nuncii Romani imperatoris — — convenerunt. . . . . . .

A. Southw. A. D. 1177. . . . Quidam[k] magnates profecti sunt in Terram Sanctam. Fretherícus humiliatur propter sanctitatem pape. Eodem quoque anno Philippus comes Flandrensis et Willelmus de Magna-villa profecti sunt Ierusalem. Fretherícus imperator venit ad pedes Alexandri pape; audivit[5] enim et certificatus est super hoc quod, cum fugeret a persecucione imperiali, et non erat ei tutus transitus per terram, immo per mare, exorta tempestate[6], assumpsit omnia ornamenta papalia in navi quasi celebraturus, et stans imperavit mari et ventis vice Iesu Christi, cuius vicarius erat, ut
cf. Matth. 8, 26. ait; et statim facta est tranquillitas magna. Quo audito, imperator stupefactus[l], humiliatus
A. Southw. satisfecit illi per omnia, timens tamen plus Deum quam hominem. Et sic cessavit cisma. . . . . . .

Wend. A. D. 1179. . . . Habitum est Rome concilium — — dampnavit. . . . . . .

ib. A. D. 1181. . . . Circa eosdem dies papa Alexander — — susceptam. . . . . . .

ib. A. D. 1182. . . . Quibus utique diebus dux Saxonum Henricus — — habundanter. . . . . . .

ib. A. D. 1184. . . . Rex Henricus duxit — — videretur. . . . . . .

Anno Domini 1185. . . . Circa[m] eadem[7] tempora obiit maxima mulierum, venerabilis domina Matildis, filia regis Anglorum Henrici primi, imperatrix et uxor Henrici Romanorum imperatoris et mater Henrici secundi Anglorum regis maximi. Unde eiusdem Matildis epitaphium[8]:

Nota incomparabile Matildis imperatricis epitaphium.

*Ortu magna, viro maior, sed maxima partu*
*Hic iacet Henrici filia, sponsa, parens.* . . . .

a) Def. — substit. *in marg. Math.* 1. b) *in duobus foliis agglutinatis (specimen v. ap. Luard II, p. 260) manu socii Math.* 1; *in contextu* 2; *deest* 3. c) *deest Petr. Bles.* d) Vale et vive, et vivat in te Christus *add. Petr. Bles.* — e) *sic codd.* f) par. — respir. *in marg. soc. Math.* 1. g) Hugo — Angl. *ad calcem pag. Math.* 1. h) *rubr. in marg.* 1. i) Hugo — iun. regi Apul. *ad calcem pag. Math.* 1. k) Quidam — cisma *ad calcem pag. Math.* 1. l) step. 1. m) Circa — parens *ad calcem pag. add. soc. Math.* 1; *des.* 2. 3.

1) *Bolonie*, Ann. Southwark., SS. XXVII, p. 431. 2) Haec noster ex Herb. Bosh., SS. XXVII, p. 30, hausisse videtur; Mathiam potius Thomae favisse, narrat Guarnerius, ib. p. 27. 3) Exstat ap. Petr. Blesens. ed. Giles II, p. XXI. 4) V. lin. 32. 5) Haec amplius narravit noster in Hist. Angl. 6) A. 1162, m. Apr. in.; cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p. 328. 7) Error. 8) Cf. infra a. 1189.

**Eodemque[a] tempore in natali Domini[1] obiit Lucius papa; successit Urbanus secundum quandam historiam.** In eodem tempore dux Saxonum — — contentus. Dic. Wend

A. D. 1186. . . . Eodem anno, scilicet[b 2] in confinio temporis quo annus anno continuatur, scilicet diebus nataliciis Domini, defuncto papa Lucio[3], Urbanus successit. . . . . . . ib. Dic. Wend.

A. D. 1187. . . . Mortuo papa Urbano — — surrogatur. . . . . . . ib.

A. D. 1188. Fretbericus Romanorum — — susceperunt. . . . . . . ib.

Epistola Fretherici — — *te docebit.* Rescriptum Salaadini — — *Dei solus.* . . . . . .

Quod Salaadinus — — intraverunt. . . . . . .*

Anno** dominice nativitatis 1189. . . . Eodem anno multe naves — — regem Francorum[c]. . . . . . . ib.

In festo sancti Georgii — — habiturus***. . . . . . .

Dux Ricardus — — 3. Non. Septembris. . . . . . .

Rex Ricardus — — duxit. . . . . . .

Nota[d] factum Ricardi regis enorme. . . . Rex avidus ad pecuniam adquirendam finxit, se amisisse sigillum suum, et novum fecit fabricari[4]. . . . Pro hoc negocio transfretavit Reimundus[5] prior ecclesie Sancti Albani et multi alii cum effusione multe pecunie et laboris. . . . . . .

Anno dominice nativitatis 1190. . . . Exercitus christianorum — [e] — permiserunt. . . . . . . ib

Ricardus rex — — eum. Eodem — — submersus est. . . . . . .

Deinde archiepiscopus Auxiensis — — apparatus. . . . . . .

Eodem tempore rex Francorum Philippus — — Mategriffum appellavit. . . . . . .

Anno dominice nativitatis 1191. . . . In obsidione Achon — — dicunt. Reges vero Francorum et Anglorum in Scicilia moram fecerunt, donec veniret tempus vernale, quo possent tutius maris pericula evitare. Hic autem parva est historialis anticipacio. Eodem tempore Clemens papa — — secutus. . . . . . . ib.

Papa Celestinus — — obiit. . . . Apud Doveram — — exiret. . . . Hoc nimirum — — gestiebat. . . . . . .

Hoc anno obiit Clemens papa; cui successit Celestinus, a quo Henricus imperator coronatur in[6] vigilia sancti Iohannis baptiste. . . . . . . Dic. A. Southw.

Anno dominice nativitatis 1192. . . . Nota[f] superbam transgressionem regis Ricardi, que multum Deo displicuit, ut patet manifeste in sequentibus. Circa idem tempus venit dux . .[g 7] Achon[8], ut in Terra Sancta votum sue peregrinacionis perficiendo in excercitu christiano Deo fideliter militaret et Salvatoris vestigia ibidem adoraret. Cumque previi eius marescalli sibi hospicium accepissent et neccessaria prepararent, supervenit precipitanter quidam miles de familia regis Ricardi, nacione Neuster, et more sue gentis ebuliens[h] stulticiam, cum iactantia asserebat, se maius ius in illo hospicio habere quam aliquis alius, cum prius illuc adveniens, sibi suisque sociis illud assignas-

*) *Finito a. 1188, desinit vol. I. cod. 1, cui ad calcem haec saec. XIV med. subscripta sunt:* Anno dominice incarnationis 1189. est vera continuacio historie Mathei Parisiensis in alio volumine eiusdem manus.

**) *Hic incipit vol. II. cod. 1; margini haec manu coaeva rubro inscripta sunt:* Hunc librum dedit frater Matheus [de Parisius *supra lin.*] Deo . . [*quaedam litterae rasae, fortasse:* et Sancto Albano]. *Super alteram columnam, fort. alia m., haec:* Anima fratris Mathei et anime fidelium defunctorum requiescant in pace! Amen. *(V. specimen primae paginae vol. II. cod. 1 ap. Hardy, 'Descr. Cat.' III, tab. 12). Incipit secunda pars alia manu 2.*

***) *Codicis 3 ultima pagina, a 1 et 2 differens, ita desinit:* Magnitudo autem huiusmodi regis[9] per epitaphium matris eius Matildis eterna memoria recolendum bene potest approbari et testimonio confirmari.

Epitaphium.

*Ortu magna, viro maior, sed maxima partu,*
*Hic iacet Henrici filia, sponsa, parens.*

*rubr. in marg.* Hic in quarto folio, scilicet in margine notatur[10].

Fuit enim filia Henrici primi regis Anglorum et uxor Henrici quarti imperatoris et huius Henrici mater.

a) Eod. — historiam *in marg. Math.* 1. b) sc. — Domini *in marg. Math.* 1. c) *hinc quaedam capita saepius ordine mutato transponuntur, in breve coguntur, omittuntur* 3. d) Nota laboris *in marg. manu soc. Math.* 1. e) *quatuor foliis excisis ex* 1, *textus e* 2 *et Wend. constituitur.* f) Nota — sequentibus *in marg.* 2. g) Burgundie 2, *sed linea transversa deletum;* Austrie *suppl. edd. ex Hist. Angl.* h) *sic* 2.

1) 7. *Kal. Dec.* Rad. Dic., quae erronee legit noster, tamquam ille 7. *Kal. Ian.* dixisset. 2) V. notam praecedentem. 3) Lucius III. obiit a. 1185, Nov. 25. 4) Haec alibi non ita narrantur (de pecunia chartis a rege confirmandis tunc collecta cf. Stubbs, 'Const. Hist.' I, p. 496). Fortasse res postea gestas iam hic posuit noster; a. enim 1191. sigillum regis in mari amissum, a. 1194. novum factum est, et rex *mandavit quod nihil ratum foret per vetus sigillum*, Hoved. III, p. 105. 267. 5) Nota vestigia memoriae domesticae; cf. supra p. 7. 74. 6) Error; potius Apr. 14. 7) Austriae Leopoldus; cf. Ric. Divis., SS. XXVII, p. 79; Will. Neuburg. p. 240; Gerv. Cant. p. 306. 308; Rad. Coggesh. p. 350; sed noster hanc historiolam (a Kugler, 'Kreuzzüge' p. 240, receptam) potius, rumoribus diversis sibi allatis, e memoria scripsisse videtur. Consulto causam Normanno cuidam, non Anglis suis, crimini dedit. 8) Ita Ric. et Gerv.; *Iopen* Rad. et infra p. 114, l. 16. 9) Henrici II. 10) V. supra a. 1165.

set. Multiplicatis conviciis utrobique, clamor ad aures regis pervenit. Rex[1] autem, nimis dictis et cause Normanni favorabilis et credulus, in iram excanduit contra familiam ducis,
Gen 18, 21. et non perpendens moderamen dominicum, scilicet: *Decendam*[a] *et videbo*, precepit precipitanter et secus quam deceret, ut vexillum ducis in eodem hospicio pro signo[2] affixum in cloacam deiceretur. Quod factum cum dux, hospicio privatus et turpiter a Normannis garulis[a] lacessitus, congnovisset, regem querulus adiit, sed nichil nisi sannas reportavit. Unde dux a rege spretus, ad Regem regum convertens, dominum Deum invocavit ulcionum cum lacrimis, ut quandoque superbum frangens, tantam passum iniuriam consolaretur, qui
Ebr. 10, 30. ait: *Michi vindicta, et ego retribuam.* Dux autem cito post reditum ad propria confusus et verecundus maturavit. Hoc facto rex Ricardus postea non mediocriter exprobratus erubuit. . . .[b] . . .

De[c] quodam nobili quem Salahadinus captivum decollavit; . . . principem scilicet quandoque Anthiochie.*) . . . . . .

Wend. Rex Ricardus cum nonnullis — — consecrationis suscepit.

ib. Anno gratie 1193. Rex Ricardus remansit — — confirmatum. Deinde conqueritur[3], quod[4] signum ducis Austrie, consanguinei sui, ob eius contemptum apud Iopen[5] in cloacam proici[d] iusserit et Theutonicos suos in Terra Sancta verbis probrosis et factis ubique dehonestaverit. Ille[e, 6] dux postea a domino papa et omnibus cardinalibus excommunicatus est. In morte autem, licet non satisfecerit, ad cautelam, ne in desperacionem caderet, ab episcopis suis absolutus, obiit horribiliter. Super hiis — — tractatum est. Tandem ad hoc est perventum, ut pro redemptione eius[7] imperatori darentur centum quadraginta milia marcarum argenti ad pondus Colonensium, antequam inter eos conveniret; que[f] omnia ante liberacionem suam solvebat absque expensis tam ipsius quam aliorum[g] ob illam causam. Prestitum — — calices aureos et argenteos sustulerunt. Abbas[h] Garinus[i] ecclesie Sancti Albani redemit calices sue ecclesie**).

Christe[k], tui calicis predo[8] fit preda Calucis:
Ere brevi reicis qui tulit era crucis.

Iohannes vero Norwicensis episcopus — — frugum. . . . Eodem anno Hubertus — — maturavit.

ib. Anno dominice nativitatis 1194. Rex Ricardus maxima — — Sandwicensem. . . . . . .
Due quidem — — conduceret. . . . . . .

ib. Anno dominice nativitatis 1195. Rex Ricardus — — *emendet.* Cumque hec et alia multa coram summo pontifice regii nuncii allegassent, post[l] trinam ammonicionem, quam dux[9] exaudire recusavit, domnus papa ilico surgens, cum suis cardinalibus ipsum ducem nominatim excommunicavit — — iustius debebatur. . . . . . .

Ut quosdam huic salubri admonicioni[10] rebelles civilius reprehenderet[4], predicatoris formam induens, hanc frequenter parabolam circumsedentibus replicavit: De Vitali Veneto optima[m] ingratorum redargucio; apologus[n] Ricardi regis, quem abbati Sancti Albani Guarino, et ipse nobis enarravit. Tunc vero temporis contigit de quodam cive Venecie, divite scilicet avaro, quiddam relatu dignissimum. . . . Incidit forte in foveam[11]. . . . Accidit autem, ut quidam pauperculus carbonator silvicola . . . audiret clamorem: . . . 'Erue me! et bene tibi erit; ecce tibi dimidium bonorum meorum concedo, videlicet quingenta talenta'. . . . Venetiam adiit, ut a Vitali promissa reciperet; . . . veniens ad pretorium, hec omnia iudicibus civitatis seriatim intimavit. . . . Certificati

*) *Rubra in marg. 1 apposita, quae iam partim tantum legi potest,* magister Raoulfus Besaz, phisicus regis Ricardi, *sicut in Hist. Angl., testis laudatur.*

**) Cronicula quedam succincta et abbreviata de potentatibus Anglie, *a. 1087—1327, in cod. tabularii civitatis Coloniensis s. XV ex., composita, ut videtur, s. XIV med., haec habet:* Ricardus primus, qui multa strennue gessit contra Sarracenos, in reditu captus est a duce Austrie, et datus imperatori, solvit 100000 libras; pro eius redemptione quilibet secundus calix in monetam conflagratus est, et libri ordinis Cisterciensis venditi. *Haec Const. Höhlbaum ab actis Coloniensibus benigne mecum communicavit.*

a) *sic* 2. b) *pergit* 1. c) *haec ad calcem pag. Math.* d) pr. i. *in rasura Math.* 1. e) Ille — horribiliter *in marg. soc. Math.* 1. f) que — causam *add. Math.* 1; que — solvebat, *in* 1 *post verba* absque — causam *addita, des.* 2. g) illorum 2. h) Abb. — sue eccl. *in marg. soc. Math.* 1. i) *add. Math.* 1. k) *in marg. Math.* 1. l) post — recusavit *in marg. Math.* 1. m) optim 1; opertim *Luard.* n) ap. — enarravit *manu rubricatoris in marg.* 1.

1) *Etsi non de precepto, de voluntate tamen regis* Ric. Divis. 2) *Signum in cloacam precipitaverit* Rad. 3) Henricus VI. 4) Ricardus I. 5) Ita Wendoverius ex Coggesh.; cf. tamen supra p. 113, n. 8. 6) Haec noster forsitan ex Hovedenio, SS. XXVII, p. 171, aut ex Coggeshal. p. 351. hauserit; nam Dicet. et Gervas. haec aliter narrant, nec Neuburgensem Albanenses legisse videntur. 7) Ricardi I. 8) Ricardus I. a. 1199. ad Chaluz interfectus; hoc epitaphium exstat in Hist. Angl. a. 1199. 9) Austriae. 10) Papae ad crucem sumendam. 11) Sequitur historiola ample exornata, e qua pauca tantum excerpenda duxi. Similem narrationem exhibent Gesta Roman. c. 119, quorum editor Oesterley p. 731. eandem fabulam apud permultos auctores inde ab Indis veteribus exstare indicat.

igitur iudices civitatis de rei veritate, compulerunt Vitalem reddere que promisit et satisfacere pro iniuria. Hec sepe referebat rex Ricardus munificus, ingratos redarguendo.

Anno dominice nativitatis 1196. . . . Abbates renuerunt recipere donum imperatoris, quia turpiter illud adquisivit. Tempore[1] sub eodem imperator legavit capitulo Cisterciensium tria milia marcarum argenti de redempcione regis Ricardi ad thurribula per totum ordinem facienda argentea. Set abbates tam ipsum imperatorem quam donum eius detestantes, renuerunt de turpi questu adquisitum donum eius recipere. Quod cum rex Ricardus audisset, dictum et factum abbatum, quod solita caruit avaricia, commendavit. . . . . . .

De capcione Belvacensis episcopi et Willelmi de Merlo[2]. Diebus quoque sub eisdem comes Iohannes, frater regis Ricardi, quem rex ad arma licet desidem animarat, et cruentissimi ruptarii, quibus sanguis humanus pro nichilo reputabatur vel preda vel incendium, Markadeus, Algais et Lupescarus, nacione Provinciales, terras regis Francorum, iubente rege Ricardo, exterminio letali vastaverunt, ecclesie, etati vel condicioni minime parcentes. Insidiabantur autem maxime episcopo Belvacensi Philippo et eiusdem archidiacono, qui metas ordinis sui impudenter transgredientes, bellicis negociis vigilanter indulserunt, unde non mediocriter regem Ricardum dampnificarant. Trahentes enim excercitum copiosum, castra nonnulla regis Ricardi violenter occupaverant, milites ac servientes interceperant et multos eisdem resistentes trucidaverant; nec cessarunt die vel nocte talibus iugiter indulgere; erant namque strenui, generosi et potentes. Una igitur dierum[3] dum dicti Marcadeus et Lupescarus, qui duces fuerunt caterve quam ruttam vocamus, militantes sub comite Iohanne, regis fratre, equitacionem facerent impetuosam ante civitatem Belvacensem, prede intendentes et capcionibus, indignantes vehementer super hoc civitatis ipsius episcopus Philippus et eiusdem archidiaconus cum plebe multa ipsius civitatis eleganter ad unguem armati, exierunt contra eos, ut tantam iniuriam repellerent ac potenter vindicarent. Willelmus quoque de Merlou, regi Francorum merito propter suam carissimus probitatem, cum milicia strenua ac numerosa additus est illis in auxilium, licet non indigere[a] viderentur, milicia et manu pedestri ordinata et bene armata; et facto impetu cruentissimo, ceciderunt multi utrobique. In quo tandem certamine Franci calculum deteriorem reportarunt; capti sunt enim universi nobiliores, et ex catervis pedestribus pars maxima est interfecta, quidam spiculis, quidam lanceis vulnerati vel gladiis, quidam autem equinis pedibus interierunt conculcati. Capti sunt autem in illo conflictu a Marcadeo episcopus Belvacensis et eius archidiaconus, et armatos presentavit eos idem Marcadeus[b] regi Ricardo; et iussit eos rex sic incarcerari[4]. Et dixit Marcadeus[b.5]: 'Cepi et do tibi, o rex, cantatorem et responsorem; repone eos et conserva, si scis!' Dominus autem papa[6], cui reposita fuit super hec per capitulum Belvacense gravis querimonia, amicabiliter scripsit regi Ricardo pro episcopi liberacione, quem in epistola sua karissimum vocavit fratrem ac filium suum et ecclesie, ut sic pronius flecteret regem ad parcendum. Precepit igitur rex ob reverentiam pape, ut lorica episcopi tunc deponeretur et ipsi pape presentaretur et diceretur: 'Vide, si tunica filii tui sit an non?' Cui papa: 'Non filius meus est vel ecclesie; ideo ad regis voluntatem redimatur, quia pocius Martis quam Christi miles iudicatur'[7]. . . . . . .

Anno gratie 1197. . . . Illis[8] diebus surrexit in Francia quidam[c] predicator egregius, per quem Dominus virtutes palam operari dignatus est, qui usuram in Francia maxime conatus est extirpare, que[9] dico usura in Franciam ab Italia transiens, nimis pullulaverat et nobile regnum Francorum iam maculaverat. Nomen predicatori Fulco[10] fuit. . . . . . .

Per idem tempus rex Ricardus datis — — extitit obligatus. . . . . . .

Anno gratie 1198, qui est annus — — subnixis. . . . . . .

Hiis denique diebus — — teneretur. . . . Innocentius — — effectum. . . . . . .

Sequentur[d] plenius hec: Otto, nepos regis Ricardi ex sorore, in regem Alemannie coronatur, sicut in sequentibus[11] dicetur. . . . . . .

Anno gratie 1199. . . . Venit interea — — recepit. . . . . .

a) indegere 1. b) M. 1. c) Quidam — fuit *ad calcem pag. Math.* 1. d) Seq. — dicetur *in marg. Math.* 1.

1) Haec amplius narrantur in Hist. Angl. 2) Haec ap. Wendov. aliter ex Hovedenio narrantur. Belvacensem Ricardo I. apud Henricum VI. capto nocuisse, narrat Will. Neuburg., SS. XXVII, p. 248. 3) A. 1196, 14. *Kal. Iunii*, Hoveden. ed. Stubbs IV, p. 16. 4) *In turre Rothomagensi*, postea *ad Chinun*, ib. p. 41. 5) Haec in lingua Occitana habentur in Hist. Angl. 6) Scriptum ab episcopo ei datum et papae responsum, utrumque commenticium, exstant ap. Hoved. p. 21. 7) A. 1199. *Iohannes rex dimisit Philippum abire*, ib. p. 94. 8) Forsitan ex Rad. Coggeshal. a. 1198, ed. Stevenson p. 80, qui haec multo amplius exposuit. 9) Haec noster saepius iteravit. 10) De Neuilly. 11) A. 1199.

Margin notes: Wend. (beside "Iohannes, frater regis Ricardi … ruptarii"); cf. Rad. Cogg. (beside "per quem Dominus … maxime"); Wend. (beside "Anno gratie 1198"); ib. (beside "Hiis denique diebus"); Dic. (beside "sicut in sequentibus"); Wend. (beside "Anno gratie 1199").

Wend. Ut[*] rex Otho Romam veniens, imperium ibidem obtinuerit. Circa — — custodia liberavit. . . . . .

ib. Anno gratie 1200. . . . Petiit preterea rex Francorum — — effectum. . . . . .

Circa dies istos Hugo — — obtinebat. . . . Convenerunt — — susceperunt. . . . . .

Anno gratie 1201. . . . De[a] magistro Simone de Thurnai[1]. Ipsis quoque diebus quidam magister Parisiensis, nacione Francus, nomine Simon, congnomento de Thurnai, ingenio capacissimus et memoria tenacissimus, cum per decennium scolas arcium nobilissime rexisset, utpote in trivio et quadruvio[b], id est septem liberalibus artibus, peritissimus, se contulit ad theologiam; in qua cum lecturisset, infra paucos annos adeo profecit, quod dignissime cathedram ascendit magistralem. Legit igitur subtiliter valde et subtilius disputavit, questiones difficilimas[b] et inauditas solvendo et eleganter dilucidando; tot igitur habuit auditores, quot amplissimum palatium potuit continere. Una igitur dierum, cum nimis profundis rationibus in medium propositis de Trinitate subtilissime disputasset, et dilata fuisset determinatio usque in crastinum, omnes theologi scolares in civitate, premuniti ad audiendum tot questionum inexplicabilium soluciones, ad ipsius famosam scolam certatim ac catervatim confluxerunt. Determinavit igitur magister omnes pretactas questiones, et que videbantur omnibus inenodabiles, tam dilucide, tam eleganter, tam catholice, ut omnes auditores redderet stupefactos. Et post determinationem accesserunt quidam ipsius familiariores et ad discendum avidiores, postulantes a magistro, ut eo dictante questiones illas literis commendarent; dixerunt itaque, indignum esse et iacturam irrestaurabilem, si memoria tante scientie deperiret. Quibus ipse elatus et maior sibi se, ait, oculis sullevatis et temere resolutus in cachinnum: 'O Iesule, Iesule, quantum in hac questione confirmavi legem tuam et exaltavi! Profecto, si malignando et adversando vellem, forcioribus racionibus et argumentis scirem illam infirmare et deprimendo improbare'. Et hoc dicto, elinguis penitus obmutuit, non tantum mutus, sed ydiota et ridiculose infatuatus; nec postea legit vel determinavit, et factus est[c] in sibilum et derisum omnibus qui hec audierant. Vix igitur infra biennium didicit literas congnoscere et, ulcione aliquantulum mitigata, a filio suo quodam diligenter edocente vix potuit *Pater noster* et simbolum discere, retinere et balbuciendo pronunciare. Hoc igitur miraculum multorum scolarium suppressit arrogantiam et iactantiam refrenavit. Hec vidit magister Nicholaus de Fernham[2], vir magne auctoritatis et[d] postea[3] episcopus Dunelmensis, ex cuius relatu et certo testimonio hec literis, ne vetustas tantum miraculum oboleret, eodem N. episcopo suadente, commendavi. Et est sermo omni accepcione dignissimus.

Anno gratie 1202. . . . Eodem[e] anno Innocencius papa ad expedicionem Terre Sancte, ut dixit ad occultandam suam avariciam, infinitam pecuniam ab ordine Cistersiensi proposuisset extorquere; a beata virgine correptus acriter, cessavit timore percussus. . . . . . .

Anno gratie 1204. . . . Baldewinus[e] comes Flandrie factus est imperator Constantinopolitanus. . . . Abbacia Belli-loci-regis fundata est secundum unum historiographum[4]. . . .

ib. Anno gratie 1205. . . . Adolescentes quidam de conventu Cantuariensis — — confirmaret. . . . . .

ib. Anno gratie 1206. . . . Prevalentibus tandem Angligenis — — potuit. . . . . .

ib. Anno gratie 1207. . . . Imperator Otho — — argenti.

Nota de primitiva paupertate et vite excellencia fratrum Minorum.

De ordine Minorum[**]. Sub hiis diebus — — innotescat. . . . . .

Summa brevis. Hec[f] fuit causa et seminarium erroris[5]: . . . Monachi[6] . . . elegerunt per consilium pape magistrum Stephanum de Langetune cardinalem, quo non erat maior in curia, immo nec ei par in moribus et scientia. . . .

Papa Innocentius — — constitutis. . . . . .

ib. Anno Domini 1208. . . . Isabel Anglorum — — Ricardum. . . . Rex quasi — — discerni. . . . . . .

Eodem[e] anno Philippus dux Suavie, qui contra Othonem de imperio contendebat, occiditur. . . . . . . )

*) *In marg. 1 tres coronae depictae, quibus inscribitur:* Corona argentea, corona aurea, corona ferrea. Otto creatur in imperatorem Romanorum. *Sequitur scutum aureum, ubi aquila biceps nigra apparet*[7], *et aliud* Scutum mutatum pro amore regis Anglie, *cuius altera dextera pars aurea eandem aquilam, altera rubra tres leopardos habet aureos, sed in hoc scuto animalia dimidiata sunt. Cf. Hist. Angl. a. 1198 sq.*

**) *In marg. depictus est Minorita* 1.

a) *hoc cap. in marg. Math.* 1; *deest* 2. b) *sic* 1. c) *omisit Luard.* d) *minus clare scr. et fors.* tum *legendum* 1. e) *haec in marg. Math.* 1. f) Hec — scientia *in marg. soc. Math.* 1.

1) Haec docte disserit Reuter, 'Gesch. der Aufklärung' II, p. 19. 313. Laudator Simon ap. Emon., SS. XXIII, p. 492, ubi p. 457. minime *Stephanus* corrigendum est. 2) Cf. infra p. 122, n. 7. 3) Cf. infra a. 1241; abdicavit se a. 1249, obiit a. 1258. 4) Fortasse ex Radulfo Coggeshal. 5) Litis inter papam et Iohannem regem. 6) Cantuarienses. 7) Eodem modo depictum est in Lib. addit. VI, p. 472.

Anno Domini 1209. Rex Anglorum — — maturavit. . . . Eodem * anno Otho — — Octobris. . . . . . . Wend.

Anno dominice nativitatis 1210. . . . De excommunicatione Othonis imperatoris. Circa dies — — fidelitate absolvit. Et[a] hoc[1] odium regis Iohannis et iram efficaciter obduravit. . . . . . . ib.

Anno gratie 1211. Rex Anglorum Iohannes . . . apud Norhamtonam nuncios domni pape ibidem cum mandatis apostolicis obvios habuit, Pandulfum videlicet subdiaconum et domni[b] pape familiarissimum ac de militia Templi fratrem Durandum — — reformarent. . . . Eodem tempore Reginaldus comes Bononie — — fecit. . . . . . . ib.

Anno Domini 1213. . . . Carta regis — — 13. *die Maii anno regni nostri* 14. . . . . . . ib

Quomodo — — *anno regni nostri* 14. . . . Pandulfus — — venire nolebat. Cumque rex Francorum a comite Flandrensi talia audisset, ira vehementi incanduit ipsumque diffidiens[c], a curia sua confestim recedere precepit. Iuravitque[a] dicens: 'Per sanctos Francie, vel Francia erit Flandria vel Flandria Francia!'

Quomodo, proposito Francorum regis impedito, etiam classis est combusta. Quo recedente — — absolveretur. . . . . . .

Utile, sed impertinens Historie Anglorum.

De heresi Albigensium et predicacione contra eos. . . . . . .

Qualiter[d] rex[2] desperans miserit ad admiralium Murmelim[3]. Misit igitur nuncios secretissimos cum festinacione summa, videlicet Thomam de Herdintona[4] et Radulfum filium Nicholai[5] milites et Robertum de Londoniis clericum, ad admiralium Murmelium[6] regem magnum Affrice, Marrochie et Hyspanie[7]. . . . Robertus[8], inconsulto, immo pocius invito abbate qui pro tempore fuit, videlicet Iohanne de Cella, viro religiosissimo et literatissimo, omnia que in ecclesia et curia fuerunt pro libitu dirrupuit[e]; . . . et dicta, audiente Matheo qui et hec scripsit, enarravit.

Extunc[9] cogitavit rex Iohannes[f] Angliam pape subicere. . . . Noverat autem et multiplici[g] didicerat[h] experientia, quod papa[10] super omnes mortales ambiciosus erat et superbus pecunieque sititor insaciabilis et ad omnia scelera pro premiis datis vel promissis cereum[i] et proclivum. . . . . . .

De morte regis Arragonum[k, 11]. . . . . . . Circa festum sancti Michaelis — — reformaret. . . . . . . ib.

Anno Domini 1214. . . . Rex Anglorum — — Rupellam. . . . . . . ib.

Hiis quoque diebus — — carcerali custodie mancipandi. In adventu autem regis[12] tota civitas Parisiaca facibus et laternis, cantibus et plausibus, classicis et laudibus die et nocte sequente, sericis et variis ornata pannis sollenniter[l] exultabat. Facta est autem hec belli congressio mense Iulio, sexto Kalendas Augusti. In hoc autem casu rex Anglorum quadraginta milia marcas, quas tempore interdicti a monachis Cisterciensis ordinis consilio Ricardi de Marisco et consimilium aulicorum impudenter abstulerat, inaniter consumpsit — — advenerunt. . . . . . .

Eodemque tempore, scilicet 4.[m] Non. Octobris, consecratus apud Cantuariam Simon[13] decanus Eboracensis in episcopum Exoniensem. . . . . . . A. Southw. De treugis inter reges — — *completos predictos annos*. . . . . . . Wend.

Anno gratie 1215. . . . Carta regis — — *anno regni nostri* 17. . . . . . . ib.

Concessit[n] insuper eodem anno rex Iohannes[f], ut pronius corda prelatorum et magnatum sibi conciliaret, liberas in omnibus ecclesiis Anglie elecciones; . . . regalis carta[14] in papali confirmacione[15] inseritur bullata; quam qui videre desiderat in Libro additamentorum[16] fratris Mathei Parisiensis reperiet ad signum anchore O+—)-o . . . . . .

Rex Anglorum — — Michaelis. . . . . . . Eodem anno vocati — — vitare volunt ultionem. . . . . . .

Venerunt igitur — — regionum transmarinarum omnes[17] qui alienis inhiabant vispiliones et exules, excommunicati, homicide, quibus patria fuit exilium, non refugium, et regi desperato spem maximam resistendi prebuerunt, eidem adherentes. . . . . . .

De morte Hugonis de Boves — — nec unus de quadraginta hominum milibus vivus evasit. Heu, heu, quot fuit causa ruine ille Iohannes[o] rex Anglie, bonorum dissipator et discordie seminator!

*) Henricus dux Saxonum, frater Othonis imperatoris, venit in Angliam *iterum scr.* 2, *forte ex Rad. Cogg.*

a) *haec in marg. Math.* 1. b) d. p. f. *super ras.* 1. c) diffidens *(ex 2?) Luard.* d) *duo quae sequuntur capita in folio agglutinato soc. Math.* 1. e) *sic* 1. f) I. 1. g) multipli 1. h) didiscerat 1. i) *sic codd.* k) *hinc incipit manus socii Mathei* 1. l) sollent' 1. m) tercio *Ann. Southw., H. Angl.* n) *hoc caput ad calcem f.* 41. 1; *deest* 2. o) Io. 1.

1) Iudicium Innocentii III. in Ottonem IV. latum. 2) Iohannes. 3) Eadem narratio exstat ap. Cont. G. abb. S. Albani ed. Riley I, p. 236; cf. de veritate Stubbs, Walt. Coventr. II, p. XIII. Paulo infra Maroccano christianos aggresso *audaciam contulisse fides nutans regis Iohannis* dicitur; sed ille iam a. 1212. proelio Tolosano devictus erat. 4) Hic a. 1214 sq. Romae Iohannis negotia nuncius procuravit; Wendov. ap. Math., ed. Luard II, p. 574. 633. 5) Postea senescallum Henrici III. 6) Mohammed el Nasir. 7) *Significans, quod se et regnum redderet eidem et legi Machometi adhereret; sed sprevit ille admiralius regem Iohannem.* 8) Custos S. Albani a rege impositus. 9) Scilicet cum Maroccanus princeps foedus recusasset. 10) Similes invectiones v. ed. Luard II, p. 620. 637. 645. 647. 11) Hinc non solum posterior corrector in margine et inter lineas Wendoverii narrationem mutavit, sed etiam scriba in ipso cod. 1 contextu ab ea discessit. 12) Philippi II. post victoriam Bovinensem. 13) De Apulia. 14) D. 15. Ian. a. 1215. 15) D. 30. Mart. a. 1215. 16) Cuius hic primo fit mentio; est autem cod. Cotton. Nero D 1. f. 121. Tamen tabula ista etiam in Cron. Mai. exstat duobus locis, scil. a. 1215. 1256 (ed. Luard II, p. 607; V, p. 541). 17) Iohanni regi stipendiati.

Wend. Venit ergo ad hoc omne genus hominum in Angliam cum mulieribus et parvulis, ut, expulsis indigenis a regno et penitus exterminatis, ipsi iure perpetuo terram possiderent. Dederat namque duci eorum **predictus crudelis rex, immo cruentus ille tirannus,** dictò Hugoni de Boves **seductori, fugitivo,** provincias de Norhfolc et Sufolc, ut fama refert, per cartam suam; sed gratia divina eorum consilium in melius commutavit. Eorum autem casus cum ad noticiam regis pervenisset, ira vehementi succensus, die illa cibum nullum sumpsit, sed usque ad vesperam quasi furia invectus, **vix se potens capere, in amaro fremitu se ipsum corrodebat.**

**Quiddam[a] incidens.** Eadem nocte qua periit Hugo de Boves facta est tempestas inaudita, qualis non previdebatur, scilicet venti, pluvie, tonitruus et choruscationis. Nota[b] incredibile[1] sed verum procul dubio! . . . . . .

De concilio* generali — — *adesse disposuimus*. . . . . .

Tandem rex duos ordinavit excercitus[2]. . . . Preerant . . . Walterus Buuc, **sicarius et vir sanguinum, cum Flandrensibus et Brebanciis suis spurcissimis et ignobilibus, omni genere facinorum commaculatis.** . . . Rex igitur — — reverebantur. . . . . . .

ib. Anno gratie 1216. . . . Ranulfo[3] Theutonico tradidit[4] castellum de Berkamestude. . . . . .

Walterus Buuc — — coegit redemptionem. . . . . . .

Qualiter barones Anglie Lodowicum in regem elegerunt. . . . Lodowicus — — Fersi. . . . . . .

*Hugo[c] Dei gratia abbas Abbendunensis — — excommunicatos*. . . . *Lodowicus — — transfretare*. . . . . . .

Sub hiis quoque diebus magister Walo — — contra ipsum. . . . Lodowicus . . . festinavit — — appulerunt[d]. . . . . . .

Eodem tempore recesserunt — — remearunt. . . . . . .

Hic ponuntur obiectiones — — Otho non debet succedere. . . . . . .

Item[e] quedam filia Matildis[f], quam pater dedit in Alemannia duci[f] Saxonie, peperit Othonem imperatorem Alemannie. Item quedam, Iohanna[f] . . . maritata fuit Willelmo II. regi Sicilie, quam, quia prolem non susceperat, rex Ricardus, cum[5] rediret a Terra Sancta, post mortem dicti Willelmi regis cepit secum, vendens totam dotem eius, et ipsam comiti Tholosano matrimonio copulavit. Filie regis Iohannis: Iohanna, maritata Alexandro regi Scotorum, Isabella[6] imperatori. . . . Henricus I. rex duxit Athelisam, filiam ducis Lovanie. . . .

Hiis ita gestis, idem barones — — proditoris. . . . . . .

Impertinens, sed tamen utile usque ad hoc signum ←⊖→.

**De veronica[7] et eiusdem autenticacione.** Dum vero fortunalis alea statum regni Anglie talibus turbinibus exagitaret, dominus papa Innocencius, quem vacillantis ecclesie cura sollicitabat, effigiem vultus dominici, que veronica dicitur, ut moris est, de ecclesia sancti Petri usque ad hospitale sancti Spiritus reverenter cum processione baiulabat. Qua peracta, ipsa effigies, dum in loco suo aptaretur, se per se girabat, ut verso staret ordine, ita scilicet, ut frons inferius, barba superius locaretur. Quod nimis abhorrens, dominus papa credidit illud in triste sibi presagium evenisse, et ut plenius Deo reconciliaretur, consilio fratrum in honore ipsius effigiei que veronica dicitur quandam orationem composuit elegantem[8], cui adiecit quendam psalmum cum quibusdam versiculis; et eadem dicentibus decem dierum concessit indulgentiam, ita scilicet ut quocienscunque repetatur, tociens dicenti tantumdem indulgencie concedatur.** . . . Sortitur[g] autem veronica tale nomen a quadam muliere sic dicta, ad cuius peticionem ipsam fecit Christus impressionem. . . . . . .

*) *Ad calcem paginae 1 depicta est imago concilii, cui inscribitur:* Concilium sub Innocencio papa, celebratum in ecclesia Lateranensi; *subscripsit Math. haec:* Hoc concilio generali facto sub papa Innocencio anno gratie 1215. presentes fuerunt[9] ex toto mundo primates, archiepiscopi 60 et 1, episcopi 400 et 12, abbates vero et priores 800; *ad latus haec exstant manu soc. Math.:* Quidam qui in eodem concilio existens de nobili turri, quam papa Innocentius construxerat fratri suo comiti Ricardo[10] ex denariis ab ecclesia raptis, ait:

*Per vicium Gezabel Rome stat in arce nova Bel,*
*Condempnatur Abel*, fratre† tenente Babel†*.*

*Papa scilicet. †Id est comes. †*Quia turris confusionis et peccati fuit et dicebatur.

. . . Proprie dicuntur primates Aquilegensis[h], Grandenus[11], Cantuariensis, Bituricensis et consimiles, licet se quandoque nominent patriarchas.

**) *Sequitur in ipso contextu pulchra Christi capitis imago cum nimbo in forma crucis et* A *et* Ω 1; *spatium imagini vacat* 2.

a) *rubra et sententia quae sequitur ad calcem pag. manu Math.* 1, *ubi naufragium depictum est.* b) *rubra in marg.* 1. c) H. 1. d) *imago navis in Angliam appulsae (ita inscripta* 1: Applicat Lodowicus) *codd.* e) *hoc stemma Henrici II. add. soc. Math. ad calcem pag.* 1. f) *in marg.* 1. g) *haec rubro scr.* 1. h) Aquigel. 1.

1) Robertus de Westtona monachus de Binham, cella S. Albani, Norwicam profectus vidit 'exercitum equitantium equos nigros cum candelis sulphureis'. 2) Contra barones. 3) Potius Waleranno. 4) Iohannes rex. 5) Potius a. 1191. 6) A. 1235. 7) Cf. Gerv. Tilb., SS. XXVII, p. 387. 8) Quae infra sequitur. 9) Ex protocollo synodi; cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 513. 10) De Segni. 11) i. e. Gradensis.

**Incidentia de Terra Promissionis.** Eodem — — Walterus de Avenis. . . . . . . Wend.

Anno Domini 1217. . . . **De signis celestibus** — — conspexerunt. . . . . . . ib.

**De spoliis civitatis**[1] **et rapinis.** . . . Datum enim erat militibus in mandatis a legato[2], ut **etiam** canonicos[3] omnes tractarent ut excommunicatos et sicut tales qui hostes fuerunt[a] Romane ecclesie ac regis, vassalli eius, ab inicio guerre mote. Fuit autem illis pro causa sufficiente aliquid habere quod auferri possit; sicut consuetudo[4] est Romanis de levi causas adinvenire, ubi materia prede subiacet malignantibus. . . . . . .

**De fuga baronum et Francorum** — — castellano de **Atrabato**[b] et Galligenis **innumeris**. . . . . . .

**De morte Innocentii pape.** Eodem anno papa — — 19 diebus. . . . . . .

Inter[c] quos[5] Eustachium[6,*], qui se defiguraverat, quem etiam in sentina invenerunt latitantem, extraxerunt et decollaverunt. Erat autem ille nacione Flandrensis, qui pro hereditate consequenda, fratribus suis sine liberis premortuis, relicto habitu et ordine suo, apostataverat, et existens pirata et piratarum magister, multis dampnosus fuit et cruentus; sed tandem predo preda factus, fructus collegit[d] viarum suarum. . . . . . .

**De Coloniensibus et Frisonibus iter ad Terram Sanctam agentibus.** Circa dies istos — — christianis possessum.

Anno gratie 1218. . . . **De obsidione turris Damiete in Nilo.** . . . . . . ib.

Tunc[e] etiam obiit landegravius Thuringie[7], vir scilicet sancte Elizabeth. . . . . . .

Gualo[8] recessit ab Anglia, tendens Romam circa festum sancti Andree; Pandulfus Norewicensis electus successit ei in legacionem[9]. . . . . . . cf. Rad. Cogg. Nov. 30.

Anno dominice incarnacionis 1219. . . . Willelmus **senior**, marescallus regis et rector regni, diem clausit extremum. . . . Plura[f] habentur epitaphia scripta de eo in libro fratris M. Parisiensis quem habet de versibus Henrici de Abrincis[10]. . . . . . . Wend.

De[c] **sancta Elizabeth Alemanica.** Ipsis diebus signipotentissima sancta Elizabeth, regis Hungarie[11] filia, landgravi[g] Thuringie sponsa, miraculis et vite sanctitate supra sexum muliebrem floruit in Alemannia; cuius hortatu vir suus landegravius nomine Ludowicus crucem suscepit, et apud Damiatam[12] obiit sanctissime, precibus uxoris sue Elizabeth[h] celo receptus. Post cuius obitum sancta Elizabeth iam vidua habitum religionis de manu magistri Conradi[i], viri sanctissimi, suscepit, et adeo de virtute in virtutem ascendit, ut ante et post obitum eius tota Alemannia eius virtutibus et fama illustraretur. Et sciendum, quod ipsa[k] Elizabeth[h] filia fuit illius regine[13], de qua[14] per Innocentium papam interpretata est in melius hec locucio amphibologica, cum de consensu communi accusaretur archiepiscopus[l] quidam[15]: *Reginam interficere nolite; timere bonum est; et si omnes consenserint*[m]*, ego non; contradico.* In qua locucione hec fuit accusantis intencio: *Reginam interficere nolite timere; bonum est; et si omnes contradixerint*[n]*, ego non contradico.* Et sic per propicium interpretem intervenientibus muneribus liberatus est acusatus. . . . . . .

**Ut Lodowicus ad Tholosam hostiliter accedens, confusus redierit.** . . . . . . ib.

Anno Domini 1220. . . . Sanctus Hugo Lincolniensis episcopus a papa Honorio canonizatus est. . . . . . .

Anno Domini 1221. . . . Anno eodem cessavit legacio Pandulfi, ipso Romam revertente. . . . . . .

*) *In marg. 1 haec depicta sunt, ubi inter alios habetur:* Eustachius monachus defiguratus.

a) fuerant 2. b) *ita in marg. Math.* 1; Arraz *in contextu* 1; Arraz vel Atrabato 2. c) *haec in marg. soc. Math.* 1. d) *corr. ex* colligens 1. e) *in marg. Math.* 1; *des.* 2. f) Plura — Abrincis *des.* 2. g) landgravie 1. h) E. 1. i) *corr. ex* Cunr. 1. k) illa 2. l) *in marg. add. Math.* 1. m) *super ras. Math.* 1; consensenserint 2. n) *sic* 1; consentierint, *sed in marg.* contradixerint 2; *recte* consenserint *Hist. Angl.*

1) Lincolniae a partibus Henrici III, Ludovici (VIII) exercitu Maj. 20. devicto, expugnatae. 2) Walone. 3) Cathedralis Lincolniensis. 4) Hinc non omnem nostri invectionem in Romanam avaritiam notandam duxi. 5) Francos proelio navali ab Anglis Aug. 24. devictos. 6) Monachum, qui classi in Ludovici (VIII) auxilium missae praefuit. 7) Hermannus, hic cum Ludovico filio, marito Elisabeth, confusus, a. 1217. mortuus est; cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 445. 8) De nepotibus eius in Anglia ditatis et carminum Anglo-Saxonicorum codice ab eo Vercellas allato cf. Pauli, 'Gesch. v. Engl.' III, p. 512. De Aegidio, Pandulfi fratre, in dioecesi Norwicensi ditato, v. ib. p. 527. Eodem fere tempore Raynerius card. diac. S. Mariae in Cosmedin petiit, ut sibi beneficium ab Henrico III. solveretur, Rymer I, p. 167. De ecclesia de Holkham ab Henrico III. et Pandulfo Norwicensi episcopo Cisterciensibus S. Martini de Monte Viterbiensibus concessa cf. Potthast, Reg. nr. 10429. 9) Cf. Potthast nr. 5905. 10) Hic liber iam est Univ. Cantabrig. Dd 11, 78, e quo quaedam quae ad Fridericum II. et Germaniam spectant Winkelmannio in 'Forschungen' XVIII, p. 482. et 'Monatsschr. f. Gesch. Westdeutschl.' IV, p. 336. edenda, multa alia historica mox ipse editurus transscripsi. 11) Andreae. 12) Potius Hydrunti, a. 1227. 13) Gertrudis de Merania. 14) Eandem relationem hic noster legisse videtur quam ad a. 1213. habet Albricus, SS. XXIII, p. 898. 15) Iohannes Strigoniensis.

Wend. Anno Domini 1223. . . . Eodem anno Rome pluit — — multis. . . . . .

Impertinens sed verum. Circa dies istos heretici Albigenses — — *Planium 6. Non. Iulii.* . . . . . .

A. Southw. Anno Domini 1224. . . . [De[a,1] morte comitis Flandrensis.] Baldewinus[b] comes Flandrensis, qui et imperator Constantinopolitanus, post annosam et morosam incarcerationem et penitentialem peregrinacionem, rediit in Flandriam[2]; et cum a quam plurimis viris qui eum antea congnoverunt, licet in multis alteratus fuisset, congnosceretur, recepit homagia et fidelitates a multis civitatibus et opidis Flandrie. Sed filia[3] ipsius invidens, exasperavit regem[4] contra ipsum, affirmans, ipsum non esse patrem suum[c], nec ipsum esse quem se fecit; procuravitque, ut predictus Baldewinus[d] ignominiose suspenderetur; nam hinc et inde fecit duos canes veteres, scilicet mirgos[5], suspendi. Hoc tamen asserunt multi quibus confessionem fecit, peccatis suis exigentibus premeruisse[e], quia a carcere evasit cum sociis suis incarceratis, qui capti fuerunt cum eo in prelio, opitulante[6] quadam puella nobili, eo pacto, ut baptizaretur, quam cito venirent liberati in christianitatem.. Sed Baldewinus[d] imperator cum suis sociis, cum pervenissent cum ipsa puella in loca tutiora christianorum, illam, quam promisit ducere in uxorem et christianam facere et moribus christianorum informare, ante lavacrum regenerationis occulte fecit necari. Unde tam diu ad se reversus fecit penitentiam, ut vix a familiaribus etiam cognosceretur, papa iniungente penitentiam tam gravem, quia nondum baptizatam occidit. Omnes autem qui huic consilio assensum prebuerunt turpi morte perierunt; quorum unus, cum ad uxorem suam pervenisset et ab eadem, quia iam alium virum habuerat et filios ab eodem susceperat, bene cognosceretur, precipitatus est in puteum, hoc uxore clam procurante; et sic alii, quilibet suo casu, Deo irato, qui non vult mala pro bonis solvi, miserabiliter perierunt. Nec eorum superior, qui penitentiam non continuando in humilitate et contritione suo[f] perpetuo non permansit, nec fecit dignos fructus penitentie, scilicet Baldewinus[d] prenotatus, penas evasit. . . . . . .

Wend. Anno Domini 1226. . . . Hoc eodem tempore venit magister Romanus — — Narbonensis ecclesia vacabat. . . .

Quod mocio magna facta est super comitem Tholosanum. . . . Et hiis — — propositam secuturi. . . . . .

Quomodo Lodowicus rex Francorum Avinionem obsedit. Venit — — concordie unitatem. . . . . . .

1226. Oct. 4. Hoc[b] etiam anno, quarto Nonas Octobris, die dominico, beatus Franciscus in civitate Assisii, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Portiuncula, ubi fratrum Minorum ipse ordinem iniciavit, expletis viginti annis ex quo perfectissime adhesit Christo, apostolorum vitam et vestigia sequens, ad contemplacionem celestium avolavit. Qui postea quam promeruit gloriam Dei et remuneracionem bonorum operum pro mercede recipiens, in dicta civitate sepultus est. Cuius vita et mores et regula in anno sequenti, scilicet 1227, plenius annotatur[7]. . . . . . .

Wend. Anno Domini 1227. . . . Eodem anno, defuncto papa Honorio, Gregorius Hostiensis[g] episcopus successit 15. Kal. Aprilis. . . . . . .

Eodem anno heremita — — indagentur. . . . . . .

In fine mensis Iunii facta est motio magna[h] in opus crucis. . . . Ipse Crucifixus celum reserare dignatus est et gloriam suam mirabiliter cum immenso lumine incredulis, sicut aliquando ad predicationem magistri Oliveri in Alemannia predicantis fecerat, revelare. Inter alios autem qui de regno Anglie exierunt in opus Crucifixi, iter arripuerunt viri venerabiles Petrus Wintoniensis et Willelmus Exoniensis episcopi, qui peregrinacionis sue votum fere per quinquennium ad salutem multorum et honorem, precipue omnium Anglorum, laudabiliter atque feliciter compleverunt.

Quomodo negocium crucis — — Hoc igitur — — imperatore illata querelam deponens.

Impertinens ad Historiam Anglie. De miraculis per sanctum Franciscum crebrescentibus. . . . . . .

Incipit regula et vita fratrum Minorum*. . . . . . .

ib. Hec plus pertinent ad imperatorem quam ad Historiam Anglorum. Anno Domini 1228. . . . De sententia in imperatorem lata — — *Datum Laterani pontificatus nostri anno secundo.*

*) *In marg. depictus est Minorita, cui inscr.:* Frater Willelmus, nacione Anglicus, socius sancti Francisci. *In Libro addit. f.* 155. *exstat pulchra Iesu Christi imago, cui inscr.:* Hoc opus fecit frater Willelmus de ordine Minorum, socius beati Francisci, secundus in ordine ipso, conversatione sanctus, nacione Anglus.

a) *rubra deest* 1. b) *haec in marg. Math.* 1. c) suum — evasit *abscissa et e 2 s. XVI. suppleta sunt* 1. d) B. 2. e) *sic* 2. f) sua *corr. Wats.* g) H. e. *inter lin. Math.* 1. h) maxima *Wend.*

1) Potius a. 1225. 2) Henricus III. ei foedus contra Franciam obtulit Apr. 11. a. 1225, ap. Rymer I, p. 177. 3) Iohanna. 4) Ludovicum VIII. 5) 'mergus, mersor, Anglis *diver*' [WATS], canis venaticus qui aves ex aqua affert; cf. Phil. Mousk., SS. XXVI, p. 777: *Et s'ot deus ciens pendus encoste;* Anon. Rem., ib. p. 543: *deus waingnons;* Chr. Tur., ib. p. 471: *duos canes.* 6) Bulgarorum regina eum, ut, ipsa ducta, evaderet, frustra oppugnasse narratur ap. Outreman, 'Hist. de Valentiennes' p. 525; cf. Le Glay, 'Jeanne de Flandre' p. 95. 7) V. infra l. 46.

Quomodo imperator Fretherieus promulgaverit, se excommunicatum fuisse iniuste. Imperator — — Terras et personas tamdiu sub interdicto concludere molitur, donec illos in consimilem redigat servitutem. Simonias[1], exacciones diversas et a seculis inauditas, quas in ecclesiasticas personas incessanter excercent, usuras manifestas et palliatas, quibus hactenus incognitis totum mundum inficiunt, pretermitto[a]. Sermones tamen super mel mellitos et super oleum mollitos, insaciabiles sanguisuge[b], dicentes, curiam Romanam esse ecclesiam matrem nostram ac nutricem, cum sit curia pretaxata omnium malorum radix et origo, non maternos, sed actus excercens novercales, ex congnitis fructibus suis certum faciens argumentum. Revolvant[2] hec incliti barones Anglie, quos papa Innocencius bullatis[c] literis communitos[d] animavit, ut in regem Iohannem quasi ecclesie inimicum insurgerent obstinatum[3]; sed, postquam enormiter memoratus rex est incurvatus et se suumque regnum ecclesie Romane velut effeminatus mancipavit, predictus papa proceres, quos prius sustinuit et excitaverat, postposito mundi pudore Deique timore, conculcavit[4] morti expositos et miserabiliter exheredandos, ut more Romano protervo hiatu quod pinguius erat, proh dolor! absorberet; et factum est, quod, incitante Romanorum avaricia, princeps[5] provinciarum facta est sub tributo. Ecce mores Romanorum, ecce laquei prelatorum, quibus universos ac singulos querunt illaqueare, nummos emungere, liberos subiugare, pacificos inquietare[e], in vestibus ovium, cum sint intrinsecus lupi rapaces, legatos huc et illuc mittentes, excommunicare, suspendere, punire potestatem habentes, non ut semen, id est verbum Dei, seminent fructificandum, sed ut pecuniam extorqueant, colligant et metant que nunquam seminarunt. Sicque fit, ut ecclesias sacras, pauperum refugia, sanctorum mansiones diripiant, quas pii ac simplices patres nostri in refeccionem pauperum ac peregrinorum et religiosorum sustentacionem fundaverunt. Exnunc ad imperia et regna degeneres et ignobiles, quos sole litere faciunt insanire, ausu temerario contendunt anhelare. In paupertate[6] quidem et simplicitate fundata erat ecclesia primitiva, cum sanctos, quos cathalogus sanctorum commemorat, parturiret[f] fecunda. Sed aliud fundamentum nemo potest ponere preter illud quod positum [est[g]] a domino Iesu ac stabilitum. Porro quia in diviciis navigant, in diviciis volutantur, in diviciis edificant, timendum, ne paries inclinetur ecclesie, ne, maceria depulsa, ruina subsequatur. *In nos[7] etiam, novit Scrutator omnium, iniuste debacantur, dicentes, nos nolle terminis transfretasse constitutis, cum multa me[h] Deo et ecclesie et imperio inevitabilia ac ardua negocia preter infirmitatis incomoda detinebant, quorum primum fuit rebellium Siculorum[i] insolentia; nec videbatur nobis sanum fuisse consilium[k], expediens christianitati, nos in Terram Sanctam transisse, bellum intestinum post terga relinquentes, sicut nec medico, ferro infixo vulneri, fomentum adhibere medicine.* In conclusione quoque demum hoc adiecit — — ardet.

1227. Wend. 1228. — cf. Math. 7, 15 — cf. 1. Cor. 3, 11

Quod imperator movit persecucionem — — in horum verborum tenorem: Wend. 1228.

Autenticum domini pape. *Gregorius — — Laterani Non. Augusti, pontificatus nostri anno secundo.*

Quomodo populus Romanus — — seditionem. Per idem tempus — — innodavit. . . . . . .

Quomodo Fretherieus in Terram Sanctam applicando negocium Christi promoverit. Eodem anno — — necessitas exigebat. . . . . . .

Anno Domini 1229. . . . Quomodo papa Gregorius bellum movit contra Fretherieum imperatorem. Circa dies istos — — *quod Dominus avertat.* ib.

De discordia orta Parisius[8] inter universitatem cleri et cives et de discessione cleri*. Eodem anno, feria secunda et tertia ante cineres, quibus solent diebus Febr. 26. 27.

*) *In marg. depicti sunt clericus clava et civis securi armati* 1.

a) pretermittimus *corr. Huillard.* b) proferunt *vel simile verbum suppl. videtur.* c) bullatas 1. d) *sic* 1. 2. e) inquietares 1. f) f. p. 2. g) *supplent edd. e Vulg.* h) nos *corr. Hu.* i) Siclorum 1. k) et *add. Hu.*

1) Fridericus II. apud Henricum III. de Gregorio IX. et curia Romana conquerens introducitur. 'Haec efficta videntur' Ficker, Reg. imp. V, nr. 1716. 2) Quamquam Schirrmacher, 'Friedrich II.' IV, p. 412, nihil commenticii in hoc scripto detexit, equidem, quomodo imperator Iohannis filio haec scribere potuerit, non video. 3) *A. 1211. Innocentius omnes ad coronam Anglie spectantes a regis fidelitate et subiectione absolvit,* verba Mathei (ed. Luard II, p. 532) ex Wendoverio transsumpta. 4) Cf. a. 1215, ib. p. 619. 5) Haec verba: *Princeps provinciarum facta est, proh dolor! ignobilibus sub tributo,* iterum Matheus a. 1234. orationi Cantuariensis electi ex Wendoverio transscriptae inseruit; ed. Luard III, p. 269. Cf. exclamationem a. 1237: *Ve Anglie, que quondam princeps provinciarum, nunc facta est sub tributo!* ed. Luard III, p. 390. 6) Similem doctrinam saepius imperatorem litteris exposuisse, recte docuit Schirrmacher l. l. 7) Hic iterum Fridericus II. loqui pergit. 8) Cf. Albric., SS. XXIII, p. 923; Vincent. Bellov., SS. rer. Gall. XXI, p. 72; Valois, 'Guill. d'Auvergne' p. 49, qui Matheum haec a magistris vel scholaribus qui in Angliam fugerunt audivisse censet.

1229. clerici scolares ludis vacare, exierunt quidam clerici ab urbe Parisiacensi versus Sanctum Marcellum[1] propter aeris commoditatem, ut ludis ibi intenderent consuetis. Quo cum pervenissent et in ludis componendis aliquamdiu se recreassent, invenerunt ibi casu vinum optimum in taberna quadam et ad bibendum suave. Ubi inter clericos potantes et caupones de precio vini contencione suborta, ceperunt ad invicem alapas dare et capillos laniare, quousque homines ville accurrentes caupones liberaverunt de manibus clericorum; sed et vulnera repugnantibus clericis infligentes, bene fustigatos et egregie eos in fugam compulerunt. Illi autem lacerati in civitatem revertentes, commoverunt sodales in ulcionem suam. Qui in crastino cum gladiis et fustibus ad Sanctum Marcellum venientes et domum cuiusdam cauponis violenter ingredientes, vasa omnia vinalia confringentes, vinum per domus pavimentum diffundunt. Et procedentes per plateas, quoscunque invenerunt viros aut mulieres acriter invadunt et plagis impositis semivivos relinquunt. Prior vero Sancti Marcelli, cum tantam hominibus suis iniuriam cognovisset illatam, quos defendere tenebatur, querimoniam coram Romano legato et episcopo Parisiacensi[2] deposuit; qui simul ad reginam[3], cui tunc regni disposicio commissa fuerat, properantes, rogabant eam, ut talem iniuriam preciperet vindicari. At illa muliebri procacitate simul et impetu mentis agitata, prepositis civitatis et quibusdam ruptariis suis dedit ilico in mandatis, ut sub omni celeritate armati ab urbe exeuntes, huius violencie auctores, nulli parcentes, punirent. Illi autem, qui proni erant ad omnem crudelitatem exequendam, portas civitatis cum armis egressi, invenerunt extra urbis menia clericos multos ludis intendentes, qui in violentia prefata nullam penitus culpam habuerunt. Qui enim seminarium tumultuosi certaminis moverunt, erant de partibus conterminis Flandrie, quos vulgariter Picardos[4] appellamus. Sed hoc non obstante, lictores in eos irruentes, quos inermes viderant et innocentes, alios occiderunt, alios vulneraverunt, atque alios plagis impositis spoliantes, immisericorditer tractaverunt. Quidam vero ex eis per fugam evadentes, in veneis[a] et cavernis latitabant. Inventi sunt autem inter vulneratos duo clerici divites et magne auctoritatis interfecti, quorum unus erat genere Flandrensis et alius nascione Normannus. Huius autem transgressionis enormitas cum ad aures magistrorum universitatis pervenisset, convenerunt omnes in presencia regine et legati, suspensis prius lectionibus et disputacionibus universaliter, instanter postulantes de tali iniuria sibi iusticiam exhiberi. Indignum enim sibi videbatur, quod, tam levi nacta occasione, quorumdam contemptibilium clericulorum transgressio in preiudicium tocius redundaret universitatis; sed penam daret in ulcione, qui culpam perpetravit in transgressione. Sed cum tandem omnimoda eis iustitia tam a rege et legato quam ab episcopo civitatis denegata fuisset, facta est universalis discessio magistrorum et scolarum dispersio, cessante doctorum doctrina et discipulorum disciplina, ita quod nec unus famosus ex omnibus in civitate remanserit. Et remansit orbata suo clero civitas, que solet in illo gloriari. Tunc[b] recesserunt famosi Anglici[5] magister Alanus de Beccles[6], magister Nicholaus de Farnham[7], magister Iohannes Blundus[8], magister Radulfus de Maidenstone[9], magister Willelmus de Dunelmo[10] et multi quos longum esset numerare[11]. Recedentes itaque clerici generaliter universi, contulerunt se ad maiores civitates regionum diversarum. Quorum tamen maxima pars civitatem Andegavensium metropolitanam ad doctrinam elegit universalem. Sic ergo a nutrice philosophie et alumpna[c] sapientie civitate Parisiaca recedentes clerici, legatum Romanum execrantes, regine muliebrem maledixerunt superbiam, immo eorum infamem concordiam[12]. Recedentium autem quidam famuli vel mancipia vel illi quos solemus Goliardenses appellare versus ridiculos componebant, dicentes:

a) *sic* 1; vineis *corr.* 2. b) Tunc — numerare *in marg. codd.* c) alupna 1.

1) Saint Marcel, iam pars civitatis. 2) Willelmo. 3) Blancam. 4) Natio Picardica regiones quoque Belgicas complectebatur. 5) De permultis Anglis tunc Parisiis moratis cf. Budinszky, 'Univ. Paris im Mittelalter' p. 74. 6) Postea archidiaconus de Sudbury, a. 1239. arbiter inter capitulum et episcopum Lincolniensem, obiit a. 1240; Cron. Mai. III, p. 528. IV, p. 43. 262. 7) Amicus Mathei, qui haec forsitan ei retulit; cf. supra p. 116. 8) Postea electus Cantuariensis; v. infra p. 127. 9) A. 1234. episcopus Herefordensis. 10) Postea rector de Wearmouth, obiit a. 1249; Cron. Mai. V, p. 91. 11) Cf. epistolam qua Henricus III. Iul. 16. magistros in Angliam invitavit, Rymer, Foed. I, p. 195. 12) Cf. a. 1226: *Rumor, quod legatus secus quam deceret se habebat adversus Blancam; sed impium est hoc credere,* et infra a. 1241. Sed iam ap. Wendoverium a. 1230: *dicebatur tam comitis* Theobaldi Campaniensis (v. supra p. 53) *quam legali Romani semine polluta.*

*Heu morimur strati, vincti, mersi*[a], *spoliati;* 1229.
*Mentula legati nos facit ista pati.*

Quidam autem honestior versificator per apostrofam, id est informacionem persone, ut si loqueretur urbs Parisius clero sub planctu, ait:

*Clere, tremisco metu, quia vis contempnere me tu;*
*Perfundor fletu, mea dampna fleo, tua fle tu.*

Tandem, procurantibus discretis personis, elaboratum est, ut, factis quibusdam pro tempore exigentibus utrobique culpis, pax est clero et civibus reformata, et scolarium universitas revocata[1].

Quomodo nuncii regis Anglorum instabant Rome ad deieccionem electi Cantuariensis. Eodem tempore, instante — — *faciendam.* . . . . . . Wend.

Quomodo Terra Sancta restituta est Fretherico. Eodem anno dominus — — direxit:

Epistola imperatoris Fretherici ad regem Anglorum. * — — 17. *die mensis Marcii anno Domini* 1229.

**Bulle imperatoris auree.** Ex[b] una parte bulle imperialis imago regia et scriptum in circuitu: *Fretherícus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus.* Ex alia parte bulle insculpitur quedam civitas, scilicet Roma, et scribitur in circuitu: *Roma caput mundi tenet orbis frena rotundi.* Erat autem bulla aliquantulum maior bulla pape. Ex una parte regalis imaginis, scilicet super dextrum humerum, scriptum est: *REX IERUSALEM;* ex alia parte regalis[c] imaginis, scilicet super sinistrum humerum, inscriptum est: *REX SICILIE.*

**Utraque pars bulle**[d].

| Prima pars bulle: | Altera pars ipsius bulle: |
|---|---|
| *Fretherícus*[e] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus.* | *Roma*[f] *caput mundi tenet orbis frena rotundi.* |

De reconciliacione sancte civitatis Ierusalem — —[g] sacrosancto sanguine dedicavit. Eratque tanta inter omnes christianos exultacio, ut viderentur terrenis celestia commisceri. Ib.

**De superbia et invidia Templariorum et Hospitalariorum.** Hiis autem sic Deo dispensante ordinatis, invidente antiquo seminatore cismatum et discordiarum Sathana, incole terre, precipue Templarii et Hospitalarii, invidentes factis imperatoris, sumpserunt cornua ex odio papali. Audierunt enim, quod iam papa imperium hostiliter invaserat. Volentes igitur omnia magnalia hec eis ascribi, qui a tota christianitate tot proventus recipiunt et ad solummodo Terram Sanctam defendendam tantos redditus ingluciunt et quasi in voraginem baratri demergunt, significaverunt subdole ac prodiciose[2] soldano[3] Babilonie, quod imperator proposuit adire flumen, ubi Christus baptizatus est a Iohanne baptista, ibidem Christi vestigia et precursoris eiusdem, quo non maior surrexit inter natos mulierum, Matth. 11, 11. pedes et in laneis cum parvo comitatu clam humiliter adoraturus; et ibidem posset ad votum eundem imperatorem vel capere vel trucidare. Quod cum audiret soldanus memoratus et super hoc cartam noto sibi sigillo signatam conspexisset, detestatus est christianorum versuciam, invidiam et prodicionem et maxime eorum qui videbantur habitum religionis cum crucis caractere[h] baiulare, et advocans duos secretissimos ac discretos consiliarios, instillavit auribus illorum universa, ostendens eis epistolam, cui adhuc signum adherebat, et ait: 'Ecce fidelitas christianorum!' Inspectisque literis, post longam ac diligentem deliberacionem sic responderunt: 'Domine, inita est pax utrobique beneplacita, quam violare facinorosum foret; sed ad omnium christianorum confusionem mittatis hanc eandem[i] epistolam cum signo adherenti ipsi imperatori, et erit vobis amicissimus, et merito'. Quorum consiliis soldanus obtemperans, misit dictam epistolam imperatori et omnem dolum prelocutum ei denunciavit. Insuper dum hec fierent, imperator per diligentissimos et expeditissimos exploratores suos communitus[k], prius hesitabat, non credens tantam maliciam

*) *In marg. depictum est* Scutum imperatoris, *cui subscr.:* Scuti campus aureus, aquila nigra 1.

a) sparsi *Faure, 'Hist. de S. Louis' I, p.* 155. b) Ex una — Sicilie *rubro e transverso in marg. et inter columnas* 1. c) *ita* 1; eiusdem *edd.* d) *imago bullae in ipso contextu posita est* 1; *spatium vacat, sed rubro in marg.:* hic debent fieri sigilla imperatoris 2. e) *haec imperatoris figurae circumscripta* 1. f) *imagini civitatis circumscripta* 1. g) *huius capitis posterior pars et sequens caput in folio postea agglutinato* 1. h) craractere, *sed primum* r *expunct.* 1. i) *deest* 2. k) *i. e.* commonitus.

1) Cf. Wallon, 'S. Louis' I, p. 47. 2) Quod hanc proditionem excogitaverint, iterum atque iterum Templarii apud nostrum reprehenduntur. Cf. infra a. 1246. 1249. 1250. et Hist. Angl., ubi haec amplius narrantur. Similes rumores docte disserit Röhricht, 'Beitr. zur Gesch. der Kreuzzüge' I, p. 74. 3) Malek-el-Kamel.

1229. de religiosis prorupisse. Et dum sic dubitaret, venit nuncius soldani ad eum, dictam portans ei epistolam, per quam plenius de predictis certificabatur. Gaudens igitur, quod laqueos absconditos evasisset, omnia caute dissimulabat usque ad[a] tempus retribucionis, et que ad reditum in terram suam fuerant neccessaria preparavit. Et hoc fuit seminarium odii inter imperatorem et Templarios ac Hospitalarios. Verumtamen Hospitalarii minorem notam infamie super hoc facto contraxerunt. Ex eo igitur tempore conglutinata[b] est anima imperatoris cum anima soldani indissolubili cemento dileccionis et amicicie; et confederati sunt, et miserunt sibi vicissim munera preciosa, inter que misit soldanus imperatori unum elephantem[1]. Comperientes autem Templarii et Hospitalarii cum suis complicibus, imperatoris peregrinacionem, quam fecisse ad flumen Iordanis proposuerat, differri, intellexerunt per illud et alia indicia, dolum suum effectu caruisse. Patriarcham igitur Ierosolimitanum ad suam attraxerunt conspiracionem, qui hanc epistolam ad diffamandum imperatorem dicitur conscripsisse:

Inimica accusacio et amara inveccio in imperatorem.

**Epistola[2] Geroldi patriarche Ierosolimitani.** *Geroldus patriarcha Ierosolimitanus universis Christi fidelibus in Domino salutem. Quam mirabiliter, immo miserabiliter, ab inicio usque ad finem, in grave preiudicium negocii Iesu Christi et fidei christiane contemptum in partibus cismarinis processerit imperator,*
Isai. 1, 6. *si plene intelligatur, in processu ipsius a planta pedis usque ad verticem non poterit sanitas inveniri. Quoniam in adventu suo[3] excommunicatus venit, vix secum ducens milites 40[4] et sine pecunia, sperans, quod de spoliis habitatorum Syrie posset suam inopiam sustentare. Primoque in Cyprum veniens, nobilem virum Iohannem[c] de Ybellino et filios suos[5], quos ibidem occasione negocii Terre Sancte fecerat convenire, minus curialiter cepit ad suum prandium invitatos. Postmodum regem[6], quem ad se venire fecerat, retinuit quasi captum. Sicque per violenciam atque fraudem regnum penitus occupavit. Transiit[7] in Syriam, hiis peractis. Cumque in principio verbis mirabilia se promitteret[d] facturum et se super hiis coram simplicibus iactitaret, statim ad soldanum Babilonie pacis nuncios[8] destinavit. Propter quod in conspectu soldani et suorum paganorum factus est contemptibilis[e], precipue cum ipsum intelligerent secum non tantam armatorum multitudinem adduxisse, quod aliquo modo possent per eundem pregravari. Interea occasione premuniendi Iopen[9] ad partes illas declinavit cum excercitu christiano, ut magis appropinquaret soldano, et ut facilius possent[f] discurrere pro pace vel treuga optinenda. Quid plura? Post longum et latentem tractatum, nullius de terra consilio requisito, pronunciavit quadam die subito, quod pacem fecerat[10] cum soldano; formam pacis vel treuge nullus vidit, quando de servandis convencionibus idem imperator prestitit[g] sacramentum. Quanta autem fuerit malicia, quam fraudulentus tractatus quorundam capitulorum treuge, que vobis in scriptis duximus transmittenda[h], connoscere[i] poteritis evidenter. Quia imperator ad magnificandam vocem suam vocem tantum habere voluit et vocem optinuit a soldano. Dixit enim inter cetera, quod sibi erat Sancta Civitas restituta; ad quam cum in*
Mart. 17. Mart. 18. *vigilia dominice qua cantatur 'Oculi mei' cum excercitu christiano veniret, die sequenti dominica satis inordinate satisque confuse excommunicatus in ecclesia dominici Sepulchri in preiudicium honoris ac excellencie imperialis manifestum suo capiti imposuit diadema, Sarracenis templum Domini ac templum Salomonis in manu sua retinentibus ac legem Machometi publice sicut prius proclamantibus, non sine peregrinorum confusione maxima et dolore. Idem[k] vero imperator, cum se firmaturum civitatem antea multipliciter promisisset, sequenti*
Mart. 19. *die lune summo diliculo[i] primus civitatem exivit, nemine salutato, sibi fratribus Templi et Hospitalis presentantibus sollempniter et instanter, quod, si vellet firmare, sicut promiserat, civitatem, ipsi ei, quantum possent, consilium et auxilium ad id faciendum compararent. Sed*

a) *add. in marg. Math.* 1. b) conglitinitata, *sed* ta *expunct.* 1. c) I. 1. d) pmitt. 1. e) conteptibilis 1. f) *scil.* imperator et soldanus. g) prestit 1. h) transmittendam 1. i) *sic* 1. k) Ipse 2.

1) Haec noster ex Wendoverio aut ex epistola quae sequitur novisse potest. De Albanensibus elephantis naturam describentibus cf. supra p. 85. 2) A nostro solo integra servata; Ficker nr. 1754; ap. Huillard III, p. 135, a. 1229, m. Maio in. Cf. quae *Henrico regi Angliae H[enricus] dux Lotharingiae* scripsit: *imperator filiam soldani Babilonie duxit in uxorem;* ille Sanctam *Terram imperatori restituit,* ap. Shirley, 'Royal letters' I, p. 343. 3) Apud Acconem a. 1228, Sept. 7. 4) 'Geroldus numerum decurtat' Huillard; cf. Röhricht p. 27. 5) Balianum et Hugonem; mendacium hoc esse censet Löher, 'Kampf Friedrichs II. um Cypern' p. 17. 6) Henricum. 7) Sept. 3. 8) Ficker nr. 1735. 9) Ubi Nov. 15. advenit. 10) A. 1229, Febr. 18.

*ipse, qui de corrigendo negocio non curabat, videns, quod factum illud nullius firmitatis robur* 1229.
*optineret, nec civitas, sicut restituta erat, teneri poterat nec firmari, solummodo voce restitucionis contentus, ipsa die versus Ioppen cum sua familia festinavit. Quod cum viderent peregrini qui cum ipso intraverant civitatem, post ipsum noluerunt remanere. Subsequenti vero die dominica, scilicet qua cantatur 'Letare Ierusalem', venit Acon; et in ipsa civitate populum* Mart. 25.
*sibi alliciens, ei quandam libertatem concessit, ut favorem ipsius per hoc sibi mendicaret. Propter quod hoc fecit, novit Deus, et eiusdem opera sequentia demonstrarunt*[1]*. Cum autem passagium instaret, et omnes unanimiter peregrini, pusilli cum magnis, visitato Sepulchro, tanquam peregrinatione peracta, pararentur ad recessum, cum treugam non haberemus cum soldano Damasci*[2]*, nos, videntes terram*[a] *iam destitutam et a peregrinis relictam, consilium in arcto constituti inieramus, ut de elemosina pie memorie regis Francie milites pro*[b] *communi utilitate retineremus. Quod cum audiret imperator, significavit nobis, se super hoc admirari, cum treugas cum soldano Babilonie confirmasset. Respondimus, quod adhuc remanebat*[c] *ferrum in vulnere, ex quo treuge vel pax non fuit inita cum soldano Damasci, nepote predicti soldani, in hoc ei contradicente, adicientes, quod, invito etiam soldano Babilonie, nos*[d] *posset Damascenus nimis dampnificare*[e]*. Respondit imperator, dicens*[f]*, quod [sine*[g]*] eius consilio et licentia, qui iam rex fuit Ierosolimitanus, non debebant milites guerrini retineri in regno suo. Ad quod respondimus, quod super hiis plurimum dolebamus, quod de hiis et consimilibus consilium ipsius excommunicati sine periculo animarum non potuimus expectare. Et cum ad hoc nihil nobis imperator remandaret, die sequenti fecit extra civitatem per preconem publicum congregari peregrinos habitatores civitatis ac per speciales nuncios prelatos simul et religiosos in sabulo. Inter quos ipse personaliter constitutus, primo cepit de nobis graviter conqueri, falsas querimonias cumulando. Secundo, ad virum venerabilem magistrum Templi*[3] *sermonem retorquens, famam suam conatus est publice variis ac vanis sermocinacionibus non mediocriter obfuscare; et sic culpam propriam, que iam manifestabatur, intendebat in alios retorquere, addens, quod nunc ultimo milites stipendiarios in suum preiudicium et gravamen retinebamus. Propter quod ipse inibebat*[h] *omnibus militibus peregrinis, cuiuscunque essent nacionis, sicut*[i] *se suaque diligebant, ne remanerent in terra ab illa die inantea, precipiens comiti Thome*[4]*, quem ballivum in terra relinquere*[5] *disponebat, ut, quemcunque extunc inveniret, puniret corporaliter, adeo ut unius pena multis foret ad terrorem. Quibus omnibus consumatis*[k]*, nulla excusacione vel responsione admissa ad ea que tam ignominiose fuerant devulgata, recessit. Et statim ad portas civitatis balistarios poni statuit, precipiens eis, ut fratres Templi exire permitterent, non intrare. Denique tam ecclesias quam alia loca eminentia civitatis muniri iussit balistariis et loca specialiter per que ad nos et ad domum Templi habebatur accessus; sciatisque, quod nunquam Sarracenis tam gravis extitit aut nocivus vel contra eos tantum animosus. Cuius nos manifestam malitiam perpendentes, tam prelatos quam peregrinos duximus convocandos, excommunicantes omnes illos, qui*[l] *contra ecclesiam vel fratres Templi et alios terre religiosos vel peregrinos ipsi imperatori consilium impenderent aut iuvamen. Quare magis intumescens imperator, omnes introitus fecit diligentius custodiri, inibens*[h]*, ne ad nos vel ad illos qui nobiscum essent victualia deferentes appropinquarent, ponens undique balistarios et sagittarios, quibus*[m] *nos et fratres Templi ac peregrinos graviter impugnabat. Et ut excogitatam malitiam adimpleret, fratres Predicatores ac quosdam Minores, qui in ramis palmarum locis* Apr. 8.
*statutis convenerant ad predicandum verba Domini, per satellites suos rapi fecit de pulpitis et in terram prosterni, extrahi et quasi latrones per civitatem fustigari. Deinde, cum videret, quod per predictam obsidionem quod intendebat non optineret, fecit tractari de pace; ad quod respondimus, quod noluimus pacis tractatum admittere, nisi prius amotis custodiis balistariorum et aliorum armatorum, ablatis etiam bonis nostris restitutis, ita quod essent omnia in eo*[n] *statu et libertate, qua erant die qua ingressus est civitatem. Ipse tandem fieri precepit secundum quod postulabamus, sed non est effectui mancipatum; supposuimus igitur civitatem interdicto.*

a) *corr. ex* terre 1. b) *suppl. in marg.* 1. c) erat 2. d) ñ, *i. e.* non 1. e) *postea corr. in* dampnificari 1. f) *deest* 2. g) *suppl. edd.* h) *i. e.* inhib. i) *bis scr.* 1. k) confirmatis 2. l) ei *add.* 1, 2, *sed abras.* 1. m) et *add.* 2. n) ea 2, *ubi* s. et *des.*

1) Haec patriarcha non sine ira descripsit; vide quae Röhricht p. 46. exponit. 2) Naser Salahed-din Daud. 3) Petrum. 4) De Acerra; adhuc m. Apr. 'balio regni' ap. Ficker nr. 1751. 5) Ab aliis alii ballivi relicti dicuntur; cf. Röhricht p. 47.

1229. *Videns igitur imperator maliciam suam non posse procedere usquequaque, moram in terra noluit trahere longiorem; immo, acsi totum niteretur destruere, balistas et armaturas a longo tempore pro defensione terre reservatas apud Acon fecit clam in navibus deponi et plura soldano Babilonie transmitti*[1], *quasi caro suo. Et mittens in Cyprum quosdam milites suos, fecit non minimam ab incolis pecuniam extorqueri; et quod mirabilius nobis videbatur*[a], *galeas, quas [non*[b]*] potuit secum trahere, destruxit. Quod cum audivimus, duximus eum super hoc admonendum. Sed ipse, admonicione spreta simul et correccione, latenter festo apostolorum*
Mai. 1. *Philippi et Iacobi, per vicum secretum et portum galeam intrans, versus Cyprum festinavit, nemine salutato, Ioppen relinquens destitutam, nunquam utinam rediturus. Iamiam a ballivis dicti soldani intercluditur exitus extra muros pauperibus christianis ac Sirianis; plures itaque in via peregrini defecerunt. Hec et multa alia, que relinquimus aliis enarranda, que mundus novit, commisit imperator in Terre Sancte et anime sue detrimentum; que Dominus miseratus, cum placuerit, dignetur temperare! Valete!*

Hec autem epistola, cum ad audientiam occidentalium perveniret, non mediocriter[c] famam imperialem obfuscavit et multorum favorem ademit. Papa autem ad eius deieccionem diligencius solito insurrexit et colleccioni pecunie hiavit avidius.

Wend. Hic proponuntur quidam excessus, in quibus papa ostendit, imperatorem esse reum. Venit eodem tempore — — detinuit occupatos.

Hos[d] versus[2] composuit ipse imperator super desolacione cuiusdam civitatis que dicitur Gallice Meschines, quam commiserat cuidam Martino[3] custodiendam[e]; sed Martinus perteritus[f] tradidit illam fraudulenter pape; et iterum, fortuna arridente, restituta[g] imperatori:

*Cesar, Messina, te corrigit absque ruina;*
*Nam, si demens sis, puniet te cesaris ensis.*
*Ve tibi, Messana, tam longo tempore vana!*
*Nam*[h] *tua campana plorat delicta prophana.*
*Pleps Messanensis, vides, quia*[i] *iam tremit ensis,*
*Quo Martinensis stat verberibus caro densis.*

ib. De decimis Gregorio pape ab Anglia collocatis. Per idem tempus — — ignoraret. . . . . .

Preterea habuit idem magister Stephanus[k, 4] quosdam secum feneratores nequissimos, qui se mercatores[5] appellabant, usuram sub nomine negociacionis palliantes, qui egentibus et exaccionibus vexatis optulerunt pecuniam; et urgente memorato Stephano[k], sub pena gravissima coacti, multi mutuo accipere[l], qui postea in laqueos eorum inciderunt[m], dampna irrestaurabilia incurrentes. . . . Ex eo autem tempore non defuerunt in terra Anglicana quidam transmontani, qui se mercatores nominant, usurarii impiissimi, qui nichil aliud querunt, nisi in laqueis suis, precipue quos Romana curia angariat, illaqueare. Et sic abrasor pecuniarum magister Stephanus[k], domini pape capellanus, Anglis feda reliquit vestigia. . . . . . .

ib Hoc autem multis — — subvertebant. . . . . . .

Quod Fredericus Romanorum imperator est reversus in terram suam. Eodem anno — — revocare.

ib. Anno Domini 1230. . . . Eodem anno, tempore quadragesimali imperator Romanus contra hostes suos ita invaluit, quod castra sua et iura omnia ad imperium spectancia potenter revocavit; quoscunque in castellis suis ex adversariis suis cepit, aut vivos excoriavit aut patibulo suspendit. Iohannes vero de Brennes, qui hostis capitaneus post papam eius erat, metuens incidere in manus illius, fugit in Gallias ad natale solum cum stipendiariis suis, quos dominus papa rapinis religiosorum[n] ditavit et predis a pauperibus captis undecunque honoravit. Et sic, mediantibus amicis et viris religiosis, statute sunt treuge inter dominum papam et ipsum imperatorem[o], quousque in aliquam pacis formam convenirent. . . . . . .

Eodem tempore dux Saxonie — — refecerunt.

De discordia inter barones Gallie orta. Habebant quoque — — necaverat, ut dicebant. . . . . . .

Hoc igitur tempore mense Augusti — — confirmata. . . . . . .

De concordia facta inter regem Francorum et suos. . . . . .

ib Anno Domini 1231. . . . Quod Ricardus Cantuariensis archiepiscopus Romam profectus,

a) videatur 2. b) *suppl. edd.* c) medier. 1. d) *haec ad calcem pag. Math.* 1. e) cusd. 1. f) *sic* 1; perterritus 2. g) est *suppl. videtur.* h) Non 2. i) quod (*e* 2?) *Luard.* k) S. 1. l) *sic* 1; accepere *corr.* 2. m) et *add.* 1. n) suorum *add.* 2. o) Frethericum 2.

1) Hoc patriarcha solus tradidit, papa repetiit, Potthast nr. 8430. 2) Alibi non exstant. 3) Potius Martinus Balloni m. Aug. a. 1232. Messanensium rebellium dux erat; a. 1233. rebelles, quamvis venia ab imperatore promissa, crudeliter tamquam haeretici puniti sunt; haec papa improbavit; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' p. 381. 4) Nuncius papae. 5) De his (cf. Shirley I, p. 403) plura sequuntur. Eodem fere tempore *Henrico regi Angliae P[ace] de Miner [Manerino] potestas, consules et commune Mediolanenses* scripserunt, mandaret, ut *Glastonenses monachi super negotio A. et M. de Summa satisfaciant*; Shirley I, p. 215. Epistolam potestatis de Faventia Henrico III. datam v. ib. p. 274.

in reditu suo obierat. . . . Archiepiscopus igitur, cum, expletis negociis suis omnibus pro voluntate sua, repatriare 1231. Wend.
maturavit, apud Sanctam Gemmam[1] in domo fratrum Minorum, tertia dieta citra Romam diem clausit obiter supremum[a] tertio Nonas Augusti. Et sic, ipso expirante, expirabant cum eo negocia impetrata. De Aug. 3.
quo hoc mirabile accidit, quod, cum pontificalibus, sicut moris est, corpus defuncti sepeliendum insigniretur, de nocte venerunt homines illius patrie, qui hec omnia oculo fascinante inspexerant, aperuerunt de nocte sepulchrum, cupientes, ut anulum et alia insignia episcopalia furarentur, nulla vi vel ingenio id potuerunt. De quo, non tamen signato, propositum consummare nequiverunt, recesserunt confusi et pectora sua, in quibus scelerata corda latitabant, percusserunt. . . . . . .

De insolentia clericorum Romanorum. Suborta — — *gravamen*. . . . Per idem tempus, 16. Kal. Ian. ib.
— — reductus.

Impertinens usque ⊙m–, verum tamen et utile.

Anno Domini 1232. . . . Visio de rege Ricardo nimis laudabilis. . . . ib.
Sed humani generis — — compulsus. . . . . . . ⊙m–

De distraccione frugum clericorum Romanorum. Eodem anno distracta sunt horrea Romanorum per totam fere Angliam. . . . Erant autem huius temeritatis auctores viri quasi quater viginti et quandoque minus, qui magistrum habentes Willelmum quendam cognomento Wither, scilicet[b] Robertum de Thinge, militem et virum generosum, sed sic palliatum, eius per omnia obtemperabant preceptia. . . . . . .

Archiepiscopo Eboracensi — — obstante. . . . Venit eodem tempore Romam — — promoveri. . . . . . .

Questiones mote contra Hubertum de Burgo graviores sequuntur.

Rex ab Huberto iusticiario raciocinium exegit. Per idem tempus rex per consilium Petri Wintoniensis episcopi Hubertum de Burgo, protheiustitiarium regni, ab officio suo, licet cartam regis, ut dicitur, haberet ballive sue perpetuande, amovit — — matrimonio copularet. . . . At Hubertus in aliquantulum iam erectus, constituit providenter fidelem ac providum supra terras sibi concessas custodem ac senescallum, Laurencium scilicet clericum de Sancto Albano[2], qui in omnibus tribulacionibus eidem extitit Huberto solacium singulare et immobilis columpna veritatis. In[c] fine libri huius* invenies obiecciones adversariorum et responsiones Laurencii. . . . . . .

Anno Domini 1233. . . . Per idem tempus cassatus est magister Iohannes[d] Blundus, Cantuariensis electus. ib.
Divulgatum quidem erat Rome, quod post eleccionem suam acceperat ex dono Petri[e] Wintoniensis episcopi mille marcas argenti, preter alias mille marcas, quas eidem Iohanni crediderat, ut promoveretur; unde constat manifeste, quod magis ei nocuit quam profuit familiaritas episcopi memorati. Scripsit[3] etiam idem episcopus imperatori[4], ut suas partes interponeret circa promocionem predicti Iohannis[f] versus papam; unde papa perpendens notam simonie et ambicionis, dixit in corde suo illud Ovidianum[5]:

*Et stricto supplicat ense potens.*

Unde cor domini pape non erat bene cum eo. . . . . . .

De discordia orta inter regem et magnates regni. . . . Tunc Petrus[e] sepedictus episcopus consilium ib.
regi dedit, ut arma moveret contra rebelles homines suos et castella eorundem ac terras Pictavensibus conferret, qui regnum Anglie a suis proditoribus tuerentur, iactitans se arduum et non scurrile velle et scire dare consilium, utpote qui aliquando consilium in partibus orientalibus rexit imperiale, et quod tam Sarracenis quam aliis nascionibus erat prudentia eius formidabilis. . . . . . .

Tunc in crastino [assumptionis[g]] beate Marie applicuerunt apud Doveram viri armati multi ex regionibus trans- ib. Aug. 16.

*) *Potius in Libro addit. ed. Luard VI, p. 63:* Responsiones magistri Laurencii de Sancto Albano pro comite Kantie Huberto de Burgo, contra quem movit dominus rex gravissimas questiones. . . . *Item quod respondeat de hoc, quod, cum dominus papa[6] dedit in mandatis, quod occasione illius parentele fieret divortium inter ipsum et comitissam[7] uxorem suam, quam nunc habet, ipse fecit triturare omnia blada Romanorum per illos qui vocabantur le Wythereis[8]; unde sententia excommunicacionis generaliter lata fuit in omnes malefactores illos et eorum fautores. Et hoc fecit dum fuit iusticiarius, et per eum qui pacem deberet observare, et ita quod pax hucusque per hoc extitit perturbata. Ad hoc respondit, quod nichil scit, quia per illum non fuit hoc factum, quod patet manifeste, quia dominus papa[6] super hoc fecit fieri inquisitionem per episcopum Wintoniensem[9] et abbatem Sancti Eadmundi[10], et inquisicio facta transmissa fuit ad papam; per quam inquisicionem apparuit manifeste, quod non fuit in culpa; quia si fuisset, papa puniisset eum, quod non fecit. Et si hoc non sufficit etc., et super hoc paratus est facere quod pares sui considerabunt.*

a) extremum 2. b) scilicet — palliatum *in marg.* 1; *des.* 2. c) *haec Math. in marg.* 1. d) cognomento *add. Wend.* e) P. 1. f) I. 1. g) *suppl. Luard ex Wend.*

1) San Gemini. 2) Cf. G. abb. contin. ed. Riley I, p. 327; Lib. addit. VI, p. 279. 389; Cron. Mai. II, p. 564; infra a. 1239; IV, p. 400. 3) Epistola non exstat. 4) Friderico II. Petrus in itinere sacro innotuerat; infra l. 37. 5) *Est orare Deum species violenta iubendi; Et quasi nudato supplicat ense potens* sunt versus saepe a medii aevi auctoribus, praecipue Albanensibus citati, qui tamen Ovidii neque sunt neque alibi ei ascribuntur; Luard II, p. XXXII. VII, p. 464. 6) Gregorius IX. 7) Margaretam, filiam Willelmi regis Scotorum. 8) Fautores Witherii, de quo v. supra l. 16. 9) Petrum. 10) Ricardum.

1233. Wend. marinis venientes, et[a] ex Flandria Baldewinus de Gisnes[1] cum sua custodia, et ad regem apud Gloverniam pervenerunt[2]. . . . . .

Comes Marescallus . . . oppidum Monemutense . . . proposuit obsidere. Qui cum opidum circuiret, conspexit eum Baldewinus de Gysnes, Flandrensis nascione[3], miles strenuus, quem rex suis vocavit et tenuit stipendiis, et eidem illud castellum commiserat custodiendum cum Pictavensibus et Flandrensibus quam plurimis; et intelligens, quod Marescallus erat, quem vidit castellum cum paucis explorare, erupit, impetum faciens vehementem, cum multis[b] viris fortissimis et eleganter armatis, cupiens nomine famoso perpetuo intitulari. . . . Baldewinus de Gysnes ad castellum a sociis perducitur graviter vulneratus. Acta est autem Nov. 25. hec belli congressio in die beate Katerine virginis apud castellum memoratum. . . . . .

Per idem tempus cum comes Marescallus — — vocaret imperatorem. . . . . .

Anno Domini 1234. . . . De hereticis Catinis[c.4] in confinio Alemannie peremptis. Similiter[5] in partibus Alemanie fines contingentibus hereticos quosdam Deut. 32, 30. multiplicatos consimili miseria involvit Dominus omnipotens, ut fidelis unus fugaret mille, et duo[d] decem milia persequerentur. Conclusit enim eos Dominus in quodam loco palustri, in quo refugium speraverunt, mari ex parte altera existente illis pro repagulo, in quo peremptus est infidelium hereticorum a christianis numerus infinitus. . . . . .

Lamentacio pape gravissima super desolacione Terre Sancte et de crucis signacione ad liberacionem eius. Et dum talia mundialis rota volvendo perturbaret in partibus vicinis, in regnis orientalibus sicut et in occidentalibus consimilis, immo molestior, inter christianos misera[e] perturbacio. Dominus enim papa occasionem sumens a predicta imperatoris persecucione, argumentosas extorsiones precipue in Anglia excogitans et multiplicans, legatos sub specie simplicium nunciorum, potestatem tamen habentes legatorum, undique destinavit, qui multiphariam exegerunt pecuniam. . . . . .

Epistola[6] Gregorii pape de negocio crucis elegantissima in Angliam Christi fidelibus transmissa post pacem inter ipsum et imperatorem initam. . . . cf. Thren. 1, 7. *Et ideo Ierusalem in suis derisa sabbatis obsorduit quasi polluta menstruis suos[f] inter inimicos[g]. Nam licet dudum karissimo in Christo filio nostro Fretherico Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi illustri, civitas eadem preter templum Domini fuerit restituta, tamen, quia Deus omnipotens tunc magnificencius agere cum populo suo christiano non adiecit, imperator predictus treugas iniit cum soldano, quarum terminus adeo est vicinus, quod tempus medium preparacioni vix sufficere creditur, nisi ad queque neccessaria per promptitudinem, spem et fervorem[i] fidei festinetur. Ad[k] eius[l] ergo succursum nullum tedeat peregrinari! . . . Datum Spoleti 2. Non.* 1234. Sept. 4. *Septembris, pontificatus nostri anno 8.*

Nota[h] verba pacis et iam amicicie inite inter ipsum papam et imperatorem.

Qualiter excitabatur per hec fidelium devocio; sed cito decidit, visa Romanorum avaricia. . . . In tantam nobilitatem, ne dicam arrogantiam elevabantur Predicatores et Minores, qui spontaneam paupertatem cum humilitate elegerunt, ut recipi curarent in cenobiis et civitatibus in processione sollempni, in vexillis, cereis accensis et in disposicione vestimentis festivis indutorum; et concessa est eis[m] veniam multorum dierum suis conferre auditoribus, signatosque hodie cras, data pecunia, a crucis voto absolverunt. . . .

Preterea graviter ledebatur omnium conscientia et in meditacione exardescente sauciabatur, quod tota illa pecunia inppreciabilis, que ex decima per magistrum Stephanum, domini pape clericum, cumulabatur ad conterendum imperatorem, facta pace, sicut colligi potest per epistolam pape suprascriptam[7], nec in minimo quadrante est restituta nec ad aliquod ecclesie commune negocium vel honorem distributa. Immo necdum penitus fuit extorta vel collecta, et ecce subita et occulta pax est reformata, et postea facta inquisicio gravis, quis plene vel plenius persolvebat. . . . . .

Wend. De discordia inter dominum papam et Romanos exorta. Eodem anno exorta est Rome gravis

a) et — custodia *add. in marg. soc. Math.* 1. b) mille *Wend.* c) *add. in marg. Math.* 1; *deest* 2. d) duodecim 2. e) fuit *suppl. edd.* f) *deest Wend.* g) hostes *Wend.* h) *rubr. in marg.* 1. i) Dei et *add. infra ed. Luard III, p.* 310, *sed non ex Wend.* k) At 1. l) cuius *infra, sed non ex Wend.* m) licentia *suppl. videtur.*

1) De terris in com. Cantii ab eo Huberto de Burgo donatis cf. Shirley I, p. 524. 2) Contra barones dimicaturi. 3) A. 1234, Mart. 11, treugis cum Wallensibus et Marescallo captis, mandavit rex A. de S. Amando, *quod redeat cum Baldwino de Gisnes et garnisio de Monemouth;* ap. Shirley I, p. 526. 4) Stedingis Mai. 27. apud Altenesch concisis, qui alibi quoque (Bald. Ninov., SS. XXV, p. 542) Katari vocantur; cf. Schumacher, 'Stedinger' p. 244. 5) Praecedit capitulum Wendoverianum: *Quod heretici Albigenses in campestri prelio sunt perempti . . . in partibus Hyspanie.* 6) Incipit: *Rachel suum;* Potthast, Reg. nr. 9525; partem iterum ex Wendoverio (cf. supra p. 70) transscripsit noster infra p. 129. 'Registrum Vaticanum potius cum forma Wendoveriana congruit' Luard VI, p. 482. 7) L. 28.

dissensio inter dominum papam et cives Romanos hiis de causis. Usurpant sibi cives memorati ex antiquo iure, quod 1234. Wend. Romanus pontifex non potest aliquem ex civibus excommunicare vel Urbem pro quolibet excessu supponere interdicto. Ad hoc dicit summus pontifex, quod minor est Deo, sed quolibet homine maior, ergo maior[a] quolibet cive vel etiam rege vel imperatore. Et cum eorum sit pater spiritualis, debet et de iure potest filios corrigere vel corripere delinquentes, ut sibi in fide Christi subiectos[b], etiam deviare volentes in viam dirigere veritatis: unde de iure potest rationabilibus de causis eos excommunicare et civitatem interdicere. Item potestates Urbis et senatores annuum tributum exigunt ab ecclesia Romana, quod[c] eis tam ex novo quam ex antiquo iure Romani pontifices persolvebant, de quo etiam semper usque ad istius pape tempora in possessione fuerunt. Ad hoc dicit papa, quod, si ecclesia Romana temporibus persecucionis pro defensione sua et pro bono pacis aliquando maiores civitatis in donis gratuitis liberaliter respexit, non debet hoc in consuetudinem trahi, quia illa sola consuetudo tenenda est que iure constat et ratione subnixa. Preterea comitatum[1] suum, quod inauditum est nec antea factum, metis novis et amplis, iubente senatore[2], voluerunt sibi appropriare et appropriatum intitulare novis suprascripcionibus. Ad hoc respondit dominus papa, quod infra metas illas continentur quedam predia et etiam civitates et castra, utpote Viterbium civitas et Altus-mons[3] castrum, que infra metas illas continentur, quas comitatui suo assignare presumunt; sed alienum sibi ascribere et usurpare iniustum est. Et quod hiis omnibus maius est, Christus in cruce suo sanguine ita liberam fecit illam, quod nec porte inferi[d] prevalebunt adversus eam. cf. Matth. 16,18. Hiis igitur et aliis de causis inter dominum papam et cives Romanos lite contestata et preventilata, idem papa cum suis cardinalibus exivit ab Urbe et

**Papa Gregorius recedit ab Urbe.**

apud urbem Perusium[e] moram facturus divertit. At Romani contra eum invalescentes, quedam ipsius edificia in civitate prostraverunt; unde a pape excommunicabantur; qui etiam ad sui adiutorium ipsum imperatorem attrahere moliebantur[4]. Sed ipse pocius contra eos congregavit excercitum copiosum, ut impetum reprimeret Romanorum. Tunc excercitus summi pontificis, cui preerant comes Tolosanus[5], querens gratiam, et episcopus Wintoniensis[6], quem dominus papa callide vocavit ad excercitum suum regendum, tum propter thesauri abundanciam, tum propter militandi periciam, et excercitus imperatoris simul convenientes, casalia eorundem Romanorum per girum Urbis posita numero octodecim prostraverunt et vineas succiderunt; unde cives ipsi perturbati exierunt ab Urbe octavo Idus Octobris, Oct. 8. viri, ut dicitur, armati centum milia, ut civitatem Viterbii, que ad ius domini pape spectabat, spoliarent et igne spoliatam concremarent. Sed cum irrationabile vulgus civitatis absque disciplina militari exirent et agminibus incederent dissolutis, acies militares ipsius pape, quibus preerant instructi armis et viri bellicis negociis excercitati, scilicet Cismontani, et acies simul imperatoris ab insidiis prorumpentes, irruunt in Romanos et ex eis magnam stra-

**Magna strages.**

gem, non tamen sine suorum lesione, fecerunt. Ceciderunt autem hinc inde ad triginta milia armatorum. Sed Romani tamen maiorem perpessi sunt stragem, ut qui agminibus dissipatis ad suam civitatem precipites confugerunt. Exasperatum est quidem cor eorundem Romanorum nimis adversus dominum papam, quia in illo conflictu de civitate multi nobiles corruerunt. Duravit diu ista dissensio inter eos, sed Romani tamen cives semper aleam Martis sibi contrariam invenerunt. . . . . . .

Eodem[f] anno capta[7] est insula Maiorc[a], Maiorica dicta ad differenciam Minorice, sci- 1229. licet minoris insule, que sita est inter Affricam et Marsiliam, christianis nimis nociva, scilicet a rege Arragonie[8] et civibus Marsilie.

Anno Domini 1235. . . . Per idem tempus Petrus Wintoniensis episcopus ad mandatum domini pape Wend. Romam profectus est, instante sollennitate paschali, ut guerram eius iam diu contra Romanos accensam ordinando 1235 Apr. 8. minaret[g]. Novit enim eum summus pontifex pecunia habundare, sed[h] si[i] non habundaret, ministrante episcopatu Wintoniensi habundaturum; et maluit eum effundere thesaurum suum in suo obsequio quam alieno. Preterea idem episcopus erat in obsequio regis Ricardi, bellatoris magnifici, diebus adolescencie sue, ubi plus didicit in bello dimicare et castra militum ordinare quam euvangelii semina predicando seminare.

De publica predicacione. Hoc denique anno — — direxit. 1234.

Autenticum domini pape[9]. *Gregorius* — — 2. *Nonas Sept. pontificatus nostri anno* 8. . . . . . . Sept. 4.

De adventu nunciorum imperatoris deque iniciato matrimonio sororis regis Anglorum. 1235. Eodem anno mense Februario venerunt apud Westmonasterium duo[k] Hospitalarii Theutonicorum cum militibus Febr. et aliis nunciis sollempnibus, ab Fretherico Romanorum imperatore ad regem Anglorum — — consummatum.

De nupciali ornatu imperatricis et nobili apparatu eiusdem. Erat autem istarum tantus apparatus nupciarum, quod quasi regias vel imperiales divicias excedere videretur. Nam ad ipsius imperatricis dignitatem fabricata est corona opere subtilissimo ex auro obrizo primo et purissimo et gemmis preciosissimis. In anulis autem et monilibus aureis cum gemmis preciosis, in scriniis et faleris et aliis muliebribus ornamentis necnon in copioso thesauro auri et argenti et equis et comitatu, que oculos intuencium rapere

a) *deest* 2. b) in viam *add.* 1. c) quod eis — ecclesia Romana *bis scr.* 1. d) infere 1. e) Peresium 1, *corr.* Perusium 2. f) *haec in marg. sec. Math.* 1. g) *ita* 1; iuvaret *Luard.* h) et 2. i) *supra lineam* 2. k) d. H. T. *super ras. Math.* 1.

1) De ducatu papae tamquam *comitatu districtus Urbis, terminis* certis tunc a Romanis vindicato, cf. Gregorovius, 'Gesch. der Stadt Rom' V, p. 166. 2) Luca de Sabellis. 3) Montalto inter Corneto et Port' Ercole. 4) Hoc alibi non habetur; Wendov. id de papa narrat. 5) Raimundus VII, qui m. Sept. a Friderico II. privilegium, Ficker nr. 2057, recepit. 6) Error, qui nostros quoque historicos seduxit; cf. infra l. 39. 7) Potius a. 1229, Dec. 31; cf. Schmidt, 'Gesch. Aragoniens' p. 149; Méry, 'Hist. de Marseille' p. 139. 8) Iacobo I. 9) Hoc loco ex Wendoverio repetit Matheus bullam quam iam supra p. 128. fortasse ex originali attulerat.

1235. Wend. solent in concupiscenciam, ut quasi impreciabilia viderentur, non[a] tantum copiose, sed superaffluenter ditabatur
ab Anglia recessura. Vasa etiam omnia tam vinaria quam fercularia ex auro et argento opere excogitato
cf. Ovid. Met. II, 5. fabricata innumerabilia resplenduerunt, quorum materiam superabat opus[1]; immo etiam olle et
vasa coquinaria, urcei et vasa vinaria, disci et vasa cibaria argentea nituerunt. Ad quorum omnium admini-
stracionem et custodiam tales deputati sunt ministri curiales, qui ipsi imperatrici et illius familie more regio ministrarent.
Talibus autem et aliis multis puella a rege fratre suffulta honoribus et dotata muneribus remansit in custodia[a*] episcopi
Exoniensis et Radulfi filii Nicholai, regis senescalli, virorum nobilium ac per omnia commendabilium et aliorum
generosorum de domestica regis familia, comitantibus matronis nobilibus et puellis generosis, qui omnes curialiter
eruditi ad imperatricis sufficiebant obsequium, custodiam et conductum. Et hiis in hunc modum dispositis, rex in die
Mai. 6. sancti Iohannis ante portam Latinam apud Westmonasterium tenuit sollenne festum cum archiepiscopo Coloniensi et
ceteris nunciis imperatoris[b]. Et in crastino omnes apud Derteford iter arripiunt, rege comite cum magno comitatu
comitum ac baronum et aliorum nobilium. Equos autem tot ei et tales rex procuravit, palefridos nobiles et
egregie faleratos, qui sufficiebant ad imperatricis honorem, dum sessores quadam delectabili ferebant suavitate.
Cumque per Rofensem civitatem ad abbaciam de Feveresham convenissent, inde Cantuariam profecti, ad sanctum Thomam
archipresulem et martyrem oracionis gratia pervenerunt; ubi completo devocionis obsequio, ad portum Sandwicensem
quasi tria equitum milia convenerunt. Miserat[c] enim rex ad omnes abbacias circumiacentes[d], impe-
riose petens quemlibet abbatem, ut ad conducendum sororem suam ad mare equos cum
assessoribus suis honorabiles accommodaret. Imperatrix autem et archiepiscopus Coloniensis cum ceteris
Mai. 11. viris nobilibus et matronis ad conductum eius assignatis 5. Idus Maii naves ingressi, velis patentibus sese pelago com-
miserunt. Nec lacrime defuerunt, cum frater a sorore, rex discessit ab imperatrice.

Quod imperatrix apud Coloniam salvo pervenit. Navigantibus autem illis, post tres dies et totidem
Mai. 14. noctes ostium Reni fluminis intraverunt, et completo unius diei et noctis cursu, apud Auevere applicuerunt, in terra sci-
Mai. 15. licet iuri imperiali subiecta. Quibus applicantibus occurrit innumera multitudo nobilium armatorum ad custodiam impe-
ratricis ab ipso imperatore transmissa, que diebus ac noctibus circa corpus eius diligentes excubias celebraret. Erant
enim quidam ex hostibus imperatoris regi Francorum confederati, ut dicebatur, qui imperatricem rapere moliebantur, ut
matrimonium illud magnificum impedirent. Occurrunt etiam presbiteri omnes et clerici[e] ex regionibus circumpositis
cum processione sollempni in vestimentis preciosis, cereis accensis, agminibus composite ordinatis,
campanas pulsantes et cantica leticie modulantes; inter quos siquidem omnes artifices et magistri cuiuscunque generis musice
artis cum suis instrumentis, qui in omni leticia nupciali per viam quinque dierum imperatricem apud Coloniam conduxe-
Mai. 20. runt. Ubi cognito ipsius adventu, exierunt ab urbe in occursum eius ad 10 milia civium cum floribus et ornamentis[f]
variis ac festivis indumentis, qui in equis sedentes preciosis ad agiles cursus calcaribus admonentibus coher-
cebant, dum et cannas et hastas, quas ferebant[g] in manibus, in alterutrum quasi
in hastiludio confregerunt. Advenerunt etiam per excogitatum in-

Nota argumenta leticie contra adventum imperatricis.

genium naves, quasi remigantes per aridam, equis absconditis et tectis sericis coopertoriis
illas trahentibus; in quibus navibus clerici suaviter modulantes cum organis bene sonan-
tibus audientibus inauditas cum stupore fecerunt melodias. Appropians[h] igitur civitati Colonie
imperatrix talibus intravit comitata tripudiis, ut tota illa nobilis civitas gaudio videretur redundare.
Conduxerunt etiam eam duces eius per principales plateas civitatis contra ipsius adventum, tum propter nobi-
lium Anglorum adventancium[i], tum ut sic gratia imperatoris aspiraret, multipliciter adornatas.
Sed cum generosa imperatrix cognovisset, quod omnes et precipue nobiles matrone Colonienses, que[k] in solariis
sedentes et glomeratim in diverticulis[l] vicorum convenientes faciem eius videre cupiebant, capellum suum
ex capite cum peplo demisit, ut universi liberum in ipsius serena facie aspectum habentes, oculos cum stupore
recrearent. In quo facto omnium intuencium animos in ipsius dileccionem adeo inclinavit, ut
universi et singuli, laudantes et benedicentes ipsius humilitatem cum pulchritudine admirabili, optimam
sucessionis[m] et posteritatis felicissime spem conceperunt. Hospitata est autem imperatrix in nobili
palacio[2] opere cementario constructo archiepiscopi, ubi per totam noctem choree puella-
rum canencium cum diversis instrumentis musicis perstrepebant, ut ipsa imperatrix ipso
gaudio foveretur, glorians in medio iuvencularum timpanistriarum. Nec defuit diligencia
militum armatorum super muros et in ipsa civitate propter hostiles insidias noctibus ex-
cubancium.

Quod imperator in imperatrice apud Wermesiam matrimonium iniciatum consummaverit.
Tempore quo imperatrix apud Coloniam venit imperator erat bellicis expedicionibus implicatus contra filium suum Hen-
ricum regem Alemannie sibi rebellem. Sed pater contra eum tam copiosum conduxit excercitum, ut simul et
semel decem castra vallaret obsidione. In quorum uno fortissimo cum filium obsedisset, ille patris metuens severitatem,
exivit de castro, et corruens in terram coram ipso, misericordiam ipsius cum lacrimis et singultibus imploravit.
Sed ille, non adhuc spiritu concepte ire maxime mitigato, vinculis[n] filium iubens constringi, duxit eum secum
apud Wermesiam. Laxatis[3] autem vinculis, et loris ob regalem reverenciam aliquantisper[o] dis-
solutis, dicitur filius patri venenum[4] procurasse; super quo scelere accusatus[4], vinculis

a) non — recessura *in marg. soc. Math.* 1. a*) custidia 1. b) imperatricis 1. c) Miserat — accommodaret *in marg. Math.* 1. d) circumiacentis 1. e) cleri 2. f) palmis 2 *(sicut Wend.), sed expunct.* g) ferebat *Luard.* h) Appropinquans 2. i) honorem *vel simile verbum suppl. velit Luard.* k) *sic codd.* l) diu'cul' 1. m) *sic* 1. n) vinculi 1. o) aliquantiper 1.

1) Nonne haec verba sculptorem sapiunt? Cf. supra p. 99. 2) Error; v. supra p. 72, n. 5. 3) Fortasse noster, Henricum non antequam conditiones a patre propositas recusavit perpetuis vinculis mancipatum esse, audivit; cf. Rohden, in 'Forsch. z. D. Gesch.' XX, p. 411. 4) Haec a nostro solo narrata vix vera sunt; cf. Rohden p. 410.

1235. iterum durioribus mancipatus, traditur cuidam duci[1] custodiendus, qui eum oderat inexorabili odio, quia totis nisibus eum proposuerat predictus[a] rex Henricus exheredare; sed nunc, revoluta rota fortune, traditur rex arbitrio ducis incarcerandus. Wend. Misit igitur imperator pro imperatrice, ut ad eum apud Wermesiam properaret, postquam apud Coloniam per sex ebdomadas moram protraxisset. Archiepiscopus autem Coloniensis et episcopus Exoniensis cum ceteris ad imperatricis conductum assignatis iter cum ipsa aggredientes, ad imperatorem eam in omni pompa ac nupciali leticia septem dierum itinere perduxerunt. Quo cum pervenissent, suscepit eos imperator in magna leticia et honore, quia supra modum sibi placuit decoris inspeccio puellaris; illam enim, ut crebrius audivit, natura speciali quodam studio decoravit. Desponsavit ergo puellam ibidem matrimonium iniciatum consummando sollenniter imperator 13. Kal. Augusti, in dominica; Iul. 20. que si multum placuit in specie corporali, multo plus placuit morum[2] experiencia, quam invenit prerogativa insignitam et eloquencie perita facescia eruditam. — In[b] festo desponsacionis imperatricis Ysabelle, sororis domini regis Anglie, erant tam apud Maguntiam[3] quam Wermesiam quatuor reges[4] et 11 duces[4] et 30 comites et marchiones preter prelatos. Nocte[*, 5] vero prima qua concubuit imperator cum ea, noluit eam carnaliter cognoscere, donec competens hora ab astrologis ei nunciaretur. Consummata autem[c] carnali commixtione summo mane, deputavit eam quasi pregnantem diligenti custodie, dicens ei: 'Custodi te sapienter, quia habes in utero masculum'. Et hoc idem pro[d] certo significavit domino[e] regi Anglie, fratri[f] suo, per episcopum Exoniensem et magistrum Iohannem[g] de Sancto Egidio[6], fratrem Predicatorem. Et sic contigit; peperit enim masculum, cuius nomen Henricus[7]. — Wend. Napciis igitur diebus quatuor continuis magnifice celebratis, episcopus Exoniensis et ceteri qui cum imperatrice advenerant, ab imperatore licencia impetrata, ad Angliam cum gaudio sunt reversi. Misit ergo imperator regi Anglorum tres leopardos in signum regalis clipei, in quo tres leopardi transeuntes figurantur, cum aliis donariis preciosis, quibus regiones non habundant Occidentis; cui etiam contra regem Francorum promisit consilium et auxilium oportunum, qui iura sua detinet violenter et iniuste, precipue in perniciem regis Lodowici[8] et anime dampnacionem. Qui moriturus manifeste confessus est, se inexpiabiliter peccasse in regem Anglorum retinendo iura sua, et postea, cum esset in Anglia, terram suam redditurum; que omnia dissimulat rex Francorum nescire, plus muliebre[9] secutus consilium quam normam iusticie, timorem Domini ulcionum postponendo. Promisit etiam imperator, ut extunc et deinceps regem Anglorum pre ceteris mundi principibus specialius quasi filiali amplexaretur dileccione. Remissis igitur in Angliam fere universis utriusque sexus hominibus, quos curia imperatricis in patria sua educaverat, imperator imperatricem quam pluribus[h] Mauris spadonibus[10] et vetulis larvis consimilibus custodiendam[11] mancipavit.

Digressio necessaria. De generis nobilitate huius imperatricis. Erant autem — — Talibus autem Ib. imperatrix antecessoribus procreata, imperalibus[i] nupciis dignissima indicatur[**]; et sic cesset contra eam invidorum oblatrancium detraccio.

Excusacio digressionis. *Hactenus invidie respondimus; attrahe lora* Ovid. Rem. Am. 397 sq.
*Fortius et giro,* scriba, *recurre*[k] *tuo!*

Eodem[l] tempore cepit rex carucagium, scilicet duas marcas de[m] caruca, ad maritagium sororis sue Isabelle. In cuius maritagio rex imperatori triginta milia marcarum sine ornatu imperatricis et corona impretiabili[n] ipsius in brevi termino numeravit. . . . . . .

De novis decretalibus scilicet Gregorianis. Hiis quoque temporibus[12] Gre- 1234.

*) *In marg. duae manus implexae sub corona et anulo depictae sunt* 1.

**) Dominus Rogerus de Wendovre prior aliquando de Belvero hucusque cronica sua digessit. Incipit frater Matheus Parisiensis *manu saec. XIII. med. in marg.* 1; *des.* 2, *ubi tamen iam supra, a.* 1234. *ad calcem f.* 252, *fere eadem leguntur:* D. R. de Wendovre *[hoc verbum expunctum est]* de Wendovre p. a. de Belwair h. c. sua hec dig. Inc. f. M. P.; *cf. supra p.* 10. 73.

a) pr. r. *des.* 2. b) In — Henricus *ad calcem pag. soc. Math.* 1. c) igitur 2. d) pro c. *des.* 2. e) *deest* 2. f) f. s. *des.* 2. g) I. *sub linea add. corrector* 1. h) *sic* 1; plurimis *Luard.* i) *sic* 1. k) curre poeta *Ovid.* l) Eodem — numeravit *ad calcem pag. soc. Math.* 1; *in medio cap. praeced.* 2. m) de car. *des.* 2. n) imprit. 1.

1) Ottoni duci Bavariae autumno a. 1235, qui Henrico (VII) inde ab a. 1231. restiterat. 2) *Thori* Wendov.; laudes de corpore dictas in mentem vertit Matheus. 3) Aug. 15. 4) Haec veritatem excedunt; cf. nomina principum ap. Ficker p. 416. 5) Harum rerum auctorem Henricum III. fuisse, cogitat Luard III, p. XIV; equidem potius aut a Ricardo postea rege Romanorum inter alia de sorore (cf. infra a. 1241) haec nostro narrata esse aut Iohannem de S. Egidio, Roberti Grossetesté medicum (V, p. 400. 705), haec putarim retulisse. 6) Cf. de hoc famoso theologo Nic. Trivet. a. 1212. 1249. 7) Error; hic postea natus est; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' II, p. 143. 8) Scil. VIII; cf. infra a. 1242. 9) Blancae. 10) Cf. infra papae bullam de imperatore deposito a. 1245. datam, ed. Luard IV, p. 453. 11) Adversarii Friderici II. contendebant, imperatricem in carcere detentam esse; cf. Schirrmacher IV, p. 137. 491. Certe tamen initio matrimonii in imperatoris aula affuit; cf. Ficker nr. 2099b. 2107a. 12) A. 1234, Sept. 5; cf. Potthast nr. 9693.

1234. gorius papa nonus videns decretalium tediosam prolixitatem, sub quodam conpendio eas eleganter abreviatas[a] et collectas sollenniter et autentice per tocius mundi latitudinem legi precepit et divulgari. Illas autem ab auctore ipsarum Gregorianas appellamus, sic incipientes: *Rex pacificus* etc. In quibus quedam innovavit, ne scilicet illegitimi[b] prelatias vel ecclesiastica beneficia, nisi adepta a sede Romana legitimacionis dispensatione, optineant; sciens, inde curie Romane pro impetracione tali multa emolumenta provenire sicut ex statuto Innocencii pro dispensacione plurium[c] beneficiorum optinendorum.

1235. De peste Caursinorum. . . . Quomodo curia Romana Caursinis favit. . . .

De insolentia Minorum[1]. . . . Erant enim magnatum consiliatores et nuncii, etiam domini pape secretarii, nimis in hoc gratiam sibi secularem comparantes. Aliqui tamen in curia Romana contradictores invenientes, obviis rationibus refrenati, confusi recesserunt, dicente eis torvo vultu summo pontifice: 'Quid est hoc, fratres? Quo prorumpitis? Nonne professi estis paupertatem spontaneam?' . . . . . .

Et eodem tempore misit dominus imperator in signum dileccionis continuande regi unum camelum.

Quod rex Henricus III. in uxorem duxit Alienoram, filiam Reimundi
1235. Dec. 25. comitis Provincie[2]. Anno Domini 1236, qui est annus regis Henrici III. 20, tenuit idem rex curiam suam ad natale Domini apud Wintoniam, ubi cum gaudio festa natalicia celebravit. Expectabat autem ardenti desiderio suorum adventum nunciorum. Solennes enim nuncios viros prudentes in Provinciam ad Reimundum comitem eiusdem Provincie cum literis precordiale consilium suum continentibus de matrimonio contrahendo cum filia sua Alienora destinavit. Erat autem ille predictus comes vir illustris et in armis strenuus; sed [per[d]] prelia continua fere quicquid habuit ex erario ventilavit. Duxerat autem idem comes in uxorem filiam comitis Sabaldie Thome iam[3] mortui, sororem comitis Sabaldie adhuc viventis Amidei[4], mire pulchritudinis mulierem, nomine Beatricis. Que ex viro suo predicto comite Reimundo[e] prolem suscepit decoris expectabilis filias, quarum primogenitam rex Francorum Lodowicus matrimonio sibi copulavit nomine[f] Margaretam, hec omnia nunciante Iohanne[g] de Gatesdene[5] clerico. Unde et consequenter natu minorem virginem speciei venustissime iamque duodennem rex Anglorum in uxorem sibi dari per predictos nuncios postulaverat. Et ad hunc[h] favorem exequendum premiserat Ricardum priorem de Hurle[6] secrete, qui negocium fideliter et diligenter cum effectu prosequebatur. Quod postquam regi rediens intimaverat, remisit rex alios nuncios simul cum eodem priore, scilicet Hugonem Elyensem et Radulphum[i] Herefordensem episcopos et fratrem Robertum de Sanfordia, magistrum milicie Templi, ad comitem prenominatum. Qui ad eum in Provinciam profecti, cum summo honore et reverencia sunt recepti et filiam eiusdem, scilicet Alienoram, regi Anglorum matrimonio associandam de manu eius susceperunt, sub ducatu tamen domni Willelmi electi Valencie, avunculi eiusdem puelle, viri preclari et elegantis, comitis[k] quoque Campanie[7], regis Anglie consanguinei, adducendam[8]. . . . . . .

1236. De quodam nuncio imperatoris[9]. Consummato autem cum gaudio nuptiali convivio, rex recedens a Londoniis venit Meretonam[10], ut ibi revocati magnates, audito recenti imperatoris mandato[11], una cum rege de regni negociis contrectarent. Nuncii enim ab imperatore directi ad regem venientes eidem mandata cum literis detulerunt, ut scilicet

a) *sic* 1. b) in *add.* 1. c) plurimorum *Luard.* d) *suppl. edd.* e) R. 1. f) nom. — clerico *in marg. Math.* 1. g) I. de Gatesd' 1. h) li (hoc) 1. i) R., *supra linea add.* ob' (*id est* Robertum) 1; R. 2. k) comitis — consanguinei *in marg.* 1.

1) Veterum ordinum monachis curam animarum demunt. 2) Hoc quoque matrimonium amicitiam inter Henricum III. et imperatorem contractam firmare potuit; Raimundus enim tunc, a. 1235 ex., *ab imperatore ad gradum militie est provectus;* Chron. reg. Colon.; cf. Ficker nr. 2126b; similem favorem imperator Amadeo de Sabaudia promisit, ib. nr. 2179. 3) A. 1233; bona et homines filii eius se protecturum esse, Henricus III. a. 1232. Apr. 20. comiti promiserat (Rymer I, p. 263); [eidem?] comitis filio ecclesiam de Cumba se contulisse scripsit Pandulfus legatus Huberto iusticiario [a. 1220] Ian. 24. ap. Shirley, 'Royal letters' I, p. 77. 4) Cf. epist. Henrici III. neptem eius ducturi Amadeo a. 1235, Iun. 22. datam ap. Rymer I, p. 217. 5) Haec paulo amplius in Hist. Anglorum narrantur. 6) Hurley in com. Berks, cella Westmonasterii. 7) Theobaldi. 8) Alienorae iter nuptiasque omisimus. 9) Rex imperatori tunc (vel a. 1237; cf. Ficker nr. 2160) scripsit, se non quidem Ricardum fratrem, sed ad *colloquium inter eos et regem Franciae habendum* nuncios ei missurum esse; Shirley I, p. 475. 10) Sequuntur *statuta Henrici III. apud Meretonam* Ian. 23. 11) Non exstat; cf. Ficker nr. 2136.

dominus rex fratrem suum Ricardum comitem Cornubie ad ipsum imperatorem mittere non 1236.
differret, ut ipse, cuius circumspectam prudenciam fama late predicaverat, super regem Francorum militaret; quia dominus imperator in adiutorium illius omnes vires imperiales adhiberet, et hoc adeo habundanter, quod rex Anglorum non tantum iura sua transmarina recuperaret, sed, restauratis omnibus, fines pristinos undique dilataret. Audiens autem rex, simul et magnates ibi congregati, prehabita deliberacione, responderunt[1], quod[2] non esset tutum neque consultum, tam tenellum etate extra regnum mittere et dubiis casibus guerre ac periculis exponere, cum unicus et manifestus heres regis et regni conprobetur, et spes omnium in eius sinu post regem reponatur. Rex enim, quamvis uxoratus, liberis caret, et uxor eius regina, utpote iuvencula, utrum sit fecunda an sterilis, ignoratur. Sed si placeret excellencie imperiali alium quem vellet eligere strenuum ac nobilem de maioribus regni ad hoc vocare, mandatis eius obtemperantes, rex et omnes amici et subiecti eius quicquid possent adiutorii effundere non dissimularent. Nuncii autem hec audientes, ad dominum suum redierunt, audita relaturi. . . . . . .

De heretica pravitate Paterinorum vel Bugarorum. Circa dies autem illos invaluit heretica perversitas, eorum scilicet qui vulgariter dicuntur Paterini et Bugares, in partibus Transalpinis — de quorum erroribus malo tacere quam loqui —, adeo quod fidei puritatem in finibus Francie et Flandrie[3] ausi sunt perturbando violare. Sed diligenti ministerio et indefessa predicacione Minorum et Predicatorum et theologorum, precipue fratris Roberti de ordine Predicatorum, qui[a] cognomento Bugre dicebatur, quia ab illo conversus habitum suscepit Predicatoris, qui malleus hereticorum dicebatur, confusa est eorum supersticio, et[b] error deprehensus. Quam plures autem ex utroque sexu ad fidem converti refutantes fecit incendio conflagrari, ita quod infra duos vel tres menses circiter quinquaginta fecit incendi vel vivos sepeliri.

Multiplicantur ira et iniurie inter imperatorem et Italicos. Incanduit autem circa idem tempus ira imperatoris contra Italicos[4], adeo quod ex diuturno incremento et ex utraque parte iniuriarum additamento ira in odium versa est inexorabile. Conquestus est igitur graviter de eorum insolencia domino pape[5], dicens et asserens, quod superbia eorum qui eum oderunt ascendebat semper; et quod diligenter procuraret dominus papa, adhibita tota curia Romana vigilanti diligencia, ut pax honorabilis inter eos reformetur, vel efficax impendat papa adiutorium, ut eos in brachio extento domitos evincat et sue debite subdat dicioni, sicut idem papa desiderat adiutorium ab[c] ipso imperatore sibi impendi, si ecclesia auxilio suo forte indiguerit; unde ecclesia Romana sollicitudine et angustiis nimis artabatur. De Mediolanensi autem civitate gravius conquestus est imperator, que nutrix ac tutrix fuit hereticorum et toti imperio rebellium; ad quam expugnandam eodem anno innumerabilem excercitum congregavit. Filium autem suum Henricum, de prodicione adversum[d] patrem suum graviter acusatum[e], in carcere artissimo et vinculis detinebat.

De quodam colloquio habito apud Londonias. Eodem quoque anno 4. Kal. Apr. 28.
Maii congregati sunt magnates Anglie Londoniis ad colloquium, de negociis regni tractaturi. Admirabantur autem multi, quod rex nimis et plus quam deceret secutus est electum Valencie, spretis, ut eis videbatur, suis hominibus naturalibus. . . . . . .

De quodam nuncio[6] imperatoris. Necnon sub eisdem temporibus dominus imperator ad regem nuncios suos destinavit, pecuniam[7] non minimam, quam ei cum sorore sua rex promiserat, exigentes. . . . . . .

Anno quoque eodem Genevenses[8], auxilio freti Pisanorum et Marsiliensium necnon et regis Arragunnie, civitatem Hyspanie nobilissimam Cepte[9] dictam subito invaserunt[10]. . . . . . .

a) qui — Predicatoris *in marg.* 1. b) eorum *add.* 2. c) *ita* 2; ad 1. d) adversus 2. e) *sic* 1.

1) *Venientem ad nos Henricum de Aeps* (*Aeys* Rymer; Aquis? Huillard IV, p. 809) *imperialis aulae marescallum nuntium vestrum recepimus; Galterum* [de Ocra] *clericum vestrum adhuc retinuimus*, respondit rex Febr. 24, ap. Shirley II, p. 9. 2) Altera epistola, ap. Shirley l. l., prorsus aliae causae, quare Ricardus imperatori non mittatur, proferuntur. 3) Velut Cameraci et apud Valencianas; cf. Albric., SS. XXIII, p. 937. 940; Phil. Mousket, SS. XXVI, p. 804 sq. 4) De Lombardis debellandis scripsit Henricus III. imperatori, papae, cardinalibus; ap. Rymer I, p. 228 sq. 5) Ficker nr. 2107. d. a. 1235, Aug. 24. dici videtur. 6) Cf. salvum conductum Walteri de Ocra ap. Rymer I, p. 227. 7) De dote Isabellae solvenda cf. Henrici III. litteras ib. p. 226. 223. 232. 8) Haec aliter narrat Barthol. Ian., SS. XVIII, p. 184. 9) Ceuta in Africa. 10) Quae sequuntur imperium non tangunt.

1236. **De quibusdam magnatibus crucesignatis.** Sub eodem tempore comes Ricardus[1], frater domini regis, comes quoque Gilebertus[a] Marescallus, comes quoque Iohannes[b] Cestrensis, qui et Lincolniensis[2], comes Saresberiensis[3], Galfridus[c] de Lucy, frater eius, Ricardus Sivard et multi alii nobiles crucem assumpserunt. Et extunc comes Ricardus nemora sua succidi precepit et vendundari et ex aliis quibuscunque potuit abradere thesaurum in peregrinacionis sue sustentacionem coadunavit. . . . . .

**De quodam xenio imperatoris.** Eodem quoque tempore dominus imperator

Iul. 11. [misit[d]] regi Anglorum nobile xenium circa festum translationis sancti Benedicti, videlicet 18 equos preciosos et 3 mulos oloserieis et aliis preciosis donariis oneratos, et fratri regis comiti Ricardo equos aliquot preciosos et nobiles cum aliis rebus desiderabilibus. . . . . .

**De sollempni predicacione crucis.** . . Et postea misit dominus papa in Angliam fratrem Thomam Templarium, familiarem suum, cum autentico suo, ut quos vellet et prout expedire videret crucesignatos, accepta pecunia, quam se dicebat utilius ad promocionem Terre Sancte expensurum, a voto peregrinacionis absolveret. . . . Set hec omnia auditores suspectos reddiderunt[e]. Dicebant namque: 'Ecquis dispensator noster fidelis erit'? Sicque factum est, quod dominus papa, concepta indignacione adversus populum[4], movit guerram, nummos extorquens, collegit decimam ex omnibus regionibus et infinitam pecuniam adunavit, ut ecclesiam defenderet. Sed cito pace composita, facti sunt papa et imperator amici, sed nunquam pecunia fuerat restituta. Et sic diatim multorum devocio fidesque titubavit plurimorum.

Impertinens usque huc ⌒+⌒'. **De preparacione domini imperatoris, ut expugnaret Italiam.** Sub eodem tempore dominus papa imperatorem literis commonitoriis inhibuit[5] diligenter, ne Italiam hostiliter intraret. Convocaverat[6] enim imperator tempore estivali omnes quas poterat vires imperiales, ut Italicos insolentes expugnaret, precipue Mediolanenses. Erat enim civitas illa omnium hereticorum, Paterinorum, Luciferanorum, Publicanorum, Albigensium, usurariorum refugium et receptaculum. Videbatur enim domino imperatori inconsultum, Terre Sancte per presentiam sui et excercitus Dei tam populosi succurrere et post terga falsos relinquere christianos, quolibet[g] Sarraceno deteriores. Mirabatur[7] insuper supra modum, quod in aliquo erat dominus papa Mediolanensibus favorabilis vel videretur in aliquo illis prestare patrocinium, cum deceat illum esse patrem piorum et malleum impiorum. Tamen ob reverentiam tanti patris respondit dominus imperator domino pape modeste ac prudenter in hunc modum:

**Responsio[8] imperatoris ad papam.** *Italia hereditas mea est, et hoc notum est toti orbi. Hanelare ad aliena et propria relinquere ambiciosum esset et enorme, presertim cum Italicorum, precipue Mediolanensium, me iniuriis lacessivit insolentia, in nullo mihi debitam* Alia responsio. *exhibens reverentiam. Preterea christianus sum, et qualiscunque servus indignus Christi, accinctus ad crucis inimicos debellandos. Cum igitur tot hereses non tantum pullulent, immo silvescant in Italia, et iam zizania segetes incipiant suffocare per civitates Italicas, precipue Mediolanensium, transire ad Sarracenos hostiliter expugnandos et illos incorrectos pertransire esset vulnus infixo ferro fomentis superficialibus delinire et cicatricem defor-* Alia responsio. *mem, non medelam, procurare. Item solus sum et homo sum, nec ad tantum laborem sufficio, ut inimicos crucis sine magno comitatu adeam debellaturus, incredulos, qui* Alia responsio. *tot sunt et tam fortes, expugnando. Iterum, cum sine thesauris magnis ad tam arduum negocium consurgere[g] per me non sufficiam, opes eiusdem terre in opem et ulcionem Crucifixi convertere destinavi. Habundat equidem Italia armis[h], equis et opibus; hoc terra novit universa.*

a) G. 1. b) I. 1. c) G. 1. d) *ex Hist. Angl. suppl. Luard.* e) redd'unt 1. f) *v. infra p.* 136, *l.* 3. g) *in marg. corr.* 1. h) et *add.* 2.

1) De Ricardo a Friderico II. invitato et salvo conductu cf. Rymer I, p. 228. 2) Iohannes successit avunculo Ranulfo comiti Cestriae et Lincolniae in Cestria sola; sed ut patris haeres etiam comes Huntingdoniensis erat. 3) Willelmus filius Willelmi Longae-spatae. 4) Id est laicos sive imperatorem. 5) Potthast nr. 10124. 6) Cf. Ficker nr. 2153 a. 7) Haec ex imperatoris epistola (Ficker nr. 2160) hausta videntur, cuius fragmentum noster minus recte a. 1239. inserit, quae integra ap. Huillard IV, p. 879. exstat, ubi imperator se *cum adiectione cuiusdam admirationis litteris apostolicis* respondere dixit. 8) 'Fragmentum ni forte figmentum' Ficker nr. 2159. fortasse ex literis tunc et a. 1239. ab imperatore datis Ficker nr. 2160. 2431, quas noster ipse infra offert. — 'Compendium cui nihil sinceritatis insolita forma detrahit' Huillard IV, p. 881.

**Quomodo ingressus est imperator Italiam, ut Mediolanum[a] occuparet.** 1236.

Audiens igitur dominus papa tam profundi pectoris sermones, ne videretur esse[b] hiis rationibus irrefragabilibus contrarius, cum simultate consensit[1]. Et ut montes transiens in Italiam secundum propositum suum intraret, spopondit dominus papa ei secundum posse suum in omnibus neccessitatibus paternum indubitanter prestare patrocinium. Hiis igitur magis animatus imperator, adunato qualem effundere potuit[c] excercitu per[b] edictum imperiale, intravit Italiam[2] milite stipatus copioso. Cuius impetum horribilem cum Mediolanenses non sine causa formidarent, miserunt ad dominum papam, ab eo consilium et auxilium efficax postulantes. Ipse autem, cum multa ei daretur pecunia, et plus promitteretur, misit Mediolanensibus iuvamen multum et consolamen[3] in imperatoris detrimentum; quod tamen multis videbatur incredibile, immo pocius inopinabile, ut in tanta talique neccessitate pater in victricum verteretur. Exeuntes[4] igitur cives in multitudine gravi, circiter ad quinquaginta milia armatorum, obviam imperatori cum standardo suo, quod carrucam[d] vel carrochium apellant[e], indubitanter perexerunt[e], nunciantes[f] se contra eum bellaturos. Venerat autem eodem tempore quidam miles de regno Anglie nuncius domini regis Anglorum ad dominum imperatorem, Baldewinus de Vair[g] dictus, secreta negocia tam imperatorem quam regem dominum suum contingentia[h] tractaturus, qui super hiis omnibus diligentes auditores postea reddidit dòcciores. Cum autem audisset imperator, Mediolanenses in tantam audaciam prorupisse, ut levarent contra eum calcaneum, statim eos pronosticabat hunc ausum ex alio quam proprio fulcimine concepisse. Et librato inter magnates suos arduo consilio, acclamatum est, ut omnes universaliter ab imo ad maximum, qui ex parte imperatoris erant, sine mora ad arma convolarent et vulgo Mediolanensium, quod, quasi mures (cf. Iudith 14, 12.) exeuntes de cavernis, dominum suum ausum est ad bella provocare et vires experiri[i] imperiales, hostiliter obviarent. Quod cum notum esset Mediolanensibus, restiterunt paulisper. Et unus[5] de senioribus civibus, ad cuius iudicium omnium pendebat sentencia, ordinatis ad modum corone circumstantibus, ait: 'Audite, cives eximii! Adest imperator in manu fortissima et excercitu copioso, qui, ut notum est toti mundo, dominus noster est. Et si fiat hec lamentabilis congressio, dampnum inde eveniet irrestaurabile; in qua si vincamus, probrosam necnon et cruentam victoriam de domino nostro invaso reportabimus. Si vincamur, delebit nomen nostrum et nostrorum et civitatis nostre in eternum, et erimus in obprobrium omni nascioni. Cum sit igitur omni casu contingente inhonestum et anceps ulterius hostiliter progredi, consilium sanum iudico in nostram regredi civitatem. In qua si nos voluerit violenter impetere, licebit vim vi repellere. Et si tunc Dominus nobis concesserit vel pacem componere vel eum a finibus in manu forti remocius arcere, salvabitur urbs nostra et fama manebit inviolata'. Quod cum adquiescentes fecissent, gratum fuit in oculis imperatoris. Et ne videretur timiditas aut formidolositas, insecutus est eos imperator, parans obsidionem[6]. Et dum hec agerentur[7], procurantibus vel Romana ecclesia vel inimicis imperii, mota est sedicio intestina in finibus[k] Alemannie a duce Austrie. Ad quam sedandam tam litere quam nuncii festinantes, tam arduum negocium explicantes, ipsum imperatorem urgenter revocabant. Obsidione igitur, quam iam paraverat, soluta[8], rediit in Alemanniam[9]. Mediolanenses[10] autem, hoc audito, quedam castella, que imperator ceperat, et homines suos, quos in eisdem custodiendis posuerat, violenter occuparunt, militibus imperialibus et servientibus, quos intus invenerant, trucidatis. Quod cum audiret imperator, iratus, nec immerito, totam in auctorem huius mali iustam refudit indignacionem. Et ducem Austrie insequendo, illum honore, terris, castellis et civitatibus, vix vita remanente,

a) Medilañ 1. b) *Math. inter lineas* 1. c) in *add.* 2. d) carrucam vel *des.* 2; vel carrochium *supra linea add. Math.* 1. e) *sic* 1. f) nunciates 1. g) Wayr 2. h) contingintia 1. i) expiriri 1. k) sinibus, *add. inter lineas* vel fi[nibus] 1; finibus 2.

1) 'Fortasse Gregorii IX. bulla d. d. Iun. 10. dicitur' Ficker l. l. 2) Aug. med. 3) Recte noster, papam Lombardis clam favisse, perspexit. 4) De his quae hinc de expeditione Italica autumni a. 1236. minus accurate narrantur vide Winkelmann, 'Friedrich II.' II, p. 35. Proelium tunc neutra pars petiit. 5) Haec alibi non narrata fortasse ex rumore de cardinalibus imperatorem Lombardis reconciliare conatis vel de rebus m. Nov. a. 1237 (Ficker nr. 2289b) gestis noster composuit. 6) Error; fortasse de Mantua m. Sept. frustra obsessa noster aliquid comperit. 7) Iam a. 1236. med. Fridericus dux Austriae ut rebellis proscriptus erat; cf. Ficker nr. 2089e. 2174a. 2184. 8) Error. 9) M. Dec. a. 1236: *ad conterendam protervium Frederici redivimus* Ficker nr. 2270. 10) Hi iterum cum Mantuanis confusi videntur, qui tunc Mercariam ceperant; cf. Winkelmann l. l. p. 60.

1237. spoliavit[1]; ut iam tunc videretur impleta vindicta pro peccato in regem Ricardum perpetrato, dum a Terra Sancta rediret, dicente propheta, qui[a] quamvis sero scelera Deus vin-
Exod. 20, 5. dicat truculenter, *qui visitat peccata patrum in terciam et quartam generacionem.*

1236. Sept. 29. Eodem anno, circa festum sancti Michaelis rediit dominus Baldewinus de Vair miles, vir quidem discretus, fidelis et facundus, qui regi Anglorum nuncium retulit imperiale et super predictis auditores testimonio reddidit cerciores. Et circa idem tempus venit Petrus[b] Wintoniensis episcopus de partibus transmarinis, viribus corporeis, ingruente infirmitate, destitutus. . . . . . .

Anno Domini 1237. . . . Magnates regiis preceptis[2] continuo paruerunt, credentes se
1237. Ian. 13. vel imperialia vel alia ardua negocia provisuros. Venit igitur die sancti Hylarii Londonias in-
Vacat[c], non quia falsum, sed provocans. finita nobilium multitudo. . . . Quod[c] cum rex audisset, cupiens murmur hoc sedare generale, pollicebatur sub iureiurando, se nunquam amplius nobiles regni iniuriando lacessere vel molestare, dummodo[d] sibi ad presens tricesima pars mobilium Anglie benigne concessa solveretur, quia paulo ante multa pecunia, quam imperatori miserat, suum thesaurum in magna parte, ut asseruit, pro matrimonio sororis sue et iterum in proprio mutilaverat[3]. Ad quod non tacite responsum fuit, quod hec omnia sine consilio fidelium suorum fecerat, nec debuerant esse pene participes qui fuerant a culpa immunes. . . . Concessa est igitur . . . regi ea vice tricesima regni[e] pars, omnium scilicet mobilium. . . . . . .

Quomodo comes Glovernie Ricardus sibi Margaretam, filiam comitis Cantie[4], sibi[f] matrimonio copulavit. . . . Proposuerat enim rex eundem iuvenem, scilicet comitem Glovernie, cum comitatu et honore eius toto cuidam proxime[g] consanguinitate Willelmo electo Valentie, de Provincia nato, maritali federe, ut[h] dicebatur, sociasse. . . . . . .

Eodemque[i] anno, procurante domino imperatore Fretherico, creatus est alter[5] senator Rome, ut duorum senatorum prudentia et fortitudine duplicata Romanorum insolencia comprimeretur, et consiliis tucius pacificata Urbs liberiusque regeretur.

De insolentia Grecorum contra Romanam ecclesiam et suum imperatorem[6]. . . . . . .

Quod dominus papa vocavit ad consilium suum comitem Britannie[7]. Eodemque tempore dominus papa vocavit comitem Britannie ad consilium suum, multis super hoc admirantibus, quod hominem tali nota prodicionis[8] multiformis infamem ad sua ardua negocia vocaverat contrectanda. Elegerat autem eundem comitem et preelegerat in guerra peritissimum, in armis strenuum, genere preclarum, tam navali quam campestri crebrius commisso certamine expertum, ut eidem regimen et ducatum excercitus christiani necnon et thesaurum in viaticis crucesignatorum fiducialiter committeret expendendum. . . . . . .

Quomodo electus Valencie Willelmus[k] recessit cito rediens. Illis quoque diebus Willelmus electus Valentie, cui rex tocius consilii[l] sui habenas commiserat, videns, quod non immerito magnates terre magnam super hoc indignacionem conceperant, versus patriam suam iter maturavit. Terras vero suas et predia que sibi rex iam dederat opulentissima sub titulo pignoris in manu Aaron Iudei Eboracensis commisit, mutuo ab eodem recipiendo nongentas marcas novorum esterlingorum numeratas. Summariis igitur cum plenis clitellis auro et argento et diversis regalibus utensilibus, mannis insuper concupiscibilibus quam plurimis cum aliquibus equis preciosis dispositis, versus Doveram iter rege
Vacat. dirigit conducente. Sic sicque versute elaboratum est, ut rex, relicto magnifici imperatoris regisque Francorum providi, qui uxoribus suis vel earum consanguineis vel compatriotis terga calcanda non submittunt, exemplo, expers thesauri et penitus attenuatus, regnum suum factus egenus undique permittat lacerare et factus uxorius terram propriam undecunque nacta permittat occasione macerare, alienigenas vero, nunc Pictavenses, nunc Alemannos, nunc Provinciales, nunc Romanos, bonis terre in regni perniciem saginari. Venit igitur predictus Willelmus Valentie electus in regnum Francorum, ubi, rege salutato et visitata regina

a) *sic codd.; omissum in edd. prioribus;* quia *emendat Luard.* b) P. 1. c) *haec* — immunes *des.* 2. d) dummodo — solveretur *in marg.* 1. e) *deest* 2. f) *sic bis scr. codd.* g) proximo 1. h) ut d. *in marg.* 1. i) Eodemque — regeretur *in marg.* 1. k) W. 1. l) regni, *sed expunct. et* cons. sui *supra linea suppl.* 1.

1) Cf. Winkelmann l. l. p. 51. 2) Ut ad parliamentum convenirent. 3) Iun. 26. rex mandavit, *quod nunciis imperatoris* 10000 *marc. ad perficiendam ultimam pacationem pro maritagio imperatricis* solverentur; Rymer I, p. 232. 4) Huberti. 5) Iohannes Cencios; ei alterum Iohannem de Poli ab adversariis electum cessisse (Ric. de S. Germ., SS. XIX, p. 375), noster ignoravit. 6) Balduinum II. 7) Petrum, qui tunc comitatum Iohanni filio tradidit, ut in Graeciam iret, rogavit Potthast nr. 10499. 8) In Ludovicum IX.

sorore[1] sua, sine mora in pace dimissus et, ut recederet, est immunis licenciatus; distributis 1237. igitur et in partes Provinciales transmissis que ab Anglia tulerat, equis nonnullis inpreciabili thesauro oneratis, vacuus rediit et iterato macilentus. Cui rex occurrens, in oscula ruit et amplexus cum applausu multiplicatos. . . . . . .

Vacat. Quam miserabilis facta est Anglia eo tempore. . . . Cotidie vilissime persone et illiterate bullis Romanis[2] armate, in minas statim erumpentes, reditus a piis patribus in victus religiosorum et sustentacionem[a] pauperum et hospitalitatem peregrinorum collatos[b], spretis privilegiis a sanctis nostris antecessoribus indultis, diripere non formidarunt. . . . Abiecte persone, moribus vacui, versucia pleni, procuratores et firmarii Romanorum, quicquid preciosum in terra fuit et utile abradentes, dominis suis in remotas[c] terras deliciose ex patrimonio Crucifixi viventibus et ex alieno superbientibus transmiserunt[3]. . . . . . .

De morte illustrissimi regis Iohannis de Bresne et fratris Iordanis Predicatorum prioris. Ipso quoque anno sublatus est de medio immortalis memorie inclitus quondam rex Ierusalem Iohannes de Bresne, iam pene culmen Grecorum nactus imperiale; qui beatam ac tranquillam in bonis vitam diebus terminasset, si non Phrethericum magnum Alemannorum imperatorem sibi inimicum procurasset. Frater quoque Ior- Frater Iordanus obiit. danus, prior fratrum Predicatorum, in confinio hiemis et veris[4], dum australium barbarorum, ut vir eximie sanctitatis et predicator egregius, fines navigando peragraret, ut eos predicando Deo lucrifaceret, suborta submersus est tempestate. Elaborantibus tamen aliquibus naufragorum, quos casus a discrimine mortis eripuit, procuratum est, licet cum labore et periculo, quod corpus ad terram est delatum et honorabili, ut decuit, traditum sepulture. Sepelientes vero sanctum corpusculum tam de vestimentis quam corpore miram ascendisse sensere fragrantiam, ita quod odor aromaticus manus eorum diu permanens affecisset. Et circa idem tempus[5] canonizatus est et cathalogo sancto- 1234. rum annumeratus sanctus Dominicus, frater de ordine Predicatorum.

De morte Ricardi Dunelmensis episcopi. Circa idem quoque tempus, scilicet 17. Kal. Maii, obiit pie memorie Ricardus II. episcopus Dunelmensis, vir eximie 1237. Apr. 15. sanctitatis et profunde scientie[6]; qui cum tres ecclesias episcopales strenue rexisset, scilicet Cicestrensem, Saresbiriensem, demum Dunelmensem, cui feliciter prefuit, ab inestimabili debito, quo Ricardus I. de Marisco, eius predecessor, obligaverat, liberavit. . . . . . .

Quomodo imperator Fretherieus reversus est ab Italia impeditus a proposito. Eisdem temporibus[7] dominus imperator Fretherieus, videns, quia malicia invidorum eum ab incepto proposito revocarunt[d] in Alemanniam, et quod ad obprobrium[e] suum, soluta obsidione, a civitate Mediolanensi oportuit recedere, inquisivit, qui hoc illi impedimentum procurarunt. Et comperto, quod dux Austrie, moto bello intestino in Alemannia, et[d] quod ipse causa esset, quod impediretur a suo proposito, hostili impetu irruit in eum et terris et honoribus et thesauris eundem spoliavit.

Quomodo imperator vocavit omnes magnates christianitatis[8]. Eodem vero anno dominus imperator Frethericus vocavit[9] per sollempnes nuncios et literas imperiales omnes principes magnos orbis christianos, ut omnes in nativitate sancti Iohannis Iun. 24. baptiste apud Vauculur, que satis in confinio vel prope confinium imperii et regni Francorum sita est, convenirent, de negociis arduis tam imperium quam alia regna contingentibus tractaturi. Ad quod colloquium quasi suspectum dum rex Francorum[10] congregato[f] innumerabili excercitu[g] illuc advenire properaret, ad locum scilicet et terminum omnibus prefixum, terribile nimis et perniciosum aliis exemplum prebuit, dum ad pacis tractatum quasi ad expugnandos inimicos cum armatis legionibus adveniret. Rex autem Anglie, cum de adventu suo in propria persona se rationabilibus[h] excusasset, de primis regni sui in pacis

a) sustentacionum 1. b) collata 1. c) *deest* 2. d) *sic codd.* e) opbriū 1. f) congrego 1. g) excertu 1. h) causis *suppl. videtur.*

1) Potius nepte. 2) A. 1237, Dec. 11. Gregorius IX. Henricum III. rogavit, ut Theodino, filio Oddonis Branchaleonis, ecclesia restitueretur; Potthast nr. 10488. 3) Similia saepe iterata de praebendariis Italicis non omnia recepi. 4) *Idus Febr.* Vinc. Bellov. XXX, 137, SS. R. Gall. XXI, p. 72, quocum noster communi fonte usus miraculum narravit. 5) A. 1234, Iul. 8; cf. Potthast nr. 9489. 6) Bononiae ius canonicum docuit; ei attribuitur *Ordo iudiciarius* (ed. Car. Witte 1853. 4°) scriptus inter a. 1196. et 1215; cuius codicem integrum Bruxellis a. 1884. inventum editurus est Twiss; cf. 'Academy' Oct. 18, p. 252. 7) Haec eodem modo minus accurato iam supra p. 135 sq. narrata sunt. 8) Quaedam addit noster Hist. Angl., quae v. infra. 9) Ficker nr. 2258a. 10) Cf. Fauriel, 'Saint Louis' I, p. 263.

1237. forma destinavit, scilicet comitem Cornubie Ricardum[1], fratrem suum, cum quibusdam aliis magnatibus idoneis ad tantum colloquium moderandum, sub ducatu venerabilis archiepiscopi Eboracensis[2] et episcopi Elyensis[3] et aliorum fide dignorum ad hoc electorum. Wintoniensis autem, licet ad hoc electus et preelectus fuerit, ire penitus recusavit, hanc sue excusacionis causam nec sine ratione pretendendo: 'Domine mi rex, coram domino imperatore de me nuper[4] gravem reposuistis querimoniam dicendo, quod regnum perturbavi simul cum regni magnatibus; si hoc iuste vel iniuste fecistis, Deus novit; ego autem in omnibus meam credo salvasse conscienciam. Si autem nunc verbum vestrum in ore meo et literis vestris confidenter positum me familiarem vestrum et fidelem asseruerit, cum aliquando contrarium fuerit, tam vos quam me de instabilitate redarguet; et hoc famam vestram nimium, quod absit, denigraret. Iccirco, quia vestrum dedecus ibi manifestum est, nullatenus ibo'. Et hec responsio[a] in conspectu multorum satis eum excusavit. Cum autem, omnibus paratis, ad iter illud accingerentur, preparati transfretare, ecce in obviam apparuerunt apices imperatoris, scilicet quod tunc non potuit progredi quod proposuerat; set in sequenti anno, scilicet ad nativitatem sancti Iohannis, quod tunc non potuit, per Dei gratiam consummaretur. Et sic singuli, infecto proposito, ad propria remearunt. . . . . . .

De adventu Ottonis[b] legati[5] in Anglia. Eodem quoque anno, nesciebatur ad
Iun. 29. quid[6], circa festum apostolorum Petri et Pauli dominus Otto Sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis per mandatum domini regis venit legatus in Angliam, nescientibus regni magnatibus. Unde plures[7] adversus regem magnam conceperunt indignacionem. . . . . . .

Impertinens ad Anglorum Historiam usque huc ⌒+⌒.

De strage militum Templi circa partes Anthiochenas[8]. . . . Facta est autem ista congressio detestanda mense Iunio.

Theodoricus prior Hospitalis mittitur in succursum Terre Sancte. Hec autem audientes Templarii et Hospitalarii partes occidentales inhabitantes, accingunt se viriliter, sanguinem fraternum qui pro Christo effusus est ulcisci cupientes. Hospitalarii vero fratrem Theodoricum, priorem suum, nascione[c] Alemannum, militem elegantissimum[d], cum militia et familia stipendiaria et thesauro non minimo in succursum Terre Sancte destinarunt. Qui, dispositis disponendis, a Clerkenwelle, domo sua que est Londoniis, per medium civitatis, clipeis circiter triginta detectis, hastis elevatis et previo vexillo, versus pontem, ut ab omnibus videntibus benedictionem optinerent, perexerunt[c] eleganter. Fratres vero, inclinatis capitibus hinc et inde, capuciis depositis, se omnium precibus commendarunt.

Quomodo reversus est dominus imperator in Ytaliam in manu
Sept. 29. hostili. Eodem etiam anno circa festum sancti Michaelis[9] dominus imperator, cum sedasset sedicionem motam in Alemannia, et pacificatis ibi omnibus, intravit in manu forti et excercitu copioso Italiam, volens omnibus modis[e] multiformes iniurias sibi a civibus Mediolanensibus sepius irrogatas vindicare. Dum enim ipse paulo ante in Alemanniam regrederetur, cum mota perturbacio intestina[f], quam dux Austrie in propriam perdicionem excitaverat, agnoscentes id ipsi cives Mediolanenses, quasi ipsum imperatorem inexorabili odio[g] insequentes, suos, quos in castris Ytalicis iam adquisitis reliquerat, truculenter trucidarunt, imperialem indignacionem sibi diatim provocantes[10]. Et ne inobedientie posset redargui, ipsum dominum papam tam per cartas deprecatorias quam per sollempnes nuncios plures et pluries sollicitavit[h] humiliter deprecando, ut[11] ipse, qui erat caput ecclesie, eum iuvaret ad adquirendum potenter suam hereditatem et iniurias multiplices sibi a Mediolanensibus illatas iuste vindicandum et hereticam pravitatem ab omni infami civitate Ytalie extirpandam, presertim cum deceat ecclesiam Romanam omnium talium, etsi alii omnes tacerent, insolentiam refragari. Set dominus papa dissimulando, hoc audito, Romam perrexit[12], quasi fugiens a facie imperatoris, nolens vel impotens eidem subvenire. Romani

a) respon 1. b) O. 1. c) *sic* 1. d) elegantissum 1. e) *deest* 2. f) esset *suppl. edd.* g) exodio 2. h) sollitavit 1.

1) De Ricardo ad hoc colloquium mittendo scripsit Henricus III. ap. Rymer I, p. 228. 2) Walteri. 3) Hugonis. 4) A. 1235, Apr. 27, ap. Shirley I, p. 467. 5) De eo bene disseruit Weber, 'Verhältniss Englands zu Rom 1237—1241'. 6) Cf. Gregorii IX. bullam d. Febr. 12. 7) Scil. partes baronum; noster saepissime regem reprehendit, quod *se voluntati Romanorum et precipue legati, quem inconsultius advocaverat, mancipavit*; ed. Luard p. 412. etc. 8) Prope Darbassak. 9) Potius m. Sept. in. 10) Cf. Ann. Stad., SS. XVI, p. 363: *Placentini in contemptum imperatoris tres milites suspenderunt.* 11) Similia papae imperator scripsit a. 1236, m. Aug. et Sept. 20; Ficker nr. 2194. 2197; cf. supra p. 135. — 12) M. Octobri.

vero eum advenientem cum gaudio susceperunt, ne extunc, ut prius, egrederetur, sancientes[a, 1]. Senserant enim, se per absenciam suam iam decennalem[2] magnam pecunie iacturam incurrisse. 1237.

De bello commisso[3] inter imperatorem et Mediolanenses. Mediolanenses vero audientes domini imperatoris adventum, quem merito ad iracundiam provocaverant, omnibus modis quibus possunt se ad bellum prepararunt, turres annona, pharetras spiculis, inermes armis munientes. Et cum appropinquasset imperator cum excercitu suo copioso, qui numerum centum milium preter Sarracenos suos stipendiarios dicitur excessisse, et venisset ad unam dietam de civitate, cives in manu hostili fortissima cum omnibus sibi confederatis, dispositis aciebus, obviam imperatori imperterrite occurrerunt[4], tentoria, donec dies belli determinaretur, figentes cum suarum legionum multitudine, que ad sexaginta milia computabatur, et carrochium suum ubi robur excercitus esse videbatur statuentes. Quod videns dominus imperator, suos convocavit consiliarios, et animans eos verbis bellicis, ait: 'Ecce eminus ausi sunt apparere insolentes inimici nostri Mediolanenses, non veriti me dominum eorum ad bellum provocare, veritatis et ecclesie sancte inimici, quos proprii sceleris pondus labefactabit. Transite flumen!' — erat enim eis amnis, fluvius Olei dictus, intermedius, dividens utrumque excercitum — 'Erige igitur et expande, signifer meus impiger, victricem[5] aquilam meam; et educite gladios vestros formidabiles, milites mei, quos tociens hostium sanguine inebriastis, et impetite in furore vestro mures istos cf Iudith 14,12.
ausos exire de cavernis suis, ut hodie experiantur Romani imperatoris hastas fulgurantes!' Nec mora, Mediolanenses in excercitum imperialem irruentes[6], Sarracenos sibi primo oppositos alacriter suscipiunt in ore gladii et in brevis hore spacio trucidant prosternentes. Et procedunt cives, simili strage excercitum consertum sternere proponentes. Quod comperiens imperator, cum suis nobilibus, magnatibus, robustis et insuperabilibus, qui omnes vires effundendo glomeratim se hostibus infuderunt, impetum repressit insurgencium. Cives vero videntes rem agi pro capite, conceptum animum invicem exhortantes exercuerunt[b], vires viribus repellentes; et animosius congredientes, micantes gladios in corpora inimicorum immerserunt et initum certamen in cruentissimum bellum suscitarunt. Prosternuntur igitur hinc inde infiniti. Clamor congredientium bellatorum, gemitus morientium, tinnitus armorum, hynnitus[c] equorum, assessorum sese comprimentium vociferacio, ictuum fulgurantium frequens malleacio ipsum aera tumultibus repleverunt. Tandem post multa hinc inde cruenta certamina Mediolanenses non potentes amplius illo die pondus belli sustinere, regredientes sese in suam recepere civitatem, in crastino in id ipsum redire proponentes et domino imperatori significantes[7], ut summo mane fortunam belli diffinitive viriliter experirentur, et secundum voluntatem Domini excercituum vel ipsi cives vel adversarii eorum triumphali gaudio sine maioris more dispendio potirentur, nec torqueret amplius suspensos animos morosa protraccio. Imperator autem hec audiens, inito[d] consilio, maluit provide ac caute hostium furorem reprimere, quam inconsulte dubia fata martis ex abrupto continuando se suosque incertis casibus committere fatigatos. Facta est igitur multorum nobilium utrobique strages miseranda et a seculo deploranda. Mediolanenses vero in hoc casu deteriorem calculum reportarunt. Imperator enim tria milia de ipsis civibus nobilioribus cepit, de vulgaribus vero in ore gladii prostravit infinitos. Postea vero cepit trecentos nobiles in insidiis constitutos. Carrochium eorum cepit et potestatem[8], scilicet filium ducis Venetorum[9], qui maluit in prelio corruisse; aliosque magnates quam plures trucidavit. Episcopus[10] quoque eorum vel in prelio cecidit vel captus; certum nullum ex se apud nos reddidit relatorem. Extunc igitur dominus imperator in circuitu civitatis vias

a) *corr. in* sanccientes 1. b) exacuerunt *forte corr.* c) *sic* 1. d) inito 1.

1) 'Forsitan tale quid tunc decretum sit' Gregorovius V, p. 186. 2) Error; cf. supra p. 128. 3) Ad Curtem-novam, Nov. 27; multa, sed non omnia hic narrata ex epistola a Friderico II. Ricardo comiti missae (quam v. infra p. 140) sumta esse possunt, quam noster minus accurate adhibuit. 4) Imperator potius rebelles ad *campestris pugne discrimen attrahere* nequivit; epist. infra p. 140, l. 46; argute de proelio disseruit Meyer, 'Forsch. zur D. Gesch.' XIX, p. 77. 5) Ex epistola p. 141, l. 12. 6) Haec omnino minus accurate narrata sunt; recte singula quae aliis vivido colore depicta videbantur ut vana verba reiecit Schirrmacher III, p. 250. 7) Minime. 8) Petrum, de quo occiso v. infra a. 1241. 9) Iacobi Teupuli. 10) Willelmus archiepiscopus certe a. 1239 in. nec mortuus nec captivus erat; cf. Potthast nr. 10721; fortasse falsus rumor nostrum seduxit.

1237. et passagia districte iussit custodiri et accessus et recessus institorum et agricolarum appositis custodibus die ac nocte obstruxit; pontes confregit, itinera custodivit, ut sic debacantium hostium vires enervaret et feritatem edomaret. Cives vero contra Deum calcaneum cf. Ps. 77, 57. elevantes, versi sunt in arcum pravum et quasi desperantes et de Deo diffidentes, in ecclesiis Crucifixum per pedes suspendentes et carnes sextis feriis et in quadragesima comedentes; et multi per Italiam in eiusdem desperationis abissum demersi, convicìantes et blasfemantes, ecclesias sordibus, quas indignum est dicere, irreverenter macularunt, altaria magis polluentes, viros ecclesiasticos[a] expulerunt. Irruit igitur formido et pavor super civitates Italie. Et venerunt ex illis multi civium donaria preciosa offerentes et, ne simili calamitate involverentur, se suasque civitates mancipantes, dederunt dextras imperatori, 1238. Mart. 14. priorum exemplis humiliati[1]. Ita etiam factum est, quod infra medium quadragesime dominus imperator totam Ytaliam preter Bononiam et quatuor alias civitates[2], que non[b] habebant potestatem resistendi, in manu robusta occupavit. Universitas autem clericorum Bononiensium nimis sibi timuit, quia significaverat eis anno preterito imperator, ut in pace recederent, et obedire mandatis eius contempserunt. ⌒+⌒

1237. Vacat, quia offensa. Quomodo cum magna cordium amaritudine et quanta difficultate concessa fuerit regi tricesima et collecta[4]. . . . . . .

Vacat. Quomodo dominus rex adventum comitis de Provincia sicienter desideravit et pro ipso properanter misit. Rex interea comitem Provincie, patrem regine, precibus pulsavit multiplicibus, tam epistolis quam nunciis multiplicatis, ut ipse dignaretur soceri sui terram intrare et de thesauro suo partem secum rediturus asportare. Unde a multis credebatur, quod proinde extorsit rex tricesimam a terra sua, ut ei et talibus tribueretur. Comes vero, tactus[c] lucri amore, concito venit vocatus. Set antequam ad mare pervenisset, nullis Francorum est blandiciis vel donariis detentus, licet rex eorum primogenitam eius duxisset in uxorem; guerrae[d] motae[5] in partibus Provincialibus eundem comitem sub magna festinacione revocarunt. Quod audiens rex, festinanter misit ei mille marcas ad adquietanda viatica sua et faleras in regno Francorum comparandas. . . . . . .

Legatus avidam voluntatem intrandi Scociam[6] temperavit et latera regis sui, scilicet Anglie, sibi per omnia obedientis[e] non reliquit. Remansit autem[7] cum rege Scocie quidam Italicus, legati consanguineus[8], quem rex cingulo militari, terram etiam conferendo, ne penitus rebellis[9] videretur, nobilitavit. . . . . . .

Quomodo imperator scripserit Ricardo comiti Cornubie. Anno quoque eodem, instante dominice nativitatis termino, magnificus hostium suorum triumphator imperator Romanorum Frethericus, auro[10] sigillatos, ut moris habet, Ricardo comiti Cornubie, ut eum et alios per eum de triumpho sibi divinitus collato in Italia contra Mediolanenses, ut superius dictum est, redderet cerciores, apices imperiales sub hac forma destinavit[f]:

Dec. 4. Litere imperiales[11]. *Frethericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, R. comiti Cornubie, dilecto sororio suo, salutem et sinceram dilectionem. Quante[g] audacie quanteque temeritatis sint Ligurum excellentie nostre rebellium facciones, ad proximos experientia detulit et loci vicinitas, ac inveterate fama nequicie pertulit ad remotos. Nec latere te[h] credimus, quia nec mundus ignorat, tam longe dissimulacionis[i] nostre constantiam circa eos, ut tolerantia nostra verum paciencie nomen amitteret et viciose notam pusillanimitatis incurreret pro decore virtutis. Animadvertentes postmodum, quod ferro secanda sunt vulnera, que fomentorum non senciunt medicinam, necessario nos ad arma convertimus, dormientis[k] imperii sompnum excitantes. [Cum[l]] nec anno preterito nec presenti possemus rebelles nostros ad campestris pugne discrimen attrahere, ut de eis simul et*

a) ecclíast. 1. b) *sic codd.* c) *ita codd.*; tractus *edd.* d) guerra mota, *sed e utrique a alligat corrector* 1; guerram motam 2. e) obedienti 1. f) direxit 2. g) que *add.* 2. h) vos *Huill.* i) n. d. *Huill.* k) s. d. imp. *Huill.* l) *suppl. edd.*

1) Cf. Winkelmann II, p. 84 sq. 2) Scil. Mediolanum, Placentiam, Alexandriam, Brixiam, ib. p. 87; sed etiam Faventiam. 3) V. supra p. 138, l. 22. 4) Cf. supra p. 136; tricesimam rex *alienigenis exposuit asportandam*, scil. imperatori et Provincialibus. 5) Fortasse comitis Tolosani et Massiliae; cf. Potthast nr. 10357. 10361. 6) Legationem Scoticam Ottoni concessit papa Mai. 7; Potthast nr. 10331. 7) Post colloquium inter reges Angliae et Scotiae Eboraci Sept. 14. habitum. 8) *Legati clericus mag. Attho* occurrit paulo infra p. 419; de cuius praebenda Lincolniensi cf. Weber p. 81. 9) Scil. legato. 10) Cf. supra p. 123. 11) Ficker nr. 2291. 'Sub encyclicae minus tamen integrae forma adest quoque inter epp. Petri de Vin. II, 50' Huillard V, p. 132. Inter similes epistolas (Ficker p. 462 sqq.) una Waltero archiepiscopo Eboracensi data est (nr. 2293). Cf. W. Meyer, in 'Forsch. zur D. Gesch.' XIX, p. 77.

1237.

*semel optatam victoriam haberemus, casualiter, tamen feliciter, contigit, ut Mediolanensibus et eorum sequacibus ad Brixsencium presidium[a] evocatis, ac interiecto inter nos et eos fluminis cuiusdam obstaculo, quo veluti quodam munimine cingebantur[b], ultra flumen Olei[c] castra nostra deduximus[d], ac deinde populis et militibus civitatum fidelibus nostris ad propria redeuntibus, quos insperate more tedium et importunitas temporis retinere diucius non sinebat[e], cum expedita militia tenus ripas ex alia parte fluminis festini direximus gressus nostros ad pontes, per quos ipsi redeuntes ad propria transire debebant. Et sic, cum in cavernis morari[f] diucius ultra flumen, rerum ipsos arcente penuria, non valerent, Mediolanenses et socii, per pontes et vada fluminis Olei transeuntes, in apertam planiciem transierunt[g], credentes se nobis per subsidium occulte fuge surripere, dum nos adeo prope consistere forsitan non putarunt[h]. Sed cum de adventu nostro terror et fremitus tanquam de celo tonitruum ipsis intonuit, ad premissas nostre celsitudinis acies, prius etiam quam aquilarum imperii victricia signa perspicerent[i], in fugam[k] subito a facie nostra contriti sic converterunt, ut[l] usque ad carrochium[m] ipsorum, quod apud Crucem[n]-novam in equorum celeritate premiserant, nullius[o] fugientium[p] faciem nostrorum insequencium aliquis[o] spectare valeret[q]; et dum auxiliares acies, et post eas nos cum nostrorum agminum robore gressibus festinatis[r] qui in levi manu precesserant necessario cursu succurrere crederemus, quos adversariorum pugnantium viribus credebamus arceri, equorum absque sessoribus cursitantium undique, precipitatorum militum et occisorum stragibus stratas invenimus impeditas; erectis tamen et ligatis in terra iacentibus, qui vivebant, per armigeros militum, qui dominos sequebantur, ad carrochium tandem, quod[s] iuxta muros municipii Crucis[t]-nove fossatorum vallis circumdatum et immensa militum copia et suorum omnium peditum mira defensione pungnancium munitum[u] invenimus, applicantes, ad expungnacionem et capturam ipsius memorabili militum strenuitate perstitimus, adeo quod, superbo fossati supercilio superato, usque ad temonem fere carrochii ex nostris aliquos vidimus pervenisse. Supervenientis tamen noctis umbrosa caligine, quam nostrorum vota longissimam suspirabant, temptatum agressum tantisper omisimus, mane sequenti[1] — discinctis tantummodo gladiis ad quietem, set tunicis ferreis non exutis — ad indubitatam carrochii victoriam redituri; quod advenienti[v] luce inter aliorum vilium curruum[w] turmas desertum[x] qualibet defensione reperimus, summitate pertice, ubi signum[y] crucis extiterat, detruncata, que crux etiam, dum videretur fugientibus onerosa, in medio extitit derelicta. Castrum etiam Crucis[t]-nove, cuius munimine ipsos impetus[z] nostros evadere credebamus, custodes et incole reliquere. Nec potestas eorum[2], ducis Venetorum[a] filius, quo duce lugubria signa tulerunt[b], manus nostras evasit. Et ut multa compendio concludamus, tum capti tum mortui, inter quos multi[c] Mediolanensis faccionis primates et principes corruerunt, decem milium fere numero computantur. Que omnia significamus[d] vobis ad gaudium, ut[e] provenire noveris[f] imperio[g] ad aucmentum[h] quod[i] tibi duximus intimandum. Datum Cremone, quarto[h] Decembris 11. indictionis.* Dec. 4.

N o t a[l] v i r e s c i v i t a t i s M e d i o l a n e n s i s. Quidam Ytalicus fide dignus veraciter affirmavit, quod Mediolanum cum suis iuvaminibus conflat excercitum sex milium armatorum cum equis ferro coopertis.

Q u o d d a m s c r i p t u m m i s s u m d o m i n o l e g a t o[3] d e s t a t u R o m a n e e c c l e s i e. Eodem quoque tempore, circa dies Domini natalicios, quidam Romane ecclesie potens ac specialis consiliarius, scilicet dominus Iohannes[m] de Columpna cardinalis[4], legato in Anglia commoranti secrecius scripsit in hec verba[5]:

1237. Oct. 18.

*Frater fratri, levita levite, dilecto dilectus in Christo salutem. Si pagina[n] exarata secretum valeret[o] extraneis et ob locorum distanciam non subiaceret discrimini, multa calamo commendarentur, que lingua subticet nec pandit amico. Verumtamen hec caritati vestre celare non debeo, quod nimis avide vel pocius inconsulte se mater immersit fluctibus et in fauces luporum*

a) subsidium *Hu. et epist. Eborac. archiep. data p.* 135. b) cingebatur 1. c) Lolii *Hu.* d) reduximus *Hu.* e) sinebant *Hu.* f) moram 1. g) exiverunt *Hu. Meyer.* h) putarent *Hu.* i) prospicerent *Hu.* k) sic *add. Hu.* l) quo *Hu.* m) eorum carocium *Hu.* n) Curtem *rectius Hu.* o) *deest Hu.* p) fugientes *Hu.* q) nequirent *Hu.* r) hiis *add. Hu.* s) *ita Hu. Meyer;* qui *codd.* t) Curtis *rectius Hu. Meyer.* u) munitam 1. v) superveniente *Hu.* w) curium 1. x) qual. def. rep. des. *Hu.* y) ubi crux ext. *Hu.* z) insultus *Hu.* a) Venetiarum *Hu.* b) tul's 1. c) multorum 1. d) universitati vestre significamus *encycl. ap. Hu.* e) ut — indict. *super ras.* 1. f) noverit *encycl.* g) *deest encycl.* h) *sic* 1. i) quod ex tenore presentium legitur concessisse titulum imperialem ad gloriam et triumphum *desinit encycl.* k) q. D. 11. f. *des.* 2, *ubi* etc. l) Nota — coopertis *soc. Math. in marg. ad initium epistolae praecedentis* 1; *des.* 2. m) I. 1. n) pagine exarate *Hu.* o) *forte* velaret *corr. HOLDER-EGGER.*

1) Nov. 28. 2) Petrus Teupulus. 3) Ottoni. 4) Tit. S. Praxedis. 5) Ex nostro ed. Huillard V, p. 124.

1237. *ultronea se iactavit, duorum tantum fulta*[a] *consilio, tercio annuente*[b], *quin verius gressu precedente consilium, et cocis*[c] *precedentibus cum tractatu. Hinc est, quod libertas abicitur, servitus inchoatur, sanctuarii*[d] *sidus effunditur, ancillatur patrimonium, superbia exaltatur tonantium, carcer emitur, honor contempnitur, appetitur confusio, armatur molestia, tranquillitas effugatur, non curatur de fratrum et exterorum scandalo, irrisionibus irridetur*[e], *cetus*[f] *loco dividitur, differuntur negocia, instantes protracti sermonibus diutina expectacionum lassitudine fatigantur. Bene vobis accidit, quod ab hiis tormentis abstracti abistis ad regionem longinquam, ne videretis mala gentis vestre et sanctorum, ne pulsaremini cotidianis ictibus, crebris punccionibus lacerati. Voluimus reformare statum, ut sepe temptavimus; et ecce deformis destitucio subintravit. Incassum traduntur consilia, ubi voluntas non sistitur freno prudentie, set impetu agitata prosilit ad proclivia, nec patitur retardari. Accedit quoque ad doloris cumulum, nobilis illa columpna, que tam magnifice structuram ecclesie sustentabat, recolende videlicet memorie dominus Sabinensis*[1], *subito subtractus de medio, molestie primum dolore percussus ac postmodum infirmitate lenta vexatus, obiit, in Domini potentias ingressurus, ruine casum occasionaliter matri relinquens cum gemitu et merore. Redierunt fratres a regione*[2] *dissidente cum principe, sed pacis impressa vestigia non apparuerunt, quia non paruerunt pacis baiulis discordie sectatores. Antiochensis*[3] *a societate distrahitur, nec a redeuntibus comendatur*[g]. *Vellem, quod breviori familia stiparetur amicus, ne fieret aliis oneri et obtrectantium dentibus laceraretur; et quia, invalescentibus fluctibus scandalorum et plurium tempestatum, necessarius*
Oct. 18. *estis matri, vos ad reditum preparate! Datum Viterbii festo sancti Luce.* . . . . . .

1238. Ian. 7. Anno Domini 1238. . . . In crastino epiphanie, scilicet die Iovis, desponsavit solempniter Simon de Monte-forti Alienoram, filiam regis Iohannis, sororem regis Henrici III, relictam Willelmi Marescalli comitis de Penbrochia; . . . fuerat[h] namque propagata ex legitimo thoro regis et regine[4], regis insuper soror, imperatricis et regine[5]. . . . . . .

Quomodo imperator Fretherícus de crucis negocio sollicitus scripserit comiti Ricardo. Sub eodem tempore Fretherícus Romanorum imperator, sollicitus de progressu cruce signatorum et de progressus[i] ordinacione, precipue de progressu comitis Ricardi, scripsit eidem comiti in hec verba:

Febr. 11. Litere imperiales[6]. *Fretherícus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, comiti Cornubie, dilecto sororio suo, salutem et sinceram dileccionem. Generalis Terre comoditas Sancte, que a cruce signatorum exequucione dependet, nos frequenter inducit, ut de prorogacione passagii cruce signatorum in regno Francie et aliis partibus orbis terre usque ad prefinitum treugarum tempus, videlicet a primo venturo mense Augusti usque ad sequentem annum completum, apud ipsos monitis et precibus instaremus, expedire videntes*
Iun. 24. *illius terre subsidio necnon profectui transeuntium et honori, si a proximo festo beati Iohannis baptiste usque ad diem sequentis anni festum transitus tam strenue multitudinis ordinate fiat tempore oportuno. Nec debuimus silencio preterire negocium et onus, quod pre ceteris mundi principibus ad eiusdem terre liberacionem humeris nostris incumbit, pro qua tenemur opem et opes effundere, quin, premissa deliberacione consilii, ipsis ad Christi servicium potenter accinctis, tocius cause circumstancias*[k] *plenarie ponderemus, contingentibus non omissis. Illi autem qui corda et corpora sua crucis obsequiis deputarunt et utile cupiunt exhibere servicium Crucifixo, per nuncios et literas nostras exinde requisiti, consultacioni nostre consulte ac provide responderunt, se usque ad predictum completum treugarum terminum exequuturos efficaciter preces nostras. Super quo dignis gratiarum accionibus approbavimus provisum ipsorum deliberacionis consilium et responsum. Ad hec cum*[l] *personam vestram videre fraterno cupiamus affectu et honorem vestri passagii liberaliter procurare, volumus et rogamus, ut vita comite per nos et regnum nostrum*[m] *Sicilie oportuno tempore transeatis, quia nostre non resideret*[n] *gratum voluntati, si aliunde, nobis invisis, transitum faceretis, maxime cum regnum*

a) fult. *ultima littera abrasa* 1. b) abnuente *em. Hu.* c) cecis prec. in *Hu., 'qui in sua Mathei versione franco-gall. causis proposuit' Luard.* d) sciarii 1. e) *virgulam post* caecus *posuit Hu.* f) *scil.* cardinalium: cecus 2; caecus *edd.* g) *sic* 1. h) fuerat — regine *suppl. Math. in contextu* 1; *des.* 2. i) pr. o. pr. de *omisit Luard.* k) circumstanciis 1. l) *incipit fragmentum in Hist. Angl. receptum.* m) *deest H. Angl.* n) residere gr. est vol. *H. Angl.*

1) Iohannes; cf. Potthast p. 938. 2) Lombardiam per a. 1237. Rainaldus episcopus Ostiensis et Thomas presb. S. Sabinae cardinales Friderico II. reconciliare debebant, qui tamen fere m. Aug. infecto negotio redierunt; Ann. Plac. p. 476. 3) Albertus, Oct. 1. testis privilegii Friderici II; Ficker nr. 2281. 4) Isabellae. 5) Scotiae, Iohannae. 6) Ficker nr. 2312; ex nostro ap. Huillard V, p. 164.

*nostrum sit taliter constitutum, quod per illud ad partes transmarinas facilior et oportunior* 1238. *transitus prebeatur*[a]. *Datum Vercellis,* 11. *Februarii undecime indictionis.* Febr. 11.

Offendiculum. Vacat. Quomodo revocatus legatus[1] Romam non redierit. . . . . . .

Mandatum imperatoris comiti Ricardo, quod natus est illi filius. Illis quoque diebus imperator Romanorum Fretthericus in signum dileccionis scripsit[b] comiti Ricardo[c], intimans ei ad gaudium, quod natus ei[d] filius de sorore eiusdem comitis Ysabella imperatrice, sub hiis verbis:

Litere imperiales[2]. *Fretthericus*[e] *Dei*[f] *gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, R. comiti Cornubie, dilecto sororio suo, salutem et omne bonum. Rem iocundam et communibus desideriis expectatam, que pre ceteris hominum votis gracior ex beneficio nature suscipitur, per quam sceptra regnantium optata successione beantur, tanto maturius ad tuam duximus noticiam perferendam, quanto*[g] *moram non*[h] *patitur novitas gaudii succedentis. Adest enim*[i] *nobis celebris*[k] *insinuacione*[l] *iocunditas, quam expectacioni vestre presentium serie nunciamus, quod*[m], *disponente providentia summi Regis, qui*[n] *dat ortum regibus et salutem, ex auguste consortis nostre, sororis tue*[o], *fecundo gremio datus*[p] *est nobis, octavo decimo scilicet*[q] *die mensis Februarii*[3], *novus filius, et nepos novus natus est tibi. Cuius ortus patri et avunculo cedit ad gloriam, matri renovat gaudium et spem corroborat subditorum. In quo mutue dilectionis*[4], *qua simul vinculo affinitatis astringemur*[r], *roboratur integritas et ad prosperitatis aucmentum desideriosius*[s] *propagatur; ac virtus, que contingit prematura cesaribus, indolem suam ad commune gaudium et honorem processu temporis gratissimam repromittit. Accedunt etiam nobis eiusdem nove prolis cum exaltacione cunabula, que felices processus nostros in Italia, iam nostris titulis accedente*[5], *ac victorie nostre, prostratis hostibus, auspicia felici sidere comitantur. Cumque nostris felicibus continuatis eventibus ac triumphis soboles*[t] *optata concurrerit, in eo confidimus, qui post ortum filie*[6] *de fecunda consorte nostra, sorore tua, prolem contulit masculinam, quod antiquam imperii nostri gloriam, que tempore precedenti collapsa sub ipsius ortu reformata consurgit, ad nostrum et nostre posteritatis honorem liberaliter ampliabit, ut te nostris et auguste consortis nostre velimus participare tripudiis, quem*[u] *ad expectati nepotis originem diu novimus aspirasse. Data Taurini,* 3. *die*[v] *Marcii undecime indictionis.* Mart. 3.

. . . Cum autem hec audisset comes Ricardus, exultacione concepta, Deum collaudavit, sperans sibi et regno Anglie inde processu temporis gaudia proventura. . . . . . .

Offendiculum. Vacat. Legatus summam adhibuit, iminere[w] videns pericula, diligentiam, ut regem suis naturalibus hominibus reconciliaret. . . . Ad quod respondit comes Ricardus[c]: . . . 'Admirantur nonnulli, quod rex, qui maxime auxilio et discrecione indiget, discretorum vestigia non sectatur: non imperatoris, cui sororem nostram cum magna pecunia dedimus, sperantes id nobis profuturum, qui, sola sua coniuge retenta, duces illius nobis remisit[7], nulli eorum terras vel thesaurum conferens, cum tamen habundaret locuples et opulentus; de rege autem Francorum simile potest exemplum recitari, cui soror regine nostre matrimonio primogenita copulatur. Rex autem noster Anglie e converso omnes uxoris sue affines et consanguineos terris, possessionibus et thesauris saginavit, et sic se maritavit, ut nec thesauro plus ditaretur, immo pocius privaretur, nec militari auxilio, si opus emergeret, roboraretur. Preterea redditus et beneficia ecclesiastica, a piis predecessoribus nostris collata, precipue que contulerunt antecessores nostri viris religiosis, permittit quasi spolia diripi et alienigenis, cum habundet ipsa terra viris idoneis, distribui; et fit Anglia quasi vinea sine maceria[8], quam vindemiant omnes qui pretergrediuntur viam'. . . . . . . cf. Ps.79,13

a) *desinit fragm. H. Angl.* b) *deest* 2. c) R. 1. d) esset *suppl. edd.* e) *inscriptio deest Baumg., tamen ea quoque forma fratri imperatricis missa est.* f) D. g. *des.* 2. g) quantum 2. h) *deest* 2. *Baumg.* i) nobis siquidem *Baumg.* k) et digna *supplenda sunt ex Baumg.* l) insunuacione, *post corr.* insunuacionis 1; insinuacionis 2. *edd.* m) videlicet *add. Baumg.* n) solus *add. Baumg.* o) vestre *Baumg.* p) die d e c i m o m. Febr. prodiit novus heres, in cuius ortu mutue dilectionis qua simul v. a. astringimur *Baumg.* q) s. die *supra linea Math.* 1. r) astringimur *edd. (e 2?)* s) desid'osius 1; utriusque partis votivis desideriis propagatur *Baumg., ubi reliqua prorsus sunt a nostro diversa.* t) *corr. ex* sobeles 1. u) q̃m 1. v) *supra linea Math.* 1. w) *sic* 1.

1) Bulla papali (Potthast nr. 10694) tunc ei data res Anglicae attinguntur. 2) Ex nostro Huillard V, p. 166. Initium congruit cum 'Baumgart. Formelbuch' p. 220, cuius finem prorsus a nostro alienum ut scholae commentum reiicit Ficker nr. 2316. 3) Potius Febr. 17. post solis occasum Henricus natus esse videtur; cf. Ficker nr. 2318. 4) Cf. (a. 1236) Rymer I, p. 229: *Rex imperatrici. Significamus, nos et reginam esse sanos; placeat statum vestrum utinam prosperum nobis renuntiare.* 5) Cf. Ovid. Her. 9,1: *Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris.* LUARD. 6) Margarethae, postea Alberti Misnensis uxoris; cf. Winkelmann II, p. 143. 7) Cf. supra p. 131. 8) Hoc flosculo iterum atque iterum sermonem ornavit noster; cf. Weber p. 48.

1238. **Quomodo Simon**[a] **de Monte-forti quasi fugam iniens clandestinam**[1] **mare subito transierit**[2]. . . . Romanam curiam adiit, quam speravit pecunia circumvenire, ut illicito matrimonio[3] liceret gratulari. Et prius militans imperatori[4], ut eidem placeret, literas super hoc ab eo impetravit domino pape deferendas. Interim latuit apud Kenilwurthe comitissa de Penbroc gravida, rei exitum prestolando. . . . . . .

**De discordia mota**[5] **inter dominum legatum et scolares Oxonienses**[6]. . . . . . .

Apr. 4. Eodem[b] anno, statim post pascha misit dominus rex Anglie[7] militare presidium ad dominum imperatorem iuvandum contra rebelles suos in partes Ytalicas sub ducatu Henrici de Trubleville, viri in re militari peritissimi. Cum quo etiam misit Iohannem[c] Mansel et Willelmum Hardel clericum et civem Londoniensem cum pecunia stipendiariis distribuenda. Et strenue per totam estatem excercitus[d] regis imperatori militavit, et quarundam civitatum cives volentes obstare vicerunt et imperio reddiderunt; ubi strenue se dictus Iohannes[c] Mansel gessit. Quod papa nimis moleste tulit. Et circa idem tempus direxit rex elegantem epistolam[8] pape, petens, ut micius ageret cum domino imperatore. Quod gravius accepit papa, secus respondens[9] quam[e] deceret, et commotus est in tantam iram[10], ut[f] per aliquod tempus in curia negocia[g] precipue Anglicorum suspenderentur[h]. Cumque audiret electus Valentie[11], quod profecturus esset talis exercitus in Ytaliam, caute quasi dux eorum associavit se domino Henrico[i] de Trubleville et cum eo transfretavit[k.*]. . . . . . .

**Electus Valentinus transfretat.** Sub illis quoque diebus electus Valentinus, videns nulli placere moram suam in Anglia, sponte vel invitus, caute tamen, quia clitellis suis refertis et equis oneratis auro et argento et vasis regalibus, transfretavit.

**De morte soldani potentissimi**[12]. Eodemque tempore soldanus potentissimus, qui moriturus liberaliter legavit redditus opulentissimos et pecuniam multam infirmis in domo Hospitalis christianis pauperibus commorantibus et vinctos sclavos liberos multos et alia multa opera caritatis fecerat, animam ad multorum dolorem exhalavit. Erat autem, licet paganus, veridicus, munificus, parcens, in quantum permisit legis sue severitas et vicinorum suspicio, christianis. Quod cum cognovisset imperator Romanorum Fretherieus, inconsolabiliter per multum temporis dolens mortem eius, planxit lugubriter. Speravit enim, eum, sicut idem soldanus promiserat, baptismi sacramentum suscepturum, et christianitatem per eum magnum aliquando suscipere feliciter incrementum.

*) *De statu curiae papalis cf. Vit. b. Edmundi Cantuar. archiepiscopi auct. Bertrando priore Pontiniac. ed. Martene, Thes. Anecd. III, col.* 1809:

1238. Mart. 12. Die sancti Gregorii pape papa Gregorius prelatos, quotquot in curia aderant, invitavit ad caritatis poculum. Et euntibus singulis, solus ipse[13] quasi admonitus per Spiritum et contra consilium quorumdam de suis non perrexit ad locum quo ceteri convenerant ad bibendum. Accidit vero, nepotem domini tunc Prenestini cardinalis[14] occidi in conspectu pape et omnium quorumdam manibus funestorum. . . . Ne sancti eius violarentur obtutus, Dei providentia id fiebat. . . . . . .

a) S. 1. b) *haec in marg. soc. Math.* 1. c) I. 1. d) exc[a]tus 1 e) q. d. *abscisa* 1. f) ut — in curi *absc.* 1. g) negocie 2. h) entur — electus *et* quod — exercitus *absc.* 1. i) H. *codd.* k) tavit *absc.* 1.

1) Baronibus de regis sorore ab ipso alienigena ducta iratis. 2) M. Martio; cf. Pauli, 'Simon von Montfort' p. 33. 3) Alienora vidua castitatem voverat. 4) Fortasse dum hic m. Aug. Sept. Brixiam obsedit, ubi alii quoque Henrici III. milites Fridericum II. adiuvarunt (Winkelmann II, p. 96). 5) Ad Oseneiam, hospitium Ottonis cardinalis; Apr. 23. Ann. Osen. 6) Quibus *ianitor quidam Transalpinus introitum denegavit. Magister coquorum legati — frater* [*consanguineus* Ann. Dunstapl.; Thomas Wykes] *legati erat ille, ne procuraretur aliquid venenosum* — interfectus est; legatus aufugit ad regem. 7) Cf. Rymer I, p. 228: *Frederico Henricus. Intellecta attemptatione Lumbardorum, ad eam vindicandam, si sufficeremus, libenter nos accingeremus*, 30. *die Iunii* [a. 1236]; Winkelmann II, p. 31. 91, qui, Friderici II. epistolam Henrico III. missam (Ficker nr. 2336) fragmentum illius encyclicae (ib. 2325) esse, censet, qua reges ad dignitatem coronae contra rebelles salvandam invitabantur. 8) Haec non exstat, ni forte epistola iam a. 1236 (ap. Rymer I, p. 229) data dicitur. 9) Responsum non exstat. 10) Haec, a nostro solo narrantur; si forte papa litteris d. Febr. 20. Henricum ab imperatore abalienare conatus est (Weber p. 45), certe tunc operam perdidit; favorem autem a rege pro matrimonio sororis et pro episcopatu Wintoniensi petitum benigne concessit. 11) Willelmus, ad imperatorem profecturus, Aug. 24. Placentinos vicit; Ann. Plac. p. 479; cf. Ficker nr. 2383a. Subscripsit m. Sept. 'in obsidione Brixie' nr. 2389 sqq. Etiam Amadeus comes Sabaudiae, frater eius, imperatorem adiuvit; cf. ib. nr. 2335. 12) Kamil. 13) Scil. Edmundus. 14) Iacobi.

*Vacat, quia offendiculum.* Simon[a] de Monte-forti se transfert ab imperatore ad curiam Romanam. 1238. Interim Simon de Monte-forti cum gratia imperatoris et literis supplicatoriis se transfert ad curiam Romanam; et effusa et promissa infinita pecunia, a domino papa impetravit, ut, quamvis votum[1] solenniter[b] factum coram Aedmundo[c] archiepiscopo Cantuariensi repugnaret, liceret illicitis abuti amplexibus. Scripsitque dominus papa legato Ottoni, ut pro prefato Simone[d] de Monte-forti sollenniter sentenciaret. Quo audito, frater Willelmus de Abendune de ordine Predicatorum et multi alii periti, zelum Dei pre oculis habentes, increpaverunt hanc sententiam. . . . Sed[e] aliquid forte subtilius quam nobis datum sit intelligi Romana curia speculabatur.

De Tartaris prorumpentibus de locis suis terras septentrionales devastantibus. In diebus illis missi sunt Sarracenorum legati sollennes ad regem Francorum[2], nunciantes et veraciter explicantes, principaliter ex parte Veteris de Monte, quoddam genus hominum monstruosum et inhumanum ex montibus borealibus prorupisse et spaciosas terras et opulentas Orientis occupasse, Hungariam Maiorem depopulasse literasque comminatorias cum legacionibus terribilibus destinasse. . . . Unde Gothiam[3] et Frisiam inhabitantes, impetus eorum pertimentes, in Angliam, ut moris est eorum, apud Gernemue[4] tempore allecis capiendi, quo suas naves solebant onerare, non venerunt. . . . . .

De morte episcopi Wintoniensis, Petri scilicet de Rupibus. Anno quoque eodem 5. Idus Iunii obiit episcopus Wintoniensis, Petrus scilicet de Rupibus. . . . Iun. 9.
Nec pretereundum, quod quicquid honoris et utilitatis sive per pacem sive per treugam vel etiam guerram in Terra Sancta[5] adveniente Fretherico imperatore collatum est ecclesie, eiusdem episcopi consilio et auxilio magnifice procuratum est et prudenter effectui mancipatum. Preterea cum postea discordia inter dominum papam et imperatorem mota toti ecclesie casum minaretur, pacem inter tam nobiles personas per Dei gratiam feliciter reformavit[6]. . . . Rex[f] vero, audito de obitu Petri[g] Wintoniensis, Willelmum electum Valentinum eidem episcopatui preficere procuravit. . . . . .

De continuacione obsidionis Mediolanensis[7]. Eodemque tempore anni, cum imperator obsidionem apud Mediolanum[7] continuasset, omnes fere christianorum principes ipsi armatorum manum miserunt auxiliarem. Rex autem Anglie, sororius eius, centum ei milites armis et equis decenter communitos cum thesauro non minimo sub ducatu Henrici de Trublevile in auxilium destinavit. Ad cuius etiam auxilium cum militibus, quos illuc tam comes Tolosanus[8] quam Provincialis[9] in auxilium imperatoris destinarunt, electus Valentinus, qui plus de materialibus quam spiritualibus armis noverat, non segniter properavit. Imperator autem, tot nobilium agmine stipatus numeroso, non sine multorum admiracione in obsidione tempus consumpsit spaciosum cum dispendio; nisi quod in una pugna periculari Henricus de Trubleville cum signo regis Anglie triumphali, cum suis Anglicis quibus preerat impetus hostium viriliter repressit et ad fugam citra spem omnium compulit insurgentes. Unde imperator regi literatorie[10] grates persolvit, asserens, impetum illum tam strenuum salutis sue causam fuisse et honoris. Non multum post temporis ad Brixensium obsidionem, qui in omnibus necessitatibus Mediolanensibus succurrebant, se cum suo excercitu contulit copioso. Interim Mediolanenses non vacantes se fossatis vallaverunt profundissimis, nec tamen cessarunt civibus Brixensibus frequenter opitulari. Sic sicque protelatum et consumptum est tempus estivale, quod, iminente[h] tempore hiemali[11], treuge[12] accepte sunt utrorumque assensu, et recesserunt infecto negocio qui venerant ei in adiutorium. Imperator autem, quoniam non potuit Brixensium civitatem, parvam aliarum respectu, expugnare suoque subdere dominatui, factus est hostibus minus formidabilis et amicis venerabilis. . . . . .

a) *haec in marg.* 2. b) sollenter 1. c) A. 1. d) S. 1. e) *haec in marg.* 1. f) Rex — procuravit *Math. in marg.* 1; *des.* 2. g) P. 1. h) *sic* 1.

1) Alienorae; cf. Bémont, 'Simon de Montfort' p. 9. 2) Cf. Faure, 'Saint Louis' I, p. 259. 3) Gothlandia insula dici videtur, mercaturam faciens cum Russia, ubi Tartari m. Martio a. 1238. fere Nowgorod appropinquaverant. Henricus III. a mercatoribus de Gutland 'grisium opus' emit; cf. Höhlbaum, 'Hans. Urkundenb.' I, p. 95. 4) Yarmouth. 5) Cf. supra p. 61. 6) Imperatori a. 1230, Aug. 28. ab excommunicatione absoluto affuit; cf. Ficker nr. 1817. 7) Potius Brixia inde a mense Iulio obsessa est; cf. Ficker nr. 2370. et de auxiliis Anglicis nr. 2375a. 8) Raimundus VII. 9) Raimundus subscripsit testis m. Septembri Ficker nr. 2389 sqq.; cf. nr. 2335. 10) Haec imperatoris epistola non exstat. 11) Oct. 9. *imperator movit se ab illa ossiditione* Ann. Placent. p. 480. 12) Error.

1238. Vacat quia offendiculum. Quomodo[a] rex omnem quam potuit adhibuit diligenciam, ut electus Valentinus in episcopum Wintoniensem eligeretur. In illis diebus rex omnem quam potuit, plus et secus quam deceret, adhibuit diligentiam, quamvis prius sepius iurasset alienigenas amovere, non promovere, ut electus Valentinus[1], qui tamen vir sanguinum esse dicebatur, in episcopum Wintoniensem promotus eligeretur[2]. . . . . . .

Impertinens. Quomodo Mediolanenses se humiliaverunt domino suo imperatori, volentes vexilla sua in signum humilitatis et subieccionis concremare. In illius temporis diebus[3] Mediolanenses, imperialem maiestatem formidantes, miserunt ad dominum suum imperatorem, sub omni qua potuerunt instantia postulantes, ut ipse, quem verum dominum et naturalem palam protestati sunt, suam ab eis averteret indignacionem et cessans expugnare eos quasi suos fideles foveret et protegeret sub alis sue magnifice proteccionis, ipsi autem extunc inantea ipsi quasi imperatori et domino cum debita servirent reverencia. In cuius obediencie testimonio, ut in brachiis sue dileccionis tutarentur, et pristine rebellionis non recordaretur, omnem[4] quam habebant in auro et argento substantiam ipsi liberaliter conferrent; insuper omnia vexilla[5] sua ante pedes inperales[b] collata in signum subieccionis et obediencie et imperialis victorie concremarent; ceterum eidem in obsequio crucis in Terra Sancta[6] militanti invenirent per annum 10 milia armatorum, ad promocionem ecclesie et sui honorem, ea condicione, ut ipsos cives sine simultate diligeret, et salvus[c] permaneat status civium et civitatis. Sed hec omnia dominus imperator procaciter refutavit, exigens irrefragabiliter, ut cives communiter cum sua civitate et bonis omnibus se suaque absolute[7] sue manciparent voluntati. Cuius tirannidi cives communiter responderunt, quod hoc nullo modo facerent, dicentes: 'Timemus tuam edocti experimento feritatem. Malimus sub clipeis gladio vel lancea mori vel spiculis, quam laqueo, fame vel incendiis'. Extunc igitur cepit imperator[d] favorem multorum amittere, quia factus est tirannus inexorabilis; et Mediolanenses propter suam humilitatem extolli et roborari

Iac. 4, 6. meruerunt iuxta illud: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Cives igitur[e] videntes rem agi pro capite, solito instancius se suamque civitatem armis et fossatis et aliarum civitatum federe munierunt.

Impertinens. Circa[f] eadem tempora quidam de ordine Predicatorum, videlicet frater Iohannes[8], vir bene literatus et facundus et graciosus in officio predicacionis, in Ytalia celeberimus[b] habebatur, ita ut guerras inter civitates initas sedaret, et faceret Deus miracula pro eo, et transiret fluvios sicco vestigio et volantes in alto vultures solo precepto cogeret descendere. Tandem procurante diabolo gloria elatus[g] et familiaritate carnalium amicorum enervatus, Dei amorem et hominum honorem necnon et prelatorum amittere meruit reverentiam. . . . . . .

Oct. 14. Die vero sancti Calixti rediit Simon de Monte-forti de partibus transmarinis. . . . . . .

. Baldewinus heres sive imperator Constantinopolitanus repatriat. . . . Cui etiam papa in odium et gravamen emuli sui imperatoris Romanorum Fretherici[h] modis omnibus quibus scivit et potuit manum extendit auxiliatricem. . . . . .

De quodam Predicatore qui Robertus Bugre[9] dicebatur. Currentibus autem eorundem dierum curriculis, quidam de ordine Predicatorum nomine Robertus cognomento Bugre, vir quidem competenter literatus et in officio predicacionis efficax et expeditus, in regno Francorum multos comperit heretica pravitate maculatos, precipue tamen in Flandria, ubi de more solebant incole usurarum vicio plus ceteris nacionibus diffamari. Quos omnes in fide diligenter examinatos et vacillantes vel exorbitantes, adiutus[i] brachio seculari, et domino rege Francorum impendente subsidium, fecit idem Robertus incendiis incinerari. Ipsos autem nomine vulgari Bugaros appellavit, sive essent Paterini sive Ioviniani

a) *haec in marg.* 2. b) *sic* 1. c) saluu' 1. d) imperator 1. e) autem *(e 2?) Luard.* f) Circa — reverentiam *in marg.* 1 *(soc. Math.).* 2. g) est *add.* 2. *edd.* h) F. 1. i) adiutos 1.

1) Willelmo tunc, m. Nov. 1238, comitatus Valentiae ab imperatore confirmatus est; Ficker nr. 2404. 2) Duos quos monachi elegerunt candidatos reiecit rex, curiam Romanam appellans. 3) Potius compluribus mensibus ante obsidionem Brixiensem. 4) Haec veritatem excedunt (Schirrmacher III, p. 25. 254); sed cf. encyclicam imperatoris a. 1244, m. Aug. datam, ap. Huillard VI, p. 215: (a. 1237 ex.) *Mediolanenses offerebant censum.* 5) *Obtulerunt nobis proicere vexilla eorum ad pedes nostros,* ib. 6) 'Error' Schirrmacher l. l.; cf. ib.: *obtulerunt quingentos milites citra mare et non ultra mare per biennium.* 7) Winkelmann II, p. 82. hoc probat. Quodsi nostrum harum rerum Italicarum male gnarum dicit, equidem paucos medii aevi auctores de longinquis partibus melius referentes laudarim. 8) Iohannes de Vincentia a. 1233. claruit; cf. de eo Winkelmann I, p. 420; Salimbene p. 33 sqq. 9) Cf. supra p. 133.

sive Albigenses vel aliis heresibus maculati. Ipsemet enim Robertus[a] memoratus, antequam 1238.
habitum religionis suscepisset, Bugarus extiterat, quapropter omnes eorum complices noverat, et factus est eorum accusator, malleus et inimicus familiaris. Tandem abutens potestate sibi concessa et fines modestie transgrediens et iusticie, elatus, potens et formidabilis, bonos cum malis confundens, involvit et insontes et simplices punivit. Auctoritate igitur papali iussus est precise, ne amplius in illo officio fulminando deseviret. Qui postea, manifestius clarescentibus culpis suis, quas melius estimo reticere quam explicare, adiudicatus est perpetuo carceri mancipari.

De fama imperatoris Fretherici[b] nimis obfuscata. Eiusdemque temporis curriculo fama imperatoris Fretherici[b] admodum est obfuscata. Imponebatur[1] enim ei, quod vacillans in fide catholica dixerit[c] verba, ex quibus elici potuit non tantum fidei imbecillitas, quin immo heresis et blasphemie enormitas execranda. Fertur enim eum dixisse, licet non sit recitabile, tres prestigiatores[d, 2] sibi callide et versute, ut dominarentur in mundo, tocius populi sibi contemporanei universitatem seduxisse, videlicet Moysen, Iesum et Machometum, et de eucharistia[e] quedam deliramenta protulisse. Absit, absit, aliquem virum discretum in tam furibundam blasphemiam os et linguam reserasse! Dictum etiam fuit ab emulis suis, ipsum Frethericum[b] imperatorem plus consensisse in legem Machometi quam Iesu Christi et quasdam meretriculas Sarracenas sibi fecisse concubinas. Surrepsitque murmur in populum — quod avertat Dominus a tanto principe! —, Sarracenis a multo tempore ipsum fuisse confederatum et amicum fuisse plus quam christianorum; et id indiciis multis probare conabantur ipsius emuli, qui famam suam conabantur obfuscare. Si peccabant vel non, novit ipse qui nichil ignorat. . . . . . .

Anno gratie 1239. . . . Eodem tempore dominus papa, audiens scandalum iam de 1239.
Romanorum insaciabili[f] cupiditate oriri in Anglia, vocavit dominum legatum, ut cum omni festinatione Romam reverteretur. . . . Rex vero, cum audisset, timens sibi de parlamento futuro in octavis pasche, in quo adventum speraverat electi Valentini, et confidens de pre- Apr. 3.
sencia legati, cepit nimium contristari[3]. . . . . . .

Quomodo Petrus Sarracenus[4] optulit redempcionem. Tempore sub eodem[5] Petrus Sarracenus, quem dominus imperator in vinculis pro redempcione sua detinebat, optulit 10 milia librarum esterlingorum, ut sic saltem redemptus gratiam mereretur imperialem. Quod annuit imperator, si rex Anglie, amicus suus, pro tante pecunie solucione, et ne iterum imperialem ipse Petrus vel aliquis suorum lederet dignitatem occasione nacta ex hoc, fideiuberet. Et scripsit Petrus ad dominum papam et amicos suos, ut exhortarentur regem per legatum et alios regi familiares, ut, sicut erat semper pronus effundere pecuniam in promocionem Romanorum, sese et regnum suum obligaret ad predicta. Cum igitur legatus huius negocii diligens esset mediator et procurator, dicebat, quod nullo modo posset suo nuncio incarcerato deesse honeste. Rex videns paratam muscipulam, et quanti esset periculum regni ipsius et suis[g] Romanis, dummodo sua salvarentur sibi, prosilit in verba iracundie, iurans, quod penituit, ipsum in regnum suum, qui bona terre iam dissiparet et confundens fasque nephasque, relictis honestis viris Anglie, advocasset[h]. Facta est sub talibus potentatibus Anglia quasi vinea, quam vindemiant omnes qui pretergrediuntur viam[6], cf. Ps. 79, 13.
non habens maceriam includentem vel custodem excubantem. Nam quod vetuit permisit tepor ecclesiasticus.

Quomodo Sardania[7] cessit in dicionem imperatoris. Ipso quoque anno[8],

a) R. 1. b) F. 1. c) dixit 2. d) prestigiaatores 1. e) eucharissima 1; eukaristia 2. f) insacibili 1. g) *sic codd.; sui forte corr. vel a addendum.* h) vocasset, *Math. corr.* advocasset 1; advocasse 2.

1) Hoc caput fortasse ex litteris d. a. 1239, Mai. 21 (v. infra), quibus papa, cur imperatorem excommunicaverit, declaravit, sumpsit noster; certe enim a. 1239, loco simili, ipsius papae verbis usus est. 2) De hoc loco celeberrimo, quem Albricus, SS. XXIII, p. 944, ex encyclica modo laudata hausit, cf. Winkelmann II, p. 134; Reuter, 'Relig. Aufklärung' II, p. 276. 3) Retinuit legatum; cf. Weber p. 64. 4) De hoc cive Romano (*de Andreocta* Epist. pont. Rom. ed. Rodenberg I, p. 629), qui Henrici III. a. 1205. *factor balistarum* stipendiatus (Rot. Claus. ed. Hardy p. 44) saepe inde ab a. 1217. negotia apud papam procuravit, v. Winkelmann II, p. 110; Weber p. 66. Cf. Ann. Dunstapl. III, p. 148: A. 1238. *capti sunt Petrus Saracenus et decanus Wellensis; sed quia clericus, liber abiit et infra annum patrem liberavit*, scil. Iohannes Saracenus, inter a. 1238. et 1250. decanus Wellensis; Hardy, Fasti eccl. Angl. I, p. 150. 5) Iam a. 1238, Iun. 3. scripsit papa de hac re; respondit imperator m. Iunio, Ficker nr. 2358. 6) Cf. supra p. 143, n. 8. 7) Winkelmann II, p. 115. 8) A. 1238 ex.; cf. Ficker nr. 2397 f.

1239. dum in Italia dominus imperator hyemaret, reddite[a] sunt ei opulentissime[b] insule in mari Mediteraneo site et civitati Pisane proxime, scilicet Sardanie pars maxima et potissima, cuius insule ius ad patrimonium beati Petri specialiter pertinere perhibetur; imperator vero ipsam ad imperium spectare ab antiquo asseruit, et per occupaciones et alia ardua negocia imperialia imperatores eam amisisse, et ipsum ideo eam ad corpus imperii revocasse. 'Ego vero iuravi', ait, 'ut iam novit mundus, dispersa imperii revocare[1]; quod non segniter adimplere procurabo'. Misit igitur dominus imperator filium suum[2], ut sibi oblatam reciperet predicte insule, contra prohibicionem[c] domini pape, porcionem. Quod cum summa indignacione dominus papa accepit, extunc in manifestam consurgens ulcionem; iacturam enim magnam reputavit. Est enim institorum refugium, naufragorum solatium[d], profugorum asilum insula Sardanie, quatuor principibus, quos iudices vocant, gubernata. Iactura est gravis, sed modus iacture multo gravior et iniuria videbatur; et odium inter eos natum quasi vulnus inveteratum saniem generabat. . . . . . .

De incremento ire et odii inter imperatorem et papam. Eodem
Febr. 9—Mart. 27. anno in quadragesima[e] dominus papa, cum vidisset facta imperatoris nimis temeraria et dicta sua peccatum suum excusantia, scilicet quod, faventibus quibusdam magnatibus et iudicibus Sardanicis, terram et castra episcopi Sardanici sibi accepisset et tenuisset et constanter assereret, ea esse[f] de substantia imperii, seque primo suo et maximo sacramento[g] iura imperii servare pro posse necnon et dispersa congregare[1], ira vehementissima commotus[h] contra imperatorem, gravissimas contra eum proponens questiones et reponens querimonias[3], scribens et scribendo constanter et diligenter persuadens per plures et pluries nuncios sollempnes, quorum auctoritas meruit exaudiri, ut ablata restitueret et desineret ecclesiam suis possessionibus viduare, quam constat diuturna[i] temporis prescripcione predotari, et more prudentis medici, qui nunc fomentis, nunc ferro abscisionis, nunc vero utitur adustione, verba intermiscens blandis comminatoria, terribilibus amicabilia. Set cum imperator procaciter renuisset et sua facta quibusdam causis apparentibus ratione fultis excusasset, dominus papa cum multis tunc
Mart. 20. presentibus cardinalibus dominica palmarum[4] in spiritu ferventis iracundie Frethericum dictum imperatorem, acsi iam a culmine imperii deiecisset eum, sollempniter[k] excom-
1. Cor. 5, 5. municavit, tradens eum Sathane in interitu terribiliter possidendum. Et eisdem verbis utens, quasi in fremitu furoris intonans, omnes audientes vehementer compulit ad terrorem:

Excommunicacio lata in Frethericum imperatorem. *Excommunicamus[5] et anathematizamus ex[l] parte Dei omnipotentis, Patris[m] et Filii et Spiritus sancti, et auctoritate apostolorum Petri et Pauli[n] Frethericum dictum imperatorem, pro eo quod contra Romanam ecclesiam sedicionem iniit[o] in Urbe, per quod intendebat[p] Romanum[q] pontificem et fratres suos[q] a sua sede repellere et contra privilegia dignitatis et honoris[r] apostolice sedis libertatem necnon[s] et aecclesiasticam conculcare[q], contra iuramenta[t], quibus super hoc ecclesie[u] Romane tenetur, temere veniendo. Item excommunicamus[v] et anathematizamus eundem, pro eo quod venerabilem fratrem nostrum episcopum Prenestrensem[w, 6], apostolice sedis legatum, ne in legacione[x] sua procederet, quam in Albigensium[y] partes pro corroboracione catholice fidei sibi commisimus curam[q], per quosdam fideles suos mandavit[z] impediri. Item excommunicamus[v] et anathematizamus eundem, pro eo quod non permittit quasdam cathedrales[a] et quasdam[b] alias vacantes ecclesias in regno ordinari[c]; et hac occasione periclitatur libertas ecclesie, perit fides, quia non est qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas, deficiente*

a) *corr. ex* reddita est 1. b) *corr. ex* opel. 1. c) prohibucionem 1. d) suffragium 2. e) quadragima 1. f) esset 1. g) iurasse *suppl. est.* h) est *suppl. edd.* i) duturna 1. k) sollepn. 1. l) ex p. D. o. *des. Stad.* m) auct. P. et F. et S. s. et beatorum apost. *Stad.* n) et nostri *add. Stad.* o) movit *St.* p) intendit *St.* q) *deest St.* r) homines 1. s) n. et *des. St.* t) iuramentum quo *St.* u) ten. ec. *St., ubi* Rom. *deest.* v) exc. et an. e. *des. St.* w) Prenestinum *St.* x) s. l. *St.* y) Albing. partibus *St.* — z) i. m. *St.* a) ecclesias *add. St.* b) quadam 1; *deest St.* c) reparari *St.*

1) Simile verbum noster Wendoverium, supra p. 43, secutus a. 1210. Ottoni IV. attribuit. 2) Hencium. 3) Litterae Cremonam missae, quas v. infra p. 153, fortasse a Willelmo electo Valentino in Angliam allatae, dici videntur. 4) Ficker nr. 2428b. 5) Formula nonnisi hic integra exstat. Contuli Alb. Stad., SS. XVI, p. 363. (De contextu Raynaldi cf. Rodenberg, Epp. pont. I, p. 637, n. 1). De causis a papa contra imperatorem prolatis cf. Winkelmann II, p. 101. 127. 6) Iacobum; cf. Rodenberg p. 630.

pastore. Et[a] sunt nomina dictarum ecclesiarum vacancium[1]: Cathanensis, Regenensis, Accriviarensis[b.2], Squilatensis, Resensis[3], Potentinensis, Ydrotinensis[4], Policastrensis, Saretinensis[5], Accerviarensis[c.2], Aversanensis, Valvensis, Molopolitensis[6], Polimanetensis[7], Melfrensis[8], Rapellensis[9], Cributensis[10], Alifanensis[d], Mazarensis, Vigiliarensis[11] et Frethinensis[12]. Monasteria vero sunt ista: Venusinum et Sancti Salvatoris Massanenensis[13]. Item excommunicamus[e] et anathematizamus eundem, pro eo quod in regno clerici capiuntur et incarcerantur, proscribuntur et occiduntur. Item excommunicamus[e] et anathematizamus eundem, pro eo[f] quod in regno ecclesie consecrate[g] Domino destruuntur et prophanantur. Item excommunicamus[e] et anathematizamus eundem, pro eo quod non permittit Soranam[h.14] ecclesiam reparari. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod nepotem[15] regis Tunicii[k.16], venientem ad ecclesiam[l] Romanam pro suscipiendo baptismatis sacramento, detinet nec venire permisit[m]. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod Petrum Sarracenum, nobilem[n] civem Romanum, ex parte regis Anglie ad sedem apostolicam venientem[17], cepit et detinet carceri mancipatum. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod terras ecclesie, scilicet[o] Ferrariam, Pingnogomam[18], Bondoniam[19] Ferrarianensis diocesis et Bondoniam[19] Lucanensis[20] diocesis, et terram Sardanie, occupavit, contra iuramentum, quo super hoc ecclesie[p] tenetur, temere veniendo. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod terras quorundam nobilium de regno, quas ecclesia[q] tenebat ad manus suas, occupavit et devastavit. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod quasdam ecclesias cathedrales, videlicet[r] Mons-regalis, Cepheladensis, Cathacensis[21], Squillatensis, et quedam monasteria, videlicet Millitensis[22], Sancte Eufemie, Terre Maioris[23] et Sancti Iohannis in Lamis[23], bonis[s] suis spoliavit. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod multe ecclesie cathedrales et alie ecclesie et monasteria de regno per[t] iniquam inquisicionem fuerunt fere bonis omnibus spoliata. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod in[u] regno Templarii et Hospitalarii, mobilibus et immobilibus spoliati, non sunt iuxta tenorem pacis integre restituti. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod tallie et exacciones contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis pro[v] ipso extorquerentur in regno. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod in regno prelati[w] ecclesiarum et abbates Cysterciensis et aliorum ordinum compelluntur per[x] singulos menses dare certam summam pecunie pro construccione novorum castrorum[f]. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem[y], quod contra tenorem pacis hii qui adheserunt ecclesie, bonis omnibus spoliati, exulare coguntur tanquam proscripti, uxoribus et liberis captivatis. Item excommunicamus[i] et anathematizamus eundem, pro eo quod per[z] ipsum impeditur negocium Terre Sancte et reparacio[a] imperii Romanie. Omnes autem qui iuramento fidelitatis ei tenentur astricti, ab eiusdem observacione[b] iuramenti decernimus[c] absolutos; ne sibi fidelitatem observent, districcius inibentes, quamdiu fuerit vinculo excommunicacionis astrictus. Super oppressionibus[d] et aliis[e] gravaminibus nobilium, pauperum, viduarum[f], orphanorum et aliorum de regno, pro quibus idem Frethericus alias[g] iuravit stare mandatis ecclesie, ipsum intendimus ammovere[h], et in ipso negocio, dante Domino, procedemus sicut iustum[g] fuerit procedendum. Porro pro omnibus et singulis supradictis, pro[i] quibus dictus Frethericus a nobis diligenter fuit ammonitus et

a) Et sunt — Massanenensis *des. St.* b) Accuiareñ. Equilateñ. 2. c) Accuiareñ 1, *fortasse stilo plumbeo del.; deest* 2, *Luard.* d) Alifaneneр̄. *codd.* e) exc. — pro eo *des. St.* f) *supra linea* 1. g) D. c. *St.* h) *corr. ex* Soranas ecclesias *(ita St. et gravamina ap. Rodenberg p.* 597*)* 1. i) exc. — eundem *des. St.* k) de ostunici *St.* l) R. e. *St.* m) permittit *St.* n) *deest St.* o) scilicet — Sardanie *des. St.* p) *supra lineam* 1; t. e. *St.* q) t. e. *St.* r) videl. — Lamis *des. St.* s) fere b. omnibus *St.* t) pro iniqua inquisitione *St.* u) T. et H. in regno *St.* v) per ipsum extorquentur *St.* w) p. e. *in marg.* 1. x) dare c. s. pec. per s. m. *St.* y) pro eo *add. St.* z) ipse inpedivit neg. *St.* a) recuperationem *St.* b) observacone 1; i. o. *St.* c) decrevimus *St.* d) vero *add. St.* e) g. a. *St.* f) o. v. *St.* g) *deest St.* h) *sic* 1; ammonere *forte legi potest* 2; admonere *St.*, *quod Huillard rectum censet.* i) super *St.*

1) Imperator Oct. 10. ecclesias vacantes, sed non omnes enumeravit, Ficker nr. 2509. 2) *Acheruntiensis* (i. e. Acerenza. Huillard) aut *Acernensis* (Winkelmann); utramque ecclesiam vacantem papa forsitan nominaverit; v. l. seq. 3) *Rubensis.* HUIL. 4) Otranto. 5) *Sarnensis.* HUIL. 6) Monopoli. 7) Polignano. 8) Melfi. 9) Rapolla. 10) *Caputaquensis* interpretatur Winkelmann. *Cariatensis.* HUIL. Trivento vix recte coniicit Luard. 11) Biseglia. 12) Frigento. 13) Messina. 14) Soram, cum ad papam descivisset, concremavit imperator a. 1229; cf. Ficker nr. 1765 a. 15) Abdul Aziz. 16) Yabia-Abu-Zakaria. 17) V. supra p. 147, n. 4. 18) Pigognaga prope Guastalla; v. infra p. 160. 19) Bondenum vetus et novum, Rodenberg p. 115. 20) *Massam Lunensis* infra p. 160. 21) Catanea. 22) Mileto (prope Tropea) Luard, Rodenberg. 23) Torre Maggiore et San Giovanni Rotondo prope Sansevero.

1239. *frequenter, nec parere curavit, eundem Frethericum excommunicacionis et anathematis vinculo innodamus. Ceterum, quia idem Frethericus de dictis*[a] *factis suis, multis*[b] *clamantibus per universum quasi*[c] *orbem, quod de catholica fide recte non senciat, est graviter diffamatus*[d]*, nos, dante Domino, super*[e] *hoc loco*[f] *suo et tempore procedemus, secundum quod in*[g] *talibus requirit*[h] *ordo iuris.*

Quantum et quomodo ira imperatoris excanduit in dominum papam. Hiis auditis, dominus imperator in iram excanduit vehementem, exprobrando et multociens recitando imponendoque ecclesie et eius rectoribus, quod omnes essent sibi ingrati, rependentes mala pro bonis, recolens, quod fluctibus marinis[1] et mille generibus periculorum se suaque pro promocione ecclesie et catholice fidei incremento opposuisset. Et quicquid habet honoris ecclesia in Terra Sancta, eius labore et industria affirmavit adquisitum. 'Sed[2] papa invidens, quod per alicuius adquisicionem laici ecclesia tam felix sentiret incrementum, qui[i] tantum aurum et argentum magis quam fidei aucgmentum, testantibus operibus[k], mihi paravit supplantacionem[l], et ab omni christianitate pecuniam extorquens, scilicet decimam partem, toto nisu suo[m], me Deo militantem et exponentem corpus telis, infirmitati, hostium insidiis, prius fluctuum[n] seviencium nulli parcentibus periculis, elaboravit, ut[o] exheredaret. Ecce quale presidium patris nostri! Ecce quale presidium in pressuris vicarii Iesu Christi[p]! Nec adhuc suffecit furor persequentis. Erexit enim contra me Iohannem de Bresne, aliquando regem Ierosolimitanum, quem novit in bello strenuum et in militari disciplina peritissimum et meum validum fuisse inimicum, in confusionem meam et subversionem mei, talia certe non verentis. Ditavit[3] etiam ipsum pecunia non minima[q], quam a pauperibus prelatis ecclesiarum per orbem extorserat inpudenter. Audiens autem per fideles meos, quot suspiria, quas lacrimas dolor iste generavit in corde meo, non est facile denodare; set novit qui nihil ignorat. Sed celans precordialem dolorem sub sereno vultu festinanter, ne forte id cognoscentes inimici superbirent exultantes et fierent nobis graviores, cepi tractare de pace, et[r] captis treugis, reditum maturavi. Et cum repatriassem[4], inveni terram meam a papalibus parentibus et affinibus[s], quorum dux fuit predictus Iohannes de Bresne et capitaneus; quos Deo vindice comprehendi et iuxta merita eorum qui Crucifixi negocium impediverunt puniendo reconpensavi. Iudicet Dominus inter me, militem suum, et papam ipsius vicarium! Novit enim Christus, novit et mundus, quod a veritatis tramite non exorbito'. Ecce[t] radix odii et seminarium! Et factum est scisma in populo. Et redintegratum est per presenciam domini naturalis, scilicet imperatoris, robur imperii in temporis brevitate.

Eodem[u] anno venerunt monachi Montis[v] Cassini[5], ubi sanctus Benedictus mansionem sibi elegit monasticam, ad papam in vestibus laceratis et veteribus; erant autem tredecim, scilicet conventus, et erant incompositi comis et barbis et vultu lacrimabiles. Et introeuntes ad papam, ceciderunt ante pedes eius, conquerentes, quod imperator[w] eiecisset[x] eos a mansione sua, scilicet Monte Cassino; — erat autem mons ille inexpungnabilis vel immo inaccessibilis alicui, nisi ex voluntate monachorum et aliorum inhabitancium in eo; nisi tantummodo quod Robertus[y] Guichard[6] per excogitacionem, qua se mortuum simulavit, in feretro in illum delatus, castra monachorum subito occupavit —. Quod cum papa audisset, dolorem conceptum dissimulans, causam quesivit. Cui monachi responderunt: 'Quia obedientes

a) iam *St.* b) etiam fide dignis *add. St.* c) quidem *St.* d) infamatus *St.* e) s. h. *des. St.* f) s. l. *St.* g) in t. *des. St.* h) requisierit *St.* i) *ita codd.*; et *edd.* 1. k) cupit *supplendum.* l) supplancionem 1. m) ut *add.* 1. n) fultnum 1. o) me *iterum add.* 1. p) *supra lineam* 1. q) minina 1. r) ec 1. s) occupatam *suppl. edd.* t) Ecce r. o. et s. *imperatoris orationi includit Luard.* u) Eodem — accipientes *in marg. Math.* 1. v) *deest* 2. w) Fretherieus 2. x) *corr. ex* eiescisset 1. y) R. 1.

1) Scil. in itinere sacro a. 1228. 2) Nescio, quae sequuntur ex imperatoris litteris utrum ad verbum excerpta an a Matheo suo sermone composita sint. 3) Verba Mathei; v. supra a. 1230. 4) A. 1229. 5) De Monte Cassino inter alia regni castra ab imperatore a. 1239. munito cf. Schirrmacher III, p. 144. 151. 6) Hunc ad castrum Calabriae simili dolo usum esse, narrat Will. Ap. II, 332 (SS. IX, p. 260, ubi fere eadem de Boamundo, filio Roberti, ab Anna Comn. dicta laudantur). De Hastingo haec fortasse primus Dudo I, 5. notavit, quem inter alios Normannos Will. Gem. I, 9 (adhibitus a Wendoverio a. 887, supra p. 25, n. 3) secutus est. Eandem fraudem notant Otto Fris., G. Frid. I, 34, de Rogero I, rege Siciliae, Saxo Gramm. II. de Frothone rege, Snorro Har. Harf. 6. Sed Montem Cassinum simili modo expugnatum esse, scil. a. 1137. ab Henrico duce Bavariae milites tamquam pios peregrinos eo mittente, habet 'Kaiserchronik', de qua cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' IV, p. 448.

vobis dominum imperatorem excommunicavimus'. Quibus papa: 'Obediencia vestra salvabit 1239.
vos'. Et abierunt monachi, plus a papa non accipientes.

De quodam scripto mirabili invento in corporali. Eodem[1] tempore cuidam monacho Cisterciensi[a] apparuit manus candida[b] scribens in corporali hec verba: *Cedrus alta Libani succidetur; Mars prevalebit Saturno et Iovi; Saturnus vero[b] in omnibus insidiabitur Iovi[c]. Erit unus deus[d], id est monarcha. Secundus[e] deus adiit. Filii Israel[b] liberabuntur a captivitate[f] infra undecim annos. Gens quedam sine capite[g] reputata vagans[b] veniet. Ve[b] clero! viget ordo novus; si ceciderit, ve ecclesie[i]! Fidei, legum et regnorum mutaciones[k] erunt; et[b] tota terra Sarracenorum subvertetur.*

De eclipsi solis. Anno eodem die Iunii tercio[l] passus est sol eclipsim hora sexta. Iun. 3.

Et tunc temporis vocatus est Willelmus electus Valentinus, procurante papa, quia, ut dicebatur, proposuit eum habere ducem excercitus sui contra imperatorem, ad episcopatum Leodiensem, retenta procuracione Valentini episcopatus, quasi non esset notatus de perpetrato homicidio; unde nec mirum, si cum stupore admirarentur hec audientes, quod adhuc tam anelo spiritu ad episcopatum Wintonie aspiravit regemque Anglie diligentem ad hoc constituit procuratorem. Heu, heu, que numerosa pecunia curiam Romanam ad consensum et permissionem inclinavit! . . . . . .

Quomodo denunciatus est excommunicatus dominus imperator. Diebus autem illis[2] in ecclesia sancti Pauli Londoniarum denunciatus est excommunicatus Fretherìcus dictus[3] imperator ex precepto[4] domini pape. Similiter per totum episcopatum Londoniensem, postea per totum regnum. Nec erat qui contradiceret vel clipeum contradiccionis opponeret, licet rex honestam causam haberet pre ceteris mundi principibus contradicendi propter fedus propinque affinitatis.

Scribit dominus imperator senatori Romano et Romanis. Eodem tempore dominus imperator, admirans, quod robur Romanorum nimis enervatum a constancia sue subieccionis debite et fidelitatis tam fiducialiter promisse recalcitravit, permittendo in eundem imperatorem, dominum suum naturalem, sententiam excommunicacionis inferri in civitate, tam curie Romane cardinalibus quam senatori Urbis et Romanis, ex intimo cordis tactus[m] dolore precordiali, scripsit in hec verba:

Litere[n.5] imperiales. Imperator senatori urbis Rome et Romanis. *Fretherìcus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, senatori Urbis et suis con-Romanis salutem. Cum Roma sit caput[o] nostri et auctrix imperii, et Romanus imperator a Rome vocabulo nuncupetur, ut sibi nostri nominis et honoris processus et auspicia debeamus, in admiracionem vehementem[p] rapimur, si, ubi nostri promovendus est honor et iniuria repellenda[q], inter[r] eos qui tenentur et debent pro[s] culmine nostro se murum defensionis opponere insurgentibus ex adverso, ipsis audientibus et dissimulantibus, contrarium paciamur. Propter quod graviter dolere compellimur, quia[t] Romanus antistes contra Romanum principem id quod alibi non auderet, sicut dicitur, in Urbe presumpsit et Romanum imperatorem, auctorem Urbis et benefactorem populi Romanorum, ipsis non resistentibus, impie blasphemavit, ut benefactorum[u] nostrorum tam proceres quam populum[v] Romanum, quibus specialiter et communiter studuimus liberali et spontanea munificencia providere ac eorum intendimus continuatis aucmentis[w], recte notemus[x] immemores extitisse ac inerti sompno detentos, ut de tribu[y] Romulea vir[z] non esset de tot proceribus et turba Quiritum vel unus de tot Romani populi milibus, qui pro nobis exurgeret[a], verbum unicum loqueretur, qui[b] nostre iniurie condoleret; cum nos Urbem antiquis triumphorum titulis insignitam novis nostre victorie successibus honoremus et ad reformandum Romanum nomen sicut in diebus antiquis et*

a) Cisterciensis ordinis, abbate et conventu presentibus, ministranti *Dunst.* b) *deest Dunst.* c) Infra novem annos *add. Dunst.* d) Deus monarchie *Dunst.* e) secundo obiit *Dunst.* f) capt quadam. Gens sine *Dunst., ubi infra* und. a. *des.* g) vel *add. Dunst.* h) De *Dunst.* i) Multa prelia erunt in mundo *add. Dunst.* k) immutationes *Dunst.* l) die *iterum add.* 1. m) tacto 1. n) B *in marg. positum indicat hanc post epistolam p.* 152, *l.* 17. *seq. ponendam* 1. o) n. c. *Huillard.* p) r. v. *Hu.* q) propulsanda *Hu.* r) apud *Hu.* s) p. c. n. *supra lineam* 1. t) quod *Hu.* u) beneficiorum *Hu.* v) populus Romanus 1. w) commoda promovere *add. Hu.* x) vocemus 1. y) tribulo mallea 1. z) non esset vir *Hu.* a) et *add. Hu.* b) quique *Hu.*

1) Hoc caput etiam ab Ann. Dunstapl. receptum est III, p. 151. 2) Fere m. Maio vel Iunio. 3) Papali modo titulum Friderico abrogavit noster. 4) Encyclica quae Othoni legato Apr. 11. data est; v. infra p. 159. 5) Ficker nr. 2430. Contuli Petr. Vin. ap. Huillard V, p. 307.

1239. *exaltandum Romani statum imperii continuis laboribus intendamus. Quapropter neccessario ducimur[a] requirere[b] vos, instanter monere pariter et exhortari[c], quatinus, si[d] omissum est aliqua negligentia vel torpore, nunc instanter ostendere debeatis, inducentes alios monitis et exemplo, ut omnes et singuli promta voluntate consurgant ad nostram et communem iniuriam ulciscendam. Quia cum idem blasphemator noster ausus alibi non fuisset in nostri nominis blasfemiam prorupisse, de tanta presumpcione gloriari non posset, quod volentibus et nolentibus[e] Romanis contra nos talia perpetrasset; cum pocius[f] id posset vestre ingratitudini reputari[g], si, quod ante factum fuit impedire laudabiliter potuistis, ex post facto nostram et vestram iniuriam[h] postponatis inultam. Nam cum[i] alterutrum teneamur, et nos Romanum honorem et[k] Romani[l] defendere nomen nostrum[m], si ad hoc vos[n] et eos negligentes invenerimus, cum nullus timor nos coegerit ad beneficia Romanorum, sed gratia induxerit specialis per ingratitudinem istam, licet prorsus inviti, cogamur[o] ab universis[p] exhibitam gratiam revocare.*
Apr. 20. *Datum Tervis., mensis Aprilis die vicesima.*

Idem autem dominus[q] imperator Frethericus cardinalibus paulo ante prescripserat[r], et eosdem Romanos in parte movit, sed nunc postremo commovit vehemencius. Scripsit in hec verba cardinalibus:

Litere[s, 1] imperiales. Imperator cardinalibus. *Frethericus Dei gratia Romanorum imperator[t] semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, universis sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus, dilectis amicis suis, salutem et sincere dileccionis affectum. Cum sit*
Matth. 16,18. *Christus caput ecclesie et in Petri vocabulo suam fundaverit ecclesiam supra petram, vos apostolorum statuit successores, ut, Petro pro omnibus ministrante, vos, qui estis cande-*
Matth. 5,15. *labra ecclesie super[u] montem, non sub modio constituta, re vera omnibus qui sunt in domo[v] effectu bonorum operum luceatis nec a publica mundi[w] lingua et[x] conscientia generali[y] vos subtrahere intendatis, cum ad singula que presidens sedi Petri proponit statuens[z] vel denuncianda decrevit[a] equa participacio vos[b] admittit[c], nisi previus[d] religionis ecclesie[e] status et zelus effervens[f] evitandi scandali generalis vobis[g] cautelam suggesserit ad futura. Quis enim non miretur et stupeat, quod tot venerabilium patrum congregacione munite[h] ecclesie generali[i] sedens in[k] solio — et[l] utinam iustus iudex! — velit[m] inconsulte procedere ac[n] suis motibus excandescens, in Romanum tendit[o] principem, advocatum ecclesie ac ad predicacionem[p] ewangelii stabilitum, ob favorem Lombardorum rebellium excercere gladium[q] spiritualem, si dicere liceat, minus iuste, cum alias quicquid[r] ex obiectis ecclesiarum gravaminibus, que[s] dicuntur, obiciat, quantumve species[t] per individua detinentur, vel emendacionem receperint[u] vel ex[v] deliberata nostri provisione[w] consilii sit in proximo, prout iussio iam precessit, debita et integra emendacio secutura. Nam ecce[x] per patentes literas[2] prelatorum[y], quos mandatum apostolicum prestitit monitores, eiusdem[z] testimonium declaratur; et precedens nostra constitucio super revocacione[a] prelatorum dampna passorum et de prestanda integra satisfaccione prelatis iam[b] per literas venerabilis[c] archiepiscopi Messanensis[3] vocato ad hoc assessori nostro transmissas evidens exhibet testimonium veritati[d]. Propter[4] quod non indigne dolemus, si pater apostolicus offendere[e] tam graviter nos intendat, ut[f], dum[g] in constantem virum tam vehemens cadit[h] iniuria, etsi pacienter ferre velimus[i], immanitas negocii non per-*

a) decrevimus *Hu.* b) vos r. *Hu.* c) hortari *Hu.* d) quod *Hu.* e) '*alibi* valentibus' *Hu.* f) post *Hu.* g) imputari *Hu.* h) non *add.* 2. i) *supra lineam* 1; ad *sine causa suppl. Luard.* k) vos *add. Hu.* l) Romanos 1. m) vestrum 1. n) vos segnes et negl. *Hu.* o) cogemur *Hu.* p) et singulis *add. Hu.* q) d. i. *des.* 2. r) scripserat 2. s) A *in marg. positum hanc ante epistolam* p. 151, *l.* 30. *praecedentem ponendam esse indicat* 1. t) et *add. Stad.* u) supra *St.* v) Domini ex *add. Hu.* w) l. m. *St.* x) *ita Hu. St.*; ex *codd.*, y) veritatis *add. St.* z) statuere *Hu. St.* a) decreverit *Hu.* b) nos *codd.* c) admittat *Hu.* d) ipsius *Hu.*; previsus *St.* e) ecclesiastice *St.* f) effluens *St.* g) c. v. *Hu. St.* h) munita ecclesia *St.* i) generalis *Hu. St.* k) in s. *supra lineam* 1. l) *deest Hu.* m) i. v. *Hu.* n) aut *St.* o) intendit *Hu.*; intendat *St.* p) ad precipitationem omnium, sententiam depositionis statuere et ob fav. *Petr. Vin.*; *quae interpolata iudicat Huillard, Ficker recepit.* q) s. g. *Hu. St.* r) *sic in omnibus*; quecumque *corr. Hu.*; quaerit, quid *St.* s) que vel dicantur obiecta vel que ut sp. *Hu.*; quae dicuntur obiecta, quantum ut *St.* t) sp. a genere p. i. (individuum *Hu.*) deriventur *Hu. St.* u) ceperint *Hu.* v) ad deliberationem *Hu.* w) *deest Hu.* x) et pat. ecce l. *St.* y) dampna passorum *add. St.* z) evidens *St.* a) vocatione *Hu. St.* b) cum *St.* c) venerabili archiepiscopo Messanensi (Messanum *St.*) *Hu. St.* d) veritatis *Hu.* e) nos off. tam gr. *St.* f) unde *Hu.* g) *deest St.* h) cadat *Hu. St.* i) voluerimus *Hu.*

1) Ficker nr. 2427; contuli Petr. Vin. ap. Huillard V, p. 282. et Ann. Stad., SS. XVI, p. 364. 2) Ficker nr. 2401; v. infra p. 153. 3) Landonis, qui a. 1238. m. Aug. ad curiam Romanam ab imperatore missus (Ficker nr. 2374a), ibi ab eius notario Willelmo de Tocco consultus est; v. infra p. 154. 4) Quaedam hic dicta laudantur a papa in bulla d. Apr. in., v. infra p. 161.

*mittit*[a], *quin*[b] *ad ulciones quibus cesares uti solent facti violentia nos impellat*[c]. *Veruntamen,* 1239. *dum consideramus impacientiam procedentis et difficultatem attendimus offensoris*[d], *si ex equo liceret privatas excercere vindictas, quas*[e] *in hominem per quem scandalum venit et in sui par-* Cf. Matth. 18, 7. *ticipes sanguinis compensare possemus, et*[f] *in ipsum et*[g] *suos attemptata [nostre*[h]*] sedis*[i] *iniuria redundaret, tolerabilius duceremus; sed, cum nec ipse nec tota*[k] *propter hoc sua passura progenies tanti forent, ut culmen*[l] *imperii zelaret*[m] *ulcionem ipsorum, cumque sedis*[n] *auctoritas audacie sibi frena relaxet, et*[o] *tot venerabilium fratrum*[p] *moles eum in concepta fovere pertinacia videatur, angit nos alciori mente turbacio, quod, dum nos intendamus a persequente defendere, oporteat*[q] *nos defendendo*[r] *gravius offendere resistentes*[s], *salva in omnibus ecclesie sanctitate, quam cultu sacro et debita reverencia*[t] *veneramur. Quapropter venerabilem*[u] *cetum vestrum affectuosius deprecamur, quatinus motus summi pontificis, quos ex causis evidentibus*[v] *non tam iustos quam voluntarios mundus agnoscit, ex*[r] *deliberata modestia compescatis, generali statui*[w] *et*[x] *presenti*[y] *quieti mentium a scandalis*[z] *providentes. Nam cum ad salutem*[a] *omnium vestrum favorabiliter alligemur, ab iniuriatorum*[b] *offensa non poterimus equanimiter abstinere, quin, etsi obstare*[c] *principiis non possimus, licite debeat*[d] *iniurias, quas revocare non possumus*[e], *iniuriis propulsare. Datum Padue*[f], *decima*[g] *die Martii, duodecima indictione.* Mart. 10.

De quibusdam scriptis pronosticis. Et tunc temporis quedam scripta, que videbantur futurorum esse prenostica[h], propter iminencia[i] pericula et discordiam ortam inter tam graves personas, quibus non sunt maiores, immo nec pares, ad memoriam sunt redacta et recenter recitata. Quorum unum est hoc:

*Excitabitur Roma — — Leoni substituetur agnus, et agni in leones depredabuntur. Surget furor contra simplicem et simplicitas attenuata spirabit. Decor convertetur in dedecus, et gaudium multorum erit*[k] *luctus.* Hec dicta anno gratie 1119.[1] iam instare intellectas comminaciones in scripto dicebantur.

Pronosticum. Aliud scriptum, quod videtur procurasse imperator — fertur tamen pro vero, quod inventi sunt hii versiculi in cubiculo pape scripti; modus autem et auctor penitus ignoratur —:

Versus[2].

*Fata*[l] *docent, stelleque monent aviumque volatus:*
*Tocius mundi malleus unus erit.*
*Roma diu titubans, variis erroribus acta,*
*Tocius mundi desinet esse caput.*

Quos versus cum dominus imperator et alii multi interpretabantur in interitum et desolacionem pape et Romane curie redundasse, papa in eundem imperatorem hos versiculos retorquebat:

*Fama refert, scriptura docet, peccata loquuntur,*
*Quod tua vita brevis, pena perhennis erit.*

Quomodo per admonitores excusatur imperator in hoc facto. Videns autem dominus imperator famam suam in hac tempestate periclitari, ut innocenciam suam manifestaret, procuravit[3], ut nuncii ipsi, qui magne auctoritatis viri fuerant et sollempnis, scriberent domino pape, ostendendo suam et domini imperatoris innocenciam ac iusticiam.

Litere[4] nunciorum. *Sanctissimo*[m] *patri in Christo et domino G. Dei gratia* 1238. *summo pontifici sui devoti Herpipolensis*[5], *Warmaciensis*[6], *Vercellensis*[7] *et Parmensis*[8] *epi-*

a) permittat *Gregor. infra.* b) quoniam *St.* c) compellat *Hu.*; inpellit *St.* d) assensoris *St.* e) q̄ 1. f) ut *Hu. St. Greg.* g) in *add.* 2. h) *suppleri ex Hu. St. Greg.* i) sedit *codd.* k) pro hoc tota *Hu.* l) i. e. *Hu.* m) celaret *St.* n) ipsius *add. Hu.* o) si *Hu.* p) suorum *add. Hu.* q) oportet *Hu.* r) *deest St.* s) satagentem, *al.* sagitantem *Hu.* t) corde et ope [corpore *St.*] *add. Hu. St.* u) venerandum vestrum c. *Hu.* v) evidentissimis tam iniustos *Hu.* w) ecclesie *add. Hu.* x) pr. et *Hu.* y) *sic codd.*; presertim *Hu. St.* z) sandalis 1. a) et honorem *add. Hu. St.* b) iniuriarum *St.* c) p. o. *Hu.* d) *sic codd.*; liceat *Hu. St.*; nobis *add. Hu.* e) possimus 2. f) Pod' 1. g) *reliqua des. St.* h) pronost. 2. i) *sic* 1. k) *bis scr.* 1. l) Facta 2. m) Scitissimo 1.

1) Potius a. 1109, supra p. 111; cf. Wendoverium p. 55. 2) Similes versus habentur ap. Gaufr. de Collone, SS. XXVI, p. 618 (ubi alii loci indicantur), ex cod. Bodlei. 2482, saec. XIII. ap. Huillard-Bréholles, 'Pierre de la Vigne' p. 271. 3) Literas que sequuntur iam a. 1238, Oct. 28. datas esse, noster ignorasse videtur; forsitan eas una cum encyclica a. 1239, Apr. 20. data (quam v. infra p. 162 sqq.) legerit. 4) Ficker nr. 2401; e nostro solo Huillard V, p. 249. Cf. Ann. S. Pantal. Colon., SS. XXII, p. 531 (Chron. regia p. 273): *Imperator vero petit sibi exprimi iniurias singulatim, et ad eas obiectiones respondens, responsiones suas cum obiectionibus fecit conscribi; que littere postea per Teuthoniam sunt transmisse et audite.* 5) Hermannus. 6) Landolfus. 7) Iacobus. 8) Martinus.

1238. *scopi humilem sui comendacionem*[a] *et reverenciam tam debitam quam devotam. Cum omni reverencia et devocione recepimus literas*[1] *apostolice sanctitatis, per quas missi fuimus amonere*[a] *dominum nostrum Romanum principem super quibusdam capitulis, que missa sunt eisdem literis interclusa. Nos autem ex obidiencie*[a] *debito, qua tenemur ad tantum dominum, hesitantes tamen, si monita nostra pacienter acciperet, reverenter et devote pervenimus; et expositis singulis que capitula continebant, ac vestrarum per eum habita copia literarum, faciente Domino, qui gerit ac dirigit quo voluerit corda regum, in admirabili devocione et insperata*[b] *humilitate se monitis nostris pronum exhibuit, inclinata imperialis audiencia dignitatis. Ita quod nobis existentibus coram eo, presentibus quoque venerabilibus Parnomitanensi*[a, 2]*, Messanensi*[3] *archiepiscopis, Cremonensi*[4]*, Laudensi*[5]*, Navariensi*[6] *et Mutinensi*[7] *episcopis et abbate*[8] *Sancti Vincencii*[9]*, convocatis etiam quam pluribus ex fratribus ordinis Predicatorum et Minorum, respondit ad singula que proposuimus seriatim, prout in sequentibus distincte ac plenarie continetur, sicut dominacioni vestre responsionem ipsius iuxta seriem capitulorum expositam secundum apostolicam iussionem sub fido testimonio tenore presentium declaramus.*

Obiecciones et responsiones[10]. *Propositio*[c] *ecclesie: Montis-regalis, Cephaludensis, Cartaniensis*[11] *et Squillatensis ecclesie, Milletensis, Sancte Eufemie, Terre-maioris et Sancti Iohannis in Lamis monasteria sunt spoliata fere omnibus bonis suis. Item: Omnes fere cathedrales et alie ecclesie ac monasteria sunt per iniquam inquisicionem fere omnibus honoribus*[d] *suis spoliata. Responsio imperialis: Super gravaminibus ecclesiarum que indeterminate ponuntur quedam ignoranter commissa corrigi iussa sunt sine more dispendio, quedam vero iam correcta, sicut est in evidenti, de fideli et industrio nuncio nostro ad hoc specialiter destinato, videlicet magistro Willelmo de Tocco*[e, 12]*, notario nostro, qui etiam iussus est transire per Romanam curiam et, consulto venerabili Messanensi archiepiscopo, iuxta consilium suum*[f] *procedere ad revocacionem eorum que inveniret notabiliter facta; sic quod in ingressu regni circa fines illos invenit quedam que tenebantur per quosdam de familia imperiali, quibus non pepercit, sed eos statim destituit, restituens destitutos, cum tamen habuerit in mandatis, quod ab imperiali fisco etiam revocaret, si qua inveniret illicite deprehensa; sic quod, fama eorum que gesserat perveniente ad curiam Romanam, dominus papa dicitur approbasse mittentis providenciam et diligenciam missi. Qui, cum regnum in diversas provincias sit divisum, nondum potuit omnes peragrasse, ut que corrigenda inveniret corrigantur. Item de ecclesia Montis-regalis respondetur, quod nullum gravamen habet per dominum imperatorem, nisi velit notari de Sarracenis, qui occupaverunt bona ecclesie per werram, qui nec dominum imperatorem nec ecclesiam recongnoscebant nec in aliquo pro posse suo pepercerunt, immo destruxerant et depredati fuerant eam usque ad muros ecclesie et alicui de Sicilia non parcebant, ita ut in partibus illis nullus vel rarus christicola remansisset. Hos re vera fatetur dominus imperator exterminasse de Sicilia cum multis laboribus et expensis; si reputant in hoc gravamen ecclesie*[g]*: alias nescit, quod unquam gravasset illam, nec vult gravare. Item idem dicit de ecclesia Cephalensi, nisi forte tangatur de castro Cephalensi, quod velut munitissimam arcem supra mare et stantem in marchia Sarracenorum tenuerunt semper reges Sicilie, et bone memorie Innocencius papa mandavit legato suo, tunc temporis pro servicio nostro in Sicilia existenti, ut illud reciperet ab episcopo*[13]*, ad cuius manus per turbacionem venerat et non de iure, et quod legatus tempore puericie*[h] *nostre faceret teneri et custodiri pro nobis; nec episcopo*[i] *presenti*[14] *restituitur nec de iure restitui debet, quia non habet ius in re, et alias quia falsarius, homicida, proditor et scismaticus publico testimonio comprobatur, quare*[k]*, si etiam haberet ius in re, quod absit, restitui non tenetur. Item idem de Cathanensi ecclesia, nisi forte*

a) *sic codd.* b) ispcta 1; inspecta 2. c) Proposito 1. d) hoibus *codd., corr. ex* honō 2. e) Tocto 1; Totto *sive* Tocco 2. f) *inter lineas* 1. g) *aliquid deesse sine causa censet Hu.* h) *corr. ex* puerie 1. i) nec *add.* 1. 2, *expunct.* 2. k) q̄ 1.

1) Hae non exstant. 2) Berardo. 3) Landone. 4) Homobono. 5) Ottobello. 6) Odemaro Novariensi. 7) Alberto. 8) Oddorino, de quo tunc ad aulam vocato cf. Ficker nr. 2371. 9) De Volturno, iam Castellone inter Iserniam et Atinam. 10) Cf. seriem gravaminum a. 1236. ap. Rodenberg, Epp. pont. I, p. 596. 11) Nomina explanata sunt supra p. 149. 12) V. supra p. 152. *Per manus Guillermi de Tocco notarii* datum est privilegium Friderici II. a. 1241, Febr. ap. Ficker nr. 3184. Forsitan ad hoc spectaverit *Friderici imperatoris epistola ad Guillelmum de Tocco notarium apostolicum* (sic): *Quia a nostris olim* in cod. lat. Paris. nr. 6584, f. 61, a multis annis frustra quaesito. HUILL. 13) Iohanne, uno ex 'dominis curiae' Siculae. 14) Arduino, qui iam ante a. 1235. exul (Winkelmann II, p. 102), postea, ut papae asseclae contendebant, iussu imperatoris interfectus dicebatur; v. infra a. 1249.

*tangatur de hominibus demanii domini imperatoris, qui temporibus guerrarum propter locum securum et fertilem se Cathaniam contulerunt. Hos fatetur imperator se ad demania sua revocasse secundum formam generalis constitucionis*[1] *regni, per quam etiam comites et barones et omnes de regno homines de demaniis revocant, ubicunque eos invenerint, sive in terris ecclesiarum, sive in civitatibus ipsius imperatoris. Nihilominus tamen super hiis forma statuta est et meta temporis posita, ad requisicionem summi pontificis acceptata, prout constat ex literis testimonialibus patriarche Antiochensis*[2] *et Parnomitanensis et Messenensis archiepiscoporum. Item cum ecclesia Miletensi et Sancte Eufemie, cum abbate et monachis Terre-maioris permutacio congrua facta sit de voluntate prelatorum ipsorum et conventuum secundum formam iuris, et ipsi hodie res tenent*[a] *et possident permutatas. Cassale*[b] *vero Sancti Severii*[3]*, quod non erat in totum abbatis Terre-maioris — Acon.*[c] *ibi quedam iura habebat, que tenebat in feodum ab ipso imperatore —, per iudicium fuit iuste destructum, quia homines illius loci tempore perturbacionis occiderunt Paulum de Longotham*[4]*, baiulum imperatoris, et armenta imperialia dirripuerunt; et nihilominus, ut dictum est, permutacio data est abbati et conventui pro parte sua, et hodie tenent. Locus Lame*[d. 5] *cinctus*[e] *est per sententiam ab abbate Sancti Iohannis Rotundi, qui de eo, velut de re feodali, potuit et debuit secundum ius civile et canonicum in imperiali*[f] *curia conveniri. Proposicio ecclesie: Templarii et Hospitalarii, bonis mobilibus et immobilibus spoliati, iuxta tenorem pacis*[6] *non sunt integre restituti. Responsio imperialis: A Templariis et Hospitalariis verum est, quod per iudicium et per antiquam constitucionem*[7] *regni Sicilie revocata sunt feodalia et bursesatica*[g. 8]*, que habuerant per concessionem invasorum regni, quibus equos, arma, victualia et vinum et omnia neccessaria ministrabant habunde, quando infestabant imperatorem, et imperatori, tunc regi pupillo et destituto, omne omnino subsidium denegabant. Alia tamen feodalia et bursesatica*[g] *dimissa sunt eis, qualitercunque ea adquisierunt et tenuerunt ante mortem regis Willelmi secundi*[9]*, seu de quibus haberent*[h] *concessionem alicuius antecessorum suorum. Nonnulla vero bursesatica*[g] *que emerunt revocata sunt ab eis secundum formam antique constitucionis regni Sicilie*[10]*, quod nihil potest eis sine consensu principis de burgasaticis inter vivos concedi vel in ultima voluntate legari, quin post annum, mensem, septimanam et diem aliis burgensibus secularibus vendere et concedere teneantur. Et hoc propterea fuit ab antiquo statutum, quia, si libere eis et perpetuo burgesatica*[g] *liceret emere sive accipere, modico tempore totum regnum Sicilie, quod inter regiones mundi sibi habilius reputarent, emerent et adquirerent; et hec eadem constitucio optinet ultra mare*[11]*. Proposicio ecclesie: Item, quod non*[i] *permittit cathedrales et alias vacantes ecclesias ordinari, et hac occasione periclitatur libertas ecclesie, perit fides; quia non est qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas, deficiente pastore. Responsio imperialis: Cathedrales et alias vacantes*[i] *ecclesias dominus imperator libenter vult et desiderat ordinari, salvis privilegiis et dignitatibus, que predecessores sui reges usque ad sua tempora habuerunt*[k]*, et quibus ipse modestius quam predecessores sui hactenus usi*[l] *sunt, nec contra ordinacionem ecclesiarum unquam fuit. Propositio ecclesie: De taliis et exaccionibus que contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis extorquentur. Responsio imperialis: Tallie et collecte clericis et personis ecclesiasticis non pro ecclesiasticis rebus, sed pro feodalibus et patrimonialibus imponuntur, secundum quod est ius commune et optinet ubique per orbem.*

*Propositio ecclesie: De hoc quod prelati non audent procedere contra usurarios occasione constitucionis imperialis. Responsio imperialis: Apparet generalis et nova constitucio contra usurarios edita per imperatorem*[12]*, per quam in omnibus bonis eorum publice condempnantur, et lecta est coram prelatis, per quam etiam non interdicitur prelatis audacia procedendi. Propositio ecclesie: Quod clerici capiuntur, incarcerantur, proscribuntur et*

a) teneant 1. b) Tassale *codd.; corr. Hu.* c) aconī *codd., quod corruptum videtur;* Aconensis *edd.;* Apulensis *vel* qui tantum *corr. Hu.* d) Lamie 1. 2, *corr.* Lame 1. e) *sic codd. et edd.; forte* domitus *(vel* exactus, *vel* convictus?) *emendandum.* f) *corr. ex* imperialia 1. g) *super* e *scr.* vel a *(id est* bursasatica) *Math.* 1; burgeusatica *corr. videtur.* h) haberet 1. *Luard; corr. (e 2?) Wats.* i) *inter lineas* 1. k) *in marg. bis scr. Math.* 1. l) usus est *forte emendandum.*

1) Const. III, tit. 6, ed. Huillard IV, p. 123. 2) Alberti. 3) Sansevero. 4) Occurrit Ficker nr. 1722; cf. Rycc. de S. Germano, SS. XIX, p. 355: *A.* 1229. *Paulus de Logotheta imperialis iustitiarius membratim trucidatus est ab hiis qui odio imperatorem habebant.* 5) A Sansevero versus orientem. 6) Sangermanensis a. 1230. 7) Const. II, tit. 27, p. 97. 8) Bona in burgis quae iure civili, non feodali tenentur. 9) Mortui a. 1189. 10) Const. III, tit. 29. p. 227. 11) In regno Ierusalem; 'Assises des bourgeois' 24, ed. Kausler p. 255; Winkelmann II, p. 105. 12) Const. I, tit. 6, p. 10.

1238. *occiduntur.* ***Responsio imperialis:*** *De captis et incarceratis nihil novit, nisi per officiales imperatoris aliqui capti sunt, assingnandi*[a] *iuxta qualitatem excessuum iudicio prelatorum. De proscriptis vero novit, quod, obiecto quibusdam*[b] *crimine lese maiestatis, aliqui de regno sunt proscripti. Novit etiam de occisis, quod propter impunitatem clericorum et monachorum Venusina ecclesia gemit obitum prelati sui*[1] *a suo monacho interfecti; et in ecclesia Sancti Vincencii*[2] *monachus monachum interfecit, nec est inde aliqua vindicta sive pena canonica subsecuta.* ***Propositio ecclesie:*** *De ecclesiis Domino consecratis, que prophanantur et destruuntur.* ***Responsio imperialis:*** *Nihil omnino scitur, nisi forte dicatur de ecclesia Lucerie, que propter diutinam vetustatem per se dicitur corruisse, et quam imperator, nedum quod reedificari*[c] *permittat*[d], *immo paratus est ad honorem Dei et ecclesie de suo pro reedificacione eiusdem episcopum congrue adiuvare.* ***Propositio ecclesie:*** *Quod non permittit reparari Soranam*[3] *ecclesiam.* ***Responsio imperialis.*** *Soranam ecclesiam solam edificari permittit, sed civitatem non, ad minus diebus suis, que iudicio est destructa.* ***Propositio ecclesie:*** *Quod contra tenorem pacis hii qui adheserunt ecclesie tempore turbacionis*[4] *bonis omnibus spoliati exulare coguntur.* ***Responsio imperialis:*** *Adherentes domino pape tempore turbacionis contra dominum imperatorem secure in regno morantur, nisi forte qui officia et iurisdicciones exercuerunt, metu ponendi rationem, vel aliqui, ne causis civilibus vel criminalibus conveniantur, morantur extra regnum; de quibus vult dominus imperator, quod secure redeant, si sibi et aliis conquerentibus, non tamen de eo vel eius occasione quod ecclesie adheserunt, velint facere rationem. Sed cum de forma pacis tractatur, recordatur, quod dominus papa contra eam et contra oppinionem*[a] *fere omnium fratrum detinet Civitatem Castelle*[5]. *Pro qua detinenda in preiudicium imperii recepit pecuniam, existente*[6] *domino imperatore pro servicio eius contra Romanos et expendente proinde ultra centum milia marcarum argenti, adeo quod magnum comodum*[e] *inde est ecclesia consecuta, tam de terra Romanis ablata et sibi restituta, quam de libertate ecclesiastica reformata in Urbe occasione servicii supradicti.* ***Propositio ecclesie:*** *De nepote regis Thunyci*[3], *quem non permisit venire ad apostolicam sedem ad suscipiendum baptismi sacramentum, sed captivum detinet.* ***Responsio imperialis:*** *Quod nepos regis Thunyci, non ut baptizaretur, sed ut aufugeret mortem, quam preminabatur patruus suus*[b], *de Barbaria fugit in Siciliam. Non tenetur captivus, sed liber per Appuliam vadit; et diligenter quesitus, si baptizari velit, omnino negat. Si tamen vult baptizari, dominus imperator acceptat et gaudet, prout super hoc*[b] *respondit alias Parnomitanensi et Messanensi archiepiscopis.* ***Propositio ecclesie:*** *De Petro Sarraceno*[7], *fideli ecclesie, quem tenet captivum in iniuriam ecclesie, et fratre Iordano*[8], *qui tenetur captivus.* ***Responsio imperialis:*** *Petrus Sarracenus tanquam inimicus domini imperatoris et detractor eius, tam in Urbe quam alibi, captus est per eum; item non in negocium regis Anglorum venit, sed tantum literas ipsius attulit, ut, si forte caperetur, capto parceremus, attencius supplicantes; quibus non obtemperavimus, quia rex nescivit, quas mihi paravit insidias. De fratre Iordano: quod ipsum nec cepit nec capi mandavit, quamvis eum in sermonibus defamaverat. Sed quia videtur a quibusdam fidelibus suis, qui norunt mores et versucias eiusdem fratris, quod status et mora eius, si fieret in Marchia Trivisii*[f] *et Lombardia, suspecta forent et nociva domino imperatori, prestita satisdacione, quod in Marchia vel Lombardia remanere vel morari non debeat, ipsum liberari mandabat, et assignari eum iussisset domino Messanensi archiepiscopo, si dictum fratrem in predictum modum super se recipere voluisset.*

***Propositio ecclesie:*** *De eo quod ipse sedicionem movit in Urbe contra ecclesiam, per quam intendit Romanum pontificem et fratres suos a sua sede repellere*[9] *et contra privilegia, dignitates et honores apostolice sedis libertatem ecclesiasticam conculcare.* ***Responsio imperialis:*** *Sedicio mota in Urbe contra ecclesiam per dominum imperatorem negatur. Sed cum ipse habeat fideles suos in Urbe, sicut predecessores sui, tam Romani principes quam reges Sicilie, soliti sunt habere, quia senatores aliquando electi per potenciam adversariorum eos offendere contendebant, astabat defensioni eorum, sicut astaret, quociens in similibus expediret.*

a) *sic* 1. b) *inter lineas* 1. c) non *supplendum.* d) *corr. ex* permittit 1. e) incomodum *codd. Luard; corr. Hu.* f) c'uisii 2.

1) Boni. 2) V. supra p. 154, n. 9. 3) V. supra p. 149. 4) A. 1228 sq. 5) De Città di Castello cf. Winkelmann II, p. 141. 6) A. 1234; cf. Ficker nr. 2058 a. 7) Cf. supra p. 147. 149. 8) Iordanum priorem S. Benedicti de Padua Ezelinus a. 1237. cepit; Rol. Patav., SS. XIX, p. 66. 9) Mense Iunio papa Urbem exiit, Octobri ex. reversus est.

*Cessante vero causa, videlicet quod alius senator*[1] *communiter electus fuit, cessavit turbacio* 1238.
*supradicta, prout constat de rei evidencia ex testimonio Parnomitanensis et Messanensis archiepiscoporum.* *Propositio ecclesie: De eo quod mandavit quibusdam fidelibus suis, ut episcopus Penestrinus*[2]*, apostolice sedis legatus, detineretur*[3]*. Responsio imperialis: Super mandato detencionis episcopi Penestrini respondit, quod nunquam mandavit nec etiam id sompniavit dominus imperator, quamquam de eo id iuste facere potuisset, tanquam de inimico suo. Qui licet missus per dominum papam, tanquam vir religiosus, tamen de mandato domini pape, ut ipse dixit, Lombardiam pro magna parte contra dominum imperatorem callide et perniciose subvertit et Lombardos contra ipsum in quantum potuit animavit. Propositio ecclesie: Quod per eum impeditur negocium Terre Sancte occasione discordie quam habet cum quibusdam Lombardis, cum parata sit ecclesia dare opem et operam efficacem, ut sibi et honori imperii super hiis que commissa sunt contra eum a Lombardis congrue satisfiat, et Lumbardi etiam ad hoc ipsum sint preparati; moneatur super hiis omnibus, et responsum eius significetur nobis. Responsio imperialis: Super negotio Lumbardie dixit dominus imperator, quod illud multociens commisit ecclesie, nec inde est aliquod comodum*[a] *assecutus, nisi quod prima vice*[4] *condempnati sunt Lumbardi in quadringentis militibus, quos dominus papa tali modo fecit ei solvi, quod ipsos contra ipsum imperatorem misit in regnum. Secunda vice*[5] *condempnati sunt in quingentis militibus, quos non imperatori, contra quem commissa erat iniuria, sed sub proteccione et ad requisicionem domini pape et ecclesie, que offensa non erat, ultra mare transmitti pronunciavit, quod etiam nunquam factum fuit. Tercia vice*[6] *ad requisicionem cardinalium, scilicet quondam episcopi Sabinensis*[7] *et magistri Petri de Capua*[8]*, plene, sicut dominus papa dictavit, commissum fuit dictum negocium ecclesie. Nec unquam postea de hoc fuit verbum, nisi quando dominus papa novit, quod imperator, postquam ei tociens fuerat illusum, descendere*[b] *cum excercitu a Germania in Ytaliam se parabat, et tunc*[9] *instanter peciit denuo negocium sibi committi; et dominus imperator, licet in eadem commissione naufragium sepe expertus fuisset, voluit*[10] *tamen sibi committere ad certum diem et sub condicione, quod ad honorem suum et comodum*[a] *imperii firmaretur. Quam condicionem dominus papa, prout per literas suas*[c] *constat, admittere noluit, quamquam ad presens per literas suas dicat, quod ecclesia negocium ipsum salvo iure et honore imperii fuisset diffinire parata; et ex hoc patet, quod litere ipse sibi manifestissime contradicant. Et ne pretendatur, quod in preiudicium Terre Sancte velit dominus imperator iura imperii in Ytaliam restaurare, qualiter dominus imperator negocium Terre Sancte assumpserit nec duxerit negligendum, apparet per literas suas responsales regibus orbis*[11] *et crucesignatis*[12] *in Francia, qui ipsum in dominum et rectorem excercitus elegerunt, per quas etiam respondit insuper eisdem, quod negocium ipsum de consilio ecclesie tractare volebat. Denique tamen super omnibus gravaminibus ecclesiarum corrigendis notarius domini imperatoris in specialem nuncium, sicut superius*[13] *est propositum, est transmissus. Addidit preterea imperialis responsio, quod — id quod enormius est et in admiracionem et stuporem omnium audientium verti debet — post recessum*[11] *supramemoratorum Parnomitanensis et Messanensis archiepiscoporum, quibus dominus papa ecclesie gratiam pro domino imperatore promisit, et quod voluit unum et idem esse cum eo, domino imperatore, prout decuit, non modice hoc attemptante, postquam sufficienter fuerat eis ad quedam capitula missa per eos responsum, prout in eorum attestacione consistit, post tergum et in confusionem eorundem archiepiscoporum, eis omnino nescientibus, misse sunt litere iste et capitula interclusa prelatis, que licet speciem admonicionis contineant, suggillacionem tamen imperialis fame continent manifeste. Ultimo generale verbum respondit et proposuit dominus imperator, quod, cum ipse diu fuerit absens a regno et regni statum ignoret, quicquid unquam in gravamine ecclesiarum factum est, quod remaneat emendandum, integre et sine difficultate aliqua id emendari mandabit. Et nihilominus propter universale bonum, quod ex unione inter ipsum et ecclesiam provenit, paratus est omnem prorsus securitatem, que ecclesiam et ipsum imperium deceat, prestare ecclesie, quod ad honorem et exaltacionem fidei christiane et ad honorem et libertatem*

a) *sic* 1. b) defendere 1, *corr.* descendere 2. c) *inter lineas* 1.

1) Cf. supra p. 136. 2) Iacobus. 3) Cf. supra p. 148, infra p. 160. 4) V. Honorii III. litteras d. a. 1227, Ian. 5. 5) V. Gregorii IX. litteras d. a. 1233, Iun. 5. 6) A. 1234; cf. Ficker nr. 2042. 7) Iohannis. 8) Diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum. 9) Litteris d. a. 1235, Sept. 22, a. 1236, Mart. 21. Iun. 10. Oct. 23. 10) Cf. Ficker nr. 2107, 2197 sq. 2225. 11) Ib. nr. 2160; v. p. seq. 12) Ib. nr. 2297. 13) P. 154, l. 22. 14) A. 1238, m. Aug. vel Sept.; cf. ib. nr. 2374a.

1238. *ecclesiasticam conservanda sit unum et idem cum ecclesia, viribus et potencia sua ad hoc ex toto conversis. Datum*[1] etc.

1239. **Querimonia imperatoris, quod contemptus est tam a rege Anglorum quam a domino papa. Scribit igitur comiti Cornubie Ricardo**[a]**, sororio suo, prolixam epistolam et**[b] **principibus pluribus aliis, mutatis tantum titulis.** Hec postquam domino pape intimata sunt, in vehementem iracundiam exarsit. Et se ipsum iustificans, omnia hec predicta pro frivolis habuit et inutilibus sermocinacionibus et sprevit quasi comenta contraria veritati. Scribens igitur principibus et magnatibus tocius christianitatis, tam laicis personis quam ecclesiasticis, absolvit quotquot eidem Fretherico[c] fidelitate tenebantur, ut non ei tenerentur quasi domino obedire. Fecit etiam per omnes terras sibi optemperantes sentenciam latam in eundem terribiliter, precipue autem in Anglia, sollenniter publicari[2], eum graviter diffamando, ipsumque inimicum manifestum Dei et ecclesie affirmavit. Quod cum dominus imperator festina relacione cognovisset[3], tactus dolore cordis intrinsecus, prorumpentibus crebris suspiriis, amicis querimoniam gravem reponens, scripsit in hec verba:

1236. **Litere imperiales**[d. 4]. *Frethericus* etc.[e] *Inviti loquimur, sed tacere non possumus.* Matth. 3, 10. *Iam enim securis ad radicem arboris posita et gladius fere usque ad animam* Luc. 2, 35. *transiens labia dissolverunt; iusque datum sceleri scribimus, et populum contumacem dexteram in viscera propria vertisse*[f] *condolemus. Iuri prefertur iniuria, et voluntas iusticie dominatur, dum*[g] *quidam Ytalie populi ceptrum contempnere conantur imperii*[h]*; ac etiam proprie comoditatis immemores, libertatis cuiusdam*[i] *vage luxuriam quieti pacis imponunt*[k] *et equitati iusticieque*[l] *pretulerunt. Nec tamen a nobis rebellionem huiusmodi sumpsisse nunc primum exordium extimetis*[m]*; sed avitas et*[n] *paternas prosequimur iniurias et productam iam ad alias regiones libertatis invidiose propaginem*[5] *nitimur supplantare. Set nec ista dissimulasse aliquolibet*[o] *modo [nos*[p]*] hactenus aut conniventibus oculis pertransisse credatis! Quam primum enim*[q]*, in nobis pubescentibus ac mentis et corporis calescente virtute, ad Romani culmen imperii*[6] *preter spem hominum, nutu solummodo*[r] *providencie divine conscendimus, ac regnum Sicilie, preclara*[s] *materne successionis hereditas, ad iura nostra pervenit*[7]*, aciem mentis nostre continuo*[q] *direximus ad predicta. Ac demum*[t] *ad consummacionem propositi nostri, miserabili casu de amissione Damiete tunc temporis [materiam*[p]*] ministrante, cum venerabili*[u] *patre nostro H.*[v] *summo pontifice apud Verulas*[8] *colloquio celebrato, Verone de communi consilio pro negotio Terre Sancte et reformacione imperii sollempnem curiam duximus indicendam, ubi tam*[w] *nos quam predictus papa condiximus*[x] *interesse. Quo proposito et volubilitate consilii et*[q] *motu rerum*[y] *continuo presentium immutato, nos a tanto bono recedere non volentes, Ferentini*[z. 9] *denuo cum papa prestito*[a] *collacione*[b] *habita, curiam apud Cremonam*[10] *indiximus, ad quam filium*[11] *nostrum cum multis principibus imperii nostri vocavimus*[12] *cum decenti militum comitiva*[c]*, nichilominus de Ytalie partibus ducentes nobiscum milites, prout imperialis excellencie decus et tantum negocium condecebat*[d]*. Ex quo Lumbardi nobis et honori nostro rebelles,* cf. Rom. 1, 28. *in spiritu contradiccionis assumpti et [in*[e]*] reprobum sensum dati, palliata occasione timoris, propterea quod armatorum consorcio fruebamur, et nobis intendere tanquam ipsorum legitimo domino contempserunt et, ingressu in Ytaliam via-*

a) R. 1. b) *corr. ex* e 1. c) F. 1. d) Scripta a Petro de Vineis *Bal.* e) regi Francie *add. Huillard.* f) convertisse dolemus *Bal.* g) *sic Bal. Hu.*; dominum quidem *codd.* h) *punctum hic ponunt codd. edd.* i) *sic Bal.*; cuiusd 1; eiusdem 2. k) ipsorum *Bal.* l) que *inter lineas* 1; iustitiae *Bal.* m) *sic codd.*; aestimetis *Bal. Hu.*; existimetis *corr. Lu.* n) pros. et pat. *Bal.* o) a. m. *des. Bal.* p) *suppl. e Bal. Hu.*; *deest codd.* q) *deest Bal.* r) ex dispositione *cod. Vindob. ap. Hu.* s) nostre *add. Bal.* t) deinde *Bal.* u) venerabili — sollempnem *des. Bal.*, *ubi* papa. v) *i. e.* Honorio. w) tam nos q. p. p. *des. Bal.*, *ubi* simul. x) convenimus *Vind. ap. Hu.* y) c. r. *Bal.* z) Fer. — milites *des. Bal.*, *ubi* ac ducentes nobiscum militum comitivam. a) *sic corrupte codd.*; vel a (*i. e.* prestita) *in marg.* 2; praedicto *Hu.* b) colloquio *Vind.* c) comitatu *Hu.* d) etc. *Bal.*, *ubi reliqua desunt.* e) *deest codd.*

1) *Cremone, in domo imperiali apud Sanctum Laurentium, 5. Kal. Novembris, indictione* 12. add. Huillard e catal. chart. arch. Romani ap. Muratori, Antiq. Ital. VI, p. 87. 2) V. supra p. 151, infra p. 159. 3) Minime; ordinem temporum quibus hae litterae datae sunt perperam confudit noster; v. supra p. 134. 4) Fere m. Maio a. 1236; Ficker nr. 2160. Contuli Baluz. Misc. I, p. 451. 'e cod. Colbertino' et Huillard IV, p. 873, qui integram encyclicam affert. — 5) Fridericum, qui omnino summum imperium sibi soli vindicaret, alios quoque principes ad dominatum regium, altero alterum adiuvante, stabiliendum his litteris invitasse, bene docuit Winkelmann II, p. 30. 6) A. 1220. 7) A. 1208. 8) A. 1222, Apr. 12; cf. Ficker nr. 1384 b. 9) A. 1223, m. Martio. 10) Ad a. 1226; cf. Ficker nr. 1580. 1623 a. 11) Henricum VII. — 12) Ficker nr. 1602 a.

*rum difficultate prohibito*[1], *filium nostrum et principes a nostris aspectibus subtraxerunt. Ad* 1236. *exaggeracionem dein*[a] *nequicie adhuc occulte*[b] *ac perfidie maliciam manifestam insolenciamque adiecerunt, quod contra nos et imperium conspirantes, nobis presentibus et contemptis, coniuraciones nepharias contraxerunt. Et sic desiderata filii nostri visione fraudati, in Apuliam redeuntes, quia preparacio passagii transmarini, ad quod tenebamur ex voto, tunc temporis nos artabat, causam ipsam de satisfaccione nobis et imperio facienda arbitrio summi pontificis commisimus*[2] *terminandam, per quem in quingintis*[c, 3] *militibus pro negocio Terre Sancte sub eorum sumptibus per biennium exhibendis fuerunt nobis arbitrali sententia condempnati. Quos*[d], *inimico*[e] *pacis ecclesiam [inter*[f]*] et imperium discordiam seminante, ipsos contra nos* cf. Math. 13,39. *in Apuliam transmiserunt*[4], *et sic per contrarie satisfaccionis modum precedentes iniurias geminarunt. Redeuntibus autem nobis de partibus transmarinis*[5], *ac inter nos et ecclesiam dissensione sedata, de reformacione status imperii concepto proposito inherentes, apud Ravennam*[6] *iterum de consilio beatissimi patris nostri G. summi pontificis indiximus curiam generalem sub inermi tantummodo et domestica*[g] *comitiva, ut timor armorum et occasio frivola tolleretur. In qua nedum Lumbardi predicti devocionis et obediencie nobis signa pretenderent, immo in oculis nostris fere civitatem Verone et Ezelinum de Romano, tunc*[7] *temporis ad nostre fidelitatis obsequium noviter revocatos, extractis eorum carrochiis, violenter invadere nitebantur, ad reverenciam nostre presencie nullo habito omnino respectu, accessum*[h] *etiam filii nostri ad nos vel nostrum ad eum per terras et stratas*[i] *imperii, que, etsi nostre sint proprie, tamen omnibus sunt communes, denuo prohibentes; ita quod patris oculus tunc temporis etiam filium non vidisset, nisi quod navali presidio, amore paterno, qui contineri non poterat, stimulati, nos Aquilegiam sub maris dubia sorte contulimus*[8], *ut predictum filium nostrum et principes, qui ad nos devote se contulerant, videremus. Nec adhuc defuit clementie nostre constantia quin, aggressionis hostilis furore deposito, iterum et causam ipsam committeremus*[9] *arbitrio ecclesie terminandam. Ex eo tamen unde credidimus humanitatis eisdem exempla protendere, cornua ipsis indevocionis ereximus, referentes ab eis pro debita fide perfidiam et* cf. Luc. 1,69. *pro devocione contemptum; nec ulla de*[k] *predictis vexatio*[l] *tribuit intellectum.** . . . . . . 1236. cf. Es. 28,19.

Quod denunciatus est dominus imperator in Anglia excommunicatus. 1239. Et cum versus Scociam iter dominus legatus[10] arripuerat, capitulum Sancti[m] Albani ingressus est; et prius facto sermone de assumpcione beate virginis — hoc enim infra octavas evenit —, dominum imperatorem excommunicavit. Aug. 15—22. Monachi vero sibi de tali permissione literas excusatorias optinuerunt. Et eisdem diebus pluries in ecclesia sancti Pauli Londoniarum idem imperator sollempniter est excommunicatus, tali papali autentico, quod legato transmissum est, compellente:

Litere papales acerbe contra dominum imperatorem misse legato. 1239. Apr. 11. *Gregorius*[11] *episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio suo O.*[12] *Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Sedes apostolica, sicut totus fere orbis facti evidentia didicit, Fretherićum dictum imperatorem, ex quo ipsum ex utero matris excepit genibus, affectu materno prosequens, lactavit uberibus et humeris baiulavit;* cf. Iob 3,12. *quem olim omni pene destitutum auxilio et dubiis tantum derelictum eventibus suo recepit patrocinio confovendum, opponens se potenter invasoribus regni sui, qui in terram eius oculos aviditatis iniecerant, cuius iam fines ingressi, eam absque ullo defensionis obstaculo usurpabant, et defendens eundem ab insidiantibus vite sue, qui emuli saluti ipsius conabantur animam ipsius*[n] *extinguere et de terra ipsius memoriam abolere. Cumque idem* cf. Ps. 33,17. *proteccionis ecclesiastice clipeo premunitus, persone et regni sui bone memorie G.*[13] *de Gwalgano*[o] *titulo Sancte Anastasie presbytero cardinali a sede apostolica per multos annos*

*) Hic deest de hac epistola *scr. Math. in marg.* 1; *(v. reliqua, fere 6 paginas, ap. Huillard p.* 875).

a) deinde 2. b) nequicie *iterum add.* 1. c) *sic* 1. d) nedum quod nobis transeuntibus ad nostrum obsequium transmisissent, immo *add. Hu.* e) inito 1. f) *suppl. ex Hu.; deest codd.* g) domestico comitatu *Hu.* h) ausum 1. i) vias *Hu.* k) *deest Hu.* l) veneratio *perperam proponit Hu.* m) S. A. *in marg.* 1. n) eius *Rod. Hu.* o) Gwalgañ 1; Gualgano *Rod.*; Gualgenem *Hu.*

1) A. 1226. m. Maio; Ficker nr. 4006b. 2) Aug. 29. et Nov. 17. 3) Potius quadringenti papae litteris d. a. 1227. Ian. 5. dicuntur. HUILL.; ita quoque supra p. 157, l. 16. 4) A. 1228. 5) A. 1229. 6) A. 1232, Ian. 14. 7) Cf. Ficker nr. 1958a. 8) M. Martio. 9) V. supra p. 157, n. 5 sq. 10) Otto cardinalis. 11) Contuli hanc encyclicam (Potthast nr. 10724) cum Huillard V, p. 290. d. *universis prelatis* et Epp. Pont. ed. Rodenberg I, p. 637, ex Regestis, data *archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis suis.* 12) Ottoni. 13) Gregorio. Hic fortasse monachus in monasterio S. Galgani (in monte Sepii, dioec. Volterran.?) fuerat; Winkelmann, 'Otto IV.' p. 476.

1239. *deputato custode, maioris metas attigisset etatis, tandem ad alcioris dignitatis apicem per eam extitit sullimatus. Sed diligencie studium circa personam eius impensum, labores plurimos, quos ecclesia subiit propter eum, quoad ipsum, perdidisse videtur, cum tot beneficiorum sit immemor, tante gratie sit ingratus. Et utinam illius ingratitudinis non excederet terminos, per quam perceptorum bonorum existeret negacione contentus! Porro, licet offensa quelibet aculeos doloris importet, illa tamen iaculo graviori percellit, in qua ingratitudo*[a] *pro gratia rependitur, et pro beneficiis maleficia compensantur. Verum, quantumcunque ipsum apostolica sedes dilexerit et supreme culmine potestatis erexerit secularis*[b], *suis tamen exigentibus culpis, de quibus, quamquam pluries a nobis monitus, satisfacere non curavit, coacti sumus*[c], *licet inviti, animadvertere in eundem. Nam etsi Adam divina providencia excellencia dignitatis et auctoritatis extulerit, cui omnia animancia terre subiecit, quia tamen sui iussa preteriit Plasmatoris*[d], *eius excessibus non pepercit. Que autem a dicto F[retherico*[e]*] pro tot bonis sibi collatis ecclesia retribucionis premia reportarit, discrescionem*[f] *tuam volumus non latere, pauca de multis presenti pagina declarando*[1]. *In Urbe siquidem gravem movit*[g] *sedicionem, exinde nos et fratres nostros totis viribus nisus excludere, ut sic apostolice sedis honorem deprimeret ac libertatem ipsius penitus conculcaret, contra iuramenta*[h] *prestita temere*[d] *veniendo. Et venerabilem fratrem nostrum Penestrinum episcopum, dum ipsum ad partes Albigensium disponeremus pro corroboracione fidei catholice destinare, per quosdam suos fideles in viam*[i] *impediri mandavit. Cathedrales etiam ecclesias*[k] *et alias vacantes regni sui nequaquam ordinari permittit in animarum periculum et grave detrimentum ipsarum, eas et quasdam alias nihilominus spoliando fere omnibus bonis suis et tallias ac exacciones indebitas prelatis, religiosis et aliis clericis secularibus imponendo. Nobilibus quoque, pauperibus, orphanis et viduis usque ad exinanicionem*[l] *extremam deductis, eos ad modicum dura et crudelis exactorum suorum acerbitas non patitur respirare; et sic totum fere regnum, quod est speciale patrimonium beati Petri, pro quo iuramento fidelitatis apostolice sedi tenetur et ipsius ligius vassallus existit, quantum in eo est, in favillam quasi et cinerem iam redegit. Quod si, postquam monitus fuerit a nobis, non duxerit corrigendum, nos super hoc, auctore Deo*[m], *sicut expedire videbimus, procedemus. Insuper negocium impedit Terre Sancte necnon etiam imperii Romanie. Preterea, cum tempore concordie inter ipsum et ecclesiam reformate in manibus sedis apostolice legatorum iuraverit ecclesie preceptis*[n] *obedire, et ipse mandatum ab eis receptum, quod terram ecclesie vel terras eorum quas*[o] *tunc ad suas manus tenebat aut ipsorum personas nullatenus caperet, occuparet sive etiam devastaret, adimplere contempsit, terram ecclesie occupando, videlicet in Lumbardia Ferrariam, Bondenum*[p], *Pigonagam*[q]; *terram quidem Sardinie et Massam Lunensis diocesis capiendo et deiciendo*[r] *illos quos ad manus suas ecclesia reservavit et devastando terras ipsorum, licet extunc in eum presentem ipsi legati excommunicationis sententiam tulerint, si super hiis non faceret quod mandarent*[s]. *Idem etiam nepotem regis Tunixi detinet*[t], *ad Romanam curiam et ecclesiam pro percipiendo sacri baptismatis lavachro accedentem. Ac dilectum filium Petrum Sarracenum, nobilem civem Romanum, ex parte karissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglie ad sedem*[1] *apostolicam missum, et filium eius*[2] *carceri detinet mancipatos. Quia vero super hiis et quam pluribus aliis excessibus pluries a nobis monitus, correccionis medelam non senciens, cum suarum sint ulcera indurata culparum, cotidie deteriora committere non veretur, nos hec absque Christi offensa preterire sub dissimulacione ulterius non valentes, de fratrum nostrorum consilio, ex parte Dei omnipotentis, cuius vicem in terris gerimus, licet inviti*[u], *et auctoritate beatorum apostolorum*[v] *Petri et Pauli ac nostra, in eum*[w] *excommunicationis et anathematis sententiam duximus promul-*
cf. 1 Cor. 5, 5. *gandam, tradentes ipsum F[rethericum*[e]*] Sathane in interitum carnis, ut spiritus eius in die Domini salvus fiat; omnes qui ei fidelitatis iuramento tenentur decernendo ab observacione iuramenti huiusmodi absolutos, et firmiter prohibendo, ne sibi fidelitatem observent, donec fuerit vinculo excommunicationis astrictus*[x]. *Quocirca devocionem*[y] *tuam monemus et*

a) ingratudo 1; pro gr. ingr. *Rod.* b) inter seculares *Hu.* c) fuimus *Rod.* d) *deest Rod.* e) F. 1. f) *sic* 1; universitatem vestram *Rod. Hu.* g) s. m. *Rod.* h) *corr. ex* iuramenti 1. i) via *Rod.* k) et a. v. eccl. *Rod.* l) exinacōnē 1. m) Domino *Rod.* n) o. p. et i. m. rec. ab eis *Rod.* o) quos *Rod.* p) Būden̄ 1; Bondoniam *Hu. Lu.* q) Pingnogonam *Hu.*; Bondenum *add. Rod.* r) eiciendo *Rod.* s) *ita Rod.*; mandaret *codd.* t) a. s. *Rod.* u) immeriti *Rod. Hu.* v) P. et P. ap. eius *Rod.* w) et omnes illos qui in premissis vel alias contra Romanam ecclesiam sibi prestiterint consilium, auxilium vel favorem, *add. Rod. Hu.* x) *lin.* 35—41. *hic add. Rod. p.* 668 = *Hu. p.* 292 *sq.* y) universitatem vestram *Rod. Hu.*, *ubi sententia ab hoc epistolae exemplari diversa est.*

1) Cf. excommunicationem et obiectiones a. 1238, supra p. 148. 154 sqq. 2) Iohannem; v. supra p. 147. 149.

*exhortamur attente, per apostolica scripta tibi precipiendo, mandantes, quatinus pre-* 1239. *dictam excommunicationis et anathematis sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, sollempniter publicari*[a] *ac absolucionem*[b] *et inibicionem*[c] *nunciare procures, et facias per totam terram tue legacionis modo simili publicari et etiam nunciari, mandatum nostrum taliter impleturus, quod devocio tua possit exinde merito comendari*[c]. *Ceterum, cum prefatus F. de aliis magnis*[d] *gravibus sit plurimum infamatus criminibus, nos, dante Domino, super hiis suo loco et tempore procedemus, prout in talibus negocii natura requirit. Verum, quia terroris sonitus semper est* cf. Iob 15,21. *in auribus impiorum, et, etiam quando pax est, insidias suspicantur, eo quod turbata conscientia semper seva presumit, idem F., priusquam sententia excommunicationis lata esset in ipsum, quasdam fratribus nostris decrevit*[1] *literas transmittendas, pro parte inferius annotatas, que post eandem latam sententiam ipsis presentate ad nostram et eorumdem noticiam pervenerunt. Unde quia voluit Dominus occulta cordis eius detegere, qui manifestat abs-* cf. 1. Cor. 4,5. *condita tenebrarum et cordium secreta revelat, ex ipsarum literarum*[c] *tenore colligitur, quam gerat devocionem ad Romanam ecclesiam, matrem suam, quam ad summum pontificem ac fratres eius ac sedem apostolicam reverentiam habeat, cuius ratione Regni vassallus existit. Contra nos enim et ipsos conspirasse videtur; ex quo, quantum et quale crimen incurerit*[e], *satis patet. Inter cetera vero que sua continebat epistola hec habebantur inserta: 'Propter quod non indigne dolemus, si pater apostolicus offendere tam graviter nos intendat; ut, dum in constantem virum tam vehemens cadit iniuria, etsi pacienter ferre velimus, immanitas negocii non permittat, quin ad ulciones quibus cesares uti solent facti violencia nos impellat. Veruntamen, dum consideramus impacienciam procedentis et difficultatem attendimus offensoris, si ex equo liceret privatas excercere vindictas, quas in hominem per quem scandalum venit et in* Matth. 18,7. *sui participes sanguinis compensare possemus, ut in ipsum et suos attemptata nostre sedis iniuria redundaret, tolerabilius duceremus. Sed cum nec ipse nec tota propter hoc sua passura progenies tanti forent, ut culmen imperii zelaret ulcionem ipsorum, cumque sedis auctoritas audacie sibi frena relaxet, et tot venerabilium fratrum moles eum in concepta fovere pertinacia videatur, angit nos alciori mente turbacio, quod, dum nos intendamus a persequente defendere, oporteat nos defendendo gravius offendere resistentes'*[2]. *Datum Laterani, 3.*[3] *Idus Aprilis,* Apr. 11. *pontificatus nostri anno* 13.

De magna commocione et iracundia imperatoris contra papam, et de ipsius gravi querimonia. Cumque dominus imperator super hac diffamacione certificaretur, factus de rege tirannus, non immerito magis ac magis in Mediolanenses et alios proditores suos[f], quos papa contra eum[g] iuvit efficaciter et animavit. Mediolanenses[4] vero auxilio[h] papali[5] facti animosiores et comperientes rem agi pro capite, exierunt impetus furibundos facientes, concomitante quodam legato[6] a latere domini pape ad eorum auxilium destinato, Ferrariam[7] et alias civitates et castra imperialia, dum se dominus imperator ad loca remociora[8] transtulit, violenter occuparunt, loca vicina[i] usque ad exterminium et internecionem devastantes[9]. Nec invenerunt obsessi misericordiam, petentes lacrimabiliter legatum, ut, civitatibus et substantia eorum omnimoda sibi redditis ad manum, tantum personis pro Deo parceretur; nec sunt exauditi, nisi penitus et absolute se suaque sibi manciparent. Unde sancti viri et religiosi regiones christianas inhabitantes, non minimum admirati sunt[k] tam inhumanam ac cruentam ferocitatem in ecclesiastico prelato, cum imprecacionibus multimodis execrabantur, qui tantum usus gladio materiali non est recordatus facere misericordiam. Et invasit timor et horror corda, ne dominus Deus excer-

a) *ita* 2; publicare, *sed superscr.* vel i 1. b) *haec corrupta videntur.* c) *sic* 1. d) et *add. Ilu.* e) t. l. *Rod.* f) incanduit *suppl. edd.* g) *deest* 2. h) auxio 1. i) vicinia 1. k) *sic add. inter lineas* 1, *in contextu* 2.

1) Mart. 10, supra p. 152 sq. 2) Quae formula in Regestorum exemplari huius encyclicae (Rodenberg p. 639) sequitur legato non conveniens omissa est. 3) Non omnes huius tenoris epistolae eodem die datae sunt; exemplar Regestis insertum die 7. Id. Apr. datum est; cf. Rod. p. 639, n. 3. 4) Mediolanenses solos noster saepius pro Italis imperatoris hostibus dicit. 5) De foedere inter Venetiam et Ianuam, colludente papa, ad imperatorem debellandum a. 1238, Nov. 30. icto noster nihil comperisse videtur. 6) Gregorio de Monte-longo, nuncio Gregorii IX. ab a. 1238, Aug. (Potthast nr. 26284), legato a. 1239, m. Apr. (Ann. Plac., SS. XVIII, p. 481) instituto. 7) Haec ad a. 1240. pertinent; cf. Ficker nr. 3118a. 8) In Italiam mediam (a. 1240 in.) et inferiorem. 9) Singula quae a. 1239. in Lombardia gesta sunt noster minus accurate et hoc anno infra iterum narravit.

1239. cf. Es. 42,25. cituum effunderet indignacionem suam super induratos, et ecclesia ruinam magnam pateretur, presertim cum non curaret pars papalis preces vel ieiunia, missas et processiones, nec preciperet universaliter humiles preces[a] Deo fundere et sic iram Dei flectere, in quibus solet ecclesia in tribulacionibus respirare et triumphos de oppressoribus crebrius reportare, sed spem totam ponens in pecunie thesauris et rapinis, ad gladium et ulciones proprias irruit frontuosa[b]; unde dolor et desolacio christianorum, magnatum oriuntur comminaciones, furor et rancor, odium et iracundia inter ecclesiam et imperium, flebile nacta principium[c], exitum flebiliorem minabantur. Hiis igitur lesus doloris aculeis dominus imperator, se intendens excusare et dominum papam accusare, multis regibus et principibus[1], precipue regi Anglie et Ricardo[d] comiti Cornubie, fratri suo, quasi karissimis sororiis suis, in quibus specialius confidébat, scripsit in hec verba:

Apr. 20. **Litere[2] imperiales misse comiti Ricardo.** *Frethericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, R. comiti Cornubie, dilecto* cf. Es. 49,18. *sororio suo, salutem et omne bonum. Levate in circuitu oculos vestros, arrigite, filii hominum, aures vestras[e]! 'Orbis scandalum, discidia gentium, generale iusticie doleatis exilium[f], exeunte nequicia Babilonis a senioribus populi, qui populum[g] regere videbantur, dum iudicium in* cf. Amos 5,7. *amaritudinem et fructum iusticie in absincium convertunt! Sedete, principes, et intelligite,* cf. Ps. 16,2. *populi, causam vestram[h]! A[i] vultu Domini iudicium vestrum[k] prodeat, et oculi vestri videant equitatem! Scimus etenim[l] et in supremi Iudicis virtute confidimus, quod, cum apud vos pon-* cf. Prov. 20,10. *dus et pondus, mensura et mensura non fuerint[m], profecto modestiam et innocenciam nostram in iudicii vestri libra preponderare videbitis calumpniosis detrahencium labiis et venenosis invencionibus[n] ficcionum. Sed nec nunc primum cause[o] nostre iusticiam et[p] residentis in sede[q] Domini pravitatem ad publicam mundi noticiam novimus[k] pervenire[r], quin preter agillime[s] fame preloquium, que frequenter in maximis virginum aurium deflorat auditum, nos ipsi, quod[t] primitus rumor eduxerat, subsequentibus postmodum nostre serenitatis affatibus[u] firmaremus[3], qualiter iste novus athleta, sinistris factus[v] auspiciis pontifex generalis — amicus noster precipuus dum in minoribus esset ordinibus constitutus — beneficiorum omnium quibus imperium christianum sacrosanctam ecclesiam[w] ditavit oblitus, statim post assumpcionem suam fidem cum tempore renovans[x] et mores cum dignitate commutans ac habens quodammodo de publica turbacione[y] pruritum, in nos, supremum[z] et unicum filium ecclesie, sue malignitatis aculeos acuisset[4], dum, occasione sumpta, quod propter iminens[a] scandalum evitandum sacramento prestito et lata[b] contra nos excommunicationis sententia nos ad certi temporis obligaverimus[c] transitum, adversa valitudine corporis prepeditos, adiectis plerisque[d] capitulis aliis, de quibus antea nunquam fueramus muniti[e] vel amoniti, excusacionibus nostris contra Deum et iusticiam omnino reiectis, excommunicacionis sententia nos denunciavit astrictos. Cui, velut in nos primitus de[f] nostra voluntate prolate, cum humilitate paruimus, absolucionis beneficium, pristina nobis incolumitate corporis reddita, postulantes, dum nos ad transitum instanter[g] pararemus. Quo petito suppliciter[d] et iniuriose negato, in Terre Sancte subsidium sub pia voti prosecucione[h] transivimus[5], extimantes[i], vicarium Iesu Christi ad eius negocium potius quam ad concepte* cf. Col. 3,1. *malivolencie contra nos odium aspirare. Sed is quem speravimus ea solummodo que sursum sunt sapere et visu celestia contemplantem mente credimus in celestibus habitare, subito inventus est homo, quin immo per inhumanitatis opera non solum a veritate sepositus, sed ab[k] humanitate discretus[l], dum — preter impedimenta, que nobis in Syria preparavit[n] per nuncios et legatos, qui soldanum literis suis, quas nos, captis ipsarum latoribus, in[o] testimonium reservamus, ne nobis terram divino cultui[p] et Ierosolimitani regni iuribus debitam redderet, munierunt — regnum nostrum Sicilie violenter intravit,*

Verbum durum; imponitur sedicio pape[m].

a) prece 1. b) *sic codd.* c) princium 1. d) R. 1. e) videte generale *add. Hu.* f) excidium ex. neq. a sen. Babylonis *Hu.* g) hactenus *add. Hu.* h) nostram *Hu.* i) De *Hu.* k) *deest Hu.* l) enim *Hu.* m) fuerit *Hu.* n) adinventionibus factionum *Hu.* o) credimus nostram iust. *Hu.* p) in *add.* 1. q) throno *Hu.* r) devenire *Hu.* s) *sic codd. omnes.* t) quos *Hu.* u) adfectibus *Hu.* v) a. f. *Hu.* w) d. e. *Hu.* x) varians *Hu.* y) perturbatione *Hu.* z) summum et un. eccl. f. *Hu.* a) *sic* 1. b) illata *Hu.* c) spatium obl. transituros *Hu.* d) *deest Hu.* e) m. vel *des. Hu.* f) cum *Hu.* g) p. i. *Hu.* h) prosecūne 1. i) *sic codd.;* aestimantes *Hu.* k) a qualibet *Hu.* l) desertus *Hu.* m) *rubr. in marg. (sicut omnes hae notae marginales) manu Math.* 1. n) praeparaverat *Hu.* o) publicum *add. Hu.* p) *supra linea* 1; deditam redderet cum regni Hierosolym. iur., mun. *Hu.*

1) Formulas Treverensi et Salzburgensi archiepiscopis missas laudat Ficker nr. 2431. 2) 'Sub forma encyclicae ad omnes reges directae ap. Lünig et Petr. Vin.' Huillard V, p. 295, qui duos codd. Parisienses Petri adhibuit. Eius contextum contuli. 3) Cf. encyclicam d. a. 1227, Dec. 6. 4) A. 1227. 5) A. 1228.

1239.

*sumpta occasione, quod R.*[1]*, filius olim ducis Spoleti, preter voluntatem*[a] *et conscientiam* Yronicum[b] verbum. *nostram, prout nos postmodum per ipsius penam evidenter*[c] *expressimus, terram ecclesie parabat intrare; et non prout sancti per*[d] *fidem regna vicerunt, sed per*[e] (cf. Hebr. 11,33) *perfidiam, et periuria predicans universis; qui*[e]*, si qui*[f] *ad periurium predicacione solummodo provocari non poterant, provocabantur*[g] *exemplo, dum ipsi prefecti papalis excercitus, quo terram facilius optinerent, nos captos in Syria manifeste iurabant. Redeuntibus*[h] *nobis de partibus transmarinis*[2] *et iniuriam nostram propulsantibus solum nec iuxta magnificum morem imperii prodeuntibus ad vindictam, per concordie medios*[i] *verbum pacis libenter admisimus. Veram matrem nostram ecclesiam ex agnicione catholice fidei reperisse connoscimus*[b]*, sed patrem semper invenimus simulatum, dum ipsa*[k] *reconciliationis*[3] *die viam nostre confusionis excogitans, de redeundo*[l] *in Ytaliam iterum*[c] *sub inermi et domestica*[m] *comitiva nobis instantissime persuasit, occasione*[n] *significans, ne velut ex priori et armato processu timoris causam nostris fidelibus prestaremus, asserendo*[o]*, quod nobis omnia planissima faceret*[p]*; cuius contra-* Imposicio prodicionis. *rium per literas*[q] *et nuncios suos manifestissime*[r] *procuravit*[s]*, prout constat testimonio plurium nostrorum fidelium, qui tunc temporis erant omnium conscii, velud*[b] *ex eis quidam*[t] *participes et alii principes faccionis*[u]*. Propter quod, filio*[4] *et principibus nostris ad*[v] *nos de Germania venientibus per rebelles nostros itineribus*[w] *publicis undique*[c] *prepeditis, sed*[x] *eodem filio nostro apud Aquilegiam navali presidio cum summa difficultate recepto*[b] *ac*[y] *in Theutoniam abinde destinato, in Regnum de necessitate redivimus, utpote quos*[z] *ad cohercendam*[a] *rebellium nostrorum nequiciam patris consilium, vel astucia pocius, miserat imparatos. Ubi quodammodo inspirantibus*[b] *nobis et capescentibus requiem post labores, quieti*[c] *nostre sanctissimus pater noster invadit*[d]*, consiliatoris*[e] *sibi formam assumpsit, instantissime persuadens*[6]*, ut contra Romanos excellencie nostre devotos et alios rebelles nostros de Tuscia, qui iura ecclesie et imperii detinebant, procederemus audacter, de suo favore securi, quod*[f] *nobiscum nostra et imperii pondera participare volebat. Et sic ad multam eius instanciam Romanos, qui tunc temporis Viterbium impugnabant, in favorem ecclesie nos oportuit diffidare, ipso mittente literas latenter ad Urbem, quod hec per*[g] *nos preter suam conscientiam et mandatum* Imposicio sedicionis. *faceremus in odium Romanorum. Et*[h] *interim in*[i] *Sicilia quadam sedicione*[k] *suborta, oportuit*[l] *nos neccessario conferre Messanam*[7]*, ut faccionis ibi*[m] *inchoate principiis obstaremus; occasione*[n] *solummodo ista pretenta, quod tam nobilem nostram Sicilie insulam noluimus amittere: nobis non*[o] *requisitis et omnino celatis, contra omne*[p] *ius gentium, quod*[q] *belli socios et participes statuit non relinqui, fedus iniit cum Romanis*[7] *per nos ad man-* Prodicionis iterum imposicio. *datum eius, ut diximus, diffidatis, non attento, quod nos, non sine dubia vice*[r] *et honoris nostri fortuna inter rebelles et sediciosos nostros*[s] *remanentes inermes, copiosam et strenuam miliciam armatorum in eius subsidium miseramus, quamquam personaliter interesse*[t] *nequiveramus. Adhuc tamen*[u] *consciencie nostre*[v] *integritas et pura devocio, quam ad matrem nostram*[w] *ecclesiam habebamus, novercalia deliramenta patris agnoscere filium non sinebant, quin, quod erat astucie*[x] *casui reputantes, satisfaccionis nostre causam in victricantis*[y] *arbitrio*[8] *sepius*[z] *poneremus, qui tanto nobis vice qualibet illudebat acerbius, quanto constancius spem*[a] *uberioris arbitrii promittebat. Medio deinde*[b] *tempore, dum de*[c] *negocio* Vana promissio, ut dicit imperator. *Ytalie per papam ad honorem imperii componendo ex pre-*

a) scientiam et vol. *Hu.* b) *sic* 1. ~~c) deest Hu.~~ d) r. per f. *Hu.* e) ut *Hu.* f) sigui 1. — in per. *Hu.* g) provocarentur *Hu.* h) tamen *add. Hu.* i) modos *Hu.* k) et *Hu.* l) nobis redeuntibus *Hu.* m) domistica 1. n) occasionem fingens *Hu.* o) asserens *Hu.* p) faciebat *Hu.* q) n. et l. *Hu.* r) maifessime 1. s) procurarat *Hu.* t) quidem 1. u) *in 'Baumgartenb. Formelbuch' p.* 437. *sequuntur:* Videte igitur, o beatissimi principes ac fideles nostri, si dignam pro meritis vicissitudinem, si pater patrum congrue compensavit benivolenciam filialem, hec vestro examini subicimus discernenda, *reliqua desunt.* v) de G. omnibus ad nos v. *Hu.* w) itinerantibus 1. x) ac *Hu.*; ex (*fort. pro* et) *add.* 1; cum ex *add.* 2. y) et *Hu.* z) quis 1. a) conterendam *Hu.* b) *lege:* respir. c) tunc subito sanct. p. n. n. quietis invidus *Hu.* d) invasit 2; *lege:* invidit. e) consultoris s. personam *Hu.* f) quia *Hu.* g) per nos *des. Hu.* h) cum *add. Hu* i) in S. *des. Hu.* k) seducione 1. l) oportuisset *Hu.* m) *deest Hu.*; faccioni sibi *codd.* n) i. s. o. *Hu.* o) irrequisitis *Hu.* p) communem opinionem huiusmodi g. *Hu.* q) quos *Hu.* r) fide *Hu.* s) ipsos *Hu.* t) nequiverimus i. *Hu.* u) cum 1. v) fidelis *add. Hu.* w) sacrosanctam Romanam *Hu.* x) iustitie crimini imputantes *Hu.* y) novercantis patris *Hu.* z) *deest Hu.* a) u. s. *Hu.* b) itaque *Hu.* c) in *Hu.*

1) *Raynaldus natus quondam Conradi ducis Spoleti patrimonium b. Petri invadens* m. Nov. a. 1228. excommunicatus est (sunt Gregorii IX. verba, Rodenberg p. 293). 2) A. 1229. 3) A. 1230, m. Iulio. 4) Henrico (VII). 5) A. 1232, m. Apr. 6) Bulla d. a. 1232, Iul. 24. 7) A. 1233, m. Apr. 8) De Lombardis imperio conciliandis.

1239. *teritorum coniectura discriminum nulla spes nobis[a] remansisset in posterum vel exilis, ac persecucionem[b] eandem congruo[c] tempore servaremus, expectantibus[d] repente credimus[e] arrisisse fortunam, reiterata discordia inter ecclesiam et Romanos; in qua[1] sic magnifice, sic[f] devote the-*

Recordacio obsequii.

*sauros nostros effudimus et personam, quod omnem omnino conscientie prave rubiginem de malivolentium cordibus credebamus[g] erasisse. Hiis etiam[h] omnibus non contenti, ut de nobis prorsus indubitata securitas ecclesie preberetur, circa ipsam zelo devocionis[i] summe succensi[k] et incentivo perfecte caritatis inducti[l], ad presenciam[m] istius summi pontificis per-*

Humilitas imperialis.

*sonaliter ivimus, etiam non vocati, ducentes nobiscum Conradum karissimum[h] filium nostrum, nunc Romanum[n] in regem electum et[h] regni Ierosolimitani[o] heredem, quem nobis tunc temporis fratris sui manifesta transgressio filium unicum in paterne dulcedinis affeccione reliquerat; ac eundem, post oblatam ecclesie personam nostram in totum, obsidem summo pontifici nos offerre non puduit[2], unionem omnimodam inter nos et ecclesiam sub attestacione divini iudicii suppliciter[h] postulantes, quam dudum nobis antea[h] iste prelatus ecclesie generalis, cum esset episcopus Ostiensis, instanter[h] suaserat expetendam. Propter que omnia, dum serenam nobis tocius curie faciem assercio[p] demonstrata pretenderet, et verba gratissima tam summi pontificis quam curialium omnium sinceram ostenderent[q] voluntatem, cum eis omnia perfecisse credentes, sub intencionis nostre sancte proposito nec minus sub obsequiorum*

Imposicio avaricie.

*nostrorum fiducia dissensionis causam inter nos et Lumbardos in sinu corrupti iudicis tociens[r] suffocatam necnon[h] et sedacionem[s] discordie[t] inter nos[u], cives et[v] nobiles Acconenses[3] devocione promtissima duximus exponendam[w]. Sicque de negociorum nostrorum omnium prospera consummacione[x] securi, in obsequium ecclesie personaliter alacri[y] voluntate processimus cum excercitu copioso, quem sub magnis erarii nostri stipendiis congre-*

Recordacio beneficii imperialis.

*gari tam de Germanie quam de Ytalie partibus feceramus; nec prius a concepti propositi prosecucione destitimus, quam libertatem ecclesie conculcatam in Urbe et terram exterius occupatam in statum primum et debitum nostra potencia reformavit; indubitabiliter estimantes, ut, quod[z] optinere prius favor iusticie nostre non poterat, devocionis*

Probrum ingratitudinis.

*obsequia promererentur[a]. Sed audite retribucionem mirabilem[b], quam pro tanta devocione, pro tot beneficiis, pro tam indubitate fiducie firmamento Christi vicarius, pastor ecclesie, nostre catholice fidei predicator, nobis in singulis reddere procuravit[c]! In primis super negocio[d] ultramarino quicquid per Ravenensem[e] archiepiscopum[4], dilectum[f] principem nostrum, tunc apostolice sedis legatum, secundum formam expressam ab ecclesia sibi datam — videlicet de reducendis[g] nobis et predicto[h] Conrado nato[i] nostro in possessionem plenam et pristinam omnium virium[h] nobis subtractarum[k] in regno — fuerat rationabiliter ordinatum, statim[l], adveniente Cesariensi archiepiscopo[m, 5] —, nec legato predicto nec nunciis*

Probrum ex avaricia.

*nostris ad curiam venientibus expectatis, nec ulla maiori mora protracta —[n] delatos bisancios potuit numerare —, inordinate fuit[o] ex toto destructum. Negocium[p] Ytalie nedum quod ad honorem nostrum et[q] imperii, sicut promiserat, ordinaret, immo petentibus et instantibus nobis ad revocacionem[r] hostium nostrorum, qui[s] in Lumbardia et Tuscia fideles nostros tunc[6] temporis divisim[t] excercituum suorum copiis devastabant, nec nos cum militibus[u], quos tunc in partibus ipsis[v], ut diximus, pro ecclesie provinciis[w] habebamus, ire per-*

Dampnum irrestaurabile.

*misit nec aliquem nuncium seu literas voluit destinare; ex quibus per bella campestria sunt quam plurium strages[x] hominum et ecclesiarum incendia subsecuta. Adhuc etiam tanta et superiori[y] nequicia non contentus, Civitatem Castelle[7] per ipsum introacte[z]*

a) r. n. *Hu.* b) pros. *Hu.* c) opportuno tempori *Hu.* d) expectationibus nostris *Hu.* e) credidimus adluxisse *Hu.* f) sic d. *des. Hu.* g) credidimus eruisse *Hu.* h) *deest Hu.* i) s. d. *Hu.* k) accensi *Hu.* l) *sic Hu.*; in Deo *codd.* m) istius pape pres. person. *Hu.* n) in Romanorum *Hu.* o) electum *add., sed linea perducta del.* 1. p) affectio *Hu.* q) etiam *add. Hu.* r) totaliter *Hu.* s) sedacioni 1. t) inter nos disc. 1. u) et *suppl. Luard ex Hu.* v) ac *Hu.* w) exponendum 1. x) consumptione *Hu.* y) alicui 1. z) *sic Hu.*; idem *codd.* a) mercerentur(!) *Hu.* b) admirabilem *Hu.* c) procurarit *Hu.* d) u. n. *Hu.* e) a. Ravennatem *Hu.* f) d. p. n. *des. Hu.* g) reducendo 1. h) *deest Hu.* i) filio *Hu.* k) subtractatarum *codd.*; nobis iurium subtractorum *Hu.* l) satim 1. m) episcopo *Hu.* n) nisi quatinus *suppl. Luard ex Hu.* o) ex t. d. n. lt. fuit; et nedum *Hu.* p) negocm 1. q) et i. *des. Hu.* r) revocionem 1. s) q *codd.*; quod *edd.* t) divisis suis ex. co. *Hu.* u) nostris *add. Hu.* v) illis *Hu.* w) *sic codd.*; serviciis *recte Hu.* x) strage 1. y) sr̄or 1. z) *sic codd.*; retroactis *Hu.*

1) Aestate a. 1234. 2) Cf. Ficker nr. 2047 c. 3) Cf. Winkelmann I, p. 498. 4) Theodericum, a. 1234. m. Aug. legatum a papa et imperatore (Ficker nr. 2051) in Terram Sanctam missum. 5) Petro (?). Cf. Gregorii IX. bullas d. a. 1235 ex. ap. Rodenberg p. 553 sqq. 6) A. 1234. m. Iul.; cf. Ficker nr. 2048 a. 7) Cf. supra p. 156.

*turbacionis*[a] *temporibus occupatam, quam reddi nobis forma*[b] *pacis et fratrum suorum*[c] 1239.
Enormis avaricia. *omnium consilia suadebant, receptis [trecentis*[d]*] libris illius monete solummodo*[e]*, que ad quinquaginta*[e] *marcarum numerum non ascendunt*[1]*, nobis cum eo permanentibus in Riata*[2] *et pro eo marcarum*[f] *milia multa expendentibus reddere recusavit. Ecce qualiter pater noster iste sanctissimus nos amabat! Deinde*[g] *super profectibus nostris omnibus et super pacificanda nobis Ytalia, maxime de qualibet patris, vel victrici nostri pocius, benivolencia*
Ira incanduit. *desperare coacti, apprehendimus arma et scutum, vires de Theutonum partibus, ad quas nos*[h] *diebus illis prevaricacio filii nostri de necessitate vocaverat*[3]*, propter ingressum Italie congregantes, militibus strenuis iusticiam nostram armavimus, quam assequi*[i] *precibus minime poteramus. Quod cum ad noticiam summi pontificis pervenisset, sub pretextu treugarum pro Terre Sancte subsidio fidelibus populis et terre principibus indictarum armatum nobis ingressum Ytalie per apostolicas literas*[4] *interdixit, oblitus, quod*[k] *die*[l] *eodem ipso, quo predictas treugas indixit*[m]*, nos tanquam defensorem*[n] *et advocatum ecclesie requisivit, quod contra Romanos, quos sibi iura ecclesie subtraxisse dicebat, potenter procedere deberemus, ini-*
Turbacio occulta. *quum in nobis reputans, quod domum nostram et possessionem avitam, quam nobis infidelium*[o] *nostrorum rebellio furiosa precluserat, viriliter ingredi nitebamur, quod iustum crediderat in Romanis, qui*[p] *patri vel avo seu parentibus suis in nullo prorsus extiterant obligati. Adiecit preterea in literis antedictis, quod de negocio Lumbardie in ipsum precise*[q] *sine adieccione temporis et condicione aliqua, nullo iure et honore imperii reservato*[r]*,*
Imponitur imperii conculcacio. *compromittere deberemus, per quod vel nos in perpetuum a iuris nostri prosecucione*[s] *cuiuslibet suspenderet vel ius et honorem imperii libere suffocaret. Quod cum nobis nec nostrorum consilia principum nec preteritorum dispendiorum memoria suaderent*[t]*, ad artes*[u] *alias postmodum se convertit, mittens nobis obvium in vestimentis ovium*[v] cf. Math. 7, 15.
Pax subdola. *lupum rapacem, episcopum Penestrensem*[5]*, per quem apud nos literis apostolicis de vita sanctissima comendatum Placenciam nobis subditam et nostris amicam ad faccionis*[w] *Mediolanensis revocavit*[x] *periuria*[6]*; per eum*[y] *firmiter estimans sic universaliter et in tantum*[z] *fideles nostros evertere, ut processus nostros in Ytaliam penitus enervaret. Qua spe, faciente divina clemencia, que suum tuetur imperium, omnino frustratus, clamantibus apud eum rebellium nostrorum incendiis, depopulacionibus rerum*[a] *et*[b] *stragibus*[c] *occisorum, que*[d] *ipsum de data eis rebellionis secura fiducia necnon de fide mentita*[e]*, quod contra nos et imperium ipsis assistere promisisset, publicis vocibus arguebant, quia iuxta peticionem*[f] *ipsorum occasione*
Fraudulenta machinacio. *predicta nos*[g] *excommunicare iuste non poterat, impedimenta clandestina nostris processibus undique preparavit, literas et legatos per imperium et ubique per orbem, ut quoscunque posset*[h] *a fide et assercione*[i] *nostra seduceret, destinando. Que omnia cum nostrorum fidelium fides et amicorum affeccio conscientiam nostram latere non vellent, nolentes adhuc vinci a*[k] *malo, sed in bono malum vincere cupientes, sollempnes nuncios nostros*[l]*,* cf. Rom. 12, 21. *venerabiles*[m] *Panormitanensem*[n] *archiepiscopum, Florentinum*[7] *et*[o] *Reginensem*[8] *episcopos, magistrum Taddeum*[p] *de Suessa, magne curie nostre iudicem, et magistrum R.*[9] *Porcastellam*[q] *capellanum, dilectos ac*[h] *fideles*[r] *nostros, ad sedem apostolicam duximus destinandos*[10]*. Quibus oblata sibi per eos ex parte nostra devocione omnimoda et ratione*[s] *tractata contra hereticam*[t] *pravitatem et pro ecclesiastica libertate*[u]*, de reformandis ecclesie et imperii iuribus dudum inter nos et ecclesiam expetitis et exspectatis, summus pontifex de presentium fratrum suorum consilio, legacione nostra in omnibus suis capitulis acceptata, per eosdem et*

a) temp. turbationibus *Hu.* b) f. p. et *des. Hu.* c) *deest Hu.* d) *deest codd.* e) quingentarum *Hu.* (*qui annotat: 'minus recte ut opinamur'*). f) multa marc. milia *Hu.* g) Demum *Hu.* h) d. i. pr. f. nostri nos *Hu.* i) assiqui 1. k) *sic Hu.*; oblitusque *codd.* l) *inter lineas* 1. m) indixerat *Hu.* n) adv. et def. *Hu.* o) rebellium *Hu.* p) q 1. q) et *add. Hu.* r) reservatis *Hu.* s) c. p. *Hu.* t) suaderet *Hu.* u) al. artes *Hu.* v) albis 1. *Hu.*, *corr.* ovium *Math.* 1, *et ita* 2. w) M. f. *Hu.* x) p. r. *Hu.* y) ipsum *Hu.* z) totum *Hu.* a) reorum 1. b) ex *codd.* c) tragibus 1. d) quod 1; qui *Hu.* e) eo *add. Hu.* f) petitiones eorum *Hu.* g) iuste nos exc. *Hu.* h) *deest Hu.* i) devotione *Hu.* k) in *Hu.* l) B[erardum] *add. Hu.* m) venerabilem *Hu.* n) Petrafi 1. o) R. *add. Hu.* p) Eanden 1. 2, *corr.* 2. q) Portastellam 1. r) n. f. *Hu.* s) *sic codd.*; unione *Hu.* t) Biticā 1. u) et *add. Hu.*

1) Cf. Winkelmann II, p. 141. 2) A. 1234, m. Iun. 3) A. 1235. 4) Dicitur bulla d. a. 1236, Mart. 21, ap. Rodenberg p. 577. 5) Iacobum; cf. infra p. 175. 6) Fere m. Iulio; cf. Ficker nr. 2194. et bullam Gregorii eum excusantem d. Aug. 19. ap. Rodenberg p. 594. 7) Ardingum. 8) Nicolaum. 9) Rogerum Porcastrellum. 10) A. 1238, m. Iulio; cf. Ficker nr. 2374a.

1239. *archiepiscopum Messanensem*[1], *quem*[a] *ad nos pro pace*[b] *sua nuncium destinavit, excellencie nostre promisit*[2], *quod cessari mandaret ubique locorum ab impedimentis omnibus, que se nostris processibus obiecisse coram fratribus suis et nunciis nostris fuit*[c] *professus manifeste, prout hec omnia per testimoniales antistitum omnium*[d] *prefatorum literas manifestissime comprobantur. Cum qua responsione nunciis nostris et suo ad nostram presentiam redeuntibus, priusquam per tres dietas a curia recessissent, eis omnino celatis, et in confusionem ipsorum G. de Monte-longo, quem primitus*[e] *ad nos nuncium miserat et contra nos postmodum ad eversionem Mantuanorum et aliorum fidelium*[f] *nostrorum statuerat, in Lumbardia*[g] *legacionis officium plene commisit*[2], *arbitratus, ut*[h], *quanto sibi maior daretur auctoritas, tanto*

Efficax impedimentum. *maiora nobis et nostris impedimenta pararet. Quibusdam preterea principibus nostris, prelatis Ytalie*[i] *et Germanie*[k], *nobiscum in curia nostra manentibus, literas destinavit, suggillacionem fame nostre non modicam continentes, certis capitulis*[l] *interclusis*[m], *et specialiter de*[n] *gravaminibus, que*[n] *quibusdam*[o] *ecclesiis regni nostri*[p] *dicebantur illata, super*

Que prescripta sunt in quarto folio precedenti[3]. *quibus mandavit nos per eosdem principes ammoneri. Quorum capitulorum*[q] *omnium et responsionum nostrarum ad singula seriem vobis sub testimonio publico misimus intuendam*[3]. *Quibus omnibus coram principibus et prelatis ac religiosis quam pluribus cuiuslibet ordinis sigillatim ostensis, quamquam de tanta*[n] *patris instabilitate confusos se filii reputarent, et*[r] *de verecundia capitis presentium rubor ora perfunderet, nihilominus tamen de ipsorum*[s] *consilio predictos Panormitanum archiepiscopum, magistrum T. et magistrum R. Porcastellam*[t] *excellentie nostre [legatos*[u]*] cum nunciis civitatum nostrarum fidelium ad sedem apostolicam duximus remittendos, per quos ad satisfaccionem omnem, mora qualibet et difficultate sepositis*[v], *optulimus nos paratos. Sed*

cf Es 9,12. Improbitatis improperium[w]. *nec in hiis omnibus est aversus furor eius; quin dictus euvangelizantis pacem Christi vicarius, sed actor*[x] *scismatis et dissensionis amicus, contra tradiciones sanctorum patrum, audiens nuncios nostros, portantes omnimodum*[y] *nostre devocionis xenium, per dietam*[z] *Urbi vicinos, et metuens, ne, supervenientibus ipsis obice vallo iusticie, sine publico scandalo forte procedere non valeret, prefestinancia nimia conceptum edidit ab-*

Mart. 20. *ortivum in nos supremum christianorum principem die dominica palmarum contra sollempnem*

Mart. 24. *morem sacrosancte matris ecclesie; et in cena Domini postmodum precipitavit*[a] *sententiam, per quam, sicut per famam audivimus, licet hoc*[b] *credere minime debueramus, contradicente saniore parte fratrum suorum*[c], *de quorundam cardinalium Lumbardorum consilio nos*[d] *ex-*

Improperat imperator, quod sine consensu[e] fratrum lata est sententia. *communicationis vinculis dicitur astrinxisse, prepeditis nunciis nostris per fautores et satellites*[f] *suos de patrimonio pauperum solidatos, qui*[4] *iam applicuerant, ne ad allegandum*[g] *iusticiam et innocenciam nostram ac demum satisfaccionem offerendam, etiam ad cautelam, ad presenciam suam et aspectus publicos*[h] *pervenirent. De quo*[i] *licet nos singulari et propria ratione propter nostram iusticiam et infamiam procedentis malle merito debueramus*[k], *quod perperam et inordinate processerit*[l], *cum nequiciam suam editurus fuisset omnimodo, nisi*[m] *forsitan*[n] *antea*[o] *crepuisset, dolemus tamen et ex corde dolemus*[p] *propter verecundiam universalis ecclesie, matris nostre,*

cf Ioh. 19,27. *quam dominus noster*[q] *Iesus Christus sub specie virginis gloriose in passionis testamento*[r] *discipulis*[s] *commendavit. Alias*[q] *nobis per talem, quem merito nostrum*[q] *iudicem non habemus, nullam*[t] *posse fieri reputamus iniuriam, utpote cum*[u] *se prius inimicum capitalem quam*[v] *iudicem nostrum et opere fuerit professus et verbo, rebelles nostros*[q] *et nostri*[w] *imperii publice confovendo. Indignum preterea se tanti cohercione principis et generaliter*[q] *qualibet pontificali*[x]

a) quod 1. 2, *corr.* 2. b) *sic codd.*; parte *Hu.* c) manifestissime fatebatur, prout *Hu.* d) p. o. *Hu.* e) prius *Hu.* f) n. f. *Hu.* g) Lombardiam cum l. officio pl. misit *Hu.* h) quod quanto m. s. *Hu.* i) Italicis *Hu.* k) Germania 1; Germanis *Hu.* l) articulis *Hu.* m) *sic Hu.*; interclusus *codd.* n) *deest Hu.* o) *corr. ex* quibus 1. p) ut dicebatur illatis *Hu.* q) articulorum *Hu.* r) ac *Hu.* s) eorum *Hu.* t) Forcastrellam et alios *Hu.* u) *suppl. Luard ex Hu.* v) postpositis *Hu.* w) improperum 1. x) autor sc. et amicus erroris *Hu.* y) omnimodas n. d. litteras *Hu.* z) dcam *in loco raso* 1. a) sent. precipitando *Hu.* b) hec c. m. debeamus *Hu.* c) cardinalium *add. Hu.* d) exc. vinculo nos *Hu.* e) *iam oblitum glutine* 1. f) satelli 1. g) allegandam n. inn. et iust. *Hu.* h) pubicos 1. i) Sed l. nos s. quadam et *Hu.* k) debeamus *Hu.* l) pr., contra nos et bullientem intrinsecus spiritum evomuerit, cum s. n. *Hu.* m) non *codd.* n) forsan *Hu.* o) interius *Petr. Vin.* p) turbamur *Hu.* q) *deest Hu.* r) testimonio *Hu.* s) discipulo *Vulg.*; discip' 1; discip, *sup. lin. add.* e 2. t) n. nobis posse iustitiam licet iniur. fieri reputemus *Hu.* u) papa *add. Hu.* v) non *Hu.* w) hostes *Hu.* x) pontificalis officii dignitate seu auct. *Hu.*

1) Laudum. 2) Cf. supra p. 157. 3) V. supra p. 154 sqq. 4) Scil. nuncii.

Inponit[a] hic heresim ipsi pape ex consensu.

*auctoritate iudicii[b] reddidit, dum Mediolanensem civitatem, que pro* 1239. *maxima parte testimonio religiosorum[c] quam plurium fide dignorum inhabitatur hereticis, contra nos et imperium manifesto favore tuetur. Et contra R.[1] de Mandello civem Mediolanensem, dudum potestatem Florentinum, delationem[d] episcopi Florentini[2], viri vite probabilis ac[e] fame approbate[f], in plerisque capitulis super heretica[3] pravitate[g] ob odium nostrum et Mediolanensium gratiam non admisit. Illum haberi[h] preterea*

Stupendum verbum.

*Christi vicarium et successorem[i] Petri ac dispensatorem animarum fidelium indigne[k] fatemur, non ob dignitatis iniuriam, sed ob persone defectum, quod[l] dispensaciones cum fratrum deliberacione maxima concedendas[m] in camera sua more mercatoris cuiuslibet in libra mercacionis [appendit[n]], celatis fratrum consiliis, cum quibus secundum[o] ecclesiasticam disciplinam deliberare teneretur[p], existens sibi bullator et scriptor et forsitan numerator.*

Exemplum.

*De quibus[q] dispensaciones insignes preterire silencio non valemus[r], per quas Sipham[4], natam quondam comestabuli[5] regni Cypri, contra separacionis sententiam latam super hoc per Nichosiensem episcopum[6] et de non habitando[s] simul prestitum sacramentum*

Ausus temerarius.

*Balianno de Ibellino[t] et . .[u,7] sororem Iohannis de Cesaria Iacobo de Amendolia[8], qui prius sororem ipsius desponsaverat, proditoribus nostris, sibi invicem gradu tercio attinentes[v], concessit uxores, accepta[w] non multe[x] pecunie quantitate; veruntamen, quod quantitati vel numero defuit, odii nostri qualitas compensavit[y]. Defectum etiam[z] et prevaricacionem eius[a] in illo dolemus, quod, ut[b] contra nos nobiles et potentes Romanie[c] sibi satellites[d] fau-*

Improperium de Romania.

*tores adquirat[e], effusione pecunie non contentus, ipsis castra et possessiones, sanctis patribus pia[f] fidelium devocione donata, Romanam ecclesiam nostro patro-*

Excusacio persecucionis et contemptus[g].

*cinio commendatam dilapidando, largitur. Itaque non miretur universalis ecclesia nec[h] populus christianus, si nos talis sententiam iudicis non veremur, non in contemptum papalis officii vel apostolice dignitatis, cui omnes orthodoxe[i] fidei professores et nos specialius[k] ceteris subesse fatemur, sed persone prevaricacionem arguimus, que se[l] solio tanti regiminis monstravit indignum. Et[m] omnes primates nominis christiani sanctum intencionis nostre propositum et pie[n] devocionis zelum in nobis agnoscant, et quod non ex odii fomite, sed ex causa iustissima vel[o] neccessaria Romanus princeps contra Romanum antistitem commovetur, dum metuit, ne grex dominicus sub tali pastore per devia deduca-*

Precatur imperator, ut generale concilium convocetur.

*tur: ecce, quod sacrosancte Romane ecclesie cardinales per[p] sanguinem Iesu Christi et[b] sub attestacione divini iudicii per literas nostras et nuncios attestamur[q], ut generale concilium prelatorum et aliorum Christi fidelium debeant evocare, nunciis quoque[b] nostris et reliquorum principum accersitis, in quorum presentia nos ipsi presentes cuncta[r] que diximus sumus ostendere et probare parati, et hiis etiam duriora.*

Verba confidencie in causa.

*Nec minus illa probabili ratione turbamur, quod iste rector ecclesie, qui deberet[s] esse virtutum quarumlibet et constancie maxime, sine macula cupiditatis, vas* cf. Act. 9,15. *electum, ne error maiorum in subditos propagaretur cum aucmento, contra promissionem suam literis suis de fratrum consilio[t] nobis factam, per quas in restaurandis imperii iuribus*

Vana promissio adiutorii.

*non deesse nobis, sed adesse promisit auxilio[u], consilio et favore, preter persone nostre infamiam, nedum blasfemiam, ius[v] imperii nititur conculcare; presertim cum quantumcunque conscientie nostre librum sollicite revolvamus, nullam in nobis ocasionem*

Probrum enorme.

*invenimus ad[w] causam, propter quam iste inimicus homo contra[x] nos debuisset tam acriter commoveri, nisi quod[9] cum ipso contrahere de nepte sua desponsanda*

a) *sic* 1. b) *deest Hu.* c) et *add. Hu.* d) et clarem 1. e) et *Hu.* f) probate *Hu.* g) convictum *add. Hu.* h) p. C. v. h. *Hu.* i) P. s. *Hu.* k) indignum *Hu.* l) qui *Hu.* m) faciendas *Hu.* n) *suppl. Luard ex Hu.* o) *supra linea* 1. p) tenetur *Hu.* q) quasdam *add. Hu.* r) volumus *Hu.* s) habendo 1. t) *sic Hu.*; Iocelino *codd.* u) *spatium nomini inserendo vacat codd.* v) contigentibus *Hu.* w) percepta *Hu.* x) multa *Hu.* y) excompensavit *Hu.* z) itaque *Hu.* a) ipsius *Hu.* b) *deest Hu.* c) Romanos *Hu.* d) et *add. Hu.* e) dum *add. Hu.* f) d. p. f. *Hu.* g) con *a bibliopega abscisum* 1. h) reges aut principes et populi christiani *Hu.* i) orthoxe 1. k) specialiter pre c. f. s. *Hu.* l) solio t. r. se *Hu.* m) ut *suppl. Luard ex Hu., sed VI, p.* 608. *deleri vult.* n) interne *Hu.* o) vel n. *des. Hu.* p) p. 1. q) obsecramus *Hu.* r) cunca 1. s) debet *Hu.* t) conscientia *Hu.* u) c., a. *Hu.* v) sic manifeste, sic nos aperte persequitur *Hu., ubi* ius i. n. conc. *des.* w) aut *Hu.* x) d. c. nos *Hu.*

1) Robacomitem; potestatem usque ad a. 1238, Ann. Plac., SS. XVIII, p. 479. 2) Ardingi. 3) Cf. Epp. pont. ed. Rodenberg I, p. 397. 4) Eschive. HUIL. 5) Odonis de Monte-Beliardo comestabuli regni Hierosolymitani. 6) Eustorgium. LUARD. 7) Aalidem. HUIL. 8) *Amigdala;* Ficker nr. 1749. 1751. 9) Hencii matrimonio Sardiniam ecclesiae abalienatam esse, papa valde dolebat; sed quae hic imperator narrat vera esse, dubitat Winkelmann II, p. 116.

1239. *Henrico naturali filio nostro, nunc regi Turris*[a] *et Gallure, nostra*[b] *magnificencia credidit*[c] *in-*

Supplicacio humilis, quia communis causa agitur.

*decens et reputavit indignum. Tu igitur, dilecte cum tibi dilectis principibus*[d] *orbis terre, profuture*[e, 1] *non nobis*[f] *solum, sed ecclesie, que*

cf. Es. 1, 5. *est*[g] *omnium Christi fidelium congregacio, condole, cuius caput languidum, princeps eius*

cf. Soph. 3, 3. 4. *in medio eius*[h] *quasi*[i] *leo rugiens, propheta*[k] *eius vesanus, vir infidelis, sacerdos eius polluens sanctum*[l], *iniuste*[m] *faciens contra legem. Nobis tamen pre ceteris mundi principibus defectus est*[n] *talis summi pontificis merito deplorandus, qui veluti sibi viciniores loco et propinquiores officio*[o] *honores congerimus et*[p] *honera presentimus*[q]. *Sed nec illud omittimus, in*[r] *affinitatem nostram affectuose rogamus*[s], *ut contumeliam nostram ad iniuriam*[t] *vestram revoces*[u]. *Ad domos*[v] *vestras cum aqua concurrite*[w], *dum*[x] *ignis accenditur in vicinis*[2]*! Cau-*

Asserit imperator, quod favor Mediolanensium hoc facit.

*sam motus pontificalis attendite, quod*[y] *[hec*[z]*] in favorem rebellium*[a] *nostrorum procurantur*[b]*! Que causa, licet ad presens expressa non fuerit, procul dubio tamen subest*[c]; *similia vobis in*[d] *vestris iminere pericula timeatis! Facilis enim et*[e] *regum et aliorum principum omnium*[c] *humiliacio creditur, si cesaris*

Argumentum.

*Romanorum*[f] *potencia conteratur, cuius clipeus prima iacula sustinet adversantium*[g]. *Hec est namque*[h] *causa pro vero, videlicet de Lombardis, que cor pape pungebat et urebat intrinsecus, licet ipsam foris*[i] *educere propter nostrum*[k] *et audientium scandalum non auderet, pro qua nobis per specialem suum*[l] *nuncium fide dignum, cuius ad hoc testimonium invocamus, ore tenus expresse promisit, quod, si negocium Lumbardorum in eius arbitrio*[m]

Prodicio et vana promissio.

*poneremus, nedum quod in aliquo mangnificenciam nostram offenderet, verum eciam tocius orbis decimas Terre Sancte necessitatibus consecratas*[n] *nostris utilitatibus*[o] *applicaret*[p]. *Nec est mirum. Instantibus etenim*[q] *et acutis Lumbardorum aculeis pungebatur*[r], *quibus, prout per*[s] *aliquorum prelatorum confessionem*[s] *accepimus*[t], *contra nos et imperium corporale prestitit sacramentum, cum ipsos*[u], *peregrinantibus [nobis*[v]*] in partibus Syrie pro servicio Iesu Christi, transmisit in Regnum. Sed, cum turpis fuerit ista promissio, fidem licite*[w] *frangere poterat*[3] *et editum variare decretum. In quorum favorem rem auditu*

Prodicio horribilis.

*horribilem et discrescione qualibet seu*[x] *ratione carentem facere minime formidavit. Cum enim per*[y] *G.*[4] *Brixiniensem, H.*[4] *Cumanum*[z] *et alios episcopos nos faceret ammoneri, quod vel satisfaccionem Lumbardorum per ipsum deberemus accipere, vel treugas pro Terre Sancte negocio*[a] *per quadriennium, ut*[b] *diximus, indictas*[c] *Lombardis*[5], *cum ab indictarum treugarum [tempore*[d]*] iam quinquennium excessisset, nosque rem tanti consilii ad deliberacionem nostrorum fidelium modico temporis spacio servaremus*[e], *monitoribus*[f] *ipsis de approbacione*[g] *legati predicti G. de Monte-longo, scilicet*[h] *qui apud Mediolanenses interim morabatur, inducias approbantibus supradictas, prout hec omnia liquido prelatorum ipsorum*[i] *testimonio comprobantur, medio tempore, nec voluntatis nostre iudicio*[k]

Virus scilicet excommunicationis.

*nec fidelium nostrorum consiliis expectatis, conceptum virus evomuit contra nos, prout aliquorum relacio declaravit*[l] *procedendo*[m]. *Postremo te pro nobis,*

a) Tunis *codd.*; Torrium *Hu.* b) m. n. *Hu.* c) i. c. *Hu.* d) *sic Hu.*; princeps *codd.* e) *deest Hu.*; *hic habent punctum codd.* f) s. n. *Hu.* g) congr. est f. o. *Hu.*, *ubi* Christi *deest.* h) est *Hu.* i) qui 1. k) e. p. *Hu.* l) sanctuarium *Hu.* m) sine iustitia *Hu.* n) t. s. p. est *Hu.* o) affectione precipua *Hu.* p) ipsius *Hu.* q) psent. 1. r) *sic corrupte codd.*; quin a. vestram aff. *Hu.* s) rogemus *Hu.* t) v. i. *Hu.* u) revocetis *Hu.* v) domum vestram *Hu.* w) currite *Hu.* x) cum *Hu.* y) et cur hoc *Hu.* z) *suppl. Luard.* a) n. r. *Hu.* b) procuratur *Hu.* c) *deest Hu.* d) et *Hu.* e) aliorum regum et pr. *Hu.* f) Romani pot. cuius — adversantium [conatibus *suppl. velit Hu.*] conteratur *Hu.* g) adversantum 1. h) c. n. *Hu.* i) foras *Hu.* k) vestrum *Hu.* l) n. s. *Hu.* m) manibus *Hu.* n) deputatas *Hu.* o) usibus *Hu.* p) applicabat 1. q) enim *Hu.* r) fungebatur q. prut 1. s) pr. a. pr. confessione *Hu.* t) de assistendo eis *add. Hu.* u) eos *Hu.* v) *suppl. Luard ex Hu.* w) l. l. *Hu.* x) ac *Hu.* y) Pergamensem *add. Hu.* z) episcopos et a. prelatos nos *Hu.* a) subsidio *Hu.* b) supra *add. Hu.* c) observare *add. Hu.* d) *suppl. Luard ex Hu.* e) servassemus *Hu.* f) monicionibus 1. g) apropab. 1. h) videlicet *Hu.* i) prefatorum *Hu.* k) indicio *Hu.* l) retulit *Hu.* m) ad depositionis sententiam *add. Petr. Vin.* (*'minus recte' Hu.*). *Sequitur:* Ha Deus, ha crudelissime pater et pontifex, qui, ut servum redimeres, filium perdidisti!

1) *Pronosticum Fretherici imperatoris* de Ricardo rege Romanorum futuro a Matheo in Libro addit. (ed. Luard VI, p. 370; v. infra ad a. 1257) laudatum Luard in verbis *princeps orbis terre profuture* latere censet. Sed nec *profuture* pro *future* dici posse nec hunc locum post a. 1256. scriptum esse probatum habeo. 2) Iterum in imperatore quasi summam principatus auctoritatem ab hoste communi offendi, regibus persuadere studet; cf. supra p. 158, n. 5. 3) Cf. l. 27, § 4. Dig. II, 14: *Pacta quae turpem causam continent non sunt observanda.* 4) Guallam et Hubertum; de quibus legatis a. 1239 in., ut videtur, missis nihil aliud compertum habemus; cf. Ficker nr. 2427. 5) Mense Iul. a. 1234.

*immo vos tocius optimates orbis et principes exigimus adiurantes, non quod ad propulsacionem*[a] *talis iniurie*[b] *nostra non sufficiant munimenta, sed ut totus mundus agnoscat, quod honor omnium tangitur, quicunque de corpore principum*[c] *secularium*[1] *offendatur. Datum Tervisii*[d], 20. *die Aprilis, nona*[e] *indiccione**. 1239. Apr. 20.

De lamentabili scandalo iam exorto. Hanc epistolam, mutatis tamen titulis et paucis in fine verbis, dominus imperator regi Anglorum multisque per orbem principibus, ut suam allegaret innocenciam et papalem manifestaret proterviam, destinavit; cepitque scandalum oriri per tocius mundi latitudinem. Ipse vero papa, cum hec fida congnovisset relacione, ipsum imperatorem magis ac magis diffamando[f] multis obprobriis lacessivit necnon et heretica dampnavit enormitate, prolixioremque[g] epistolam, ut ipsum dampnabilem[h] toti mundo redderet et infamem, principibus et prelatis terrarum transmisit invectivam[i], in hec verba:

Mai. 21.

Litere papales[2]. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi*[k, 3] *et suffraganeis*[l] *eius salutem et apostolicam benedictionem.*

Ecce, in quam prodigialem bestiam quasi chimera nova transformatur dominus imperator.

*Ascendit de mari bestia blasfemie plena nominibus, que pedibus ursi et leonis ore deseviens ac membris formata ceteris sicut pardus, os suum in blasfemias divini nominis aperit, tabernaculum eius et sanctos qui in celis habitant similibus impetere iaculis non omittit.* Apoc. 13, 1 sqq. *Hec unguibus et dentibus ferreis cuncta confringere et suis pedibus universa desiderans conculcare*[m], *fidei occultos olim paravit arietes, et*[n] *nunc apertas machinas instruit, Ismaelitarum gignasia animas avertencia*[o] *construit et in Christum humani generis redemptorem, cuius testamenti tabulas stilo pravitatis heretice nititur abolere, fama testante, consurgit.* cf. 1 Macc. 1, 15. *Igitur admirari desinite omnes, ad quos ab hac bestia contra nos edita perveniunt*[p] *obloquia blasfemie, si*[q] *nos omni Deo servitute subiecti detraccionum sagittis impetimur, cum nec ab hiis obprobriis immunis Dominus relinquatur*[r]*! Admirari desinite, si iniuriarum in nos mucronem exerit, quod*[s] *ad perdendum de terra nomen Domini iam assurgit! Sed pocius, ut eius resistere aperta veritate mendaciis ac illius confutare fallacias puritatis argumento possitis*[t], *caput, medium et finem huius bestie Fretherici dicti imperatoris inspicite*[u] *diligenter et, in eis*[v] *abhominaciones dumtaxat invenientes et scelera, contra ipsius dolos sinceros animos scuto veritatis armate, attendentes, qualiter sinceritatem apostolice sedis et nostram, literis per diversa climata mundi transmissis, pollutis nisus est*[w] *maculare narratibus dictus F., figulus falsitatis,*

Excusacio de imposita sibi ingratitudine.

*modestie nescius*[x]. *Nec aliquo perfusus rubore mentitur*[4], *quod nos ipsum, nobis in minori officio constitutis amicum pristinum*[y], *fidem et mores adepto*[z] *apostolatus officio relinquentes, quia, sicut sacramento prestito et lata in ipsum excommunicationis sententia tenebatur, prefixo tempore in Terre Sancte succursum*[a] *infirmitate non potuit prohibente transire, vinculo*[b] *excommunicacionis astringere, postulatum ab ipso sani-*

*) *Ad calcem pag. depictum est: I.* Scema impressionis ceree sigilli imperialis, *ubi imperator barbatus in throno sedens apparet; tenet sceptrum et laeva manu globum huius formae:* 

*; ad caput verba* Rex Ierusalem, *ad pectus* Rex Sicilie *habentur; circumscripta sunt:* Fretherieus Dei gracia imperator Romanorum et semper augustus. *II. Minus* scema bulle auree *in parte antica eandem imaginem, verbis* rex Sicilie *solis additis, cum inscriptione* Fretherieus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus *circumducta exhibet; in parte aversa quinque Urbis turres apparent cum his verbis circumscriptis:*

Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. *Cf. supra p.* 123.

a) propulsaconem 1. b) nobis *add. Hu.* c) s. p. *Hu.* d) T'uisii 1; Gervisii 2. e) duodecima *recte Hu.* f) diffim. 1. g) prolixor. 1. h) dapn. 1. i) invet. 1. k) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius *directa exstat haec epistola in Reg. Vatic.; Rodenberg p.* 654. *alias huius encyclicae formas notavit; cf. Meyer in 'Forsch. zur D. Gesch.' XIX, p.* 75, *ubi codices aliqui laudantur.* l) suffrageneis 1. m) ad diruendum murum catholice *add. Vat.* n) at *Vat.(Rod.).* o) *fort.* evertentia *emendandum;* interimentia *Vat.* p) pervenerunt *(e 2?) edd.* q) sed 1. r) relinquitur *(e 2?) edd.* s) qui *Vat.(R.).* t) positis 1. u) d. i. *Vat.(R.).* v) *sic Vat.;* eius 1; verbis *suppl. edd.* w) *deest Vat.(R.)* x) Et pudoris ignarus, nec veritate confusus *add. Vat.* y) pristinos *Vat.* z) apto, de *superscr.* 1. a) subsidium 1. 2, vel succursum *in marg.* 1; succursum *Vat.* b) vincula 1.

1) Cf. supra p. 168, n. 2. 2) Potthast nr. 10766, p. 485, affert; Huillard V, p. 327. Mathei recensioni Contuli Rodenberg I, p. 646, qui Registrum Vaticanum pauca tantum e fragmentis quae Raynaldus habet exprimi fecit, cuius lectiones etiam Luard, Addit. VI, adiecit. 3) Edmundo. 4) Supra p. 162.

1239. *tate resumpta absolucionis beneficium denegare, ipsumque in dictum transeuntem subsidium per nuncios et legatos nostros, literas processui contrarias soldano[1] mittentes, impedire curavimus, ut sic esset [spe[a]] de regni Ierosolimitani recuperacione concepta frustratus. Regnum Sicilie, pro eo quod Reinaldus, olim filius ducis Spoleti[b, 2], preter ipsius conscientiam terram*

Assercio, quod querela in hac parte falsa fuit.

*invasit ecclesie, nos iniuste et violenter intrasse ac ipsius homines provocasse ad periurium, falso conqueritur, seque de Syria in Apuliam redeuntem illate iniurie omisisse vindictam, acceptasse concordiam et redisse ad matrem ecclesiam gloriatur. Licet autem hec figmenta publica noticia reprobet, quia tamen nonnunquam rectitudinis sedem velatum occupat in aure sincera mendacium, apud quam pro se veritas non invenit advocatum, ne in corda vestra falsitas quacunque possit fraude surrepere, dignum est,*

Vera pape narracio.

*[vos[c]] verum rei per nos geste modum et ordinem non latere, qui dictum F., ante et postquam apostolice nostros suggessimus[d] humeros servituti, sub vulpe latentem, omni curavimus gratia prosequi, donec, spe que patri de filio solet innasci sullata, idem F. fremens in magnitudine sua et*

Item narracio veritatis de dilusione cruce signatorum.

cf. Apoc. 9, 10. *ex adepta fortitudine infronitus, matri ecclesie pro bonis mala retribuit et in eam, quam fucatis delinivit aliquando verborum fallaciis, virus effundere caude aculeo more scorpionis incepit. Nam, cum olim[3] Terre Sancte necessitas, predicta sententia et iuramentum ac prefixus terminus transitum eius exposcerent, et illud idem multa milia crucesignatorum ipsum Brundisii expectancia cum instantia postularent, idem dictos crucesignatos inibi, donec sub ignoti aeris intemperie diversis lugende mortis casibus periere, detinuit,*

Et hec pro veritate[e] in populo narrantur.

*et periurium ac excommunicationis sententiam gratis incurrens, infirmus fide, sed sanus corpore, ut securius Deo[f] mentiretur et ecclesiam falleret, omisso promisso passagio, in lecto egritudinis[g] diebus aliquot simulatus decubuit, ac Terram Sanctam incursibus hostium Christi exponere minime dubitavit, ex eo nullo dolore percussus, quod ibi clare memorie nobilis vir Thuringie lamgravius[4], utinam[5] non veneni poculo[h], sicut mundus clamat, extitit interemptus. Cumque de conficta egritudine et aliis premissis nobis per literas prelatorum ibi morantium constitisset, ne, discipline virga tanto subtracta facinori, nos et apostolica sedes redderemur inde notabiles, crucesignatorum mortem et Terre Sancte pericula deplorantes et cupientes saltem in altero ecclesie lacrimas meroris[i] dextra debite consolacionis abstergi, ipsum late sententie[k] in eum de consensu suo auctoritate bone memorie H. pape, predecessoris nostri, excommunicationis sententie subiacere denunciavimus,*

Prima sententia excommunicacionis lata in imperatorem.

*summo desiderio[l] postulantes, ut eum postmodum emendatum tantorum relevacione[m] dampnorum[n] optatam prestare operam audiremus, literis nostris offerentes eidem[6], quod impartiremur sibi iuxta formam[o] absolucionis beneficium, quam cito arriperet[p] iter in prefate terre succursum. Sed ipse, in cuius erat super hiis pectore cura minor[7], claves ecclesie parvipendens, non absolutus in Syriam transiit. Ubi cum soldano, solis*

Redarguitur imperator hic de sedicione que contingit universalem ecclesiam.

*sibi meniis Ierusalem restitutis, et illi grandi ad impugnacionem christianorum transmisso equorum et armorum exennio[q, 8], fedus feriens et templum dominicum Sarracenorum ibi laudes exclamantium Machometi[8] cure relinquens, ex defensore mutatus est in hostem; venerabilem fratrem nostrum patriarcham Ierusalem[9] et Templarios pro viribus expugnavit. Illud autem non debet ad sane*

Argumentum.

*mentis credulitatem accedere, quod eum in recuperacione regni Ierosolimitani nos vel legati nostri, cum ad hoc multo labore sudaverit grandiumque ecclesia subierit onera expensarum, studuerimus impedire. Sed istud in noticiam omnis terre pervenit, quod idem F., sicut in Syrie partibus in propria persona Dei persequebatur ecclesiam, sic citra*

a) *suppl. ex Vat.(Luard).* b) Speleti 1. c) *suppl. ex Vat.(R.); deest* 1. 2. d) subiocimus *Vat.(R.).* e) veritatte 1. f) m. D. *Vat. (R.).* g) egri d. aliquibus simulati recubuit *Vat.* h) *sic Vat.;* periculo 1. 2. i) merorem *in loco raso* 1; *deest Vat.* k) *sic iam hic* 1. 2; *delendum ex Vat.* l) prestolantes desid. *Vat.(R).* m) *sic* 1. *Vat.;* relevationi *corr. Rod.;* revelatione *(e 2?) edd.* n) *sic Vat.;* dampnatorum 1. 2. o) ecclesie *add. Vat.* p) i. a. *Vat.(R.).* q) *ita* 1. *Vat.;* exercitu *(ex 2?) edd.;* sexennale *add. Huill. ex Watsii editione hoc loco mendosa, quod in* decennale *corr. velit.*

1) Kamil de Babylonia. 2) Conradi; sequentia supra p. 163. ad Friderici II. epistolam explanavi. 3) Cf. papae encyclicam de imperatore excommunicato d. a. 1227. Oct. 10, supra p. 56. 4) Ludovicus IV. 5) Hic rumor a. 1227. (v. supra p. 58) nondum divulgatus erat. Etiam Willelmum de Valentia, Thomam de Sabaudia, Fridericum II, Conradum IV, Henricum, filios eius, veneno periisse, noster infra narrat. 6) Haec prorsus falsa esse, censet Winkelmann II, p. 132; certe imperator a. 1228. contendit, se frustra absolutionem petiisse; Ficker nr. 1731. 7) Cf. Ovid. Ex Ponto I, 2, 76. 8) Haec scripsit Geroldus patriarcha papae a. 1229. Mart. 26, Epist. ed. Rodenberg I, p. 297. 299. 9) Geroldum.

*mare ipsam diversis tribulacionibus dicti Rainaldi ministerio, quem contra consilium nostrum* 1239. *suum in regno vicarium reliquerat, affligebat. Cuius terram cum literis aurea bulla munitis, pecunia et vassallis ipsius F. prefatus Reinaldus invadens, nonnullos sacerdotes et clericos suspendere, mutilare ac fustibus cedere, necnon, statu nostro turbato, Perusii*[a] *partem ipsius terre preocupare*[b] *presumpsit. Quem licet fideles et devoti nostri, non valentes id ulterius sustinere, a parte terre predicte, Christo sponse sue indulgente victoriam, eiecissent, quia tamen idem R. nequaquam ab incepta persecucione cessabat, consulcius estimantes, si originalis malicie*[c] *venas inciderent, [quam*[d]*] quod iam exsiccati*[e] *torrentis impetus novis re-* Cautela excogitata. *plere rivulis expectarent, dictum regnum Sicilie, quod est speciale*[f] *patrimonium ecclesie, ne inde nos percuterent*[g] *iacula, unde*[h] *pocius erat expectandum subsidium, intraverunt; multique ex ipsius regni habitatoribus*[i] *obedientes apostolice sedi nequaquam ob id reputari debent periurium incurrisse, cum a iuramento fidelitatis, quod eidem F. presti-* Absolucio excusat periurium. *terant, ex lata in eum*[k] *excommunicatione absoluti fuissent. Dicto quoque F. redeunti*[l] *de partibus transmarinis et ad sinum matris ecclesie revertenti pietatis aperuimus*[m] *apostolice gremium ipsique, ad expetitam inclinati concordiam, absolucionis beneficium curavimus impertiri*[n][1]. *Ad hec idem mendacii filius, falsitates falsitatibus cumulans,* Exsecrabilis redargucio. *ut, quo plura mendaciorum recia orditus fuerit, eo gravioribus se doleat periculis irretitum, de novis mendacii*[o] *scriptura*[2] *pronunciat, quod eidem*[p]*, ut Lumbardiam pacificus et inermis intraret, promittentes, quod aspera sibi converteremus in plana, pro sua con-* cf. Es. 40, 4 *fusione subiessimus*[q]*; et non permissus*[r] *obice nunciorum et literarum nostrarum intencionis sue metas attingere, ac deinde, quia sibi potencia non suffragabatur armorum, in Regnum redire coactus, ad instantiam nostram Romanos, tunc Viterbium impungnantes, diffidasse et in Viterbiensium subsidium strenuam misisse miliciam se, falso asserit; nosque scripsisse Romanis, id preter conscientiam nostram fieri, et cum ipsis, eo irrequisito, reformasse concordiam, in querelam adducit, novo sibi blanditus mendacio, quod, dissidentibus iterum ab ecclesie pace Romanis, idem non vocatus cum Conrado*[s] *filio suo, quem nobis optulerit obsidem, ad presentiam nostram personaliter veniens et arbitrio nostro motam inter ipsum et Lumbardos discordie causam exponens, terram sedis apostolice occupatam eius iuri restituit et libertatem* Exclamacio. *ecclesiasticam in statum primum et debitum reformavit. O utinam iste falsidicus esset vir habens spiritum! O utinam huius*[t] *propositio falsitatis verum habuisset eventum! Ipsius vero negocium, quod per venerabilem fratrem*[u] *archiepiscopum Ravennatem*[3] *de restituendis ei et dicto Corrado iuribus ipsis in regno Ierosolimitano subtractis ordinatum fuerat, nos, quam cito delata potuit numerari pecunia, destruxisse*[v]*, fidelibus suis, quos non sine ecclesiarum incendiis et hominum stragibus hostilis devastabat insultus, ipsius interdixisse succursum et ob id nos nuncium noluisse vel literas destinare, contrarius veritati conqueritur. Ac Civitatem Castelle*[w] *contra formam pacis et fratrum*[x] *consilia in sui iuris preiudicium detineri a nobis, suis exarare literis stilo mendacii non veretur. Quamquam autem hiis figmentis modica* Parva[y] veritatis permixtio. *veritas intermixta*[z] *aliquid coloris adiciat, ut tamen apercius*[a] *intelligatis, quod tantam*[b] *huius comenti*[c] *seriem non modica falsitatis adieccio decolorat, scitote*[d] *pro certo, quod, cum, sicut nunc ex temporum eventu convincitur*[e]*, discrete menti verisimile*[f] *videretur, ipsum de Lumbardis suum pocius consequi propositum potuisse, si se illis, quos populorum numerositas*[g] *profunditasque vallorum, armorum copia ac murorum reddit altitudo munitos, pietatis*[h] *patrem exhibuisset et clementie dominum, quam si trementibus pro culpa imposita subditis ulcionis exerto mucrone terribilis occurreret*[i] *in cuneis armatorum, ei nos, qui bona pacis procurare tenemur, bona fide suasimus, ut, armate militie omisso terrore, sub indictarum omissione penarum et beneficiorum oblacione illos ad imperii devocionem reduceret.*

a) *sic codd. et Vat.*; Perusium *corr. Rod.* b) *sic* 1; occupare *Vat.(R.).* c) *sic Vat.(R.). Meyer*; milicie *codd.* d) *suppl. ex Vat.(R.); deest codd.* e) *sic Vat. Meyer*; excitati *codd.* f) *sic* (spāle) 1; spirituale *(e 2?) edd.* g) *sic Vat. Meyer*; percuntanter 1; percunctanter 2. h) indo 1. i) habintaribus 1. 2, *corr.* 2. k) sententia *postea add.* 1; s. excommunicationis 2. l) redeunte 1. m) *sic Vat.*; apposuimus *codd.* n) impartiri *(infra quoque) edd. (e 2?).* o) mendaci *Vat.* p) ei *Vat.(R.).* q) *sic* 1; subiecimus *(e 2?) edd.*; suggessimus *Vat.(R.).* r) *sic codd. et Vat.*; permisimus *corr. sine causa edd.* s) Corrado nato *Vat.(R.).* t) huiusmodi *Vat.(R.).* u) nostrum *add. Vat.(R.).* v) vel distribui (?) *add. in marg. Math.* 1, *quae vix legi possunt.* w) se *add.* 1. x) nostrorum *add. Vat.(R.).* y) pua 1; prava *(e 2?) Lu.* z) *sic Vat.(R.)*; impermixta *codd.* a) l. a. *Vat.(R.).* b) totam *Vat.* c) *sic* 1. d) pro c. scit. *Vat.(R.).* e) convicitur 1. f) verisimil' 1; verisimilius *Vat.(R.).* g) numersitas 1. h) pietis 1. i) in c. occ. *Vat.(R.).*

1) A. 1230, Aug. 28. 2) Supra p. 163 sq. 3) Theodericum.

1239. *Qui etsi in Lumbardiam famulis stipatus inermibus accessisset, quia tamen, consilii fidelis oblitus, in partem Cremonensium cedens*[a], *actor factus est scismatis scissamque*[b] *in discordias Lumbardiam forcius scindere et Mediolanenses a se terroribus et minis abigere studuit; quos cum*[c] *adversa parte ad unitatem trahere pocius debuit in funiculo caritatis: non est quod*[e] *nostre imputetur innocencie, si spe frustratus in Apuliam rediit, ipso spei concepte interitum procurante. Post hec super tuicione libertatis ecclesiastice, super exstirpanda heretica*[f] *pravitate nostris beneplacitis paratum se optulit; ad quem recurrens litera*[g] *nostra respondet, quod, cum in regno suo, ubi nullus manum vel pedem absque eius*[h] *movet imperio*[1], *in fidem catholicam heresis lacius venena diffunderet, et libertas ecclesie quasi penitus conculcata iaceret, non credebatur capiti salutis adhibere remedium qui pedem suo reddiderat contactu*[i] *morbosum. Sicque responsum huiusmodi lapsu modici temporis approbante, audito, quod quidam pravo*[k] *seducti consilio ecclesie terram intrare volebant, in Siciliam, quasi fuga capta, ne rupta promissio eum falsitatis argueret, protinus abiit*[2] *ac contra illos verbo vel opere in aliquo non processit, nobis improperans*[l], *quod revertentes ad Urbem Romanos, filios speciales ecclesie, ad matris devocionem paterna curavimus diligencia revocare. Idem insuper, intellecto, quod illos ab ecclesie caritate seiungere quidam iniquitatis filii nitebantur, et excogitato, quod facilius hanc et illos*[m] *opprimeret, si prefatam caritatem acerbius fraude solita vulneraret, nobis tunc Reate presentibus, ad sedem cucurrit*[3] *apostolicam, etiam non rogatus, ubi sub multa humilitate promittens, quod terram ecclesie perditam in primum statum reduceret et ipsam pro viribus defensaret, in Tuscia, ad quam vires suas contulit, recuperacionem cuiusdam castri*[4], *quod ad ius ecclesie modico reduci labore poterat, impedivit. Et cum adhuc manus tradentis nobiscum essent in mensa, cum hostibus ecclesie, sicut ex consequencia facti et literis suis, que a nobis in*[n] *tante prodicionis testimonium reservantur, aperte convincitur, hoc signo dato, Iude*[o] *vicarius pepigit, ut*[p], *ipso certo*[q] *die exinde recedente*[5], *illi ad arma [consurgerent*[r] *et beati Petri patrimonium occuparent. Videte igitur, que nobis sub pardi varietate] iste mons pestifer devocionis obsequia prestitit! Attendite, quales ecclesie famulatus occultus hostis impendit, qui in ecclesiasticum*[s] *transformari non erubuit famulum, ut nobis ad*[t] *nocendum fieret efficacior!*

Redargucio[d], quod immisericors est imperator, et ideo amisit multa.

Redargucio, quod in regno imperatoris heresis est.

Inanis humiliacio.

cf. Luc 22, 21

Testimonium prodicionis.

cf. Ier 51, 25.

Ingratitudo.

*Pro firmo tamen vos tenere cupimus, quod nos, hiis sub dissimulacione preteritis, circa eum*[u] *adhuc non permittentes*[v] *immutari affectum apostolice puritatis, per dictum archiepiscopum*[6], *commisso sibi legacionis officio, iura ei et prefato Corrado in eodem regno Ierosolimitano mandavimus subtracta restitui. Qui licet id fecerit, quia tamen formam sibi datam, propter quod ab eo ad nos extitit appellatum, excedens, Terram Sanctam, quod est inauditum*[w] *a seculo, post appellationem huiusmodi sententie supposuit interdicti, nos attendentes, quod ob id in maximum eiusdem terre periculum peregrini ex ipsa recederent et alii inceptos ad illam transitus retardarent, dictam sententiam, que, utpote lata*[x] *post appellationem legitimam, ipso iure nulla fuerat, in omnibus aliis prefati*[y] *archiepiscopi intacto remanente processu, sufficienti a baronibus, nobilibus et comitatibus regni predicti caucione recepta, in omni sinceritate de fratrum nostrorum consilio duximus relaxandam*[7]. *Quod ergo ipse de nobis ob hoc labiis pollutis obloquitur, vester animus*[z] *non turbetur, quia, cum sit vas repletum viciorum spurcicia, ea que ipsius infecerunt animum putat in aliis criminum desevire*[a] *tormenta; ex quo cum malorum obprobria laudem, laudes quoque obprobrium resonent, a viro, cuius omnis*[b] *fere lingua clamat infamiam*[c], *suggillacionibus impeti eligimus multo forcius quam laudari. Sed forsan maculam oppinionis sue hiis credit abolere conviciis, quia*[d], *se dum Viterbii*[e] *moraretur inficiens, a facie*

Improperium.

cf. Math 23, 27.

Laudari a reprobo vituperium est; et e converso.

a) *sic Vat.*; cedis 1; cedit *(e 2?) edd.* b) scillamque 1. c) *sic Vat.(R.)*; tamen 1. 2. d) Redarguitur imperator, q. imm. est, et 2. e) quid 1. f) heritica 1. g) lingua 2. h) ipsius *Vat.(R.).* i) *sic Vat.*; actu 1; contractu *edd.* k) paruuo 1. l) impperans 1. m) ipsos *in loco raso Vat.* n) in t. *bis scr., sed expunct.* 1. o) *sic corr. Meyer*; inde *codd. omnes.* p) *sic Vat.*; in 1. 2. q) tercio *codd. ap. Meyer.* r) consurgerent — varietate *suppl. ex Vat.* s) eccast. 1. t) eff. fi. ad noc. Pro f. t. t. vos *Vat.(R.).* u) ipsum *Vat.(R.).* v) permittes 1. w) non est aud. *Vat.(R.).* x) latam 1. y) alii *add.* 1. z) ais 1. a) des'vire 1. b) f. o. *Vat.(R.).* c) fame *add. Vat.* d) qua *Vat.(R.).* e) Viterbium 1.

1) Rodenberg haec quidem ad a. 1232 ex. retulit, ista vero verba demum a. 1236, Oct. 23. papam imperatori scripsisse, annotavit. 2) Cf. papae querelam d. 1233, Febr. 10, Epist. I, p. 408. 3) A. 1234, m. Iun. 4) Raspampani; cf. Ficker nr. 2058a sq. 5) Sept. a. 1234. 6) Theodericum Ravennatem; cf. bullam d. a. 1234, Aug. 8, Epist. I, p. 481. 7) Cf. bullam d. a. 1235, Sept. 22, ibid. p. 554.

Formidolositas reprehensibilis.

*hostium ecclesie non verecundus aufugit et ad defensionem suorum fidelium, quos ipsius hostes in oculis eius obsederunt[a] — terram nullo prohibente vastarant[b] —, affirmans, suum per nos ad illos interdici progressum, imperialis honoris prodigus, sed timore prohibitus, non accessit, ex eo innocenciam nostram accusans, quod ad evitanda huiusmodi guerrarum dispendia nuncium a latere nostro non misimus. Sed nec mirum, cum eo tempore status ecclesie multiplici fuisset persecutorum affliccione turbatus. Venimus autem ad Civitatem Castellanam, cuius cives se illi, violato sacramento fidei, ecclesia ignorante, prodentes[1], nullum ius ei per hoc in se ipsis adquirere, nullum nobis circa possessionem, cum iurisdictionem civitatis et civium quasi possideret ecclesia[c], prodendo potuerunt preiudicium generare, quia illi, a quibus alteri pocius quam sibi possidentibus non requiritur possessionis inicium, leges possessionum evertere et extraneis iura[d] conferre nequeunt[e] possessorum. Necnon qui de reddendis possessionibus ecclesie Romane ad eum pertinentibus[f] pluries iuramentum prestiterat, satis improvide a nobis videbatur petere quod non poterat absque periurio retinere.* 1239.

Argumentum redargucionis.

*Nec credi debet, in hoc nos sibi omnimodam coram arbitris vel alio modo iusticiam exhibere paratos fratrum nostrorum desperisse consilium, quod, nunciis eius inceptum iudicium recusantibus prosequi, non fuerat requirendum; quin pocius hanc peticionem ea dumtaxat fraude intentasse proponitur, ut sic ei obloquendi de ecclesia et pacem inter ipsam et eum initam irritandi occasio preberetur.*

Reprehenditur epistola imperatoris mordax nimis.

*Illud quidem quod super facto imperii inter cetera sua detestabilis testatur epistola noster edisserit hiis literis calamus, ut, quo pluribus eius ficcio cognita fuerit, eo forcius ex suo maneat comento confusus, dum de nobis obtractat, quod, ad nostram translato noticiam eum ad recuperanda iura imperii cum multis bellatorum intrare milibus Lumbardiam, sibi, ne Ytaliam intraret armatus et de negocio Lumbardorum in nos precise compromitteret, apostolico scripto mandavimus, ut illud perpetuo suspendere vel ius imperii libere suffocare possemus, contra ipsum venerabilem fratrem nostrum Penestrinum episcopum[2], per quem eius vacuaremus propositum, transmittentes[g], ei[h] impedimentis clamdestinis per legatos et literas nostras per orbem undique procuratis.*

Reprehensio de iure imperii, quod illud nitebatur papa soffocare et conculcare.

*Iste vero, cui, ne veritatem fateri aut enarrare possit, iudicium a divina forsan est indignacione negatum, sicut obtractaciones persone nostre non verecundatur ex falsis assumere, sic et excusaciones suas ex similibus proposicionibus non veritus ordinare, se per nuncios suos, venerabilem fratrem nostrum Panormitanum archiepiscopum[3] et quosdam alios ad apostolicam sedem missos, devocionem omnimodam[i] super ecclesiastica libertate et reformandis ecclesie et imperii iuribus optulisse, nosque, id acceptantes[k] et promittentes a cuiuslibet ipsius impedimento cessare, nunciis suis ad eum redeuntibus, dilecto filio Gregorio de Monte-longo[4], notario nostro, in suorum eversionem fidelium legacionis officium commisisse asserit; ipsoque nihilominus[l] prefatos archiepiscopum et alios nuncios suos ad sedem apostolicam remittente et offerente satisfaccionem omnimodam, nos eum, contradicente saniori[m] parte fratrum nostrorum, contra tradiciones sanctorum patrum et sollempnem morem ecclesie iniuste excommunicasse falso concludit, pro sua confusione subiungendo[n] [6], nos, beati Petri vicarium, non[o] habere ligandi solvendique potestatem, quasi velit asserere, nos concessa apostolorum principi carere clavium potestate.*

De hoc ante[5] dicitur, quod contra sollempnem morem ecclesie die palmarum excommunicatus est imperator.

*Quesumus igitur, libram rationis assumite et, in ea perpetratis[p] per predictum[q] F. contra ecclesiam excessibus et beneficiis que ab ea[r] recepit appensis, clarius [luce[s]] videte, quod, licet draco iste, qui ad illudendum nobis formatus et in escam populo Ethiopum datus existit, aquas persecucionum in subversionem ecclesie ex ore quasi fluvium miserit, apostolica tamen sedes ipsius nequiciam inestimabili beneficiorum misericordia superavit.* cf. Ps 73,14.

Recordacio beneficiorum que ecclesia aliquando imperatori impendit.

*Nam eum[t] olim ab annis teneris illorum morsibus qui terram[u] eius et san-*

a) obsederant et obsessorum *Vat.* b) vastarent 1; vastantes *(e 2?) edd.* c) ecclesiam 1. d) iure 1. e) *sic Vat.(R.)*; nequivit *codd.* f) per venientibus *Vat.* g) transmittes 1. h) sibi *Vat.(R.).* i) *bis scr., sed expunct.* 1. k) *sic Vat.(R.)*; atteptantes 1; attemptantes *(e 2?) edd.* l) ad nos *add. Vat.(R.).* m) saniore 1. 2, vel -i *suprascr. Math.* 1. n) sub *supra lenea* 1; subiungens, se *Vat.(R.).* o) iudicem non habere quasi *Vat.* p) *sic Vat.*; perpendatis *codd.* q) dictum *Vat.* r) ipsa *Vat.(R.).* s) *suppl. ex Vat.* t) o. eum *Vat.(R.).* u) carnem 2.

1) Eadem fere verba scripsit papa imperatori a. 1236, Oct. 23, Epist. I, p. 602. 2) Iacobum. 3) Berardum; cf. supra p. 166. 4) Cf. supra p. 161. 5) Supra p. 166. 6) Pervertit papa imperatoris verba (supra p. 167) et in hoc magis quam in Registri exemplari. Cf. infra p. 176, n. 1.

1239. *guinem siciebant in lacuna*[a] *confusionis expositum, parentum et amicorum solacio penitus pene nudum videns mater ecclesia, protinus circa ipsum nutricis et baiule officium executa, illum pallio apostolice sedis*[b] *operuit, de laqueo venantium eripuit*[c], *multis laboribus et expensis ad regni solium et coronam imperii sullimavit. Insuper hoc ei fecisse modicum reputans et sibi Ierosolimitanum*[d] *subici regnum et illum undique per orbem exaltare*[e] *procurans, licet*

De eo quod Henricus, filius imperatoris, patrem aliquando expugnavit.

*ab eodem multiplici*[f] *se lesam affliccione doleret, a paucis tamen retroactis temporibus*[g], *contra Henricum natum eius, qui partem non modicam Alamannie eius iurisdiccioni subtraxerat, potenter astitit, et inflictorum*[h] *sibi per eum oblita vulnerum, ipsum de*[i] *novo quasi in imperatorem erigens, Theutoniam*

Improperium cinicum et mordax.

*apostolicis literis*[1] *ipsius desiderio reformavit, hiis et*[k] *aliis, que non sufficimus recordari, beneficiis ipsius construens munimenta decoris. Sed iste baculus*
cf. Ier. 51,29. *impiorum, terre malleus, universam*[l] *conturbare terram, regna concutere*[m] *et orbem desertum ponere cupiens, libertatem ecclesiasticam in dicto regno*[n] *Sicilie*[2] *in obprobrium servitutis*
ib. 51,34. *extreme deducens et ecclesias, quas, ut earum teneritudine suum ventrem impleret, quasi iam penitus exossavit, sordibus*[o], *oneribus et angariis opprimens, eas bonis sacris deputatis sanctorum*[p] *usibus spoliavit, personas ecclesiasticas carceri mancipavit*[q] *ipsosque in examine vetito acciones suscipere, tallias solvere et bona ecclesiastica, ut se a vexacionibus rediment, exhaurire et postremo exulare coartat; ecclesias pastorum solacio viduatas non per-*

Reprehensio communis imperatorem tangens et regem Anglie. Sed regi licet illicitum, ignoratur qua ratione.

*mittit sibi sponsum eligere, viduitatis vestimenta*[r] *deponere, donec alicuius adulterinis*[s] *amplexibus per compulsionem*[t] *extiterint copulate. De christianorum habitaculis construens menia Babilonis et edificia, in quibus divinum nomen excolitur, illuc transferens ubi Makomethus perditus adoratur, turbis undique*[u] *collectis, Crucifixi fidem et nomen publice predicari in eodem regno prohibuit. Recuperacionem*[v] *Terre Sancte et negocium [crucis*[w]*] impediens, ad eius consummacionem de bonis suorum fidelium*[x] *conferri interdixit. Contra iuramentum pristinum et pacis inter ipsum et ecclesiam reformate federa nobiles privatos castris et aliis bonis suis, uxoribus et liberis captivatis, loca sua proscriptos relinquere,*
cf. Thren. 4,5. *domicilia in aliorum transferre coloniam, nutritos in croceis amplexari stercora et ad exstremam*[y] *cogit*[z] *inopiam devenire. Necnon, dum affliccione*[a] *comprimit simili pauperes, id tanto*

Exequitur oppressiones Siculorum, immemor oppresionum[b] Anglorum, etiam religiosorum.

*forcius Deo displicere putamus, quanto verius ipsos credimus innocentes. Quid plura? Baronibus, militibus et aliis hominibus eiusdem regni Sicilie ad fortunam et condicionem servorum inaudita crudelitate*[c] *redactis, iam pro maiori parte ipsius regni habitatores non habent de proprio, unde stramine vili quiescere, nuditates suas rudi sacco contegere vel ventrem pane*[d] *possent*[e] *miliacio saturare. Cumque ululatus et clamores dictorum, ecclesiarum et hominum, a tempore dicti H. predecessoris nostri, ecclesie aures continua*[f] *deploracione pulsassent, et iam vix possemus eos absque lesione conscientie sub dissimulacione transire, ipsum super correccione dictorum scelerum non semel, sed pluries nunciis et literis nostris monuimus ac longa paciencia temporibus expectavimus retroactis, si forsan*[g] *oculos suos*
cf. Eph. 4,24. *ad celos erigeret et*[h] *exutus veterem novumque indutus hominem manus suas a tanta*

Expectacio humiliacionis imperialis, sed frustra.

*perpetracione facinorum cohiberet. De petita insuper emendacione dubii adhuc, volentes statum eius prospero*[i] *processu gratulari*[k], *eo Lumbardiam cum armis intrante, mandavimus, ut in locis pro quacunque causa interdicto subiectis ipso presente interdictum minime servaretur, et*[l] *eundem F. nostris literis admonentes, ut, ne crucis negocium, quod ad utilitatem ecclesie, imperii et tocius populi christiani fuerat ordinatum, impediri valeret, precise in nos compromitteret, ne, si contra Lumbardos armata manu procedens tantam daret exempli perniciem, presumeretur a pluribus, quod*

a) cuna *Vat.* b) protectionis *Vat.* c) multis sudoribus *add. Vat.* d) r. I. subici *Vat.(R.).* e) exaltari *Vat.(R.).* f) se m. *corr.* m. se *Vat.* g) sibi *add. Vat.(R.).* h) *sic Vat.*; in afflictorum 1. i) q. de n. *Vat.(R.).* k) ac *Vat.(R.).* l) universe *Vat.* m) conterere 1. 2, vel concutere *superscr. Math.* 1. n) *supra linea* 1. o) sordidis o. *Vat.(R.).* p) *deest Vat.* q) mancipat *Vat.(R.).* r) vestitimenta 1. s) adult'nis 1. t) impressionem *Vat.* u) undecumque *Vat.(R.).* v) Recuperacione 1. w) *suppl. ex Vat.* x) c. f. i. C iur. prestitum *Vat.* y) *sic* 1. z) coegit *Vat.(R.).* a) affliccionem 1. b) *sic* 1. c) credulitate rad. 1. d) pene *codd.* e) possint *Vat.* f) contunua 1. g) forsitan o. s. ad celum *Vat.(R.).* h) *sic Vat.*; t et ex *radendo deleta* 1. i) propero 1; proc. prosp. *Vat.(R.).* k) gratu *bis scr., sed expunct.* 1. l) *deest Vat.(R.).*

1) D. a. 1235, Mart. 13, Epist. I, p. 515 sq. 2) Cf. gravamina imperatori Sept.-Oct. 1238. prolata, ibid. p. 597. 600, et supra p. 154 sq.

**Desideravit papa, ut pacifice imperator intrasset Lumbardiam, in amore vincens rebelles. Sed legimus, quod Iesus non se credebat Iudeis[a], cum nosset omnes.**

*ceteros ecclesia fefellisset*[1]. *Ceterum, quia redintegrare cissuras scismatis nostro*[b] *incumbit officio servitutis, pro sedanda*[c] *imperii et Lumbardorum discordia*[d] *Penestrinum episcopum, commisso sibi legacionis officio, illa consideracione potissime duximus destinandum, ut sibi et quibuscunque discordantibus minori haberetur ratione suspectus, quo suis actibus minus fermenti*[e] *odii vel amoris ingereret, qui a mundo et carne ex suscepcione sancte religionis abstractus, in divini amoris altitudinem evolasset. Noster igitur*[f] *detractor respondeat, quid ex hoc nobis et eidem episcopo poterit [imputari*[g]*], si Placencie*[2] *inter patres, filios, affines, consanguineos et germanos ordinata concordia, eo presente et protestante, quod id salvis honoribus*[h] *et iuribus imperatoris et imperii et quorumlibet aliorum fieret, consummacionem accepit! Quin immo idem blasphemus intelligat sibi ad infamiam merito reputari, quod, cum ad ipsius et nunciorum suorum instantiam venerabilem fratrem nostrum*[i] *Ostiensem episcopum*[k, 3]*, filium nostrum T.*[4]*, tituli Sancte Sabine presbyterum cardinalem, pro pace iuxta formam [acceptatam*[l]*] ab eisdem nunciis inter Lumbardos et imperium reformanda ad partes misissemus*[5] *easdem, idem, dictis legatis petita et ampliora adimplere paratis, et delusis*[m] *nobis, reformacionem pacis per ipsos noluit acceptare! Ecce, nunc intelligite, qualiter imperii iura conculcavimus! Ex premissis advertite, qualiter hic a nobis fuerit impeditus, quod*[n] *longo et inani labore suos et suorum humeros decrevit prius*[o] *conteri, quam passus extiterit per nos iura imperii reformari!* 1239.

**Improperium, quod paravit movere sedicionem.**

*Preterea idem, illatis ecclesie non contentus iniuriis, data quibusdam rebellibus nostris non modica summa pecunie, sedicionem contra nos in Urbe molitus est*[o*] *pluries commovere, ut, nobis et fratribus nostris a sede nostra repulsis, et concusso capite fidei, quod superedificavit Dominus impulsu eiusdem*[p] *F. rueret leviori; Ferrariam et quasdam alias terras ecclesie in Lumbardia*[q]*, contra iuramentum prestitum temere veniens, occupavit*[6]. *Super quo et aliis [nos*[r]*] credens detinere inanibus*[r] *verbis, dictos Panormitanum archiepiscopum et alios nuncios suos cum literis de credencia ad nostram duxit presentiam destinandos*[t].

**De occupacione[s] Sardiniensis insule.**

*Quibus offerentibus nobis satisfaccionem super premissarum offensarum emendacione venerabilem*[u]*, ante et post ipsorum a curia nostra recessum terram Sardinie et Massam*[v] *Lunensis diocesis occupare ad Romanam ecclesiam*[w] *pertinentes non omittens, ipso facto, ne ultra eius*[x] *expectaremus correccionem, edocuit ac non debere fidem sibi vel suis nunciis adhiberi operis evidencia demonstravit. Ex quo id solum in consciencia sua legens, quod cor eius ad conterendas*[y] *ecclesias et catholicam fidem dirigitur, de nobis, quibus se iam quocunque fraudis vellere occultare*[z] *non potest, non immerito suspicatur, quod ipsius potenciam habentes iusta*[a] *ratione suspectam, cum melius sit ante tempus occurrere quam post*[b] *afflicta vulnera remedium invenire, ad avertendas suorum progressuum*[c] *semitas officium legacionis dicto notario*[7] *commisimus*[d]*; qui*[e] *nequaquam iuxta ipsius suspicionem id fecimus, sed ut per eum bellorum cladibus, animarum corporumque periculis obviare possemus.*

**Desperacio emendacionis.**

*Ex premissis igitur et aliis nequeuntes de ipsius correccione sperare et dolentes nos eius promissionibus tociens et*[f] *tociens fuisse delusos, prefatum F. de fratrum nostrorum consilio sententia excommunicationis duximus innodandum. Quamquam*[g] *ex hoc perditum intellectum resumere et coram Deo pocius humiliari deberet, eo tamen amplius inde furens, quo*[h] *iam suam confusionem agnoscens forcius*[i] *veretur, ut ecclesie obstetricante manu educatur coluber*[k] *tortuosus, nos ex persone nostre meritis indignos asserens qualibet officii auctoritate papalis, per nos predicta [ligari*[l]*] sententia minime potuisse suis presumptuose literis asserit et nos, qui temporibus nostris patrimonium* cf. Iob 26,13.

**Excusacio de dilapidacione.**

*ecclesie per gratiam Dei non modicum ampliavimus, super dilapidacione bonorum ecclesiasticorum, dispensacionum*[m] *processu, recepcione munerum et avaricie*

a) Iudei 1. b) nostre *Vat.* c) sedando 1. d) dictum *add. Vat.(R.).* e) f'mēnti 1; firmamenti *(e 2?) edd.* f) *sic Vat.*; sibi destructor 1. 2. g) *sic (e 2?) edd. Vat.; deest* 1. h) honore imperii et imperatoris *Vat.(R.).* i) *deest Vat.(R.), ubi spatium nomini inserendo vacat.* k) et dilectum *add. Vat.* l) *suppl. ex Vat.; deest codd.* m) delusus 1. n) qui *Vat.(R.).* o) potius *Vat.(R.).* o*) *supra linea* 1; *deest Vat.(R.).* p) eius *Vat.(R.).* q) *sic Vat.(R.)*; Lumbardiam *codd.* r) v. i. *Vat.(R.).* s) occupacio 1. t) delegandos *Vat.(R.).* u) verbalem *Vat.* v) *sic Vat.*; Maessani 1. w) p. e. *Vat.(R.).* x) ei 1. y) conterendum *Vat.(R.).* z) occupare 1. a) iusticia 1. b) *inter lineas* 1. — inflicta *Vat.(R.).* c) p̉gressū 1. d) commiserimus *Vat.(R.).* e) quod *(e 2?) edd.* f) et t. *des. Vat.(R.).* g) Qui q. *Vat.* h) *supra linea* 1. i) v. f. *Vat.(R.).* k) colubris *(e 2?) edd.* l) *sic Vat.; deest codd., quare edd.* astringi *post* potuisse *supplent.* m) inordinato disp. *Vat.*

1) Cf. epistolas d. 1235, Sept. 22. 1236, Mart. 21, Epist. I, p. 556. 577. 2) Cf. supra p. 165. 3) Rainaldum. 4) Thomam. 5) Cf. epistolas d. 1236, Nov. 29. 1237, Mai. 23, Epist. I, p. 605. 609 sqq. 6) Cf. supra p. 149. 160. 7) Gregorio; cf. supra p. 173.

1239. *vilitate redarguit[a] ac contra eum ex illo, quod contrahendis inter neptem nostram et[b] naturalem eius filium sponsalibus petitum subtraxit assensum, provocari falso confingit[c]; illud apercius menciens, quod Longobardis[d] contra eum et imperium corporale prestiterimus sacramentum[e], seu quod tocius orbis decimas Terre Sancte utilitatibus reservatas convertere promiserimus in* Quomodo decime sunt concesse. *eius conpendium, si arbitrio nostro negocium[f] exponeret Longobardorum[d]. Fatemur autem[g], nos defectu meritorum nostrorum indigne Christi esse vicarium; fatemur, nos oneri tanto insufficientes existere, quod humana condicio non potest absque divino suffragio supportare; nichilominus tamen vices nobis commissas prout melius nostra permittit fragilitas exequentes, secundum quod locorum, temporum, personarum et negociorum qualitas et natura requirunt, disponenda disponimus et cum excellentibus personis pure et secundum Deum, cum neccessitas id exposcit, de nostre potestatis plenitudine dispensamus. Verumtamen non est dolor, qui[h] sic profundo gladio eius feriat animum, sicut[i], dum terminos regum transgreditur, nec[i] potest aggredi officia sacerdotum. Propter quod idem qui pro auri fame* Ridiculosa reprehensio de simonia. *dictum regnum Sicilie iam redegit in cinerem, credens ex se, qui omni tempore vite sue paucis pure, pluribus vero iusticiam precii venalitate corruptus ex-* cf. Act 8,9. 18. *hibuit, quod in persona sua resuscitans magum[k] Symonem luto temporalium maculare possit[l] ecclesie puritatem, ut sic in spiritualibus grassari et in suis permitteretur sordibus remanere, murum integritatis ecclesie multis [modis[m]] et specialiter oblacione castrorum ac parentela inter suos et nostros[n] contrahenda, pro qua nos per quosdam magnos prelatos et nuncios suos pluries requisivit, temptavit infringere. Nunc vero, quia id nulla instantia nulloque ingenio, sicut est in curia nostra quasi notorium, a nobis potuit optinere, quin pocius se cum suis perdicioni relictum arcium suarum fallaciis in peius proficere iam agnoscit, quasi nesciat ultra quid faciat, se ipsum mendacio suo in aliorum detraccione deturpat, more meretricis Egiptiace[o],* Gen 39. Exemplum de Egiptiaca meretrice. *que Ioseph invitavit ad stuprum et ab ipso contempta apud virum suum volens accusavit invitum. Unum quidem est, de quo, etsi pro homine perdito sit dolendum, letari non modicum [et[m]] Deo regraciari debetis, quod volente Domino, [qui[m]] diutius occultari non patitur umbram mortis, iste[p], qui gaudet se nominari preambulum Anti-* cf. Ezech. 12,5. *christi, non expectans propinquum sue confusioni iudicium, manibus propriis effosso suarum* Papa imperatori imponit heresim, eo quod dixerit, quod ratione persone, non papalis officii, minime timenda est ipsius sentencia. *abhominacionum pariete, per dictas literas eius suarum producit in lucem opera tenebrarum, in eis constanter proponens, quod per nos tanquam Christi vicarium vinculo excommunicationis astringi non potuit. Sicque affirmans[1], non esse apud ecclesiam a Domino beato Petro et eius successoribus ligandi atque solvendi traditam potestatem, dum heresim asserit, proprio sibi argumento concludit, consequenter ostendens, quod male senciat de ceteris fidei orthodoxe articulis, dum ecclesie, super quam fides fundata consistit, auferre nititur concessum verbo[q] Dei privilegium potestatis. Sed quia minus bene ab aliquibus credi possit, quod* cf. Prov. 6,2. *se verbis [non[m]] illaqueaverit oris sui, probaciones in fidei victoriam sunt parate, quod iste rex pestilentie a tribus baratatoribus[2], ut eius verbis utamur, scilicet Christo Iesu, Moyse et Machometo, totum mundum fuisse deceptum, et duobus eorum in gloria mortuis, ipsum Iesum in ligno suspensum, manifeste proponens, insuper dilucida[r] voce affirmare vel potius mentiri presumpsit, quod omnes[s] fatui sunt qui credunt, nasci de virgine Deum, qui creavit naturam et omnia, potuisse; hanc heresim illo errore confirmans, quod nullus nasci potuit, cuius conceptum viri et mulieris coniunccio non precessit, et homo debet[t] nihil aliud credere, nisi quod potest vi et ratione nature probare. Hec et alia multa, quibus verbis et factis catholicam fidem impugnavit[u] et impugnat, suo loco et tempore, sicut[v] decet et expedit, manifeste poterunt comprobari. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente in virtute obediencie per[w] apostolica scripta districte precipiendo[x], quatinus, ne dictus F. corda fidelium fallacibus verbis subvertere vel contagione sua[y] possit quomodolibet gregem dominicum*

a) rad. 1. b) *supra linea* 1; Henricum *add. Vat.* c) consurgit 1. d) Lomb. *Vat.(R.).* e) iuramentum *Vat.* f) negic. 1. g) *supra linea* 1; etenim *Vat.(R.).* h) quod 1. i) quod *add. Vat.(R.) et mox* non *pro* nec *habet.* k) magnum *(e 2?) edd.* l) posset *Vat.(R.).* m) *suppl. ex Vat.(R.); deest codd.* n) nostra 1. o) Egyptie *Vat.(R.).* p) *supra linea* 1. q) verbum 1. r) delucida, *sed super* e *scr.* vel i 1. s) illi *add. Vat.(R.).* t) n. d. *Vat.(R.).* u) i. et *des. Vat.* v) et *add. Vat.(R.).* w) p. a. s. *des. Vat.* x) mandantes *add. Vat.* y) sui *Vat.(R.).*

1) Manifeste et consulto verba imperatoris in haeresim pervertuntur; Matheus in margine fraudem notavit. Cf. supra p. 173, n. 6. 2) Cf. supra p. 147.

*maculare, clero et populo vobis subditis supradicta plene ac fideliter exponatis. Datum Laterani, 12. Kal. Iunii*[1]*, pontificatus nostri anno* 13. 1239. Mai. 21.

Clausula suprascripta mittitur domino regi cum literis precedentibus: *Quocirca*[2] *serenitatem regiam monendam duximus et hortandam, quatinus supradicta tibi facias diligenter exponi, ne regalis innocencie puritas possit verbis fallacibus maculari. Datum* ut prius.

Quod credibilis facta foret hec epistola, nisi essent Romani infames ex suis factis. Hec igitur et divulgata et multis regibus ac principibus et magnatibus mutatis tantum titulis transmissa per orbem timorem et horrorem necnon admiracionem cordibus fidelium incusserunt et imperialem epistolam suspectam, licet probabilia contineret, reddiderunt; unde corda multorum qui prius cum alterutro steterant fluctuancia reddiderunt. Et nisi Romana avaricia devocionem populorum a domino papa plus quam expediret ac deceret avertisset, totus mundus hac epistola exasperatus in imperatorem, quasi in manifestum hostem ecclesie et Christi inimicum graviter et unanimiter[a] insurrexisset. Sed proh dolor! multi filii a patre suo papa avulsi sunt et imperatori adherentes asserebant, quod odium inexorabile inter eos iam induratum predicta iurgia et invecciones excogitatas excitabat. Et iniuste improperat dominus papa, quod eundem Frethericum[b] dilexerit et promoverit in novitate creacionis sue; hoc enim totum factum est in odium Othonis, quem ecclesia adiutorio Fretherici usque ad mortem persequebatur, quia dispersa imperii secundum sacramentum[3] suum viriliter congregare cepit, sicut qui presens est imperator Frethericus facere proponit. Unde hoc faciendo Frethericus[c] militavit ecclesie, et plus tenetur ecclesia Romana ipsi, quam imperator ecclesie Romane rationabiliter teneatur obligatus. Sentit ecclesia occidentalis, precipue tamen religiosorum, et pre omnibus aliis devotissima Deo Anglicana ecclesia, oppressiones Romanorum cotidianas, nec adhuc umquam pressuras sensit imperiales. Addiditque populus: 'Quid sibi vult[d] istud? Retroactis temporibus[4] imposuit papa imperatori, quod ipse Machometo[e] legique Sarracene plus consensit quam Christo vel legi christiane; nunc autem in sua invectiva epistola imponit eidem, quod tam Machometum quam Iesum vel Moysen, quod horribile est recitare, vocat baratatorem[f. 5]. In epistolis suis humiliter de Deo scribit imperator et catholice, nisi tantum quod hac ultima papali persone derogat, non officio[6]; nec publice predicat nec procaciter sustinet quicquam hereticum, ut novimus adhuc, vel profanum; non usurarios nobis misit vel raptores reddituum'. Et sic ortum est iam cisma[g] in populis formidandum. . . .

Ipsis[h] quoque temporibus comites et barones et alii magnates Anglie, ad quos ab antiquo ius patronatus ecclesiarum spectare dinoscitur, dolentes se privari sua libertate et per cupiditatem Romane ecclesie iure conferendi ecclesias enormiter privari, et alienigenas precepto papali illis ditari, quorum personas et condiciones penitus ignorabant, licet sero domino pape scripserunt[7]. . . . . . .

Quomodo congregati sunt omnes nobiles crucesignati Francie super Rodanum, deliberaturi de arripiendo itinere suo. Per idem tempus[8] congregati sunt nobiles crucesignati Francie et adiacencium provinciarum in civitate nobili super Rodanum fluvium sita, que dicitur Agauno[9], id[i] est Lugdunum, vulgariter vero Liuns, ut ibidem de assumendo itinere suo[k] diligenter contrectarent. Et dum conciliarentur, ecce ex parte domini pape nuncius destinatus festinanter, qui sicut antea omnes ad proficiscendum urgen-

a) unaniter 1. b) F. *codd.* c) Fr. 1. d) uust 1. e) Mathom. 1. f) baratarem 1; baratazarem 2. g) *sic* 1. h) *in marg.* 1. i) *ita* 2; Agauno *suprascr.* Lugdunum *in contextu et* Agauno vel Lugdunum *in marg.* 1. k) assumendo *iterum add.* 1, *sed linea subducta del.*

1) *Kal. Iul.* Vat. Sed nostrum in die errasse, cur a quibusdam statuatur, cum papa variis temporibus huius tenoris epistolas destinaverit, non videt Rodenberg, Epist. pont. I, p. 654. 2) Haec sententia Franciae quoque regi scripta est; ib. 3) Cf. Wendover. a. 1210, quem noster supra p. 116. exscripsit. 4) Cf. ib. a. 1229, supra p. 66. 5) Supra p. 176. 6) Bene igitur discernit noster quae imperator scripsit ab haeresi quam papa ei imputavit; cf. supra p. 176. 7) Sequuntur epistola nobilium Gregorio IX. data, ne ius laici patronatus a papa infringeretur, et epistolae papales (Potthast nr. 10835 sq.) Ricardo comiti Cornubiae et Ottoni legato missae, *ne liceat ecclesias regni in quibus laici sunt patroni apostolice sedis auctoritate conferre.* Cf. de hac lite Weber p. 75. 8) Fere m. Iunio; cf. Faure, 'St. Louis' I, p. 291; Kugler, 'Kreuzzüge' p. 349. 9) Error; Agaunum est in Helvetia, St. Maurice, cant. Wallis.

1239. ter stimulavit[1] et stimulando persuasit, sic vice versa, omnes ne iter arriperent, dissuasit, et ex parte domini sui pape[a]: ad propria quisque propere remearet, et autenticum[2] domini pape[b] super hoc monstravit universis. Ad quod unanimiter[c] responderunt: 'Unde hec in Romana curia et in papa multiplicitas? Nonne nobis hic terminus, hic locus per legatos et papales predicatores[d] multo tempore transacto prefixus est ad transitum? Secundum dicta et promissiones predicatorum[e] ad iter pro Deo succingimur[f], victualia et arma et queque nobis profecturis neccessaria paravimus, terras nostras cum omni suppellectili[g] nostra et domibus vel inpingnoravimus[h] vel vendidimus, amicis nostris valediximus, thesauros[i] nostros in Terram Sanctam premisimus, adventum nostrum prenunciavimus, portui appropinquavimus: et nunc ad negocium Crucifixi impediendum, mutatis verbis, insurgunt pastores nostri?' Et non modicum indignati pene insurrexerunt in nuncium pape, si non prelatorum discrescio[b] furorem populi temperasset. . . . . . .

Prosecucio. Nec mora, domini imperatoris nuncii, ne inconsulte et festinanter transirent sine ducatu et comitatu ipsius imperatoris, diligenter persuaserunt, literas super hoc imperiales illis directas[3] deferentes, in quarum tenore eleganter et sufficienter excusavit dominus imperator sui transitus omissionem Unde crucesignatorum miserabilis facta est condicio; dissipatum[k] est enim consilium eorum, et facti sunt sicut harena sine calce aut maceria sine cemento. Redierunt multi ad propria murmurantes et obloquentes et aliquorum prelatorum falsas asserciones detestantes; multi vero per maris discrimina, intrantes portum Marsalie, versus Terram Sanctam cum magna desperacione velificarunt, quorum in Sicilia multi maiorum adventum prestolantes tempus vernum expectarunt; multi vero ex licencia et benevolencia imperatoris per litora maris, Ytalicos sinus a sinistris relinquentes, partes pecierunt Brundusinas. . . . . . .

Aug. 15. Vacat, quia offendiculum. De adventu comitis Flandrie in Angliam. Circa festum vero assumpcionis[l] beate Marie venit in Angliam comes Flandrie, applicans apud Doveram, videlicet Thomas, avunculus regine. De cuius adventu cum rex certificaretur, secus[m] quam deceret letabundus occurrit venienti, precepitque, cives Londonienses in adventu eius omnes truncos et sterquilinia, lutum quoque et omnia offendicula a plateis festinanter amovere[n], civesque festivis vestibus ornatos in equis eidem comiti gratanter occurrere faleratis; in quo facto rex multorum[o] sibilum movit et cachinnum. Recedens vero ab Anglia infra paucos dies, quia licencia domini regis Francorum diu non extendebatur, quingentas marcas a rege receptas asportavit reditumque totidem annuatim, quem sibi attinere iure antiquo a regio scaccario recipiendum pro homagio suo[p], absque difficultate vel mora impetravit[4].

De prohibicione pape, ne crucesignati transirent. Temporibus sub eisdem dominus papa dedit in mandatis legato, ut districte prohiberet[q, 5] contra propositum terminum a predicatoribus sibi prefixum et intencionem et spem suam, quam ex pollicitis predicantium preconceperant, ne iter versus Terram Sanctam[r] arriperent usque ad ver-

1240. Mart. num tempus et passagium quod est in Marcio; sin autem, concessa sibi peccatorum indulgentia non gauderent. . . . . . .

De magna tribulacione comitis Cantie Huberti[s], quoniam rex ipse tam acriter insurexit[h] in eundem. Eodem tempore videns rex, quod venerabilis comes Cancie Hubertus iam senuerat debilitatus infirmitate, gravibus eum circumvenit questionibus: '. . . Item matrimonium inter dominum regem et quandam nobilem mulierem[6] nequiter impedivit, dum clanculo significavit eidem mulieri et suo generi, quod rex strabo et fatuus nequamque fuerat, et speciem lepre habere[t], fallaxque fuerat et periurus, inbellis[h] plus quam mulier, in suos tantum sevientem et prorsus inutilem amplexibus alicuius ingenue mulieris asserendo. . . .' Si[u] quis plene desiderat scire altercacionem inter accusantes

a) *rasura* 1; ut *suppl. edd.* b) *deest* 1. c) unanmiter 1. d) nobis *iterum add.* 1. e) predicator 1. f) succig. 1. g) supplect. 1. h) *sic* 1. i) thavauros 1. k) dissap. 1. l) assupc. 1. m) s. q. d. *in loco raso* 1. n) amoveri 1. o) rex *iterum add.* 1. p) asserebat *supplendum.* q) crucesignatis *suppl. edd.* r) e 2; *deest* 1. s) H. 1. t) *sic codd.* u) *haec in marg.* 1.

1) Etiam Mart. 9. Theobaldo regi Navarrae aliisque his crucesignatis dederat eius tenoris bullam, Potthast nr. 10709. 2) Quod non exstat; nec haec ab aliis historicis narrantur. Sed revera tunc itineri sacro papam restitisse (v. infra l. 34—39), imperatorem favisse, docuit Schirrmacher III, p. 191, 347. M. Iul. Fridericus invectus in *malignatum qui in peregrinatione processus averteret et turbaret* (ap. Huillard V, p. 361), sine dubio dixit papam. 3) Ficker nr. 2456; cf. nr. 2461. 4) Dec. 8. *rex procuratoribus suis in curia Romana agentibus, ut Thome comitis Flandrie procuratoribus ad curiam accedentibus assistatis,* mandavit, ap. Shirley II, p. 16. 5) V. supra p. 177. 6) *Ad ducem Austrie scripsit Hubertus, ne filiam copularet regi,* Wendover. a. 1231, supra p. 69, quem noster supra p. 127. exscripsit.

comitem Cantie, dictum scilicet Hubertum, et memoratum magistrum Laurentium de Sancto 1239. Albano, inveniet ad hoc signum ⨀ in libro Additamentorum[1].

Quomodo iuraverunt[a] comes Ricardus[b] et magnates Anglie cruce signati, quod iter propositum arriperent. Sub eisdem diebus, in crastino scili- Nov. 12. cet sancti Martini, convenerunt magnates Anglie crucesignati apud Norhamton de itinere suo in Terram Sanctam arripiendo contrectaturi. Et ne per cavillaciones Romane ecclesie honestum votum eorum impediretur, nec ad effusionem sanguinis christiani vel in Greciam vel in Ytaliam, prout instillatum in auribus eorum fuerat, distorqueretur, iuraverunt omnes, se in Terram Sanctam in expedicionem ecclesie sancte Dei illo anno migraturos. Quorum primus iuravit comes Ricardus, omnium aliorum primicerius, . . . et post eum Henricus de Trublevilla[2]. . . . . . .

De constantia domini imperatoris Fretherici in sua hac magna papali et suorum persecutione[c], que pocius dici potest inconstantia. Diebus etiam illis videns dominus papa robur et constantiam imperatoris nondum enervatam sibi et Romane ecclesie nondum incurvari, misit[3] per totam Alemanniam prelatis magnificis et alias manentibus epistolas prolixas commonitorias, et precepit districte, ut omnes insurgerent in dominum suum imperatorem Deo et ecclesie Romane rebellem, et eundem magnis conviciis in literis diffamavit. Absolvit etiam omnes qui eidem fidelitatis iuramento tenebantur astricti, persuadens, ut essent in infidelitate fideles, in inobediencia obedientes. Sed tantum promeruit Romane ecclesie improbitas omnibus execranda, quod a nullis vel a paucis meruit papalis auctoritas exaudiri[4].

De desolacione Bononiensium et aliorum fautorum pape. In eiusdem Impertinens Anglis. anni estate, scilicet circa finem autumpni[d, 5], dominus imperator volens Mediolanensibus[e] proditoribus suis Bononiensium auxilia precludere, in Bononienses impetum fecit formidabilem. Volebant enim in favorem pape et Mediolanensium suorum exire ad debellandum exercitum imperialem, cum ecce repente exeuntibus occurrit imperator et suos inter cives et civitatem armatos interposuit[6] et civium cuneos terribiliter subito dissipavit. Qui fugientes, per quedam diverticula cupientes ad urbem remeare, sese in amnem quem transire neccesse habebant precipitarunt, ita ut plures submersi quam in ore gladii cesi miserabiliter perierunt[6]. Deinde dominus imperator, postquam Bononienses illi dextras dederunt[7] qui in civitate remanserunt, direxit suorum armatorum legiones versus Mediolanum. Et in brevi temporis spacio fossata sua, quibus se Mediolanenses undique cinxerant, erectis machinis et applicatis pontibus multis, cum suo excercitu transiit numeroso[8]. Unde timor et tremor cives invasit inopinabilis, et audito Bononiensium infortunio, gemitus gemitibus cumularunt. Unde negocium illud ad votum consummasset, nisi mota per papam periculosa perturbacio ad partes ulteriores provocatum dominum imperatorem transtulisset. 1240. Quod conperientes[f] cives[9], facti animosiores, extulerunt caput, et per vicinia discurrentes, castra imperialia obsederunt. Et per quendam legatum[10], quem ad consolacionem eorum illuc dominus papa miserat, solidati Ferrariam obsederunt, hostiliter vallaverunt nec ab eis, nisi se absolute redderent, satisfaccionem admiserunt obsessorum, hoc legato persuadente et cives ad hoc Mediolanenses immisericorditer conpellente. . . . . . .

Quomodo rex quendam priorem[11] nacione Britonem intrusit in con- 1239. ventum Wintoniensis ecclesie. . . . Unde libera eleccio monachorum, dum idem prior adulterinus fere medietatem stellarum secum cauda sua traxit, periclitabatur, et mul- cf. Apoc. 12, 4. torum corda ad eleccionem Wilelmi[f], avunculi regine, in episcopum corrumpendo inclinavit. Rex enim ad hoc summo nisu hanelabat.

De lugubri morte Willelmi electi Leodiensis, procuratoris Valentini, qui ad episcopatum[g] Wintoniensem hanelabat. Omnium sanctorum Nov. 1. iminente[f] festivitate, cum Willelmus electus Valentinus[12], de quo superius[2] fecimus men-

a) iuraverunt 1. b) R. *codd.* c) persecuone 1. d) autupni 1. e) Mediolansibus 1 f) *sic* 1. g) epatum 1.

1) Cf. supra p. 127; *in rotulis ipsius Laurentii* in loco raso H. Angl. II, p. 426. 2) Cf. supra p. 144 sq. 3) Cf. Epist. pont. I, p. 639 sq. 642. 654. 4) Cf. de concilio principum Egrae m. Iun. habito Ficker nr. 4401 a. 5) Potius m. Iunio; Ficker nr. 2450a. 6) 'Haec a rebus alibi narratis discrepant' ib. 7) Error. 8) Lambrum transivit imperator Sept. 20; Ficker nr. 2483a. 9) Quae sequuntur iam supra p. 161. narrata sunt. 10) Gregorium. 11) Andream. 12) Valentinam civitatem ab imperatoribus episcopatui concessam confirmavit papa a. 1239, Iul. 7, Epist. pont. I, p. 654.

1239. cionem, a domino papa impetrasset[1], ut in episcopum Leodiensem eligeretur et episcopatum Wintoniensem optineret, apud Viterbium[2], pocionatus ut dicitur, diem clausit extremum
Nov. 1. die[a] omnium sanctorum[3], procurante magistro Laurentio Anglico[4], sed postmodum eo rite purgato. Quod cum papa audisset, doluit nimis, quia proposuit[b, 5] de ipso facere ducem milicie sue in guerra sua contra imperatorem, et iccirco eundem quasi monstrum
cf. Apoc. 13, 1. spirituale et beluam multorum capitum effecerat. Novit eum ad stragem strenuum, ad cedem pronum, ad incendia protervum, magistrum regis Anglie, amicum regis Francorum, sororium[6] utriusque, fratrem reginarum, fratrem comitis Sabaldie et aliis multis vel affinitate vel consanguinitate confederatum. Sed hec mors inopinata omne hoc propositum transmutavit.

Quomodo inconsolabiliter doluit dominus[c] rex pro morte Willelmi electi Valentini. Rex autem cum hos lugubres rumores audivit, non se pre dolore capiens, scidit vestimenta sua et ea proiecit in ignem, et rugitum magnum emittens, noluit alicuius admittere consolacionem. Regina quoque, quam causa familiarior[d] stimulavit, funus fraternum deflevit tempore diuturno. . . . . . .

Dec. 21. Et duodecimo Kalendas Ianuarii obiit strenuissimus miles dominus Henricus de Trublevilla[7], in expedicionibus vir expertus et eruditus.

Impertinens Anglorum historie usque hic ÷ e.

Quomodo papa et curia Romana elegerunt in imperatorem Robertum, fratrem regis Francorum; quod tamen ipse Robertus[f] et totum consilium Francie constanter renuit. Circa dierum illorum curricula dominus papa[8] scripsit regi Francorum, sollempnes eidem nuncios destinando, significans eidem, ut iuberet epistolam suam coram ipso et toto baronagio Francie sollempniter et memoriter legi et intelligi. Cuius summa et tenor talis fuisse perhibetur[9]:

*Noverit dilectus filius ecclesie spiritualis, illustris rex, et totum Francorum baronagium, nos deliberacione et tractatu diligenti omnium fratrum nostrorum condempnasse et a culmine imperiali abiudicasse Fretheric um dictum imperatorem et Robertum comitem*[10], *fratrem regis Francorum, loco ipsius elegisse substituendum*[g], *quem etiam omnibus nisibus ecclesia non tantum Romana, sed universalis, duxit non segniter adiuvandum et efficaciter promovendum. Nullo igitur modo tantam sponte oblatam [dignitatem*[h]*] apertis brachiis suscipere pigritemini, ad quam opes et operam et opem habundanter effundemus consequendam. Scelera enim predicti Fretherici multiplicia, sicut iam novit mundus, eundem irrestaurabiliter condempnarunt.*

Ad quod, inito consilio, circumspecta prudencia Francorum[11] respondit: 'Quo[12] spiritu vel ausu temerario papa tantum principem, quo non est maior, immo nec par inter christianos, non convictum vel confessum de obiectis sibi criminibus, exheredavit et ab apice imperiali precipitavit? Qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per generale concilium cassandus iudicaretur. De transgressionibus suis non est hostibus suis fides adhibenda, quorum papa dinoscitur esse capitalis. Nobis adhuc insons, immo bonus fuit vicinus, nec quid sinistri vidimus de eo in fidelitate seculari vel fide catholica. Scimus autem, quod domino nostro Iesu Christo fideliter militavit, marinis et bellicis se periculis confidenter opponens. Tantum religionis adhuc in papa non invenimus. Immo, qui eum debuit promovisse et Deo militantem protexisse, eum conatus est absentem confundere et nequiter supplantare. Nolumus nosmet ipsos in tanta pericula precipitare, ut ipsum Fretheric um[i]

a) die — purgato *in marg.* 1. b) prosuit 1. c) d. r. *in marg.* 1. d) familior 1. e) *hoc signum infra non inveni.* f) R. *codd.* g) sustit. 1. h) *suppl. edd.* i) F. 1.

1) Aegid. Aureaev., SS. XXV, p. 126. 2) *Dicunt in Viterbio intestina sepulta* ib. p. 127. 3) *Mense Octobri* ib. p. 126. Sed etiam Phil. Mousket v. 29845, SS. XXVI, p. 811: *a la fieste tous sains.* 4) Postea a. 1251—1274. episcopo Roffensi; de negotiis quae Romae pro Ricardo rege Romanorum egit, v. Ann. Burton., SS. XXVII, p. 483. 5) Cf. Ficker nr. 2433. 6) Uxorum potius avunculum; cf. supra p. 132. 7) Cf. supra p. 179. 8) Iacobus episcopus Praenestinus, Friderici II. acerrimus adversarius, m. Sept. et Oct. legatus Romanus ad comitem Provinciae causam papae amplexum et ad regem Franciae missus forsitan similem epistolam detulerit (Ficker nr. 2477). 9) Quae sequuntur non ipsa epistolae verba, sed, ut dicitur, 'summa' habenda sunt. 10) Friderici II. epistolam ei datam cum hoc negotio coniungendam esse, Ficker nr. 2266. negat. Schirrmacher III, p. 343. hanc rem dici censet verbis Ludovici IX. fere a. 1241. ex. imperatori scriptis: *Penestrinum et alios legatos repulimus, nec in regno nostro contra maiestatem vestram potuerunt aliquid obtinere*, ap. Huillard VI, p. 19. 11) *Consilio et providentia matris* (Blancae) *opus intactum remansit* Albr., SS. XXIII, p. 949. 12) Hanc responsionem a nostro compositam esse, non est quod moneam.

1239. tam potentem impugnemus, quem tot regna contra nos iuvabunt, et causa iusta prestabit adminiculum. Quid ad Romanos de prodiga sanguinis nostri effusione, dummodo sue ire satisfaceremus? Si eum per nos et alios devicerit, omnes principes mundi conculcabit[1], sumens cornua iactancie et superbiam, quoniam ipsum Fretheric̃um magnum imperatorem contriverit. Sed ne in vacuum papale mandatum videamur suscepisse, licet magis constet hoc ob odium imperatoris quam nostri dileccionem ab ecclesia Romana derivasse, mittemus nuncios prudentes ex nobis ad imperatorem, qui, quomodo de fide catholica senciat, diligenter inquirant, nos super hoc certificaturos. Et si nil nisi sanum invenerint, cur infestandus est? Sin autem, et ipsum, immo etiam ipsum papam, si male de Deo senserit, vel quemlibet mortalium usque ad internecionem persequemur'. Que cum audierunt nuncii papales, confusi recesserunt. Adierunt igitur dominum imperatorem Francorum nuncii sollempnes[2], ipsi mandata que a domino papa receperunt seriatim nunciaturi. Quod cum audisset dominus imperator, de immanitate odii stupefactus, respondit, se esse virum catholicum, christianum sane de omnibus orthodoxe fidei articulis sentientem. Et addidit: 'Non placeat domino meo Iesu Christo, ut unquam recedam a fide magnificorum patrum et antecessorum, sequens vestigia perditorum! Iudicet autem Dominus inter me et ipsum, qui me ita per orbem tam nequiter diffamavit!' Et tendens manus in celum, lacrimis abortis, singultando exclamavit: 'Deus ulcionum Dominus reddat ei retribucionem!' (cf. Ps. 93, 1 sq.) Et conversus ad nuncios ait: 'Amici mei et vicini karissimi, vere, quicquid dicat inimicus meus, sititor sanguinis mei et honoris subversor, credo sicut alius christianus. Et si guerram mihi movere disponitis, non miremini, si me defendam ab insurgentibus in me; spero enim, quod Deus protector innocentum me potenter liberabit. Novit enim Dominus, quod papa in favorem mihi rebellium, precipue Mediolanensium hereticorum, contra me levat calcaneum et insurgit iracundus. Sed vobis totus in gratiarum acciones[a] assurgo, quod voluistis ante assensum per responsionem meam de presenti causa certificari'. Ad hec nuncii: 'Nolit Dominus, ut unquam ascendat in cor nostrum, ut aliquem christianum sine manifesta causa impungnemus. Nec nos pulsat ambicio; credimus enim, dominum nostrum regem Gallie, quem linea regii sanguinis provexit ad sceptra Francorum regenda, excellenciorem esse aliquo imperatore, quem sola provehit eleccio voluntaria; sufficit domino comiti Roberto[b] fratrem esse tanti regis'. Et, hiis dictis, cum dileccione et gratia imperali[c] recesserunt; et sic in hoc proposito conatus papalis irritus.

Q u o m o d o   d o m i n u s   p a p a   c u m   s u m m a   d i l i g e n c i a   p e c u n i a m   c o l l e g i t.   N e c   u n q u a m   d e   o r a t i o n i b u s   v e l   m i s s i s   v e l   e l e m o s i n i s   p r o   i p s i u s   t r i b u l a c i o n e   e t   e c c l e s i e   p e r i c u l i s   e r o g a n d i s   f e c i t   m e n c i o n e m. Persuasit interea dominus papa et per Predicatorum et Minorum ministerium procuravit multiformibus argumentis, ut sibi pecuniam undecunque abrasam in detrimentum imperatoris adquirerent. Et facti sunt eo tempore Predicatores et Minores regum consiliarii et nuncii speciales, ut, sicut quondam mollibus induti in domibus regum[d] erant, ita tunc qui vilibus vestiebantur (cf. Math. 11, 8.) in domibus, cameris et palaciis essent principum. Vocavit dominus rex tunc temporis fratrem Iohannem[e] de Sancto Egidio[3] ad consilium suum. Admirati sunt multi, quod[f] preces fidelium non curavit dominus papa, sicut[f] legitur de Petro servato in carcere. (Act. 12, 5.)

Q u o m o d o   p e r s u a s i t   d o m i n u s   i m p e r a t o r,   n e   c r u c e s i g n a t i   t r a n s f r e t a r e n t. Consuluit[g] autem per epistolas suas dominus imperator universitati crucesignatorum, quod, licet parati essent, et grave illis videretur, pacienter tamen expectarent nec iter Ierosolimitanum arriperent, donec, quiescente spiritu iracundie papalis, gaudens eos et concomitaretur, quia parata fuit contra eos Orientalium ad certamen armatorum infinita multitudo. Quod cum alii contempsissent, indignans imperator prohibuit, ne excercitui Francorum victualia de terris suis uberimis[c] finitimis, Apulia scilicet et Cipro[h] et aliis terris suis, venalia ministrarentur vel sub ulla forma transportarentur[5]. Quo audito, Saraceni caput

a) totus *iterum add.* 1. b) R. 1. c) *sic* 1. d) *inter lineas* 1. e) I. 1. f) sicut — carcere *Math. in marg.* 1; *des.* 2. g) Consiluit 1. h) Cipri 1.

1) Haec ex imperatoris epistola supra p. 168. fortasse hausta sunt. 2) Revera eo fere tempore nuncii regis Franciae ad imperatorem papae reconciliandum missi sunt; cf. Aegid. Aureaev., SS. XXV, p. 126. Sed singula quae noster hic narrat vix confirmari possunt. 3) De hoc v. supra p. 131. 4) Cf. similia supra p. 162, infra p. 182. 5) Haec prorsus falsa esse, docuit Schirrmacher III, p. 349.

1239. extulerunt et christianis, assumpta audacia, dampna multa in corporibus et possessionibus intulerunt, incendia et strages audacter excercentes. Et ad cumulum dolorum Grecia suum antipapam Germanum contra Romanam ecclesiam erexit. Et dominus imperator fratrem Helyam contra papam opposuit, qui summus minister fuit[1] aliquando ordinis Minorum et
cf. 1 Macc. 1, 10. predicator nominatissimus; et sic ceperunt mala multiplicari super faciem terre; absolvit enim quos dominus papa ligavit anathemate, et generatum est scandalum in ecclesia. Illo enim summo procuratore machinante, ecclesia Romana super usuris et simonia et rapinis variis reddebatur infamis, et filii in privignos convertebantur. Asserebat etiam ipse predictus frater Helyas, dominum papam contra iura imperii debacari, pecuniam tantummodo sitire et variis argumentis extorquere, preces, missas, processiones, ieiunia, que
Act. 12, 5. solent oppressos a persecucionibus liberare, non curare, sicut scriptum est: *Petrus autem servabatur in carcere; oratio autem fiebat ab ecclesia sine intermissione pro eo;* fraudem etiam facere de pecunia collecta ad succursum Terre Sancte; scripta[a] etiam ad beneplacitum suum in camera sua bullare clam et sine fratrum assensu, et etiam cedulas vacuas, sed bullatas, multas nunciis suis traderet[b], ut in eis quod eis foret beneplacitum scriptitarent;
cf. Ps. 72, 9. quod erat horribile; et alia multa enormia imposuit domino pape, ponens os suum in celo. Propter quod dominus papa eundem Helyam excommunicavit.

Quomodo eiecti sunt ignominiose a consilio regis magister Simon Normannus et frater Galfridus Templarius. . . . Seminarium[c] et causa precipua fuit huius ire regie, quod idem Simon[2] noluit consignare quoddam detestabile scriptum contra coronam domini regis confectum, cuius tenor talis fuit, ut comes Flandrie Thomas perciperet de quolibet sacco lane delate ab Anglia per partes suas theloneum, scilicet de quolibet sacco quatuor denarios. Nec Galfridus Templarius huic enormi facto consensit, licet rex ad hoc avide nimis hanelaverit. . . . . . .

Nota causam in margine libri inferiori scriptam.

1240. Qualiter imperator iter suum versus Urbem direxit. Sub illis etiam diebus[3], cum vidisset dominus imperator, quod papa non tantum sanguinem suum sitiret avidissime, immo in favorem rebellium Mediolanensium hereticorum ad eiusdem vilissimam deieccionem hanelaret, relicto et ad horam suspenso belli quod proposuerat negocio, Urbi, ut terribilior suis appareret, audacter cepit appropinquare. Cui adventanti occurrerunt quasi domino suo Viterbienses[4] cum aliis nobilium civitatum potentatibus et civibus reverenter cum honore et cum nume-
1240. Mart. 16. rosa Romanorum multitudine; sicut ex tenore epistole imperialis transmisse regi Anglie[d] colligi potest manifeste:

Anglorum historie impertinens usque ad hoc signum ♈.

Litere[5] imperiales directe regi Henrico[e] Anglorum. *Fretherícus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, illustri regi Anglorum, dilecto sororio suo, salutem et sincere dileccionis affectum. Triplex doloris aculeus, qui cor nostrum cotidie pungit et stimulat, iam nos ultra flere[f] non patitur, quin dolor intrinsecus prorumpat in gemitus, et gemitus exeat[g] in clamores, dum per dissensionis nove materiam, ad quam universalis ecclesie rector et pontifex violenta nos quadam compulsione coegit, catholice fidei detrimenta congnoscimus, eclipsim[h] iusticie manifeste perspicimus et Terre Sancte*
cf. 1 Reg. 3, 2. *dispendium miserabiliter deploramus. Sed illa non minus angustia perurgemur, quod Hely sacerdotis oculi caligantes nullum huiusmodi periculorum[i] aspiciunt; sed tanta circa nos iracundia commovetur, tanta circa Mediolanenses[k] et eorum fautores rebelles imperii dileccione perstringitur, ut, orbe toto dubii successus eventibus vel fortune periculis pocius prorsus exposito, ad conculcandam imperii sacri iusticiam et Mediolanensium rebellium nostrorum auxilium totus assurgat. Nec nos super hoc lese conscientie stimulo pungimur nec ledentis fame*

a) scripta — horribile *Math. in marg.* 1. b) *sic codd.* c) Seminarium — hanelaverit *ad calcem pag.* 1, *in contextu* 2. d) misse *iterum inter lineas* 1, *in contextu add.* 2. e) H. *codd.* f) *sic codd.*; silere *recte Hu.* g) exeant *Hu.* h) eclsim 1. i) periculum *Hu.* k) nos Mediolenses 1.

1) Depositus est Mai. 16; cf. quae imperator pro eo scripsit anno fere exeunte, Ficker nr. 2685. 2) De Cantilupo archidiaconus Norwicensis; cf. infra p. 186. 3) Haec ex epistola sequenti hausta sunt; copiosius iterum narrantur a. 1240. 4) Febr. 16; cf. Ficker nr. 2825 a. 5) Ficker nr. 2910. Contuli Huillard, qui complures codices adhibuit. Inter quos cod. Musei Britannici Hargrave 313. e Scaccarii Libro Rubro transcriptus videtur. Eadem principibus et populo Trevirensis archiepiscopatus scripta sunt; Ficker nr. 2911.

*iudicium expectamus, quin, a multis retro temporibus periculorum istorum omnium divina quadam inspiracione presagi, presens semper evitaverimus scandalum. Istius summi pontificis gratiam omni*[a] *quocunque potuimus ingenio, licet frustra, laboravimus*[b] *optinere, persone nostre non parcendo laboribus, rerum nostrarum non cavendo*[c] *dispendiis et persepe fidelium nostrorum vitam pro suis et ecclesie Romane subsidiis liberaliter exponendo. Sed, quod dolentes referimus, nihil penitus cepimus toto tempore laborantes, nullam*[d] *ab ipso pro nostris obsequiis affeccionem retulimus; semper se contrarium nobis posuit, semper imperii sacri profectibus obviavit; immo quod crudelius ab omnibus debet reputari, existentibus nobis in ecclesie sancte subsidiis apud eum, Civitatem Castelle*[1] *subtraxit imperio, prout per literas suas, quas Castellani nobis noviter assignarunt, manifeste probatur*[e]. *Nihil tunc temporis etiam potuimus ab ipso de cunctis peticionibus nostris nobis et imperio favorabile reportare. Legato*[2], *quem tunc ipso tempore pro nobis se misisse dixit in Syriam, ut Aconensium et quorundam regni Ierosolimitani nobilium nobis et filio*[3] *illatas iniurias emendaret, auctoritatem omnem per contrarias latentes literas subsequenter ademit. Eodemmet ipso tempore*[f] *Mediolanensibus, ne contra fideles imperii Cremonenses insurgerent, nec Florentinis, ne Senenses fideles nostros offenderent, potuimus aliquas literas optinere, cum nobis in auxilium ipsorum, ne indefensam dimitteremus ecclesiam, procedendi licenciam denegaret. In Germaniam deinde procedentibus nobis ad primogeniti filii*[4] *nostri maliciam reprimendam favorem omnem promisit ore tenus, sed per nuncium suum literas de credencia deferentem principibus*[g] *nostris nobiscum presentibus in curia Maguntina sub omni qua potuit attestacione latenter iniunxit, ne electioni*[h] *filii nostri minoris*[5] *vel cuiuslibet de domo et sanguine nostro modo quolibet consentirent*[i]. *Processum nostrum deinde in Ytaliam ad reformandum imperium in eadem per literas et nuncios suos, presertim episcopum Prenestinum, qui Placenciam*[6] *et Mantuam omni qua potuit calliditatis fraude subduxit*[k], *prout scivit et potuit prepedivit. Tandem, cum post optentam faciente Domino de Mediolanensium*[l] *strage victoriam*[7] *prodesse sibi furtivas huiusmodi legaciones et literas non videret, ense nostre iusticie sue nequicie fraudibus prevalente, processibus nostris cepit apercioribus obstaculis obviare, manifestius inhibendo civitatibus et nobilibus marchie Anchonitane*[m] *et vallis Spoleti, de quibus auxiliari tenebatur imperio, non nocere, ne in Lumbardiam venire vel mittere milites attemptarent. Anchonitanis*[n] *etiam et aliis locis maritimis sub excommunicationis pena et bannio 10 milium marcarum iniunxit*[o], *ut Venetis excelencie*[p] *nostre rebellibus contra mandatum et interdictum nostrum queque neccessaria*[q] *ministrarent; prout hec omnia per literas suas evidentissime comprobantur. Aliquibus etiam nobilibus marchie Tervisie*[q], *quos imperii fide debiles et vacillantes effecerat, literas destinavit, ut a nobis manifeste*[r] *recederent, pro certo sciturus, quod, nisi*[s] *ordinacioni*[t] *et mandato suo negocium Lombardie vellemus precise committere, contra nos excommunicationis sententiam fulminaret. Super quibus omnibus dilectorum principum et aliorum fidelium nostrorum communicato consilio, qui nobis in obsidione Brixie*[8] *tunc temporis assistebant, volentes, ut diximus, inter nos et ecclesiam scandalum precavere, sollempnes legatos nostros ad sedem apostolicam duximus transmittendos, per quos et de quibusdam aliis frivolis, que in regno nostro Sicilie*[u] *contra ius et libertatem ecclesie attemptata dicebat, satisfaccionem optulimus et desideratam inter nos et ecclesiam unionem, nunciis et mutuis caucionibus roborandam, multociens dudum a nobis per innumerabiles nuncios expetitam, denuo repetivimus per eosdem. Quam cum libenter affectare se diceret, modum caucionis et formam iudicio nostro committens, nunciis nostris et suis cum unionis et pacis concesse fiducia redeuntibus*[9] *ad nos alacriter omnino celatis, Gregorio de Monte-longo, quem pridem in Lombardiam suspectum nobis et nostris simplicem nuncium habebamus, et quem de regione ipsa promiserat revocare, contra nos et nostros in eadem provincia legacionis officium plene commisit. Ad maioris quoque coaggeracionem nequicie, dum nos propter unionis promisse fiduciam reputaret*[v] *incautos, per quosdam principes et fideles nostros ammoneri man-*

1240.

cf. Luc. 5, 5.

a. omnium 1. b) laboraverimus 1. c) dispñdo *add.* 1. d) nulla, *postrema littera in loco raso* 1. e) proarunt 1. f) nec *suppl. videtur.* g) princibus 1. h) *sic* 2. *e corr. Hu.*; electionem 1. *et pr. m.* 2; in el. *edd.* i) consentiret *codd.* k) *sic Hu.*; subiuxit 1; subuixit 2. l) Modiolensium 1. m) Anthonit. *codd.* n) Achonitanis *codd.* o) iniuxit 1. p) *sic* 1. q) Cuis. *semper* 1. r) manifestius *Hu.* s) vero *codd.* t) ordinacionem *codd.* u) Sicile 1. v) *sic Hu.*; reportaret *codd.*

1) Cf. supra p. 164 sq. 2) Theoderico; cf. supra p. 164. 3) Conrado. 4) Henrici (VII); cf. supra p. 130. 5) Conradi IV, qui ut rex eligeretur, pater iam a. 1235. principes rogasse videtur; cf. Ficker nr. 4383 u. 6) Cf. supra p. 165. 7) Cf. supra p. 140. 8) A. 1238, m. Aug. sqq. 9) Cf. supra p. 166.

1240. *davit*[1] *super quibusdam gravaminibus, que in regno nostro Sicilie et urbe Romana contra se et ecclesiam per nostros officiales et nuncios illata dicebat. Ad que omnia cum de ipsorum ammonitorum nec*[a] *minus aliorum quam plurium religiosorum iudicio serenitas nostra plenissime respondisset, responsionibus singulis ad singula capitula non contenti, verbum generale subiunximus, quod voluntatem et responsionem nostram in singulis suo iudicio committebamus in*[b] *totum, prout hec quam plurium prelatorum omni fide dignorum literis et testimonio manifeste comprobantur*[1]. *Et cum super hiis omnibus nuncios nostros super responsionibus ipsis et satisfaccione plenaria facienda plenu nostri culminis auctoritate munitos ad eius [presentiam*[c] *mitteremus, iste rector universalis ecclesie, non expectatis eisdem, per quorum adventum* 1239. Mart. 20. *presciverat iniquitatem] processus sui faciente iusticia*[d] *precidendam, contra nos die palmarum, qui processibus talibus est prorsus insolitus, contra morem ecclesie, perperam et iniuriose processit. Nos autem, qui processum huiusmodi temeritate plenum et iusticia vacuum habebamus, ad fratres suos literas*[2] *et legatos transmisimus, generale petentes concilium convocari, in quo iudicis corrupti nequiciam ac imperii nostri iusticiam et innocenciam nostram argumentis arguere luce clarioribus spondebamus. Super quo nedum quod iusticie nostre delata*[e] *ratio fuerit, immo contra omne ius gentium, quod violari legatos et nuncios non permittit, predictos nuncios nostros episcopos iste qui scribitur*[f] *servus servorum Dei turpissimo carceri mandavit intrudi. Attendite igitur et videte, si sunt ista facta papalia, si sunt hec opera sanctitatis, et si composite predicacioni*[g] *conveniat in interitum mundum*[h] *deducere, conculcare iusticiam et, dissimulatis fidelium oculorum nostrorum iudiciis, secundum infidelium Mediolanensium faciem iudicare! Sed nec in hiis omnibus, cum contra nos spiritu oris sui licet perperam*[i] *procedebat, ad iustum imperialis vindicte iudicium movebamur, quousque ad extremam interempcionem nostram et manifestam exheredacionem imperii se ostendit temporaliter prosilire, dum, nobis in marchia Tervisina morantibus ad pacificandam eandem, quam ob dissensiones continuas et antiquas passim stragibus occisorum invenimus rubricatam, marchionem Estensem*[k, 3], *comitem Sancti Bonefacii*[4] *et alios nobiles regionis, qui ad suggestionem summi pontificis simul in necem nostram coniuraverant cum civitate Tervisii, non modica data pecunie quantitate, fecit nobis et imperio rebellare; civitatem nostram Ravenne per Paulum Transurarum*[l], *antea fidelissimum nobis et factum postmodum per corrupcionem papalis pecunie proditorem, tractante magistro*[m, 5] *cardinali*[n], *legato tunc Marchie, [nobis*[o]] *et imperio subtrahens, et ab eis sibi et ecclesie tanquam princeps et pontifex sacramenta suscepit; stratas publicas per Marchiam et ducatum, quem ab imperio detinebat, nunciis*[p] *ad nos venientibus et neccessaria nobis et excercitui nostro deferentibus precludi mandavit, adeo quod nonnullos ex eis, more predonio*[q] *bonis omnibus spoliatos, carceri mancipare presumpsit, hec omnia faciens, ut nos et milites nostros tam Ytalos quam Germanos vel fame perimeret vel ab obsidione Mediolanensium*[r] *et nostrorum depopulacione rebellium neccessario revocaret. Quibus omnibus non contentus, contra nos et imperium se belli ducem et principem manifeste constituit, Mediolanensium et aliorum infidelium proditorum causam suam propriam faciens et ipsorum negocium ad se manifeste convertens, prefectos Mediolanensis, immo verius papalis excercitus, statuens loco sui G. de Monte-longo predictum et fratrem Leonem*[6] *ministrum ordinis fratrum Minorum, qui non solum accincti gladiis et loricis induti falsas militum*[s] *ymagines ostendebant, verum etiam predicacioni insistentes, Mediolanenses et alios, quicunque nostram et nostrorum personam offenderent, a peccatis omnibus absolvebant. Hodie quidem predicti legatus et frater contra nos et imperium se scribunt rectores et dominos, per quod evidenter datur intelligi, quod papa non solum sit infidelium fautor, quos omnes pro maiori parte publica mundi lingua testatur hereticos, sed in preiudicium et exheredacionem imperii sibi Mediolani regimen et dominium*[t] *temporaliter usurpavit. Iam igitur ultra iusto iudicio tot provocati dispendiis, tot iniuriis lacessiti*[u], *manus nostras continere nequivimus, quin apprehenderemus arma et scutum, nostram et tocius imperii causam contra publicum hostem publice, contra temporalem*

a) ut *codd.* b) *sic Hu.*; et *codd.* c) presentiam — iniquitatem *des. codd., suppl. Luard (ex cod. Hart. 325) et Hu.* d) *sic Hu.*; astucia *codd.* e) *sic Hu.*; delatum *codd.*; delatum non f. *Hart.* f) episcopus *add. Hu.* g) sue *add. Hu.* h) *sic Hu.*; mundi *codd.* i) pperam 1. k) extensam *codd.* l) Traversarum *recte Hu.* m) S. *add. codd. Hargrave. Hart.* n) *sic Hu. Hart.*; l. c. *codd.* o) *sic Hu.*; *deest codd.* p) nostris *add. Hu.* q) *sic omnes.* r) *in marg.* 1. s) Mediolñsium 1. t) dñium 1. u) lacissiti 1.

1) Cf. supra p. 166. 2) Quae non exstant; Ficker nr. 2432. 3) Azzonem; m. Iun. a. 1239; Ficker nr. 2441 d. 4) Ricardum. 5) Sinibaldo; cf. Ficker nr. 2449 b. 6) Postea archiepiscopum Mediolanensem.

*temporaliter prosequentes, filialem illi nequivimus amplius dileccionem ostendere, quia, nedum* 1240. *quod affeccionis paterne dulcedinem*[a] *nobis non redderet, necdum*[b] *iniuriis exheredacionis affi-ceret, sed vitam nostram et sanguinem crudeliter*[c] *siciebat. Sed*[d] *Ligurie partibus, que in dedicionem nostram venerant, militum et balistariorum presidio non sine multis erarii nostri dispendiis prout expedit communitis, ac in peregrinacione Tuscie multis imperii iuribus reformatis, premisso nihilominus H.*[1]*, karissimo*[e] *filio nostro, illustri regi Turrium et Galluris, sacri imperii in Ytalia legato, ad Anchonitanam*[f] *Marchiam revocandam, nos personaliter versus ducatum Spoleti ac partes Urbi vicinas erectis aquilarum nostrarum victricibus signis convertimus, totam terram nostris processibus occurrentem usque Viterbium, civitatibus admodum paucis exceptis, propter tam graves et infestas*[g] *ingratitudinem et offensam ad ius et proprietatem imperii revocantes; a Viterbiensibus*[2] *autem et locis ae*[h] *civitatibus convicinis cum summa devocione recepti, dum iam hosti et adversario nostram ostenderemus potentiam e vicino, timore terribili licet iuste perteritus*[i]*, cum*[k] *per seram penitentiam sibi non crederet posse consulere, in profundum desperacionis emersus*[l] *ac viribus propriis omnino diffisus, Romano populo clamante nostrum ad Urbem gratanter accessum, garciones quosdam et vetulas necnon et paucos admodum conductivos milites, veris preter solitum profusis lacrimis, exoravit, ut contra nos crucem assumerent, in sua predicacione*[3] *mentitus, quod nos ad eversionem Romane ecclesie ac violacionem sacrarum reliquiarum beatissimorum apostolorum Petri et Pauli procedere nitebamur. Excuset igitur recto iudicio magnificencia regia motum nostrum, ad quem nos adversarii nostri malignitas impulit, et quem ad conservandum non magis imperii quam omnium regum et principum*[4] *terre decus iusticia persuasit! Vosque pre ceteris orbis regibus causam nostram tanto ferventiori favore debetis assumere tantoque securius confovere, quanto, velut tocius honeris et honoris nostri participes ac per nos ad istarum*[b] *omnium moderamen, si bene recolitis, confidenter*[m] *assumpti et ab adversa parte contempti, innocenciam nostram et imperii nostri iusticiam puriori zelo ac sinceriori potestis conscientia confovere.* 1240. Mart. 16. *Datum Viterbii*[5].

De terrore suborto in universo mundo. . . . Hiis igitur per orbem auditis et cognitis, fama domini pape et auctoritas magnam subiit ruinam et detrimentum; et subortum est scandalum, et ceperunt viri prudentes et sancti timere vehementer de ecclesie et domini pape et tocius cleri honore, formidare, ne Dominus in furore maximo populum suum insanabili vulnere sauciaret. . . . . . .

Quomodo, rege Hungarie confederato cum quibusdam aliis regibus, 1239. victi sunt Tartari[6]. Sub illius temporis spacio Tartari, gentes inhumane, qui stragem magnam exercuerant et christianorum iam fines in manu hostili invaserant, in Maiori Hungaria discurrendo victi recesserunt. Maxima autem pars eorum in manu fortitudinis et ore gladii cecidit trucidata, obviantibus eis in virtute Spiritus sancti quinque regiis[n] christianis et Sarracenis ad hoc confederatis. Post quorum internecionem rex Dacie[7] et rex Hungarie[8] fines per predictos Tartaros quasi in desertum redactos fecerunt christianis populis, quos illuc miserant, inhabitari. De quibus ex sola Dacia naves plus quam quadraginta exierunt.

Origo infamie imperatoris. Eodem anno Mons Cassinus inexpugnabilis captus est a fidelibus[9] imperatoris. . . . . . .

Anno Domini 1240. . . . De eo quod dominus imperator iratus reprehendit regem, quia permisit pecuniam[o] asportari de terra sua in dampnum utriusque. 1240. Et nondum negociis in concilio predicto[10] perfecte expeditis, venerunt ab imperatore duo nuncii[11] ad regem, per quos ei literarie significavit dominus imperator, se non immerito nimis admirari, quod ipsum sinebat sine aliqua contradiccione in sua christianissima terra tam horribiliter et irracionabiliter excommunicari; et quod oblitus

a) dulcedi[illegible] 1. b) *sic codd.* c) credeliter 1. d) Sicque *Hu.* e) benio 1; benio 2, *quod ex* kmō *corruptum esse videtur; ita Hu.*; semo[12] *ex Harl. Luard*, benigno *edd. priores.* f) Achonit. *codd.* g) *sic Hu.*; infestos *codd.* h) et *Hu.* i) sic 1. k) tamen *codd.* l) *sic codd. Harl.*; immersus *Hu.* m) confitndnt 1. n) *ita codd.*, regibus *edd.* o) pñiā asptari 1.

1) Hencio. 2) Febr. 16. 3) Febr. 22; cf. Ficker nr. 2832 a. 4) Cf. supra p. 169, n. 1. 5) 16. *Martii*, 13. *indict.* addunt cod. Harl. 325. et chart. Romersdorf. 6) De his rebus noster minus distinctos rumores comperit. 7) Waldemarus. 8) Bela. 9) Cf. supra p. 150. 10) Scil. a. 1240, Ian. 13. ab Henrico III. habito. 11) Unus Hugo Chalbaot in his litteris d. a. 1239, m. Oct. infra p. 188. nominatur. 12) *Semus* i. e. illegitimus (?). LUARD.

1240. federis maritalis et amicicie inter eos iniciate per matrimonium Ysabelle iam imperatricis, ipsius supremi principis statum et famam permittebat denigrari. Quam ob rem huius rei coadiutorem, scilicet legatum[1], quem rex inconsulte in regnum suum vocaverat, exposcit a finibus Anglie propulsari, quia ipsum inimicum suum et regni Anglie esse veraciter affirmavit; abrasit enim undecunque impudenter omnem quam potuit pecuniam, ut pape satisfaceret avaricie et imperialem confunderet dignitatem. Quibus nunciis rex inito consilio respondit[2], quod oportuit ipsum papalibus et ecclesiasticis mandatis obedire pronius ceteris mundi principibus, presertim cum tributarius vel feodarius pape esse de iure comprobetur; et sic se excusando turpiter acusavit[a]. Rex vero, sperans in hoc placere imperatori, scripsit ei[3], supplicans attencius, ut ipse gracia affinitatis micius ageret cum imperatore. Quod cum papa audisset, in iram vehementem resolutus, contumeliose in hec verba prorupit: 'Vere non invenitur[b] in Anglia quis fidelis'. Et ab eius ore verbum rapuit quidam ibidem existens ex parte regis, dicens: 'Pater sancte, iccirco non miremini, si rex Anglie suis Anglicis fidem non perhibeat, sed alienigenis, quia vix est aliquis hodie Anglicus, cui fides debeat perhiberi'. Et qui verbum protulit erat, ut dicitur, magister Simon Normannus[4]. Pro quibus verbis utrobique prolatis magister Robertus de Sumercote[5] cardinalis in iram magnam commotus, et ipsam, ne in iurgia prorumperet, more sapientis compressit. Erat nempe nascione[a] Anglicus et domino pape, qui eum creaverat, in omnibus adversitatibus fideliter adhesit.

Quomodo legatus sepe admonitus noluit repatriare. Rex autem, cum ad se reversus timuisset, ne sibi aliquid sinistri[c], eo quod tam familiarem ocultum[a] inimicum regni, scilicet legatum, habuisset, ei consuluit in bona fide, ne per moram suam in Anglia imperialem magnitudinem amplius in iracundiam provocaret, sed festinanter transalpinans pape et sibi consuleret. Cui legatus ait: 'Me vocasti a curia, conductum salvum a te requiro, ut salvus[d] redeam'. Imperales[a] vero nuncii, de quibus mencionem ante fecimus, cum hec omnia congnovissent, ad dominum suum redierunt, omnia que viderant et audierant ut sagaces exploratores nunciaturi[6]. . . . . . .

Quomodo data pecunia absolvebatur quicunque voluit a voto crucis. Eisdemque[e] temporibus inceperunt[f] ipsi Predicatores fratres et Minores et alii viri literati, precipue theologi, crucesignatos absolvere a voto suo, accepta tamen pecunia quanta sufficere videbatur unicuique ad viaticum ultramarinum. Et factum est in[g] populo scandalum Dubium. cum scismate. Absorbum[a] enim videbatur etiam simplicibus, quam diversis muscipulis simplicem Dei populum substantia sua moliebatur Romana curia privare, nihil petens nisi aurum et argentum.

Quomodo extorserit papa quintam partem bonorum suorum ab alienigenis in Anglia beneficiatis. Proposuit etiam dominus papa eodem tempore et dignum censuit extorquere quintam partem bonorum in redditibus ultramarinorum clericorum beneficiatorum in Anglia, ad ingerendum gravamen imperatori, quem undique pericula inimicorum cingebant, quos papa per pecuniam ab Anglia collectam et extortam sustentabat. Nec desinebat interim omnes[h] qui eidem imperatori fidelitate tenebantur absolvere, et induratum est odium horribile, diatim suscipiens incrementum. Dicebant etiam regi sui fideles: 'Domine princeps nominatissime, quare permittitis Angliam fieri in predam et deso- cf. Es. 5, 5 lacionem transeuncium quasi vineam[7] sine maceria omni[i] communem viatori ab apris exterminandam, cum habeas efficax privilegium, ut non fiant tales in regno isto exacciones, nec sit dignus privilegio qui eo concesso abutatur?' Quibus talia persuadentibus ait: 'Nec volo nec audeo domino pape in aliquibus contradicere'. Et facta est in populis desperacio nimis deploranda. . . . . . .

Quomodo legatus nitebatur inclinare corda episcoporum ad solven-

a) *sic* 1. b) invinitur 1. c) contingeret *suppl. edd.* d) vel vo (*i. e.* salvo) *supra linea Math.* 1. e) Eisdem quoque 2. f) acceperunt 1. g) *deest* 2. h) absolvere *iam hic add., sed rubra linea subducta del.* 1. i) omnem 1.

1) Othonem, de quo expellendo epistola quidem nihil habet, sed fortasse nuncius regi locuturus erat; eandem enim rem narrant Ann. Tookesbur. ed. Luard I, p. 115. 2) Responsum si litteris datum est, non exstat. 3) Scil. Gregorio IX; hae litterae non exstant. 4) Paullo infra hoc anno haec et quae supra p. 182. de eo dicta sunt repetuntur. 5) Diac. S. Eustachii. 6) Pergit *quomodo Romani emungerent pecuniam* voto itineris sacri remittendo secundum litteras legati d. Febr. 16. 7) Cf. supra p. 143, n. 8.

dam quintam partem bonorum. Eiusdem anni spacio convenerunt apud Radingum omnes Anglie archiepiscopi, episcopi et maiores abbates et quidam magnates regni, papale mandatum a domino legato explicandum audituri. Quo cum pervenissent, legatus, facto prolixo sermone, ut sibi corda audientium inclinaret, tandem varias pressuras, quas pro iusticia ecclesie sustinuit dominus papa[1], sustinendo insultus Fretherici dicti imperatoris, omnibus patefecit. Exigebat igitur instanter ex parte ipsius pape quintam partem bonorum suorum, quibus suffultus iniurias tam validi inimici valeret propulsare. Cui, inito consilio, responderunt episcopi, quod nullo modo tam importabile onus, quod universalem tangebat ecclesiam, subirent sine prolixi consilii diligenti deliberacione. Et iccirco datus est illis dies remocior super hoc magno mandato deliberacionis. 1240.

Comes Ricardus valedixit episcopis apud Radingum congregatis. Comes vero Ricardus et alii magnates crucesignati ibidem existentes[a] illis omnibus qui[b] ibidem congregati fuerant valedicebant[c], quia parati fuerant iter Ierosolimitanum arripere. Quod cum vidissent[d] omnes prelati, in lacrimas resoluti, dixerunt comiti Ricardo: 'Cur nos, comes, spes post regem unica, deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Invadent nos in absencia tua alienigene rapaces'. Comes vero uni pro omnibus, scilicet archiepiscopo Cantuariensi, flebiliter respondit: 'Pater mi et domine, certe, etsi non essem crucesignatus, abirem tamen et absentarem me, ne viderem mala gentis nostre et regni desolacionem, quam credor posse, cum non possim, impedire'. . . . . .

Rex, solito tyrannior effectus et procatius[e], eleccionem Bonefacii[2] contra libertatem ecclesie Wintoniensis procuravit, alias[f] licet rite factas et pie celebratas efficacius impediendo.

Quomodo archiepiscopus Ædmundus[g] Cantuariensis primus in hac pessima exaccione pecunie, scilicet quinte partis reddituum pape persolvende, licet invitus, consenserit. Quibus diebus profluentibus, Cantuariensis archiepiscopus primus omnium prelatorum, cum adhuc penderet animus sub spe propositi sui. consequendi videlicet[h] in causa sua mota contra monachos[3] victoriam, dicte exaccioni, scilicet quinte partis reddituum, licet invitus, consensit, faciens de necessitate virtutem, et ipsis papalibus exactoribus, antequam violenter extorquerent. octingentas[i] marcas numeravit. Quod videntes alii prelati Anglie, in similem ruinam sunt prolapsi. . . . . .

Quomodo imperator appropinquans Urbi multas sine difficultate Impertinens usque huc ‡. cepit civitates. Profluentibus illis diebus, captis treugis[4] cum Mediolanensibus et Bononiensibus, vel qualiquali pace ad modicum suspensiva. dominus imperator partes Urbi[5] vicinas copioso stipatus excercitu consulcius peragravit et urbes et opida suo dominio mancipavit, exemplum a Viterbio civibus et opidanis accipientibus. Unde papa sue cause diffidens, in abyssum desperacionis est demersus[k]; et reliquerunt eum recedentes ab eo multi cardinalium, ut vix eum, quem suo solo impetu videbant plus efferri quam freno regi rationis et consilii, aliquis preter magistrum Robertum de Sumercote[6], qui eum non potuit pre verecundia dimittere, quia ipsum creaverat, amplius sequeretur.

Increpat imperator regem Anglie, quod permisit sententiam contra eum inferri in terra sua, et de effusione pecunie sue. Eodem tempore significavit dominus inperator regi Anglie, quod mirabatur supra modum, quod tam inconsulte thesaurum suum in detrimentum suum alienigenis distribuisset. scribens ei in hec verba: 1239.

Litere imperiales[7]. *Fr. Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, illustri regi Anglorum salutem et sincere dilectionis affectum. Cum inter reges orbis et principes affinitas interdum et matrimonium contrahitur, tanto magis*

a) ab *add., sed linea subducta del.* 1. b) quia 1. c) illis *iterum add.* 1. d) vidissent 1. e) *sic codd.; in loco raso* 1. f) elecciones *supplendum*. g) E. 1. h) *haec* — sunt prolapsi *in loco raso* 1. i) octogintas 2. k) emersus 2.

1) Bulla Gregorii IX. in Angliam, ut pecunia *ad debellandum imperatorem* (cf. infra) colligeretur, a. 1239. missa ap. Potthast non invenitur. 2) Filii Thomae comitis Sabaudiae; cf. Potthast nr. 10840. 10844. De clericis a Bonifacio e Burgundia in Angliam vocatis cf. Pitra in 'Arch. des Missions scient.' I, p. 499. 3) Cathedralis Cantuariae. 4) Error. 5) Haec — *demersus* e litteris supra p. 185, l. 8—14. proveniunt. 6) Cf. supra p. 186, n. 5. 7) Ficker nr. 2531. Rymer I, p. 237. has litteras nonnisi ex Matheo hausisse videtur. Sunt eaedem de quibus modo p. 185, l. 46. locutus est noster, datae, ut videtur, eodem fere tempore (a. 1239, Oct. 29) quo imperator per eundem nuntium baronibus Angliae similem epistolam, Ficker nr. 2532, misit.

1239. *inter eos affeccio debet vel unio pocius suboriri, quanto maiores aliis et in alcioribus positi*[a] *speculis dignitatum virtutum inferioribus debent exempla porrigere, quantoque per unanimes voluntates ipsorum pax et concordia firmior crescit in populis, honores servantur in*[b] *alterutrum, suorumque roborantur in posterum iura regnorum. Et cum huiusmodi fructum ex affinitate nostra nobis et vobis crediderimus hactenus proventurum, presertim cum obligacionem cognacionis nostre firmaverint sacra sequencium pignora filiorum*[1], *totum intencioni nostre contrarium, quod dolentes et inviti referimus, experimur; dum preter id quod illatam nobis per Romanum pontificem manifestam iniuriam, quam vobis*[c] *pre ceteris terre principibus prorsus intolerabilem credebamus, conniventibus oculis pertransistis*[d], *iniquam ipsius contra nos et plenam odio carnali sententiam permittendo, vobis audientibus et scientibus, non sine multa nostri iniuria et imperii verecundia*[e] *et iactura per regnum vestrum undique publicari, nunc, prout certo comperimus, eidem capitali inimico nostro fatue obediendo, honorem nostrum et sanguinem sicienti, de ecclesiis regni vestri*[f] *ac predecessorum vestrorum, quos reputari nostros nostra compellit affinitas, pia largicione ditatis, ad impugnacionem nostram pecuniaria sinitis subsidia, tallias et collectas ministrari. Attendat igitur industria regia callida*[g], *non circumventa consiliis, si vos deceat*[h] *et vobis expediat sororium et fratrem aut saltem amicum seu postremo quemquam regem aut principem, cui non indixeritis prelium, sicut est regni iuris et moris, pecunie vestre viribus impugnari. Et quid*[i] *refert, auro et argento vel armis per vos aut pacientibus vobis hostis nostri presidia muniantur? Presertim cum ab experto sciamus, quod maioris auxilii manum contra nos pape porrigere non possetis, quam si de regno vestro permittatis pecuniam ministrari, de qua Mediolanensibus et aliis proditoribus nostris stipendiarios milites pollicetur, per quam devotos et fideles nostros a fidelitate nostra seducere nititur, adeo quod aliquorum debilium fidem in evidentem infamiam et non minus in perpetuum eorum exitium*[k] *est huiusmodi precii venalitate mercatus. Pro Deo, frater karissime, non primum a vobis istud incipiat, vel contra nos saltem, quod gratis reges a regibus impungnentur; nec sic cervicem regiam papalis dominii iugum premat, ut in offensam euangelici docmatis et nature proximum, sororium et amicum, immo fratrem, vos in tantum delectet offendere, maxime cum in instanti negocio non magis nostra quam vestra et aliorum regum et principum*[2], *si sane diligenterque attenderitis, per consequens res agatur! Quocirca serenitatem regiam presentium tenore affectuose requirimus ac rogamus, quatinus industriam ac potenciam vestram talibus ex quibus tantum obstaculum formidamus, sicut amorem et honorem nostrum diligitis, tam strenue quam viriliter opponatis, non permittentes de redditibus, talliis, collectis aut aliquibus aliis obvencionibus regni vestri pecuniam aliquam ad Romanam curiam deportari. Nec istud vos decet aut expedit connivencia qualibet aut dissimulacione pertransire, sicut vos non velletis, quod contra vos a nobis et nostris qualiacunque petita vel petenda suffragia daremus aliquibus vel modo quolibet dari pateremur. Alioquin, nedum simili, sed iustiori per vos instruamur exemplo, et iis qui*[3] *vobis*[l] *attinent, et quibus vinculo veteris dileccionis astringimur, hucusque negata contra vos et regnum vestrum*[m] *largiremur, dum vos papa in prosecucione iusticie nostre favorabiles invenerit, qui vobis in nullo penitus attinet, nisi quod gloriatur, quod non sine multa verecundia dicimus, in vobis habere dominii ligii potestatem. Super premissis autem singulis et super aliis omnibus serviciis nostris in ipsis partibus procurandis ecce mittimus vobis H. Chalbaot*[n, 4], *militem et fidelem nostrum, latorem presentium, dileccionem vestram rogantes attencius, quatinus ea que*[o] *vobis ex parte nostra dixerit sicut persone nostre indubitanter dileccio vestra credat et adimpleat cum effectu, et per ipsum precise ac determinate respondeat, quicquid de predictis omnibus providerit et ordinaverit faciendum. Volumus enim in instantibus negociis esse certi, a quibus debeamus expectare consilium, et a quibus sit cavendum.*

Quod multa retulit nuncius. Et quia verbum domini imperatoris positum fuit in ore ipsius nuncii, dicti Hugonis[p, 5] Chalbaot, in magna parte mutilata est presens amicabilis epistola, et multa[q] sub taciturnitate pretermissa. Rex vero respondit[6] rescri-

a) positis *codd.* b) alt. in *codd.* c) nobis *codd.; corr. Rymer.* d) pertransisse *codd. Rymer.* e) verecundia 1. f) nostri ac p. nostrorum, *sed corr.* 2; vestris *add. Rymer.* g) *sic codd.;* callidis *edd.* h) decat 1. i) *ita* 2. *Rymer;* quod 1. k) exitum *codd.* l) nobis *emend. videtur.* m) auxilia *suppl. videtur.* n) Chalbaoth 2. o) *bis scr.* 1. p) H. *codd.* q) sunt *suppl. edd.*

1) Margarethae et Henrici. 2) V. supra p. 185, n. 4. 3) Francis? 4) *De Cambota* in altera epistola (v. p. 187, n. 7), *Hugo Kabuche* in epistola Friderici II, data a. 1245, Iul. 31 (v. infra) vocatur. 5) Velut de legato expellendo, supra p. 186, l. 3. 23. 6) Epistola perdita.

bendo, quod voluntati pape non est ausus contradicere, sed mirabatur supra modum, quod soror sua imperatrix[1] non adhuc coronam in locis et civitatibus[a] sollempnibus in imperio magnifice[b] portavit. 1240.

De adventu comitis Flandrie in Angliam, et quomodo rex statim contulit eidem magnam pecuniam cum annuo reddit u. Anni quoque illius profluvio comes Flandrie Thomas[c], avunculus regine, in magno apparatu venit de licencia domini regis Francorum in Angliam. Cui adventanti non tantum rex cum suis, sed cum ipso civium Londoniensium numerosa multitudo in tubis et iocunditate et leticia magna, in equis faleratis occurrit letabundus[d]; et receptus est Londoniis in honore[e], xeniis multis et muneribus; et statim rex quingentas marcas esterlingorum novorum ipsi concedens[f], annuatim[2] totidem a scaccario pro homagio, quod tunc fecit ei comes, recipiendas[g] [tricentarum marcarum pre manibus conferens viginti annorum sequencium]. Quo negocio perfecto, processit comes apud Windeleshores, ut ibidem nepotem suum, filium regis Ædwardinum infantulum, visitaret. Et statim, quia licentia sua a rege Francorum in brevi tempore certo termino fuit[h] limitata, in partes Flandrie, assignato procuratore suo magistro Henrico Flandrensi, qui oblata et data reciperet, remeavit. Rex vero in continenti eidem Henrico clerico ecclesiasticos redditus contulit repentinos. Comes igitur memoratus, opimis honeratus regis muneribus, statim in partibus suis cepit guerram movere et acclamando in propatulo stipendiarios milites et servientes conducticios pro denariis convocare; et sic in brevi conflato numeroso excercitu, electum Leodiensem[3], qui ex parte fuit imperatoris et[i] eius consanguineus[4], et quosdam alios de imperio, qui cum precepto imperatoris cum ipso electo steterant, hostiliter impugnavit.

Scripsit imperator comiti Flandrie, ut ipsum non impugnaret, et comiti Provincie, ut hoc persuaderet. Quod tamen uterque facere contempsit. Quod cum audisset magnificus imperator, dicto comiti terribili mandato[5] significavit, ut ausus suos nimis temerarios temperaret nec ipsum, quem tot ardua negocia cum papali infestacione sollicitabant preter merita sua, vel suos, precipue[k] electum Leodiensem, amicum suum et consanguineum, rite ad illam dignitatem vocatum, amplius non[d] infestaret vel imperium perturbaret. Precepit etiam dominus imperator Lovanie[6] et Braibancie[*] ducibus et aliis magnatibus conterminis, ut viriliter hostiles impetus comitis Flandrie resistendo enervarent. Scripsit etiam dominus imperator comiti Provincie[7], qui de imperio esse dinoscitur, quatinus ipse, qui fidelis eius fuit, propositum et conatus comitis Flandrie, cui ipse comes Provincie cornua dederat, refrenaret. cf. 1 Macc. 2,48

Impertinens Anglorum historie usque huc [3].

Scribit imperator comiti Tholosano[8], ut ipsum comitem Provincie expungnet. Quod cum facere omisisset uterque, scilicet comes Flandrie et comes Provincie, scripsit[9] imperator comiti Tholosano[m], commonens efficaciter, quatinus sub retribucionis condigne vicissitudine in comitem Provincie, pro duabus reginis[10] filiabus suis erectum et recalcitrantem, nec volentem comitem Flandrie castigare, hostiliter impugnaret. Cui etiam in gravamen comitis Provincie imperator iuvamen comiti Tholosano efficax ministravit; cui comes Tholosanus protinus obedivit.

Quomodo Franci, qui ex parte regis Francorum in partibus que prope Rodanum sunt commorantur, ob amorem regine Francie comi-

*) *Scutum Brabantiae in Lib. addit. (VI, p. 470) bis exhibetur: f.* 170. scutum nigrum, leo aureus *descriptum, sed scutum aureum cum leone assiliente nigro depictum est: f.* 185. *est* scutum d'or, leo gules, rastel[11] d'azur.

a) et *add.* 2. b) non *iterum add.* 1. c) Th. 1. d) *sic codd.* e) in *add.* 2. f) illi *add.*, *sed linea rubra subducta del.* 1. g) promisit *supplendum*; tricentarum — sequencium *corrupte in marg.* 1; *des.* 2. h) fuerat 2. i) et ei. cons. *in marg.* 1. k) precicue 1. l) prositum 1. m) Tholosono, c. efficater 1.

1) Eam tamquam captivam custoditam esse, infra saepe refertur. 2) Cf. Rymer I, p. 268. 3) Ottonem praepositum Aquensem; cf. Ficker nr. 2375 b. 4406 a; Phil. Mousket, SS. XXVI, p. 810 sq. 817. 4) Hoc alibi non inveni; de hoc bello v. Albric., SS. XXIII, p. 947. 5) Hanc epistolam ap. Ficker frustra quaesivi. 6) Lovania erat arx capitalis ducis Brabantiae; at fortasse noster a Friderico II. ducibus (Henrico) de Brabant, (Mathaeo) de Lotharingia, (Henricoque) de Limborg, ut ipsum contra papam adiuvarent, epistolam datam (Ficker nr. 4414) dicere voluit. 7) Raimundo Berengario IV, marito sororis Thomae. Talem epistolam, quam ap. Ficker non inveni, imperator certe non post m. Dec. a. 1239, quo comitem Provinciae proscripsit, dedisse potest. 8) Raimundo VII. 9) Fortasse Ficker nr. 2598, a. 1239, m. Dec. 10) Margareta Franciae et Alienora Angliae. 11) Francogallis *la[m]bel*, limbus tesserarius.

1240. tem Provincie[a] iuverunt, et quomodo totus conatus comitis Flandrie caruit effectu. Comes vero Flandrie suos temerarios ausus et impetus speratis videns carere profectibus, et imperiales in suum robur magis et magis confirmari, comminacione perterritus[b] imperiali et de morte fratris sui Willelmi[1], qui ex parte papali electus fuit, multiformis[c] certificatus, inceptam guerram suam, profuso thesauro suo et multis inimicis sibi suscitatis[d], imprudenter inchoatam cum confusione terminavit. Imperator autem, quia idem comes de regno fuit Francorum, quod regnum illi interponebatur et pro clipeo opponebatur, vindictam ad horam dissimulavit, pro tempore tamen ipsam impensurus.

De guerra mota inter comitem Tholosanum et comitem Provincie[*]. Comes autem Tholosanus excitatus ad mandatum imperatoris, quem antiqua dampna[e] ipsi sepe a Francis illata proniciorem[f] reddiderunt, irruit hostiliter in comitem Provincie, dampna illi inferens irrestaurabilia. Sed comes Provincie statim ad Francorum cucurrit presidia, petens humiliter, quatinus pro honore et reverencia regine Francie, filie sue, eum efficaciter adiuvarent. Erant enim apud Avinionem et partes precipue Rodano adiacentes qui cum Lodowico[2] rege Francorum illuc advenerant, qui castra et municipia et civitates tunc violenter ab ipso Lodowico captas et instinctu[g] pape et adiutorio adhuc detinebant violenter, Franci nobiles et potentes. Qui cum audierunt, quod pater regine in hoc certamine deteriorem calculum reportabat et, ut respiraret, auxilium pro amore regine sibi prestari supliciter[h] implorabat, congregati sunt et[i] unanimiter in auxilium comitis Provincie ad arma non segniter convolarunt. Cuius rei prescius comes Tholosanus, paratis insidiis, illis in manu robusta obviavit et multos[k] ex ipsis in ore gladii trucidavit, conatus eorum ad votum reprimendo. Et ita prosperatum est opus bellicum in manu eius[l], ut in brevi tempore circiter 20 castra super Francos et comitem Provincie, punitis graviter rebellibus, comes Tholosanus dominio suo pristino mancipavit.

Quomodo rex Anglie scripserit imperatori pro comite Provincie. Rex autem Anglorum, audito, quod comes Provincie in hoc dampnoso discrimine dampna maxima pertulisset, instancia regine urgentissima scripsit[3] domino imperatori verbis amicabilibus, quatinus comiti Provincie, socero suo, clemencia parceret imperialis gratia affinitatis, que solet principes maxime confederare.

Quomodo rex Francorum accinctus est ad prelium contra comitem Tholosanum pro lesione suorum incaute prorumpencium. Francorum autem rex potentissimus, cum audisset talem suis iniuriam irrogari, et credens hec per imperatorem sibi dampna preparari, tam adversus imperatorem quam adversus comitem Provincie[4] in iram excanduit vehementem, volens omnibus modis hec sibi dampna cum iniuriis plenissime resarciri; et ad vindictam de tanta temeritate excercendam excercitum suum, quantum et qualem Francie nobilitas dinoscitur posse convocare, sub edicto regali et sub terribili[m] festinacione viriliter adunavit. Veruntamen, ne precipitanter ruerent ad certamen, humiliter postulabantur[n] ab ipso imperatore, et[o] requirente, si hoc discrimen ab ipso sumpserit patronatum. Interim propter iacturam milicie sue in Terra Sancta, ne fortuitis casibus reliquias amitterent[p], ad reprimendos impetus inimicorum Provincialium rex Francorum septingentos milites cum multo pluribus servientibus transmisit expeditos.

Purgacio imperatoris. Super hiis igitur cum dominus imperator redargutus esset et quasi criminaliter accusatus, inficiatus est spiritu vehementissimo, quod nunquam a con-

*) *Cf. Lib. addit. f.* 185, *ed. Luard VI, p.* 520: Anno Domini 1240, comes Tolosanus cum in comitem Provincie hostiliter insurexisset[q] et eundem in quantum poterat per fere dimidium annum vexasset in manu forti, cum vidisset Francos in terra sua, quam super eum rex Francorum ceperat, prosperatos in via sua multiplicari[r] et in civitatibus et castris solidari, insurexit[q] in eos in ira magna, et captis tam comitis Provincie quam regis Francorum circiter 25 castris, custodes eorum suspendit vel incarceravit. Quod cum rex Francorum congnovisset, totum excercitum suum congregavit ad tantam iniuriam viriliter ulciscendam.

a) Proverincie 1. b) perturritus 1. c) multiformiter *fort. emendandum.* d) guerram suam *iterum add.* 1. e) dapna 1. f) *sic* 1; pronitiorem 2; promptiorem *edd.*; *fort.* proniorem *legendum.* g) intinctu 1, 2, *corr.* 2. h) *sic* 1. i) *deest* 2. k) multis *codd.* l) ita *iterum add.* 1. m) *ita* 2; ternili 1; *(fort.* terminali *H.-E.).* n) *sic codd.*; postulabant et requirebant ab i. imp. *emend. edd.* o) et r. *in marg.* 1; requirentes *in marg.* 2, *ubi* et *deest.* p) *sic codd.* q) *sic c.* r) *corr. ex* multiplicare *c.*

1) Episcopi Leodiensis. 2) Ludovico VIII. a. 1226. 3) Epistola haec non exstat. 4) Potius Tholosanum?

scientia sua emanavit, ut per illum in aliquo regnum Francorum lederetur, immo pocius 1240. contra hostes ipsius regni paratus est stare et viriliter ac voluntarie dimicare; non enim aliter dinoscitur promeruisse; et ait[1]: 'Absit, ut mala pro bonis recompensem! Sed si inconsulte aliqui Francorum, terris[a] comitis Tholosani affines et contermini, credentes regine placuisse, in adversarium patris eius insurgerent nimis propere et inconsulcius[b] sine precepto domini regis sui in nostros irruissent, et ipsi lesi iniurias non expectatas propulsando vindicarent, non est admirandum. Insuper non est ambigendum, quin primi primo ledentes prima pericula et iniurias suscitaverint. Igitur, in quantum fieri potest, utrobique restituantur ablata, et de iniuriis satisfiat, ne iam seminata semina discordie per inimicum humani generis inter tam nobiles personas valeant amplius germinare, et inimici nostri de perturbatione nostra gratulari'. Insuper[c] comes Tholosanus dominum imperatorem apud regem Francorum super hoc facto inscium affirmando excusavit. ] . . . . . .

De deploranda strage[2] christianorum in partibus Damascenis. . . . 1239.

Epistola. *Talis amicus tali salutem. Sciatis, quod . . . ibidem* interfectus fuit comes de Bar*[3]. . . . . . .

Quomodo dominus imperator condoluit[d] infortunio quod accidit 1240. christianis in partibus Damascenis. Hec cum audisset dominus imperator, licet contempto suo salubri consilio, ne sine ipso transfretarent, condoluit vehementer. Et statim scripsit[4] sub[e] comminatione terribili Sarracenis tam Damascenis quam[f] Babiloniis, ne ausu temerario nobiles illos christianos et Deo dilectos, quos in vinculis detinebant, tractarent inhumane, sicut vitam suam diligebant; ne, cum ipse cum formidabilibus ac victricibus[5] aquilis suis in impetu terrifico super eos venerit, vindictam senciant imperialem et Romanorum indignacionem ac eorum imperatoris, quorum gladii Orientalium sanguine tociens sunt inebriati[5].

Item[g] super premissis per epistolam imperialem maior certificacio et manifestius testimonium veritatis. Impertinens usque huc A. *Fr.*[6] *Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus*[h], *Ierusalem et Sicilie rex, H. illustri regi Anglorum*[i], *dilecto sororio suo, salutem et sincere dileccionis affectum. Communem casum et miserabilem christianitatis eventum in clade quorundam nobilium crucesignatorum excercitus nuper collapsorum in partibus transmarinis inopinata mobilitate fatorum tanto affeccius intimo dolore deflemus et merita lamentacione prosequimur, quanto de ipsorum periculis ante transitum formidantes quadam fuimus meditacione presagi et per rerum ac temporum coniecturas, integro adhuc eorum statu durante, presentem casum anxii verebamur. Sed nec serenitatem regiam credimus latuisse, qualiter nos, versucias Sarracenorum in partibus ipsis presentes experti, volentes sollicita providencia futuris occurrere, ne rerum insciis et votum suum sine deliberacione sequentibus sinistrum aliquid fortuna pararet, per frequentes literas nostras et sollempnes nuncios nostros crucesignatorum omnium primos ac deinde universitatem eorum fecimus exhortari, ut differrent tempus ad transitum; cuius nacta commoditate, vel nos ipsi personaliter in comitatum et ducatum accingeremur ipsorum vel filium nostrum cum eis*[k] *expediremus*[l] *accinctum presidio, quam primum arduum imperii negocium, quod in Ytalia nos urgebat, aliquatenus sedaremus. Nec enim aliis comode*[m] *poteramus curis involvi, nisi negociis prius expediremur assumptis, ut alterutro liberi facilius alterum tractaremus. Et quanquam crucesignati omnes et singuli salubribus monitis et consiliis nostris accederent, intencioni nostre, que*[n] *nihil simulate conceperat, inherentes, presens Romanus pontifex, nostri sermonis et operis malingnus interpres, quasi discrimen nostre religionis et catholice fidei in dilacione comodi temporis ageretur, crebris monitis, mandatis et minis crucesignatos ad transitum cepit impellere, alligans aliis iuxta Sacre Scripture verbum onera gravia, que digito suo movere recusat.* Matth. 23, 4. *Quod*

*) Locus istius belli fuit ante Gathre[7] *rubra ad calcem pag., ubi proelium depictum est,* 1; *deest* 2.

a) terram 2. b) inconsulte 2. c) Insuper — excusavit *in marg.* 1. d) de *add.* 2. e) *in marg.* 1. f) *ita* 2; et 1. g) Litere imperiales de certificatione eius stragis directe regi Anglorum *rubra* 2. h) a° 1. i) regi *supra linea iterum add.* 1. k) quan (*ni forte scriba* exp. acc. pr. *omissurus fuerit, leg.* quantocius?) *add.* 1. 2, *expunct.* 2. l) expedire *codd.* m) comede 1. n) qui 1.

1) Ne similia quidem in epistolis quas a. 1240 (Ficker nr. 3139. 3144) ab imperatore Ludovico IX. datas esse novimus leguntur. 2) Prope Ascalonem Nov. 13. a. 1239. 3) Henricus II. 4) Quae de hac epistola dicit noster, fortasse nonnisi ex imperatoris quae sequuntur litteris adinvenit. 5) Hi flosculi e Friderici I. litteris Saladino datis (SS. XXVII, p. 111) excerpti sunt. 6) Ficker nr. 3019. 7) Gaza.

1240. *cum ad nostram noticiam pervenisset, eundem antistitem multociens iterata prece rogavimus, ne tantum opus, quod deliberacionem consilii, oportunitatem*[a] *temporis et grandem apparatum rerum et hominum exigebat, volubilitati et precipicio*[b] *fortune committeret nec servicium Iesu Christi et Terre Sancte subsidium, quod nostrum et tantorum animos virorum accenderat, improvida celeritate confunderet, attendens et recolens, reparacionem tanti discriminis facilem non esse post lapsum, demum promissionem subvencionis nostre tanto negocio competentis non in vanum assumeret, qui servicium Iesu Christi et regni Ierosolimitani presidium, nobis ex filii nostri persona subiecti, totis viribus prosequi sperabamus, illud precipue repetentes, quod ex preteritis preliis per multas vicissitudines immensa sanguinis crucesignatorum effusio circa hec fere nihil profecisset aut modicum, eo quod sepius obstitit rerum defectus et hominum, et aliquando ductor potens et providus multitudini defuit*[c], *ut dum non posset ex diversitate ductorum vel unius ignavia principis aut tractari comoditas plurium aut insolentia coherceri; unde, salubri consilio ad commodiora tempora reservata, et negocio consuleret et personis, ut per copiosissimum apparatum neccessarium*[d] *ex unius strenua persona multitudini regimen christiana religio simul et semel et ad votum devote procederet et secura confideret de triumpho. Sed iste Romanus antistes hec omnia parvipendens, ut in odium nostrum universa cogeret ad ruinam, crucesignatis acrius institit, ut transirent, non attendens, quod christianorum reliquie de partibus transmarinis, que cum hostibus salutifere crucis treugarum nostrarum federe quiescebant, ex motu crucesignatorum violato federe poterant gladii periculis et famis exponi, cum non posset eis de subvencione celeri subveniri ac provideri. Tandem intellecto, quod idem papa crucesignatis eisdem de transitu literas terribiliter iteraret, scripsimus eis, ut per Regnum nostrum ad transitum properarent, et quod parati eramus quibuscunque possemus eis hilari munificencia*[e] *subvenire; quorum aliqui per regnum nostrum Sicilie transfretarunt, alii pro parte maiori transitum sibi per Marsiliam elegerunt. Nunc itaque, quod de tot milibus militum pro servicio Terre Sancte manus communium hostium triumphavit, etsi in clade ipsorum et mediatoris hominum Christi Iesu et tocius christianitatis ignominiam doleamus, eo pocius dampna passis conscientia teste compatimur, quanto de amissione tam strenue milicie Gallicana provincia pre ceteris*[f] *dampnum gravius est perpessa. Carere tamen excellencia nostra non patitur dampna remediis et consolatione dolores. Nos enim in subsidium Terre Sancte quicquid imperialis eminencia poterit, et quatenus tempestas presentium rerum et temporum, inconsulto Romani pontificis calore suborta, permittit, hilari munificencia conferemus. Et credimus, quod, si superviveret soldanus Babilonie*[1], *quondam pater istius soldani viventis*[2], *ex affeccione quam ostendebat ad maiestatis nostre personam de nobilibus militibus captivatis in bello satisfaceret votis nostris. Nichilominus tamen apud istum soldanum superstitem pro liberacione ipsorum precipuam opem et operam apponemus. Ceterum quicquid Wimo*[3] *de Conpesa, miles et fidelis noster, quem ad vos pro serviciis nostris nuncium destinamus, vobis ex parte nostra proponet, indubi-*
Apr. 25. *tanter credatis. Datum Fogie, 25. Aprilis, indictionis 13.*

**Quomodo dominus imperator multorum corda per hanc epistolam sibi conciliaverit, et quomodo Romana curia per iniustas et varias extorsiones pecunie graciam fidelium et devocionem amiserit.** Hiis auditis, dominus imperator multorum corda sibi conciliavit; et ceperunt multi stare cum eo, qui in amore et reverencia eius prius vacillabant. Romanorum etiam populus[4], spretis promissionibus papalibus, imperiali celsitudini cepit firmiter adherere. Senatores[5] quoque cum magnatibus Urbis preclaris sanguine ipsi imperatori dextras dederunt. Creatus enim erat unus senator Rome auctoritate imperiali[a] anno tercio precedenti[6]. Unde extunc congregati sunt cardinales, dicentes, quod noluerunt papales impetus in periculum tocius christianitatis amplius tolerare. Λ

**Per consilium et procuracionem cardinalium convocatur generale concilium.** Igitur significaverunt cardinales, inito prolixiori concilio, domino etiam imperatore consentiente et petente, quod iuxta peticionem suam bene volebant, ut convocaretur concilium generale, sub quanta posset conpetenter celeritate et rite celebrandum.

a) *sic* 1. b) *in loco raso* 1; *corr. ex* preciputio 2. c) fuit ubi (u, *superscr.* i), *supra linea antepos.* de 2; ut *vel* dum *delendum videtur.* d) neccessariumque nn. strenue persone *fort. emendandum.* e) munifencia 1. f) ceteris 1.

1) Kamel. 2) Saleh Nodgemeddin. 3) Willelmus. FICKER. 4) Haec non ita se habent. 5) De duobus senatoribus ab a. 1238. interdum habitis cf. Gregorovius V, p. 190. 6) Cf. a. 1237, supra p. 136.

Prefixus est igitur dies concilii proximo advenientis die pasche[1], ut ea die cum resurgente Domino resurgens ecclesia valeat feliciter respirare. . . . . . . 1240.

De . . . quadam extorsione reddituum. . . . Et circa illa[2] tempora facta est iniquissima[a] convencio inter dominum papam et Romanos, ut dicebatur, ut scilicet [a[b]] papa quotquot essent in Anglia beneficia conferenda, precipue religiosorum, Romanorum filiis vel consanguineis ad nutum eorum forent distribuenda, ea tamen condicione, ut unanimiter in imperatorem hostiliter insurgerent et pro posse suo eundem a culmine imperiali non segniter[c] precipitarent, titulos antique strenuitatis sibi taliter adquirentes. Unde infra paucos dies postea misit dominus papa sacra precepta sua[3] domino Cantuariensi archiepiscopo Ædmundo[d] et Lincolniensi[4] et Sarisberiensi[5] episcopis, ut trecentis Romanis in primis beneficiis vacantibus providerent, scientes se suspensos a beneficiorum collacione, donec tot competenter provideretur. Unde stupor magnus corda hec audientium occupavit, timebaturque, quod in abyssum desperacionis talia audens mergeretur. . . . . . .

De quodam delirante, qui indirecte quasdam hereses asserebat. Diebus illis[e] quidam quasi honeste vite ac severe vir, habitum et gestum pretendens ordinis Cartusiensis, captus est apud Cantebruge[6], nolens intrare ecclesiam aliquam. Super quo deliramento cum requisitus secus quam deceret respondisset, arciori custodia reservabatur, ita quod post paucos dies sequentes transmissus est ad legatum, in turri Londoniarum recludendus. Palam enim asseruit dicens: 'Gregorius non est papa, non est caput ecclesie. Sed aliud est caput ecclesie. Ecclesia profanata est, nec debent in ea divina celebrari, nisi rededicata fuerit. Vasa et vestimenta eius reconsecranda sunt. Diabolus solutus est, papa hereticus. Polluit[f] ecclesiam, immo mundum, Gregorius qui papa dicitur'. Et presentibus et audientibus domino abbate Ricardo[g] de Evesham et magistro Nicholao[h] de Farnham, magistris quoque P. de Burdegali et Henrico[i] de Susa et multis aliis, dixit legatus illi deliranti: 'Nonne concessa est desuper potestas domino pape solvendi animas atque ligandi, ut vices beati Petri exequatur in terris?' Et cum omnes expectarent, quid responderet, credentes iudicium ab hac sua responsione dependere, ait sub interogacione[k] et non sub assertione: 'Quomodo possem credere[l], quod cuidam symoniali et usurario et forte maioribus facinoribus involuto concedatur talis potestas, qualis concessa fuit beato Petro, qui immediate factus eius apostolus secutus est Dominum, non tantum incessu pedum, sed virtutum claritate?' Ad quod verbum erubuit legatus; et ait quidam de circumsedentibus:

*Stulto rixandum non est, furno nec hiandum.*

Resolvit etiam labia sua polluta[m] in alia deliramenta[7]. . . . . . .

Ipso eodem tempore misit dominus legatus infinitam pecuniam domino pape per quendam clericum suum[m], cui nomen Mumelinus, quem dominus papa gratanter accepit, remittens[8] eundem, ut reciperet ampliorem.

De nimis detestanda[n] exaccione pecunie in Anglia iamiam miserabili. Per eosdem dies venit in Angliam nova quedam pecunie exaccio, omnibus seculis inaudita et execrabilis. Misit enim dominus papa, pater noster sanctus, quendam exactorem in Angliam, Petrum Rubeum[9], qui excogitata muscipulacione infinitam pecuniam a miseris Anglicis edoctus erat emungere. . . . . . .

Excepciones[o] episcoporum et archidiaconorum[10] contra legatum et Petrum Rubeum, nuncium pape. *Dicunt, quod contribuere non debent, tum quia contribucio fieret contra eum qui*[11] *contraxit cum principe suo, tum quia fieret ad effusionem sanguinis christiani; quod patet ex forma scripti apostolici, in quo continetur: 'ad debellandum imperatorem'*[12]. . . . *Tum quia, cum*[m] *necesse habeant continue diversa negocia in curia Romana*

a) nequissima 2. b) *suppl. Luard.* c) sign. 1. d) Æ. 1. e) Et eisdem diebus 2. f) Polluit — hiandum *in marg.* 1; Polluit — dicitur. Et *des.* 2, *ubi* ∾ *et in fine capitis:* Istud intrabit superius ad hoc signum ∾, videlicet ab 'Addidit' usque 'nec hiandum' *et haec in marg.:* Addidit preterea predictus dictus frater, quod Gregorius papa non solum polluit ecclesiam, immo mundum. g) R. 1. h) N. 1. i) H. 1. k) *sic* 1. l) crederē 1. m) *deest* 2. n) detastanta *corr.* detestanta 1. o) *haec post caput sequens habet* 2.

1) A. 1241, Mart. 31; cf. Ficker nr. 3124c. 2) *Kal. Iulii* gesta sunt quae hic praecedunt. De conventione rumor an verus fuerit, dubitat Weber p. 101. 3) Haec ap. Potthast non inveni. 4) Roberto. 5) Roberto. 6) Cambridge. 7) Scil. de incarnatione. 8) V. infra p. 196. 9) Canonicum Anagninum; cf. Potthast, Reg. nr. 10750. Hic alios praelatos iam pecuniam solvisse mentitus, singulis, ut eos sequerentur, secreto persuasit; abbates frustra conquesti sunt coram rege. 10) *In octabis s. Iohannis baptiste.* 11) Fridericus II. cum Henrico III. 12) V. supra p. 187, n. 1; alia quoque verba huius bullae, quam Potthast omisit, infra laudantur.

1240. *expedire, ad quam nisi per terram imperatoris [non[a]] patet accessus, timendum esset, ne imperator*[1] *eorum capcionem*[b] *procuraret ac ipsos certos de pena graviori carcerali custodie manciparet.* . . . . . .

**Responsiones**[c, 2] **rectorum ecclesiarum in Bercsire, ut non debeant contribuere.** . . . *Dicunt omnes et dicunt*[d] *singuli rectores ecclesiarum de Bercsire*[e], *quod contra imperatorem*[f] *non est contribuendum ut contra hereticum, cum non sit dampnatus iudicio ecclesie vel*[*] *convictus, licet excommunicatus, nec pro eo quod occupat vel impugnat patrimonium ecclesie Romane; ecclesia*[g] *enim non utitur brachio seculari [nisi*[h]*] contra hereticos.* . . . *Item, licet esset bonum*[i] *contribuere, omitti tamen*[d] *deberet*[k] *et expediret propter scandalum iam suscitatum et*[l] *per orbem ventilatum contra ecclesiam Romanam, quia dicitur*[m] *publice: alias facte fuerunt huiusmodi exacciones*[n], *et clerici enormiter*[d] *depauperati sunt*[d]; *et statim exacta et*[o] *extorta pecunia, composuerunt*[p] *papa et imperator, nec*[q] *est quadrans restitutus; immo, si qua residua fuissent post composicionem et reddenda, graviter extorquebantur. Et dicit canon, quod, licet pro scandalo vitando peccatum mortale [committi*[h]*] non debet, bonum tamen quandoque omitti debet, ut scandalum vitetur; unde non debemus contribuere. Item, si contribuerent contra imperatorem, non solum cruciatus*[r] *corporis, sed mortis periculum imineret*[s] *sedem apostolicam pro iusticie impetracione [adeuntibus*[h]*] et peregrinantibus de hac regione ad Terram Sanctam propter terre liberacionem; unde et cetera.* . . . *Item, exheredacio principis Anglie et magnatum terre, considerata potestate imperatoris et debilitate et paupertate regni Anglie, ex contribucione huiusmodi imineret*[t] *manifesta.* . . . *Item, cum istud petatur contra talem qui fedus iniit cum principe nostro*[u], *presertim per matrimonium, non debemus eo inconsulto contra eum contribuere.* . . .[v] *Item, cum olim essent diciores clerici Anglicane nacionis, quando videlicet omnes habuerunt, vel maior pars habuit plura beneficia sine dispensacione, ac nunquam ab ipsis talis exaccio facta fuit, licet per imperatores tyrannos tunc temporis multi pape*[3], *patres sanctissimi*[w], *exilio relegati, in se et in membris suis ac facultatibus ecclesie durissima paterentur, non debemus contribuere. Item, in regno Francie multe decime militibus*[x] *ab apostolicis patribus concesse creduntur*[y], *ut ipsi Romanam ecclesiam tueantur, nec constat ab eis debitum suffragium esse denegatum, nec etiam constat eorum suffragium excercitui domini pape fuisse adhuc contributum; quare non debemus contribuere.*

**Quomodo per proprium scisma et divisionem fracti sunt**[4]. . . . . . .

**De**[5] **transfretacione**[z] **comitis Ricardi et aliorum nobilium subsequentium et preeuncium.** Eodem anno[6] comes Ricardus, paratis omnibus que ad iter Ierosolimitanum neccessaria videbantur, venit ad abbaciam Sancti Albani, ubi ingressus capitulum, a conventu suffragia petiit orationum[**]. . . . . . .

**De magno honore quem rex Francorum fecit comiti Ricardo, quando venit in terram suam; et illum honorem per totam terram suam continuavit.** Comes vero Ricardus cum prospere in ulteriori litore applicuisset et ad partes Francie iam

*) nec contra ipsum tanquam contra excommunicatum, cum sit in causa absolutionis, asserens stare concilii generalis mandatis, nec pro eo *Ann. Burton.*

**) *Ad calcem pag. habent codd.:* Omnes hii vexilla ferentes transfretarunt cum comite Ricardo apud Marseylle: . . . Omnes hii vexilla ferentes[a] perrexerunt[b] cum Simone[c] de Munford comite Leycestrie[7] et cum uxore ipsius[8], sorore domini regis, per Lombardiam et per Apuliam, ascendentes naves apud Brundusium. Uxor autem Simonis[c] de Monte-forti comitis, soror regis Anglie Henrici[d], remansit in Apulia iuxta Brundusium in castro quod cum terra magna datum sibi[e]. . . . . .

a) *suppl. Luard; deest codd.* b) *deest* 2. c) *haec in fol. postea agglutinato* 1. d) *deest Burt.* e) Anglie *Ann. Burt.* f) Fredericum *add. Burt.* g) eccl. — hereticos *in marg.* 1; quia eccl. *Burt.* h) *suppl. ex Burt.* i) *bis scr., sed semel del.* 1. k) debet *Burt., ubi* et exp. *des.* l) et per o. v. *des. Burt.* m) quod *add. Burt.* n) et extorsiones *add. Burt.* o) et ext. *des. Burt.* p) colluserunt *Burt.* q) nec — extorquebantur *des. Burt., ubi* et similiter modo timetur. Unde cum dicit. r) cruciatum *Burt.* s) *sic* 1; per terram imperatoris s. a. et T. S. adeuntibus immineret; unde etc. *Burt.* t) *sic* 1. u) suo, nolunt sicut nec debent eo inc. contr. *Burt.* v) *paullo ante desinit haec tabula in Ann. Burt.* w) scitissimi 1. x) mlit. 1. y) credantur 1. z) transfretacone 1. a) *bis scr.* 1. b) *desinit annotatio* 2. c) S. 1. d) H. 1. e) *reliqua legi non possunt.*

1) A. 1239, Oct. 29. baronibus minatus est, se eos hostes habiturum esse, si Anglia papam adiuvaret. 2) *Responsiones cleri Anglie* huic tabulae inscribitur in Ann. Burton., minus recte ad a. 1244, ed. Luard I, p. 265. 3) Gregorius VII. et Alexander III. ab Henrico IV. et Friderico I. expulsi prae aliis dici videntur. 4) Scil. Angli, ita ut legato pecuniam solverent. 5) Cf. de hac expeditione Röhricht in 'Forsch. z. D. G.' XXVI, p. 82 sqq. 6) Mense Iunio. 7) Ut Simon custos regni Hierosolymitani ab imperatore crearetur, petierunt barones a Friderico II, a. 1241, Iun. 17. Sed a. 1242 in. Simon in Galliam reversus erat; cf. Bémont p. 13. 8) Alienora.

perveniens regi appropinquasset, rex cum matre sua Blanchia[a] et multis magnatibus comiti venienti occurrit letabundus et festivus, et hospitatus est eum in palacio suo, cum ipso gratanter quasi cum dilecto consanguineo suo convivando, ipsum xeniis et muneribus regiis civiliter respiciendo. Misit quoque marescallum suum tutorem et ducem per totam terram suam, qui viatica et hospicia laute et honorifice sibi suisque procuravit, donec Rodanum letus et sospes pertransisset. Cives vero Avinionis occurrentes ei in gaudio, optulerunt ei hospicium in civitate suis sumptibus gratanter procurandum. Postea[1] apud Viennam[b] ingressus naviculas, proposuit per Rodanum usque ad civitatem Arelatensem navigare. Cives vero Viennenses et alii affines rogaverunt comitem Ricardum[c], ut naviculas suas cursatrices eis venderet, pro quibus rei precium triplicarent. Quod cum renuisset comes, asserens se non esse mercatorem, cives illas violenter retinuerunt. Sed comes, ut potuit, iter suum nimis offensus continuavit, tendens et perveniens ad civitatem Arelatensium. Cives vero super hoc enormi facto penitentes, sed sero, naves comiti ablatas eidem[d] apud Balcarium remiserunt; quas comes pre indignacione concepta omnes comminuit. Et contristatus est nimis comes Tholosanus super hac iniuria comiti Ricardo in finibus suis — sunt enim consanguinei[2] — irrogata[e]. 1240.

Quomodo comes Provincie occurrit cum gaudio comiti Ricardo et recepit eum quasi dilectum amicum. Comes vero Provincie, pater scilicet regine Anglorum, cum de adventu comitis Ricardi[c] certificaretur, venit obviam ei de Tharasco in gaudio et exultacione, paratus ad eius obsequia et pronus ad beneficia, sperans subsidium ab eo suscipiendum contra adversarium, comitem scilicet Tholosanum, cum quo guerram habebat et multa pericula sustinebat.

Quod comes Ricardus ad Sanctum Egidium ivit in peregrinacionem. Cum autem comes Ricardus illuc pervenisset, sciens se esse non remotum a civitate Sancti Egidii[3], causa orationum illuc properabat, ut, sicut paulo ante in capitulo Cisterciensium[f] in generali capitulo veniens humiliter orationibus eorum se commendavit, conferendo ex innata sibi munificencia redditum viginti marcarum ad refeccionem congregacionis, ita sancti Egidii suffragiis maris discrimina securius pertransiret.

Quomodo legati papales comitem Ricardum, ne transiret, ex parte domini pape prohibuerunt. Et cum comes Ricardus ad Sanctum Egidium pervenisset, venerunt ad eum unus legatus[4] et archiepiscopus Arelatensis[5], auctoritate domini pape consulentes et inhibentes, ne comes transfretaret. Quod cum comes vehementer admirans redarguisset, asserens, se credidisse, veritatis firmitatem inesse dictis apostolicis et suis quos misit predicatoribus, moleste tulit nimis tales inhibiciones et dixit: 'Omnia mihi necessaria ad transitum preparavi, valedixi amicis, premisi thesaurum et arma mea, naves paravi iam meis[g] victualibus oneratas; et nunc mutato verbo, transfretare, cum iam ad mare navem intraturus perveni[h], prohibet papa, qui dicitur successor et vicarius Iesu Christi, qui nunquam verbi sui transgressor fuisse perhibetur, ne ad servicium Christi properem, ad omnia iam accinctus'. Et cum viderent legati illi, quod transitum suum nequirent impedire, ceperunt persuadere, ut, relicto portu Marsilie, intraret mare in portu qui dicitur Aegemortue[i]. Quod omnes de excercitu abhorruerunt propter loci corrupcionem et infirmitatem et dissuaserunt. Comes igitur, detestans Romane ecclesie duplicitatem, cum magna mentis amaritudine Marsiliam tendebat, spretis legatorum fallacibus et ambiguis[k] sermocinationibus. Et primo ad Rokam[l, 6] veniens, ibi classem totam ordinavit et oneravit. Misit autem ad impe-
Dubium. ratorem status sui notitiam et significavit ei papalem muscipulacionem per nuncios sibi speciales, scilicet Robertum de Tuenge[7] militem et alios. Et in septimana[m] infra octavas nativitatis beate Marie sese vasto mari navigandum commendavit. . . . . . Sept. 9—15.

De eleccione magistri Petri de Egeblancke[8] in episcopum Herfordensem[n]. Die vero sancti Bartholomei electus est in episcopum Herefordensem[o] magister Aug. 24.

a) B. 1. b) Wianam 2. c) R. 1. d) *linea postea subducta del.* 1. e) irrogato 1. f) Cistercisium 1. g) *deest* 2. h) *in marg.* 1. i) Aegemorte 2. k) ambugiis 1. l) Rogam 2. m) septima 1. n) *ita* 2; Hertf. 1. o) *corr. ex* Hertf. 1.

1) Ordo itinerarii hic confusus videtur. 2) Raimundus VII. erat filius Iohannae, sororis Iohannis, patris Ricardi. 3) Saint Gilles. 4) Galliae, ut videtur, tunc Iacobus episcopus Praenestinus. De papa iter sacrum prohibente cf. Ficker nr. 3129. 5) Iohannes. 6) 'La Roque' Luard; 'Port de Bouc' Ficker nr. 5286 m; cf. Anon. Rem., SS. XXVI, p. 552: *s'en vint a Marseille et descendi a la Roche.* 7) Hic iam antea contra partes papales vehementer surrexerat; cf. supra p. 127, l. 15. 8) Aigueblanche in Sabaudia.

1240. Petrus de Egeblancke, qui aliquando familiaris clericus fuit et procurator expensarum Willelmi electi Valentini[1], nascione Provincialis. . . . . . .

De consecracione magistri Andelmi in archiepiscopum Armachanum. Sept. 30. Eodemque tempore, scilicet die sancti Ieronimi, magister Andelmus[2], nascione Coloniensis, vir moribus et literatura comendabilis, in archiepiscopum Armachkanum* apud Westmonasterium, presente rege et legato et quam plurimis episcopis[a], Wigorniensi[3] ministerium peragente, sollempniter est consecratus. . . . . . .

De multociens iterata vocacione legati ad curiam Romanam. Illis quoque diebus dominus legatus per autenticum[4] domini pape vocatus est, ut, peractis negociis inceptis, ad Romanam curiam, que generale concilium exspectabat, properaret, ita scilicet adventum suum pro posse maturando, ut cum fratribus, sano consilio multum indigentibus, in[a] illo arduo negocio tractatum habentibus, presentiam suam exhiberet et adventum anticiparet aliorum. Ipse vero, quasi obaudiens, magnum cumulum feni et struem lignorum et alia hyemantibus necessaria aggerare non cessabat et procuraciones a multis, quorum bona iam[a] pene exhausta fuerant, non sine eorum amaricatione et magna admiracione, non segniter extorquere.

De adventu Petri Rufi de Scocia multam pecuniam deferentis. Nov. 1. Et circa festum omnium sanctorum venerunt Petrus Rubeus et Ruffinus de partibus Scocie, afferentes secum tria milia librarum ad opus domini pape, et ex alia parte Mumelinus, secum ducens Romanos viginti quatuor beneficiandos in Anglia. Unde de miseris facti miserrimi Anglici, quasi inter duas molas hinc, inter alias duas inde, contriti volvebantur; hinc enim Petrus Rubeus, hinc Mumelinus, hinc rex, inde legatus ipsos prelatos, religiosos et clericos exagitabant. Rex autem Scocie illatam sibi iniuriam, quam nullus antecessorum suorum tolerabat, conniventibus oculis transire permittebat.

Quomodo comes Gilebertus[b] Marescallus receptus est in graciam et amiciciam domini regis per comitem Ricardum. Anticipacio istorie. In illius anni curriculo, videlicet in estate, cum comes Ricardus adhuc apud Londonias existens cum domino rege, fratre suo, tractaret de suo itinere arripiendo vel per Italiam vel Marsiliam, et tandem, consulente et sic ordinante fratre Theodorico, fratrum Hospitalis Sancti Iohannis[5] priore, cum eodem fratre duce transire elegisset et ibidem mare Mediteraneum[c] transiturus navem intrare, omnia hec in proposito eidem comiti residerent, ecce comes Marescallus Gilebertus[b] optulit se in presencia dicti comitis Ricardi de omni crimine a quocunque obiecto purgaturum et domino suo regi de omnibus querelis legitime et iudicialiter coram tota curia satisfacturum. Pro quo cum comes Ricardus intercederet precordialiter, rex ei omnem pristinum rancorem et indignacionem preconceptam liberaliter condonavit. Creditur tamen, quod comes Gilebertus[b] Marescallus tam versus comitem Ricardum[d] quam regem muneribus intervenientibus hoc promeruit optinuisse, secundum illud poeticum:

Ovid. Amor. I, 8, 62. *Crede michi, res est ingeniosa dare.* . . . . . .

Quomodo papa, confidens in pecunie thesauris collectis et colligendis, quibus ditaverant eum legati sui et animaverant, proposuit resilire a treugis acceptis inter eum et dominum imperatorem. In fine vero estatis conperiens legatus[6], papam cum imperatore treugas[7] usque ad[a] concilium in proximo pascha celebrandum accepisse, iratus valde, significavit eidem, quod effeminatus animo et pusillanimis frangebatur, mersus in desperacionem. Et inmerito, cum in sola Francia iam collectam adunaverat in auxilium suum pecuniam, unde per annum integrum guerram consertam contra imperatorem valeret indubitanter intrepidus continuare. Unde

*) Illa ecclesia metropolis est tocius Hibernie *in marg.* 1.

a) *deest* 2. b) G. 1. c) *sic* 1. d) R. 1.

1) Episcopi Leodiensis. 2) Sive Albertus, de quo cf. infra a. 1244; eiusdem rei fit mentio in Libro addit. f. 185 (ed. Luard VI, p. 520), ubi tamen minus recte ad *Menevensem* episcopatum ('Saint Davids' in Cambria) promotus dicitur. Ut Albertus id onus susciperet, consuluit Edmundus archiepiscopus Cantuariensis; cf. huius Vitam et Mir. ap. Martene, Thes. anecd. III, c. 1812. 1862. 1902. 1913, et epistolas amborum ib. 3) Waltero. 4) Ap. Potthast non exstat. 5) Londoniensis. 6) Galliae Iacobus; v. p. seq. 7) De indutiis faciendis m. Iunio frustra agebatur; cf. Ficker nr. 3124 c. Mense Iulio Angliae quoque regi imperator de hac re epistolam scripsit (Ficker nr. 3129, etiam in cod. Musei Brit. Hargrave 313, f. 105), quam noster non vidit. 'Treugas' perfectas esse, fortasse ex epistola infra p. 198, l. 7, Matheus minus recte collegit.

papa hec audiens, penitens et dolens, quod treugas acceperat, vocavit magistrum Iohannem de Columpna[1] et dominum Reimundum[a] [2], excellentes cardinales, dictarum treugarum mediatores et adversus imperatorem intercessores. Et dixit Iohanni: 'Confundor in memet ipso, quod treugas concessi inimico ecclesie Fretherico. Vade igitur tu, qui interpres fuisti[3] super hoc inter nos, festinus ad ipsum, ipsas me nolle acceptare denuncians, me illi inimicum fore ex hoc nunc et[b] antea sub diffiduciacione audacter attestando'. Cui Iohannes[c]: 'Absit, domine, hec levitas verborum in ore tanti viri, ad tantum principem destinanda[d], precipue per nos, qui non vulgares reputamur; huic enim consilio instabilitatis ac infidelitatis necquaquam[e] consencio, sed constanter contradico'. Cui papa: 'Nec ego de cetero te habeo pro cardinali'. Et ait ei Iohannes[c]: 'Nec ego te pro papa'. Et sic recessit, de amico factus adversarius. Iuxta[f] illud[4]: Quidam imperator iniuriosus dixit in ira et superbia cuidam suo senatori: 'Recede, non te amplius pro senatore habeo'. Cui senator intrepidus: 'Nec ego te pro imperatore'. Sicut[g] subditus domino, ita dominus subdito tenetur. 1240.

De legato in Francia et de pecunia quam adunaverat. Quod cum regi Francorum innotuisset, precepit, pecuniam totam, quam in terra sua mellitis sermocinacionibus et fellitis comminacionibus ab universitate cleri, rege permittente, messuerat, ab eodem legato extortam, in terra sua, donec rei exitum videret, reservari, ut sic saltem, etsi invitus, papa fidelis, qui vicarius Christi in terris nuncupatur, inveniretur. Et sic durabant[5] treuge adhuc inter eos inviolate, exceptis tamen imperialibus inimicis, scilicet Mediolanensibus et quibusdam aliis Ytalicis, de quibus non pertinebat ad papam sollicitari, sicut fuit ab inicio in treugarum composicione primitiva.

De argumentosa exaccione pecunie in Anglia per ministerium legati. . . . . .

Eisdem diebus monachi Dunelmenses . . . regem, ut moris est, adierunt, ut concederet eis iustam eligendi facultatem. Rex autem eis petita concedens, instantissime ipsos rogavit, . . . ut magistrum Petrum de Egeblancke, electum Herfordensem[h], nascione Provincialem, vel Bonefacium[6], avunculum regine, sibi postularent vel eligerent, quorum mores et scientiam[i] penitus ignorabant; sciebant tamen, utrumque aliene fuisse nacionis et tante insufficientem dignitati. Nec indiget Anglia extra fines suos in remotis regionibus personas regimini ecclesiarum ydoneas mendicare, que solet aliis tales sepius ministrare. . . . . . .

Quomodo illo tempore hereticos suos conbusserunt Mediolanenses[k]. Mediolanenses autem[l] tunc temporis formidine pene pocius quam virtutis amore hereticos, qui civitatem suam pro magna parte inhabitabant, ut famam suam redimerent et acusacioni[m] imperiali liberius responderent, combusserunt; quam ob rem numerus civium nimis est mutilatus. Timebant enim sibi, eo quod a tranquillitate treugarum[5], sicut omnes Ytalici inimici, imperio sequestrabantur. Et in solo papa confidentes, qui promisit, se nullo modo cum imperatore absque mencione facta de eis compositurum, videntes se penitus destitutos, suum in instanti concilio exterminium cum iudiciali dampnacione vehementer timuerunt. . . . . . .

Mandatum domini imperatoris ad regem Anglorum directum. Sub eisdem etiam dierum curriculis scripsit dominus imperator regi Anglorum[7] in hec verba:

Impertinens Anglis.

Epistola imperatoris. *Imperator regi salutem*[8]. *Qualiter*[n] *ad multam*[o] *instantiam Lumbardorum Romane*[p] *sedis antistes contra nos inconsulto calore processerit*[q], *satis vos publica fama*

a) Reim̄ 1. b) in *suppl. videtur.* c) I. 1. d) destinandā 1, *ultima littera super ras.* e) *sic* 1. f) Iuxta — tenetur *ad calcem pag.* 1. g) Sicut — tenetur *des.* 2. h) *ita* 2; Hertf. 1. i) sciam 1. k) Medioleuses 1. l) vero 2. m) *sic* 1. n) enim *add. Huillard.* o) *deest mandato duci Sax. dato.* p) s. R. *Rymer*; R. s. a. *des. Hu.* q) prec. *R.*

1) Presbyterum S. Praxedis (cf. supra p. 141). Ita quoque Ann. Dunstapl., SS. XXVII, p. 510. 2) Rainaldum episcopum Ostiensem (Ficker), postea Alexandrum IV. 3) Bullis Gregorii IX. post a. 1240, Mai. 29. datis nomen Iohannis subscriptum non est; cf. Potthast, Reg. p. 938. 4) Supra a. 1136, ed. Luard II, p. 164. noster laudavit *antiquum proverbium: Quamdiu habebis me pro senatore, et ego te pro imperatore.* Cf. Valer. Max. VI, 2: *'Non es', inquit, mihi, Philippe, consul, quia nec ego tibi senator sum'.* 5) V. supra p. 196, n. 7. 6) Fratrem Beatricis comitissae Provinciae, matris Alienorae reginae; cf. supra p. 187. 7) Ficker nr. 3139. et cod. Hargrave f. 105. Hoc ex Rot. Claus. a. 42. Henr. III. ed. Rymer I, p. 236. Franciae quoque regi, duci Saxoniae (LL. II, p. 337), aliis imperator eadem, mutatis mutandis, scripsit. Refertur ad hanc epistolam infra a. 1241. 8) Quae ap. Petrum de Vin. (Huillard-Bréh. V, p. 1038) praecedunt, exemplo in Angliam misso defuisse, minime a Matheo omissa esse videntur.

1240. perdocuit. Qualiter etiam[a], priusquam contra nos, religionis debito et pontificatus gravitate depositis, hostiliter arma capiens, se ducem et principem nostrorum rebellium stabiliret[b], nos[c] universale concilium[d] et[e] specialiter nunciorum vestrorum presenciam petissemus, serenitatem regiam[f] credimus non latere. Demum[g] noticiam vestram non latuit, qualiter ad quorundam ex[h] fratribus eius instantiam, qui pro reparacione tanti discriminis remedia[i] cogitabant, preter omnium[k] requirentium spem nostra magnificencia condescendit, ut, Lumbardis prorsus exclusis, permitteremus eundem ab insuetis infestacionibus[l] sacerdotum per temporale[m] treugarum subsidium respirare, utpote qui libenter[n] pro sedatione scandali generalis et Terre Sancte subsidio procurando reperiri modos et vias paciebamur ad pacem. Sed ipse[o] Lumbardos eosdem, quibus confederatus fuerat, a[p] treugarum nostrarum[q] federe non est[r] passus excludi, tocius orbis discidio Mediolanensium[s] ac ipsorum sequacium suffragia pr:ferendo[t]. Cui cum aliquatenus[u] assentire nollemus, ut lese maiestatis nostre reos sub predictarum treugarum involucro pateremur involvi, vel ipsos ullo modo pape presidio[v] communiri, tandem, postquam vidit eosdem rebelles[w] nostros propria virtute deficere, nec ipsis[x] posse temporalia[y] remedia saltem quietis[z] afferre[a], ad artes alias postmodum se convertit, satagens nos per[b] venerabilem Brixensem[c] episcopum[1], ad nostram presenciam accedentem, inducere, ut, cum pro reformacione[d] pacis inter nos et ecclesiam, ut dicebat[e], quam plurium regum[f] nuncios ac nonnullos[g] de occidentalibus partibus principes et prelatos ad synodum intenderet convocare[h], Lumbardos predictos[i] excellencie nostre inimicos[k] in treugis cum ipso usque in[l] proximum festum resurreccionis dominice[2] contrahendis comprehendere deberemus, causam fingens, ut[m] ex universalibus[n] treugis vocatis[o] ad synodum securitas largior[p] preberetur. Audite[q] mirabilem circumvencionis[r] modum ad[s] depressionem nostre iusticie excogitatum: dum[t] pacem nobiscum habere[u] velle se simulat[v], ut Lumbardos, ad tempus per[w] treugarum suffragia respirantes, contra nos forcius[x] postmodum in rebellione confirmet, utque contra nos ad discordiam se medio tempore per[y] veniencium ad[z] vocacionem suam prelatorum subsidia licencius preparet[a], speciem[b] nobis concordie pollicetur. Et ut evidenter ad oculum videatis, quod pro discordia potius[c] concilium advocet quam pro pace, formam huiusmodi[d] advocacionis[e] attendite, in qua nichil omnino de future pacis tractatu describitur, nisi [quod[f]] pro[c] magnis et arduis ecclesie Romane negociis vocatorum[g] presenciam asserat oportunam. Tempus inspicite, dum negatum[h] nobis ante concilium, postquam[i] nos est aggressus hostiliter, nititur[k] convocare. Considerate personas, dum, spretis magnificencie vestre[l] nunciis, per quos sibi tractatum pacis huiusmodi frequencius[c] optulistis, nunc Provincie comitem[3], manifestum[m] excellencie nostre rebellem, ducem Veneciarum[n.4], marchionem Estensem[o.5], comitem[6] Sancti Bonefacii, Albericum de Romano, Biackinum[p.7], Gugsinum[q.8] de Camino et Paulum Traversanum[r.9], cum quibus in malum[s] nostrum, data eis[t] pecunia, prout est publica voce notorium, coniuravit, vocat expressis nominibus ad synodum supradictam[u]. Verumtamen[v] ob reverenciam summi Regis sic nominato episcopo duximus respondendum, quod nos cum sacrosancta Romana ecclesia matre nostra discordiam non aliquam[w] habemus, sed ab huius-

a) autem *Ry.* b) et *add. Sax.* c) super hoc *add. Sax.* d) et presertim *add. Ry.* e) et — presenciam *des. Sax.* f) vestram *Ry.* g) etiam *add. Sax.* h) fratrum suorum *Sax.* i) pacis consilia *Sax. Hu.* k) omnem *Sax.* l) vexacionibus *Sax.* m) t. treuge *Sax.*; temporalis treuge *Hu.* n) *deest Hu.* o) Romane sedis antistes, utpote pacis emulus et non magis in perfidia fidem quam perfidiam in fide conservans, Lombardos *Hu.* p) a — federe *des. Sax.* q) ipsarum *Hu.* r) p. est *Hu.* s) eorumdem Lombardorum *Sax.*, *ubi* Med. ac i. s. *des.* t) preponendo *Hu.* u) *deest Sax.*; in participatione tanti sceleris *Hu.* v) subveniendo *Ry.* w) r. n. *des. Sax.* x) eis *Sax.* y) remedium t. *Hu.*; r. temporalis s. quietis *Sax.* z) quiete *Ry.* a) offerre *Hu.* b) Walem *add. Hu.* c) Brixinensem ep. ad n. super eo pres. *Sax.* d) recuperacione *Sax.* e) vestros et *add. Hu.* f) *deest Ry.* g) alios *add. Sax.* h) evoc. *Sax. Hu.* i) b a n n i t o s *Ry. Hu. Sax.* k) *deest Sax.* l) ad *Sax. Hu.* m) quatenus scilicet *Sax.* n) universalioribus *Ry. Sax.*; particularibus *Hu.* o) v. ad syn. s. *des. Hu.* p) occasio ad universales *add. Hu.* q) igitur *add. Sax.* r) calliditatis astutiam, considerate signa prorsus a qualibet veritate remota: dum *Hu.* s) quem ad d. n. i. cogitat *Sax.* t) ideo *add. Sax. Hu.* u) v. h. *Ry.*; se v. h. *Sax.* v) simularet *Ry.* w) tr. suffragio *Sax.* x) securius *Hu.* y) perven. *Ry.*; proveniencium *Sax.* z) prel. ad voc. s. *Hu.* a) prepararet *Sax.* b) spem *Ry. Hu.* c) *deest Ry.* d) huius *Sax.* e) convoc. *Sax. Hu.* f) *suppl. ex Ry. Sax. Hu.* g) prelatorum *Sax.* h) legatum 1. i) post rebelles nostros per nos aggressos host. *Hu.* k) nititur 1. l) nostre *Ry.* m) magnificentie nostre *Ry.* n) ve[Vene]torum *in marg. Math.* 1; Venetorum *Sax.* o) Ostēnsem 1; Ostensem *Ry.*; Ostiensem 2. p) et *add. Hu.*; et alios *Sax.*, *ubi* Biack. — Trav. *des.* q) Gnosterinium *Ry.*; Cingullum *al.* Guçolum *Hu.* r) Traversarium *Hu.* s) necem nostram *Hu.* t) sibi *Hu. Sax.* u) predictam *Sax.* v) Verum quantumcumque sint clara calliditatis indicia, quibus iste Romanus pontifex nostram circumvenire credidit puritatem, tamen *Hu.* w) *deest Ry. Sax.*; hab. al. *Hu.*

1) Gualam de Brixia. 2) A. 1241, Mart. 31. 3) Raimundum Berengarium IV. 4) Iacobum Teupulum. 5) Azzonem. 6) Ricardum. 7) Biaquinum de Camino. 8) Guecellum. 9) Traversarium.

*modi Romani pontificis impetu iusticiam imperii nostri defendimus et iniuriam propulsamus.* 1240. *Nihilominus tamen cum ipso semper*[a] *pacem habere optavimus et optamus, per quod*[b] *generale mundi*[c] *discidium*[d] *evitemus; et ut tractatus pacis a remocioribus partibus non queratur, per eundem episcopum ac*[e] *alios bonos viros, iusticie nostre conscios et communis concordie zelatores, ad presentem tractatum pacis, ut mala de medio cicius auferantur, optulimus nos paratos; treugas etiam, licet*[f] *nobis tanquam ad guerre*[g] *presidia*[h] *munitis infestas, inire*[i] *concessimus cum eodem, sperantes, per eas*[k], *velut per quandam salutiferam scalam, posse facilius ad excelsa*[l] *palacia pacis ascendi. Lumbardos tamen*[m] *excellencie nostre rebelles a nexu treugarum huiusmodi, sicut semper exclusimus, sic in perpetuum excludemus*[n]; *nec inter nos et eum durante presenti discrimine*[o] *vocari*[p] *concilium per eundem*[q], *velut hostem puplicum*[r] *imperii, permittemus, presertim*[s] *cum nobis, imperio et omnibus terre primatibus*[t] *indecentissimum iudicemus honoris*[u] *nostri causam suspecto*[v] *foro subicere vel iudicio synodali; sed omnibus ad concilium*[w] *ipsum*[x] *convocatis per*[y] *terram nostre*[z] *dicioni subiectam in personis et rebus securitatem quamlibet*[a] *denegamus. Quam ob rem*[b] *serenitatem regiam presentibus*[c] *exortamur*[d], *quatinus per prelatos omnes*[e] *et singulos regni vestri, edicti regii vulgato*[f] *programate*[d], *divulgetis, ut nullus*[g] *sub securitatis nostre fiducia ad synodum ipsam accedat*[h]. *Nos enim quantumcunque regni vestri fidelibus ob amorem precipuum*[i], *quem erga vos gerimus, libentissime deferamus, presumptuosam tamen audaciam*[k] *eorum, qui*[l] *ad inimici nostri vocacionem accederent, nos non deceret ullatenus*[m] *equanimiter tolerare. Datum in*[n] *castris in obsidione Faventie,* 13. *Septembris,* 14. *indictione.* Sept. 13.

De diversis causis, quibus emersis imperator cepit sibi timere et concilium convocatum impedire. Subscriptis igitur et quibusdam aliis causis rationabilibus dominus imperator turbatus, et timens sibi laqueos preparari in concilio celebrando, cepit illud impedire, hiis[1] amonitus[d] causis pro parte prelibatis. Primo igitur dominus imperator tempus reprehendit inoportunum et nimis festinum, ad quod nunquam consensit prefigendum. Iterum, quod, sicut prelocutum fuit et tam papali quam imperiali assensu determinatum, non vocat dominus papa vocandos ad concilium, cum utriusque causa sit in ipso specialiter pertractanda. Item, cum pro pace reformanda inter eos et confirmanda vocandum fuit concilium, et non ob aliud, in scripto[2] vocacionis sue non facit super hoc dominus papa mencionem, nisi tantum sic exprimens: *pro arduis ecclesie Romane negociis,* suppresso penitus, pro qua causa vocari concilium debuit principaliter; et sic obviat papa promissis utrobique formatis et firmatis. Item dicit dominus imperator, quod dominus papa ad concilium publicos hostes et manifestos imperii[o], quorum nomina dominus imperator in sua epistola[3] exprimit, et eosdem imperabilibus[p] corrupit muneribus, ut vertantur in arcum pravum, ut traditorum nominibus in perpetuum probrose cum suis gene- cf. Ps. 77,57. rationibus deturpentur, quibus non sunt[q] tam ardua status imperalis[d] committenda. Item dicit dominus imperator: 'Otto cardinalis legatus in Anglia et rex Anglie omnem fere thesaurum illius regionis, ad meam deieccionem hanelantes, exhauserunt et nos, non sine imperii magna verecundia et fame nostre sugillacione, in regno Anglie anathematis vinculis innodari fecerunt. Quapropter ipsos et omnes Anglie prelatos nostros inimicos merito debemus reputare, qui pecuniam suam in nostrum gravamen effundentes, honorem nostrum pro posse suffocarunt; nec movit eos, quod, nunquam eis necens, affinitatis federe Anglorum regi coniungor sociatus. Ipsorum igitur examen subire mihi foret absurdum et penitus dissonum rationi'. Item dicit dominus imperator, quod 'per treugarum acceptarum moram nobis suspectam, immo dispendiosam, et dum concilii tractarentur negocia, que finem forte non poterunt sortiri repentinum, inimici nostri poterunt respirare[4] et ad gravamen im-

a) p. s. *Hu.*; p. s. c. i. *Sax.* b) quam *Sax. Hu.* c) scandalum et *add. Sax.* d) dispendium *Hu.* e) et *Sax. Hu.* f) licet — infestas *des. Sax.* g) belli *Hu.* h) subsidia *Ry.* i) inivimus *Sax.* k) eos 1. l) alta *Hu.* m) autem *Sax.* n) exclusimus *Ry.* o) discordia *Hu.* p) *deest Ry.* q) cum, v. h. p. i. fieri p. *Ry.* r) *sic* 1. s) presertim — synodali *post* quamlibet denegamus *Sax.* t) principibus *Ry. Sax.* u) causas nostrarum secularium potestatum ecclesiastico foro *Hu.* v) f. s. *Ry.* w) idem conc. evocatis *Sax.* x) istud *Ry.* y) totam *add. Hu.* z) ditioni vestrae *Ry.* a) d. q. *Ry.* b) Quapropter *Ry. Hu.* c) precibus exoramus *Hu.* d) *sic* 1. e) universos *Ry.* f) p. v. *Ry.* g) sit qui *add. Sax.* h) vadat, sicut rerum et persone voluerit periculum evitare *Sax.*, *hic desinens.* i) principum, q. ger. *Ry.*, *ubi* e. vos *des.* k) temeritatem *Hu.* l) prohibitionis nostre temerarii contemptores *add. Hu.* m) ulterius *Hu.* n) etc. *Ry.* o) vocavit *suppl. edd.* p) *sic codd.*; imperialibus *edd.*; insuperabilibus *vel* innumerabilibus *legendum videtur.* q) *sic* 2; est 1.

1) Quas fortasse omnes Matheus ipse, nulla nisi praecedente tabula fultus, composuit. 2) Verba eiusdem epistolae supra p. 198, l. 29. 3) Ib. l. 32. 4) Ib. l. 24.

1240. perii assensu et fomento pape, quorum se constituit principem et defensorem et pro ipsis bellatorem, surgere forciores'. Item dicit dominus imperator, quod dominus papa maximam quantitatem pecunie expectat extorquendam a prelatis Francie et precipue Anglie, quam promisit hostibus imperii se daturum; unde sumunt papa et ipsi spem et cornua, que merito sibi iminent[a] formidanda. Sumpsit enim hec consuetudo ab[a] predecessore suo Innocencio in ultimo concilio[1] exordium detestandum, ut, celebrato concilio, non detur prelatis recedendi licencia, donec papa singillatim a singulis pecuniam extorserit, non habito respectu ad labores et viatica prelatorum in itineribus vexatorum. Item dicit imperator, quod omnes prelati[b], precipue Anglie, immo etiam rex Anglorum[2], tenentur pape per suam professionem et iuramentum tanquam domino sententialiter obligati, et non imperatori vel imperio; unde iudicat imperator, eorum arbitrium merito ipsi fore nimis suspectum et ratione formidandum, presertim cum papa eius dinoscatur esse inimicus precipuus et capitalis, menbra[a] tracturus ad consensum. Studet etiam et omnem effundit periciam et industriam, ut ipsum confundat imperium cum imperatore. Sed secundum illud Ovidianum:

Trist. II,271. *Ut[c] latro, sic cautus precingitur ense viator:*
*Hic parat insidias, hic sibi prestat opem.*

Continuacio materie. Cum igitur[d] et alia populo incongnita[e] subtili rationis trutina libraret dominus imperator, sciens multos callere in ipsius nocumentum, cepit per prescriptam epistolam[3] vocatos et venientes ad concilium de iminentibus[a] sibi periculis, scilicet quod noluit eos defendere per dicionem suam facientes transitum, civiliter premunire.

Qualiter prospere applicuit comes Ricardus[f] in Terra Sancta. . . . . .

Quomodo pace suspecta prelati Anglie iter versus Romam arripuerunt. Dum autem talia temporis mutabilitate volverentur, dominus imperator, resiliente domino papa, a treugarum acceptarum[4] observacione resilivit. Civitatem[5] quoque quam obsedit truculenter infestavit. Prelati vero Anglie necnon et legatus, nihilominus papalibus mandatis obedientes, licet cum magno periculo, ad transalpinandum se instantibus diebus nataliciis viriliter prepararunt.

Consecratur magister Petrus de Egueblanc in episcopum Herefordie. Dec. 23. Circa idem tempus die dominica proxima ante natale Domini consecratus est magister Petrus de Egueblancke in episcopum Herfordensem[g]. . . . . . .

Quomodo Tartari[6], resumptis viribus, de montibus suis prorumpentes, Orientalium multis finibus vastatis, etiam christianos iam perterruerunt. . . . . . .

Conclusio annuorum eventuum. . . . In partibus vero Ytalicis pluviarum inundantia, que in fine anni illius a proclivis montibus in planities[h] se diffudit, vix unum pontem in Ytalia integrum dereliquit. . . . . . .

De sanctis Elysabeth et Hyldegardi florentibus in Alemannia. Ipsis quoque temporibus sancta Elysabeth in Alemania innumeris choruscavit miraculis[i], adeo quod fidelium turbe peregrinorum etiam a barbaris regionibus et remotis ad suam tumbam beneficia petiture catervatim properarunt. Hec dum huius mundi incola fuit, uxor cuiusdam magnatis, scilicet andegravii[7], extiterat[k]. Quo defuncto, ipsa mundi pompam[l] cum suis delectacionibus conculcavit, licet habundans diviciis et stirpe generosa, utpote filia regis[8] et regine[9] Hungarorum, ut prelati ac religiosi tantam admirabantur[m] in muliere sanctitatis perfeccionem. Sancta quoque Hyldegardis[10], primo inclusa[11], postea abbatissa[12], admirabilis sanctitatis domina, ut in quam, dum in hoc seculo viveret, per soporem quadriduanum immisit Dominus spiritum prophecie et perfectam subito literarum scientiam, scilicet tempore Alexandri[13] pape, famosa valde facta est. Et quia de novis fratribus[14] et eorum statu et pre-

a) *sic* 1. b) pral. 1. c) Et 1. et c. p. e. v.: Ille sed i., hic s. portat o. *Ov.* d) hec *suppl. edd.* e) igcogn. 1. f) R. 1. g) *ita* 2; Hertf. 1. h) planies 1. i) miriculis 1. k) *in marg.* 1. l) pompa 1. m) *sic* 2; admirantur 1.

1) Cf. infra G. abb. S. Albani ad. a. 1215. 2) *Ab ecclesia Romana tamquam feodarius*, charta Iohannis a. 1213. data. 3) Cf. supra p. 199, l. 13. 4) Cf. supra p. 196, n. 7. 5) Faenza. 6) De his habet noster multa eaque magni momenti, quae tamen non ita imperium attingunt ut hic recipienda essent. 7) Ludovici de Thuringia. 8) Andreae II. 9) Gertrudis. 10) A. 1233. iussu papae inquisitio de miraculis s. Hildegardis facta est. 11) In monte s. Disibodi a. 1106; cf. Schmelzeis, 'Hildegardis' p. 53. 12) De Rupertsberg prope Bingen. 13) Tertii; Hildegardis obiit a. 1179; ib. p. 600. 14) V. infra a. 1243; legisse videtur noster spuria vaticinia de Mendicantibus, eodem aevo XIII. med. etiam a Richerio Senonensi, SS. XXV, p. 306. 327, Hildegardi ascripta; cf. Acta SS. Sept. V, p. 672. 676; Engel-

dicacione ac subita et inopinata proveccione manifeste prophetavit et expresse prelocuta 1240. est, ut presens tempus verum perhibet testimonium, facta sunt eius dicta per diversa mundi climata celebria et magnatibus approbata.

De spe orta per imperatricem Isabellam[*]. Temporibus quoque sub eisdem cepit dominus imperator Anglos specialius ceteris nacionibus diligere gratia imperatricis Isabelle[a], sororis regis Anglie, que forma et moribus precellens omnium favorem sibi comparavit. Insuper iam gravida augusto sponso suo spem uberioris fructus propagande[a*] repromisit; sed sinistro sidere multo aliter quam sperabatur contigit[1], sicut sequens narracio prolixius declarabit.

Quomodo rex legatum diebus nataliciis exaltavit et recedentem 1240. Dec. 25. usque ad mare cum immenso duxerit comitatu. Anno gratie 1241, qui est annus regni regis Henrici III. 25, tenuit idem rex curiam suam Londoniis, scilicet apud Westmonasterium, ubi magnates regni quam plurimi festa cum eo natalicia celebrarunt. Die igitur natalis Domini ad instantiam legati, cui rex summopere placere studuit, cinctus est ab ipso rege balteo militari nepos ipsius legati nomine Advocatus; eidem quoque redditum contulit rex triginta librarum properanter, quem idem tiro statim vendidit, sciens se in proximo cum domino suo recessurum. Et eodem die rex quendam Provincialem cingulo simili sollempniter insignivit et reddituu ditavit opulento. . . . . . .

Transfretat Otho[b] legatus. Igitur in crastino epiphanie apud Doveram legatus 1241. Ian. 7. . . . apporriatam[2] Angliam a tergo salutavit. . . . Nec ulla infirma terre solidaverat, ut manifesto argumento monstraretur, quod non missus erat ad oves que perierant protegendas, cf. Matth. 15, 24. sed ad pecuniam quam venerat[c] vindemiandam. Iccirco meritis multipliciter exigentibus, Domino flagellante, per imperatorem preparantem muscipulas illa preda meruit spoliari; factus preda de predatore secundum illud propheticum: *Ve qui predaris, nonne tu preda-* Es. 33, 1. *beris?* Sed hec inferius[3] suo loco plenius describentur.

Venit Petrus de Sabaudia in Angliam. Circa eosdem dies Petrus de Sabaudia[4, *], avunculus regine, cui rex comitatum de Richemundia[5] contulerat, venit in Angliam, quam sibi senserat fructuosam. Quem rex adventantem occurrens cum gaudio suscepit incomparabili, se suaque consiliis eius exponendo et ipsius terras cum donativis plurimis ampliando. . . . . . .

De eleccione magistri Nicholai de Fernham ad episcopatum Dunelmensem. . . . Rexerat autem ipse dictus Nicholaus[d] in artibus Parisius[6] per plures annos, deinde de arte medicine Bononie, in qua claruit graciosus et peritus excellenter. . . . . . .

Eodem anno crux sancta . . . est in regnum Francorum delata. . . . In[e] prima emptione empta fuit crux a Venetis, qui eam tenuerunt a duobus filiis regis Ierusalem Iohannis[f], qui indigentes pecunia Grecos impugnarunt. Et postea Baldewinus[g] ipsam plus obligavit et postea vendidit eam regi Francorum Lodowico. . . . . . .

De morte regis Dacie et filii sui, scilicet heredis. Anno quoque eodem Waldemarus rex Dacie, postquam quadraginta[7] annis regnaverat, qui ausu temerario comminatus est Anglie[8] fines invadere et hostiliter impugnare, multiplicans loqui sublimia cf. 1. Reg. 2, 3. gloriando, sublatus est de medio. Et ut efficaces sentiret beati Ædwardi[9] preces, quas Deo fuderat in Anglorum proteccionem contra Danorum tyrannidem, filius eiusdem regis Dacie unicus[h, 10] et heres universorum viam universe carnis ingrediens, regnum Dacorum totum reddidit desolatum. Iste[i] rex Dacorum Æthelmarus[k] obiit centenarius[11] etate. Regnavit

*) *In marg.* 1. *depictum est scutum eius rubrum exhibens crucem argenteam; alio autem loco, Lib. addit. ed. Luard VI, p. 476, datur eius* scutum d'or, leo rubeus, rastel d'azur.

a) I. 1. a*) *sic codd.* b) O. 1. c) *sic codd.*; invenerat *edd.* d) N. 1. e) In — Lodowico *in marg.* 1. f) I. 1. g) B. 1. h) inimicus 2. i) Iste — desolatum est *ad calcem pag.* 1 *(manu Mathei).* 2. k) Waldemarus 2.

hardt, Obss. de proph. in Minores Hildegardi ascr. Erl. 1833. V. infra a. 1243. et Matth. Westmonast. a. 1292. 1) Haec postquam Isabella a. 1241, Dec. 1. mortua est scripta videntur. 2) Ad inopiam redactam. 3) P. 215. 4) Postea a. 1263—1268. comes Sabaudiae. Quae in Anglia gesserit Matheus copiose exposuit, nos omisimus. De Thoma comite patre et gente eius cf. infra a. 1257. 5) Richmond in com. Eboracensi. 6) Cf. supra a. 1201. 7) A. 1202—1241. 8) Cf. a. 1240: *Percrebuerunt . . . rumores in Anglia, quod Daci disponebant ipsam [eam 2] hostiliter invadere. Quod tamen nihil aliud erat, nisi quod . . . terras a Tartaris vastatas disposuerunt colere.* Cf. etiam Ann. Dunst., SS. XXVII, p. 509, l. 40. 9) Confessoris. 10) Error; *primogenitus* infra rectius dicitur Waldemarus a. 1231. mortuus. 11) Potius 71 annos natus.

1241. autem in Dacia quadraginta annis et amplius. Ipse fere omnibus diebus vite sue, postquam aptus fuit armis, infideles persequebatur, scilicet in Sithia et in Frisia et Ruscia. Unde in vita sua sex episcopatus magnos conquisivit et in eis totidem episcopos fecit ordinari. Post cuius mortem et filii sui primogeniti insurexerunt[a] duo filii sui etate minores, scilicet Henricus[1] et dux[2] Abel, qui sibi[b] in alterum ceperunt cruentissimam guerram movere; unde regnum divisum desolatum est. . . . . . .

1240. **Quomodo imperator, mutato consilio, prelatos premunivit, ne ad concilium celebrandum convenirent.** Circa eorundem temporum[3] curricula Impertinens usque huc <•>)))~ dominus imperator satis subtiliter considerans, quod, si concilium generale celebraretur, cui presidere habuit eiusdem capitalis adversarius, scilicet dominus papa, et cui obedire habebant omnes prelati assessores quasi menbra suo capiti[c] — ad se reversus, cepit vehementer sibi formidare, et sibi precavens, ait optimatibus suis: 'Angustor[4] undique et circumventus oppressuris variis torqueor, imperio periculis[d] iam iminentibus[e]. Quia, sicut iam paratum est, si concilium generale convocetur celebrandum, presidente inimico meo capitali, cui non audebunt contradicere presidentes[e] prelati sibi subiecti, me cum imperio irrestaurabiliter condempnabit. Est enim papa meus insaciabilis inimicus et adversarius manifestus, potens quemcunque eorum sue voluntati obvium a gradu sue dignitatis deponere, immo et depositum anathematis vinculis innodare et in deterioris pene confusionem precipitare; longe aliter periclitatur causa nostra et imperii condicio necnon[f] et omnium principum, quam solus amplector contuendam. Reges orbis et principes, quorum etiam causam, eorum factus sindicus, foveo, ad meam non venirent vocacionem vel mihi obedirent, nec mihi subiciuntur, ut possem eos cogere vel punire contumaces. Ipsorum igitur adminiculo destitutus et presentia, dubio foro committam imperialis [cf. Deuter. 32, 31.] culminis causam dingnissimam, et inimici eius iudices erunt? Absit hoc me superstite'! Quibus rationibus ac persuasionibus consentientes magnates sui, providebant, quod, licet in sui honoris[g] preiudicium redundare videretur, ut mutaretur antecedens consilium, tamen propter iminens[a] periculum iam declaratum concilium quod prius concesserat impediretur. Ipsos igitur prelatos cepit imperator efficaciter literis suis[5] commonere, ut ad concilium generale celebrandum iuxta papalem advocacionem venire nequaquam festinarent. Extunc igitur prelatos, qui per terram Romanam curiam adierunt[h], tam in personis quam eorum procuratoribus impedire et suis renuentes persuasionibus optemperare hostiliter impugnare, capere[6], incarcerare et torquere necnon et plures morte plectere detestanda non[i] cessabat imperator. Quod cum audiret dominus papa, in eundem multiplicavit maledicciones et convicia, congessit excommunicaciones, sentencias innovavit. Artabantur igitur hinc inde prelati, quos in virtute obediencie preceperat papa, omnium pater spiritualis, ad [1241. Mart. 31.] instans dominice resurreccionis festum paschale ad concilium, quod salubriter preparaverat ac procuraverat, convenire; inde repagulum contradiccionis et impedimenti imperialis sententie formidabant. Hinc Cilla, inde Caribdis voraginis[k] periculum minabatur[7]. Vacillantium igitur[d] corda prelatorum, etiam singulorum dominus papa solummodo[l] epistole sue sub hac forma exiliter consolabatur, hoc modo:

1240. Oct. 15. **Epistola consolatoria pape admonens prelatos, ut, spretis minis imperalibus[a], ad concilium properare minime formidarent.** *Gregorius*[8] Epistola papalis. *episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, tali*[m] *episcopo vel tali, salutem et apostolicam benediccionem. Petri navicula, matris ecclesie sinus, quasi*[n] *negociorum operta fluctibus et*[o] *questionum urgentium agitata procellis*[p], *dexteram Iesu salvantis*[q] *implorat. Ea quidem flatibus aquilonis impulsa, dormire*[r] *videtur Dominus, nutant*[s] *disciRAVE, nautepuli, naute quasi naufragii verentur ventum*[t] *et eventum; populi trepidant, clamat Petrus; utinam*

a) *sic* 1. b) alter *suppl. videtur.* c) condempnaretur *suppl. videtur.* d) *in marg.* 1. e) assidentes *a l.* 11. *corr. videtur.* f) n. et o. pr. *in marg.* 1. g) sui *add. sed del.* 1. h) adierut 1. i) n. c. i. *in marg.* 1. k) varag. 1. l) tenore *suppl. edd.* m) *inscriptio deest Baumgartenberg.* n) *deest Vat.* o) *deest B.* p) procillis 1. q) sublevantis *Vat. B.* r) v. dormitare *B.* s) nutant — Petrus *des. B., ubi* sed. t) v. et *des. Vat.*

1) Ericus IV. 2) Sleswicensis. 3) Potius a. 1240 ex. 4) Orationem ex epistola Friderici supra p. 197 sqq. effinxit Matheus. 5) Cf. Ficker nr. 3138. 6) Matheus mandatum imperatoris (fere m. Oct. a. 1240. ap. Ficker nr. 3145) legisse videtur; ubi verba haec invenire potuit: *praelatos ad Romanam curiam transeuntes in personis impedire, capere.* 7) Qui primus hoc proverbio usus sit, non constat; cf. SS. XXVII, p. 121, n. 1. 8) Potthast nr. 10947; similiter multis aliis nr. 10945; tabulam Vaticanam archiepiscopo Senonensi contulit directam Luard VI, p. 487; praeterea lectiones attuli ex 'Baumgartenberg. Formelbuch' ed. Baerwald (Fontes R. Austr. 2. Abth. XXV), p. 188.

*tepescentibus[a] ceteris[b] saltem porrigerent[c] filii opem et[d] operam consilii salutaris, ne ipsam* 1240.
*fluctus involvat nec[e] pirata crudelis abducat[f]! Porro, federe naturalis paccionis irrupto[g],*
*fides quatitur, caritas refrigescit, tepescit devocio, crescit et invalescit iniquitas[h] in Deum et*
*proximum commissura, ex quibus[i] fidei christiane profectibus evidens prestatur obstaculum;*
*sequuntur[k] dispendia, et plebs devota fidelium, beneficio[l] quietis excluso, variis molestiis fati-*
*gatur[m]. Que[n] communis statera iudicii apostolice dignitatis auctoritas iuste[o] discussionis ex-*
*amine prudenter appendens, ut omnium generalis et una mater utilitati provideat singulorum,*
*manus fortium, regum videlicet[p], prelatorum, principum et aliorum fidelium non indingne ad-*
*vocare[q] decrevit, ut multiplicatis clamoribus Dominum suscitet[r] dormientem et plurium ad-*
*iuta consiliis prementia[s] faciat onera leviora, expedicionis[t] optate portum feliciter petitura[u].*
*Inter[v] quos te, frater episcope, devotum ecclesie filium et nobile membrum ipsius, ut venires ad* 1241.
*matris ecclesie gremium ad proximum venturum festum resurreccionis dominice literis reco-* Mart. 31.
*limus apostolicis convocasse. Verum, sicut pro certo didicimus, singularis ille dudum ecclesie*
*filius, apostolico[w] provectus et defensus auxilio, de[x] puero tunc omni destituto suffragio ad*
*imperii culmen humero materno translatus, ea[y] non contentus iniuria, qua mercede recompen-*
*sans iniqua[z], patris irrumpit solium, matris exponere pudiciciam[a] et vendicare sanctuarium*
*indevotus intemptat, astutus[b] adhuc in ipsam[c] armatur insidiis[d], prelatis nuper[e] vocatis a nobis*
*accessum[f] suis terroribus interdicens, ut nullius expers calumpnie illam[g], quam gravibus in-*
*festat molestiis, nec in filiorum paciatur[h] solacio respirare. Cum igitur tam sanctum generalis*
*utilitatis propositum, sub fiducia divini favoris assumptum, humanis non debeat versuciis re-*
*tardari, fraternitatem[i] vestram rogamus, monentes attente per apostolica scripta, tibi man-*
*data[k] ut ceteris, districte precipiendo mandantes[l], Deum preferens[m] homini et difficultatibus*
*omnibus[n] ob[o] meritum fidei anteponens, in[p] supradicto termino ad sedem apostolicam acce-*
*dere[q] non omittas; ut mater filiorum roborata[r] presentia[s], hostis[t] adversantis obstaculo pro-*
*videntia divina sublato, pie intencionis exordium felici consummacione concludat[u]. Nos enim*
*super omnibus que ad tantum negocium[v] expediunt, annuente[w] Domino, providere curabimus,*
*prout[x] tibi[y] ex parte nostra plenius exponetur[z]. Datum Laterani, Idus Octobris, pontificatus* 1240. Oct. 15.
*nostri anno 14[a].*

Continuacio. Facti igitur equaniniores prelati, ad iter inchoatum se prepararunt[b] 1241.
imperterriti, sperantes indubitanter, quod dominus papa, Deo favente, saltem per mare vias
sibi securissimas preparasset. Anglici tamen, Francorum consiliis adquiescentes obiterque
ad loca tuciora se transferentes, utpote Norwicensis[1] et quidam alii, rei exitum sub silencio
cautius expectarunt.

De miseria Feoge[2] vel[c] Favencie civitatis Ytalice iam diu obsesse. Ipsis quoque diebus dominus imperator civitatem Feugie vel[d] Favencie in Italia diu iam obsessam in tantum iam artavit, ut qui obsessorum forciores et diciores videbantur, debiles iam effecti et pauperes, per portas et posticos vulgus populare, ne inutiliter annonam suam iam fere deficientem consumerent, exire compulerunt. In se enim fame et alia multiplici inedia tabescebant. Deinde acerbius macerati, uxores et liberos et ancilas[e] egredi in mentis angustia violenter coegerunt. Qui[f] credentes in imperatore misericordiam invenire, sparsis crinibus et hirsutis, presenciam imperatoris adierunt; et, quas sexus reddidit molliores et miserabiliores, mulieres ante castra ipsius cum clamore lamentabili se prosternentes, postularunt, ut earum maritis misericordia parceret imperialis. Quod cum audiret nec exaudiret imperator, cum

a) tepecesc. 1. b) aliis *B.* c) filii ferant *B.* d) et operam *des. Vat.* e) aut *B.* f) in precipicium dire mortis *add. B.* g) dirupto *B.* h) malicia *B.* i) quo sane *B.* k) et consequenter *B.; salutis add. Vat. B.* l) commodo *B.* m) incipit fatigari *B.* n) in *add. B.* o) iusto *B.* p) et *add. B.* q) convocare *B.* r) suscitent *B.* s) premencium ponderum *B.* t) quietis *B.* u) obtentura *B.* v) Inter — convocasse *des. Vat. B.* w) sede apostolica *B.* x) de — suffragio *des. B.* y) ea — solium *des. B., ubi* scilicet Fredericus dictus imperator. z) in qua *codd.* a) pud. cupiens, calidis *B., ubi* et vend. — adhuc *des.* b) astutis *Vat.* c) ipsa *codd.* d) predictis principibus seu *add. B.* e) *deest Vat. B.* f) ad nos *add. B.* g) sive fraudis eandem matrem ecclesiam talibus infestet m., ne *B.* h) valeat *B.* i) fraternitati tue precipimus et attente rogamus quatenus Deum *B.* k) mā. (man. 2) u.c. *codd.;* in virtute obedientie *Vat.* l) quatinus *add. Vat. B.* (n. i). m) h. p. *B.* n) *deest Vat.* o) obedientie meritum ant. *Vat. B.* p) usque ad [infra *B.*] proximum venturum [v. f. *des. B.*] festum resurrectionis dominice *Vat. B.* q) personaliter *add. Vat. B.* r) consolata *B.* s) et *add. B.* t) et *add. Vat.* u) concludas et nos super *B.* v) exequendum *add. hic Vat., post* exp. *B.* w) a. D. p. *des. B.* x) cur. opem et operam adhibere *B., ubi cetera des.* y) lator presentium *add. Vat.* z) intimabit *Vat.* a) *sequitur sententia pro suffraganeis Vat.* b) preparunt 1. c) vel F. *supra linea* 1, *in marg.* 2. d) *sic* 2, vel F. *in marg.* 1. e) *sic* 1. f) Que *forte legendum.*

1) Willelmus. 2) Faenza cum Foggia a nostro fortasse confusa est.

1241. magna indignacione respondit: 'Eant ad maritos et dominos suos, quos de lesa maiestate coram Deo et hominibus appello, qui, quia mei quandoque non miserti sunt, iniustum est, ut misericordiam consequantur! Me enim aliquando[1] in sua inclusum civitate, ante et a tergo portis seratis, subito coniurati proposuerunt suffocare, quando alium mihi similem et armis imperialibus sophistice redimitum nequiter interemerunt, me ipsum dominum suum indubitanter credentes suffocasse. Matri[2] etiam mee dedecus et iniurias multiplices intulerunt, quando scilicet transeuntis per eorum civitatem mannum eius, super quem sedit, irreverenter mutilarunt[a], in bruto animali sevientes, dignitati regie vel saltem sexui non parcentes. Iustum est igitur, ut ipsi recipiant talionem'. Et cum talem in miseras fulgurasset sententiam, compelli[b] iussit easdem marcentes et iam pene inedia deficientes suam ex qua iam exierant ingredi civitatem. Quod cum cives congnovissent, suam intelligentes confusionem, missis quibusdam venerabilibus et sollempnibus nunciis, flebiliter domino suo imperatori hanc humilitatem optulerunt, ut scilicet liceret eis egredi civitatem, sibi quasi domino suo imperatori magnifico resignatam, et ut, vita tantum comite, nudi cum femoralibus, in quemcunque locum orbis terrarum eo mittente, vagi et exules perpetua paupertate plecterentur. Quorum supplicacioni sic respondit imperator: 'Quia noluerunt in prosperitate sua me dominum suum redeuntes congnoscere, nec ego ipsos in tribulacione clamantes exaudiam. Qui enim dum potest quantum potest delinquit, dignum est, ut in quantum puniri poterit puniatur'. Quod cum audissent cives, in abissum desperationis demersi, sine spe remedii in sua iam dissipata civitate dolore marcuerunt vehemenciori.

Quam[c] venalis facta est eo tempore curia Romana et inhians et confidens in pecunia consimilis facta est meretrici prostanti. Eodem tempore, permittente vel procurante papa Gregorio, adeo invaluit Romane ecclesie insatiabilis cupiditas, confundens fasque nephasque, quod, deposito rubore, velut meretrix vulgaris et effrons omnibus venalis et exposita, usuram pro parvo, symoniam pro nullo inconvenienti reputavit, ita ut alias affines provincias, immo etiam puritatem Anglie sua contagione maculavit[d]. Etsi multa que se offerunt exempla abundant, unum duxi, ut pateat, quam iuste, etsi sero, excanduit ira Dei in dicta[d] curia, breviter memorandum.

Dominus papa petiit a monachis de Burgo[3] annuum redditum centum marcarum de aliqua ecclesia. . . . <•>)))~. . . .

Quomodo monachi Cantuarie benefitium absolucionis a domino papa impetrarunt et quomodo Bonefacium electum Ballay, avunculum regine, secundum regis desiderium et preces elegerunt. . . . Monachi autem Cantuarienses comperientes papam et regem sibi vicissim indulgere et alter[d] alterius quibuscunque precibus inclinari, elegerunt sibi in pastorem animarum suarum, invocata Spiritus sancti et regis gratia, Bonefatium electum de Ballay[e, 4], hominem

| | |
|---|---|
| eis[f] incognitum, scientia, moribus et etate tante dignitati respectu predecessorum archipresulum Cantuariensium, ut dicebatur, insufficientem, | procere[g] stature, elegantem corpore, avunculum domine Alienore, illustris Anglorum regine, monachis tamen penitus incognitum prenotatis, |

hac tamen consideracione, quia, si alium elegissent, rex adinventis excepcionibus quibuscunque[h] eleccionem cassasset reprobatam, qui favorem papalem in omnibus optinebat. . . . Quam[i] plurimi autem digniorum clericorum . . . eundem Bonefacium[k] in suum superiorem gratanter acceperunt, quippe cum de nobilissimo sanguine natus et regnorum utrorumque principibus ipse procerus et satis sufficiens fuerit specialissimus[l]; monachi tamen Cantuarienses regis preventi supplicacione, vehementer doluerunt, se regi in hoc consensisse.

1240. De[5] oppressione comitis Provincie. Sub illorum dierum curriculo comes Provincie Reimundus, pater reginarum Francorum et Anglorum, misit ad regem Francorum,

a) mutularunt 1. b) compuli 1. 2, *corr.* 2. c) *hoc caput abrasum, sed manu saec. XVI. in loco raso e* 2 *rescriptum* 1. d) *sic codd.* e) Bal' 1. f) eis — insufficientem 2 *(et fortasse olim* 1*).* g) proc. — prenotatis *in loco raso* 1. h) q. e. *in loco raso* 1. i) Quam — consensisse *in loco raso* 1, *des.* 2. k) B. 1. l) amicus *suppl. videtur.*

1) A. 1226, Mai. 8; cf. Ficker nr. 1605b. Noster haec sine dubio ex imperatoris epistola fere Oct. a. 1240. data (Ficker nr. 3152), composuit, cuius exemplum in Angliam missum non exstat. 2) Constantiae (a. 1185. vel 1192?); haec alibi non inveni. 3) Peterborough. 4) Belley. 5) Eadem res quae supra p. 180 sq. iterum narratur.

generum suum, nuncios sollempnes plures et pluries, petens instanter, ut ipse sibi quasi 1240. socero et amico efficax impendere dignaretur auxilium. Ipsum enim viribus iam destitutum comes Tholosanus imperiali[1] precepto graviter impugnavit et usque ad exterminium, exhausto a rege Anglorum transmisso thesauro, ipsum fatigavit. Scripsit ergo rex Francorum tam imperatori[2] quam comiti Tholosano[2], petens verbis amicabilibus, quatinus ob reverentiam et dileccionem ipsius socero suo parcere dignaretur. Scripsit etiam rex Anglie[2] et frater eius comes Cornubie Ricardus[a, 2] eidem[b] epistolas suas eisdem[b] eundem tenorem 1241. continentes. Unde comes Provincie multo post tempore secura gavisus est tranquillitate.

Veneti pro nece potestatis Mediolanensis, filii ducis Venetorum, guerram continuant contra imperatorem. Interim Veneti quecunque poterant et quanta sciverant tam per mare quam per terram pro nece filii[3] ducis sui[4], potestatis videlicet Mediolanensis, imperatori potenter et contumaciter intulerunt. Ipse enim imperator, ut predictum est[5], contra se dimicantem apud Mediolanum ipsum captum incarceraverat et iudicialiter condempnatum sentencia plecti iussit postea capitali[6]. 1240.

De capcione Faventie[c] civitatis Ytalie, et de multiformi sollicitu- 1241. dine imperatoris[d], ut se defenderet contra multos rebelles. Temporibus quoque sub eisdem[7] dominus imperator Fredericus[e] Foegiam[f] civitatem nobilissimam diu ac fortiter obsessam, amplius resistere non valentem, violenter occupavit. Duraverat autem obsidio fere per annum[8], pro qua infinitam iam pecuniam effuderat. O quanta sollicitudo, quam multiformis cura de imperio contuendo cor imperatoris tunc temporis cruentavit! Habuit enim sex excercitus magnos, populosos et formidabiles; unum, quem in propria persona regebat; alium duplicem in finibus Ianue, navalem ad obviandum legatis et prelatis consilium imperiale spernentibus in mari et alium per terram iuxta maritima, cui prefuit filius suus Henricus rex Gallure[9] et Thures[10], qui blados[g] et vineas Ianuensium vastare non cessavit; tercium cum Conrado filio suo, herede Ierusalem, qui secum traxit excercitum inestimabilem et innumerabilem ex tota Alemannia et finibus adiacentibus et imperiali potestati pertinentibus, contra Tartaros, ipso eodem Conrado[11] existente capitali, concomitantibus ducibus Austrie[12], Saxonie[13], Baivarie[14] et aliis magnatibus, tam prelatis quam aliis, quos longum est numerare, cum populari multitudine cuius non erat numerus, qui omnes uno humero et alacri voluntate crucesignati contra dictos Tartaros pro universali ecclesia, dimicaturi pro capitibus communiter parabantur; quartum vero in marchia Truvisii[g], cuius dux extitit Theobaldus[15] dictus Francigena, domino imperatori amicissimus; quintum autem in marchia Anconie et vallis Spoleti; sextum in Terra Sancta cum Radulpho[16] marescallo suo, cui[17] etiam comes Ricardus custodiam Terre Sancte per ipsum adquisite vel pacificate, precipue castrum Ascalonie, quod idem comes Ricardus[a] sumptibus suis firmaverat magnifice et ad robur tocius christianitatis et honorem, commisit contuendam. . . . . . .

Quomodo[18] capta civitate Foegie[h] imperator civibus pepercit. Temporibus quoque sub eisdem dominus imperator Fretheriсus, regia civitate Foegie[i], ut dictum est, expugnata et occupata et dicioni sue ad votum subacta et inclinata, cives longo famis et multiformis inedie squalore macerati et marcentes glomeratim ante pedes imperatoris, singultibus prorumpentibus, misericordiam, non iudicium, humiliter se prosternentes, postularunt. Et dum omnes excogitatis tormentis, qui tam diu imperialem iram sibi coacervaverant, crederent interire, tum propter antiquum scelus, de quo predictum est[19], tum propter hoc, quod[k] in[l] illius obsidionis diuturna et sumptuosa protraccione imperator infinitum thesaurum exhauserat, pepercit eis generosa victoris clementia, per quam multo-

a) R. 1. b) *sic codd.; fort. primum alterumve delendum.* c) *sic* 2; Foegie, *in marg.* vel Faventie 1. d) *in marg.* 1. e) F. 1; *deest* 2. f) Faventiam *iterum corrigendum fuit.* g) *sic codd.* h) *corrige* Faventie. i) Foegie 2; *corrige* Faventie. k) propter *add.* 1; in illius in *(haec expuncta)* propter *add.* 2. l) *deest* 2.

1) Cf. supra p. 189, n. 9. 2) Epistola non exstat. 3) Petri. 4) Iacobi Teupoli. 5) A. 1237; supra p. 139. 6) M. Nov. a. 1240; cf. Ficker nr. 3153a. 7) Apr. 14. 8) Inde ab Aug. 26. a. 1240. 9) Iudicatus orientalis Sardiniae. 10) Turris, iudicatus septentrionalis Sardiniae. 11) Haec ex Friderici II. epistola, infra p. 212, hausta videntur. 12) Friderico II. 13) Alberto I. 14) Ottone II. 15) Potestas Paduae. 16) Hoc nomen alibi non inveni. 17) Potius Waltero Penaupié imperatoris ballivo (Röhricht in 'Forsch. zur D. Gesch.' XXVI, p. 86); cf. hoc anno infra. 18) Hoc caput noster fortasse ex imperatoris epistola Henrico III. data (v. infra p. 215) hausit; similia verba occurrunt in aliis litteris, velut Ficker nr. 3197. 3206. 19) Cf. supra p. 204.

1241. rum corda sibi conciliavit. Tunc enim demum sanguis generosus[a], cum se viderit de rebellibus triumphasse, iuxta illud poeticum:

Trist. III, 5, 33. Ovidius. *Corpora magnanimo satis est stravisse[b] leoni;*
*Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.*
*Sed[c] lupus et turpes instant morientibus ursi*
*Et quecunque minor nobilitate fera est.*

**De horribili vastacione inhumane gentis que Tartari nuncupantur.** Dierum autem ipsorum curriculo gens[1] illa inhumana et feralis, exlex, barbara et indomita, que Tartari nuncupantur, temerario ac violento impetu terras boreales et aquilonares christianorum horribili exterminio devastantes*, toti christianitati non mediocrem timorem et horrorem incusserunt. Iamiam Frisiam, Guthiam[2], Poloniam, Boemiam et utramque Hungariam pro maiori parte, inaudita tyrannide principibus, prelatis, civibus et colonis effugatis et trucidatis, quasi in heremum redegerunt[d]. Cuius rei eventui testimonium literarum ad citeriores partes transmissarum evidens testimonium perhibebat[e] sub hac forma:

Mart. 10. Epistola. **Litere transmisse ad ducem Braibannie super predictis.** *Dilecto ac semper diligendo domino et socero suo, illustri principi duci Braibannie*[f, 3] *H. Dei gratia Longrathungie*[g], *comes palatinus Saxonum, paratam ad beneplacita serviendi voluntatem.* Ier. 5, 15. *Pericula antiquitus in Scripturis Sanctis predicta, peccatis nostris exigentibus, nunc pullulant et erumpunt. Quedam enim gens crudelis et innumerabilis, exlex et effera, vicinos nobis terminos invadit et occupat et iam usque ad terram Polonorum pervenit, terris multis aliis peragratis*[h] *et populis exterminatis. Super quibus tam per nuncios proprios quam per regis*[4] *Boemie, dilecti consanguinei nostri, plenius certificati et vocati sumus, ut in ipsius succursum et fidelium defensionem festinanter accingamur. Veraciter enim et plene nobis constat, quod eadem* Apr. 7. *gens Tartarorum circiter octavas pasche terras Boemiorum crudeliter et impetuose invadet, quibus si non subveniatur tempestive, stragem facient inauditam. Et quia iam paries nobis* cf. Hor. Epist. I, 18, 84. *proximus succenditur, et terra vicina patet vastacioni, et alique iam vastantur, auxilium et consilium Dei et fratrum vicinorum pro universali ecclesia anxie et flebiliter invocantes postulamus. Et quia mora plena est periculo, omni vos qua possumus rogamus diligencia, ut in nostrum succursum tam pro vestra quam nostra liberacione vos quantocius ad arma properetis, strenue preparantes miliciam copiosam, nobiles, potentes et audaces cum sibi subiectis populis non segniter excitando, promptos et paratos, cum vobis nostros nuncios iterato direxerimus. Nos autem ministerio prelatorum nostrorum, Predicatorum ac Minorum crucem facimus, quia Crucifixi res agitur, generaliter predicari, oraciones et ieiunia indici et ad bellum Iesu Christi communiter terras nostras evocari. Hiis etiam adicimus*[5]*, quod magna pars eiusdem detestabilis gentis cum excercitu alio illis adiecto Hungariam inaudita vastat tyrannide, adeo quod rex*[6] *dicitur vix sibi partem modicam observasse. Et ut multa paucis perstringamus, adeo opprimitur et tantis et tot pressuris coangustatur ecclesia et populus borealis et septentrionalis, quod talibus nunquam ab inicio mundi fuerit unquam flagellatus. Datum anno* Mart. 10. *gratie* 1241, *die qua cantatur Letare Ierusalem***. Et his[i] fuit literarum[7] transmissarum

*) *Ad calcem pag. cod. 1 depictus est eques Tartarus duos homines percutiens; add. rubr.:* Formidabile exterminium Tartarorum. *In marg. haec habentur:* Dicuntur Tartari, ut ait Otto aliquando[8] legatus in Anglia, a Taraconta insula, que maxima est in eorum regione, vel a quodam fluvio Tartar[9], qui est maximus penes eos, sicut Farfar penes Damacenos. Quidam dicunt, quod Tartari sunt Sicii, qui sunt Cumanis contermini — et hoc est probabilius, quia eis iam confederantur —; alii, quod a Tharsi spaciosissima terra dicuntur; secundum alios Tattari dicuntur.

**) *Inter nuncios de Tartaris qui a. fere 1242 in. in Angliam allati sunt, hae epistolae in Lib. addit. ed. Luard VI, p. 77. receptae Germaniam attingunt:*

*Illustri*[10] *viro glorioso et excelso mirifice bonitatis predito ac sospitatis providentia redimitto*[k]

a) apparet *suppl. videtur.* b) prostrasse *Ovid.* c) At *Ovid.* d) redigerunt 1. e) *sic* 1; perhibibant 2. f) Brab. 2. g) hita *(expunct.)* Lungrathung 2; landegravius Thuringie *emendandum est.* h) peregratis 1. i) hiis 2; is fuit tenor lit. *emendant edd.* k) *sic c.*

1) Haec ex epistola quae sequitur hausta sunt. 2) Cf. supra p. 145. Sed hoc loco vix de Gothlandia cogitandum. Certe haec veritatem excedunt. 3) Henrico II, cuius filiam Beatricem Henricus Raspe a. 1241. uxorem duxit et cui eodem die, Mart. 10, chartam Ficker nr. 4861. dedit. 4) Wenceslai III. 5) Hoc postea scriptum esse, censet Wolff, 'Mongolen' p. 168, cum Tartari Ungariam non ante m. Mart. med., quo haec epistola data est, invaserint. 6) Bela IV. 7) Epistola non exstat. 8) A. 1237—1241. 9) Hanc nominis rationem alii quoque coaevi auctores noverunt; Wolff p. 28. 10) Haec epistola affinis

ad episcopum Parisiensem[1] ex parte ducis Braibancie. Simili modo scriptum[2] est regi 1241.
Anglorum ex parte archiepiscopi Coloniensis[3]. Pro hac igitur immani tribulacione et eccle-

*I.[4] Dei gratia duci Barbanie et Bononie N.[5] Dei gratia langravius Turriginie[a] et Saxonie comes paletinus[b] salutem et christiane professionis pericula devitare. Audite, insule et cuncti populi christiane religionis crucem dominicam profitentes, in cinere et cilicio, ieiunio et fletu et planctu ululate, lacrimas in maxima quantitate effundite, quoniam venit et . .[c] noviter venit dies Domini[d]* cf. Soph. 1, 14. *magna et amara valde, cum crucis Christi persecutio ab aquilone et mari venerit inaudita, cum mentis perturbatione et cordis afflictione, vultu lacrimabili et precordiorum suspiriis per intervalla respirando. Prout possumus vobis significamus, quod gentes infinite, aliis hominibus odibiles, effrenata malicia terram in fremitu conculcantes, ab oriente usque ad limites nostri dominii totam terram penitus destruxerunt, civitates, castra, immo et municipia destruendo, non solum christianos, immo paganos, Iudeos, nemini parcentes, omnibus indifferenter sine misericordia mortem inferentes, preterquam parvulis tantum, quibus rex eorum Zingiton[6] vocatus signa in frontibus imponit[7], non solum homines comedendo, sed etiam devorando. Comedunt enim ranas[e], serpentes et, ut breviter dicatur, nullum cibum discernunt[8]; et sicut a facie leonis cuncta animalia fugiunt, sic a facie illius gentis cuncti populi christiani terga in fugam vertunt. Comani enim, viri bellicosi, non potuerunt in terra sua contra eos bellum sustinere, sed fugerunt usque ad christianos viginti milia Comanorum et inierunt fedus cum christianis; et parati sunt pugnare contra omnem gentem preterquam[f] predictam. Quid mirum? Sunt enim corpore terribiles, vultu furiosi, oculis iracundi, manibus rapaces, dentibus sanguinolenti, et eorum fauces ad carnem hominum comedendam[9] et humanum sanguinem absorbendum omni tempore sunt parate; et tanta est multitudo eorum, quod excercitus eorum durat per 20 dietas in longitudine et 15 in latitudine[10]. Et ut multa paucis perstringamus, cum[g] dicti homines Tartari vocati totam Russyam et Polomiam usque ad confinia regni Boemie et partem mediam regni Ungarie penitus destruxerunt et quasi subito civitates intraverunt et principes in medio civitatis suspenderunt; unde credimus ipsos esse gladium furoris Domini propter peccata populi christiani, teste beato Metodio[11], qui istos Tartaros vocat Ysmaelitas et onagros, silvestros[b] asinos etc.[h] Nos vero de superni Iudicis bonitate et misericordia confisi, humiliter sanctos viros Predicatores et Minores[i], ut toti populo christiano ducatui subdito crucem, orationes, afflictiones et ieiunia predicent. Proponimus enim mente in celestibus habitare, arma et scutum apprehendere. Malumus enim mori in bello quam videre mala gentis nostre et sanctorum. Et si clipeus noster, qui prima iacula sentiet, conteratur, nostro pariete succenso et terra devastata, vicini parietes et vicine provincie* cf. Hor. Ep. 1, 18, 84. *formidabunt. Vale! Audivi a fratre Roberto de Theles, quod sine dubio isti Tartari destruxerunt 7 conventus fratrum suorum.*

*Fratribus universis frater R.[12] de ordine Predicatorum et I.[13] de ordine fratrum Minorum salutem. Diversos a diversis audistis rumores de Tartaris maledictis. Hec autem que vobis scribimus esse sciatis verissima, utinam tamen falsa! Viri robusti sunt, bellicosi, multi numero et satis bene armati; plurimas terras vastaverunt, inter quas sciatis Rusciam in magna parte vastatam, Rionam[b. 14] civitatem et castrum quod erat ibi destructum est, multis interfectis. Narraverunt nobis profugi de*

a) langoñ Turrigiñ *c.* b) *sic c.* c) *spatium vacat c.* d) dñ, *corr. ex* dñ⁹ *c.* e) et *suppl. edd.* f) ꝑquam *c.* g) iam *forte legendum.* h) *dimidia linea vacua relicta est c.* i) precamur *suppl. Lu.*

est litteris Parisios ex Ungaria a. 1240 ex. missis, ex quibus quaedam in notis attuli; disseritur a Wolff p. 172; data videtur a. 1241. fere m. Martio vel Apr. in. 1) Willelmum. 2) Epistola non exstat. 3) Conradi. 4) Henrico duci Brabantiae et Lovaniae. 5) Henricus. 6) Djingis-Kan, i. e. summus imperator, qui tamen iam a. 1227. mortuus erat. 7) Cf. Lib. addit. p. 75: *Epistola cuiusdam episcopi Ungariensis ad episcopum Parisiensem [Pariensem* cod.; *cuidam archidiacono meo qui erat scolaris Parisius transcriptum istud misi sigillatum* desinit haec tabula non inscripta, sed ab Ungaro quodam a. 1240 ex. missa in Ann. Waverl. ed. Luard II, p. 324]: Tartari *miserunt . . exploratores in Russyam, ex quibus capti fuerunt duo et missi domino regi Ungarie; . . ab ipsis didici nova que vobis mando: . . Interficiunt habitatores terre preter parvulos, quibus Zingiton, qui est dominus eorum, qui interpretatur rex regum, signum [lignum* cod.] *suum imponit comburendo in facie ipsorum.* 8) Cf. ib.: *Quesivi, utrum discernerent cibos; dixerunt quod non; comedunt enim ranas, canes et serpentes et omnia indifferenter.* De moribus hic descriptis cf. Wolff p. 275. 9) De hoc vitio, Tartaris certe non ab origine proprio, cf. Wolff p. 344. 10) Cf. ib.: 20 *dietis durat longitudo et latitudo* exercitus Tartarorum. 11) Cf. Petri Com. Hist. Schol., Gen. 49: *De . . ortu Ismaelis. . . Legitur in Genesi [16, 12]: 'Hic erit ferus homo'; Hebreus habet 'Phara', quod sonat 'onager'. Propter hoc, ut dicit Methodius, dictum est: Onagri . . omnem bestiarum supergredientur rabiem; . . . dicit enim de filiis Ismael: Futurum est autem, ut exeant adhuc . . semel et obtinebunt orbem terre, . . quia patrem illorum Ismael vocavit Dominus onagrum.* — Thomas quoque Spalat. hoc Methodii de Tartaris dictum censuit. WOLFF. 12) Robertus, forte idem qui l. 28; v. Wolff p. 223. 13) Fortasse Iordanus, de quo v. p. 208, l. 22; 209, l. 38. Haec epistola a. 1241, fere m. Iunio vel Iul. in. data videtur; cf. Wolff p. 251. 253. 14) Kioviam, Kiew, a. 1240, Dec. 6.

1241. sie dampnosa, que inter dominum papam et dominum imperatorem orta est, discordia indicuntur ieiunia et orationes cum elemosinis largioribus diversis regionibus, ut Dominus

*terra illa, in Saxonia precipue, quod terram illam cum castris 32 machinis impugnaverunt. Et Ruscenos impugnaverant 20 annis*[1]. Mart. 31. *Isto autem anno venientes ante pascha in Poloniam, bonas civitates, plurimis interfectis, optinuerunt; quibus cum occurreret dux Henricus Polonie*[2] *cum excercitu suo, ipsum et, ut dicitur, fere 10 milia*[3] *de suis occiderunt. Procedentes de Polonia, fines Theutonie attigerunt; deinde declinantes in Moroiam*[4] *et illam bonam terram vastantes, alii excercitui venienti per Hungariam occurrerunt, et prevalentes, dicuntur modo potissimam partem Hungarie, expulso rege*[5], *possidere. Et modo audivimus, quod denuo sex*[6] *excercitus*[a] *Tartarorum convenerunt, et iccirco, ut creditur, ut potenter intrent Theutoniam, cuius incolas sciunt esse bellicosos. Ideo tota Theutonia se ad prelium preparat, crucem assumendo, studentque urbes firmare cum castris; summopere igitur neccesse est pro statu ecclesie instanter orare. Quia, si fuerint Theutonici devicti, quod absit, non credimus aliquem*[b] *christianorum eis posse resistere. Rex Theutonicorum et filius imperatoris*[7] Iul. 25. *in festo sancti Iacobi nunc instanti cum maxima milicia*[c] *proponunt proficisci contra eos; et quamvis dicantur Tartari, multi sunt cum eorum excercitu pessimi christiani et Comani, quos Theutonice Valven*[8] *appellamus. Convenerant autem in civitate Merseburg*[9]; *ibi audierunt, quod rex Hungarie scripserat regi Boemie*[10], *quod, viribus receptis et maximo excercitu congregato, occurrere voluisset; sed non presumpsit propter fortitudinem Tartarorum; sed tamen dixit se velle in aliquem locum munitum iuxta mare cedere. Valete!*

*Universis has literas inspecturis frater G. in Colonia gardianus indingnus salutem. Noverit caritas vestra, me recepisse literas directas*[11] *a fratribus nostris duci Brabantie*[d] *sub hac forma:*

*Illustri principi domino H. duci Brabantie frater Iordanus viceminister fratrum Minorum regni Boemie et Polemie et frater A. custos Prangensis et gardianus eiusdem loci una cum conventu orationes humiles et devotas. Cum vestre generositatis eximia celsitudo hilaritati ordinis nostri sese propria benignitate inclinare non dedignetur, effectum per affectum comprobatis. Nimirum igitur sentientes vos habere zelum Dei et rei publice, serenitati vestre presentibus duximus intimandum, quemadmodum quidam barbari quos vulgariter Tartaros appellamus, propter discrepantiam et incuriam principum et prelatorum confidenter discurrentes, populos multos christianos et prepotens regnum Hungarie et 5 ducatus Polemie in ore gladii consumpserunt. Eliminato quidem dicte Hungarie rege*[5], *et principali duce*[2] *Polemie cum multis milibus interfecto, quos immunitos invenerunt, infra breve tempus non solum in predictis terris, verum sed et in marchiis, maxime ad regnum Boemie pertinentibus*[e, 12], *cedem maximam perpetrarunt, magis in illa sua victoria dolo quam strenuitate vincentes; siquidem, cum sibi ex adverso arma sentiunt moveri, sepe, immo semper, quasi fugam simulantes et recessum, post pusillum revertentes, furiosius invadunt et dimicant, nulli parcentes sexui, etati vel condicioni, loca Deo sacrata prophanantes, in eisdem cum mulieribus dormientes et ad sanctorum sepulchra iumenta sua alligantes* cf. Ps. 78, 2. *et carnes sanctorum exponentes bestiis terre et volatilibus celi; sola nominis sui formidine multos in fugam convertunt. Cum igitur irato Deo dolus in manibus eorum prosperetur, et numerus eorum diatim augeatur, et de preambulis sibi faciant propungnatores, quos vincunt et sibi subdunt confederantes, videlicet de paganis, hereticis et pseudochristianis*[13] *infinitam multitudinem, timendum, ne tota christianitas ruinam paciatur, nisi, pacato Deo, et caritative fidelibus confederatis in vinculo pacis, furor dominicus avertatur, quo Tartari, diaboli satellites, de terra viventium estirpentur*[f]. *Quare vobis licet magna*[g] *pericula, perstricto tamen sermone vestram duximus exhortandam nobilitatem, quatinus vos et alii principes et prelati et omnes orthodoxi et fidei christiane emulatores tantis malis iminentibus in oracionibus et ieiuniis necnon et armorum et armatorum preparacionibus occurratis festinanter, ut spiritualibus et mundanis armis premuniti ab iminenti tempestate evaderetis et*[h] *libertas christiana valeat respirare. Illi qui dicuntur Tartari devastaverunt iam Indiam*[14] *maiorem et minorem, insuper regnum Persarum, et in Ruscia 72 principes pertransierunt, deinde Hungariam, Polomiam, et ipsum dominum terre illius*[2] *et innumerabilem*[i] *populum peremerunt.* Mai. 9. *Et ante ascensionem Domini Moramiam*[4] *intraverunt, ubi commorantur. Preterea mulieres eorum in armis equitant et nulli parcunt; et que melius pugnat, concupiscibilior habetur, sicut in nostris que melius texere novit vel suere partibus*[f] *plus desideratur, vel que formosior. Vale!*

a) excitus *c.* b) aliquam *c.* c) milicie *c.* d) Braban̄ *c.* e) pertināntibus *c.* f) *sic c.* g) sint *suppl. videtur.* h) evaderentes *c.* i) innumeralem *c.*

1) Inde ab a. 1223; cf. Wolff p. 107. 2) Silesiae, Apr. 9. 3) Hunc numerum verisimilem habet Wolff p. 192; cf. tamen infra p. 209. et Grünhagen, 'Reg. z. Schles. Gesch.' I, p. 214. 4) In Moraviam m. Maio in. irruperunt. 5) Bela. 6) Hoc rectum esse, demonstrat Wolff p. 254. 7) Conradus IV; cf. Ficker nr. 4438a. 8) De hoc nomine cf. Wolff p. 9. 9) Nürnberg dici videtur. 10) Wenceslao. 11) A. 1241, m. Maio vel paullo post datas; cf. Wolff p. 193. 240. 12) Glatz, Jägerndorf, Troppau. WOLFF. 13) Bulgares Cumani dici videntur, ut supra l. 16. 14) A. 1222. ultra Indum proruperunt; sed Chinam et Hyam hic dici, censet Wolff p. 241.

complacatus super populum, qui magnificus hostium triumphator eque dimicat in paucis 1241.
ut multis, superbiam conterat[a] Tartarorum. . . . . . . cf. 1.Macc.3,18.

*Religiosis viris et universe[b] sancte matris ecclesie fidelibus presens scriptum visuris vel* 1242. Ian. 4.
*audituris F.[1], Dei gratia humilis abbas Sancte Marie[2], totusque conventus eiusdem loci ordinis sancti Benedicti in Hungaria commorantes consolacionem Paracliti cum salute quam promeruit sanctus Benedictus et gloriam sempiternam. Latores presentium, fratres B. et I. sacerdotes, domus nostre monachos, vestre commendamus caritati, quos de claustro Sancte Marie in Ruscia[c] in Hyberniam transmittimus gratia commorandi. Et hoc per inopinatum adventum[d] Tartarorum qui dicuntur Ysmaelite, proh dolor! compellimur faciendum. Heu! mater ecclesia gemens et dolens de filiis Deo famulantibus, qui dispersi[e] per diversas naciones gentium propter Tartaros supervenientes; inopinate fines orientales potenter intraverunt et maximam hominum partem ibidem habitantium peremerunt. Insuper bona ecclesie nostre et redditus fratrum, quibus sustentabantur, totaliter devastaverunt; et dicitur, quod quadraginta duo anni sunt elapsi[f], ex quo recesserunt a montibus in [quibus[g]] clausi tenebantur. Qui de locis maledictis, ut credimus, progredientes, provincias Asie bestialiter devastando, quatuor reges cum principibus eiusdem terre inhumaniter mactaverunt. Regem etiam Capadocie[3] valde[h] potentem, regem Persarum cum suis tribunalibus, similiter 25 duces in Ruscia potentissimos, ducem H. Polemie[4] pie memorie cum 40 milibus[5] hominum una die quasi in momento interfecerunt. Preterea magnificum regem Hungarie Bela nomine fugaverunt[6]; archiepiscopos tres[7] et quatuor suffraganeos et 65 milia hominum[i]. Et in eodem bello regem Colomannum, predicti regis fratrem, vulneraverunt letaliter, ita quod mortuus est post breve tempus. Deinde proficiscentes ad fines nobilis ducis Austrie[8], Styrie[k],*
*marchie Tarvisie[9], Morannie[10] et Boemie, in natali Domini, Danubio congelato, cum magna forti-* 1241. Dec. 25.
*tudine ad alteram partem fluminis transmearunt; predictorum principum terras vastando omniaque feraliter per circuitum exterminando, nulli parcentes sexui, inenarrabilia perpetrant impudenter. In ecclesiis cum mulieribus suis dormiunt et de ceteris locis Deo sacratis, proh dolor! stabula faciunt iumentorum. Quorum insolencia, Deo irato, in tantum invaluit, quod prelati, archiepiscopi scilicet, episcopi, abbates, principes et vulgus ineffabile ante ineffrenatos barbarorum[l] principes fugiunt, nihil aliud nisi mortem expectantes; monachis, monialibus, predicatoribus interfectis, lamentabiliter morientes, pro Christi nomine effecti martyres, ut credimus, eterne beatitudini sociantur. Unde caritatem vestram humiliter imploramus, quatinus hiis ad vos confugientibus*
*sinum aperiatis misericordie. Datum Vienne, anno gratie 1242, pridie Nonas Ianuarii.* 1242. Ian. 4.

Hiis quoque temporibus propter terribiles rumores huiusmodi celebriter hii[m] versus Antichristi adventum nuntiantes recitabantur:

*Cum fuerint anni transacti mille ducenti*
*Et quinquaginta post partum virginis alme,*
*Tunc Antichristus nascetur demone plenus.*

*Karissimis[11] Christi fidelibus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Iordanus ordinis fratrum Minorum, vicarius provincie Polemie, Pringensis[12] conventus cum ceteris fratribus salutem. Quoniam, agentibus peccatis hominum, adauctis in mundo incrementis miserabilibus, diu prescita[n] et predicta tandem venit velut inopinata super nos repentina tribulatio, propulsis fratribus Predicatoribus et nostris ceterisque fidelibus a gente Tartariorum, a tartaro oriunda[13], ex hiis videbitis[o] que iuxta feritatem iam olim de se Scripture prelibatam testimonio, deletis namque multis nationibus incognitis, exterminata quoque Russia nobis cognita, que 7 duces habuisse dicitur, ecce, proh dolor! terminos ecclesie invasisse; atque aquas fortissimas et nemora densissima velocissime pertranseuntes, modo incredibili ex parte magna prepotens regnum Ungarie occupaverunt; de quo omnimodam certitudinem propter[p] distantiam reddere non possumus; tamen de hiis que in nostra provincia acta sunt certius describimus, quia iam pene tota Polonia ab eisdem nacionibus barbaris crudeliter[q] deleta, qui nulli hominum etati, conditioni vel sexui deferentes, sed cunctos in ore gladii consumentes et loca Deo sacrata prophanantes, iam sunt in foribus Alemannie et Boemie, similia nobis et ceteris christianis, nisi Deus restiterit, peracturi, presertim cum christianitas, in se intestinis bellis pregravata et cismatibus, neccessitati communi et paci rei publice minime intendere videatur, ut oporteret. Solliciti tantis periculis, orationum vestrarum suffragia tantum postulamus et ad hec cunctos fideles monitis*

a) conterrat 1. b) universis *corr. Lu.* c) Tusciam et *corr. Wolff.* d) *bis scr. c.* e) disp. sunt per — Tartaros, qui sup. *leg. velit Luard.* f) elepsi *c.* g) *suppl. Lu.* h) velde *c.* i) interfecerunt *suppl. videtur.* k) Syrie *c.* l) barborum *c.* m) hiis *c.* n) precita *c.* o) videbitisque *fort. emend.*; fecerunt *suppl. Lu. post* testimonio. p) preter *c.* q) est *suppl. Lu.*

1) *Franciscus* Wolff p. 339. 2) Marienberg. Wolff ex Fejér, Cod. dipl. Hung. IV. 1, p. 235. 3) Kotjak de Kiptschak? Wolff. 4) Silesiae, a. 1241, Apr. 9. 5) Cf. supra p. 208, n. 3. 6) Apr. 27. 7) Cf. Wolff p. 304. 8) Friderici. 9) Ita fortasse perperam pro *Carniole* scriptum. 10) Moraviae, cuius marchio tunc erat Przemislaus Ottocarus, filius (et postea successor) Wenceslai regis Bohemiae. 11) Cf. Wolff p. 199. 12) Prag; v. supra p. 207, n. 13; de Bingen cogitavit Palacky, de Pinsk Luard. 13) Cf. p. 210, n. 3.

1241. Dominus imperator super hiis certificatus, principibus christianis, precipue regi Anglorum, scripsit sub hac forma:

Iul. 3. E p i s t o l a i m p e r a t o r i s d e a d v e n t u T a r t a r o r u m. *Fretherieus*[1] *imperator etc. regi Anglie salutem. Rem, que tam Romanum imperium, velut ad predicacionem*[a] *euvangelii preparatum, quam cuncta mundi regna christiano cultui dicata speciali zelo contingit, toti rei publice universe christianitatis excidium generale comminatur, et quamquam ad nostram rei geste veritas sero pervenerit, quin ad vestram noticiam referamus, tacere non possumus. Egressa enim dudum ex ultimis mundi finibus de regione australi, que diu sole sub torrida* cf. Es. 33, 4. *zona tosta latuerat, que postea, versus partes boreales occupatis violenter regionibus, diu manens ut brucus multiplicatur, gens barbare nacionis et vite, quo nescimus a loco vel origine, Tartari nuncupata, non absque previso Dei iudicio ad sui populi correpcionem et correccionem, non utinam ad tocius christianitatis dispendium! ad hec novissima tempora reservatur. Secuta est igitur publica clades, communis regnorum desolacio et terre fertilis exterminium, quam gens impia peragravit, ut sexui, etati vel dignitati non parcat et reliquum genus humanum delere confidat, dum ubique terrarum per immensam et incomparabilem eorum potenciam et numerum sola dominari satagat et regnare. Datis igitur in necem et predam cunctis que poterant oculi eorum conspexisse, ac universali depopulacione post terga dimissa, dum ad populosam Cumanorum coloniam pervenissent*[2] *dicti Tartari, immo Tartarei*[3], *quibus vite prodigis arcus arma magis sunt familiaria cum lanceis missilibus et sagittis, quarum usus apud eos est continuus — et forcius aliis exerta habent brachia —, ipsos penitus dissipatos devicerunt; et quos fuga non eruit, cruentatus eorum gladius interemit. Quorum vicinitas Ruthenos, ab eis non multum distantes, vix cautos efficit et munitos, ut ignote gentis insoliti ab eorum incursibus sibi, prout ignis exterrebat, intenderent precavere, saltem sibi consulentes. Advolant nempe subito ad predam et exterminium. Ad repentinos igitur impetus et illius barbarice gentis aggressus, que velut ira Dei et fulgur se raptim iaculatur, expugnata et capta eiusdem regni Cleva*[4] *civitatum maxima, totum illud nobile regnum, cesis suis habitatoribus*[b], *in desolacionem cecidit devastatum. Quod cum contermino regno Hungarorum cessisse*[c] *debuit ad cautelam, robur et munimen, sprevit neglegenter. Quorum rex*[5] *deses et nimis securus, per Tartarorum nuncios et literas requisitus, ut, si suam vitam cuperet et suorum, per suam et regni sui dedicionem*[6] *eorum gratiam festinus preveniret, nec sic perteritus*[d] *aut edoctus, suis vel aliis prestitit documentum, ut et*[e] *ipse et sui se maturius ad eorum protecti premunirentur*[f] *incursus. Sed hostium contemptores elati vel nescii, dum inimico vicinante segnes dormitarent, loci*[7] *nativo munimine confidentes, ipsi more turbinis intrantes, eos undique circumdabant repentini. At Hungari ante expectatum circumdati et oppressi, velut imparati ipsis obicere castra contenderunt; et [cum*[g]*] distarent quinque tantum miliaribus hinc excercitus Tartarorum, inde Hungarorum, irruerunt*[8] *raptim in aurore crepusculo Tartarorum preambuli, et subito castris Hungarorum circumdatis, interfectis primo prelatis, et maioribus de regno qui se obiecerant cesis, infinitam Hungarorum multitudinem gens inimica trucidavit, stragem faciens inauditam, cui ex antiquissimi lapsu temporis in uno belli conflictu vix recolitur fuisse consimilis. Effugatur igitur rex, vix elapsus, equo raptus velocissimo. Qui raro satellite*[h] *stipatus associato, ad fraternam Hyllici*[i, 9] *regni sortem, ut saltem ibidem protegeretur, fugitivus avolavit. Victores*

1242. *salutaribus exhortamur. Noveritis etiam, quod iam 5 conventus Predicatorum et due custodie de fratribus nostris sunt penitus destructe, habentes plus spacii terre in aquilone quam Tuscia et Lumbardia; inimici debacantur, tribus custodibus superstitibus, una tamen custodia, immo fere duabus, evasis. De tercia vero, que Boemia dicitur, egressus est rex*[10] *in occursum cum innumera multitudine excercitus; sed in Deo victoria est. Datum Pyng.*[k, 11], *anno Domini 1242*[12], Apr. 10. *4. Idus Aprilis.*

a) predicacac. 1. b) habitoribus 1. c) cecisse *codd., corr.* decisse 1. d) *sic* 1. e) *deest* 2. f) *sic codd.* g) *suppl. edd.* h) satill. 1. i) Hyllirici *Huill. Luard.* k) Pynğ *c.*

1) Ficker nr. 3216; cf. Palacky, 'Mongolen-Einfall', in 'Abh. d. Böhm. Ges. der Wiss.' V, 2 (1842), p. 377. 2) A. 1237. 3) Antea Ludovicus IX. Tartarorum nomen ex tartarea origine primus explicasse (ex narratione nostri ed. Luard IV, p. 111) dicebatur; id quod ex ista epistola aliisque argumentis recte refutavit Wolff p. 27. *Tattari* melius supra p. 208. et infra a. 1243. vocantur. 4) Kiew, a. 1240. Dec. 6; cf. Wolff p. 152. 5) Bela IV. 6) V. epistolam Ivonis Narbonensis infra a. 1243. 7) Carpatum montium. 8) Ad fl. Sajó, a. 1241. Apr. 27. 9) Illyrici? Bela paullo post ad Vigiliam (Veglia) insulam prope Fiume recessit. Sed potius Galiciae regnum (Colomanni, fratris Belae) dici, censet Luard VI, p. 609. 10) Wenceslaus III. 11) Prag; v. supra p. 209. 12) 1241. emendandum censet Palacky.

*igitur castris et spoliis victorum insederunt exultantes. Iam iamque maiorem et nobiliorem* 1241. *Hungarie partem ultra Danubium fluvium et incolas eius ferro et flamma feraliter vastantes, cetera confundere minantur procaciter, prout per venerabilem Vatiensem*[1] *episcopum, dicti Hungarie regis legatum, ad nostram curiam, postea ad Romanam didicimus destinatum. Hic per nos primo transitum faciens, hiis testimonium perhibuit que vidit, et testimonium eius nimis* cf. Ioh. 21, 24. *verum est. Necnon et hec per literas*[2] *dilecti filii nostri Conradi, in regem Romanorum electi, semper augusti et regni Ierosolimitani heredis, regisque Boemie, Austrie et Bavarie*[3] *ducum, ipsis quoque nunciorum verbis, qui de vicinitate hostium experimento sunt edocti, plenius certificamur; nec hec sine magna animi perturbacione potuimus didicisse. Sane, sicut innotuit et preambula fama gestorum proclamat, indeterminatus excercitus eorum in tres partes infelices, ex indultu Domini dampnandus*[a], *consultu divisus processit. Nam una ad Pructenos*[4] *transmissa et ingrediente Poloniam, princeps*[5] *et dux terre illius ab eorum insequenti exterminio ceciderunt*[b, 6], *et dein tota fuit per eos illa regio devastata. Secunda Boemie fines ingressa est et aggressa substitit, rege illius terre cum suis conatibus*[c] *viriliter occurrente*[d]. *Tercia percurrit Hungariam, Austrie finibus vicinandam*[e]. *Unde timor ac tremor a furore nactus irruentium singulos excitant et invitant; ad ipsorum obstaculum urget neccessitas, que incumbit periculo cominus iminente*[f], *generale principum orbis terre, precipue christianitatis, auxilium festinanter provocat et succursum. Hec enim gens est feralis et exlex, humanitatis ignara. Sequitur tamen et dominum habet, quem obedienter colit et veneratur et nuncupat deum terre. Homines parve ac brevis stature sunt quantum ad longitudinem, sed solidi, lati et propaginitati*[g, 6], *rigidi ac fortes et animosi, ad nutum sui ducis ad quelibet ambigua proruentes; vultus amplos, aspectus torvos, clamores horribiles habent, cordibus consonantes; cruda gestant coria bovina, asinina vel equina, insutis*[7] *laminis ferreis pro armis muniuntur, quibus hactenus usi sunt. Sed, quod non sine suspiriis dicere possumus, iamiam de victorum spoliis christianorum armis decencioribus elegantius muniuntur, ut propriis armis, irato Deo, turpius et anxius trucidemur. Insuper equis melioribus instaurantur, epulis laucioribus reficiuntur, vestibus pulchrioribus adornantur. Ipsi autem Tartari, sagittarii incomparabiles, utres*[8] *ferunt artificialiter factos, quibus flumina transmeant indempnes rapacissima*[h] *et paludes. Deficiente vero cibo, corticibus arborum et foliis et herbarum radicibus dicuntur esse contenti equi eorum, quos adducunt, quos tamen velocissimos inveniunt et fortissimos in articulo necessitatis. Nos autem, horum omnium quodammodo providi et presagi, frequenter per literas et nuncios regalem excellentiam vestram necnon et aliorum principum christianorum meminimus requisisse, sollicitantes attencius et monentes, ut vigeret inter eos qui tribunalibus presunt potestatibus unanimitas dileccionis et pacis, et sedatis dissensionibus, que rei publice Christi sepius inferunt nocumenta, concorditer ad eorum obstacula, qui nuper emerserunt, alacrius consurgentes*[i], *cum previsa iacula minus soleant sauciare, et ut nec communes hostes ad viarum suarum preparaciones gauderent tanta inter principes christianos discidia*[k] *pullulare. Ha Deus! quantum et quociens nos humiliare voluimus, omnem benivolentiam exponentes, ut Romanus pontifex ab effuso per orbem contra nos dissensionis scandalo destitisset et ab inconsulte voluntatis impetu motus suos temperancius revocasset, ut ad sedandum nostros iure subditos*[9] *prevaleremus et quiecius regeremus, nec eos, quorum adhuc per eum non minima pars fovetur, protegeret recalcitrantes; ut, sedatis rebus rebellibusque reformatis, adversus quos multarum copiam opum effudimus et virium conatus exhausimus, potencia nostra maior consurgeret et insurgeret in communiter adversantes! Sed cum voluntas ei pro iure fuerit, lingue lubricum discursum non regenti, et a multiplici genere discidii, quod attemptavit*[l], *dedignatus est abstinere; per legatos et nuncios suos crucem, quam adversus tyrannidem Tartarorum vel Sarracenorum*

a) *sic codd.*; damnandis consiliis *corr. Huillard V, p.* 1150. *Lu.* b) *sic codd.*; cecidit *corr. Lu.* c) comitibus *emend. velint Palacky et Wolff p.* 204. d) *Palacky hanc sententiam ex Formulario cod. Vindobon.* 409. *citat, qui tamen hanc lectionem reicit:* Sec. B f. aggr. subst., r. i. seu suis nobilibus per hostes barbaros succumbente. e) vicinando *forte legendum.* f) *sic* 1. g) propaginati *edd.* h) rapacisima 1. i) consurgerent *forte legendum.* k) *sic* 2; dixidia[10] 1. l) attept. 1.

1) Stephanum II. de Waitzen. 2) Quae iam non exstant; sed cf. Ficker nr. 4437 sq. 3) Ottonis. 4) *Ruthenos* emendant Palacky, Wolff p. 208, Voigt, Ewald, 'Eroberung Preussens' II, p. 65. 5) Forsitan Boleslaus de Moravia (cf. Grünhagen p. 214), ni potius, si l. sq. *cecidit* corrigendum sit, solus Henricus II. de Silesia (sicut supra p. 208, l. 30. *principalis dux Poloniae*) dicatur. 6) Wolff p. 131: *'ausdauernd'* vel potius *'zahlreich fortgepflanzt'*. 7) *'hineingenäht'*; cf. Ivon. Narbon.: *De coriis arma coaptarunt.* 8) Similia ab aliis coaevis narrantur; cf. Wolff p. 334. 9) Lombardos dicit. 10) Angli veteres metathesi usi pro *sc* ponebant *cs* sive *x*, velut *fixas* pro *fiscas*, i. e. pisces.

1241. *Terram Sanctam invadentium et occupantium exercuisse debuit et decebat, iussit contra me, brachium et ecclesie advocatum, publicari, rebellibus*[a] *nostris graviter*[b] *contra honorem nostrum et famam exultando conspirantibus. Et cum maxima nobis imineat*[c] *nos a domesticis et familiaribus hostibus expedire, qualiter et barbaros repellemus? Quippe per exploratores suos, quos undique premiserunt, ipsi, licet sine lege divina directi, tamen in marciis ingeniis disciplinati, publicam discordiam et immunita terrarum infirmiora congnoverunt; corrosionemque regum et rengnorum conflictum audientes, instantius animantur et consurgunt. O quantum viribus addit exultans animacio! Ad utrunque*[d] *igitur, Deo providente, conversi, vires et industriam adhibebimus, ut domesticum et barbaricum ecclesie scandalum hinc et inde propulsemus. Dilecto autem filio nostro Conrado ac ceteris imperii nostri principibus*[1] *expresse*[e] *transmisimus, ut ad reprimendum ingressus et impetus hostium barbarorum potenter occurrant. Serenitatem etiam vestram pro communi neccessitate per auctorem fidei nostre christiane, dominum nostrum Iesum Christum precordialiter adiuramus, quatinus vobis et regno vestro, quem*[f] *Deus*[g] *in statu prosperitatis conservet, instantissima sollicitudine et provida deliberacione precaventes, maturata militum strenuorum et aliorum armatorum et armorum subsidia non segniter preparetis; hoc in aspersione sanguinis Christi et affinitatis federe, quo connectimur, postulamus. Sicque ad liberacionem christianitatis accingantur nobiscum viriliter ac provide dimicaturi, ut*[h] *hostes Germanie terminos iam ingredi proponentes velut christianorum ianuam, viribus aggregatis victoria ad laudem Domini excercituum valeat optineri. Nec placeat vobis ista sub dissimulacione pertransire vel dilacione suspendere! Nam si, quod absit, Germanie fines invadant nec inveniant obstaculorum repagula, pro foribus*
cf. Matth. 24,12. *expectent ceteri venientis subito fulgura tempestatis, quam, diversis mundo contagiis inquinato, refrigescente caritate multorum, per quos fides predicari et constare deberet, et pernicioso eorum exemplo mundum usuris*[2] *et variis symonie et ambicionis generibus maculante, divino iudicio credimus emersisse. Provideat igitur excellencia vestra, et dum communes inimici in vicinis regionibus debacantur, ad resistendum eis maturatis auxiliis vobis consulatis; quoniam de terris eorum hac se moverunt intencione, vite pericula non curantes, ut totum sibi, quod avertat Dominus! subiciant Occidentem fidemque et nomen Christi pervertant et evertant. Et pro inopinata victoria, quam, Deo permittente, sunt hactenus consecuti, ad tam vehementem insaniam devenerunt, ut iam regna mundi sibi reputent adquisita, et ut reges et principes ad vilia eorum officia subiectos edoment suppeditatos et inclinent. Speramus autem in domino Iesu Christo, quo duce, quo previo, hactenus ab inimicis nostris liberati triumphavimus, ut et hii qui de Tartareis sedibus proruperunt, fastu deposito, expertis Occidentis viribus, quas sibi sencient adversantes, ad sua tartara Tartari*[3] *detrudentur. Nec gloriabuntur tot impune peragrasse provincias, tot populos devicisse, tot facinora perpetrasse, cum ad victrices aquilas*[4] *prepotentis imperialis Europe sors incauta, immo Sathan, ipsos traxerit morituros, ubi ultro furens ac fervens ad arma Germania, strenue milicie genitrix et alumpna Francia, bellicosa et audax Hispania, virtuosa viris et classe munita fertilis Anglia, impetuosis bellatoribus referta Alemannia, navalis Dacia, indomita Ytalia, pacis ignara Burgundia, inquieta Apulia, cum maris Greci, Adriaci et Tyreni*[i] *insulis piraticis et invictis Creta, Cypro, Sicilia*[5], *cum occeano conterminis insulis et regionibus cruenta Hybernia, cum agili Wallia palustris Scocia, glacialis Norwegia et quecunque iacet nobilis et famosa sub occiduo cardine regio suam electam militiam, previo vivifice crucis vexillo, quod non tantum homines rebelles, immo demones adversantes reformidant, alacriter destinabunt. Datum in recessu post dedicionem et depopulacionem*[6] *Favencie, 3. die Iulii.*

Publicatur hec epistola missa pluribus principibus[7]. Sub harum tenore literarum scripsit dominus imperator, mutatis tantum titulis et verborum raro sermone, rei publice sedulus procurator. Verumtamen regem Francorum sic scribens commovit vehementius, ait enim: *Admiramur*[8] *super Francorum prudencia, quod non subtilius ceteris*

a) rebellibus — honorem *in loco raso* 1. b) *minio del.* 1; *deest* 2. c) cura *suppl. edd.; sed forte* maxime *potius corr.* d) *sic* 1. e) mandata *suppl. videtur.* f) quod *corr. videtur.* g) Dominus 2. h) *ni forte nomin. absol., contra cum edd. vel potius* supra *suppl. videtur.* i) Tir. 2.

1) Litterae non exstant. 2) Similiter de Gregorio IX. loquentem fecit Matheus insanum illum supra p. 193. 3) Cf. supra p. 210, n. 3. 4) Hinc litterae a Friderico I. Saladino (SS. XXVII, p. 111; cf. supra p. 113) missae exscribuntur. 5) Finem epistolae imperatoris cancellarius vix ita composuerit. 6) Cum depopulatio Faventiae facta non sit, Ficker dubitat, num haec linea *Datum — Iulii* ita ab imperatore scripta sit. 7) Alibi non exstat. 8) Ficker nr. 3217.

*papales astucias consideratis vel non attenditis cupiditates. Proponit enim ipsius ambicio insaciabilis omnia fidelium rengna suo subicere dominatui, ab Anglorum conculcata corona sumens exemplariter consequentiam, et ut culmen imperii suis inclinet nutibus, ausa est presumptuoso conatu et ausu temerario protervius inhiare.* 1241.

Oritur mala super hiis suspicio. Huius igitur eventus famosa novitas totam Europe[a] celerius implevit latitudinem, immo etiam Sarracenorum climata pervolavit. Orta est igitur discordia sentencialis inter multos, diversis diversa super hiis sencientibus. Fuerunt namque qui dicerent, imperatorem[1] hanc Tartarorum pestem sponte fuisse machinatum et per hanc elegantem epistolam scelus tam nepharium nequiter palliasse et ad tocius mundi monarchiam in fidei christiane subversionem ad instar Luciferi vel Antichristi hiatu protervo conspirare. Redarguitur enim epistola quasi continens falsitatem. Dicitur enim in ea, gentem ipsam ignotam Tartarorum ab australibus mundi, que sub torrida zona sunt, partibus erupisse, quod evidenter apparet ficticium. Non enim audivimus[2], eos australes vel etiam orientales partes peragrasse. Occulta insuper eorum consilia et investigabiles ipsorum Tartarorum vias et conspiraciones quam plures plenas esse imperialibus consiliis suspicantur; suum nempe celant ydioma, armaturas variant; et si quis eorum capiatur, nulla ratione potest noticia eorum vel propositum a capto, licet exquisitis tormentis affligatur, extorqueri. Et cum sint in tocius mundi capacitate septem climata, videlicet Indorum, Ethiopum vel Maurorum, Egipciorum, Ierosolimitanorum, Gregorum[b], Romanorum et Francorum, nec sint tam remoti in terra[c] nostra tota habitabili, quos mercatores navigando non rimentur — unde poeta Oracius[d]:

*Impiger extremos curris mercator ad Indos —,* Epist. I,1,45.

ubi tot et tales hactenus latuerunt? Ut quid tam fraudulenta inter eos et tam occulta coniuracio? Sunt igitur, ut inquiunt, Hircani[e] et Sicii, humanam cedem avide sicientes, montes et salebras boreales inhabitantes, qui feralem vitam ducentes, deos colunt montium et previsa in die[3]; qui etiam cum Cumanis sibi conterminis et iam confederatis, machinante imperatore, regem Hungarie cum quibusdam aliis magnatibus expugnarunt, ut[4] fatigatus rex ad alas imperatoris avolaret, homagium ei pro succursu impendendo facturus. Unde, cum hec fierent, ipsi hostes sunt regressi. Sed absit, ut in uno corpore mortali tanta sceleris immanitas latitaret!

Admonicio pape, ut legati et prelati ad concilium, spreto imperatoris consilio, conveniant. Dierum ipsorum curriculo infausto casu dominus Prenestinus nomine[f] Iacobus, quandoque legatus in Francia, et dominus Otto cardinalis in Carcere Tulliano diaconus, aliquando legatus in Dacia et postea in Anglia, et Gregorius de Romagna, tunc ad Ianuenses legatus missus, ut sibi omnes obedientes ab omnibus peccatis suis absolveret, apud Ianuam commorabantur, de classe sibi providentes. Erant autem cum ipsis archiepiscopi, episcopi, abbates quam plurimi; qui cum timerent minas imperatoris, si transfretarent, frequenter epistolas[5] et nuncios a domino papa receperunt consolatorias et admonitorias, ut non omitterent navigando ad concilium properare, imo pocius, spretis secularibus comminacionibus, patri spirituali promcius obedirent. Facta autem fuit conventio inter eos et Ianuenses, mediante non minima pecunia, ut ipsi Ianuenses omnes tam legatos quam prelatos cum sua sequela indempnes et illesos, etiam invito imperatore, ad Romanam curiam salvo perducerent. Et dum super hiis tractatum haberent diligentem et prolixum, fluctuantibus aliquibus, quid tucius, quid consulcius foret agendum, significavit dominus papa, quod in brachio seculari auxilium tam efficax, tam validum obviam per mare ad ipsorum ducatum et proteccionem ipsis exeuntibus de portu indubitanter in navali expedicione transmitteret[6], quod nullo modo valerent resistere manus adversantium, nec etiam ipse imperator, quem Dominus Sathane dederat in perdicionem, utpote anathemate multipliciter innodatum. Quo mandato nimis eos paterna consolacio animavit, immo adeo, ut cuiuslibet periculi discrimen vel mortem amplecterentur.

a) *post corr.* Europam *codd.* b) *sic* 1; *corr. ex* Grecorum 2. c) *deest* 1, *ubi* in tota nostra h. d) *inter lineas* 1. e) H. et S. *in loco raso* 1. f) nomine — Francia *in marg.* 1.

1) Cf. Albert. Bohem. ed. Höfler p. 28. Similia infra a. 1247. habentur. Econtra a. 1248. papa cum Tartaris conspirasse dicitur. 2) Nimis audacter monachus noster, prorsus rerum Orientalium ignarus, imperatoris scriptum carpit. 3) Cf. Gerv. Tilleb., SS. XXVII, p. 371: *Cumani adorantes quidquid illis primo mane occurrit.* 4) Hi inepti rumores iterum infra a. 1244. referuntur. 5) Cf. Potthast nr. 10944 sqq. 6) Cf. ib. nr. 10998.

1241. **Quomodo imperator omnibus modis procuravit, ut prelati non navigarent, si irrefragabiliter[a] ad concilium venire vellent, quod tamen** Impertinens usque huc s. **ipsi contempserunt.** Cum autem hec predicta imperatori innotuissent, intellexit evidenter, quod dominus papa ad deieccionem ipsius sicienter hanelabat et ad hoc tam districte prelatos convocabat[b], in nullo voluntati eius contradicturos; cepit formidare sibi vehementer et desiderabat, ut per ipsum[1] itinerantes per terram venirent, ut plenius de iure, de quo confidebat, instruerentur, ne falsis suggestionibus circumvenirentur[c] nec aliquo modo sine tali certificacione ad Romanam curiam subito navigando transmearent. Missis igitur legatis solempnibus ad ipsos iam navigare preparatos, singnificavit eis modeste et humiliter, ut pacifice et omni securitate per omnes terras sue dicioni subiectas, dummodo non per mare vel maritima, transmigrarent, scirentque certissime, quod nullus suorum ipsos offenderet itinerantes. Et si non forte non[d] crederent imperialibus promissis, providerent sibi formam securitatis; et se eandem formam secuturum per omnia secundum eorum disposicionem indubitanter promittebat. Immo etiam causam suam, postquam ipsis viva voce penitus explicasset et per omnia ipsos ad unguem instruxisset[e], fideliter ac fiducialiter committeret toti concilio iudicialiter examinandam et sententialiter determinandam, discretumque examen tot et tantorum patrum sanctorum se spopondit subiturum. Et sic ipsos fore procuratores, advocatos et iudices, omni qua potuit instantia postulavit, persuadendo, imperando, supplicando, secundum illud poeticum:

Ovid. Met. IV,471. *Imperium, promissa, preces confudit[f] in unum.*

Conquestus est insuper graviter de impetu papalis persecucionis indefesse, ita ut audientes fere ad lacrimas provocavit et commovit, asserens, quod dominus papa ipsum nec convictum nec confessum pro iniquissimo heretico et fidei christiane valido ac manifesto impugnatore fecit haberi et multis regionibus horribiliter excommunicari, et quam graviter scivit ac potuit scandalizavit nomenque et famam, quo nihil est dampnosius, ipsius irrestaurabiliter denigravit et ad deieccionem ipsius totis nisibus hanelavit[g]. *Et[2] nuper, cum complacuerat et convenerat mee parti ac sue communiter concilium convocari[h], in quo presto parabamur causas hinc inde propalare, iudicium commune subituri, ipse papa perperam formam convocationis prelocute alteravit, publicos inimicos imperii ac laicas et seculares personas convocando, pocius ad prelia quam pacem preparatos, secundum tenorem epistole regi Anglie[3] et aliis principibus[4] transmisse, in qua reciacula abscondita et muscipulas papalis astucie cercius detunicavi[5]. In qua etiam epistola premunivi eosdem, ne prelatos suos per meam sinerent dicionem transmeare, sicut se suaque diligebant.* Addiditque imperator, sicut alias et in dicta epistola mandaverat, quod periculosum foret et rationi dissonum penitus, domino pape, manifesto adversario, et suis consentaneis, qui pocius videntur conspiratores in subversionem sacri imperii quam iudices equitatis, assessoribus causam principalem et eius circumstancias ignorantibus, tam arduam causam inequali foro committere.

**Cause, quare dominus imperator non poterat ad prelatos in propria persona venire et cum eis colloqui.** Summopere igitur desideravit imperator, ut per eum in pace venirent prelati, de causa sua plenius instruendi, ut de omnibus occultis circumstanciis eos certificaret. Ipse enim nullo modo ad ipsos prelatos personaliter poterat accedere, tum pro carencia thesauri, quem effuderat in diuturna obsidione Favencie, et aliis variis negociis, quorum maximum de excercitu filii sui contra Tartaros, et aliis, que opportuit[i] caucius continuare, tum propter Ianuenses sibi rebelles, quibus noluit nisi in forti manu appropinquare.

**Quomodo legati nullo modo voluerunt a proposito suo resilire, quin navigando ad concilium convenirent.** Prelati vero, legatorum animati promissionibus et papalibus crebro missis epistolis consolatoriis, in quibus se promisit per mare obviam mittere iuvamen festinum et efficax, noluerunt quomodolibet a proposito suo resilire. Dicebant etenim: 'Non est fides adhibenda cavillatoriis dictis excommunicati'. Con-

a) irrefrabiliter 1. b) ad convoc. *codd.*; advoc. *edd.* c) circumvenrentur 1. d) *sic codd.* e) instruxissent *codd.* f) confundit *Ovid.* g) appellavit 2. h) conferri 2. i) *sic* 1.

1) Anglica ratione dicendi usus Matheus pro regione ponit personam cui ea subest; cf. infra l. 40: *per eum.* 2) *Et — diligebant* ex Friderici II. epistola perdita excerpta videntur; eadem enim vel similia imperator scripsit a. 1240, fere Oct. in. regi Franciae et a. 1241, Febr. 27. Praedicatorum capitulo, Ficker nr. 3144. 3185. 3) Supra p. 197—199. 4) Velut regi Franciae et duci Saxoniae. 5) Verbo *detunicare* utitur noster infra suo sermone.

temptis igitur imperatoris consiliis et peticionibus, prelati confidentes in multitudine Ianu- 1241. ensium, qui in navali certamine expediti minas et vires imperiales contempserunt, naves ascenderunt, preambulis Ianuensibus, qui multiplicabant loqui sublimia, asserentes vires cf. 1 Reg 2,3. adversantium nullatenus sibi formidabiles, meticulosos et pusillanimes prelatos et literatos appellantes; et erat superbia eorum maior quam potestas. Galeis igitur dispositis et ordinatis cum navibus, versus orientem in clamore tumultuoso nautarum et clangore buccinarum mare Tirenum sulcaverunt.

Quomodo iam provocatus ad iram imperator precepit, omnes prelatos sine misericordia capi et sibi presentari; quod sic evenit. Quod cum domino imperatori significaretur, doluit se contemptum et sua monita cum precibus aspernari. Misit[1] igitur ad Henricum filium suum, quem de consuetudine appellat naturalem, cui commiserat mare et maritima custodienda cum navali excercitu ad impediendum transitum prelatorum, ut ipsos iam navigantes capere non formidet, vel submergat vel trucidet.

De capcione prelatorum et legatorum. Dictus igitur Henricus, paternis preceptis obediens, misit obviam eisdem Ianuensibus legatos et prelatos confidenter ducentibus viginti galeias novas et solidissimas, manu militari optime communitas in prima fronte, quibus primicerius preerat[a] Stollius[2] piratarum peritissimus. Factoque congressu navali cruentissimo[3,*], Pisani[b], quibus specialiter prefuit Henricus[4] cum iam dicto Stollio[2], qui per modum fulgurantis tempestatis irruit ad certamen, victi sunt Ianuenses, captique prelati cum legatis, et aliqui submersi vel cesi, scilicet[c] archiepiscopus de Besencia[5] et multi alii, quos longum est numerare. Ex abbatibus tamen vix Savianencis[d,6] ope Iohannis de Lexintuna[7], militis strenuissimi et elegantis, fratris sui ac nuncii regis Anglie, evasit[e] liber et illesus. De huiusmodi autem infortunato casu per hanc epistolam, cui communis fama perhibet testimonium evidens, certificamur:

Epistola imperatoris ad regem Anglie missa de capcione Favencie et de capcione prelatorum in mari. Captis igitur et presentatis prelatis et legatis
Epistola imperialis. cum suis Ianuensibus domino imperatori, scripsit idem imperator regi Anglorum necnon et aliis principibus in hec verba:

*Fretherícus[f,8] imperator regi Anglie[f] salutem et sincere dileccionis affectum. Hyllari[g] affeccione recepimus literas[9] et nuncios vestros[f], quos ad nostrum presentiam transmisisti[h], et tam ea que litere continebant quam ea que idem nuncii ex parte vestra ore tenus coram[i] nobis [proponebant[k]] audivimus et intelleximus[l] diligenter. Et ecce ad singula, que misistis prospere[f] per eos, per magistrum Walterum de Ocra, dilectum nostrum[m] notarium ac fidelem, plenarie respondemus, cui ea que vobis ore tenus ex parte celsitudinis nostre dicet indubitanter tanquam persone nostre credatis. Cui[n] etiam plenam concessimus potestatem procedendi in negocio, pro quo nuncii supradicti venerunt, et complendi illud iuxta formam sibi a celsitudine nostra datam. Ad hec — cum nostris congaudeatis successibus, et in nostrorum humilitatem[o] rebellium fiat terror et ceteris cautela subiectis! — iocunda insinuacione[p] vobis describimus, quod, cum civitas Faventie, suis diffisa meritis et propria municione confisa, beneficio temporis hyemalis ausa fuerit nostre rebellionis viribus prestare[q] repagulum[f], veris tamen restituto[r] tempore hac eadem civitate machinarum nostrarum incursione quassata, muris irruentibus, et fosso-*

*) *Ad calcem pag. cod.* 1 *depicti sunt* Pisani *in galeis venientes ex turre* Pisa, *quibus occurrunt* Ianuenses *ex civitate* Ianua; *his superscr.:* Rothomagensis[10], Burdegalensis[11], Rothomagensis[12] et alii archiepiscopi[13] et episcopi; Prenestinus episcopus, Otto cardinalis, Grogorius de Romagna, legati; Cluniacensis[14], Cisterciensis[15], Clerevallensis[16], Pontiniacensis[17] et alii abbates capti.

a) erat 2. b) a Pisanis *ad sententiam construendam corr. videtur.* c) scilicet — numerare *in marg.* 1. d) *sic* 1; *i. e.* Saviniacensis. e) *corr. ex* evisit 1 f) *deest Ry.* g) *sic* 1. h) transmisistis *corr. videtur.* i) c. n. *des. Ry.* k) *sic Ry.; deest codd.* l) et int. *in marg.* 1. m) capellanum not. et fi. nostrum vobis plenarie *Ry.* n) Sibi enim pl. dedimus p. *Ry.* o) humiliatione *Ry.* p) v. i. *Ry.* q) obstare *Ry.* r) restituta *codd.*

1) Litterae Hencio datae non exstant, sed similes Ficker nr. 3145. 3147. 2) Matheus verbum *stolium* (classis; infra p. 216, l. 22) tamquam sit ducis nomen intellexit. LUARD. Admiratus erat *Andriolus filius Ansaldi de Mari;* Barthol. Ian., SS. XVIII, p. 197. 3) Mai. 3. 4) Hunc proelio affuisse, negat Grossmann, 'Enzio' (Diss. Gott. 1883) p. 34. 5) Gaufredus. 6) Stephanus de Lexinton, cui epistola SS. XXVII, p. 440. de hoc proelio data est. 7) Hic Matheo retulit miracula Thomae archidiaconi Northumbriae; cf. supra p. 83, n. 35. 8) Ficker nr. 3205; contuli Rymer I, p. 241, 'ex Rot. Claus. a. 42. Henr. III, m. 14'. Petrus Vin. I, 9. et Herm. Altah., SS. XVII, p. 389, incipiunt infra p. 216, l. 13: *Cum (Dum) ad depop.* 9) Non exstant. 10) Petrus. 11) Geraldus. 12) Fortasse Amanienum Auxitanum dicere voluit. 13) Praeter illos tres nullus archiepiscopus nisi electus Mediolanensis captus est. 14) Hugo. 15) Bonifacius. 16) Willelmus. 17) Iohannes.

1241. *ribus*[a] *nostris penetrantibus per*[b] *meatus subterraneos intima civitatis, ut manualiter inter cives et bellatores nostros bella concurrerent, et oporteret eos*[c] *pro muris*[d] *corpora cominus*[e] *prestare*[e] *gladiis*[f] *exponenda, sumpserunt sanius pro eorum salute consilium, quibus expugnacio*[g] *vicinum excidium minabatur, et ad implorandam nostram misericordiam continuo clamore sepe*[c] *conversi, die dominico,* Apr. 14. 15.[h, 1] *die*[i] *Aprilis, mandatis nostris et beneplacitis se precise manciparunt*[k]*, subicientes in nostram misericordiam civitatem, suas*[c] *pariter et personas, prestitis fidelitatis debite iuramentis et illicitis iuramentis, si qua fecerunt, abiuratis. Ad quorum recepcionem nostri comes imperii semper*[l] *indivisa et iusti arbitra*[m] *moderaminis clementia nos induxit, que victoris animum vicit, ut cum victis misericorditer ageremus; rati gloriosiorem esse victoriam misereri conversis quam in eorum casu ulcisci miserabili*[c]*, pium genus vindicte pensantes ignoscere noxis, dum potuimus*[n] *ferius*[c] *vindicasse. Remissa igitur gratis offensa, licet*[o] *non minima, et reis imperialiter absolutis, civium et civitatis statu sub nostro et imperii iugo, quo nil suavius aut dignius esse probabunt, pro rerum qualitate disposito, dum ad depopulacionem vicine Bononie*[2] *nostrum verteremus propositum et affectum*[p]*, prelatorum turbam cum Prenestino episcopo*[q] *Ottoneque Thoringo*[3] *Sancti Nicholai*[r] *in Carcere Tulliano diacono cardinali, nostris adversaturam processibus ex diversis provinciis congregatam, contigit suo infortunio Ianuam pervenisse*[s]*. Ubi conveniente cum eis Gregorio de Romagna, addito legato legatis, ut insimul ligarentur, et conspiracione cum Ianuensibus rebellibus nostris facta, quidam*[t] *de regno Francorum navalem excercitum copiosum congregantes, piratas*[u] *suos armari fecerunt, cum quibus ad papam Romanum pro maioris causa discidii coniuraverant advenire. Ad quorum impediendum transitum et accessum nostram*[v] *diu ante previsam*[w] *classem convenire fecimus apud Pisas, victoriosum galliarum*[x] *stollium*[4] *preponentes, quem*[y] *cum quibusdam nostris fidelibus, eorum precongnita mocione, in locis*[z] *et portubus, quos*[a] *vel alto mari preterire non poterant, velut obvia et necessario navigabilia transitu*[b]*, ut*[c] *eis transeuntibus potenter occurreret*[d]*, destinavimus*[c]*. Et aggressis*[e] *galeis nostris galeas eorum*[f]*, prepotens Dominus, qui ex alto videt et dimicat*[g]*, equitatem diiudicans, invias vias eorum et excogitatam maliciam insaciabilemque*[h] *cupiditatem meditatus, in viribus et potencia nostra, quam effugere terra vel [mari*[i]*] non poterant, Domino favente*[k]*, legatos ligatos*[e] *simul tradidit et prelatos. Et tribus galeis eorum submersis, ac omnibus que vehebantur in ipsis cum*[l] *viris, qui ad duo milia estimati sunt, sine spe recuperacionis amissis, viginti et due galee, non sine magna navigantium cede, cum personis et rebus, divina*[m] *sic volente providentia, victe sunt a galeis nostris et triumphaliter capte. In quibus tres*[n] *dicti legati cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus et multis aliis*[o] *prelatis, nunciis quoque*[p] *prelatorum et procuratoribus, qui ultra centum estimantur, cum*[c] *ambaxacionibus civitatum rebellium Lumbardie, qui ad prefixum ire concilium properabant, quatuor milibus Ianuensium, exceptis specialibus et electis personis de Ianua que galeis preerant et comitatui prelatorum pro ducendis et reducendis eisdem Ianuam, sicut inter eos fuerat infortunate conventum, ad manus nostras ligati*[q] *pervenerunt, [ut*[r] *de] Prenestino illo, qui summum contra nos sepius*[s] *incitaverat odium*[t]*, divinum* cf. Matth. 7, 15. *non defuisse iudicium arbitremur, qui*[u] *sub latentis lupi*[v] *specie, in ovina pelle et agni clamide*[5] *Deum inclusum gerere non confidat*[w] *et sciat, quia*[x] *Deus nobiscum est, sedens super thronum* cf. Ps 81, 1. *et diiudicans equitatem, qui non solum per sacerdocium, sed per regnum et sacerdotium mundi machinam statuit gubernandam. Nos igitur, suum nobis celitus Domino reserante consilium et in plana tot aspera convertente, sudores bellicos et estivos pulveres non vitantes, nostrum*

a) fossis n. subterraneis pen. *Ry.* b) per m. *des. Ry.* c) *deest Ry.* d) minis *codd.* e) praeparare *Ry.* f) gl. exp. *des Ry.* g) proxima *add. Ry.* h) decimo quarto *Ry.* i) mensis *Ry.* k) dederunt *Ry.* l) s. i. *des. Ry.* m) m. a. *Ry.* n) potuerimus *Ry.* o) l. n. min. *des. Ry.* p) effectum *Ry.* q) magistro Oltone de Torengo (Tur. *Herm.*) *Ry. et Herm.* r) Marci *Ry.* s) praeven. *Ry.* t) quidam — congregantes *des. Petr. Vin. et Ry.* u) galearum copiam armari *Petr. Vin. et Ry.* v) nostrarum *Ry.* w) previsarum *Ry., ubi* classem *deest.* x) galeiarum 2; previsam conv. f. a. P. victoriosam cl. gal.; que eorum prec. *Petr.*; stolium galearum quod eorum procognita *Ry.* y) qui *codd.* z) lacis *codd.* a) que latenter *Petr. Vin. et Ry.* b) transituris *Ry.* c) *deest Ry.* d) occurrit *Ry.* e) aggressus *codd.* f) quas *add. codd.* g) iudicat equitatem, viam eorum *Petr.*; diiudicat aequitatem vias *Ry.* h) i. c. *des. Petr. et Ry.* i) *sic Ry.*; t. marique *Petr*; *deest codd.* k) faciente *Petr. et Ry.* l) cum — sunt *des. Petr. et Ry.* m) divina s. v. p. *des. Petr. et Ry., ubi* et. n) predicti tres *Petr. et Ry.* o) p. a. *Ry.* p) et prel. proc. *Petr. et Ry.* q) pervenere (praev. *Ry.*) ligati *Petr. et Ry.* r) *sic Petr. Vin. et Ry.*; *deest codd.* s) ubilibet *Petr.*; ubique *Ry.* t) et *add. Ry.* u) quod *Ry.* v) s. l. 2. w) formidat *Petr.* x) Deum n. esse sicut cum diis eorum *Petr. et Ry., ubi* sedens — equitatem *des.*

1) Dominica erat 14. Apr., ut recte ap. Rymer et Petr. Vin. I, 8. legitur. 2) De hac re cf. Ficker nr. 2202 a. 3) *de Thoenengo* Barthol. Ian. p. 194. 197. 215; *de Todenengo* Alb. Boh. p. 56. 4) Cf. supra p. 215, n. 2. 5) Scil. in albo Cisterciensium habitu.

*felix iter et intencionem omnimodam et conatus ad eum*[a] *dirigamus, qui nobis et ceteris regnantibus exaltacionis et glorie contulit*[b] *incrementum. Et nos predictorum principes successuum nostrorum participes et vos precipue*[c] *fieri gratulamur, quos in omni successure felicitatis eventu ex unanimitate qua unimur*[d] *cupimus esse consortes. Datum*[e] *Faventie* etc.[1] 1241.

Quomodo iussu imperatoris ducti sunt prelati Neapolim incarcerandi. Missa est igitur talis epistola aliis[2] principibus quasi consolatoria; sed non omnes tenorem ipsius acceptabant, cum dicat poeta ethicus[f, 3]:

*Gloria peccati non repetenda sui est.*

Iussu igitur imperiali ducti sunt per mare cursu diuturno per spatium circiter trium ebdomadarum, donec venirent Neapolim in Apulia; et in castro, quod est vicinum civitati et mari circumdatum, tutele certissime mancipantur. Sed non omnes equa dampnabat calamitas carceralis; Penestrini[g] enim miserrima erat condicio. Et omnes iam vel morbus vel letalis invaserat imbecillitas. Cum enim diu navigaverant, sedentes glomeratim vincti et oppressi, ceciderat que super eos estus intolerabilis, muscis circumvolitantibus et more scorpionum pungentibus, fame et siti cruciati et ad arbitrium nequissimorum nautarum, immo hostilium piratarum, lacessiti et obiurgati, longum martirium protraxerunt, quod pro obediencia subierunt. Videbatur igitur carcer requies, licet requie caruisset. Tabuerunt ergo, precipue delicaciores, et variis infirmitatibus languerunt. Unde quidam religiosi et multi alii animas afflictas exalantes, ex miseria huius mundi ad Dominum, non sine palma martirii, migraverunt. Et[h] cito post[i, 4] dominus Prenestinus[g], obediens domino pape usque ad mortem, a nequam seculo transivit ad requiem. cf. Phil. 2,8.

Nota[k] prelatorum miseriam. Secundum assercionem fratris Thome[l] capellani Reineri de Biterbio[5], qui fuit unus de incarceratis, fuerunt intrusi et inclusi plus quam 60 prelati, scilicet legati, cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, in una domo non ampla apud Neapolim, qui omnes ut porci vestiti glomeratim iacuerunt, donec divisi alibi incarcerabantur.

Prophecia Sibille[6] magne super hoc sic prophetavit. *Mare sanguine sanctorum rutilabit. Ducentur captivi; rapientur monilia sponse agni,* id est ecclesie, *apud Paripolomen,* id est Neapolim. *Agnus in vellere, lupus,* id est Frethericus[m], *in opere nidum philosoforum, florem Emilie,* id est Favenciam, *deflorabit. Hic nutritus lacte sponse agni,* id est ecclesie, qui[n] ipsum Frethericum[m] primo exaltavit, *ipsam conculcabit et spernet.*

Quomodo, captis et incarceratis legatis et prelatis et qui cum ipsis fuerunt, Henricus[7], filius imperatoris, ad Conradum mittitur in adiutorium contra Tartaros et Cumanos. Completo igitur voto domini imperatoris, Domino permittente, misit idem imperator Henricum, filium suum, qui de prelatis et eorum ducibus, ut dictum, triumpharat, ad fratrem Conradum, qui cum innumerabili excercitu ex diversis finibus imperii collecto Tartarorum et Cumanorum[o] repellere magnifice parabatur, ut alter alterius fratris solacio mutuo roboraretur et milite copiosiore stiparetur. Duxit autem secum quatuor milia equitantium iussu patris et peditum manum non minimam, qui cum aliis adiuncti fuissent quibus venerant in subsidium, incomparabilem excercitum conflaverunt. Quo comperto, hostium siluit iactancia[p], et arrogantia tepuit refrenata. Facta namque quadam congressione cruentissima[8] iuxta ripam fluvii Delpheos[9], non multum a Danubio distantis, multis utrobique cadentibus, tandem Deo propitio repulsus est hostilis excercitus, licet nullo numero posset comprehendi. Sed antequam retrocessit, quoddam, quod de Iudeorum[10] fraude processit existimantium ipsos hostes esse de Iudeis in-

a) ea (semper *add. Petr.*) d. que *Petr. et Ry.* b) afferant incr., ut vos pred. n. s. part. fieri gaudeamus *Petr. et Ry.* c) f. p. 2. d) ducimur cup. habere *Ry.* e) Date 1; Data *Ry.* f) *sic codd.*; ethnicus *legendum.* g) *sic* 1. h) Et — requiem *in marg.* 1. i) postea 2. k) *duo capita* Nota — spernet *ad calcem pag. (manu Math.* 1) *codd.* l) Th. 1. m) F. 1. n) *sic codd.* o) impetum *suppl. edd.* p) iactantancia 1.

1) Mai. 18. 2) Complures epistolae exstant; cf. Ficker nr. 3205 sq. 3) Ovid. A. Am. II, 390: *Gloria peccati nulla petenda sui.* 4) A. 1244, Iun. 26. 5) Diac. card. S. Mariae in Cosmedin. 6) Cf. SS. XXVI, p. 515; haec tempore quo Matheus opus incepit (supra p. 107) nondum efficta erant. 7) Haec prorsus sunt falsa. Res ab Hencio a. 1241 sq. in Italia gestas exponit Grossmann p. 35. 8) In narratione quamvis confusa verum quasi nucleum latere, cum tunc clades Tartarorum fortasse facta sit, contendit Wolff l. l. p. 260. 9) March intelligit Hormayr, 'Hohenschwangau' II, p. 64. Sed forte potius idem qui in epistola, quam supra p. 207, n. 7. laudavi, *Deinphir* vocatur, ubi certe Dniepr dicitur. 10) Econtra cf. supra p. 207, l. 12.

1241. clusis in montibus Caspiorum[1] et venientium in eorum subsidium et christianorum subversionem, scelus immanissimum huic operi duxi breviter inserendum.

De quodam immani scelere Iudeorum. Labentibus autem illorum dierum curriculis, multi Iudeorum de partibus transmarinis, precipue autem de imperio, credentes, quod plebs Tartarorum et Cumanorum essent de genere eorum quos Dominus in montibus Caspiis precibus Magni Alexandri quondam inclusit, convenerunt in loco secretissimo ex communi condicto. Quos qui sapientissimus eorum et potentissimus videbatur sic allo-
cf Es 5, 7. quitur, dicens: 'Fratres, qui estis semen Abrahe preclari, vinea domini Sabaoth, Deus noster Adonay nos diu sub potestate christianorum permisit affligi. Sed nunc venit tempus quo liberamur, ut ipsos[a] vice versa Dei iudicio et ipso sopprimamus, ut salvi fiant reliquie Israel. Exierunt namque fratres nostri, tribus scilicet Israel quondam incluse, ut subdant sibi et nobis mundum universum. Et quanto precessit durior et diuturnior tribulacio, tanto maior nobis gloria subsequetur. Occurramus ergo eis in muneribus preciosis, ipsos cum summo honore suscipientes! Vino, armis indigent et frumento'. Quod verbum cum omnes gratanter accepissent, ut secrecius fraudem suam occultarent, gladios et cultellos atque loricas quascunque poterant venales invenire emerunt et in doliis[2] ordinate reposuerunt. Dixeruntque palam principibus christianis, quorum potestati subiacebant, quod illi quos vulgus Tartaros dicebat Iudei erant nec bibebant vinum nisi a Iudeis vindemiatum: 'Et hoc nobis significaverunt, magna instantia quasi a fratribus suis sibi dari talia vina, a nobis scilicet vindemiata, postulantes. Nos autem ipsos inhumanos et hostes publicos auferre de medio cupientes et vos christianos ab iminenti eorum tyrannica depopulacione liberare, paravimus circiter triginta dolia vino letaliter intoxiaco[b] referta, ipsis quantocius deferenda'. Toleraverunt igitur christiani, ut ipsi Iudei tale xenium[c] scelerati sceleratis optulissent. Sed cum in remotas partes Alemannie pervenissent et cum doliis suis quendam pontem transire pararentur, dominus pontis, ut moris erat, paagium pro transitu sibi reddi postulavit. Ipsi autem frontose respondentes et postulata reddere renuentes, dixerunt, quod pro utilitate imperii, immo tocius christianitatis, hiis negociis sollicitarentur, directi ad Tartaros, ipsos vino suo caucius pocionaturi. Custos vero pontis suspectam habens Iudeorum assercionem, unum doliorum terebrando perforavit, nec inde ullus liquor eliquatus distillavit. Inde cercior de fraude effectus, circulis eiectis, illud dolium confregit, et apparuit armis diversis re-
Proditio[d] comperta. fertum. Exclamans igitur ait: 'O prodicio inaudita! Ut quid tales inter nos patimur conversari?' Et statim ipse et alii, quos stupor convocavit, alia omnia dolia, que protinus confregerunt, plena gladiis Coloniensibus sine capulis et cultellis, sine manubriis, ordinate et conserte repositis, invenientes, omnibus in propatulo monstraverunt fraudis inaudite laqueos absconditos Iudeorum, qui publicis mundi hostibus, qui, ut dicebatur, armis maxime indigebant, maluerunt subvenire, quam christianis, qui inter se ipsos tolerant, conversari et in venalibus communicare, cum immo etiam cum[e] christianis[f] liceat eis ea de causa fenerari.
cf. Deut. 23, 7 19. Auctoritas veteris Testamenti. Legitur enim: *Non[3] fenerabis Egipcio;* et subditur causa: *quia colonum te et advenam in terra sua te Egiptii receperunt.* Traditi igitur sunt ipsi Iudei tortoribus vel perpetuo carceri merito mancipandi vel ipsis suis gladiis trucidandi.

Quomodo de cruce accipienda predicabatur. Et statim votum pro pecunia data remittebatur. Circa dies illos, ut quasi mille argumentis misera terra Anglicana suis bonis viduata spoliaretur, fratres Predicatores et Minores, autentico domini pape communiti, in predicatione sua plenam peccatorum remissionem concesserunt omnibus cruce signandis pro Terre Sancte liberacione. . . . Ipsam pecuniam asserebant comiti Ricardo[4] deferendam, . . . ostendentes super hoc comitis Ricardi scriptum testimoniale a Romana curia impetratum[g]. . . . . . .

Quomodo colligebatur pecunia per totam Angliam ad opus pape iterum ad expungnandum imperatorem per Petrum Rubeum et Petrum

a) *sic codd.; nos emend. edd.* b) *sic codd.; corr.* intoxicato 2. c) exennium 2. d) P. c. *abrasa* 1. e) *ita* 2; ch. c. 1. f) non *suppl. videtur.* g) impetrato 1.

1) Similia ex Petri Comestoris *Scolastica Historia* iam a. 1240 (ed. Luard IV, p. 78) retulit Matheus, sed in dubio haesitans. 2) Fraus arma in dolia abdendi multis locis medio aevo narrabatur; sed quae de Iudaeis hic fabulatur Matheus alibi frustra quaesivi. 3) Hanc sententiam Matheus supposuit; Vulgata enim habet: *Non abominaberis . . . Aegyptium, quia advena fuisti in terra eius. . . . Non foenerabis fratri tuo.* 4) Cornubiae.

de Supino. Labentibus autem dierum illorum curriculis, et ludente fortuna in mortalium mutabilitate, non adhuc cessavit avaricia Romanorum insaciabilis. Quia post recessum legati remanserunt in Anglia duo papales clerici, quasi vices legati suplentes[a], exactores indefessi, scilicet Petrus cognomento Rubeus et Petrus de Supino, autenticum papale[1] retinentes procuraciones exigendi, interdicendi, excommunicandi et pecuniam variis modis a misera ecclesia Anglicana extorquendi, ut talibus rapinis ecclesia Romana secundum assercionem eorum, que dampnificabatur multiformiter, respiraret. Scripsit igitur imperiose predictus Petrus Rubeus, qui se alteri preferebat, habens se per modum legati, epistolas suas et literas autenticas illi abbati vel illi priori, cuius titulus talis preponebatur: *Magister P. Rubeus, domini pape familiaris et consanguineus, salutem* etc.; et sub tali titulo procuraciones et collectas varias exigebat et extorsit. Preterea socius suus Petrus de Supino in Hyberniam, permittente rege, ex parte pape veniens et autenticum eiusdem deferens, a prelatis Hybernie omnibus, brachio adiutus seculari, cum magna tyrannide collegit. Unde quidam suspensi Londonias ad eundem Petrum[b] venerunt secundum voluntatem eius satisfacturi. Rediens igitur ab Hybernia idem Petrus[b] in autumpno sequenti et Romam tendens, mille et quingentas marcas secum clitellis refertis asportavit. 1241.

Quomodo rex Francorum dedit comitatum Pictavie Amphulso, fratri suo . . . parvipendens, immo pocius vilipendens comitis Ricardi[2], qui Deo fideliter in Terra Sancta militavit et Francos captivos liberavit, ius vel vendicacionem. . . . . . .

De gloriosa pace et treugis inter christianos et Sarracenos per comitem Ricardum captis. Et redemptis Francis captivis, iter ad propria per terras imperatoris maturavit. Hoc ipsius anni tempore amici comitis Ricardi solliciti de statu suo per hanc epistolam plenius certificabantur:

*Ricardus comes Cornubie et Pictavie . . . Quante desolacionis . . . . . . In octavis sancti Iohannis baptiste apud Trapes[3] in Sicilia applicuimus. Et auditis ibi de quorundam episcoporum nostrorum capcione et retencione et ceteris ecclesie tribulacionibus lacrimabilibus, ut pacem inter discordantes pro viribus nostris reformaremus et captivorum deliberacionem pro posse insisteremus, matrem nostram consolando, diverticulum fecimus, curiam Romanam adeundo. Qua per Dei gratiam reformata, prout Dominus disposuerit, versus terras Anglicanas ad cicius quod poterimus remeare proponimus.* . . . . . . . fol. 1.

Applicuit comes Ricardus cum rerum indempnitate et sui suorumque illesione in Sicilia in portu de Trapes. Consummata autem feliciter ac magnifice peregrinacione[c] sua in Terra Sancta, applicuit comes Ricardus indempnis et illesus in Sicilia, in portu Trapensi, sicut in epistola[4] plenius continetur. Ubi vices agens excubitoris, expectabat eum ex precepto domini sui quidam preclarus domini imperatoris senescallus. Et cum summo honore et gaudio[d] suscepisset, intelligens, quod equos non haberet, invenit ei equos et mulos placidissimos et omnibus qui cum ipso venerant. Et per ipsum edoctus comes, ubi dominum imperatorem inveniret, eo duce letus eum adiit et festinus, gratias agens Deo, qui eum a maris discrimine liberans et ad portum salutis perductum[e], ad presentiam imperatoris, cuius faciem sicienter videre desideravit, sub tanti ac talis viri ducatu tam consolatorio dirigi, Deo propicio[f], promeruerat, indubitanter expertus, quantum valent deprecaciones iustorum assidue, quibus se devote commendavit dictus comes[g] peregrinaturus.

Brevis anticipacio[5]. Primo enim iter arrepturus venit [ad[h] sanctum] Albanum Anglorum prothomartyrem, et intrans capitulum, conventus fraternitatem postulavit ac specialem oracionum participacionem; similiter in quibusdam aliis religiosorum domibus, ubi pocius vigere credidit sanctitatis et ordinis disciplinam. Proh[6] pudor prohque dolor! quod Romane ecclesie alumpni, legati et prelati, quos ad pecunie colleccionem nobis Roma destinavit, qui pro speculo et exemplo laicis preponuntur, similia navigaturi non fecerunt, ut

a) *sic* 1. b) P. 1. c) perego. 1. d) eum *suppl. videtur.* e) *sic codd., anacoluthon.* f) dirigi *iterum add.* 1. g) *deest* 2, *ubi* peregrinus *corr.* peregrinaturus. h) ad s. *e* 2, *des.* 1.

1) Non exstat. 2) Hanc iniuriam privigno ipsius factam Hugo comes de Marchia, ut Matheus a. 1242. refert, Alfonso obiecit. 3) Trapani. Litteras quibus barones regni Ierosolymitani imperatorem rogaverunt, ut Simon de Monte-forti ipsis balivus preficeretur, attulisse videtur; quas ed. Röhricht, 'Arch. de l'Orient Latin' I, p. 402. 4) V. supra l. 25. 5) Potius repetitio; eadem enim narravit Matheus a. 1240, supra p. 194. 6) Similiter in papam invectus est noster supra p. 181 sq.

1241. in periculis sanctorum precibus fulcirentur, prout in Sacris Scripturis faciendum cercius
Act. 12, 5. edocemur: detento et servato beato Petro apostolo, fiebat oracio sine intermissione pro ipso, qui sic liberabatur per angelum a Deo sibi destinatum.

Applaudit imperator Ricardo comiti venienti et gaudenter suscipit. Interea comes Ricardus iter dirigens versus imperatorem, per diversas civitates, per quas transivit, receptus est cum summo gaudio et honore, occurrentibus civibus et matronis in timpanis et cantilenis, cum ramis et floribus, festivis induti[a] vestibus et ornati[a], nonnullis de militibus equos preciosos insidentibus, duce suo hec procurante, sicut preceperat imperator. Ad quem cum comes pervenisset, in osculis mutuis et amplexibus honorifice, nimis applaudentibus omnibus eius collateralibus, est receptus. Indulgentes igitur desideratis[b] colloquiis et multimodis consolacionibus amicorum more, plurium dierum spacio recreabantur. Iussit igitur imperator eum balneis, minucionibus et medicinalibus fomentis post maris pericula micius ac blandius ad restauracionem virium confoveri. Et post aliquot dies de licencia imperatoris et benivolencia cum sorore sua imperatrice comes Ricardus[c] desiderata ad libitum protraxit colloquia. Et, iubente imperatore, plures vidit et cum delectacione[d] inspexit ludorum ignotorum et instrumentorum musicorum, que ad exhilarandam imperatricem parabantur, diversitates. Inter quas novitates obstupendas unam magis laudavit et admirabatur. Due enim puelle Sarracene corporibus elegantes super pavimenti planiciem quatuor globos spericos[a] pedibus ascendebant, plantis suis subponentes, una videlicet duos et alia reliquos duos, et super eosdem globos huc et illuc plaudentes transmeabant, et quo eas spiritus ferebat, volventibus speris[a] ferebantur, brachia ludendo et canendo diversimode contorquentes et corpora secundum modulos replicantes, cimbala tinnientia vel tabellas in manibus collidentes et iocose se gerentes et prodigialiter exagitantes.* Et sic mirabile spectaculum intuentibus tam ipse quam alii ioculatores prebuerunt. Et post aliquot dies, quos in solaciis post labores continuarunt, misit dominus imperator ipsum comitem Ricardum[c], de ipsius confisus prudentia et fidelitate, ad Romanam curiam, sicut in epistola sua, quam comes in Angliam misit, breviter tangitur[1], ut pacem[2] inter dominum papam et ipsum imperatorem reformaret. Cui etiam ipse imperator ad cumulum honorum, quos ipsi comiti impendit, cartam[3] confecit imperiali bulla communitam, ut arbitrio suo staret in pacis per ipsum facte qualicunque reformacione. Et cum venisset Romam, Romani eum spernentes conviciis affecerunt. Invenitque papam adeo inexorabilem et rebellem, ut nullius forma pacis, que comiti, ipsi pape complaceret, vel e converso. Sed voluit papa omnibus modis, ut imperator se absolute subiceret ipsius pape[e] arbitrio et voluntati mandatisque staret ecclesie, prestito super hoc iuramento. Sed comes Ricardus[c] huic sue voluntati non consensit. Et postquam multa vidisset in curia et audisset, que ipsi merito displicuerunt, recessit infecto negocio; et qui ubique, tanquam publice utilitatis procurator et crucis famulus, honorabatur, Rome tantum est iniuriis lacessitus. Expertus igitur Romane curie et urbis tergiversaciones rediens, pervenit ad imperatorem, que viderat et audierat expressius manifestans. Cui respondit imperator: 'Placet mihi, quod que dictis prelibavimus experimento didicistis'. Deinde cum imperatore quasi filius cum patre circiter duobus[4] mensibus commoratus, multis colloquiis est recreatus et donativis concupiscibilibus honoratus. . . . . . .

Eodemque[f] anno inventum est stangnum in Alemannia primum et purissimum, copiosius quam in partibus Anglie. Quod ab inicio mundi antea nisi tantum in Cornubia aliquo loco non legitur[5] fuisse repertum. Et ideo precium eius in Anglia propter copiam redundantem, quam in Angliam transmisit Alemannia, fuit[g] minoratum ac vilificatum. . . . .

Dispositis rex[h] disponendis in Wallia, et relictis ibidem Waleranno Theutonico[6] et aliis

*) *In marg. cod. 1. depictae sunt duae* ioculatrices sive saltatrices de quibus mirum, *super sphaeras virides saltantes, quarum altera anulis, altera crotalis ludit.*

a) *sic codd.* b) disideratis 1. c) R. 1. d) deleccione 1. e) *deest* 2. f) Eodemque — vilificatum *in marg.* 1. g) f. m. ac v. *alia manu scr.* 1. h) *deest* 2.

1) V. supra p. 219, l. 28. 2) Cf. Ann. Teokesbur., SS. XXVII, p. 468. 3) Quae non exstat. 4) Scil. post reditum; nam infra p. 222. comes *fere 4 menses cum imperatore* (scil. postquam navi egressus est?) degisse dicitur. 5) Cf. Caes. B. Gall. V, 12: *Nascitur ibi plumbum album.* De stanno Cornubiensi a Germanis exportato cf. 'Hans. Urk. B.' ed. Höhlbaum III, nr. 100. 6) Cf. supra p. 49, n. 3.

prudentibus et potentibus viris, ut castris edificatis infirmiora terre roborantes armis et militia communirent, venit Londoniam letabundus. . . . . . . 1241.

**De duobus exactoribus pape, Petro videlicet de Supino et Petro Rubeo, per auctenticum papale pecuniam ab Anglia et Scocia et Hybernia extorquentibus.** Per idem tempus Petrus de Supino, clericus domini pape, instantissime ex tota Hybernia pecuniam, scilicet[a] vicesimam, per autenticum papale extorquens collegit indeque absque diversis donativis mille quingentas marcas reportavit. Magister quoque Petrus Rubeus, cuius titulus[1] fuit[b] domini pape familiaris et consanguineus, ex partibus Anglie borealibus et missis nunciis per Scociam, autentico papali similiter communitus, pecuniam diligentissime ac festinanter studuit adunando duplicare. Et sic subito, refertis clitellis, sub conductu monachorum Cantuariensium apud Doveram clanculo mare transierunt. Audierant enim per cursores suos expeditissimos, quod dominus papa irremediabiliter egrotaret, ita ut iam vel obierat[2] vel foret in proximo moriturus. Repentinam igitur et clandestinam cum preda sua fugam tam per mare quam per terram inierunt, quia timebant, ne rex, certificatus de morte pape, pecuniam totam quam collegerant prudenter retinuisset, consilium habiturus, quid inde faceret, cum alius papa succederet. Et cum iam vix Franciam ingressi fuissent, ecce magister Walterus de Ocra nuncius imperalis[c], deferens literas[3] domini sui de credentia ad regem, festinanter, sed tamen nimis sero, mandata de statu curie Romane veniens nunciavit, persuadens, quod, si adhuc tales in Anglia invenirentur, tam predam quam predones retineret. Sed cum didicisset[d], quod elapsi erant, increpans regis ignaviam, iratus statim recessit, dolens, quod frustra advenisset. Ipsos igitur e vestigio diligens investigator insequebatur, ut, eorum quasi vulpecularum meandros prudenter perscrutando, domino suo imperatori viarum suarum diverticula[e] nunciaret.

Ingenium.

**Quomodo pecunia collecta per papales exactores imperiali erario est addicta.** Dicti igitur exactores iam de morte pape certificati, licet mors eius per aliquot dies populum lateret, et quod eos pedetentim dictus Walterus insequebatur, iter suum equis non parcentes maturabant. Et cum transalpinassent, in suorum parentum civitates et domos clanculo[f] receperunt, pecuniam, qua onerati venerant, in locorum abditis reponentes, presentiam quoque suam non omnibus exponentes. Et cum nec ipsos nec predam eorum predictus Walterus liquido potuit invenire nisi per levis fame sibila, hec omnia domino suo imperatori significavit. Dominus igitur imperator per singulas civitates Ytalie dicioni sue subiectas diligenter fecit indagari, qui fuissent illi papales nuncii vel mercatores, qui ad subversionem imperii et rei publice et fomentum guerre per diversas regiones, precipue Anglicanam, fraudulenter collegerant pecuniam, ut pape ipsam conferrent et sic ei darent cornua et pruritum ad perturbandum imperium. Fecit igitur ipsos capi et captos arcius quasi funestos inimicos conveniri, et infiscata omni eorum substantia cum domibus, et tocius parentele eorum viris spectabilioribus cum uxoribus et liberis incarceratis, inquiri iussit districte de summa pecunie ad opus pape collecte per tabelliones et scripta penes mercatores civitatum et conscios et consortes reposita et omnia fecit prudenter restitui. Et sic miserabilibus personis ecclesiasticis, sub alis papalibus protegendis, penitus spoliatis, adversarii ecclesie maiora gravamina fortius intulerunt.

Obiit papa Gregorius. **De obitu Gregorii pape III[g].[4]** Dum autem rota fortunalis mundanum statum sic revolveret, fama diatim accrescens christianorum climata pervolavit, quod dominus papa Gregorius, quasi conceptos, quos tamen ipse sibi suscitaverat, dolores impotens sustinere, 11. Kalendas Septembris viam universe carnis est ingressus, Aug 22. pro meritis a summo Iudice recepturus. Fuit autem, cum a seculo isto recessit[h], fere centenarius. Imperator autem eius adversarius paucos plures quam 50 annos eodem tempore creditur exegisse, qui natus fuisse perhibetur anno[5] quo Ricardus rex Anglorum captus fuit in Alemannia.

**Causa acceleracionis mortis pape Gregorii III[i].** Dolor maximus, quo

a) sc. v. *inter lineas* 1. b) fuerit 2. c) *sic* 1. d) didicissent 2. e) divercula 1. f) se *suppl. edd.* g) *sic rubricator* 1; *deest* 2. h) decessit 2. i) pape *iterum add.* 1; G. III. *des.* 2.

1) Cf. supra p. 219, l. 9. 2) V. infra l. 43. 3) Epistola d. Mai. 18. supra p. 215 sq. dici videtur. 4) Epistolam imperatoris de obitu papae Henrico III. datam (Ficker nr. 3225) noster ignorasse videtur. 5) A. 1194.

1241. Aug. 15. papa Gregorius corde inferius[a] pungebatur usque ad mortem, fuit, quod imperator cito post festum assumpcionis ceperat quoddam castrum nepotum et aliorum parentum domini pape in Campania prope Muntfortin[1], quod papa de novo de pecunia crucesignatorum construxerat, ad parentele sue tuicionem. Scivit enim, quod omnes consanguineos suos oderat, quod per fratrem suum iam suspensum expertus fuerat. Si igitur contingeret imperatorem Campaniam ingredi, voluit papa Gregorius, ut non oporteret eos imperiales insultus pertimescere. Sed imperator, super hoc monitus, castrum subito obsessum subvertit et omnes quos in eo invenit suspendit. Et in signum talis subversionis quandam turrim semirutam reliquit, ut memoria tam culpe quam vindicte nequaquam moreretur. Item[b] calculosus fuit[2], item senex valde fuit, item caruit balneis quibus solebat Viterbii confoveri. . . . . . . .

Quomodo impedita fuit eleccio papalis pro multiformi desolacione Romane ecclesie. Ipsorum dierum curriculo, mortuo, ut predictum est, Gregorio[c] papa, fuerunt decem cardinales in curia presentes, duobus[3] existentibus in carcere imperatoris. Qui cum, ut moris est, tractassent de eleccione, quia mutilata fuit concio[d] eorum, non poterant concorditer vel conpetenter in unum convenire. Miserunt ergo ad imperatorem humiliter postulantes, ut duos cardinales confratres suos sub quacunque vellet condicione ad curiam destinaret, ne promocio universalis ecclesie, que maxime consistit in eleccione papali, per ipsum impediretur. Quod imperator benigne concessit, mitigatus precibus comitis Ricardi, ita videlicet, ut de eorum reditu ad carcerem et ad priorem statum et condicionem, nisi Otto in papam eligeretur, remearent. Convenientibus igitur in unum in palacio quod Regia-solis dicitur, quinque cardinales elegerunt sextum, scilicet Galfridum Mediolanensem[4]; et huic eleccioni favit imperator congratulans. Tres vero residui[5] elegerunt quartum, scilicet Romanum; cui eleccioni opposuit se imperator; habuit enim ipsum infamem, tum propter persecucionem universitatis Parisiace[6] — quin etiam dicebatur corrupisse reginam Francie Blanchiam[e, 7] —, tum quia imponebatur ei, quod[8] foverat discidium inter papam Gregorium iam defunctum et ipsum imperatorem. Nomina eligentium primum sunt: Egidius[9] Hyspanus, Stephanus[10] Filius-comitis, episcopus[f] Portuensis, Reinerus de Viterbio[11], Iohannes de Columpna[12] et Robertus de Sumercote Anglicus[13]. Nomina autem eligentium alterum sunt: Ricardus Hanibal[14], episcopus Ostiensis[15], qui de more primam habet vocem in eleccione papali, et Senebaldus[16], episcopus Sabinensis[17]. Suscitatum est grave scisma inter fratres propter dictas elecciones, quia debet haberi papa et acclamari, cuius eleccioni due partes consenserint electorum, iuxta decretalem illam Alexandrinam[18], que sic incipit: *Licet de vitanda discordia*[19] etc. Et sic, infecto tanto ecclesie negocio, divisi sunt, immo pocius dispersi mentibus et corporibus. Ipso[20] quoque tempore

Obiit Prenestinus, validus imperatoris malleus.

obiit Prenestinus episcopus Iacobus, imperatori obstinatissimus adversarius, habitu Cisterciensis.

Franci liberati a carcere Sarracenorum ad propria cum gaudio remearunt. Eisdemque diebus, cum per fere quatuor menses comes Ricardus cum imperatore moram protraxisset, valedicto recessit ab ipso, ad propria rediturus. Franci itaque per pacem et treugas, quas comes Ricardus[g] composuerat, liberati, iam mari pertransito, per comitem ipsum transitum fecerunt, gracias ei pro liberacione eorum reddituri et plus beneficii ab ipso recepturi. Erat enim imperatori amicissimus et quasi alter imperator et habundans multis opibus. Indigebant Franci imperatoris benivolencia et pecunia,

a) *sic pro* interius *codd.* b) Item — confoveri *in marg.* 1, *des.* 2. c) tercio *add.* 1. d) conscientia, *in marg.* vel concio 2. e) B. 1. f) dominus 2. g) R. 1.

1) Montefortino inter Signiam et Praeneste; Fridericum ipsum fere m. Aug. med. vix ibi affuisse, monet Ficker nr. 3223 a. 2) Gregorius IX. 3) Ottone et Iacobo. 4) Episcopum Sabinensem. 5) Gaufridus Romanum episcopum Portuensem, Romanus Gaufridum elegisse ex litteris, quas Matheus transsumpsit, apparuisse videtur; sed, fortasse vocabulo *et* l. 27. et 30. nimis negligenter omisso, nomina perperam confudit. Omittuntur quidem vota Iacobi et Ottonis, quos tamen tunc Tibur ductos esse, Ricardus Sang. dicit, quem auctorem Ficker nr. 3228 a. fortasse non reiecisset, si nostrum hoc loco adhibuisset. 6) Cf. supra p. 121. 7) Cf. supra p. 123. 8) Cf. Schirrmacher IV, p. 344; de eius morte Ficker nr. 3361. 9) Diac. SS. Cosmae et Damiani. 10) Presb. S. Mariae trans Tiberim. 11) Diac. S. Mariae in Cosmedin. 12) Presb. S. Praxedis. 13) Diac. S. Eustachii. 14) Diac. S. Angeli. 15) Rainaldus, postea Alexander IV. 16) Presb. S. Laurentii in Lucina, postea Innocentius IV. 17) Gaufridus. 18) Alexandri III. 19) Conc. Lateran. III. c. 1. 20) Cf. supra p. 217, n. 4.

utpote pauperimi[a]. Quibus comes Ricardus[b] liberaliter providit in vestibus et viaticis et equitaturis honorifice. Et recedens ab imperatore, impetravit ab eodem, ut pax concederetur ecclesie per totam imperatoris dicionem, et voce preconia acclamaretur sub pena mortis exquisite, ne quis in viduitate ecclesie Romane vel alicui ecclesiastice persone vel peregrinanti, maxime Francis repatriantibus, occasione mortis Gregorii pape, adversarii sui, molestus esset in aliquo. Et iussit dominus imperator procuratorem et ducem prudentem et potentem comiti Ricardo provideri, qui eidem omnia necessaria civiliter et habundanter usque limitem imperii provideret. Unde per Ytalicas et omnes alias imperatori subiectas civitates pertransiens, cum summo honore et gaudio est receptus. Et venienti occurrerunt ex precepto imperatoris cives in equis preciosis et mirifice faleratis, vestiti sericis et aliis caris induviis, in canticis et musicis instrumentis, in portentis excogitatis. Et si de aliis sileam, unum duxi huic operi inserendum, quia[c] hoc comes plenius enarravit*: appropinquanti[d] autem Cremonam veniebant obviam gaudenter Cremonenses[e], elephantem imperatoris mirabiliter ornatum producentes et portantem machine lignee propugnaculum, in quo quidam magistri bestie residebant, tubis canentes et manibus ioculando applaudentes. Et multi de nobilioribus Francorum, qui cum comite erant, honori ipsius congratulabantur; et[f] cum ad terminos imperii pervenissent, regresso procuratore imperiali, quidam Francorum ab eo recedentes, vale multiplicato, ad propria gaudenter[f] sunt regressi. Et in amplexibus uxorum et liberorum et aliorum carorum recepti, fomentis variis necnon et grata requie sibi sunt restituti. Et narravit quilibet, quanta in servicio Christi dulci commemoracione pertulisset, et qualiter et quam prodiciose recedentibus qui eos efficacius tenebantur iuvare, solius comitis Ricardi liberabantur prudencia et liberati sustentabantur munificencia: 1241.

*Narrantis*[g] *coniux pendet ab ore viri.* Ovidius[h]. Heroid. 1, 30.

De inhonesta guerra et infami discordia inter Templarios et Hospitalarios in Terra Sancta. . . . Fugabant etiam et effugabant ipsi Templarii in contumeliam imperatoris fratres ecclesie Sancte Marie Theutonicorum, vix[i] paucis, quos habuerunt amicos, et ecclesie ministris relictis. Unde ipsi ad pedes imperatoris querimoniam gravem super hoc reponentes et[k] alios christianorum magnates, tam ecclesiasticas[l] quam laicas personas, confugerunt; unde grave scandalum est exortum, ut, qui tot sagi-nantur redditibus ad Sarracenos potenter expugnandos, vires[m] et virus in christianos, immo fratres suos, impie convertebant, ut iram Dei sibi gravius procurarent. Proinde comes[1] a Terra Sancta recessurus, quasi horum presagus, noluit Aschalonem vel thesaurum, quem ibi dimisit ad perficienda quedam in eodem castro, superbie Templariorum commendare — et iccirco ipsi contra comitem magnum rancorem conceperunt —, imo pocius elegit illud procuratori[2] imperatoris tradere custodiendum.

De nimis dolenda morte Roberti de Sumercote. Sub eiusdem temporis mutabilitate magister Robertus de Sumercote cardinalis, vir discretus et circumspectus, omnibus amabilis merito et graciosus, nascione Anglicus, dum in palacio quod Regia-solis[n] dicitur inclusus tenebatur cum aliis fratribus de eleccione tractantibus, viam universe carnis est ingressus, pocionatus, ut dicitur, eo quod papatui dignus videbatur et ydoneus, ab emulis suis[f], qui eum[f] ratione nascionis contempnebant. Simili peste quidam alius[3] periit, insidiis preventus invidorum. Iohannes quoque de Columpna[o] cardinalis, dirutis castris suis et palacio a Romanis, eo quod imperatori favorabilis videbatur, captus est et custodie carcerali mancipatus[4]. . . . . . .

De eleccione papali in desperacionem suspensa; redit Otto in carcerem imperatoris. Divisis circa illud tempus omnibus fere cardinalibus et dissidentibus, et[f] electione papali sub desperacione suspensa, rediit Otto ad carcerem imperatoris, ut interpositos obsides liberaret et se a prestito sacramento et fidei interposicione adquie

*) *Ad calcem pag. cod. 1 depictus est* Elephas Cremonensis procedens obviam comiti Ricardo iussu domini imperatoris Fretherici; *iuxta manum animalis scr.* promoscida. Magister bestie *super collo elephantis positus habet tintinnabulum et stimulum; alter quoque a tergo stimulat. Sequuntur alii qui organis canunt.*

a) *sic* 1. b) R. 1. c) qui *(sic codd.)* — enarravit *in marg.* 1. d) approq. 1. e) Crom. 1. f) *deest* 2. g) *haec in marg.* 1. h) Poeta 2. i) vix — relictis *in marg.* 1. k) ad *suppl. Luard.* l) *corr. ex* ecclesias 1. m) v. et v. *inter lineas* 1. n) *inter lineas* 1. o) Colupna 1.

1) Ricardus Cornubiae. 2) Waltero Penne; cf. supra p. 205, n. 16. 3) Romanus sede vacante obiit; cf. supra p. 222, n. 8. 4) Cf. Ann. Placent., SS. XVIII, p. 485.

1241. taret. Et hoc valde acceptavit imperator. Veruntamen adhuc ipsum tenuit incarceratum, offensus iccirco, quia ipsum imperatorem in Anglia legatus excommunicavit et excommunicari permisit et non mediocriter diffamavit. Sed micius egit cum eo, quia invitus hoc fecisse perhibetur, obediencie papalis coactus violentia. . . . . . .

Galfridus Mediolanensis eligitur in papam, sed cito mortuus est. Ipso quoque anno, post multas deceptaciones[a] et diversa cismata tam dampnosa quam periculosa inter cardinales Sathana seminante suscitata, elegerunt fratres, iam pauci facti a tribulacione malorum et dolore, magistrum Galfridum Mediolanensem in papam, virum moribus preditum et scientia, sed in etatem senilem iam declinantem et debilitatum. Unde, cum iam vix 17 diebus[1] sedisset, prematura morte preventus, nature debita persolvens, utinam non, ut dicitur, pocionatus! sedem papalem, immo universalem ecclesiam reliquit desolatam. Et sub eodem tempore obiit unus cardinalium, videlicet Ricardus Hanibal[2].

De quodam colloquio episcoporum Anglie. . . . Consenserunt etiam in unum, ut ad dominum imperatorem[b] mitterent universi nuncios favorabiles cum precibus lacrimabilibus, quatinus rancorem et omnem animi indignacionem pro salute anime sincero corde remittens, deposita omni tirannide, ecclesie Romane promocionem non impediret, immo misericorditer respirare permittens, licet lacessitus, studeret promovere[c]. Mortui enim erant qui ipsum ad iram provocaverant; tirannicum autem videbatur et racioni dissonum, ut innocui culpam luerent nocivorum. Et cum circa eleccionem nunciorum, qui etiam transitum facientes per Franciam et alias regiones intermedias[d] obiter prelatos ad similia provocarent eleganter et diligenter[e], sollicitarentur, quilibet eorum causas cavillatorias pretendens, onus tante sollicitudinis ac periculosi laboris pro Christo et eius ecclesia assumere sibi recusavit. Tandem, quia:

Iuven 10.22 *Cantabit vacuus coram latrone viator,*

Predicatores et Minores, quia vagi sunt et norunt omnes provincias peragrare expediti[f], ad hoc elegerunt, cum alios non invenissent. Quod cum ad imperialem audienciam pervenisset, respondit imperator: 'Quis promocionis ecclesiastice[g] processum impedit? Profecto non ego, immo pertinax ecclesie Romane superbia et insaciabilis cupiditas. Et si impeditor successuum tam Anglicane quam Romane forem ecclesie, quis admiraretur? Hec enim summopere me conatur ab imperiali culmine precipitare, illa me excomunicando[h] non mediocriterque diffamando, pecuniam in meum detrimentum suam effundere non desistit'. Et sic carebat preparatus totus episcoporum Anglie in hac parte efficacia et profectu privabatur.

Processit igitur annus ille curie Romane inimicissimus, peccatis eius illud manifeste promerentibus, Terre Sancte probrosus Templariis procurantibus, magnatibus Anglie lugu- Quorundam mortuorum recapitulacio. bris et funestus. Nam preter ipsos qui in mari perierunt obierunt illo anno prelati spectabiles, duo videlicet Romani pontifices cum aliquibus cardinalibus et alii, quorum est mencio prelibata. . . . . .

De morte Ysabelle imperatricis. Obiit etiam eodem anno gloria et spes Anglorum Ysabella imperatrix in partus discrimine. De cuius morte nimis dolenda per hanc lugubrem imperatoris sponsi sui Fretherici epistolam plenius certificamur:

1242. Ian. 30. Epistola imperatoris de predicta morte. *Frethericus*[3] *imperator etc. regi Anglie salutem. Prospera qui quondam expectacioni vestre consueveramus literis et nunciis hilariter nova describere, nunc facili eventu letis successibus invidente, nos, velut noviter nostre dilecte consortis auguste irrevocabile dampnum passi et mesta seviente*[i] *fato socialis federis divorcia subeuntes, dolentes ducimur et inviti reserare vobis germanitatis invidam seccionem.*
1241. Dec. 1. *Die namque primo intrantis mensis Decembris preteriti — et memoratu nobis occurrit horribile — dicta consors nostra imperatrix, soror vestra, vocante Domino, qui aufert spiritum principum,*
cf. Rom. 2, 11. *apud quem non est exempcio vel accepcio personarum, nature concessit. In cuius redibicionis auxilium, si fata favissent, et inevitabile mortalitatis debitum creditrix natura differret, tam graciosus amor et sui carus zelus consorcii nos ducebat, quod nullius opis vel opum, laboris*
cf. 1. Tim. 6, 15. *et rerum impendia vitassemus. At ubi Rex regum et Dominus dominantium, qui preest tribu-*

a) discept. *emend. edd.* b) *deest* 2. c) promoveret *codd.*; studere pr. *postea corr.* 2. d) *corr. ex* interimendas 2. e) diligoter 1. f) sunt *add., sed expunct.* 2. g) eccast. 1. h) excominic. 1. i) seviento 1.

1) Oct. 25—Nov. 10. 2) Error (Potthast p. 1283); forte cum Romano (supra p. 223, n. 3) confusus. 3) Ficker nr. 3264; cf. 5553 f. Rymer I, p. 243. Matheum solum secutus esse videtur.

*nalium potestatibus, cuius voluntati nemo resistere potest, eam a nostri corporis unitate et de vestre vinculo fraternitatis ademit, ex alti consilii disposicione, immo pocius dispensacione providit, ut nobis et vobis post fata viveret in duorum memoria filiorum*[1]. *Extat enim de*[a] *Omnipotentis dono regia soboles, de qua in conspectu patris rex et regina consurgunt, sue indices genitricis. In cuius fecunditate pingnora*[b] *generosa suscepimus, que communem affinitatem roborant et cesaream regalemque sedem quadam singulari prerogativa filialis sanguinis et nepotum vinculo federant arciori, ut dileccio mea, per quam cepit, sue filios posteritatis assumens, in obligacionem et gratiam durature consanguinitatis ascendat. Licet ergo auguste coniugis nostre vestreque sororis amissio sine turbacione cordium intimari nequeat vel audiri, vel ab intimo pectoris nostri sui casus anxietas*[c] *separaretur, quia tamen viget in gemina prole commemoracio care parentis, accipit robur omne dileccionis*[d] *et congnati sanguinis in eisdem nepotibus vestris, quos augusta soror vestra peperit nobis in filios, a nobis ad vos indissolubiliter conservari. Datum Coronate*[e. 2], 30. *die Ianuarii*, etc. . . . . . . 1242. Ian. 30.

Anno gratie 1242. . . . Audiens[f] ergo, quod in crastino epiphanie comes[3] apud Doveram applicuisset*, ipse rex et regina cum infinita nobilium multitudine occurrit letabundus. . . . . . . Ian. 7.

Prosecucio parlamenti manifestior. Postea vero, ne oblivio tenorem responsionis baronum deleret, in scriptum taliter sunt hec redacta:

*Cum dominus Eboracensis archiepiscopus*[4] *et omnes episcopi Anglie, abbates et priores per se vel per procuratores suos, necnon et omnes comites et fere omnes barones Anglie ad mandatum domini regis*[5] *convenissent apud Westmonasterium die Martis proxima ante purificacionem beate Marie*[g] *anno Domini* 1242, . . . *omnes ita unanimiter responderunt:* . . . *Multociens ad instantiam suam ei auxilium dederunt, videlicet* . . . *unum magnum scutagium ad sororem suam imperatricem maritandam*[6]. . . . . . . Ian. 28.

Capitur archiepiscopus Colonie, sed statim evadit. Et sub eisdem temporibus fideles imperatoris[7] ceperunt habitu diffiguratum archiepiscopum Colonie versus Alemanniam a Roma repatriantem[8], qui conspiraverat ad imperatoris deieccionem simul cum ipsis prelatis, qui ad concilium generale venire proposuerant. Sed, audito eorum casu, qui per terram isse proposuerat[8], flexis loris per alia diverticula remeans, positis insidiis undique, captus et retentus est. Sed, quia is qui ceperat eum Alemannus erat et notus pontifici[9], caute permisit eum abire[10], prestito sacramento et fide interposita, quod nunquam insidias vel gravamen imperatori[8] machinaretur. Sed illud male tenuit postea iuramentum, ut in sequentibus declarabitur. . . . ☉†

Impertinens Anglorum historie usque huc ☉†.

Episcopus vero Herfordie[h] Petrus, alia querens diverticula, ut tucius rediret, querentium[11] animam suam pedicas evitando, Provinciam adiit et a comite Provincie Reimundo, patre Francorum et Anglorum reginarum, terciam filiam nomine Cinciam comiti Ricardo matrimonio copulandam postulavit. Quod tamen universitas tocius Anglie moleste ferens, vehementer cepit formidare, credens, totum regni statum ad nutum regine et sororis sue comiti Ricardo[i] nupture, dicte Cincie, quasi secunde regine, penitus inclinari. . . . . . .

Et eodem tempore unus filiorum imperatoris, Henricus, qui, exigentibus meritis suis, diuturno carcere, iubente patre, detinebatur, miseram animam exalavit[12]; perhibetur enim se ipsum manu propria peremisse**.

*) Applicat comes Ricardus *inscr. navi ad calcem pag. depictae, cui complures viri insunt*, 1.
**) *In marg. cod.* 1 *scutum flavum inversum, quod aquilam bicipitem nigram exhibet, depictum est; inscr.:* Henricus rex, filius imperatoris.

a) Dei *Ry. Hu.* b) pungnora 1. c) non *add. Hu.* d) dilectio et cognatio *Ry.* e) Coronaĭ *codd.*; Coronati *Ry.* f) Audiens — in *in loco raso* 1. g) virginis 2. h) *ita* 2; Hertford' P. 1. i) R. 1.

1) Margarethae et Henrici. 2) Locus scilicet venationi aptus qui dicitur Incoronata, duobus circiter leucis Foggia distans; Huillard-Bréh. VI, p. 27. 3) Ricardus Cornubiensis. 4) Walterus. 5) Tributum ad bellum Franciae inferendum exacturi. 6) De legatis aestate a. 1242. ab Henrico III. ad Fridericum II. de foedere (contra Franciam) ineundo missis noster nihil comperisse videtur; cf. Rymer I, p. 247. 206; Shirley, 'Royal letters' II, p. 25; Pauli, 'Gesch. von England' III, p. 651. 7) Willelmus comes de Jülich a. 1242, m. Febr. in. prope Lechenich; cf. Cardauns, 'Konrad von Hostaden' p. 14. 8) Error. 9) Revera comes cum archiepiscopo, causa regni omissa, foedus icit. 10) Nov. a. 1242. 11) Scil. Francorum. 12) Mense Febr.; cf. Rohden, 'Forsch. z. D. Gesch.' XX, p. 396; Ficker nr. 4383n.

1242. **De desolacione**[a] **Romane ecclesie.** Tunc etiam temporis Romana curia adeo viluit exturbata, adeo languit desolata, ut, adhuc miserabiliter vacante sede papali, vix sex vel septem cardinales Rome remanserunt, quibusdam raptis de medio, quibusdam egrotantibus, quibusdam autem partibus remotis, quibus nati sunt, cum amicis et parentibus suis latitantibus; dispersique locis et animis dissipati, extincto caritatis inter eos igniculo, similes facti sunt harene sine calce, ne domus Dei, cemento murali edificata, prosperum caperet incrementum. . . . . . .

**Iussi sunt mercatores capi hinc et inde indecenter.** Circa eadem tempora, imminente[b] autumpni operoso tempore, rex Francorum mercatorum Anglie corpora cum suis bonis per regnum negociantium, secus quam decuit, capi feraliter imperavit, ledens enormiter in hoc facto antiquam Gallie dignitatem, que omnibus profugis, etiam et exulibus, precipue pacificis, tutum asilum prebuit et tutamen, sinum ostendens defensionis, unde nomen Francie in lingua propria originaliter est sortita. Cum autem huius protervitatis infamia aures et cor regis Anglie tetigisset, iussit similiter, ut per regnum Anglorum mercatores regni Francie subirent merito talionem. . . . . . .

**Quomodo rex Anglie, resignatis treugis**[1]**, regem Francie diffiduciavit.** . . . Hec autem dicebat rex[2] cum summo moderamine et sine aliquo fingmento offerebat, quia vehementer pertimescebat insidias regis Arragonum[3] regisque Castelle[4], qui regem Anglie consanguinitate contingebat, insuper et comitis Tholosani[5], qui ex longo tempore Francos oderat ipsum persequentes, comitemque de Marchia[6], castris inexpugnabilibus communitum et diviciis regis Anglie saginatum, necnon et Normannos vacillantes, Anglie conterminos et quadam affinitate concatenatos, et supra omnia iuramentum patris sui Lodowici, quo tenebatur regi Anglie ante recessum ab Anglia[7], iura sua sibi restituere, si patrem suum[8] supervixisset; et illud moriturus iniunxit filio suo apud Avinionem[9]. Et iccirco iustum et pium arbitrabatur, animam patris sui a tali obligacione liberare. . . . . . .

Rege autem Francorum simul graviter infirmato[10], cecidit timor gravis cum desperacione super Francos; timebant enim vehementer regem suum, morte interimente[c], que nulli parcit, amittere, sicut apud Avionem[d] patrem suum Lodowicum repentine perdiderunt. . . . . . .

**Comes Ricardus**[e] **et multi nobiles vix perveniunt Cornubiam.** In festo
Oct. 18. autem sancti Luce predicti nobiles velificantes et multa pericula in mari vix pertranseuntes, post multa freti discrimina Cornubiam pervenerunt. Tamen[f] comes Ricardus[e], facto voto de quadam abbacia[11] pro anima sua et eius liberacione, vix a portis mortis liberatus, applicuit in quadam insula iuxta Cornubiam, [que[g] insula vocatur Sully[12], distans a Cornubia per tantum maris spatium quantum vero imaginatur inter Doveram et Witsandiam, a mari circumquaque vallatum]. . . . . . .

1243. Anno gratie 1243.[13] . . . **Dissentientibus cardinalibus impeditur eleccio papalis, et vacat sedes.** Diebus quoque sub eisdem[14] dominus imperator Fretherícus[h] significavit cardinalibus corpore dispersis et voluntate dissentientibus, ut in unum convenientes unanimiter papam eligerent. Asserebat enim, in hoc eorum crimine etiam ipsummet notam infamie non minimam contraxisse. Credebatur enim et dicebatur a multis veritatem rei ignorantibus, quod ipse principaliter ecclesie Romane promocionem impediret et vacacionem sedis apostolice procuraret. At ipsi cardinales, non adhuc inter se saltem cintillantem sub cinere caritatis igniculum invenientes, impediente antiquo humani generis inimico, nec concordes nec convenientes papam eligere voluerunt. Veruntamen

a) desolacone 1. b) immen. 1. c) *sic codd.;* interveniente *edd.* d) *sic* 1; Avinionem 2. e) R. 1. f) Tamen — Cornubiam *in marg.* 1. g) que — vallatum *e* 2, *des.* 1. h) F. 1.

1) Quae bello Gallico Ricardus Cornubiensis m. Iulio fortiter gessit late exposuit noster ap. Luard IV, p. 211. 2) Ludovicus IX, se Henrico III. Pictaviam et Normanniae partem concedere. 3) Iacobi. 4) Ferdinandi III. 5) Raimundi VII. 6) Hugonem X. 7) A. 1217. 8) Philippum II. 9) A. 1226; haec Albanenses excogitasse videntur; cf. supra p. 53. 131. 10) Mense Augusto. 11) Hayles in com. Gloucestriae, v. infra a. 1246. 1251. 12) Scilly. 13) Epistolas ab Henrico III. Ian. 8. Friderico II. et Petro de Vineis datas v. ap. Rymer I, p. 250. Extat quoque epistola Henrico regi Angliae data, qua *P. de Vinea, Apulus vester a vobis in fidelem adoptatus, adoptari in municipem Anglie supplicat, ut regni habeatur civis,* ap. Huillard-Bréholles, 'Pierre de la Vigne' p. 303; cf. p. 23. 14) Forsitan noster epistolas ab imperatore cardinalibus, sed iam a. 1242 (Ficker nr. 3280. 3292. 3313) datas legerit.

instanter dominum imperatorem postulabant, ut, si se pacis ac libertatis ecclesiastice haberi 1243.
cuperet emulatorem, sub bone pacis spe certissima quos adhuc tenuit incarceratos prelatos ecclesie[a] liberos abire permitteret.

*Legati et prelati quos imperator tenuerat incarceratos abire liberi permittuntur.* Imperator igitur dictis cardinalium fidem adhibens indubitatam et firmiter credens, tam papam eligendum, quam ipsos cardinales pacem regno et sacerdocio congruam et honorabilem provisuros, omnes[1] quos habebat incarceratos prelatos et legatos liberos sine aliquo impedimento vel redempcione liberaliter abire permisit[2].

*Obstinati cardinales et dissidentes nec adhuc in eleccionem papalem poterant consentire.* Cardinales autem adhuc obstinati et in dissensione et odio mutuo permanentes et imperatorem quasi pro deluso habentes, seminante zizania inter eos Sathana, nec adhuc voluerunt convenire, ut unanimiter Spiritus sancti gratiam invocando postularent, ut ecclesie universali et papali sedi feliciter ac rite providerent, cum tamen nuper liberati a carcere imperiali in districto veritatis examine et verbo veritatis, que est Deus, promisissent ipsi imperatori, suo liberatori, ut ipsi efficaciter pacem ecclesie et imperio convenientem et sedi papali consilium pro posse suo procurarent.

*Imperator, sua spe frustratus, iussit Albaniam prius depopulari et possessiones cardinalium[3] vastari.* Cum autem vidisset imperator hec effectu caruisse et se sua spe defraudatum, in iram excanduit vehementem. Et congregato excercitu copioso, ex 9 aciebus constituto, qualibet ex quinque milibus armatorum equitum existente, Romam ex magna parte obsedit racione eorum qui dicti cismatis in detrimentum ecclesie et imperii, tam civium quam cardinalium, procuratores et fautores esse videbantur. At cives, causa quorum Urbem expugnare proposuit, se legaliter excusaverunt, suam sufficienter purgantes innocenciam et asserentes, cardinales tam locis quam cordibus[b] diversis urbibus dispersos fuisse et latitantes. Iussit igitur imperator obsidionem solvi et edicto imperiali proclamari ac iuberi, ut omnes possessiones et ecclesie cardinalium et civitates ecclesie ab ipso excercitu depopularentur.

*Vastata Albania, cardinales sibi timentes conveniunt, ut ecclesie providentes papam communiter sibi eligant.* Igitur quidam Sarraceni et alii vastatores et malefici tempore belli stipendiis imperatoris militantes irruunt in Albaniam, nobilem civitatem, eam feraliter devastantes, ita quod nec ecclesiis in civitate existentibus, videlicet centum et quinquaginta[4], minime pepercerunt, asportantes vestimenta, calices et libros, immo etiam quecunque videbantur[c] eis venalia vel quomodolibet profutura, civibus datis in predam et miserabile exterminium. Et cum paratus fuisset excercitus in alias possessiones ecclesie simili furore debacari, significaverunt cardinales domino imperatori, humiliter deprecantes, ut parceret ire sue iuberetque cessare grassatores; et ipsi indubitanter secundum preceptum suum et desiderium, Deum habentes pre oculis, ecclesie et imperio idoneum quamtocius Romanum pontificem providerent. Mitigatus igitur imperator rabiem vastatorum edicto compescuit imperiali[5].

*Universitas Francorum efficaciter persuadet, ut cardinales papam eligentes ecclesie provideant.* Per idem tempus miserunt Franci sollempnes nuncios ad curiam Romanam, significantes persuadendo precise et efficaciter, ut ipsi cardinales papam rite[d] eligentes universali ecclesie solatium pastorale maturius providerent, vel ipsi Franci negligentiam eorum de sibi eligendo et providendo summo pontifice citra montes[6], cui obedire tenerentur, quantocius contractarent[e]. Et hoc audacter significabant, confisi de antiquo privilegio suo per sanctum Clementem beato Dionisio concesso et optento, qui[f] concessit apostolatum eidem Dionisio[g] super gentem occidentalem. Unde ipsi cardinales,

a) ecclesie — prelatos *[l. 7] in contextu omissa ad calcem pag. attulit scriba* 2. b) dissidentes *suppl. edd.* c) vedebantur 1. d) precise 2. e) *sic* 1; contrect. *corr.* contract. 2. f) qui — occidentalem *in marg.* 1. g) D. 1.

1) Non omnes; cf. Ficker nr. 3362b. 2) Fere m. Maio a. 1243. 3) Potius Urbi quam cardinalibus m. Maio nocere studuit. Ficker nr. 3362a. et Schirrmacher IV, p. 358. nostro hic fidem non habendam esse censent. Qui fortasse rumores de rebus a. 1241 sq. (v. Ric. Sangerm.) gestis confusos audivit. 4) Tot non erant; vide Gregorovius V, p. 216. 5) A. 1243. conclave non habitum est antequam imperator sponte recessit; cf. Ficker nr. 3366. 6) Rex Franciae qui tunc cardinalibus scripsit (Huillard-Bréh. VI, p. 68), tale quid minatus non est. 7) De hoc errore cf. quae Stubbs ad Rad. Dicet. I, p. 63. annotavit.

1243. quasi quibusdam stimulis hinc domini imperatoris, inde Francorum agitati, Romam convenientes adierunt, ut papam eligerent in unum ibidem congregati. . . . . . .

Exemplum quod potestas papalis ad fratrum universitatem divolvitur sede vacante papali, et super hoc litere universitatis. Dierum illorum circulis revolutis, quia multi dubitabant, si papalis potestas sede vacante ad fratrum, id est cardinalium, universitatem divolveretur an non, per has literas, quas opusculo huic inserere[a] duxi, plenius certificamur:

Nota exemplum de literis cardinalium vacante sede.

*Miseracione*[1] *divina R.*[2] *Ostiensis et Velletrensis*[b], *I.*[3] *tituli Sancte Praxedis, S.*[4] *tituli Sancti Laurentii in Lucina, S.*[5] *tituli Sancte Marie trans Tyberim, presbyteri, R.*[6] *Sancte Marie in Cosmedin, E.*[7] *Sanctorum Cosme et Damiani, O.*[8] *Sancti Nicholai in Carcere Tulliano, diaconi, sancte Romane ecclesie cardinales, religioso viro abbati*[9] *de Wareduna*[10] *salutem in Domino. Ex parte magistri Petri apostolorum principis basilice canonici, rectoris ecclesie de Morduna*[11], *nati Iacobi Iohannis Capote, civis Romani, fuit propositum coram nobis . . . Datum*[12] etc. *anno Domini* 1243, *apostolica sede vacante.* . . . . . .

Sinebaldus cardinalis electus et creatus est papa, et vocatum est
Iun. 24. nomen eius Innocencius quartus. Ipso eodem anno, die nativitatis sancti Iohannis baptiste[13] creatus est in papam dominus Sinebaldus cardinalis, postquam vacaverat sedes
Iun. 29. papalis per annum et 9[14] mensibus. Et die apostolorum Petri et Pauli[15] confirmatus est, et vocatum est nomen eius Innocencius quartus. Et confirmatus statim[16] confirmavit sententiam latam a predecessore suo Gregorio in imperatorem Fretherícum. Creatus autem est Anagnie. Unde Romani et Romanorum imperator[16] quasi pro duplici iniuria ipsi pape moliebantur gravamina et insidias paraverunt[16], et eo instancius, quia imperator credebat papam sibi favorabilem habiturum. Posuit[17] igitur imperator in transitibus viarum et portuum artas custodias et per mare galeas, ne bullarum portitores transmearent, libero transitu gratulantes. Nec multum post hec dominus imperator duos fratres de ordine Minorum comprehendit, eo quod literas iussu superiorum suorum ad suscitandum guerram inter quosdam magnates[c], precipue contra imperatorem, furtive detulerunt, et comprehensos iussit suspendi.

Templarii apud Acon et in aliis locis Hospitalarios obsident et graviter infestant. . . . Templarii fratres Theutonichorum[d] ecclesie Sancte Marie in contumeliam imperatoris exturbatos a finibus suis propulsarunt. . . . . . .

Confirmatur Bonefacius electus Belicensis in archiepiscopum Cantuariensem. Eisdemque diebus Bonefacius electus Belicensis, avunculus regine, nascione Provincialis, non sine multorum admiracione in archiepiscopum Cantuariensem, rege hoc diligentissime procurante, a domino papa confirmatur[18]. . . . . . .

De nimium pomposo adventu Beatricis comitisse Provincie, scilicet matris regine, in Angliam. Circa idem tempus, scilicet[e] Kalendis Decembris[19], applicuit apud Doveram, rege vocante et totum iter suum suis[f] procurante, comitissa Provincie Beatrix, mater reginarum Francie et Anglie, mulier decoris expectabilis[g 20], prudens et civilis. Venit autem in apparatu magno et fastigio pomposo nimis. Ipsamque infiniti nobiles Anglie, non sine mora nimis sumptuosa, super litus maris iussu regis
Nov. 18. expectarunt. In octavis sancti Martini, quia tunc dicta comitissa ventura fuit Londonias, iussit rex civitatem Londoniarum cortinis, auleis et diversis aliis ornamentis decorari a ponte usque Westmonasterium, stipitibus, luto et omni eluvie et offendiculo procul a visu transeuntium elongato. Duxit autem secum filiam suam Cinciam[21], comiti Ricardo matri-

a) insere 1. b) episcopus *suppl. videtur.* c) *ita* 2; magnatos 1. d) *corr. ex* Teut. 1; Theutonicor. 2. e) *numerus* (XVIII?) *deesse videtur.* f) *sic* 1; *deest* 2; expensis *suppl. edd.* g) expeccab. 2.

1) Potthast, Reg. nr. 11075. 2) Rainaldus. 3) Iohannes. 4) Sinibaldus. 5) Stephanus. 6) Reinerus. 7) Aegidius. 8) Otto. 9) Adam. 10) Old-Warden in com. Bedford. 11) Morden in com. Cambridge. 12) Antequam mense Maio Iacobus ep. Praenestinus ab imperatore dimissus est; Schirrmacher IV, p. 356. 13) Potius Iun. 25; eundem errorem habent Ann. Teokesbur., SS. XXVII, p. 469. 14) Potius 7 et dimidio. 15) Potius Iun. 28. consecratus est. 16) Actiones de pace aestate a. 1243. habitas (cf. Potthast, Reg. nr. 11117) noster non comperisse, immo haec post Innocentii IV. fugam scripsisse videtur. 17) Haec repetuntur infra p. 234. 18) Cf. Berger, 'Registres d'Innocent IV.' I, nr. 116 sqq. 19) Potius Nov. 14; cf. Ann. Dunstapl., SS. XXVII, p. 510. et v. infra l. 42. 20) I. e. *spectabilis*; v. Ducange s. v. 21) Ne eam per Franciam duci faceret, Henricus III. Reimundum Berengarium, patrem eius, Ian. 25. monuerat; Rymer I, p. 251; de terris Ricardo comiti Dec. 1. datis cf. ib. 253 sq.

monio copulandam. Venerunt autem obviam ei eciam de remotis[a] Anglie partibus et Scocie conterminis multi nobiles, iussu regio coartante. . . . . . . 1243.

Comes Ricardus desponsavit Cinthiam[1], sororem reginarum Francorum et Anglorum. Eodemque anno, die videlicet sancti Clementis[2], comes Ricardus desponsavit uxorem[b] suam Cinciam, filiam Reimundi comitis Provincie, sororem videlicet regine, apud Westmonasterium. In cuius nuptiis tanta convivii nuptialis totque convivarum nobilium resplenduit serenitas festivalis, ut ille incomparabilis apparatus diffusos exigeret tractatus et tediosos. Sed ut multa brevibus perstringam, in quoquinali[c] ministerio plura quam triginta milia ferculorum prandentibus parabantur. Prodigiosaque comenta in presentia regis comitisque novi sponsi, regine quoque et sororis sue dicte Cincie, nove sponse — mutatum[d] nomen eius, et vocata est Sciencia —, comitisseque Provincie Beatricis aliorumque innumerabilium magnatum oculos et cogitatus intuentium in admiracionem inauditam rapiebant; secularisque pompe, inanis quoque glorie in ioculatorum diversitate, in vestium varietate, cibariorum numerositate et epulantium populositate delicias transitorias contemptibiles et umbratilem prostigiatorem[e] mundum manifeste comprobarunt, cum tanti paratus varietates crastina dies quasi nebulam exuflavit[3]. . . . . . . Nov. 23.

Quomodo imperator Biterbium et multas partes circumiacentes amiserit. Eisdemque temporibus pro imperialibus ministris[4] nimis Biterbienses opprimentibus ipsa tota civitas cum partibus adiacentibus conversa est[5] ad Romanos, qui partes pape confovebant. Oppressi enim et iugo insolite servitutis gravati, postquam se suamque civitatem imperatori contradiderant, ad Reinerum Biterbiensem cardinalem confugerunt, ut ipsius auxilio et consilio Romanis confederarentur et, sopito antiquo odio, extunc inantea gens una forent, ut in hostes consurgerent forciores et pressuras imperiales tucius evitando declinarent. Diligenter igitur procurante Reinero memorato, subito et clam elaboratum est, ut adventantes Romani in multitudine gravissima, omnes custodes imperales[f] prudenter occupantes, incarcerandos Romam captos et captivos reduxerunt, inito pacis federe inter Romanos et Biterbienses; et in loco imperialium magistratuum in castrorum turribus et in locis munitis suos fideles tam Romanos quam Biterbienses subrogarunt, ita ut, penitus imperatore contempto, Romani Biterbienses et Biterbienses Romani viderentur.

Adest imperator, ut sibi requirat Byterbium, sed confusus recedit.

Quo audito, imperator tactus doloris aculeo, cum impetu maximo et manu armata innumerabili conatus est adimplere fossatas doleis, cespitibus, stipitibus et aggere terrestri, ut violenter intrans omnes statim trucidaret. Cives autem, videntes rem agi pro capite, conatus hostium viriliter interius repulerunt, et ex adversa parte adventantes Romani cum inopinabili multitudine propositum imperiale potenter cassaverunt. Et facto congressu hostili, multi ex parte imperatoris ceciderunt. Insuper[6] quidam miles egregius ex parte imperatoris, armis ipsius specialibus decoratus, spiculo baliste transfossus miserabiliter expiravit, imperatore nimium condolente. Et cum illo casu inimici eius exultantes clamorem exultacionis levassent, credentes ipsum imperatorem interisse, affuit ipse imperator, previis tubicinibus suis, et vix ab impetu adversariorum excercitum suum liberavit ex adverso ante expectatum venientium. Et cedendo[7] se versus partes Pisanorum recepit, ut forcior postea respiraret in suos rebelles insurgendo.

Alii de vicinis partibus recedunt ab imperatore.

Videntes autem qui partes circumiacentes inhabitabant, quod imperator turpiter non sine magno rerum dispendio et decoris[g] et hominum iactura secesserat, recesserunt multi a fidelitate ipsius et Romanis atque Biterbiensibus sunt confederati secundum illud poeticum[h]:

*Mobile mutatur semper cum principe vulgus.* Claudian. IV. consul. Hon. 302.

Capto comite Symone cum aliis quibusdam, quibus imperator commiserat Byterbium custodiendum, confusus est imperator. Obfuscata est igitur non mediocriter fama imperatoris; captus enim erat comes Symon de Tuscia[i,8], cui fiducialiter

a) rom. 1. b) u. s. *des.* 2. c) *sic pro* coq. *codd.* d) mut. — Sci. *in marg. Math.* 1; cuius n. est m. et v. 2, *ubi* nove sponse *in marg.* e) *sic pro* prestig. *codd.* f) *sic* 1. g) decoris, de *superscr. corr.* dedecoris *codd.*; dedecore *edd.* h) poetim 1. i) Tuscya 2.

1) De sarcophagis Isabellae et Sanchiae, uxorum Ricardi, nuper disseruit Helmore in 'Reg. Archaeolog. Institut.' a. 1884, Iul. 3; cf. 'Academy' nr. 636, p. 32. 2) Nov. 22 (dominica) habent alii; cf. Ficker nr. 5286 s. 3) Cf. Ducange s. v. *exsufflare.* 4) Imprimis comite Simone de Theate. 5) Sept. 8. 9. 6) Haec alibi non habentur; Schirrmacher IV, p. 363. 7) Nov. 14. 8) Error; Simon Theatinus a Viterbiensibus m. Sept. circumventus, m. Nov. liber dimissus est (Ric. Sangerm., SS. XIX, p. 384). Fortasse

1243. commiserat Byterbium custodiendum, cum suis complicibus, qui Romam, ut dictum est, captivus trahebatur, amissumque fuit ipsum Byterbium cum quibusdam civitatibus et castris circumiacentibus, ipseque imperator quasi fugam iniit. Denigrata est fama ipsius, et sinistro susurro divulgatum, quod nunquam divina officia audire dignabatur vel orare vel personas ecclesiasticas digne venerari vel in fide catholica sane loqui vel sentire, a concubitu mulieicularum Sarracenarum abstinere, immo potius tam Sarracenos quam alios infideles in terram imperii vocare et urbes[1] construere permisit[a] munitissimas.

Recedunt ab imperatore multi nobiles. Recesserunt igitur ab imperatore multi nobiles et graves ac potentes, videlicet marchisii de Monte-ferrato[2] et de Malaspina[3], Vercelle[4], Alexandria et multe nobiles civitates. Et multiplicati[b] sunt inimici eius, prout solent homines fortune sequentes serenitatem. In Alemannia etiam multi abierunt retrorsum, et nolentes amplius stare cum eo, alium sibi in regem elegerunt vel imperatorem, videlicet andegravium de . .[c, 5], virum elegantem et strenuum; cui Germanie et Italie pars potissima consilium et auxilium usque ad capitum exposicionem spopondit indefessum.

Subtilis in adversitate imperatoris industria. Hec autem sagaci mente perpendens pericula dominus imperator, commisit regendum excercitum[d] suum cuidam sibi familiarissimo, et nulli pandens tanti consilii sacramentum, illac lora dirigit[6] festinanter et eo fiducialius, quod memoratus andegravius in dictam eleccionem non adhuc plene consensit, immo pocius tam consensum quam responsum Germanicis suspendit. Dilexit enim imperatorem et Romane curie odivit cavillaciones. Accedente igitur ad ipsum imperatore et vocante eum pacifice et secreto in loco tuto, adeo mutuis collocucionibus et amicis confabulacionibus ante recessum suum ab invicem datis dextris confederati sunt, ut de suspecto factus est idem andegravius amicus tutissimus, et omnibus qui eum elegerant manifeste singnificavit, quod tam temere presumpcioni nullatenus adquievit. Et sic ad votum perfecto negotio, ad excercitum[e] suum imperator eadem qua recessit prudentia remeavit.

Humiliatus est imperator. Veruntamen qui oderunt ipsum imperatorem extulerunt caput et pro iacturis suis, quas superius expressimus, exultaverunt. Humiliatus
Ps. 82, 17 est igitur aliquantulum dominus imperator secundum illud propheticum: *Imple facies eorum*[a] *ignominia, et querent nomen tuum, Domine!* Intermeantibus igitur nobilibus et profundi consilii personis, tractatum est diligenter de pace inter ecclesiam et imperatorem. Sed noluit aliquo modo imperator iurare, ut staret ecclesiastice censure absolute, nisi precongnitis causis, et previsa via, et omnibus condicionibus, nec quomodolibet quedam adquisita ad imperium iure antiquo spectantia resignare. Et sic, procurante humani generis inimico, ira rediit rediviva.

1244. Otto fit episcopus Portuensis. Et circa illos dies[7] factus est Otto, qui cardinalis[8] in Carcere Tolliano et legatus in Anglia extiterat, episcopus Portnensis.

Quedam epistola archiepiscopo Burdegalensi transmissa terribilis nimis. Eisdem[9] diebus hec epistola archiepiscopo Burdegalensi[10] transmissa, que in multis consonat epistole imperali[f, 11], regibus multis christianis directa[g] de horribili vastacione inhumane gentis, quam Tartaros vocat[h] — sed in hac Tattari vel Tatari nuncupantur —, multos etiam constantes viros vehementer perteruit[f].

1242. *Giraldo Dei gratia Burdegalensi archiepiscopo Yvo dictus Nerbonensis, suorum olim*
cf. Matth. 25, 15 sqq. *novissimus clericorum, salutem et super talentis creditis ad reddendum sufficere racionem. Terrenis involute negociis anime reproborum divini comminaciones iudicii non advertunt, nec*

a) *inter lineas* 1. b) mltipl. 1. c) *nomini inserendo vacat spatium* 1; Durring *manu post.* 2. d) excereituum 1. e) excercium 1. f) *sic* 1. g) directo *fortasse scribere voluit Matheus.* h) vocant *edd.*

confunditur cum Pandulfo comite vicario Tusciae in auxilium imperatoris adveniente et tunc captivo Romam ducto. 1) Lucera dicitur. 2) Bonifacius. 3) Conradus. 4) Cf. Ann. Placent., SS. XVIII, p. 486. 5) Henricum Raspe iam a. 1244 in. cum papa stetisse et mox post imperatorem a. 1245. depositum qui rex eligeretur designatum esse, docet Ficker nr. 4865 b. c. Forsitan igitur noster rumorem qui veritatem praecesserit de rege electo audierit. Certe enim electionem Maio a. 1246. perfectam ne eo quidem tempore novit, quo (longe infra, ed. Luard IV, p. 455), de imperatore a. 1245. deposito narrans, electores Alemanniae monitis papalibus minime paruisse dixit. 6) Imperatorem tunc vel (ut Schirrmacher IV, p. 499. cogitavit) a. 1242, m. Martio in Germaniam profectum esse, fabulatur noster iterum a. 1244, falso, ut videtur, rumore seductus; cf. Ficker nr. 3278 a. A. 1244. Angli metuisse dicuntur, ne imperator forte hostiliter *ad partes illas* (Angliae oppositas) accederet; infra p. 238. 7) Post Apr. 26. a. 1244, sed ante a. 1245, Ian. 23; cf. Potthast p. 1284 sq. 8) *S. Nicolai* supplendum. 9) A. 1242 in.; cf. Wolff p. 248. 341. 10) Geraldo. 11) Supra p. 210.

*obstinatis terror incutitur, donec horrende dampnacionis sentencia feriantur. Miror namque,* 1242 *quod, cum, terribiliter iminente cunctis exterminio christianis, talis obstinacio reges terre cete-rosque potentes universaliter comprehendat, quod*[a] *vos, qui zelum Dei habere dicimini, vestre magnitudinis gravitate obstinatorum corda non attemptatis movere; vestre siquidem a pluribus et sapientibus et auctoritati staretur et fidei crederetur. Porro, quantum christianis ex super-veniente Tattarorum impetu periculum*[a*], *solis*[b] *constat expertis. Nam ex illius populi crudelitate vel dolo mentiri non posset infamia, cuius ut vobis ritus nephandos breviter prosequar, nihil dicam quod dubitem vel opiner*[c], *sed certe quod expertus sum et quod scio. Accusatus quon-dam, ut nostis, ab emulis meis coram magistro Roberto de Curzun, Romane curie tunc legato*[1], *super heretica pravitate, non conscientie scrupulum, sed cause turpitudinem erubescens, iudi-cium declinavi, et hoc ipso factus suspeccior; auditis igitur illius autentici viri commi-nacionibus, fugi a facie persequentis. Multas proinde compulsus circuire provincias, Pate-* cf. Ps. 43,17. *rinis in civitate Cumea*[2] *commorantibus conquerendo narravi, qualiter pro fide eorum, quam, Deo teste, nunquam didiceram vel sequebar, precipitatis in me sentenciis exulabam. Hoc illi audito gavisi sunt et me felicem censuerunt, eo quod*[d] *persecucionem*[e] *propter iusti-ciam tolerassem. Et ibidem apud eos tribus mensibus splendide*[f] *ac voluptuose procura-bar et multos cotidie errores, immo potius horrores*[g], *quos contra fidem apostolicam asse-rebant, audiens subticebam. Meque beneficiis obligarunt ad promittendum sibi, quod extunc christianis, cum quibus morosum possem habere colloquium, predicarem persuadendo, quod in fide Petri neminem contingeret salvari, et hanc sententiam pertinaciter edocerem. Hoc-que mihi fide interposita promittenti sua ceperunt secreta detegere, perhibentes, quod ex omni-bus fere civitatibus Lombardie et quibusdam Tuscie Parisius dociles transmisissent scolares, quosdam logicis cavillacionibus, alios etiam theologicis dissertacionibus*[h] *insudantes ad astru-endos ipsorum errores et professionem apostolice fidei confutandam. Multos etiam mercatores hac intencione mittunt ad nundinas, ut pervertant divites laicos commensales et hospites, cum quibus loquendi familiariter indulgetur facultas, ut multipliciter negociantes aliorum sibi pecunias hinc sibi lucrentur, inde animas nihilominus thesaurizent Antichristo. Cumque a pre-dictis fratribus degeneribus licentiam petissem, miserunt me Mediolanum, a suis comprofes-soribus hospitandum. Et sic omnes pertransiens civitates Lumbardie circa Padum, semper inter Paterinos conversans, semper in recessu accepi ab aliis ad alios intersigna. Clemonam*[i, 3] *tandem perveniens, opidum in Foro-Iulii celeberrimum, nobilissima Paterinorum bibi vina, rabiolas*[4] *et ceratia*[5] *et alia illecebrosa comedens, deceptores decipiens, Paterinumque me profitens, sed, Deo teste, fide, etsi non operis perfeccione, christianus existens. Clemoneque per triduum commoratus, accepta licencia a complicibus, sed malediccione a quodam ipsorum episcopo, cui suspectus eram, postmodum, ut audivi, pro quadam fornicacione ab eisdem deiecto, nomine Petro Gallo, inde cum quodam fratre laico, Canales Aquilegie sum ingressus peregrinans, et transmigrando ulterius, in opido quod Frisac*[6] *dicitur iacuimus apud fratres. Sed ab eodem fratre postero mane solus*[d] *relictus, Carinthiam pertransivi solivagus, ac deinde in quodam opido Austrie quod Theutonice Neustat*[7] *dicitur, id est nova civitas, inter quosdam novos religiosos qui Beguini vocantur hospitabar. Et in proxima civitate Wienna locisque circumiacentibus aliquot annis delitui, opera confundens, heu, heu! bona et mala; vivens enim, diabolo instigante, satis incontinenter, anime mee noxius adversabar, multos veruntamen ab errore revocans memorato. Hoc igitur et multis aliis peccatis inter nos christianos emergenti-bus iratus Dominus, factus est velut vastator hostilis et ultor formidabilis. Hoc iccirco dixe-* cf. Ier. 51,20. 13,16. *rim, quia quedam gens ingens, homines inhumani, cui lex exlex, ira furor, virga furoris domi-nici, terras infinitas peragrando feraliter devastat, omnia obstancia cede et incendio horribi-liter exterminando. In hac demum estate ipsa gens memorata, que Tattari nuncupatur, Pan-* 1241 *noniam, quam per tradicionem ceperat, exiens, dictum opidum, in quo tunc forte morabar, cum infinitis milibus obsedit truculenter. Nec erant ibidem in ipso ex nostris viri bellici preter milites 50, quos cum viginti balistariis dux*[8] *in municione reliquerat. Hii omnes ex quibusdam eminenciis circumfusum supervidentes excercitum, immanem abhorrebant seviciam satellitum*

a) *sic codd.* a*) *verbum quoddam deesse videtur.* b) solum 2. c) opin'er 1; opinerier 2. d) *superscr.* 1. e) per-secucne. 1. f) spl. ac vol. *in marg.* 1. g) *corr. ex* errores 1. h) dissertat. 2; disserricionibus 1. i) Cremonam 2.

1) A. 1213 sqq. contra Albigenses agente. 2) Como. LUARD. 5) Fort. pro *cerasa (kirschen)*. LUARD. 3) Gemona ab Udine versus septentr. 4) Uvas, 6) Friesach. 7) Wiener Neustadt. 8) Austriae Fri-ni forte *radioli* (olivae) dicuntur; cf. Ducange s. v. dericos.

*Antichristi, et ascendentes ad Deum christianorum planctus miserabiles audiebantur, qui subito in circumiacente provincia preocupati*[a], *sine delectu condicionis, fortune, sexus et etatis omnes indifferenter diversis suppliciis interibant. Quorum cadaveribus principes cum suis cenofaris*[b, 1] *aliisque lotofagis quasi pane vescentes, nihil preter ossa vulturibus relinquebant*[*]. *Sed quod mirum est, famelici et edaces vultures, que forte supererant, reliquiis vesci minime dignabantur. Mulieres autem vetulas et deformes antropofagis, qui pro*[c] *vulgo reputantur, in escam quasi pro diarrio*[d] *dabant; nec formosis vescebantur, set eas clamantes et eiulantes in multitudine cohituum*[a] *suffocabant. Virgines quoque usque ad exanimacionem opprimebant, et tandem abscisis earum papillis, quas magistratibus pro deliciis reservabant, ipsis virgineis corporibus laucius epulabantur. Videntibus interim ipsorum speculatoribus ex cuiusdam promontorii summitate ducem Austrie cum rege Boemie*[2], *patriarcha Aquilegie*[3], *duce Carinthie*[4], *et marchione, ut dicebatur, concomitante de Bade*[5], *cumque plurimo potentatu conterminorum et iam ordinatas ad bellandum acies, totus ille nephandus excercitus repente disparuit, omnesque illi cursores in miserabilem Hungariam sunt reversi. Qui ut subito aderant, sic et aberant repentini; unde magis omnes hoc videntes reddunt formidantes. Ex ipsis vero fugientibus princeps Dalmacie cepit octo, quorum dux Austrie novit unum, Anglicum nascione, sed propter quedam maleficia de regno Anglie perpetua banniacione*[e] *proscriptum. Hic*[6] *ex parte regis nequissimi Tattarorum bis venerat ad regem Hungarie*[7] *nuncius et interpres et mala, que postmodum contigerunt, satis manifeste premuniendo comminatus est, nisi se et regnum suum Tattaree dederet servituti*[8]. *Hic a principibus nostris inductus ad dicendum*[f] *veritatem de Tattaris, nullum visus est pretermittere iuramentum, sed tanta contestatus est, ut et ipsi credi posset diabolo. In primis igitur de se ipso narravit, quod instanter post tempus proscripcionis sue, id est ante triginta annos etatis sue, in civitate Achon amissis in ludo omnibus que habebat, in ipsa hyeme, nil preter camisiam de sacco, calceos de bove*[g], *capam*[h] *de cilicio secum asportans, ignominiosa compellente inedia cum infirmitate, tonsoratus omnino ut fatuus et inexpresse clamans ut mutus, multas provincias libere pertransisset et hospites beneficos invenisset, qualemqualem vitam protraxit, quamvis cotidie verborum levitate et cordis inconstancia diabolo se comendasset. Tandem ex nimietate laborum et assidua aeris mutacione et ciborum apud Caldeos gravi languore detentus et in tedium vite demersus est. Non valens igitur procedere vel reverti, paulatim respirando ibi commorans, cepit, ut erat aliquantulum literatus, ea que ibi proferebantur tabulis commendare et cito postea tam recte proferre, ut indigena putaretur; et eadem facilitate didicit plures linguas. Ipsum igitur Tattari per exploratores suos eligentes sibi attraxerunt; et postquam de vendicando sibi tocius mundi dominio acceperunt responsum, multis sibi donariis ad fidelitatem suam et servicium astrinxerunt, pro eo quod interpretibus indigebant. De moribus autem eorum et supersticione, de disposicione corporum eorum et statura, de patria et modo pungnandi iuravit, quod sunt super omnes homines avari, iracundi, dolosi et immisericordes; sed rigore punicionis et immanitate penarum per suos superiores infligendarum a iurgiis et mutuis deceptacionibus et seviciis invicem cohercentur. Principia suarum tribuum deos vocant et certis colunt temporibus solempnitates eorum, multas quidem particulares, sed tantum quatuor generales; et propter se solos omnia credunt esse creata. In excercendo seviciam contra rebelles nullum esse credunt peccatum. Habent autem pectora dura et robusta, facies macras et pallidas, scapulas rigidas et erectas, nasos distortos et breves, menta proeminentia et acuta, superiorem mandibulam humilem et profundam, dentes longos et raros, palpebras a crinibus usque ad nasum protensas, oculos inconstantes et nigros, aspectus obliquos et torvos, extremitates ossosas et nervosas, crura quoque grossa, sed tibias breviores. Statura tamen nobis*[i] *equales; quod enim in tibiis deficit, in supe-*

*) *Ad calcem pag. cod. 1 depicti sunt barbari ossa humana assantes et edentes; superscr.:* Nephandi Tartari vel Tattari humanis carnibus vescentes. *Iuxta hos captivus ligatus apparet ad arborem, cuius foliis equus vescitur; inscr.:* Equi Tattarorum, qui sunt rapacissimi, cum desunt uberiora pabula, frondibus et foliis necnon et corticibus arborum sunt contenti[9].

a) *sic* 1. b) *sic codd.;* cynocephalis *perperam edd. priores.* c) *sic codd.; deest edd.* d) *sic pro* diario *codd.* e) baun. 1. f) dicen dicendum 1. g) *sic codd.* h) cappam 2. i) sunt *suppl. videtur.*

1) Fort. pro *cynophagis* LUARD. Nomine Lotophagorum Ivo barbaros dicere voluit. Minus recte *lutophagis* corrigit Wolff. 2) Wenceslao. 3) Bertholdo. 4) Bernardo. 5) Hermanno. 6) Eundem esse qui Iulianum fratrem Praedicatorem, similia narrantem ap. Hormayr II, p. 67, de Tartaris certiorem fecit, coniicit Fejér IV, 1, p. 243. 7) Belam. 8) Cf. supra p. 210. 9) Haec noster fortasse ex imperatoris epistola supra p. 211. sumpsit.

*riori cornore compensatur. Patria eorum tellus olim deserta et maxime vastitatis, ultra omnes Caldeos, de qua leones, ursos et alias feras arcubus et aliis machinis expulerunt. De coriis earundem bullitis sibi arma levia quidem, sed tamen impenetrabilia, coaptarunt. Solent autem non maximis, sed fortissimis equis et parvo pabulo contentis insidentes, fortiter alligari, iaculis, clavis, bipennibus et gladiis infatigabiliter ac fortiter dimicare; sed prerogativam habent in arcubus et argutam industriam pugnandi. A tergo debilius armati, ne fugiant, non prius a conflictu recedunt, quam principale vexillum sui ducis videant retroire. Victi quoque non supplicant et vincentes non parcunt. In voluntate et proposito subiciendi suo dominio totum mundum persistunt omnes quasi vir unus; nec possunt tamen milia milium computari. Satellites vero numero sexcenta milia, cum ad mansiones excercitui preparandas premittuntur*[a]*, properantes in equis cursoribus, sub unius noctis spacio transvolant tres dietas, seseque subito per totam diffundentes provinciam, universum populum inermem, immunitum et dispersum preocupantes*[b]*, tantam fatiunt*[b]* stragem, ut rex vel princeps terre obsesse, quos contra eos adunet et in bello ordinet, non inveniat. Omnes populos et principes regionum, secundum non causam, ut*[c]* causam, tempore quietis decipiunt. Nunc se propter Magos*[d]* reges, quorum sacris corporibus ornatur Colonia, in patriam suam reportandos, nunc propter avariciam et superbiam Romanorum, qui eos antiquitus oppresserunt, relidendam, nunc propter subdendas sibi barbaras tantum et yperboreas*[e]* nasciones, nunc propter furorem Theutonicum sua modestia temperandum, nunc propter militiam a Gallis addiscendam, nunc propter terre fertilitatem, que sue multitudini sufficere possit, adquirendam, nunc propter peregrinacionem ad Sanctum Iacobum in Galicia*[f]* *terminandam egressos se patriam mentiuntur. Pro quibus fingmentis quidam eis reges simplices, inito federe, liberum per terras suas transitum concesserunt, eisque federa non servantibus, nichilominus perierunt. Tantis igitur emergentibus toti christianissimo populo periculis, quid rudium religionum et adhuc fornacis, ex qua prodierunt, igne flagrantium, faciunt sancti fratres*[1]*, qui credi volunt viam se perfeccionis pre ceteris elegisse? Confessionibus siquidem et aliis familiaritatibus principum et magnatum sibi favorem conciliantes, in auribus eorum contra Tattaros instanter et importune clamare deberent; male faciunt, si non clamant, peius, se si simulant, pessime, si succurrant. Quid monachi nigri et albi et canonici Norbertini, qui mundo mortui credi volunt, quare hec videntes iminere pericula, contra Tattaros crucem non predicant baiulandam? O regum stulta consilia, episcoporum et abbatum taciturnitas supina! Inaudita crudelitatis rabie sex rengna christianorum iam destructa sunt, et idem de ceteris iminet; nec ex occisorum exemplo superstitibus adhibetur cautela, sed hostes sevissimos relinquimus in patria et mitissimos impetimus ultra mare! Eapropter*[g]* *ego, qui vestre paternitatis gratia sum id quod sum, duxi vobis in Domino consulendum, ut reges Francie, Anglie et Hyspanie, inter quos locum medium optinetis, curetis inducere modis omnibus, si possitis, ut, sopitis inter eos omnibus querelis vel in perpetuum vel ad presens, tractatum inter se discretum habeant et maturum, qualiter tot milibus tam sevorum secure possint occurrere. Fidem enim Christi contestor, in qua spero salvari, quod tot monstrorum vel omnes ipsi confundent vel singuli confundentur. Valete!*

1242.

Q u a m e f f i c a x f o r e t h e c e p i s t o l a, n i s i d i s c o r d i a d u r a n t e i n t e r p a p a m e t i m p e r a t o r e m i n f e l i c i t e r i m p e d i r e t u r. Hec igitur terribilis epistola regum et magnatum corda, ad quos pervenit, vehementer sollicitasset et ad iniuriam Christi et universalis ecclesie et tocius christianismi ulciscendam efficaciter erexisset, nisi pape et imperatoris mutuum discidium tocius mundi latitudinem perturbasset. Unde discordia eorum longe lateque per orbem ventilata, utpote quibus non sunt maiores, immo nec eis pares in tota christianitate, corda Tattarorum[2], immo omnium paganorum necnon et universorum Christi inimicorum exilaravit et in spem erexit tuciorem. Adeo ut superbiendo et iactitando dicerent Deum christianis offensum, qui sese adinvicem impungnant et corrodunt, et sibi pocius propicium Deum, qui ipsos multiplicavit et eorum dominium dilatavit. 1243.

a) pre *supra linea* 1. b) *sic* 1. c) ut c. *inter lineas et in marg.* 1; *locus corruptus.* d) *inter lineas* 1. e) hyp. *(e 2?) edd.* f) Calicia 1. g) Eespr. 1.

1) Ad hunc locum monet 'Hist. littér.' XXI, p. 794. archiepiscopum Burdigalensem in synodis quaedam contra Franciscanos promulgasse. 2) Haec fortasse legit noster in epistola imperatoria (Ficker nr. 3210), quam infra p. 235, l. 36. iterum adhibuisse videtur.

1243. Vie arccius[a] versus Romam custodiuntur[1]. Interim dominus imperator, videns dominum papam ex novo creatum, confirmata prioris sententia, ipsi nequaquam velle parcere, nolens etiam stare mandatis ecclesie absolute[2], iussit vias, portus et pontes artissime custodiri, ne quis portans pecuniam, quam scivit Romanam curiam insaciabiliter sitire, posset transmeare. Filius autem eius Conradus huic operi operam impendens diligentem, adep vigilanter tam per mare quam per terras transire volentibus aditus preclusit, ut nec fratribus Minoribus vel Predicatoribus vel alicui alii transfigurato, quem deprehendere posset, pepercisset, quin comprehensum usque ad anime exalacionem torqueret.

De Beguinorum[3] multiplicacione. Eisdemque temporibus quidam, in Alemannia precipue, se asserentes religiosos, in utroque sexu, set maxime in muliebri, habitum religionis, set levem, susceperunt, continentiam et vite simplicitatem privato voto profitentes, sub nullius tamen sancti regula coartate, nec[b] adhuc ullo claustro contenti. Earumque numerus in brevi adeo multiplicabatur, ut in civitate Colonie et partibus adiacentibus duo milia invenirentur[c].

De controversia mota inter fratres Predicatores et Minores. . . . [[d]. . . Hii iam sunt qui in sumptuosis et diatim ampliatis edificiis et celsis muralibus thesauros exponunt impreciabiles, paupertatis limites et basim sue professionis, iuxta prophetiam Hyldegardis Alemannie, impudenter transgredientes[4]. . . . . . .]

Articuli reprobati ab universitate Parisiensium. . . . . . .

Conclusio annalis eventus. Transiit igitur annus ille ecclesie periculosus et procellosus . . ., Ytalicis preliosus et hostilis. . . . . . .

De quodam magno convivio comitis Ricardi apud Walingeford, ubi presens erat rex et comitissa Provincie Beatrix[e]. Anno gratie 1244, qui Dec. 25. est annus regni regis Henrici[f] III. 28, fuit idem rex ad natale Domini ad Walingeford convivia fratris sui, videlicet comitis Ricardi; ubi nimis fastigiose convivantes, invitatis omnibus fere regni nobilibus, Londoniis iniciatarum reliquias nuptiarum consummarunt, ut reliquie cogitacionum[g] festum peragerent nupciale. Erant autem ibidem presentes Beatrix comitissa Provincie et filia eiusdem Cincia, nurus spectabilis, cui rex cum summo conamine totum se exhibuit serenum et iocundum.

Recedit ab Anglia comitissa Beatrix[e]. Tanti igitur convivii sollempnitate 1244. Ian. 1. completa, rex, comitante dicta comitissa Beatrice[e], cum aliis multis nobilibus Anglie et Provincie utriusque sexus, instante festo circumcisionis, Londoniam properavit, ut ibidem in Ian. 5. presentia et conspectu Provincialium sollempnizans festivitatem sancti Adwardi[h] miro apparatu celebraret[5]. Qua peracta, memorata comitissa versus mare lora dirigens, ad partes nativas remeavit, rege cum numerosa regni multitudine officiose usque ad maris litora pedetentim comitante. Sed antequam navem comitissa apud Doveram ascendisset, ne aliquando mundi prospera non admisceantur adversis, occurrerunt ei lugubrium rumorum portitores, nunciantes, Reimundum comitem Provincie, maritum suum, irremediabili[i] morbo percussum, solum expectare sepulchrum[6]; qui in omni tribulacione efficax Romane ecclesie prestitit subsidium, imperatori nocumentum procurando. Quod cum audisset dominus rex, inconsolabiliter dolens, quod potuit in precibus et elemosinis, Dei misericordiam pro eo interpellavit.

Missus est magister Martinus, clericus domini pape, a domino papa in Angliam. Circa idem tempus misit dominus novus papa quendam novum in[k] Angliam pecunie extortorem, magistrum videlicet Martinum. . . . Cepit igitur dictus magister Martinus munera, precipue palefridos concupiscibiles, imperiose exigere et extorquere a prelatis. . . . Dum prebenda opima Sarisberiensis ecclesie spectans ad precentorem vacaret[7], invito episcopo et nimis dolente cum toto capitulo, manus rapidas eidem prebende statim iniecit et iussu pape cuidam puero, nepoti suo[8], non sine multorum cor-

a) *sic* 1. b) nec — contenti *in marg.* 1. c) invenr. 1. d) *hoc caput abrasum, sed saec. XVI. e 2 rescr. est* 1. e) R. 1. f) H. 1. g) cogitacon. 1. h) *sic* 1; Ædw. *(e 2?) edd.* i) irremediabili — interpellavit *in loco raso,* insanabili morbo languentem *stilo plumbeo ad calcem pag. add.* 1. k) in A. *in marg.* 1.

1) Eadem iam supra p. 228. dixit noster. 2) V. supra p. 230, l. 31. 3) V. de eis infra a. 1250. 4) V. supra p. 200. Invehi pergit auctor in Mendicantes. 5) De pecunia Ian. 10. a rege comiti Provinciae mutuo data v. Rymer I, p. 254. 6) De cuius morte v. infra a. 1245. 7) V. infra p. 235. 8) Nomen ignoratur.

dium amaritudine contulit et stupore. Credebant enim multi et sperabant, quod Romana curia a Deo multipliciter iam flagellata freno moderaminis suam avariciam coherceret. . . . . . . 1244.

De iniuriis episcopo Wintoniensi[1] per regem illatis. . . . Rex . . . misit in eius detrimentum ad curiam Romanam Theobaldum priorem de Herleia[2] et magistrum Henricum de Susa[3] cum thesauro non modico, quos exhortabatur et illum effundere et multo uberiorem promittere domino pape et curie Romane, ea perversa condicione, ut episcopum nominatum ignominiose precipitarent. Quod tamen, quia manifeste inhonestum et iniustum foret et scandalum publicum toti ecclesie generaret, nequaquam impetrarunt[4]. Quod comperiens memoratus prior, prudenter remeavit, socio suo dicto Henrico[a] nequiter et sediciose thesaurum regis asportante. Unde[5] divertens ad partes unde fuerat oriundus, ad instar corvi ad archam irrediturí in Anglia postea non comparuit. cf. Gen. 8, 6.

De morte Iohannis de Columpna cardinalis[6]. Sub eodem eiusdem anni tempore, videlicet in octavis purificationis beate virginis, obiit vas superbie et omnis contumelie, Iohannes de Columpna cardinalis Rome, qui inter omnes cardinales in possessionibus secularibus claruit potentissimus; unde efficacissimus discordie inter imperatorem et papam seminator extitit et sustentator. Feb. 9.

Confirmatus est magister Rogerus[b] precentor Sarisberie in episcopum Bathoniensem. Eodemque tempore magister Rogerus[b] precentor Salesbiriensis confirmatus est[c] in episcopum Bathoniensem. Et eo facilius, quod prebenda sua Saresbiriensis[7] nepoti domini pape extitit conferenda. . . . . . .

De correccione ordinis Predicatorum et Minorum exemplo sancti Benedicti[8]. . . . . . .

Constituuntur principaliores regis consiliarii Paulinus Piper miles et Iohannes Mansel clericus. Eodem tempore dominus[e] rex dominum Paulinum Peivre militem senescallum regie sue ministralem et eundem Paulinum[d] necnon et Iohannem Mansel cancellarium Sancti Pauli Londoniarum, viros prudentes et circumspectos, principales sibi constituit consiliarios; magistrum quoque Laurentium de Sancto Martino[9], qui quandoque cum electo Valentino et Leodiensi Willelmo[e] commorabatur comes familiaris, consiliorum regalium moderatorem[f] et negociorum statum ecclesiastice condicionis contingentium in clericum specialem et procuratorem, utpote virum prudentem et expertum, dignum censuit advocandum. . . . . . .

*Bonefacius[g] Dei gratia Cantuariensis electus, licet[h] immeritus, venerabili in Christo patri W. Dei gratia Wintoniensi episcopo salutem in Domino. Quoniam nobis . . . Et[10] quia sigillum proprium non habemus, sigillo Bellicensis capituli[i] utimur in presenti. Valete!* . . . . . .

Quomodo rex Hungarie postulans auxilium contra Tartaros ad imperatorem convolavit. Per eosdem dies[11] rex Hungarie, expulsus de regno suo per Tartaros, ad alas proteccionis imperialis convolavit, ab eodem in tali articulo consilium efficax et auxilium contra communes hostes petiturus. 1241.

Impertinens Anglis usque huc ✝.

Habito igitur diuturno et secretissimo consilio, procuratum est, quod dominus imperator ab irrupcione hostili et barbarica potenter regnum Hungarie liberaret, ut scilicet dictus rex regnum illud liberatum et pacificatum ab ipso imperatore et deinceps ab imperio teneret, quasi a domino capitali. Misso[12] igitur innumerabili excercitu, imperator regnum memoratum non sine magnis sumptibus et periculis ab inhumanis Tartaris liberavit et eosdem procul a finibus regni potenter et prudenter eliminavit. Fuerunt qui dicerent, quod machi-

a) Henrio 1. b) R. 1. c) *superscr.* 1. d) P. 1. e) W. 1. f) *in loco raso* 1. g) B. 1. h) *om.* (2?) *edd.* i) capl'i 1.

1) Willelmo. 2) Hurley in com. Berks; de huius itinere Romano noster iam supra (ed. Luard IV, p. 265), de visitatione S. Albani a. 1251. infra loquitur. 3) Cf. de eo supra p. 193; infra hoc anno; Potthast nr. 11437. 4) Epistola Innocentii IV. Febr. 28. regi pro episcopo data affertur infra, ed. Luard IV, p. 347; ap. Berger, 'Régistres' nr. 505. 5) Haec verba infra hoc anno repetuntur. 6) Presb. S. Praxedis. 7) V. supra p. 234. 8) Hic inseritur epistola Innocentii IV, Potthast nr. 11416. 9) V. supra p. 180. 10) Eodem modo terminatur eius epistola pro eadem re, scilicet ut regem huic Willelmo conciliaret, Henrico III. data, quae hic sequitur. 11) Fortasse epistolam ab imperatore a. 1241. m. Iun. *ad universos principes occidentis* (Ric. Sangerm. p. 380) de Ungaria ipsius ditioni subiecta datam noster non ante a. 1244. legit; cf. Ficker nr. 3210 sq. Exemplum in Angliam missum non exstat. 12) Minime; cum imperator Ungariam non defendisset, Innocentius IV. a. 1245 (Potthast nr. 11827) homagium irritum fecit.

1241. nante imperiali astutia illuc pervenerunt ipsi detestandi[a] Tartari, dominatui imperatoris attendentes et obligati, hec omnia facientes, ut imperator regem et regnum taliter potestati sue subiugaret[1]. Sed hec lividorum susurra fuit, nec[b] credi debet oblocutio hec. Igitur liberato regno Hungarie et regi pacifice restituto, subiecta facta est Hungaria imperio et obligata in trecentis militibus et eorum sequela imperatori in confiniis pungnaturo fideliter exhibendis.

1244. **Imperator Constantinopolitanus victus a Grecis confugit ad imperatorem Fretbericum[c] postulans ab eodem auxilium.** Ipsoque eodem tempore, cum fugisset imperator Constantinopolitanus[2] a persecucione Grecorum nec quicquam haberet in erario, ut guerram amplius continuaret et Grecorum impetus continuos sustineret, confugit ad consilium et auxilium imperatoris Romanorum Fretherici. Qui Grecis tum terribiliter comminando, tum consulcius postulando, tandem treugas per annum unum impetravit. Interim[3] procuravit idem imperator Fretthericus[c], ut filiam[4] suam cuidam magno principi Grecorum nomine Battacio[5] matrimonio copularet[6]. Quod domino pape simulque toti curie Romane molestum videbatur et grave, quia per ipsum Battacium scisma ortum est inter ecclesiam Romanam et Grecam. Unde ipsa Romana ecclesia vocat[7] eum scismaticum, et factum est obstinacius odium proinde inter dominum papam et imperatorem Fretthericum[c].

**Tartari exturbati versus partes orientales discurrunt.** Tartari interim exturbati nec potentes impetus imperiales sustinere, partes boreales relinquentes, versus partes orientales rapido[d] cursu transmearunt. . . . . . .

**Litere imperatoris misse comiti Ricardo de depopulacione Terre**
1245 Febr. 20. **Sancte[e].** *Frethericus[8], Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, Ricardo comiti Cornubie, dilecto sororio suo, salutem et sincere dileccionis affectum. Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus, vox illa, quam nostre presaga tristicie*
Matth 2, 18. *fama pretulerat, vox illa, quam nuper adverse fortune proprietas, que nunquam venit sola, mortalibus nostris auditibus repromisit. Fuerunt nempe quam plura tempestatis future tonitrua in circuitu Ierusalem; tot Christi fidelium cruenta perdicio, ipsius sepulchri dominici luctuosa dispersio, postremo nostris abhominanda temporibus sancte destruccio civitatis choruscaciones huiusmodi non in rorem et imbrem tenuem, sed in calamitatis nostre diluvium celi nubibus exposuit. Dum enim ad vindicandum tante confusionis iniuriam christicolas de Choerminorum clade residuos amor et debitum fidei provocarent, etsi reparacio tanti discidii, sicut maiorum consilia, sic remociora suffragia flagitaret, in tantum tamen patriarcha[9] Ierosolimitanus, dum ad sperate victorie gloriam exspectaret et collegam aut principem alium forsitan reputaret indignum, factus crucis dominice predicator, audientium sevos animos[f] extulit et zelum improvide devocionis accendit, ut, nulla temporis, quod maxime bellica iura desiderant, oportunitate captata, secunda feria ante festum sancti Luce euvangeliste christianus exercitus,*
1244. Oct. 17. *tocius ultramarinum milicie robur, in Choersminos prefatos, velut rei prescios ad prelium preparatos, sic infestis auspiciis irruisset, quod vix de pugnantibus aliqui mortis aut carceris exicium evaserunt. Liberavit veruntamen aliquos, sed valde perpaucos, fuge subsidium, quos forsan ad medios usque pugnantium strepitus et confligentium ictus audacia non perduxit. Ex omnibus terre baronibus et regni Ierosolimitani militibus, toto conventu militie Templi, trecentis videlicet fratribus, et ducentis Hospitalariis Sancti Iohannis ac toto posse domus Sancte Marie Theutonicorum nonnisi patriarcha prefatus et dominus de Monte-forti[10], qui regni vexillifer fuerat et antesignatus[g], quatuor milites et paucissimi servientes Templarii, Hospitalarii vero decem et novem et de fratribus Theutonicorum tres tantummodo servientes fortune vel fuge subsidio, proh dolor! redierunt; viris famosis, episcopo de Sancto Georgio[11] et domino de Cayfa in acie fato postremo cadentibus, G.[12] comite Ioppensi mortaliter vulnerato, et[h] Tyrensi archiepiscopo[13] — set[i] ex vulnerum illacione non periit — carceri mancipatus; prout hec omnia*

a) detestanti 1. b) ū *pro* ñ 1. c) F. 1. d) ripido 1. e) *ad calcem pag. seq. cod.* 1. Babilonia, *quo captivi ducuntur, tum* Chorosmini cum Babilonicis *et ex altera parte* excercitus christianus *dimicantes, denique* Balcanifer vexillum *colorum nigri et albi abducens depicta sunt* 1. f) amicos, *sed corr. stilo plumbeo in marg.* 1. g) *sic codd.; antesignanus corr. videtur.* h) cum *forte suppl.* i) qui *corr. Dupuy, 'Hist. des Templiers' p.* 153.

1) Cf. supra p. 213. 2) Balduinus. 3) Tempus non satis constat; cf. Schirrmacher III, p. 306; Ficker nr. 3405. 4) Annam (sive Constantiam), filiam Blancae Lanciae. 5) Iohanni Vatatzi. 6) Hoc iterum infra hoc anno commemoratur. 7) V. infra concilium Lugdunense a. 1245, unde haec fortasse iam anticipata sunt. 8) Ficker nr. 3460. 9) Robertus. 10) Philippus. 11) Radulfo episcopo de Lydda (et Ramlah). 12) Gualtero, de quo capto cf. Röhricht, 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 94. 13) Petro, quem cecidisse alii narrant ap. Röhricht p. 94.

*ex literis*[1] *conventus domus Sancte Marie Theutonicorum nobis missis nostra serenitas intellexit. Habet ex se ipso satis hiis*[a] *tristior rerum eventus mesticie causam, cur a nobis et omnibus fidei christiane principibus cordis amaritudinem exigat profluviumque lacrimarum exposcat, quia evenit infortunii*[b] *qualitas, cum huiusmodi casum culpa precesserit et negligencia subsequatur. Dum preter idem*[c] *quod Templariorum superba religio et aborigenarium*[d] *terre baronum deliciis educata superbia*[e] *soldanum Babilonie*[2] *ad evocandum auxilium Choersminorum per guerram improbam et improvidam coegerunt, nostro regio federe parvipenso, quod nos una cum conventu*[f] *et magistris domorum Sancti Iohannis et Sancte Marie Theutonicorum nomine nostro contraxeramus, cum de eodem abiecta est per predictos evidenti*[g] *culpe cruda simplicitas, ut, credentes in barbara varietate constanciam et fidem in perfidia reperire, soldanos Damasci*[3] *et Cracci*[4], *sicut fide dispares, sic ab eis voluntate discordes, in suum presidium [contra*[h]*] Choerminorum excercitum ac soldani, velut ad extinguendum ignis incendium olei multitudinem*[i], *advocarent inhonestis eodem*[k] *blandiciis, adeo quod, prout nobis per nonnullos religiosos venientes de partibus transmarinis constitit evidenter, infra claustra domorum Templi predictos soldanos et suos cum alacritate pomposa receptos supersticiones suas cum invocacione Machometi et luxus seculares facere Templarii paterentur. In nullo veruntamen advocatos avertere*[l] *potuit nec a natura blanda suggestio nec a voluntate contraria confederacionis iurata promissio, quin periurium cicius quam coniurium incurrissent. Sicque preter soldanum*[5] *de Camel cum quinque tantum ex suis de prelio fugientem, quem in eorum auxilium qui contra soldanum Babilonie coniurarant soldanus Damasci transmiserat, et qui de ipso soldano Babilonie penitus desperabat, residui omnes post brevem conflictum, dissimulata dimicacione, superstites ac soldanus*[m, 6] *Cracci cum omnibus suis, nullo certamine, nec vel simulato, commisso, in partem alteram, in quam corda direxerant, corpora transtulerunt. Dissoluta preterea negligentia, pestis ultimum genus, cum de salute certatur, omne nostrum periculum cumulat et exicium comminatur, cum legis orthodoxe primores, quod sine magno dolore non scribimus, omnes universaliter orthodoxi, nedum quod*[n] *de reparacione tam luctuosi dispendii cogitent, nedum quod tam miserabilis casus eventum maiorum nostrorum more deplorent, immo, tanquam ista non essent christianorum aut fidei christiane negocia, vulnera nostra despicimus et de remediis non curamus. Percussit nos Dominus, nec dolemus; circumstant undique septa tectorum nostrorum incendia, nec nos ad aquam decurrimus, sed alter alterius infortunio gloriatur. Hinc nos extonat Tartarorum nova crudelitas, illinc nos urit et cruciat barbare gentis antiqua protervitas. Ex adverso nos pungit Paterenorum feda perfidia, et presertim illorum qui per rebelliones suas in Ytalia sacrum imperium enervantes nobis obsistunt, quominus, iuxta quod in sacris cerimoniis catholica rogat ecclesia, christiano subiciamus imperio barbaras naciones; sic undique publicis hostibus agimur aut vexamur occultis. Sathan continuo laborat et vigilat, Symon dormit, neque, quo tandem oculos nostros sompnus et corda*[o] *nostra socordia*[p] *mulceat*[q], *toleramur. Expergiscimini, viri fortes, apprehendite arma et scutum, temporum nostrorum iniuriam necessario vindicando redimentes! A quibus nunquam nos, Domino teste, subtraximus, quin potius ad Terre Sancte subsidium presidia nostra semper libencius obtulimus, quam quesierimus aliena. Latere vos namque non credimus, qualiter a Transalpina militia, gente belligera, que signo mirifice crucis assumpto Terre Sancte serviciis*[r] *dedicavit, ad capitanie decus et transmeantium regimen advocata, suffragii nostri partes magnificentia nostra non negavit, quin pocius personam nostram seu filii nostri vel ducis alterius, quem transfretantes idoneum reputarent, mille stipendiariorum militum continuo*[s] *sub nostris stipendiis comitatam ad tam salubre negotium per venerabiles patres P.*[t, 7] *Panormitanum archiepiscopum, quondam N.*[u, 8] *Reginum*[v] *et Florentinum*[9] *episcopos et T.*[w, 10] *de Suessa, dilectos nostros fideles, sollempnes excellencie nostre legatos, optulimus, ad G. summum*

1245.

Hic accusat imperator Templarios de crimine maximo.

Nota verbum flebile.

cf. Ier 5,3

cf. Marc. 14,37.

a) *sic codd.; forte* his *i. e.* is *legendum;* hic *corr. Wats.* b) *corr. ex* infornii 1. c) *sic codd.;* id *corr. Lu.* d) *sic* 1; aborigenario 2. e) superbit *codd.* f) conventus *codd.; corr. edd.* g) evidentis *corr. Wats; sed forte potius* culpa *legendum.* h) *deest codd.; suppl. edd.* i) multitudine *forte corr.* k) eosdem [foventes] *corr. velit Huillard-Bréholles VI, p.* 256. l) advertere *codd.; corr. Lu.* m) soldanum *codd.; correxi cum Huillard; edd. perperam:* ad soldanum. n) *inter lineas* 1. o) *corr. ex* coda 1. p) s *(expunct.)* concordia 2. q) m. t. *in loco raso* 1; toleramus *corr. Dupuy.* r) se *suppl. edd.* s) continua *codd.* t) *sic codd.* u) R. 2. v) Regim *codd.* w) G. 1.

1) Quae non exstant. 2) Nodjmeddin Ajub de Aegypto. 3) Ismail. 4) Nassir. 5) Mansur Ibrahim de Emesa. 6) Nasir de Korak huic proelio non ipse affuit; Röhricht p. 92. 7) Berardum. 8) Nicolaum. 9) Ardingum. 10) Taddeum.

1245. *pontificem tunc temporis destinatos*[1], *alia nulla prorsus ab eo condicione quesita, nisi quod nos*[a]*; filios nostros cum imperio et regnis nostris honestis et debitis presidiis adiuvaret, qualiter Lumbardorum nostrorum rebellium obstinata protervitas ius et dominium, imperii Romani formam, prout tenetur, agnosceret, ac nobis, ipsorum societate, quin potius conspiracione cassata, predicti rebelles, quemadmodum nobis et aliis terre regibus et principibus subditi nostri deserviunt, redditis nostris et imperii iuribus, subiacerent. Deinde, cum ex circumstanciis negociorum et temporum ista que noviter contigerunt timenda nobis occurerent*[b]*, quamquam forent ex negata mortalibus scientia futurorum ignota, cum eo se malicia temporis dilatavit, ut ad discrimen Ytalium*[c] *summus ecclesie pontifex contra nos pontificatus adiungi consorcium pateretur, obeunte G. summo pontifice, auctoritate*[d] *tunc temporis ipsius dissensionis et causa, istoque qui presidet ad summi pontificatus apicem substituto, longe maiora quam prius per nuncios nostros optulimus*[2]*, que nunquam credere debuit aliquis respuendâ, videlicet, quod totum transmarinum negotium necnon et iminentem Tartaricam tempestatem ac imperii Constantinopolitani discrimen, de domini nostri Iesu Christi victoriosi regis omnipotentia confidentes, humeris nostris imponere spondebamus, prout premissa*[e] *magnificencie nostre legacio vobis*[3] *et ceteris regibus et principibus patefecit. O quantum cum tempore profuisset ad communis cause salutem oblatum nostre devocionis antidotum, dum sanabilis erat infirmitas, priusquam adverse fortune secundus ictus accederet, qui dolorem prioris*[f] *vulneris duplicaret, accepisse! Nec tamen sic desperacioni vel morti relinquendum negotium arbitramur, quin possit et debeat de remediis cogitare*[g]*. Nec nos a tam salubri consilio potentie nostre partes abducimus, immo tanto libencius pollicemur, quanto, ad radi-*
cf. Math. 3,10. *cem arboris securi iam posita, nostrum et omnium orthodoxe fidei principum auxilium necessarium apponere estimamus; dum tamen, pacata nobis Ytalia, rebus et iuribus, que proximi parentes nostri tam in imperio quam in regno pacifice tenuerunt, nobis in pace dimissis, ale nostre pennas et plumas integras habeant, quibus ad alta conscendere securius valeamus.*
1245. Feb. 26. *Datum Foggie,* 26.[h] *Februarii,* 3. *indiccione*[4]. . . . . . .

1244. Utilis sed nimis sera consideracio de reiciendo iugo multiplicis servitutis in regno Anglie per Romanos suborte. . . . Et in unum convenientium[5] talis erat consideracio regi et regno intimanda[6]: . . . Item, preter alia mala que possunt evenire adeuntibus curiam Romanam de regno Anglie per satellites imperatoris, unum cum[i] quasi in evidenti est et in promtu, quod, cum terra imperatoris non distat ab Anglia nisi modico freto, quod transmeari potest uno fluxu et refluxu maris, et tendat iam imperator ad partes illas[7], verendum esset, ne sic provocatus hostiliter regnum ingrederetur, prout dixit magister Walter[k] de Ocre[8] coram rege in communi colloquio baronum Londoniis, supplicans ex parte imperatoris devotissime regem et barones, quod non permitterent tallias fieri in regno vel a clericis vel a laicis in subsidium domini pape contra imperatorem, inculcans multociens, quod, si secus fieret, sine pruritu[l] tot accumulatis regno guerris, scalperent se rex et regni magnates usque ad ossa. Item, cum de voluntate et mandato et consilio ecclesie nuptui traderet dominus rex sororem suam imperatori, ex qua proles suscepit, quas de stirpe nostra et Anglorum sanguine constat esse, quid aliud esset contribuere contra imperatorem nisi confundere oriundos ex nacione nostra? Quod absit! Et quid aliud esset nisi dare occasiones imperatori, ne possit domino nostro regi subvenire in recuperacionem terrarum suarum? Item, si attenderet dominus papa afflicciones et iacturas, quas sustinuit Anglia per Lodowicum[9] regem Francorum, qui hostiliter ingressus est eam, qui nec pepercit ecclesiis nec ecclesiasticis personis, sed omnia depredatus est, ita quod vix poterunt[m] hactenus prelati Anglie respirare, non adderet affliccionem afflicciioni super afflictos, immo consultius exigeret estimacionem dampnorum que fuerunt illata ecclesie

a) et *suppl. edd.* b) *sic* 1. c) *sic codd.* d) auctore *legere velit Hu.* e) premisse *codd.* f) prioris — accepisse *in loco raso* 1. g) cogitari *corr. videtur.* h) 27. *perperam Dupuy. Huill. Ficker.* i) *deest (2?) edd.* k) Walterus de Ocre 2. l) vel dubio *in marg.* 1; dubio 2. m) poterant *forte legendum.*

1) A. 1238. fere m. Aug. in.; cf. supra p. 165. 2) Aestate a. 1243. 3) Haec epistola periit. 4) De strage Gazaea a. 1244. Oct. facta noster narrare pergens, hic litteras Willelmi de Novo-castro magistri Hospitalis (quibuscum partim consonat Friderici II. nr. 3447) et paullo infra praelatorum Terrae Sanctae epistolam 25. Nov. 1244. datam excepit. 5) Anglorum. 6) Quae sequuntur utrum ex tabula fortasse a clero Anglicano proposita desumpta an a nostro composita sint, nescio; cf. articulos a. 1240. contra exactiones papae supra p. 193 sq. 7) Cf. supra p. 230, n. 6. 8) Hic a. 1241. fuit in Anglia; cf. supra p. 221. Sed infra ad concilium Londoniense a. 1244. ex. Walterus similia protulisse dicitur. 9) VIII, a. 1216 sq.

et exinde[a] promoveret excercitus suos in hostes, quod facere posset, etiam contradicente 1244. rege Anglie, et sine convocacione imperatoris contra regem et regnum. Item, aurum habet ecclesia, patrimonium habet ecclesia, civitates, municiones et castra, que etsi non sufficiant contra tantum principem, advocet ad manus suas beneficia Ytalicorum et Romanorum, que non modica contulit eisdem tam in Anglia quam in aliis regionibus, et ex eorum fructibus, quos ita beneficiavit, sumptus faciat hostiles, et non de nostris, scilicet de hiis que nobis non contulit, immo soli contulerunt patroni, quantum in ipsis fuit, quos oportet de necessitate sustentare, si vergant ad inopiam. Attendere etiam deberet, quod Pharao in afflicione populi Israelitici[b] sacerdotes et levitas ab omnibus huiusmodi exaccionibus absolvit. cf. Gen. 47, 22.

Rex oppressus exaccionibus papalibus scribit pape pro dampnis regni sui sic. Rex igitur hiis supradictis provocatus iniuriis et Romanorum multiplici lacessitus avaricia, domino pape scribit sic: . . . *Quo amplius*. . . . . . .

Qualiter humiliatus imperator ad pacem ecclesie se obligaverit. Dum autem mundus prestigiator talibus mortales exagitaret sollicitudinibus, imperator Fretherícus, spiritu tactus consilii sanioris, licet superficialiter humiliatus, se spopondit ecclesie et ecclesie prelatis satisfacturum, hoc modo:

*Circa*[1] *securitates designandas ita dicimus, quod dominus imperator offert cautionem iuratoriam, literatoriam et fideiussoriam per reges, principes et magnates et comites locorum. Preterea circa predictas cautiones committit se ordinacioni domini pape et tractatorum.*

Scriptum obligacionis. *Fretherícus*[2], *Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos R.*[3] *illustri comiti Tholosano, dilecto affini ac*[c] *fideli nostro, et magistris*[d] *Petro de Vinea et Thadeo de Suessa, magne*[e] *curie nostre iudicibus et*[f] *fidelibus nostris, specialem et plenam concedimus potestatem iurandi in anima*[g] *pro parte nostra, stare mandatis domini pape et ecclesie super omnibus articulis, iniuriis, dampnis*[h] *et offensis ante et post excommunicacionis sententiam ecclesiis et personis*[i] *ecclesiasticis illatis, pro quibus olim*[k] *per G. summum pontificem contra nos ipsa excommunicationis sententia noscitur*[l] *fuisse prolata, ratum habentes*[m] *et firmum, quicquid super hoc predicti fideles nostri duxerint faciendum. Ad cuius rei memoriam et debitam firmitudinem*[n] *presens scriptum aurea*[o] *bulla topazio*[p, 4] *nostre maiestatis impressa iussimus communiri*[5].

Scriptum missum super hoc domino regi Anglie. *Fretherícus* etc. *Cum* 1243. *in tractatu pacis per R. comitem Tholosanum, dilectum affinem et fidelem nostrum, inter nos et ecclesiam, prout firmiter credimus, inchoande nuncios vestros*[q] *et adesse deceat et adesse velimus, serenitatem vestram affectuose rogamus, quatinus pro negocio supradicto sollempnes*[r] *nuncios destinare velitis, de quibus plenius confidatis, ut tanto sint tam ex industria quam fide negocio convenientes. Datum*[6] etc.

Articuli[7] quibus dominus imperator se spopondit satisfacturum. 1244. *Super*[s] *facto terre inventa est forma, que placet utrique parti, scilicet*[t] *quod tota terra, quam possidebat ecclesia tempore excommunicationis, sibi reddatur; et idem de adherentibus ecclesie. Super contemptu clavium scribet*[u] *imperator generaliter per totum orbem, quod in contemptu ecclesie et potestatis ecclesie*[v] *sententiam per dominum*[w] *predecessorem suum*[x] *non contempsit. Sed cum predicta*[y] *sententia sibi denunciata non fuerit, de consilio prelatorum et aliorum nobilium Alemannie et Ytalie processit, quod, priusquam sibi denunciaretur, eam non tenebatur servare. Profitetur tamen, quod*[z] *recongnoscit bene, quod deliquit in hoc, non servando, et male fecit, cum bene sciat et credat fideliter, quod tam super eum quam super omnes christia-*

a) et exinde *bis scr. codd., del.* 2. b) *ita* 2; Israelet. 1. c) ac f. n. *des. Plac.* d) magistro *Pl.* e) *deest Pl.* f) dilectis *Pl.* g) nostra et *add. Pl.* h) dapnis 1. i) e. p. *Pl.* k) per G. olim *Pl.* l) dinoscitur *Huill. fort. ex Rot. Cluniac.* m) et f. hab. *Pl.* n) firmitatem *Pl.* o) aurata *Pl.* p) *sic codd.*; nostro imperio *Pl.*; typario *corr. Huill. fort. ex Rot. Cluniac.* q) nostros *codd.* r) sollepnes 1. s) *initium usque p.* 241, *l.* 1. *deest cod. Vaticano.* t) scil. — adh. ecclesie *des. Fr.* u) scriberet 2; scribemus *Fr., et sic semper prima persona.* v) *sic codd.*; ecclesiastice *edd. et Fr.* w) Gregorium *add. Fr.* x) latam *suppl. edd., sed deest quoque Fr.* y) nobis pr. se den. *Fr.* z) et *Fr.*

1) Iste articulus forsitan in primo tractatu a. 1243 ex. exstabat, Huillard VI, p. 147. 2) Ficker nr. 3423. Prodiit ex Matheo LL. II, p. 344. Contuli Ann. Placent., SS. XVIII, p. 487. 3) Raimundo. 4) De hoc *topazio* Matheus infra a. 1246. Innocentium (ed. Luard IV, p. 523) loquentem fecit. 5) *Data apud Aquampendentem, 28. Marcii* Ann. Placent. et Rot. Cluniac. 6) Fere Dec. 1243; Ficker nr. 3399. 7) Mart. 28; Ficker nr. 3422. Prodierunt ex Matheo LL. II, p. 345; Huillard VI, p. 172, et minus integri paullo aliter a Friderico ipso divulgati (Ficker nr. 3434; e cod. Vaticano LL. II, p. 346) Huillard VI, p. 207; cuius lectiones sigla Fr. notatas attuli.

1244. nos, reges et principes, clericos et laicos habet summus pontifex, etiamsi[a] quidem[b] peccator[c] existat, quod Deus avertat, in spiritualibus plenitudinem potestatis. Nichilominus subsidium[d] pro isto excessu faciet in militibus vel pecunia, cuicunque[e] dominus papa christianitatis, quantumcunque et quale viderit expedire, alias ieiunia et elemosinas facturus iuxta ordinacionem domini pape; et sententiam ipsam usque ad diem absolucionis humiliter et devote servabit. Super capcione prelatorum: inprimis omnia ea que ad eum pervenerunt de hiis que capta sunt in galeis vel apud [eum[f]] poterunt inveniri integre restituet et restitui faciet. De reliquo volentibus dampna passis iuxta mandatum domini pape, de cuius benignitate confidit, satisfaciet. Faciet etiam in satisfaccione[g] huius offense et ob honorem Dei hospitalia et ecclesias ad disposicionem domini pape, quot et ubi et sicut viderit expedire; et predicta loca dotabit, sicut dominus papa mandabit. Super predictis et super aliis omnibus articulis, iniuriis, dampnis et offensis ante et post discordiam[h] et latam sententiam ecclesiis et personis ecclesiasticis illatis, pro quibus excommunicatus est, iurabit precise stare mandatis domini pape[i]; salva tamen sint ei honores et iura sua[k] quoad conservacionem integram, sine[l] aliqua diminucione imperii et regnorum suorum. Et licet pro predictis offensis satis oblatum esse credamus, nihilominus tamen ad[m] satisfaccionem et securitatem tam precedentium quam sequencium capitulorum et ad maiora devocionis indicia demonstranda dominus[n] imperator stabit consilio et ordinacioni tractatorum, scilicet dominorum Ostiensis episcopi[1], Stephani[2], Egidii[3] et Octonis[o, 4] cardinalium, qui, excepta persona domini nostri, supplebunt in satisfaccione et securitate quod viderint esse suplendum[o], ita tamen quod nihil facient sine consilio et mandato domini pape, et predictis salvis de satisfaccione et securitate, predicti tractatores facient quod de consilio fratrum[5] dominus papa faciendum decreverit. Super adherentibus autem ecclesie ita dicimus, quod omnibus hiis qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, undecunque sint, ex nunc plene omnis remittatur offensa tam ante discordiam quam post sive occasione ecclesie sive alia commissa. Et omnia banna et sententias contra eos latas revocabit. Et si quas donaciones vel[p] contractus vel obligaciones ei[q] fecissent post latam sententiam vel postquam adheserunt ecclesie, relaxabit[r], possessionibus eorum, iuribus et honoribus suis eis integre restitutis, etiamsi aliis sint concessa. Super aliis autem qui[s] ante ortam discordiam rebelles domino imperatori fuerunt et erant tunc in guerra cum eo ita dicimus, quod remittetur eis omnis offensa, quam postea commiserunt contra eum et imperium. De offensis vero commissis ante ortam discordiam stabit dominus imperator provisioni et ordinacioni domini pape et fratrum, faciendis[t] infra tempus a domino papa prefigendum, ipsis et omnibus dabit plenam pacem ex[u] nunc. Super securitate vero illorum de Romanniola qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt et nobilium de Marchia Tervicencum[v] et marchionis[w, 6] Montis-ferrati et aliorum nobilium ubique ita faciet[x] dominus imperator, videlicet quod predicti nobiles in propriis personis, nisi ad provisionem domini pape, sed per substitutos, servire domino imperatori minime teneantur; in iudicium autem vocati[y] per nobiles et pares suos reliquos regionis eiusdem, aliis adherentibus ecclesie non exclusis, debeant iudicari de personalibus et realibus accionibus impediti et etiam de criminalibus accusati. Specialiter autem in Romaniorum[z] ad maiorem securitatem eorum qui ecclesie adheserunt statuet dominus imperator capitaneum aliquem de prelatis Ytalie extra[a], sub cuius solius examine[b] litigabunt usque ad beneplacitum domini pape tam in civilibus quam in criminalibus causis. Et[c] prelatus ipse eligatur de consensu domini pape, quamdiu dominus papa voluerit; municiones[d] autem proprias dominus imperator per quos sibi placuerit faciet custodiri; municiones vero predictorum non ledet vel tanget sine consensu eius qui deputatus fuerit super hiis. Illis[e] etiam de Marchia Tervigentum[f] providebit dominus imperator capitaneum, cui soli debeant respondere illi de Marchia Tervigentum[f] qui ecclesie adheserunt, de consensu unius fratrum[5],

a) quantumcumque *Fr.* b) qđ 1; *deest Fr.* c) et prevaricator *add. Fr.* d) super isto exc. subs. *Fr.* e) ubicunque d. p. utilitati chr. *Fr.* f) *deest codd.*; nos *Fr.* g) satisfaccionem *(e 2?) edd.* h) disc. et l. s. *des. Fr.* i) et ecclesie *add. Fr.* k) *om. (2?) edd.*; nostra *Fr.* l) sine a. d. *des. Fr.* m) pleniorem *add. Fr.* n) stare volumus *Fr.* o) *sic* 1. p) vel c. *des. Fr.* q) eis fecissemus *Fr.*; eis [contrarias] fecisset *hic corr. velit Huill.* r) relaxabimus et in plenam gratiam reducentur *add. Fr.* s) *ita* 2; q̃ 1. t) faciende *Fr.* u) ex n. *des. Fr.* v) T'vicencum 2; Tervisiana *corr. Pertz*; Tervisina *corr. Huill.*; Trevisana *Fr.* w) marchioni *codd.* x) credant nos facturos sicut dixerint nuncii isti, scilicet *Fr.* y) vocari *codd.* z) Romaniola *Fr.* a) regnum *add. Fr.* b) *ita corr. ex* examcine 2; examen 1. c) Et — voluerit *des. Fr.* d) *in loco raso* 1. e) Illis — eligendum *des. Fr.* f) T'vigeñ 2; Tervisiana *Pertz*; Tervisina *Huill.*

1) Rainaldi. 2) Card. presb. S. Mariae trans Tiberim. 3) Diac. SS. Cosmae et Damiani. 4) Diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano. 5) Scil. Cardinalium. 6) Bonifacii.

*quem dominus imperator duxerit eligendum. Captivos in galeis captos necnon omnes* 1244.
*Romanos*[a]*, Tuscos et alios omnes captivos post latam sententiam excommunicationis, cuius ad presens absolucio petitur, libere*[b] *liberabit. Et ab omnibus iuramentis et obligacionibus, quibus obligassent se*[c] *post capcionem, absolvet*[d] *tam eos qui liberati sunt quam qui postea liberabuntur. Et super hoc literas suas dabit fidelibus suis, qui capti sunt ubique per detentores invicem liberatos*[e]*. Eiectos occasione discordie prime vel secunde, tam clericos quam laicos, redire*[f] *permittet ad propria et ibidem secure manere, possessionibus eorum et bonis integre restitutis. De discordia autem Romanorum dominus imperator stabit ordinacioni domini pape et fratrum, tam*[g] *de restitucione dampnorum hinc inde datorum in guerra ipsa quam de aliis. Ita tamen, quod ita statuatur de discordia*[h] *et indempnitate suorum, excepto castro Anticuli*[1]*, de quo non*[i] *compromittit. De dampnis datis per dominum imperatorem, officiales et ballivos*[k] *suos prelatis, ecclesiis tam religiosorum quam secularium, vel alias de mandato suo post sententiam latam in eum satisfaciet dominus imperator secundum providentiam*[l] *et benignitatem sedis apostolice; ubi*[m] *non intelligit dominus imperator dampna hostiliter data per se aut suos excercitus. Gregorio de Monte-longo*[2] *et omnibus consanguineis suis plenam pacem dat et securitatem. Terra comitis Willelmi*[3]*, que tenetur ab ecclesia, restituetur; de alia terra compromittatur in imperatorem Constantinopolitanum*[n. 4]*, dominos Ottonem cardinalem et archiepiscopum Rothomagensem*[5]*, ita quod ipsi de iure cognoscunt*[o]*, sicut fuerit congnoscendum. Nuncii imperatoris dicent*[p]*, quod compromittent quod*[q] *de possessione et proprietate et simul recognoscent et definient et iurabunt, quod bona fide et sine fraude studebunt inducere dominum imperatorem, quod ipse paciatur, quod prefati domini procedent sive simul sive separatim de possessione et proprietate; et dicti tres requirent dominum imperatorem et recipiunt super se, quod super eo apud dominum imperatorem facient bona fide, quod imperator consenciet, quod isti tres procedent, sicut eis videbitur expedire, audiendo scilicet et terminando causam ipsam, sive simul de possessione et proprietate sive separatim. Quodsi non omnes possunt interesse, et aliquis eorum fuerit iusto impedimento detentus, duo eorum procedent.*

Impedimentum canonizacionis beati Ædmundi confessoris. Peracto igitur hoc arduo negocio, credens dominus papa omnia feliciter consummasse, gratias egit Deo et beato Ædmundo, quem in tribulacione sua in[r] patrocinium invocarat. Promisit igitur ac proposuit iuxta peticionem abbatis[6] et conventus Pontiniaci beatum Ædmundum Cantuariensem archipresulem, quem tot, ut predictum est, noverat, publica fama referente, choruscare miraculis, sollempniter[s] canonizare. Ad miraculorum igitur examinacionem rite faciendam archiepiscopum Armathcanum Andelmum[t. *] cum quibusdam aliis viris gravibus et discretis destinavit[7]. Quod cum audissent veteres et inveterati dicti sancti persecutores indefessi, dixerunt ad invicem: 'Si extollatur homo iste in titulum celebris sanctitatis canonizatus, ignominiose confundemur'. Procurarunt igitur cum Ottone quondam legato in

*) *Ap. Martene, Thes. Anecd. III, extant col.* 1827. Sermo Alberti archiepiscopi Livoniae in translatione sancti Edmundi Cantuariensis *et col.* 1831: Historia canonizationis sancti Edmundi ab Alberto archiepiscopo conscripta, *ubi col.* 1846:

Agebatur enim in illo concilio[8] res ardua et magno intercessore indiga, ut Fredericus dives 1245.
ille et inclytus imperator et prudentia seculi supra modum imbutus, habens thesauros absconditos et defensores plurimos et fautores, ille, inquam, tantus ac talis propter flagitia in sanctam commissa ecclesiam et in Deum, a regimine destitueretur imperii et a regno Sicilie et Ierusalem, que regna pariter possidebat, et ideo forsitan ex tot et tantis honoribus et divitiis plus quam oportuit tumescebat. In hac ergo causa tam ardua et tam sublimi petebatur non immerito, ut beatus pater Edmundus sanctorum adscriberetur catalogo. . . . . .

a) Lombardos *add. Fr.* b) *deest Fr.* c) nobis *add. Fr.* d) absolvemus omnino tam omnes qui *Fr.* e) *sic codd.*; liberandos *corr. Lu.*; liberandis *corr. velit Huill.*; ut qui — liberentur *Fr.* f) libere p. et secure red. ad pr. et permanere secure in pos. et rebus eorum. bonis *Fr.* g) tam *in loco raso. de superscr.* 1. h) secura ind. *Fr.* i) nullatenus compromittere volebamus *Fr.* k) baiulos *Fr.* l) pvid. 1; provisionem *Fr.* m) *quae sequuntur des. Fr.* n) Constant' *codd.* o) *ita* 2; cognoscũt 1; cognoscant *Huill.* p) dicunt *Huill.* q) *ita codd. Pertz; deest Huill.*; quidem *edd.*; *delendum videtur.* r) *superscr.* 1. s) sollepn. 1. t) A. *codd.*

1) Anticoli in Campania. 2) Legato Gregorii IX, postea patriarchae Aquileiae. 3) Ildebrandeschi; Ficker nr. 3422. 4) Balduinum II. 5) Petrum, postea card. ep. Albanensem. 6) Iohannis, quam epistolam noster paullo supra (ed. Luard IV, p. 325) attulit. Pontiniaci Edmundus a. 1240. sepultus erat. 7) Apr. 23; Potthast nr. 11348; Albertus (de quo cf. supra p. 196. et Mantels in 'Allg. d. Biographie' I, p. 202) a. 1245. archiepiscopus Prussiae factus est, ib. nr. 11957. 11989. 8) Lugdunensi.

1244. suarum animarum perdicionem, ne sanctus, quem Deus tot miraculis mundo manifestavit, canonizaretur.

Infelix imperatoris recalcitracio. Eademque furia invectus imperator, illo instigante qui primus superbivit, a forma iurata[1] et humilitate satisfaccionis compromisse superbiendo penitens infeliciter resilivit. . . . . . . .

Hanc igitur epistolam lugubrem[2] nimis et lacrimabilem, non obstante vel hyemis ingruentis horribilitate vel maris intumescentis minaci perturbacione, commiserunt prelati ac magnates Terre Sancte domino episcopo Biritensi[3] nomine[a] Waleranno et fratri Arnul-
1245. Mai. 25. pho de ordine Predicatorum. . . . In portu Venetorum applicuerunt scilicet[b] circa ascencionem Domini[4].

1244. Pronostica[c, 5] iudicii magni secundum multos. . . . Secte pullulant, fide vacillante. Inter ecclesiam et imperium discordia, nunquam talis. In excercitu regis Francorum pestis et fames invaluit. Paucis elapsis annis, in imperio, scilicet in insulis maris Mediteranei, Pafus[d, 6] civitas et Laimecum civitas terre motu subverse sunt. . . . . . .

Scripsit dominus papa Anglorum regine epistolam[7] elegantem pro episcopi Wintoniensis[8] negocio, in cuius epistole titulo asserit papa, ipsam reginam esse, sed nescitur qua racione, consanguineam[9], nisi forte ut haberet eam suis negociis proniorem et peticionibus favorabiliorem. . . . . . .

De fraude magistri Henrici de Seusa. . . . Pace[10] igitur pre foribus apparente, magister Henricus de Seusa, fomes et procurator discordie memorate, cui rex contulerat opimum beneficium, videlicet custodiam hospitalis Sancte Crucis extra civitatem Wintoniensem, cepit cogitare et dicere intra se[e], propria Iesus conscientia, quod, si pax inter dictas partes plenius ac planius reformaretur, inter amicos regis episcopus precipuus haberetur nullique secundus in consiliis regiis, utpote discretus et circumspectus, sublimaretur ipsumque eundem Henricum et merito usque ad confusionem persequeretur; rex quoque ea facilitate eum sperneret, qua secutus est. Considerans igitur hec omnia, de pecunia, quam de rege non minimam[f] ad deiciendum episcopum Wintoniensem acceperat,
cf. Luc. 16, 9. comparavit sibi amicos de mammona iniquitatis et adquisivit sibi — utinam non comparavit! — quendam in suis partibus episcopatum[11]. Et nuncius, corvo[12] factus similis domi-
cf. Gen. 8, 6. num suum Noe defraudanti, nuncium cum onere negocii, quod humeris suis susceperat baiulandum, nequiter reliquit imperfectum[13]. Nec apparuit postea in regno Anglie, bonis regni plenius saginatus.

De magna perturbacione[g] pape, quando se raptim Ianuam transtulit et clam[14]. Has igitur dum annalis orbita temporales mutaciones transcurreret, imperator Fretherius, superbie stimulis exagitatus, penitere[h, 15] cepit, quod se ecclesie, ut predictum est, humiliasset et obligasset, et calcaneo papali insidias tetendit et laqueos absconditos, qui tamen postea apparuerunt manifesti. De quibus dominus papa premunitus, imperatoris vulpinos meandros, in quantum potuit, evitavit et suspectos habuit, nec se credebat ei vel
Mai. 29. suis, cum nosset omnes, futura preteritis comparando. Die vero sancte Trinitatis[16], volens dominus papa partem suam melius roborare, quia paucos sui laboris socios et sollicitudinis habuit participes, creavit decem[17] cardinales, videlicet magistrum Iohannem de Toleto[18],
Iun. 17. nascione Anglicum, et quosdam alios, moribus et sanguine preclaros. Octavo vero die ante festum nativitatis sancti Iohannis baptiste[19] accessit[i] dominus papa cum omnibus

a) n. W. *in marg.* 1. b) sc. c. a. D. *in marg.* 1. c) *hoc caput in marg. (pag. praeced. 1) codd.* d) Paphus 2. e) *superscr.* 1. f) minima 1. g) perturbacone 1. h) itere *in loco raso* 1. i) accesit 1.

1) Hinc noster magis magisque pravam papalium partium opinionem de imperatore excepit. 2) D. Nov. 25. de strage Oct. 17. a. 1244. facta. 3) Beyrut. 4) Ambo postea ad concilium Lugdunense venerunt; cf. infra a. 1245. 5) *De sancta civitate Ierusalem.* 6) Paphus et Limisso in Cypro, quam a Friderico II. a. 1228. subiectam Matheus imperio attribuit. 7) Haec non exstat; similis autem regi Febr. 28. data apud nostrum praecedit, et aliae eiusdem argumenti habentur in Registro ap. Berger I, nr. 506 sq. 8) Willelmi. 9) Num gens Fliscorum, e qua Innocentius IV. oriundus erat, Provincialium comitum propinqua fuerit, nescio. 10) Inter regem et episcopum Wintoniensem. 11) De Sisteron, postea de Embrun, denique de Ostia, obiit a. 1271. 12) Haec narravit noster supra p. 235. eisdem fere verbis. 13) Aliter Potthast nr. 11437. 14) Fugam papae noster ex litteris iam perditis narrasse videtur. 15) Hic indicat noster ex opinione papali. Potius Innocentium certe m. Iunio nonnisi in speciem de pace tractasse, reapse autem fugam praeparasse, censet Ficker p. 608. 16) Potius Mai. 28. secundum Nic. de Curbio, ap. Baluze, Misc. VII, p. 362. 17) Potius 12; ib. 18) Presb. S. Laurentii in Lucina. 19) Potius Iun. 7; ib.

cardinalibus ad Civitatem-Castellanam, que ab Urbe 18 distat miliaribus, ut vicinus impe- 1244.
ratori efficacius de pace tractaret, que suspecta erat, immo pocius desperata. Vigilia autem Iun. 28.
apostolorum Petri et Pauli[1] venit apud Sutrium civitatem. Imperator autem iam recalci-
trans, mandavit ei, quod nichil faceret de conventis, nisi literis absolucionis prius habitis.
Cui cum contradicendo respondisset dominus papa, hoc fore dissonum racioni, orta est
discordia inter eos. Dominus igitur papa, quasi sue presagus perturbacionis, extunc
repentinam et clandestinam fugam arripere satagebat, nullo tamen conscio, ne fugienti
dominus imperator repagula prepararet. Fuerunt tamen qui dicerent, ipsum[a] magis
pro amore munerum[2], que delaturi erant illi Cisalpini, nec ausi erant terras transire impe-
ratoris, ut ipsis sinum aperiens occurreret, quam pro timore alicuius persequentis. Unde
sumpta qualiquali occasione, versus Ianuam, que sibi patria fuit genealis, sicut sequens
sermo declarabit, gressus impiger dirigebat. Eadem igitur die, videlicet vigilia apostolo-
rum, significatum fuit domino pape, ut idem postea asserebat[3], quod trecenti milites Tusci[4]
erant in veniendo ipsa nocte, ut ipsum apprehenderent. Dominus igitur papa non medio-
criter attonitus et perturbacionis vultum preferens, in hora primi sompni, relictis papalibus
ornamentis, veterem induit Senebaldum, et leviter armatus, equum ascendit velocissimum,
manu non vacua, et vix cubiculariis consciis, clam subitoque discedens, non equinis peper-
cit lateribus*; ita quod ante primam 34 miliaria pertransivit, nemine[5] comitante vel
ipsum sequi potente. Media autem nocte clamor factus: 'Ecce papa recessit', nescientibus
aliquibus nisi aliquot, sed paucis, cardinalibus. Petrus[6] vero de Capua cum uno solo
comite, non sine viarum discrimine, secutus, invenit papam ipso die apud castrum supra Iun. 29.
mare quod dicitur Civitas-vetus. Venerant autem ibidem in occursum pape 23 galee, qua-
rum unaqueque 60 viros bene ferro armatos[b], et 100 et[c] 4 remigibus assignati[d], exceptis
nautis, et 16 barge. Propter quod argumentosi suspicabantur, hec omnia diu ante previsa
dominum papam desiderasse. Fuerunt autem cum armatis et eis prefuerunt potestas[7]
Ianue, quem admiratum vocant, et maiores civitatis, qui se omnes iactabant esse vel affines
vel consanguineos[8] pape propter retribucionem. Intravit igitur unam galearum illarum
dominus papa sero cum 7 cardinalibus et paucis aliis comitantibus. Et vix magnum mare
intraverant navigantes, ecce occupat ipsos tempestas validissima, non tamen ex adverso,
et erectis velis, non sine maximo timore et periculo, eadem via qua navigantes capti erant
prelati, per 100 miliaria, die Veneris sequenti, compellente tempestate rapti, applicuerunt Iul. 1.
in portu insule[9] cuiusdam Pisanorum, ibidem pernoctantes. In crastino vero omnibus a Iul. 2.
peccatis suis absolutis, et audita missa de beata virgine, timentes vehementer Pisanos, raptim
se ad insulam[10] Ianuensium provehebant, scilicet centum et viginti quatuor miliaribus ipso
die peractis. Et vix pre tempestate evadentes, venerunt ad Portum-Veneris, ubi moram fece-
runt die dominica et die Lune; die vero Martis[11] pervenerunt Ianuam letabundi. Distabat Iul. 3. 4. 5.
autem dominus papa ab Urbe iam 15 dietis. Receptus est autem a concivibus, consangui-
neis et affinibus suis in urbe ipsa qua natus est[e] in campanarum classico, in cantu et musi-
cis instrumentis, dicentibus omnibus et conclamantibus: *Benedictus qui venit in nomine* Matth. 21, 9.
*Domini*. Quibus et ipsi responderunt: *Anima nostra sicut passer de laqueo venantium; laqueus* Ps. 123, 7.
*contritus est*.

Fallitur imperator. Cum autem domino imperatori hec innotuissent, more sati-
rico infrenduit et ait: 'Scriptum est: *Fugit impius nemine persequente*'. Obstupuit et doluit Prov. 28, 1.
nimis et suorum portuum et civitatum custodes ignavie et desidie redarguit, qui adversa-

*) *In marg. cod.* 1 *depictus est eques et inscr.* Papa fugiens persecuciones Fretherici imperatoris, secun-
dum illud euvangelicum: *Si vos persecuti fuerint* etc. Matth. 5, 11.

a) hoc fecisse *suppl. Luard.* b) continebat *suppl. edd.* c) *deest* 2. d) *sic codd.* e) *superscr.* 1.

1) Potius Iun. 27; Nic. Carb. 2) Cf. infra a. 1245. 3) Hoc in tabulis papalibus contra imperatorem editis non inveniri, monet Schirrmacher IV, p. 372. 4) Fortasse *Tuscanellam* legendum est; Barth. Ian., SS. XVIII, p. 213, enim scribit: *Ad coartationem domni pape milites ducentos mandavit apud Tuscanellam* [imperator]; quos potius contra[a] Viterbium directos esse, censet Ficker p. 608. 5) Error. 6) Petrum Capotii diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum cum aliis secutum esse, dicit Nic. Carb. 7) Philippus Vicedomini; cf. Barthol. Ian., SS. XVIII, p. 214. 8) *Albertus et Iacobus de Flisco pape nepotes* nominantur a Barthol. Ian. p. 213. 9) Capraria. 10) Fortasse Gorgonam, ut Luard coniecit, quae tamen tunc Pisanis subiecta erat. 11) Potius Iovis, Iul. 7; cf. Potthast p. 971.

1244. rios suos permiserunt libere pertransire. Fecit igitur in circuitu Ianue, precipue versus Galliam, exitus viarum, ne ad papam pecunia portaretur, artissime custodiri. Et iam acclamabatur dominus imperator manifestus ecclesie persecutor. Nec reputabat dominus papa adhuc ipsam civitatem Ianuam tutum sibi fore refugium, non ignorans, potentiam imperatoris esse latissimam, secundum illud poeticum[1]:

*An nescis longas regibus esse manus?*

Qualiter imperator suam partem per confederacionem magnatum astute communivit. Ipsis quoque temporibus, dum videlicet dominus papa moram apud Ianuam continuaret, consencientibus Mediolanensibus simul cum Liguribus, Ytalicis quibusdam, etiam Romanis et multis de nobilioribus Alemannie, procurante papa, animatur quidam de maximis Alemannie potens[2], quem nominant andegravium, ut imperialem sibi dignitatem assumens, donec plenius exaltaretur, ope fultus multiplici tam prelatorum quam magnatum, guerram moveret contra tirannum Fretthericum, persecutorem ecclesie iam publicum et generalem. Denigrata est enim fama sua non mediocriter, et dicebatur, quod iam non firmo gressu in lege Domini ambularet, Sarracenis confederatus, Sarracenicas meretriculas sibi retinens concubinas, et alia que relatu sunt indigna et morosa. Cumque hec attemptaturus[a] memoratus andegravius secum et optimatibus suis convocatis deliberaret, quid super hoc agendum, dixerunt ei amici sui, temerarium fore hoc aggredi, et ancipiti casui se, qui tranquilla pace gaudebat, committere, quicquid pars papalis ei promitteret. Et dum super hoc penderet sententia, ecce imperator rapido cursu illuc advolans, paucis et consciis et concomitantibus, cui hec nota facta sunt, animum dicti andegravii adeo effeminatum divertit ab hoc proposito, quod facti sunt dominus imperator et ipse andegravius amicissimi et confederati et affines; et dedit andegravius[b] imperatori munera[c], et imperator ei. Et hoc negocio consummato, sicut clanculo venerat dominus imperator et subito, sic recessit.

Suspectum maritagium. Ipsorumque[3] temporum curriculo, ut partem suam, quam credebant adversarii iam infirmatam, magis roboraret, dominus imperator dedit filiam suam nuptui cuidam principi potentissimo Grecorum ~~nomine~~ Battacio, Romane ecclesie exoso et inobedienti et ideo cismatico. Quod audientes adversarii imperatoris, siluerunt confusi. . . . . . .

Iun. 11. Festo vero sancti Barnabe fuit dominus rex apud Sanctum Albanum triduo commorans. . . . Fuerat[d] ibi magister Martinus pape clericus promtus, ut promovendi[e] redditibus ad opus pape manus aduncas iniceret. . . . . . .

Et ut regis Scocie[4] mandatis et insolentie non tepide responderet[5], significavit fiducialiter comiti Flandrie[6], veluti fideli suo et multipliciter obligato, ut veniret cum manu armata ad adiutorium suum contra regem Scocie. Quod et ipse benigne concessit. . . . . .

Iul. 29. Litere[7] papales misse magnatibus Anglie, ut iuvent regem auxilio pecuniari. . . . *Debet mater . . . Datum Ianue, 4. Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.* Similiter autem scripsit singulis prelatis sub eadem forma, non sine multe pecunie effusione pape transmisse pro labore scripture. . . . . .

Papa . . . misit a latere suo quendam clericum suum magistrum Martinum[8], quem propter improbam rapacitatem suam multi magistrum Mastinum[f, 9] appellarunt, habentem novam et inauditam potestatem, videlicet ampliorem quam unquam meminimus aliquem legatum habuisse. Manus enim extendit ad contribucionem exigendam, provisiones secundum mentis sue impetum, racione relegata, ad opus ignotorum faciendas, redditus violenter extortos, consanguineis domini[g] conferendos, auctoritate papali truculenter armatus, cuius novas cartas secundum desiderium suum et secundum repentini casus emergentis negocium singulis diebus ostendit. Unde fuerunt qui dicerent, ipsum habere multas scedulas non scriptas, tamen bullatas, ut in eis quicquid ei placeret scriberet — quod absit! Missus est igitur iste legatus sophisticus ad regem primo, supplicans ei, ut et ipse, vicem reddens domino pape, diligenter insudaret, ut prelati Anglie ad contribucionem

a) attemptarus 1. b) andregr. 1. c) munera — ei *in loco raso* 1. d) *haec* — iniceret *in marg. codd.;* Preterea fuit 2. e) promovendis *fort. emendandum.* f) *ita* 2; Mart. 1. g) pape *suppl. edd.*

1) Ovid. Heroid. 17, 166. 2) Henricus Raspo; haec iam supra p. 230. narrata sunt, ubi v. n. 6. 3) Haec quoque supra p. 236. retulit noster. 4) Qui *nullam particulam regni Scocie a rege Anglie tenere voluit.* 5) Henricus III. 6) Thomae. 7) Potthast nr. 11443. 8) Cf. supra p. 234. 9) *Mastinus* est molossus, canis venaticus, Gallice adhuc 'mâtin'.

domino pape faciendam generaliter consentirent, ad minus ad compromissionem et festinam 1244. solucionem decem[a] milium marcarum. . . . . . .

Litere[1] domini pape prelatis Anglie, precipue abbatibus pro contribucione sibi facienda[b]. . . . *Illam de vestre*[2] . . . *Laterani 7. Idus Ianuarii, pontifi-* Ian. 7. *catus nostri anno* 1. . . . . . .[3].

Adveniunt nuncii imperiales Londoniam ad concilium prohibentes, Impertinens. ne fiat pape contribucio. Et dum talia non sine cordium cruentatorum amara sollicitudine diversimode revolverentur, ad omnium magnatum noticiam omnia pervenerunt. Perstrepit murmur in populo, et quid agendum ignorantes, omnes ad prelatos accesserunt, ut[c] uno per omnia consilio uterentur, quia hoc negocium generalem statum regni contingebat. Et ecce magister Walterus de Ocra[4] et quidam alii sollempnes nuncii domini imperatoris Londoniam advenientes ad concilium[5], epistolam imperialem[6] in medium protulerunt. Et statim, magistro Martino multum murmurante et inde grunniente, perlecta est epistola in presentia domini regis et tocius concilii. In qua epistola se excusabat dominus imperator de contumacia, super qua reddiderat eum dominus papa infamem, asserens se velle humiliter iusticie parere et mandatis ecclesie stare et satisfacere. Cui etiam perhibebant testimonium dominus imperator Constantinopolitanus et dominus comes Tholosanus per literas suas patentes[7] ibidem in propatulo demonstratas. Iustificans etiam se dominus imperator Fretthericus in tenore eiusdem carte et per nuncios itidem asserentes protestatus est, quod dominus papa proterve exigebat se seisiri civitatibus et castris et terris quibusdam, de quibus non adhuc[d] constat, si pertineant ad imperium vel ecclesiam, et incarceratos quosdam, quos tenebat quasi suos seductores, liberari, antequam idem imperator absolveretur. Timens igitur, ut ait, irretiri et papalibus laqueis alligari, supposuit se disposicioni et censure regum Francorum et Anglorum ac barnagii regnorum eorundem. Nec sic, ut ait, a domino papa exaudiri nec appendi potuit eiusdem tam iusta humilitas. Et super hoc conquestus est graviter universis. In calce igitur sermonis in carta conscripti inculcans addidit dominus imperator cum quadam etiam comminacione adiuncta, quod omnia transmissa in auxilium domini pape fuerint addita imperiali thesauro[8]. Unde modis omnibus quibus potuit supplicabat, ne Anglici in suum detrimentum pape, emulo suo, aliquid contribuerent. Addidit etiam, quod, si rex Anglie suis obtemperaret consiliis, regnum Anglie a tributo, quo iniuste papa Innocentius tercius[9] illud ligaverat, potenter ac iuste liberaret necnon ab aliis papalibus gravaminibus, quibus diatim opprimitur, illud eriperet. Per quod dominus imperator multorum corda sibi conciliavit. Insertum etiam fuit carte memorate, quod, si rex huic mandato non optemperaret, quoscunque de suis in dicione sua posset reperire, gravi puniret ulcione.

Consentiunt magnates et prelati de auxilio pecuniari faciendo regi, condicionaliter tamen. Convenientibus autem iterum magnatibus cum prelatis generaliter Londoniis, scilicet a die purificationis beate Marie in tres septimanas, concilium 1245. Febr. 23. super predictis negociis et tractatum habuerunt diligentem. . . . Et cum relatum esset Nota gravamina Anglie antecedentia. domino regi, ut ad memoriam tam hec quam preterita reduceret, recordatum est ei, quociens similia a suis fidelibus, quos fovere debuit, non depauperare, truculenter et sine solucione promissorum eisdem extorserat: . . . Item, quando maritavit sororem suam Ysabellam domino imperatori Fretherico[e], cepit dominus rex ad maritagium suum carucagium, videlicet de caruca duas marcas. . . . . . .

Responsio prelatorum magistro Martino de auxilio faciendo domino pape[10]: . . . Item cum in brevi celebraturus concilium credatur dominus papa et certe iam dicatur, ubi indubitanter quidem prelati singuli gravabuntur tum magnis et sumptuosis laboribus, tum etiam in visitacionibus gratis vel non gratis domino pape aut[f] quibusdam

a) de centum 2. b) directe *suppl. videtur.* c) et 1. d) non *iterum scr.* 1. e) F. 1. f) a *codd.*

1) Potthast nr. 11217. 2) *Cum sedes* Romana *non adhuc a debitorum suorum, que catholice fidei, ecclesiastice libertatis et patrimonii sui defensione contraxerat, onere valeat relevari, . . . mag. Martinus, camere nostre clericus* ad pecuniam in Anglia colligendam commendatur. 3) Rex et abbates auxilium papae faciendum recusant. 4) Cf. supra p. 238. 5) Tempus concilii non satis constat, certe inter m. Aug. 1244. et Febr. 1245. 6) Quae non exstat; Ficker nr. 3450. 7) Non exstant. 8) Cf. supra p. 221. 9) Cf. supra p. 188. 213. 10) Matheus hic tabulam quidem adhibuisse, sed sua verba inseruisse videtur.

1244. aliis, quos nunquam munera spernere vidimus, faciendis, contingeret, quod per afflicciones afflictis additas pauci invenirentur, qui possent moles huiusmodi importabiles sustinere. Item, cum sancta mater nostra ecclesia Romana ere alieno onerata plurimum allegetur, iustum est et honestum, ut, cum sibi pondus huiusmodi sustinere non prevaleat, sibi ab universis devotis suis filiis, qui omnes in brevi creduntur in concilio convenire, fiat subvencio. Et quod principaliter[a'] tangit, ab omnibus comprobetur, ut sic melius ecclesia relevetur, et singuli minus pregraventur. Cum autem hec audisset contra exaccionem ecclesiarum et prebendarum et auxilii pecuniaris tam efficaciter et constanter inferri, dicitur magister Mastinus-Martinus[a] oblatrasse comminando. Quod et prelati patienter sufferentes, soluto concilio, recesserunt, in calce sermonis addentes, quod imperiales minas, si contribuissent, amplius formidabant. Et tunc autem insidiando manus avidas redditibus vacantibus latencius iniecit, utpote Saresbiriensis[1] ecclesie thesaurarie, quam nepotulo domini pape conferri procuravit, et aliis plurimis, de quarum collacionibus et ablacionibus ob reverentiam ecclesie Romane honestius est omittere quam propter scandalum enarrare. . . . . . . .

**Adest comes Flandrie in regis adiutorium.** Sub eisdem diebus applicuit[2] apud Dovram comes Flandrie*, adveniens in regis adiutorium, Scociam expungnare propo-

*) *Lib. addit., ed. Luard VI, p. 92:*

**Quoddam miraculum de sancto Ædwardo[3] per consilium regis adeptum.** Anno quo dominus rex Henricus[b] III. profectus est super regem Scocie hostiliter pro iuribus regni Anglie contuendis, multosque de longinquis[c] partibus ad ipsam expedicionem convocarat, comes Flandrie Thomas, regine avunculus, cum magna militia advenit, mandato domini regis in auxilium eius fideliter obtemperando. Non quia dominus rex eius suffragiis indigeret, sed ut sic fedus affinitatis et amicicie et homagii sui, quo domino regi tenebatur astrictus, recongnicio lucidius manifestaretur. Contigit igitur, ut comes memoratus in Anglia gravissima febre correptus periculose nimis infirmaretur, adeo ut plus de morte sua timebatur, quam de vita, hoc phisicis arbitrantibus, in ipso spераretur. Doluit igitur super hoc dominus rex vehementer et regina, neptis comitis, vehementius, formidantes, ne, qui ad consolacionem regni gratus advenerat, in desolacionem tocius generis sui, affinium et amicorum miserabiliter in regno moreretur. Erat namque armis strenuus, corpore elegantissimus et, quod nullus ambigit, genere preclarus. Una igitur dierum dum[d] dominus rex, ut eundem comitem consolaretur visitando, accessit ad lectum decubantis, et, ut testabantur domini regis medici peritissimi, sed et ipse senciebat, iam incepit ipsum accessus hanele febris acriter invadere, horripilaciones[4] et alices[5] premittendo —, quod cum comes presensisset, dixit regi: 'Domine mi rex, hunc adventum consolatorium et cari-
Matth. 25,36. tativum reddat tibi qui in tremendo iudicio dicturus est: *Infirmus fui, et visitasti me!* Veruntamen supplico, ut in pace, si placet, recedatis; iam enim in me misero febris adveniens incendia sua solita subarravit, me cum suo tremore miserabiliter afflictura[e]'. Cui dominus rex: 'Comes carissime, habuistine aliquando aliquem specialem affectum aut devocionem erga mihi carissimum sanctum Ædwardum?' Et ille: 'Etiam, domine; nam et tu diligis ipsum, et quod diligis, diligo'. Cui rex: 'Non quia ego ipsum diligo, diligendus est, sed quia Deus. Nec ipsum diligo, nisi propter Deum'. Et subiunxit dominus rex: 'Nunc, domine comes, amice mi dilecte, vobis supplicando consulo et consulendo supplico, ut exnunc et deinceps ipsum sanctum Ædwardum[f] specialius diligas et venceraris[g], et hoc pro voto fideli ac firmo animo ipsi Deo et sancto eius Ædwardo[f] non omittas memoriter polliceri. Et in hoc maxime periculo ipsum invoces et devote depreceris, ut ab iminenti[h] discrimine tam anime quam corporis liberari merearis. Quod si me exaudiens fideliter expleveris, indubitanter tibi affirmo, immo fideiussorem me pro ipso polliceor et constituo, quod optatam optinebis sospitatem; oroque Deum, ut febris tua, te liberato, in me transmigret, si dicta mea ficcio vel fidei denigret carentia'. Hec igitur cum comes secundum regis persuasionem se facturum indubitanter promisisset[i], ab omni febre febrisque molestiis mox et non successive, ut naturalis usus expostulat, liberatus et perfecte curatus, pristinam in eadem hora suscepit sospitatem, Deo et sancto Ædwardo dominoque regi iunctis manibus et flexis genibus grates alacriter persolvendo. Si que promisit comes persolverit, Deus scit; nescio. Hoc tamen fecit dominus rex secreto scribere, ne memoria tanti beneficii, quod per sanctum Ædwardum[f] Deus comiti largiri dignatus est, per incuriam et hominum ingratitudinem oblivioni perpetue traderetur.

a') omnes *suppl. videtur.* a) Mastinus, *superscr.* r 1; Martinus 2. b) H. *c.* c) linginquis *c.* d) *deendum videtur.* e) afflicturus, *sed* us *abras. c.* f) Æ. *c.* g) *sic c.* h) imineti *c.* i) promisset *c.*

1) Saresburienses praebendas nepoti Innocentii IV. de Waltero abbate de Burgo collatas esse, supra p. 234 sq., infra p. seq. et ed. Luard IV, p. 416. 418. narratur. Cf. infra p. 250. 2) Fere m. Iulio. 3) Confessore, rege Angliae. 4) Tremulos motus. 5) Convulsiones membrorum.

nentis. Cuius adventus in cordibus magnatum Anglie indignacionem et sannam generavit; 1244. sufficiens enim erat Anglia Scociam sine ipso etiam exterminare. Duxit autem secum dictus comes 60 milites et 100 servientes, armis competenter communitos et denariis regis sicienter inhiantes. Et cum ad Sanctum Albanum memoratus comes et frater eius electus Cantuariensis[1] pervenissent, occurrit eis magister Walterus de Sufeld electus Norwicensis. . . .[2]

Tercio Idus Septembris consecratus est in episcopum Batoniensem magister Rogerus Sept. 11. Sareberiensis precentor, vir eleganter moribus et scientia theologie preditus, apud Radingum. Cuius redditibus iam vacantibus magister Martinus, domini pape clericus, papali fultus auctoritate, avidas manus iniecit cuidam pape consanguineo conferendis.

R e x  F r a n c o r u m  v e n i t  a d  c a p i t u l u m  C i s t e r c i e n s i u m. Iminente vero sancti Michaelis festivitate convenientibus, ut moris est, de diversis regionibus abbatibus Sept. 29. ordinis Cisterciensis[a] ad suum capitulum generale, venit illuc devotissime dominus rex Francorum. . . . Dominus autem papa hec prenoscens, miserat ad capitulum quandam elegantem epistolam, petens instanter et devote, ut ipsi omnes abbates et conventus, cum ad ipsos in capitulum eorum adveniret dominus rex, fraternitatem[b] et oraciones eorum flagitaturus, flexis genibus et iunctis manibus ipsum efficaciter et devote deprecarentur, ut secundum antiquam et[b] consuetam Francie[3] consuetudinem et libertatem patrem suum et pastorem summum ac precipuum ecclesie rectorem, videlicet Romanum pontificem, contra insultus imperatoris, quos declinavit, quem in eadem epistola[4] filium Sathane nominavit, potenter tueri dignaretur. Et si necessitatis articulus expostularet, sinum pandens ingenue pietatis, eum in regno suo benigne[c] receptaret, sicut quondam bone memorie Alexandro pape exulanti et a facie Fretherici imperatoris persequentis fugienti et eodem tempore beato[d] Thome Cantuariensi archiepiscopo, nunc glorioso martiri, indignacionem Henrici Anglie regis declinanti, consolacionem et refugium noscitur prestitisse. Cum autem dictus dominus rex in capitulo, anteposita reverenter matre sua, resedisset in medio magnatum et abbatum, ipsi omnes abbates et conventus flexis genibus et iunctis manibus, abortisque lacrimis, ipsum regem humiliter postularunt quod predictum est. Quod cum vidisset dominus rex et audisset, et ipse contra eos genua curvans, ipsis favorem prestitit, affirmando, quod, quantum honestas permitteret, ipsius imperatoris iniurias ab ecclesia propulsaret et ipsum papam, si[e] consilium optimatum suorum, quod non potest aliquis[f] Francorum subterfugere, exulantem liberaliter receptaret. Abbates autem, ipsi regi super hoc gratias multiplicantes, speciale suorum bonorum operum ei participium concesserunt. Habuit autem imperator ibidem nuncios suos sollempnes[g], ut quod ab ipsis postularetur effectum non sortiretur. . . . . . .

Eodemque tempore Otto episcopus Portuensis et quidam alii cardinales per conductum Mediolanensium et aliarum civitatum domino pape adherentium marchisiique de Monteferrato et Guidonis Guerre et aliorum potentum, qui ecclesie favebant et eam fovebant, invitis custodibus, quos imperator per transitus viarum constituerat, et confusis, ad dominum papam apud Ianuam[h] commorantem indempnes et illesi pervenerunt. Unde dominus papa exhilaratus vehementer, spem concepit de tribulacione meliorem. Extunc igitur confluentes[i] ad ipsum papam cognati et consanguinei sui et affines ex tota Ianua innumerabiles, qui eum vel sanguinis vel alicuius amicicie racione, licet exili, contingebant, exigentes redditus ad usus filiorum et nepotum suorum, precipue ex regno Anglie, sibi conferendos.

V e n e r u n t  i n  A n g l i a m  C r u c i f e r i. Die vero Lune ante festum omnium sancto- Oct. 31. rum venerunt ad sinodum episcopi Rofensis quidam nove religionis speciem proferentes, fratres videlicet dicti Cruciferi, dicti sic, quia cruces in baculis efferebant. Requirebant autem habitacionem a potentibus, ostendentes inauditum sibi a domino papa privilegium concessum, videlicet quod nulli licuit ordinem eorum reprehendere vel ipsos[k] improperare[l]; concessum[m] etiam fuit ipsis in tales sententiam excommunicacionis inferre, admirantibus, immo obstupentibus[n], viris discretis super tot novis ordinibus emergentibus, quod, spretis

a) Cisciensis 1. b) eorum *add.* 2. c) *deest* 2. d) beati T. C. a. n. gloriosi 1. e) hoc esset *suppl. Luard.* f) regum *forte supplendum.* g) sollepnes 1. h) confusus *add.* 2. i) confluebant *corr. videtur.* k) *corr. ex* ipsis 1. l) *ita* 2; exprobrare, *in marg.* vel improperare 1. m) concessa 1. n) obtup. 1.

1) Mart. 29. Bonifacius regi scripserat, se, suis et amicorum negotiis adhuc Bellicae impeditum, Apr. 7. in Angliam profecturum esse. 2) Paullo infra sequitur Petri archiepiscopi de Russia longa relatio de Tartaris; cf. Ann. Burton., SS. XXVII, p. 474. 3) Cf. supra p. 226. 4) Perdita.

1244. beatissimi Benedicti pleni spiritu omnium sanctorum et magnifici Augustini disciplinis, contra statutum[1] concilii sub gloriose memorie Innocencio III. celebrati tot viri literati ad inauditos ordines subito convolarunt. In quo concilio post ordines Predicatorum et Minorum iniciatos irrefragabiliter sanccitum fuit, assensum fratribus cardinalibus cum sacri concilii universitate prebentibus, ne extunc amplius novi ordines advenirentur[a] vel adinvente admitterentur, ne scilicet autentici ordines vilescerent, spreti et similiter dampnificati.

Papa ad Austensem[b] se contulit civitatem. Circa idem tempus[2] se transtulit dominus papa ad Astensem civitatem instinctu Ianuensium parentum suorum, qui aurum et argentum[c] sicienter cupientes, ipsum[d] persuadebant, Anglis et Francis et ipsis conterminis munera ferentibus presto ac gratanter occurrere et nulli offerenti manum contractam denegare, necnon ad imperatoris, quem oderant, confusionem et ipsorum vindictam et ditacionem concilium generale convocare. Stipatus igitur agmine Ianuensium armatorum dominus papa viam arripuit tam repentinam quam clandestinam ad partes Francorum propinquiores. Et tunc averse sunt a fidelitate et subieccione imperatoris Astensis[3], Alexandrensis et quedam alie civitates et ad papam sunt converse, secundum poeticum:

Stacius[4]. *Mobile versatur[e] semper cum principe vulgus.*

Papa ad Lungdunensem[d] se contulit civitatem. Inde post modicum more spacium, deceptis imperatoris custodibus, quos constituerat ad precludendas pape vias, dominus papa, qui se instaurarat quasi hyematurus, tam de nocte iter conficiens quam de die, festinanter ac subito, non sine multiplici periculo, estate iam se contulit declinante[5] Lugdunum. . . . . . .

Dec. 21. Die vero sancti Thome apostoli venit dominus rex ad Sanctum Albanum. . . . . . .

Rumor teter. Et dum rex ibidem triduo commoraretur, venit rumor ad eum, quod comitissa Flandrie[6] nature debita persolvisset. Quod cum congnovisset, more regis christianissimi pauperibus elemosinas largas iussit erogari pro anima ipsius et exequias sollempniter[f] et devote in choro Sancti Albani propensius celebrari.

Annalis conclusio. Transiit igitur annus ille frugifer habundanter[g] et fructifer, ita quod summa frumenti ad precium duorum solidorum descendebat, Terre Sancte inimicissimus, regno Anglie turbidus, Francorum regno periculosus, ecclesie suspectus, Italicis vero turbulentus.

1245. Anno gratie 1245. . . .* Cantuariensis electus Bonefacius[h] et Wigorniensis et Herefordensis episcopi, qui inter omnes alios Anglie episcopos erant domino pape specialiores [et[i] Anglis suspectiores], dominum papam propter quedam, que nesciebantur ab universitate, secreta negocia subito adeuntes transfretarunt. . . . Unde naves ascensurus apud Doveram in recessu suo, iussit[7] nemora archiepiscopatus abscidi et vendi et quasdam collectas et tallias tam in clero quam populo fieri inauditas[k]. Quas quidem multi factas esse dicebant ad quendam militem Provincialem expugnandum, qui[l], audito testamento comitis Provincie Reimundi, quidam nobilis filiam eius iuniorem[8] furto repentino ac nocturno supripere[d] proponebat. Comes enim memoratus, senciens se in proximo moriturum, domui sue dispositurus et testamentum suum conditurus, vocavit filiam suam iuniorem et ait illi: 'Filia karissima omnium et mihi inter omnes sorores tuas amantissima, scio, quod, Domino disponente, omnes filie mee preter te solam inestimabiliter et in admiracionem omnium christianorum exaltate maritantur. Tibi igitur soli maritande totam terram meam[m] cum thesauro meo et castris et possessionibus meis concedo et in testamento relinquo. Non enim indigent soro-

1245. Ian. 7. Iun. 24. *) *Adam de Marisco (ed. Brewer, Monum. Franciscana epist. 213) scripsit Willelmo de Nottingham in Anglia ministro Minorum: dominum Lincolnie[9] . . . in crastino epiphanie Lugdunum intrasse. . . . Proponit episcopus concilio interesse quod dominus papa celebrare concedit ad festum sancti Iohannis baptiste. . . . Receperunt me frater Desiderius minister Burgundie et frater Gabriel vicarius ministri generalis . . . in conventu Lugduni commorantes. . . . Frater Gabriel vicarius est ministri in curia. Frater N. de Marnio et frater Boiolus, propinquus domini pape, stant cum ipso satis ei familiares.*

a) *sic codd.*; adinvenirentur vel adinventi *forte scribere voluit Matheus.* b) Hostiensem 2. c) *ita* 2; aurum 1. d) *sic* 1. e) mutatur *Claudian.* f) sollepn. 1. g) habunter 1. h) B. 1. i) et A. susp. *erasa sed saec. XVI. e* 2 *rescr.* 1. k) *sic* 2; auditas *abras.* 1, *ubi* graviores *superscr.* l) quia *forte legendum.* m) *in marg.* 1.

1) IV. Lateran. c. 13. 2) Nov. 6; Nic. de Curbio. 3) Haec referenda sunt ad discidium civile, de quo cf. Nic. de Curbio: *tunc erat imperatori subiecta; cives portas concluserunt* papae; sed postea veniam petebant. 4) Potius Claudianus in IV. cons. Hon. v. 302. 5) Nov. 29 vel paullo post. 6) Iohanna. 7) Bonefacius. 8) Beatricem. 9) Robertum, de cuius itinere Romano agitur epist. 173.

res tue, ut aliqua pars hereditatis mutilande alicui earum tribuatur'. Iccirco, ut pretactum 1245. est, quidam possessionibus tenuis[1], sed tamen animosus et in negociis bellicis strenuissimus, tum propter puelle venustatem, tum propter opimam hereditatem eam contingentem clanculo rapuit et in castrum quod prope habuit salvo asportans reposuit, secundum illud poeticum[2]:

*Genealis preda puella est,*

dignus excusari. Indignantes autem omnes comitis memorati consanguinei et amici de ausu dicti militis temerario, irruerunt in ipsum hostiliter. Ipse vero miles, possessioni incumbens et suo iuri innitens, amicis cotidie multiplicatis, se viriliter defendebat. Orta est autem magna hinc inde hac occasione in finibus illis contencio et perturbacio hostilis et dampnosa[a]. Rex itaque Francorum ratione primogenite[3], quam sibi matrimonio copulaverat, ius quod eum potissime contingebat constanter vendicavit. Et sic certamen, quia Provinciales Francos odio habent exorabili[b], diatim suscepit incrementum. [Electus[c] igitur Cantuarie Bonefacius[d], a predecessorum suorum vestigiis imprudenter exorbitans, cum fratre suo Philippo Balentino[4], eo quod avunculi fuerunt puelle supradicte, huic negotio marcio curam apposuerunt Anglicane sumptuosam et dampnosam ecclesie; ad que sustinenda, diversa adquirendi pecuniam argumenta confingentes, thesauros thesauris cumularunt, militibus stipendiariis et aliis viris sanguinum distribuendo. Asserebant itaque, ut aliquo colore peccatum tegeretur, se hac pecunia necessario eguisse ad ecclesie Cantuariensis liberationem, quam non sine[e] antecessorum sanctorum, ecclesie eidem qui preerant eamque irreprehensibiliter rexerant, ere alieno fere irrestaurabiliter precedentes obligaverant. Impetravitque super hoc electus a domino papa inauditum privilegium, quod] nunquam alii meminimus preconcessum. Similiter et frater eius Philippus in hoc negocio deditus armis privilegium, non sine multe pecunie effusione, scilicet ut liceret redditus, quos optinuit in Anglia, et episcopatus proventus Balentini[f], similiter et quedam[g] maiora, que tunc sibi fuerant profutura[h], a curia Romana impetravit, sicut sequens sermo plenius delucidabit. . . . . . .

E x c o m m u n i c a t u r   i m p e r a t o r   p e r   t o t a m   F r a n c i a m ,   d o m i n o   p a p a   s i c   i u b e n t e. Ipso quoque quadragesimali tempore ingrediente[i,5], fecit dominus papa iterato excommunicare imperatorem per totam Franciam propter quasdam novas invasiones, quas fecerat in suos consanguineos et personas ecclesiasticas. Et cum tale preceptum per ordinarios suos ad quendam sacerdotem, civitatem Parisius inhabitantem, devenisset, doluit, quod oportuit eum ipsum imperatorem, quem, nescimus ob[k] quas causas, dilexit — et curiam Romanam, quam aliquando expertus fuerat, execrabatur — excommunicare, ait in propatulo toti parochie sue die sollempni populose: 'Audite universi! Accepi in mandatis, ut, candelis accensis et pulsis campanis, in imperatorem Fretherícum[l] excommunicationis feram sententiam sollempnem; causam autem ignorans, non ignoro gravem controversiam et odium inexorabile motum inter eos. Scio etiam, quod unus illorum alii iniuriatur; quis cui, nescio. Sed illum, in quantum se mea extendit potencia, excommunico et excommunicatum denuncio, alterutrum istorum, videlicet ipsum qui alii iniuriatur, et absolvo iniuriam pacientem, que tam dampnosa est toti christianitati'. Quod, licet verbum levitatis et more Francorum iocose prolatum, ore multorum revolutum est, longe lateque ventilatum, tandem ad audienciam pervenit imperialem. Ipse, dicti pondus librans et commendans, xenia concupiscibilia dicto presbytero duxit transmittenda. Sed dominus papa de scurrilitate[m] et verbi levitate punivit redargutum. . . . . . .

Verbum quadam levitate more Francorum prolatum.

C o n s i l i u m   s u b d o l u m. Ipsis quoque diebus, domino papa procurante, sed tamen dissimulante, quidam cardinalium, qui solius[n] amatores pecunie, cartam quandam domino regi sub specie multe amicicie transmiserunt, cuius tenor talis extitit: . . .

a) dapn. 1. b) *sic codd.;* inexorabili *legendum.* c) Electus — quod *e* 2; *abrasa sunt* 1, *ubi s. XVI. lectio codicis* 2, *sed interpolata, transsumpta est.* d) B. *codd.* e) indignatione *vel simile verbum suppl. videtur.* f) Valentini *codd., corr. in marg.* Bal' 1. g) queda 1. h) tenere *suppl. edd.* i) vel [ingredient]i *Math. inter lineas* 1. k) ob — dilexit *in loco raso* 1. l) F. 1. m) scurr. 1. n) *corr. ex* solus amator 2; erant *suppl. edd.*

1) Haec alibi non narrata vix quadrant in Raimundum VII. comitem Tolosanum, qui Beatricem ducere conatus est, vel in Iacobum regem Arragoniae, qui, ut filio nuberet, eam obsedit. De Friderico II. eam pro Conrado IV. filio petente cf. Barthol. Ian., SS. XVIII, p. 218. 2) Ovid. A. Amat. I, 125: *Ducuntur raptae, genialis praeda, puellae.* 3) Margarethae. 4) Tunc episcopo electo Valentino, postea Lugdunensi, denique a. 1268—1285. comite Sabaudiae. 5) Caput ieiunii a. 1245. erat Mart. 1; papam excommunicationem renovasse Apr. 13, narrant Ann. Plac., SS. XVIII, p. 489; Ann. Wormat., SS. XVII, p. 49.

1245. *Consilium damus vobis amicissimum, vobis salubre et honorificum et regno vestro gloriosum, honorificum nec mediocriter profuturum, videlicet ut preces domino pape per sollempnes nuncios dirigatis, humiliter eidem supplicantes, quatinus dignetur regnum Anglie, in quo ius dinoscitur habere speciale, sua presencia feliciter illustrare. Et nos ipsum supplicacioni vestre reddemus pro posse supplicando favorabilem, qui vestrum et regni vestri felices successus desideramus. Excellentissimus enim vobis honor foret et gloria immortalis, ut temporibus vestris, quod non recolitur aliquibus diebus evenisse, dominus papa, qui patrum pater esse dinoscitur, Anglorum finibus personaliter appareret. Recolimus etiam eum dixisse, unde gaudemus, quod gratanter videret delicias Westmonasterii et divicias Londoniarum.* Hec cum domino regi innotuissent, gaudebat, et huic subdolo consilio de facili incurvaretur, nisi peritorum consiliis ad contradicendum vel dissenciendum erigeretur, qui dicebant, quod satis, immo nimium iam suorum Caursinorum usuris et Romanorum ac Ytalicorum rapinis et symoniis Anglie puritas maculatur, quamvis non presencialiter bona ecclesie et regni dissipet[1] et predetur. Similiter et regni Francorum introitus[2], quem per sollempnes nuncios postulavit, et Arragonum denegabatur. Infamia enim curie papalis id promeruerat, [cuius[a] fetor usque ad nubes fumum teterrimum exalabat].

Mart. 26. Mandatum domini pape de concilio generali convocando apud Lugdunum. Anno eodem, circa medium quadragesime venerunt nuncii domini pape in Angliam de convocando concilio generali tale prelatis mandatum papale baiulantes:

*Innocentius[3] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbatibus et prioribus[b] per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Dei virtus . . . Pro negocio quod inter ecclesiam et principem vertitur reges terre, prelatos ecclesiarum et[c] alios mundi principes duximus advocandos. Rogamus etiam[d] devocionem vestram et hortamur attente, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus ad presentiam nostram[e], omni prorsus*
Iun. 24. *occasione postposita, usque ad proximum festum sancti Iohannis baptiste personaliter venire*
Ian. 30. *curetis. . . . Datum Lugduni, 3.[f] Kal. Februarii, pontificatus nostri anno 2.* . . . . . . .

Aliqui de prelatis, ne ad concilium eant, per regem rationabiliter excusantur. Cum autem hec ad concilium generalis convocacio ad audienciam prelatorum pervenisset, multi ad iter preparantur arripiendum. Aliqui tamen regis negociis intendentes, aliqui valetudinarii et senes se per regem vel competentes procuratores excusarunt. Regi etiam, qui pro aliquibus humiliter domino pape supplicaverat, papa favorabiliter sic rescripsit:

*Innocentius[4] episcopus* etc. *karissimo in Christo filio, regi Anglie illustri, salutem et apo-*
Mai. 20. *stolicam benediccionem. Erga personam . . . Datum Lugduni* 13. *Kal. Iunii, pontificatus nostri anno* 2.

Quidam prelati Anglie excusati diversimode remanent; sed abbas de Burgo[5] acusatus[g] curiam adiit. Similiter quidam alii Anglie prelati, tam abbates quam episcopi, diversis causis expressis prepediti et sese rationabiliter excusantes, quia valitudinarii vel senes vel infirmi, utpote episcopus Elyensis[6] et abbas Sancti Albani[7] et quidam alii per procuratores suos, per quos dominum papam et cardinales sic volentes salutarunt et pretiosis muneribus respexerunt, licenter remanserunt. Abbas autem de Burgo, vir sine querela, qui specialius aliis super hoc mandatum papale suscepit, et[h] non sine molestia ad curiam Romanam cum pervenisset, per magistrum Martinum, pape clericum in Anglia commorantem, graviter accusatus est, pro eo [quod[i]] quandam ecclesiam, quam cuidam viro ydoneo contulerat, ad opus cuiusdam consanguinei domini pape ipsi Martino noluit sicut nec debuit conferre. Unde dictus abbas cum in curia apparuisset, ipsum dominus papa, vel per papam papales, probrose obiurgatum a palacio suo iussit eici tam turpiter et irreverenter, quod nunquam postea plenam admittens consolacionem, contristatus, in incurabilem precipitatus est infirmitatem; unde eodem anno in magnum ecclesie sue dampnum, quam prudenter rexerat, viam universe carnis est ingressus. . . . . . .

a) cuius — exalabat *abrasa, sed e* 2 *manu s. XVI. suppl.* 1. b) exemptis *add. Burt.* c) ac *Burt.* d) itaque *Burt.* e) apud Lugdunum *add. Burt.* f) 5. Idus Iun. [*corrigendum* Ian.] *Burt.* g) *sic* 1. h) *fortasse delendum.* i) *deest* 1; *suppl. (e 2?) edd.*

1) Scil. papa. 2) Cf. supra p. 247, infra p. 254. 3) Potthast, Reg. nr. 11521; contuli Ann. Burtonienses ed. Luard, Ann. Monast. I, p. 263. Exemplum Gallicum (Potthast nr. 11493) Ian. 3. datum est. 4) Potthast nr. 11669. 5) S. Petri, Walterus. 6) Hugo. 7) Iohannes.

**Obiit Galfridus de Trane cardinalis.** Eodem quoque tempore obiit Galfridus de Trane cardinalis[1], quo non erat aliquis domino pape alius specialior vel utilior vel scientia et moribus clarior. 1245.

**Comes Ricardus mittit pecuniam in succursum Terre Sancte.** Ipsis quoque diebus, cum pessimi rumores de Terra Sancta pervenientes increbruissent, ita quod timebatur, ut tota terra pateret discrimini, comes Ricardus ex innata sibi munificencia illuc in succursum circiter mille libras per Hospitalarios transmisit. . . . . . .

**Invigilabat interim instanter magister Martinus redditibus colligendis.** Instabat interim vigilantissime et incessanter magister Martinus, domini[a] pape clericus, redditibus quomodolibet ad opus pape papalibusque[b] consanguineis conferendis. De cuius proterva et iniuriosa rapacitate honestius ob reverenciam sancte Romane ecclesie arbitror silere quam aures offendere audientium et mentes fidelium enarrando perturbare. . . Rex quoque parti sue favit, eundem contra omnes protegens, forte propter retribucionem; et facta est regni condicio miserima[c].

**Custodiuntur portus, procurante Anglie universitate, sed illusis custodibus.** Urgente igitur necessitate, preceptum est[d] ipso tempore ex parte aliquorum magnatum pro multiformi oppressione regni dolentium, ut, custoditis portubus, papales litere, que cotidie ad emungendum pecuniam[e] portabantur, caperentur. . . . . . .

**Conbusta est camera domini pape cum omnibus que in ea continebantur.** Diebus vero rogacionum[f, 2] in triste presagium apud Lugdunum quedam domini pape camera, que conclave, id est warderoba, dicitur, cum omnibus que in ipsa continebantur conbusta est, asserentibus nonnullis sinistre interpretantibus, quod gratis[3] accensa est, ut sic occasionem papa acciperet extorquendi pecuniam a prelatis ad concilium venire properantibus. Sed cum incendium plus quam credebatur deseviret, conbusta sunt que habebantur[g] cariora. Et fuit multorum assercio, quod detestabilis illa carta[4], que de tributo Anglie sub flebilis memorie rege Iohanne confecta fuerat, eodem incendio in cinerem est redacta. Mai. 21—23.

**Continuacio.** Eodemque tempore, cum vellet dominus papa quibusdam prebendis Lugdunensis ecclesie vacantibus quosdam alienigenas consanguineos vel affines suos, inconsulto capitulo, intrudere, canonici restiterunt ei in facie, comminantes et cum iurmaento obtestantes, quod, si tales apud Lugdunum apparerent, non posset eos vel[h] archiepiscopus[5] vel canonici protegere, quin in Rodanum mergerentur[6]. Nec ipsi qui beneficium fuerant accepturi ultra usquam comparuerunt.

**Continuacio.** Eisdemque diebus, dum quidam ostiarius domini pape protervius cuidam civium introitum humiliter postulanti et frontosius quam deceret denegaret, idem civis manum penitus amputavit. Unde idem mancus cum coram domino papa gravem reponeret querimoniam, brachium ostendens mutilatum, dominus papa secundum legem civitatis vindictam sibi postulavit exhiberi. Quam Philippus de Sabaldia[7], custos pacis ecclesiastice, procuravit qualiquali modo, ut honor papalis saltem superficialiter salvaretur. . . .

Nota summam reddituum Romanorum in Anglia.

Fecit etiam dominus rex eodem tempore per singulos comitatus diligenter inquiri summam reddituum Romanorum et virorum Ytalicorum, quos Romana curia violenter ditavit in Anglia. Et[8] inventa est summa reddituum eorum annuatim[i] sexaginta milia marcarum; ad quam summam non attingit redditus annuus tocius regni Anglie. Unde rex, licet sero, et in admiracionem est expergefactus et in iracundiam nec immerito est commotus.

Et[k] tunc temporis abbas Cluniacensis[9] dedit domino pape 30 palefridos aptos et desiderabiles et convenienter faleratos cum totidem equis clitellariis, quos summarios vocamus, ut ipsos decuit stratos similiter convenienter.

a) d. p. c. *in marg.* 1. b) *corr. ex* papalibus 1. c) *sic* 1. d) *superscr.* 1. e) *in marg.* 1. f) rogacon. 1. g) haberet 2. h) *deest* 2. i) quadraginta *add. codd.*, *erasum* 1. k) Et — convenienter *in marg.* 1.

1) Diac. S. Hadriani, de cuius scriptis cf. Schulte, 'Quellen des canon. Rechts' II, p. 88. 2) A regis nuncio, qui papae bullam, supra p. 250, l. 33. attulit, fortasse haec audivit noster. 3) Hunc rumorem falsum fuisse, censet Berger, 'Régistres d'Innocent IV.' p. VI. 4) Charta Iohannis paucis diebus post iubente papa in rot. Cluniac. transcripta est; Matheo igitur fidem non habet Berger ib. 5) Aimericus. 6) Cf. infra a. 1251. 7) Eodem anno electus archiepiscopus Lugdunensis. 8) Haec novit noster e magnatum epistola papae data, quam v. infra p. 261. 9) Hugo.

1245. **Mittuntur sollempnes nuncii ad curiam Romanam pro tributo remittendo et aliis.*** Tunc vero, licet sero, dominus rex, aliquantulum conversus ad[a] se,

*) *Cf. Lib. addit. ed. Luard VI, p.* 99: **Litere[b,1] presentate domino pape coram concilio Lugdunensi de oppressionibus ecclesie.** *Dicturus quod iniunctum est mihi a domino rege Francie veniam peto. . . . Dominus rex iam dudum moleste sustinuit gravamina[2] que inferuntur ecclesie Gallicane et per consequens sibi et regno. . . . Nuncii vero de novo accesserunt, nova gravamina addentes supradictis; nuper enim mandavistis clericis, ut[c], quia persecutor vester[3] ad partes istas venturus est, mittant[d] vobis miliciam munitam ad resistendum ei, quia non est consilium cedere venienti. Super quo satis excusabiles sunt ecclesie, quia non habent miliciam, nec est in potestate eorum mittere quod non habent; quos etiam si haberent et mitterent, non esset tutum confidere de ipsis; nec scitur etiam de illo, utrum venturus sit; qui etiam si veniret, preferendum esset, ut videretur, consilio humano consilium Dei, qui dicit:* (Matth. 10,23.) *'Si persecuti fuerint vos in unam civitatem, fugite in aliam'. . . .*

*Hec ergo sunt gravamina que ad presens inferuntur ecclesiis regni, et hec est causa, quare* (cf. Ps. 2, 1.) *fremuerunt gentes, et scandalizatum est regnum; et forte in proximo est, nisi Deus avertat, ut scandalizetur magis. Sed forte dicet aliquis, quod mirandum non est, sed propter hanc persecucionem vacat Romana ecclesia, et neccessitate compulsi facitis quod alias facere non potueritis[e]; respondemus, quod multi alii predecessores vestri eandem persecucionem passi sunt, qui tamen nihil tale fecerunt. Nam si ad gesta Romanorum pontificum recurramus, sicut in vestris scripta sunt registris et cronicis vestris, regnante in Francia rege Iodoco[4], avo regis Philippi, anno incarnacionis Domini* 1119.[5] *venit in Franciam dominus papa Paschasius pro persecucione imperatoris[6], qui eum Rome in ecclesia sancti Petri cepit[7] una cum multis cardinalibus et apud Civitatem Castellonum[8] longo tempore[9] captum detinuit, et occupans totum patrimonium Romane ecclesie et eidem inferens multa mala; ipse tamen venerabilis predictus papa confugit[10] in Franciam ad predictum regem Francie, auxilium et consilium petiturus ab ipso; qui apud Sanctum Dionisium[11] et apud Trecas novum concilium[12] celebravit; tandem reddita pace ecclesie, versus est ad sedem suam. Nichil tamen fecit de hiis que modo videmus fieri. Defuncto eodem summo pontifice Paschasio[13], Iohannes Caitonus cancellarius canonice electus est in summum pontificem et Gelasius est appellatus; sed quoniam eleccio facta de ipso non placuit predicto imperatori Henrico, ipse, favente sibi populo Romano, instituit in sedem apostolicam quendam nomine Burdinum, qui archiepiscopus Bracanensis[f]; propter quod idem papa Gelasius a sede apostolica depulsus venit in Franciam, confugiens ad regem predictum; qui cum applicuisset Magaloniam[14] et aliquandiu ibi moram fecisset, accepto itinere versus Unciliacum[15], ubi debebat ei occurrere rex predictus, mortuus est[16,g] in via et apud Duscanum[17] sepultus. Cum quidam ad eius exequias vicinarum urbium episcopi convenissent, affuit ibidem cum aliis vir sanguine generosus et predictum dominum regem linea consanguinitatis attingens, Guido Viennensis archiepiscopus, quem, pensato statu ecclesie, cardinales et ipsi qui aderant in summum pontificem concorditer elegerunt; et vocavit[g] eum Calixtum. Qui statim venit ad regem predictum, a quo honorifice susceptus est[18]; et cum aliquandiu stetisset in Francia, et idem rex multum laborasset ad pacem inter ipsum et imperatorem predictum, nec tamen profecisset, tandem subvicarius[h] ipsius regis Remis perveniens, celebravit ibi concilium et excommunicavit imperatorem predictum[19]; ex quo secuta est magna guerra. Sed in omnibus hiis predictus Gelasius et Calixtus nullum gravamen intulisse leguntur ecclesie Gallicane. Postea etiam [cum[i]] eiusdem regis tempore, decedente summo pontifice Henrico[k] secundo[20], orto in ecclesia periculoso cismate super eleccione duorum, videlicet Gregorii diaconi Sancti Angeli et Petri Leonis presbyteri cardinalis tituli Sancti Marci[21], pars eiusdem Petri prevaluisset in Urbe, idem Gregorius, qui mutato nomine dictus est Innocencius, venit in Franciam confugiens ad regem predictum, qui eum benigne suscepit, et eius exemplo rex Anglie Henricus et omnes magnates regni, sed et tota cismontana ecclesia eum in summum pontificem honoraverunt; ipse diu stetit in Frantia et tandem filium eiusdem regis Lodowicum, patrem regis Philippi, Remis coronavit in regem[22]. Nullum tamen gravamen intulit ecclesie Gallicane. Postmodum, tempore eiusdem regis[l], qui et Octovianus vocatus, idem venerabilis papa[23]*

a) ad se *superscr.* 1. b) *rubra stilo plumbeo ad calcem pag. scr. c.* c) et *c.* d) mittam *c.* e) potuerit *c.* f) *sic pro* Bracarensis *c.*; fuit *suppl. Lu.* g) *sic c.* h) *sic c.*; sub vicaria *corr. velit Lu.* i) *suppl. Lu.* k) *sic c.*; *lege* Honorio; Calixto *perperam Lu.* l) scismate exorto inter Alexandrum III. papam et Victorem *vel similia verba suppl. videntur.*

1) Cf. Hist. Angl. a. 1245. infra. 2) Haec per *barones nuper in colloquio apud Pontisarem* prolata de tributo ecclesiae Gallicanae imposito, de praebendis a papa extraneis collatis hic sequuntur, quae tamen Germaniam non attingunt. 3) Fridericus II. 4) Ludovico VI. 5) Potius a. 1107, Philippo I. rege. 6) Henrici V. 7) Multo post, a. 1111, Febr. 12. 8) Potius castellum Trebicum; cf. Jaffé, Reg. ed. 2. I, p. 743. 9) Fere per 2 menses. 10) Error. 11) A. 1107, Apr. 30. 12) M. Mai. ex. 13) A. 1118. 14) M. Nov. 15) Fort. Viciliacum legendum (Vezelay, dép. Yonne); Uncey-le-Franc (Côte-d'Or) intellexit Luard. 16) A. 1119, Ian. 29. 17) Cluniacum. 18) Stampis, m. Oct. 19) Oct. 30. 20) Honorius II. obiit a. 1130, Febr. 13. 21) Potius S. Mariae trans Tiberim. 22) A. 1131, Oct. 25. 23) Alexander III. a. 1162.

cepit detestari Romane curie insaciabilem cupiditatem et tocius regni, immo etiam et[a] 1245. ecclesie per eam factas iniuriosas occupaciones illicitasque rapinas. Composita igitur per

*venit in Franciam et a dicto rege Lodowico[b] et exemplo eius ab omnibus principibus et ecclesiis occidentalium regionum honorifice susceptus est; et moram ibi fecit diu. Tamen nec ipse nec alii sancti viri summi pontifices superius nominati, qui ad regnum Francie, compellente magna persecucionis rabie, confugerunt, in aliquo gravaverunt ecclesiam Gallicanam, nec dando beneficia nec petendo subsidium pecunie vel armorum; sed spiritualibus armis, scilicet lacrimis et orationibus, que sunt arma ministrorum Christi, maluerunt esse contenti quam violata pace ecclesie miscere se in strages hominum et in mortes, quod facere non licet sacerdotibus et ministris Christi iuxta verbum beati Gregorii, qui dicit[1]: 'Si in mortem Longobardorum me voluissem miscere, regem nec ducem modo haberent' etc. Sed forte dicit aliquis mihi: 'Isti summi pontifices, de quibus mencionem fecistis, potestatem habuerunt conferendi prebendas et faciendi omnia que nunc fiunt, sed non fecerunt, quia noluerunt'. Respondeo: 'Domine, possetis et vos, sicut et ipsi potuerunt, dum tamen non faciatis, sicut nec illi fecerunt'. Restringenda sunt sub ratione potestatis, quia certe non est modo magis tempus oportunum ad faciendum talia quam tunc erat; immo longe peiora sunt tempora quam tunc erant, et longe magis turbata est christianitas tota. Pro Deo non turbetur magis; sanguinem enim elicit qui nimis emungit.* cf. Prov. 30,33. *Nunc itaque veniamus ad propositum nostrum. Dominus rex, cuius antecessores fundaverunt ecclesias regni et de bonis suis eas dotaverunt, specialiter pro divini cultus obsequio idem honorifice[c] faciendo, hoc proprium et speciale sibi et heredibus suis retinuerunt et semper habuerunt in eisdem ecclesiis que tenent de ipsis temporalia sua bona, quoniam[d] temporalia ecclesiarum iure humano[e], id est iure regio, possidentur, quod preter spiritualia[f] quedam[g] et magna servitia, ad que domino regi tenentur, istud etiam iuris habet, quod omnes ecclesiarum thesauros et omnia temporalia ipsorum pro sua et pro sui regni neccessitate potest accipere sicut sua. Quodsi[h] obiciat aliquis, principem secularem vel laicum servicia[i] canonica non posse sibi vendicare ius istud in rebus ecclesiarum, respondemus, quod longe magis et maius speciale fuit illud quod Karolus Magnus et multi reges Francorum post ipsum optinuerunt, sicut expresse dicunt canones, videlicet potestatem eligendi summum pontificem et ordinandi sedem apostolicam, et ut omnes archiepiscopi et episcopi investituram acciperent per eundem[k]; et non est multum temporis, quod reges Francie conferebant omnes episcopatus in camera sua quibus [voluerunt[l]], et si qua[m] ad quedam renunciaverunt propter Deum, tamen non renuntiaverunt reges Francie multis aliis que nunc non habent in ecclesiis, sicut principes et alii ecclesiarum patroni, et que eis ecclesie consensus contulit, sed et longevus usus et prisca consuetudo concessit. In hoc ergo quod taliter et ita intolerabiliter modo de novo gravantur ecclesie, videmus dampnum magnum et multiplex preiudicium fieri sibi et regno suo et magnum[n] etiam incomodum parari posteritati sue postmodum[m] hoc, quod bona ecclesiarum convertuntur in alios usus quam illos pro quibus data fuerunt ecclesiis. Item per hoc iam diminutus[o] est, et magis timet diminui et perire cultum divini servicii in ecclesiis regni, quod non vult dominus rex diebus suis minui, sed augeri. Item quod in depauperacione ecclesiarum depauperatur regnum, quia, dum bona ecclesiarum sic asportantur de regno, spoliatur regnum, et de spoliis eius extranei ditantur. Item quod novus est iste modus exigendi pecuniam usque ad tempora ista, unde, quia posset trahi ad consequentiam et converti in consuetudinem valde perniciosam, non vult, quod ista servitus temporibus suis imponatur ecclesiis regni et per consequens regno suo. Item et per huiusmodi onera sic possent[p] ex toto gravari ecclesie, que iam valde gravate sunt et solito pauperiores effecte, quod non possunt reddere eis[q] servicia, ad que sibi tenentur, que multa sunt et magna. Item quia, sicut dum tolluntur ecclesiarum temporalia, non minus leditur regnum, quam si de proprio thesauro domini regis tollerentur; cum in casu neccessario thesauri ecclesiarum sui sint, et in casu illo possit uti illis ut suis. Preterea quia dominus rex crucesignatus est et in Terram Sanctam profecturus est, vult, sicut et velle debet, quod ecclesie regni large subveniant ei sicut patrono suo in peregrinacionem et nihilominus habeant unde ipsi possint in defensione regni sui, si neccesse fuerit, sumptus facere sicut debet[m]. Item significat vobis dominus rex, de quo indubitanter sciatis, quod ipse vos sincera affeccione diligit et multum compatitur neccessitatibus vestris; sed, quantumcumque vos diligat, non potest sibi deesse, quin pro posse suo servet statum, libertates et consuetudines regni sibi a domino Deo commissi, ubi in magna nobilitate et magna libertate et pace fuit ecclesia usque ad tempus suum et tempore suo et usque ad tempus modernum. Propter premissas causas et quasdam alias, quas exprimere modo nolumus, rogat vos affectuosissime dominus rex, sicut patrem in Christo carissimum, et attente requirit propter honorem Dei et vestri et ecclesie Romane pro tollendo scandalo de cordibus multorum et servanda et retinenda devocione ecclesie Gallicane*

a) *deest* 2. b) L. *c.* c) *in marg. c.* d) quando *c.* e) habendo *c.*; *corr. Lu. ex sententia huius epistolae paullo supra habita:* ecclesia . . . regi . . . subest in temporalibus suis, que iure humano, id est iure regio, defenduntur. f) specialia *fort. emendandum.* g) que tam *c.* h) Quid si *c.* i) sentencia *fort. emendandum.* k) eandem *c.* l) *suppl. Lu.* m) *sic c.* n) mag̃ *c.* o) dimunitus *c.* p) *corr. ex* possunt *c.* q) *fort.* ei *legendum.*

1) A. 594, Reg. V, 6; Jaffé nr. 1322.

1245. regni universitatem[a] eleganti epistola[1], in qua extorsiones papales nimis execrabiles et exacciones multiformes legatorum eius et quorundam clericorum potestate inaudita fungentium continebantur, ut sequens sermo declarabit, viri nobiles ac discreti ad concilium destinantur[2], gravem super hiis et precipue super exaccione tributi, in quod nunquam consensit regni universitas, coram concilio querimoniam reposituri et, talium relevamen onerum importabilium regno Anglie misericorditer impendi, rogaturi. Electi sunt igitur et ad hoc ad curiam missi comes[3] Rogerus Bigod, Iohannes filius Galfridi, Willelmus de Cantelupo, Philippus Basset et[b] Radulphus filius Nicholai[4], magister[c] Willelmus de Powic clericus. . . . . .[5]

fol. 15. Martinus[6] pavidus . . . Doveram perveniens, die sancti Suithuni navem ascendens, multos in recessu suo[d] letificavit. Sed[e] ne virulente pestis efficacia penitus cessaret, cuidam magistro Philippo auctoritatis sibi concesse[f] adhuc exequende in extorsione redditum concessit[g], et sic post terga feda reliquit vestigia. Hec iccirco dixerim, ut sciat quilibet, quam formidolosi sunt hii solum pecunie inhiantes, quos propria sauciat conscientia. Hec[h] cum ad noticiam plurium Ytalicorum opimis in Anglia redditibus saginatorum pervenissent, disparuerunt in abditis latitantes. . . . . .

Magister Martinus conqueritur domino pape. Magister interim Martinus ad dominum suum papam cum pervenisset et que prescripta sunt eidem plenius enarrasset, infrenduit papa et ira excanduit vehementi[i]. Et recolens, quia tam rex Francorum[7] quam Arragonum[8] ingressum regnorum suorum vetuissent ipsi postulanti, nec rex Anglorum adventum suum in Angliam acceptasset, immo pocius ipsum execrando, nuncium suum et clericum ab[d] Anglia probrose eiecisset, dixit in iracundia magna voce susurra, oculos obli-
Nota verbum offensionis[c]. quando et nares corrugando: 'Expedit, ut componamus cum principe vestro[d], ut hos regulos conteramus recalcitrantes; contrito[k] enim vel pacificato dracone[10], cito serpentuli conculcabuntur'. Quod verbum in multorum cordibus offendiculum indignacionis generavit. . . . . .

Consecrantur Lugduni Bonefacius[l] de Provincia in archiepiscopum Cantuariensem et magister Ricardus[m] de Withz in Cicestrensem et magister Roger[n] in Cestrensem episcopos a domino papa. Anni quoque sub illius curriculo consecratus est a domino papa Lugduni in archiepiscopum Cantuariensem Bonefacius[l], nacione Provincialis, [plus[o] genere quam scientia] choruscus, [plus[o] armis martialibus quam spiritualibus formidatus[p]]; qui, procurantibus rege Anglie et regina, nepte sua, ad hanc promotus est, feliciter [utinam[o]]! dignitatem. Huius frater Philippus, electus Balenti[illegible], ipsis diebus ad archiepiscopatus Lugdunensis promotus est possessionem, priore[r, 11] cedente ob causas post[12] dicendas. Qui tantam a domino papa meruit optinere dispensacionem, ut, archiepiscopatus retenta cum suis comodis potestate, episcopatus Balentini[q] proventus perciperet uberrimorumque reddituum, quos in Anglia et[s] Flandria possederat — quod plus, ut videbatur, ob quasdam causas seculares fieri[t] quam spirituales — libere ac licenter asportaret et[u] preposituram[13] Brugensem optineret[v]. Hic igitur elegans corpore et armo-

*et regni et propter amorem domini regis, ut premissis gravaminibus, que ipse nullo modo potest equo animo sustinere, quia in hiis videt exheredacionem suam et intolerabile periculum iminere, de cetero parcatis ecclesiis et ab huiusmodi cessare velitis et que de novo facta sunt revocare; nam infiniti propter hoc excommunicati sunt et suspensi.*

Hec[w] litere multos moverunt, sed commocio nondum pervenit ad effectum.

a) universitem 1. b) *deest (2?) edd.* c) mag. — clericus *in marg.* 1. d) *superscr.* 1. e) Sed — cessaret *in loco raso* 1. f) concessisse 2; partem *suppl. edd.* g) c. et sic *in marg.* 1. h) autem *add.* 2. i) veheem. 1. k) contr. — conculcabuntur *in marg. codd.* l) B. *codd.* m) R. 1. n) magistrum Rogerum, *corr.* magister Rogerus 2. o) *haec in loco raso ex 2 saec. XVI. scr.* 1. p) formidativus 1. q) Val. *codd.*; Bal' *superscr.* 1. r) priore — dicendas *in marg. Math.* 1. s) et — quod *in loco raso* 1. t) fiebat *corrigendum.* u) et — optineret *in marg.* 1. v) asportaret, *sed abrasum et* optineret *in marg.* 2. w) Hec — effectum *postea add. Matheus.*

1) Quam noster infra p. 261. affert. 2) Cf. Rymer I, p. 260 (fort. responsum epistolae Ficker nr. 3462): *Domino imperatori rex salutem. . . . Ad concilium Lugduni convocatum nuncios mittemus, . . . qui ad vestrum honorem super pacis reformatione per Dei gratiam laudabiliter laborabunt. . . . Prefatos nuncios nostros ad vestram presentiam accedentes, commendatos habere velitis. . . . 8. die Iunii.* 3) De Norfolk. 4) A. 1235. inter imperatricis comites; v. supra p. 71. 5) Aderant episcopi Anglici: Cantuariensis, Lincolniensis, Wigorniensis (cf. Potthast, Reg. nr. 11722), Wintoniensis ('Anglonorm. GQ.' p. 194). 6) Clericus papae, ab Anglis vi expulsus. 7) Cf. supra p. 250. 8) Iacobus. 9) Idem infra a. 1250. laudatur. 10) Imperatorem a papa saepius draconem vocatum esse, demonstrat Schirrmacher IV, p. 386. 11) Aimerico. 12) Infra p. 256. 13) S. Donatiani.

rum pericia prepollens copiosisque redditibus[a] saginatus, factus est quasi princeps papalis 1245.
milicie et custos prepotens pacis in concilio Lugdunensi celebrando, et iccirco potissime, quod generis claritate choruscabat. Consecrati sunt etiam[b] magister Ricardus[*] de Withz[1] in episcopum Cycestrensem et magister Rogerus de Wesebam decanus Lincolniensis in episcopum Cestrensem a domino papa Lugduni, viri moribus et scientia adornati. . . .

*) *Ex eius Vita, scripta inter a.* 1257.[2] *et* 1261.[3] *(ed. Acta SS. Apr. I, p.* 279*) haec excerpsi:*

Ricardus . . . ad studium universitatis primo Oxonie[4], deinde Parisiis se transtulit, ubi logicam addidicit. . . . Et cum Ricardus scientie et eloquentie donis adornatus, magistralem cathedram ibidem ascendere ab omnibus acclamabatur dignus, rediit ad patriam suam et ad universitatem Oxoniensem se declinavit et ibidem post modicum tempus cathedram magistralem ascendit, aliis que antea collegerat liberaliter studens erogare. Postea beatus Ricardus Bononiam proficiscens[5], per septennium et amplius mellea canonum fluenta sic hausit, quod magister suus infirmitate detentus ad lectiones suas vice sua continuandas pre omnibus discipulis suis dictum Ricardum elegit. Qui per dimidium annum et amplius sic prudenter et humiliter in illo officio se habebat, quod a tota universitate laudem et honorem meruit obtinere singularem; necnon a magistro suo tantam gratiam invenit, quod unicam filiam suam sibi heredem cum omnibus terris et bonis suis ex voluntate filie obtulit affectuose. Sed beatus Ricardus alia cogitans, a Spiritu sancto inspiratus, humiliter gratias ei referebat et exponens quasdam curiales cautelas et peregrinationis causam, promisit, se voluntatem ipsorum in suo reditu perficere. Ac sic Ricardus in terram suam reversus, statim post adventum suum in Angliam ad universitatem Oxoniensem remeans, in laboribus, vigiliis et multimoda afflictione corporali vivens, unanimi consensu ibidem cancellarius est effectus[6]. . . .

Regebat tunc Romanam ecclesiam sancte recordationis Innocentius IV, qui ipsum benigne suscipiens, auditis utriusque partis causis, provisionem de beato Ricardo factam sue sanctitatis 1245.
auctoritate confirmavit et sacrarum manuum suarum impositione munus consecrationis solenniter impendit[7]. Cum autem quidam magnus prelatus de partibus illis pariter cum beato Ricardo munus consecrationis recepisset, et perventum esset ad sanctam unctionem recipiendam, dominus papa de ampulla sanctum oleum super caput predicti magni volens effundere, vix guttam potuit habere ad baptizandum antistitem. Cum autem ad beatum Ricardum pervenisset, subito et mirabiliter magna unctionis multitudo super eum effluxit, ita quod vix ministri, ne super collum et corpus illa sancta unctio a capite descenderet, possent cum linteis impedire. Unde tam dominus papa quam cardinales et alii admirantes[c], quidam cardinalis dicebat: 'Vere iste plenitudinem gratie recepit'. . . .

*Ex altera Ricardi Cicestrensis Vita, quam inter a.* 1266.[8] *et* 1272.[9] *Radulfus Dominicanus, priore Vita et Urbani IV. bulla de Ricardo numero sanctorum ascripto usus, confecit, haec excerpenda duxi (Acta SS. Apr. I, p.* 295*):*

Cum inter iactoras et molestias, quas per duos annos et amplius a regali curia sustinuit[10], 1245.
Lugduni comperisset mercatoribus inhibitum, ne sibi mutuum quovis pacto prestarent, non solum non remurmurabat vel cuiquam malum imprecabatur, sed vultum, ut videbatur, hilariorem representans, deiciebatur prorsus in nullo, sed et suos confortabat, promittens Dei benignam subventionem in auxilio opportuno. . . .

Suadebat quoque secundum apostoli doctrinam, oportere animum orantis nunc obsecrationem, Phil. 4, 6.
nunc orationem, nunc postulationem, nunc gratiarum actionem assumere. . . . Ipso super hoc sollicito meditante, somnus subrepsit et, sicut mihi ore sacro dignatus est enarrare, vocem tamquam de supernis lapsam audivit: 'Respicio historiam[11] sancte Trinitatis'. At ipse expergefactus, revolvendo historiam predictam, reperit in ea honorem, laudem, benedictionem, gloriam et nihilominus ipsam gratiarum actionem expressam decantari. . . . Cum ad oppidum Valencenense in terra comitis Flan-

a) reddibus 1. b) *deest* 2. c) *sic ed.*

1) Locus Wych sive Wiche (a salis fodina, Anglice 'wich', appellatus), iam Droitwich, prope Wigorniam versus septentrionem. 2) Innocentius IV. *sanctae recordationis* vocatur. De bonis Cicestriae Ricardus litem cum *nobili viro domino Ricardo tunc comite Cornubie* habuisse p. 281. narratur, tempore, ut videtur, quo hic rex Romanorum erat. 3) Antequam Ricardus a. 1262 in. (Potthast, Reg. nr. 18232) sanctorum numero adscriptus est. De eo in Germania culto v. Acta SS. Apr. I, p. 277. 4) Non ante a. 1217, cum a. 1197. natus sit, antea puellae sponsus fuerit. 5) Tertio saec. XIII. decennio. 6) Fere a. 1237 (Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 137) vel a. 1240 (idem in Le Neve, Fasti eccl. Angl. III, p. 463). 7) Mart. 5. 8) Walterus episcopus Wigorniensis *pie recordationis* vocatur. 9) Auctor se ad opus scribendum a Roberto provinciali Praedicatorum Angliae inductum esse, dicit; qui a. 1272. archiepiscopus Cantuariae creatus est. 10) Ricardus. 11) Historia est officium s. Trinitatis, cuius omnes pene antiphonae continent breves eiusmodi actuum formulas: *Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio.* Strictius autem sumendo historiae nomen ex illorum seculorum usu intelliguntur lectiones, diversae ab homiliis ad euangelium recitandis. BOLL.

1245. **Dominus papa, qui conqueritur ecclesiam Romanam nimis alieno ere pregravatam, pecuniam sibi exaggerat et quosdam creat cardinales.** Cum autem dominus papa graviter conquereretur suis familiaribus, et sic cito in propatulo talis ventilaretur querimonia, quod videlicet ere alieno ecclesia Romana fere irrestaurabiliter obligata pregravaretur, et, hac nacta occasione, intelligi daret, se maxime auxilio indiguisse pecuniari, venerunt ad eum prelati multi, in seculo habundantes et amplioribus inhiantes, gratiam papalem utpote paternam desiderantes, labores et pericula sua deplorantes, sed, quod imperiales laqueos evasisset et ad filios sibi devotos appropinquasset, alacriter eidem congratulantes, sue optulerunt paternitati munera in equis, vasis, vestibus, auro, argento et omni suppellectili preciosa et desiderabili inestimabilia[1]. . . . Archiepiscopus vero Rothomagensis[2] . . . ipsi domino pape, ne quasi ultimus redargueretur, complacere cupiens, papales thesauros non mediocriter adaugendo cumulavit. Unde non immerito domino pape collateraliter adiunctus factus est cardinalis[3]. . . . Cito quoque post archiepiscopus[4] Lugdunensis, vir sine querela et pacificus et iam vergens in etatem senilem et valitudinariam, omnia in manu domini pape resignavit. Alii quoque prelati, singulis diebus ad curiam papalem adventantes — ita ut videretur multis et ab eisdem palam affirmaretur, quod dominus papa propter hoc Lugdunum gratanter venisset, pocius quam a facie alicuius aufugisset[5] —, munera impreciabilia, que stuporem[a] intuentibus merito possent generare, festinanter ac certatim optulerunt. Quibus[b] omnibus dominus papa sinum, ne contemptus et elacio videretur, acceptacionis aperuit, asserendo se multo pluribus indigere, honestas preferens sue indigentie iugiter excusaciones; cum secundum, nescitur si veram, eius assercionem Romana ecclesia occultis de causis plus quam in centum et quinquaginta milibus librarum approbate monete, exceptis usuris, que fere ad numerum sortis ascendebant, teneretur obligata.

Anno[c] gracie 1215. sub Innocentio III. papa celebrabatur aliud concilium generale proximum. Scriptum est, quod non deberet de iure concilium generale celebrari nisi semel infra 50 annos, quod est spacium clausum iubileo. Anno enim iubileo vel infra tempus contentum infra annos 50 semel celebrari habet generale concilium, in quo omnia habent reformari et in bono statu solidari.

Incipiunt ea que in concilio Lugdunensi acta fuerunt. Alcius igitur solis orbita cursum peragente, videlicet circa estatis medium, congregati sunt Lugduni ex

drie[6], ubi tunc[7] capitulum generale fratrum Predicatorum fuerat celebrandum, tendentes plures fratres ad monasterium Sancti Amandi non procul[8] a loco prefato positum declinaremus, et eiusdem loci abbas[9] et monachi hospitalitatem nobis impenderent gratiosam, inter cetera sancte edificationis verba de prefata sancte Trinitatis historia sermo factus est. Cum ecce quidam monachus venerande canitiei, auctoritatis inter ceteros non modice, subintulit: 'Quidam', inquit 'monachus istius monasterii[10] bene litteratus et religione venerabilis historiam de qua loquimur antiquis temporibus composuit vel potius compilavit. Et cum circa unum responsorium de prefata historia ordinanda intenderet studiose, superveniente noctis hora tardiore, opus inceptum incompletum reliquit et tomum in quo scripserat sub sera reclusit. Facto autem mane, ad opus inceptum complendum studii locum repetens, quod imperfectum reliquerat, salva cistelle clausura, non humano opere vel ingenio reperit iam completum, admiransque non modicum, id ipsum fratribus nuntiavit'. Ipsum autem responsorium, ni fallor, nominavit[11] Summe Trinitati. Quis ausu temerario negare presumeret, ipsius spiritum, qui predicti monachi opus incompletum perficere voluit, beatum Ricardum circa gratiarum actionem studentem etiam ad eiusdem opus historie considerandum per visum incitasse?

a) stupore 1. b) Quibus — papa *desunt* 2. c) *hoc caput in marg.;* Anno — proximum *minio scr. codd.*

1) De abbatum Cluniaci et Cistercii donis narrare pergit noster *ex relatu prioris de Westacre* [in Norfolk com.], *qui est monachus Cluniacensis.* 2) Petrus. 3) Episcopus de Albano. 4) Aimericus. 5) Cf. supra p. 243. 6) Tunc coniunctim Flandriae, Hanoniae et Valencenarum comitis. PAP. 7) Illuc ab Humberto generali convocatum a. 1259, annis 26 post fundatum ibidem conventum. PAP. 8) Monasterium Elnonense distat Valencenis c. 5 horis. PAP. 9) Walterus V. de Hertaing. 10) Hucbaldus inter alia in Amandinis antiquitatibus dicitur fecisse cantum super officium de Trinitate. Huicne cantum ordinanti an alteri antiquiori ipsum responsorium componenti acciderit quod sequitur, non liquet. PAP. 11) Est illud responsorium post lectionem VII. in antiquis breviariis reperiendum his verbis: *summe Trinitati, simplici Deo, una divinitas, equalis gloria, coaeterna maiestas Patri Prolique sanctoque Flamini, qui totum subdit suis orbem legibus.* PAP.

tocius fere christianitatis latitudine prelati venerabiles vel eorum ydonei, imperatoris quo- 1245. que et multorum principum aliorum procuratores secundum papalis mandati tenorem con- *Neccessitas legi non subiacet.* cilium celebraturi. Absentes autem quam plurimi prelatorum per eos quos premiserunt procuratores sese ex legitimis causis sufficienter excusarunt, sicut quidam ex Anglorum regno, ut supradictum est[1]. Inter quos abbas Sancti Albani[2], corpore gravis et iam ad senilem declinans etatem, magistro Martino, qui tunc temporis in Anglia prospere commorabatur, testimonium veritati super hoc perhibente, se[a] rationabiliter cf. Ioh. 5,33. per quendam monachum suum, Iohannem videlicet de Bulum, et quendam clericum suum, magistrum Rogerum de Holdernes[b, 3], suam excusavit absenciam[4]; et sic indempnis et quietus remansit, domino papa per ipsos civiliter salutato. Veruntamen de regno Hungarie, que pro multa sui parte per Tartaros est vastata, nulli[5], de Alemannia, guerra imperiali perturbata, pauci prelati ad concilium minime[c] convenire potuerunt. De Terra vero Sancta, que multo patuit discrimini, nullus penitus potuit illuc advenire, sed nec advocari. Occasionaliter tamen illuc advenit de Terra Sancta episcopus Beritensis[6], tocius Syrie nuncius generalis et[d] sindicus omnium christianorum Terre Sancte, mandatum baiulans lugubre de exterminio[e], permittente Deo, in Terra Sancta perpetrato.

Qualiter dominus papa prima die[7] concilium iniciavit. Dum autem dominus papa multos iam prelatos, licet tamen non omnes, vidisset congregatos, die Lune proxima post festum nativitatis sancti Iohannis baptiste intravit dominus papa cum fratri- Iun. 26. bus cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis prelatis ad concilium convocatis, simul et procuratoribus absentium tam principum quam prelatorum in refectorium religiosorum Sancti Iusti apud Lugdunum. Fuerunt itaque ibidem absque cardinalibus duo[8] patriarche, scilicet Constantinopolitanus[9], qui[c] et Antiochenus[10], et[f] patriarcha Aquilegie[11], qui[12] et Venecie, imperator quoque Constantinopolitanus, comes etiam Tholosanus et procuratores [regis[g]] Anglie, comes Bigod cum sociis suis nobilibus[13], archiepiscopi vero et episcopi centum et 40[14]. Proposuitque patriarcha Constantinopolitanus statum et necessitates ecclesie sue, asserens, quod olim habuit sub se suffraganeos plus quam 30, quorum vix iam tres remanserunt, subiungens insuper, quod Greci et quidam alii totum iam imperium Romanie fere usque ad portas civitatis Constantinopolis inimici ecclesie Romane violenter occuparunt; qui in nullo Romane ecclesie obedientes ipsamque detestantes, hostiliter eidem adversantur. Unde dolor et confusio omnium christianorum iminet, cum ipsa sua ecclesia primo fuisset privilegiata et merito plus ceteris honoranda; primo enim constat, beatum Petrum Antiochie, que civitas Grecorum imperio[h] vel regno subiecta est, ab antiquo sedisse et inde Simonem Magum et alios hereticos confusos affugasse*. Ad quod papa tacuit. Consequenter propositus fuit sermo fidelis et omni acceptacione dignus, de canonizacione scilicet beati Edmundi Cantuariensis archiepiscopi, quem Dominus evidentissimis miraculorum signis illustravit. Cuius rei assercioni cum constanter testimonium 8 archiepiscopi et circiter 20 episcopi perhibuissent et instanter, ut in ipso concilio veneranter ad maiorem sollempnitatem canonizaretur, postularent[i], ait papa, non suo, sed aliorum spiritu invidorum aversus, ait[c]: 'Urgent nos dilacionem non capientia ecclesie nimis ardua negocia, que hoc merito ad presens suspendere debeant expectatum. Sed, vita comite, in-

a) *sic codd.* b) Holdñ 1; Holdeñ 2. c) *sic codd.; delendum est.* d) et — Sancte *in marg.* 1. e) extermino 1. f) et — nobilibus *in marg.* 1. g) *sic* 2; *deest* 1. h) imperio vel *in marg.* 1. i) *in marg.* 1.

1) P. 250. 2) Iohannes. 3) *Mag. Rogerum de Holdernes* [Holderness, comitatus Eboracensis pars orientalis et meridionalis] *in deconatum Eboracensem* promotum esse, narrat noster a. 1258. 4) Nostrum concilio affuisse, ut Schirrmacher IV, p. 388 [contra Karajan, 'Concil von Lyon' (Mem. Acad. Vindob. II) p. 82] affirmare velit, minime probo; certe enim se ipsum cum his qui abbatem excusarunt nominasset, neque in errorem quem infra n. 8. notavi incidisset, nisi litteras velocius transcripsisset. 5) Episcopum Quinqueecclesiarum Nov. 30. cum papa Cluniaci affuisse, monet Karajan p. 79. 6) Cf. supra p. 242. Postea in Anglia moratus (cf. nostrum ed. Luard IV, p. 488) a. 1245, Nov. 24. benefactoribus abbatiae de Oseney 30 dies relaxationis de poenitentia concessit; 'Arch. de l'Orient Latin' I, p. 404. 7) Haec non erat prima sessio, sed congregatio praevia. Quae singulis diebus facta sunt ab auctoribus diverso ordine narrata esse, monet Karajan p. 81. 8) Error ex vocabulo *qui* (n. *c*) ortus. 9) Nicolaus. 10) Albertus. 11) Bertholdus. 12) Error. 13) V. supra p. 254. 14) 150 decreto de imperatore deposito subscripsisse dicuntur.

1245. posterum neglectui non comendabitur[1]; et quia Deus et mundus sanctitati et virtutibus eius perhibent testimonium, in Domino gaudemus, gratias ipsi referimus uberiores'.

Affuit eciam presens[a] ibidem Thadeus de Suessa, domini imperatoris procurator, vir prudens et eloquentie singularis, miles et legum dominus[2] et sacri palacii iudex imperialis, pro domino suo imperatore tam constanter quam diligenter responsurus. Pro cuius pace et pristine amicicie reformacione optulit[3] pro domino suo confidenter ad unitatem Romane ecclesie totum Romanie, id est Grecie, imperium revocare; et quod sese Tartaris et Chorosminis, Sarracenis et aliis ecclesie hostibus et contemptoribus Christo fideliter militando potenter opponet; et quod statum Terre Sancte discrimini magno iam patentis sumptibus propriis personaliter pro posse suo reformabit; et ablata Romane ecclesie restituendo[b], de iniuriis satisfacere. Respondit[4] dominus papa: 'O quam multa, quam multa sunt promissa, nunquam vel nusquam tamen adimpleta! Sed et hec nunc, constat, sunt pro-
cf. Matth. 3,10. missa, ut securis iam ad radicem posita, illuso concilio et soluto, per dilacionem avertatur. Pacem nuper in anima sua iuratam secundum formam prestiti sacramenti teneat, et adquiesco. Porro

Hor. Epist. I, 1, 90. *Quo teneam nodo[c] mutantem Prothea vultus?*

Et si concederem sibi postulata, et resilire vellet — nec aliud spero —, quis nunc pro eo cavens fideiuberet, ut cogeret resilientem?' Et cum duos reges, videlicet Francorum et Anglorum, Thadeus spopondisset ad hoc fideiussores, respondit dominus papa: 'Nolumus, quia, si pacta commutasset vel penitus infirmasset — nec aliud credimus propter frequentiam —, aliquo tempore inposterum oporteret nos animadvertere in eosdem; et tunc haberet ecclesia tres, quibus non sunt in seculari potencia maiores, immo nec pares, inimicos'. Et cum procuracio Thadei ad hoc non sufficeret neque temporis[d], ut hec consummarentur competenter, siluit contristatus*.

L a c r i m a b i l e s r u m o r e s[5] i n p u b l i c u m p r o f e r u n t u r. . . . . . .

Iun. 28. Q u e a c t a s u n t f e r i a q u a r t a[6]. Feria vero quarta sequente intravit dominus papa ecclesiam sancti Iohannis, indutus pontificalibus, cum omnibus aliis supradictis, veste nupciali, prout singulis pertinuit, adornatis. Et facta invocacione Spiritus sancti cum letania sequente, et aliis rite peractis, predicavit dominus papa, preponens et, singultibus
Thren. 1,12. interpositis, proponens hoc thema: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus!* Et satis eleganter sermonem[7] continuans, comparavit quin-
I. que dolores suos maximos quinque plagis Crucifixi: Unum de inhumanis et feraliter
II. christianitatem vastantibus Tartaris**; alium quem[e] pro cismate Romanie, id est Grece

*) *Ad calcem pag. in cod.* 1 *depictus est* Innocentius papa quartus, concilium Lugdunense *alloquens. Ad dexteram*
Soph. 1,15. Thadeus de Suessa, procurator Fretherici, recedit confusus, *tenens rotulum cui inscr.*: Dies ista dies ire[8].

**) *Cf. Lib. addit. VI, p.* 113: . . . Frater Andreas et alius Predicator nuper venerunt Lugdunum, quorum unus missus fuit elapso biennio a domino papa ad regem Tartarorum. Frater autem ille ultra Acon ad 45 dietas invenit unam aciem Tartarorum. . . . Provenerat autem in illa acie quidam, actu et habitu et fide religiosum[f] et catholicum quem vocant Monachum, qui a rege talem accepit potestatem, quod antequam regnum aliquod sit expungnandum, rogat ea que pacis sunt et defendit ecclesias. . . . Item dixit idem frater, quod rex eorum est filius christiane. Nam pater eius, cum totam sibi subiugasset Indiam et eum qui vocabatur Presbyter Iohannes, quod nomen omnes reges Indie sorciuntur, interfecisset, accepit filiam eius in uxorem, ex qua genitus est iste rex qui nunc regnat inter Tartaros. Et ad illius mulieris instantiam adductus est prefatus Monachus ad regem Tartarorum; nam fuerat ante cum prefato Presbytero Iohanne. Quem cum rex Tartarorum comperit virum sanctum et boni consilii, retinuit eum et ei prescriptam concessit potestatem. Hic Monachus misit domino pape per memoratum fratrem pro exennio unum baculum de ebano et scripsit ei et Fretherico, amare eos arguens, pro eo quod, cum sint capita ecclesie, mutuo se confligunt, non attendentes potentissimum regem Tartarorum in proximo venturum ad debellandum eos, adversus cuius potentiam tota christianitas non resistet. . . . . .

a) *deest* 2. b) restuendo 1. c) vultus m. Protea nodo *Horat.* d) *sic codd.* e) *sic codd.; delendum.* f) quidam actu et h. et f. religiosus et catholicus, quem *emendat Luard.*

1) Edmundus a. 1246, Dec. 16. sanctorum catalogo adscriptus est. 2) Titulo domini Bononienses magistri tunc utebantur; cf. Savigny, 'Gesch. des Röm. Rechts' c. 21. 3) Revera imperatorem m. Iunio similia papae obtulisse, probat Ficker. nr. 3466 a. 4) Fere eadem, etiam eodem versu laudato, Ludovico IX. papa dixisse fertur infra a. 1246. 5) De Terra Sancta. 6) Prima sessione. 7) De hoc paullo aliter refertur brevi notitia ap. Mansi XXIII, p. 611. 8) V. infra p. 268.

ecclesie, que nostris temporibus et paucis evolutis annis a gremio matris sue, velut 1245.
III. noverce, insolenter et insolerter decisa est et aversa; alium pro serpigine[1] nova-
rum heresum, scilicet Paterinorum, Bugarorum, Iovinianorum et aliorum cismatum,
sectarum et errorum, que iam multas civitates christianitatis, precipue tamen Lumbar-
IV. die, subrependo maculavit; alium de Terra Sancta, in qua Corosmini detestabiles
domos Templi et Hospitalis, civitatem quoque Ierusalem et alias multas christianorum
civitates cum magno christiani sanguinis profluvio usque ad internecionem[a] solo tenus
V. diruendo destruxerunt; alium vero de principe[2], id est imperatore, qui, cum
esse teneretur summus secularium yconomus et protector ecclesie, hostis[b] factus familiaris ecclesie Christi efficax et validus factus est inimicus et ministrorum eius adversarius iam manifestus. Et prosecutus dominus papa materiam hanc quantum videbatur
expedire, cunctos audientes dolore compassionis salubriter sauciavit. Exitus enim aquarum cf. Ps. 118,136.
deduxerunt oculi eius, et singultus sermonem proruperunt. In fine autem predicacionis[c] sue proposuit enormitates imperatoris, scilicet heresim, sacrilegium et inter alia mala, quod civitatem[d] quandam in christanitate construxerat novam[3], fortem et magnam, quam Sarracenis populaverat communitam, ipsorum utens, sed pocius abutens ritibus et supersticione, spreto christianorum consilio et religione; familiaritatemque[e] specialem contraxerat, ut asserebat, cum soldano Babilonie[4] et quibusdam aliis Sarracenorum primatibus; distractusque et obscenis illectus illecebris, concubitu mulierculárum et pocius meretricularum Sarracenicarum[5] indifferenter et impudenter polluebatur. Imponebatque ei multiplex periurium, et quod, spreto veritatis tenore, nunquam pacta, nusquam promissa conservabat. Super quibus ut magis hec audientes certificaret, signorum imperialium de auro appensione communitas ostendit epistolas multas et multiplices[6], quibus evidenter arguit et redarguit ipsum super periurio. Quibus etiam verbis alacriter se opposuit Thadeus, se tunc erigens imperterritus in publico, ostendens econtra literas papales bullatas[6], que videbantur iam dictis obviare. Veruntamen diligenter inspecto utrarumque tenore, quem longum esset in hoc scripto dilucidare et plenius demonstrare, non sibi ad invicem contradictorie adversabantur, cum papales epistole condicionales fuissent, imperatorie vero absolute; et apparuit lesio fidei manifeste ex parte imperatoris, qui, cum omnia absolute promiserat, nec inde aliquid secundum promissa compleverat. Ad quod Thadeus diligenter et multipliciter secundum saltem apparentes[f] nitebatur respondere rationes[g], dominum suum excusando, literas alias ex adverso papales ostendens et asserens, quod in eis continebatur non fuisse observatum; unde dominum suum suis promissis parere non debuisse. Ad hoc autem quod de heresi dominus imperator accusabatur respondit, respiciens omnes ibidem congregatos, quasi omnes alloquens: 'Domini mei, super isto articulo, qui est gravissimus, non possit quis certificari, nisi esset dominus meus presens, ut ex oris sui assercione elici possit, quod in cordis sui latet secretario. Sed quod non sit hereticus, probabile potest haberi argumentum: non enim in[f] imperio vel regnis suis aliquem usurarium habitare permittit', in hoc curiam Romanam redarguens, quam constat hoc vicio maxime laborantem. Ad hoc autem quod obiectum fuerat, quod imperator specialem habet familiaritatem et suspectam nimis cum soldano Babilonie et quibusdam aliis Sarracenis, quos terram suam permittit inhabitare, respondit Thadeus, hoc ultro factum et prudenter esse, ad rebellionem scilicet quorundam et insolentiam reprimendam sibi iure subditorum et sedicionem expurgandam. 'Utitur enim ipsis in expedicionibus, quorum non estimat casum alicui christiano deplorandum; et sic parcit christiano sanguini, ne frustra effundatur. Mulierculárum itaque Sarrecenarum[h] non utitur concubitu — et quis hoc posset probare? —, sed ioculacione[7] et quibusdam artificiis muliebribus, quas iam, quia suspectas, amovit irredituras[8]'. Hec autem cum Thadeus dicta consummasset, supplicavit humiliter sibi concedi modicam saltem dilacionem[9]

a) internecon. s. l. dirriendo 1. b) hostibus *sine causa emend. velit Karajan* p. 84. c) prédicaconis 1. d) civivit. 1. e) familiaritemque 1. f) *deest* 2. g) *in marg.* 1. h) *sic* 1.

1) *Serpigo scabiei* etiam a. 1257. occurrit; potius morbus serpens quam 'rubor cutis' (cf. Ducangium) dici videtur. 2) Papam in imperatorem ad finem orationis invectum esse, in notitia laudata quoque narratur. Quem iam a. 1244. principem, non imperatorem vocavit. 3) Luceriam. 4) Kamil de Aegypto. 5) Cf. supra p. 147. 244; Schirrmacher IV, p. 395. 6) Perditas; Ficker p. 604. 7) Cf. supra p. 220. 8) Papam his, sed nescimus quid, respondisse, habet notitia. Hic primam diem terminatam esse, cogitat Karajan p. 86. 9) Idem habet notitia.

1245. inducialem, ut domino suo nunciare posset et tam affectuose quam efficaciter consulendo persuadere, ut personaliter ad concilium, quod eum expectavit, venire properaret, aut[a] ulteriorem concederet eidem potestatem. Ad quod dominus papa respondit: 'Absit hoc! Timeo laqueos, quos vix evasi. Si enim veniret, statim recederem. Non adhuc opto sanguinis nec me sentio aptum aut paratum martirio vel custodie carcerali[1]'. Sequenti Iun. 29. vero die ad instanciam procuratorum regum Anglie et Francie, maxime vero Anglie, qui periculo et dedecori eius plus aliis propter affinitatem inter ipsum imperatorem et regem Anglie et fedus amicicie contractum tanti principis condoluerunt, concesse sunt ipsi Thadeo inducie fere duarum ebdomadarum[2], non sine multorum gravamine Lugduni expectan- *Imperator.* cium. Hec cum ipsi imperatori per ordinem omnia nunciarentur, in molestia magna dixisse perhibetur: 'Video luce clarius, quod ad confusionem meam toto conamine aspirat papa. Stimulat[b] enim eum libido et pruritus ulciscendi in me, eo quod parentes eius Ianuenses piraticos, antiquos et publicos imperii inimicos, simul cum prelatis, quorum duces erant et tutores, in mari capi fecerim et incarcerari. Quia[c] nec ob aliud constat eum concilium convocasse; nec sacrum decet imperium maxime adversanti iudicio sisti sino- *Noticia contumacie.* dali'. Hec cum ad noticiam domini pape et tocius universitatis[d] pervenerunt, quod scilicet sic dicens noluit iuri pariturus accedere[3], recesserunt[e] a favore eius multi, qui hactenus certatim cum eo steterunt, Anglis pro eo maxime redargutis. Constan- *Accusatur imperator a quatuor mundi partibus.* ter[4] igitur et acerrime in pleno et iam plenissimo concilio imperator Fretherícus[f], quasi toti ecclesie contumax et rebellis, a quatuor mundi partes inhabitantibus accusatur[g]. Ex quibus cum unus assurgens archiepiscopus[5] ipsum instancius accusaret, obiciens ei nimis enorme crimen, lese[6] scilicet maiestatis *Accusator novus.* in dicta prelatorum capcione et aliis gravibus criminibus, respondit[h], iam fere solus stans pro domino suo imperatore, ipsum respiciens accusantem: 'Non tibi *Responsio.* fides adhibenda est, sed nec verbis tuis silentium accomodandum; filius enim es proditoris, iudicialiter in curia domini mei[8] convicti et suspensi, cuius tu sequens vestigia niteris patrissare'. Siluit igitur ille accusator, amplius mutire nec ausus nec permissus. Eodemque modo quorundam aliorum[7] acusaciones tam prudenter quam audacter contra- *Crescit accusacio.* dicendo cassavit. Veruntamen cum a multis in mari submersorum et incarceratorum consanguineis et amicis, resumpto[i] adhuc sermone et spiritu redivivo, eo forcius et confidencius, quo iam[k] favorem eius declinare viderent, ipse imperator de capcione *Excusacio. Thadeus.* sepedicta acusaretur, respondit Thadeus: 'Vere doluit super hoc dominus meus; et hoc preter intencionem suam et occasionaliter contigit. Sed non potuit ipsos prelatos ab inimicis suis in illo repentino et vehementi assultu et navali, ut bene sciri potest, sequestrare, quin indifferenter cum hostibus involverentur. Et si presens dominus meus[g] *Papa.* ibidem extitisset, utique diligenter liberacioni eorum insudasset'. Ad hoc papa: 'Post eorum capcionem quare insontes, aliis retentis, liberos abire non permisit, licet iniuria *Thadeus.* multiformiter afflictos?' Ad quod Thadeus: 'Recolendum est, quod alterata forma convocacionis et adventus prelatorum ad concilium sub Gregorio papa celebrandum convocandorum mutabatur in deterius; et merito cor domini mei et[l] mutatum exasperabatur, quia idem papa, cum vocandos tantum vocare debuisset, publicos imperii convocavit inimicos*, quos constabat non esse[m] propter eorum sapientiam vel pacem componendam, sed sedicionem pocius commovendam. Unde tam in Angliam quam alias[n] missis epistolis regio-

*) laicos armata manu communitos, utpote comitem de Provincia et alios, ut patet in epistola regi Anglie. Require, si placet, ad hoc signum[o, 8] ⊙ *add. (in marg. 1) codd.*

a) ad *codd., superscr.* aut 2. b) Stum. 1. c) Quia — convocasse *in marg.* 1. d) *ita* 2; universitati 1. e) recessor. 1. f) F. 1. g) *in marg.* 1. h) Thadeus *suppl. edd.* i) resumpso 1. k) ad *add.* 2. l) *superscr.* 1. m) vocatos *suppl. videtur.* n) aliis 2. o) supra 2, *ubi* Req. — signum *des.*

1) Hic primam sessionem desiisse, censet Schirrmacher p. 129. 2) *per viginti dies* scripsit imperator Henrico III. infra a. 1246. 3) Mense Iul. 8—13 (Ficker p. 622) imperator Taurinum festinavit, fortasse ut concilium accederet; sed Taurini se depositum esse audivit. Papam minime optasse, ut imperator veniret, noster ipse dixit supra l. 3 sqq. 4) Secundam sessionem hic incipi, censet Schirrmacher p. 406, qui recte monet, non omnibus dialogi sequentis verbis fidem adhibendam esse. 5) Episcopus Calenensis (Carinola prope Capuam); cf. notit. et epist. imperatoris infra (ed. Luard IV, p. 540). A. 1239. imperator mandaverat, ut 'nepos episcopi Calenensis caperetur et bona ipsius infiscarentur'; Ficker nr. 2611. 6) Cf. infra p. 263, l. 43. Idem verbum habent libelli a papalibus tunc editi; Schirrmacher p. 407. 7) Cf. epistolam imperatoris modo laudatam. 8) V. supra p. 198.

[1245] nes, amicabiliter prelatis singulis supplicavit dominus meus, ne ad tam subdolum concilium[a] convenirent, prenoscens eos, si venirent, cum hostibus suis et imperii invadendos; denegavitque eis per suam securum transitum dicionem; sicque misericorditer et civiliter ipsos de iminenti periculo premunivit. Unde non immerito tradidit eos Dominus in manu eius, quem superbe contempserunt[b]. Adhuc tamen, cum iratus fuit, misericordie recordatus, voluit ipsos prelatos et alios imbelles in pace dimittere, suorum emollitus consiliis fide- *Causa, quare captos incarceravit.* lium, cum ecce Prenestinus et quidam alii procaces, minas minis cumulantes, dominum meum in facie, eciam vinculati, non desistebant excommunicare, immemores illius salubris consilii: ***Humiliamini sub potenti manu.*** [1. Petr. 5, 6.] Sicque imbelles[c] de rebellibus, immo imbecilles, sic facti sunt de amicis inimici merito incarcerandi'. Ad *Papa.* quod papa: 'Presumpsisse debuisset dominus tuus imperator, quod tam bonorum et tanta congregacio virorum, nisi de sua causa diffideret, eum pocius absolvisset, si absolvendus fuisset, quam ligasset. Sed ex hoc manifeste patet, quod sua ipsum conscientia *Thadeus.* remordebat, et peccatum, quo reus extitit, sauciarat'. Ad quod Thadeus: 'Quomodo confidere posset dominus meus, ut coniunctos hostibus haberet propicios in concilio, ubi presidere habuit domini mei inimicus[d] capitalis, scilicet papa Gregorius, cum recalcitrantes *Papa.* videret eos et comminantes etiam compeditos?' Ad quod papa: 'Etsi unus obiurgans graciam demeruisset, quare alios innocuos[e] communi involvit calamitati? Multiplici *Angli.* merito nihil aliud quam sua ignominiosa iminet deposicio'. Quod cum intellexissent Angli, reclamaverunt pro prole sua, ne filius patris iniquitatem portaret, nec rivus sanguinis [cf. Ezech. 18, 20.] ab origine contaminaretur.

In tercia vero sessione[1] Thadeus nimis timens et dolens de domini sui periculo, ma- *Thadeus.* xime pro eo quod filia[2] ducis Austrie, vel ipsi imperatori copulata vel in proximo copulanda matrimonio, amplexus eius abhorreus evitabat, eo quod excommunicacioni subiacenti deposicionis periculum iminebat[3], apparuit in concilio pro domino suo responsurus et appellaturus. Et cum cepisset eum multiformiter excusare nec exaudiretur, appellavit[4] pro eo ad concilium proximo futurum generalius[5]. 'Nec enim nunc omnes prelati vel eorum *Papa.* vel principum procuratores apparent hic inpresenciarum'. Cui papa: 'Satis est concilium generale multorum, qui domini tui humilitatem inutiliter non sine gravamine expectarunt, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum de diversis mundi partibus nobilium vel eorum procuratorum. Et qui absunt, laqueis domini tui impediuntur irretiti. Unde propter hoc indignum est, ut sententia deposicionis in ipsum deferenda retardetur; ne ex malicia sua comodum videatur reportare, cum non debeat alicui fraus patrocinari'.

**De procuratoribus universitatis Anglie.** Assidentibus autem ibidem Anglicane universitatis procuratoribus prenominatis, magister Willelmus[f] de Powic eorum procurator assurgens, gravamina regni Anglie ex parte universitatis[g] Anglie proponens satis eleganter, conquestus est[6] graviter, quod tempore[h] belli per curiam Romanam extortum est *De tributo.* tributum[7] iniuriose, in quod nunquam patres nobilium regni vel ipsi consenserunt nec consenciunt nec in futurum consencient; unde sibi petunt exhiberi iustitiam[i] cum remedio. Ad quod papa nec oculos elevans nec vocem, verbum non respondit. Et post paululum silencii dictus Willelmus[f] proposuit de multiformi reddituum extorsione in Anglia per curiam Romanam facta[k], hanc ostendens epistolam:

**Epistola universitatis Anglie pro gravaminibus reddituum extortorum per curiam Romanam.** *Reverendo in Christo patri I., Dei gratia summo pontifici, magnates et universitas regni Anglie recommendacionem cum pedum osculo beatorum. Matrem nostram Romanam ecclesiam totis visceribus diligimus. . . . Ut autem vobis veritas plenius innotescat, Ytalici*[7] *percipientes in Anglia sexaginta milia marcarum et eo*

a) conv. conc. *codd., corr.* conc. conv. 1. b) conteps. 1. c) imb. — imbecilles *in marg.* 1. d) suus *add.* 2. e) *corr. ex* innuc. 1. f) W. 1. g) *deest* 2. h) t. b. *in marg.* 1. i) iustiam 1. k) factam h. o. epistola 1.

1) Iul. 17. 2) Gertrudis neptis Friderici. 3) Sacerdotio connivente, postea inimico imperatoris nupsit; cf. Ficker nr. 3478b. 4) Forma appellationis exstat ap. Huillard VI, p. 318. 5) Num concilium universale fuerit, disserunt Karajan p. 77; Schirrmacher p. 408. 6) Fortasse cum papa Iul. 13. privilegia ecclesiae Romanae a regibus concessa, inter quae erat (Potthast nr. 11720) Iohannis regis Angliae charta a. 1213. data, transsumi faceret; Karajan p. 91. 7) Cf. supra p. 251.

1245. Summa redditaum Ytalicorum in Anglia meri redditus.

*amplius annuatim, aliis percepcionibus diversis*[a] *exceptis, plus emolumenti meri redditus de regno reportant quam ipse rex, qui est tutor ecclesie et rengni gubernacula moderatur*[1]. . . . . .

Differtur responsio adhuc. Cum autem[b] per predictos nuncios in medio concilio legerentur et in propatulo manifesto, facto optimo silencio, proponerentur, dominus papa non respondit, quia, ut asseruit, tam arduum negocium morosa indiguit deliberacione. Suspendit igitur ad tempus responsionem, licet urgenter instarent nuncii tam sollempnes[c], indistanter tamen se responsa daturum pollicendo. Addebant quoque idem nuncii prioribus querimoniam, videlicet de violenta oppressione, intolerabili gravamine et impudenti exaccione, que per hanc invisam adieccionem[d] papalibus literis frequenter[a] insertam[e]: *non obstante* etc. excercetur.

Papa. Alciori igitur insistens negocio dominus papa, licet in contrarium eleganter Thadeus procurator imperialis allegasset, in imperatorem Frethericum sine aliqua palpacione vel dissimulacione vel dilacionis indultu talem sententiam in pleno concilio, non sine omnium audientium stupore et horrore, terribiliter fulguravit:

Horribilis et stupenda dampnacio et sententie confirmacio late in pleno concilio Lugdunensi in imperatorem Frethericum. *Innocencius*[2] etc. *Sacro*[f] *presente concilio, ad rei memoriam sempiternam*[g]. *Ad apostolice dignitatis apicem, licet indigni, dignacione divine maiestatis assumpti, omnium christianorum curam vigili seduloque sollertia gerere ac intime consideracionis oculo singulorum discernere [merita*[h]*] et provide deliberacionis statera librare debemus, ut, quos iusti vigor examinis dignos ostenderit, congruis attollamus favoribus, quos autem reos, penis debitis deprimamus, appendentes semper meritum et premium equa lance, retribuendo cuique iuxta qualitatem operis pene vel gracie quantitatem. Sane cum diu*[i] *guerrarum commocio nonnullas professionis christiane provincias diucius afflixisset, nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem et pacem*[k] *ecclesie sancte Dei ac generaliter cuncto*[l] *populo christiano*[m]*, ad*[n] *precipuum principem secularem*[o]*, huius dissensionis ac tribulacionis auctorem*[p]*, a felicis recordacionis Gregorio papa, predecessore nostro, pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios*[3]*, magne auctoritatis viros, venerabiles*[q] *videlicet fratres P.*[r,4] *Albanensem, tunc Rothomagensem archiepiscopum, et W.*[5] *Sabinensem, tunc quondam*[s] *Mutinensem, episcopos*[t] *ac dilectum nostrum*[u] *filium Guillelmum, basilice 12 apostolorum presbyterum cardinalem, tunc abbatem Sancti Facundi*[v,6]*, qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos, quod nos et fratres nostri, quantum in nobis erat, pacem per omnia secum habere nitimur*[w]*, cum omnibus hominibus parati*[x] *optabamus*[y] *pacem*[z] *sibi*[a] *et tranquillitatem dare ac mundo etiam universo. Et quia prelatorum, clericorum omniumque aliorum, quos detinebat captivos, et omnium tam*[a] *clericorum quam laicorum, quos ceperat in galeis, restitucio poterat esse pacis plurimum*[b] *inductiva, illum*[c]*, ut eos restitueret — cum hec*[d] *iidem*[e]*, tam ipse quam sui nuncii, antequam ad apostolatus vocati essemus officium, promisissent —, rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem ac proponi insuper, quod iidem pro*[f] *nobis parati erant audire et tractare pacem ac etiam audire satisfaccionem, quam facere vellet princeps de omnibus pro quibus vinculo erat*[g] *excommunicacionis astrictus, et offerri*[h] *preterea, quod, si*[i] *etiam eum in aliquo contra debitum leserat ecclesia*[b]*, quod non credebat, parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. Et si diceret ipse, quod*[k] *contra iusticiam in nullo*[l] *leserat ecclesiam*[m]*, vel quod nos eum contra iusticiam lesissemus, parati eramus vocare reges, prelatos et principes, tam*

a) *in marg.* 1. b) hec *suppl. Lu.* c) sollepnes 1. d) adieccon. 1. e) insertam — excercetur *in loco raso* 1. f) Sacro — sempiternam *rubr. Vat.* g) et *add.* (*in loco raso* 1) *codd.* h) *deest codd.; suppl. ex Vat. Hu. Pl.* i) dira *Vat.* k) dare *add. Pl.* l) toto *Pl.* m) restituere ac reducere *add. Hu.* n) Fredericum *add. Hu. Pl.* o) scelerum huiusmodi *Pl.* p) actorem *Vat. Hu. Pl.* q) vid ven. fr. nostros *Vat. Hu. Pl.* r) abbatem *male add. codd., deest Vat. Hu. Pl.* s) quidem *Pl.* t) episcopum 2. *Pl.* u) f. n. *Vat. Hu. Pl.* v) Secundi *Pl.* w) necnon *Vat. Hu. Pl.* x) o. p. *Vat. Hu. Pl.* y) semper *add. Hu. Pl.* z) *deest* 2; s. p. *Vat.* a) *deest Pl.* b) *in marg.* 1. c) eum ut illos *Vat. Hu. Pl.* d) *deest Vat.*; hoc *Hu. Pl.* e) idem *Vat. Hu. Pl.* f) par. e. pro n. *Vat.* g) exc. erat *Hu. Pl.* h) offerri. Preterea *Pertz. Luard; sed fecimus iterum supplendum est.* i) si ecclesia eum in a. c. d. leserat *Vat. Hu.* k) in nullo c. iust. les. *Vat. Hu. Pl.* l) *ita* 2; ullo 1. m) *sic Vat. Hu. Pl.*; etiam *codd.*

1) Sequitur 'gravamen' de 'Martino beneficia Ytalicis conferente'. 2) Potthast nr. 11733. Contuli Regesta Vatic. ed. Rodenberg, Ep. pont. II, p. 88; Huillard-Bréholles VI, p. 319; Ann. Placent., SS. XVIII, p. 490. 3) M. Aug. a. 1243; cf. Ficker, Reg. nr. 3378a. 4) Petrum. 5) Willelmum. 6) In dioecesi Legionensi Hispaniae.

*ecclesiasticos quam seculares, ad aliquem tutum locum, ubi per se vel per[a] solempnes nuncios* 1245. *convenirent. Eratque parata ecclesia[b] de consilio concilii sibi[c] satisfacere, si eum lesisset in aliquo, ac revocare sententiam, si quam contra ipsum[d] iniuste tulisset, et cum omni mansuetudine et[e] misericordia, quantum cum Deo et honore suo fieri poterat, recipere de iniuriis et offensis ipsi[f] ecclesie suisque per eum irrogatis satisfaccionem ab ipso. Volebat etiam ecclesia omnes amicos suos sibique adherentes in pace ponere plenaque securitate gaudere, ut nunquam hac occasione[g] possent aliquod subire discrimen. Sed licet sic[h] apud eum pro pace paternis monitis[i] et precum insistere curaverimus lenitate, idem tamen Pharaonis imitatus duriciam et more[k] aspidis obturans aures suas, huiusmodi preces et monita elata obstinacione ac ob-* cf. Ps. 57,5. *stinata elacione despexit. Et licet processu temporis in die cene Domini proximo nuper* 1244. Mart. 31. *preterita precedente coram nobis et fratribus nostris[l], presentibus[m] karissimo in Christo filio nostro Constantinopolitano imperatore illustri, cetu quoque non modico prelatorum, de[n] senatoribus[o] populoque[p] Romano et maxima[q] multitudine aliorum, qui eodem die propter sollempnitatem ipsius de diversis mundi partibus ad apostolicam sedem convenerunt[r], quod staret mandatis[s] nostris et ecclesie, per nobilem virum comitem Tholosanum ac[t] magistros Petrum de Vinea et Thaddeum de Suessa, curie sue iudices[u] et procuratores suos, speciale super hoc ab ipso mandatum habentes, prestiterit iuramentum, postmodum tamen quod iuraverat non implevit. Quin immo ea intencione ipsum prestitisse[v] probabiliter creditur, sicut ex factis sequentibus colligitur evidenter, ut[w] eidem ecclesie ac nobis illuderet pocius quam[x] pareret, cum anno et amplius iam elapso nec ad ipsius ecclesie gremium revocari potuerit nec sibi de illatis ei dampnis[y] et iniuriis curaverit[z] satisfacere, licet super hoc extiterit requisitus. Propter quod non[a] valentes absque gravi Christi offensa eius iniquitates amplius tolerare, cogimur urgente nos consciencia iuste animadvertere in eundem. Et ut ad presens de ceteris eius sceleribus taceamus, quatuor gravissima, que nulla possunt celari tergiversacione, commisit: deieravit* Deieracio. *enim multociens; pacem quondam inter ecclesiam et imperium reformatam temere* Sacrilegium. *violavit[b]; perpetravit etiam sacrilegium, capi faciens cardinales sancte Romane ecclesie ac aliarum ecclesiarum prelatos et clericos, religiosos et seculares, venientes ad con-* Heresis. *cilium, quod idem predecessor duxerat convocandum; de heresi[c] quoque non dubiis et levibus, set difficilibus[d] et evidentibus argumentis suspectus habetur. Plura siquidem eum commisisse periuria satis patet. Nam olim, cum in Sicilie partibus morabatur, priusquam esset ad imperii dignitatem electus, coram bone memorie G.*[1] *Sancti Theodori[e] diacono cardinali[f], apostolice sedis legato, felicis recordacionis Innocentio pape, predecessori[g] nostro, et successoribus[h] eius ecclesieque Romane pro concessione regni Sicilie ab eadem ecclesia sibi facta fidelitatis prestitit iuramentum*[2] *et, sicut dicitur, illud idem, postquam ad eandem dignitatem electus extitit et venit ad Urbem, coram eodem I. suisque fratribus[i] et aliis multis presentibus, ligium[k] hominium in eius faciens manibus, innovavit*[3]. *Deinde, cum in Alemannia esset, eidem I. pape[l]*[4] *et, ipso defuncto, bone memorie Honorio pape, predecessori nostro, et eius successoribus ac ipsi ecclesie Romane, presentibus imperii principibus ac[m] nobilibus*[5], *iuravit honores, iura et possessiones Romane ecclesie pro posse suo servare ac protegere bona fide, et quod, quecunque[n] ad manus suas devenirent[o], sine difficultate restituere[p] procuraret, nominatis expresse[q] dictis possessionibus in huiusmodi iuramento; quod postmodum confirmavit, coronam imperii iam adeptus*[6]. *Sed horum[r] trium iuramentorum temerarius extitit violator, non sine prodicionis nota et lese crimine maiestatis. Nam contra prefatum predecessorem nostrum[s] G. et fratres suos comminatorias[t] literas eisdem fratribus*[7] *destinare ac dictum G.*

a) *deest Vat. Hu.* b) *sic Vat. Hu. Pl.;* etiam *codd.* c) *deest Pl.* d) eum *Hu. Pl.* e) ac *Vat.* f) et *add. Pl.* g) occāsiōe 1. — posset *Vat.* h) *superscr.* 1. i) modis et p. i. curavimus *Pl.* k) obt. m. asp. *Vat. Hu. Pl.* l) cardinalibus *add. Hu.* m) vero *add. Pl., ubi* kar. — nostro *des.* n) *deest Vat. Hu. Pl.* o) vel sa–, vel senio– (sanioribus senioribus) *in marg. Math.* 1; *corr. e* seneat 2. p) quoque populi [Romanorum *Pl.*] Romani *Hu. Pl.* q) *sic Vat. Hu. Pl.;* iuxta multitudinem *codd.* r) *ita* 2; couvenirant 1; convenerant *Vat. Hu. Pl.* s) nostris et eccl. mandatis *Vat. Hu. Pl.* t) et *Pl.* u) nuncios *add. Vat. Pl.* v) iuramentum *add. Hu.* w) nec *Pl.* x) quin *Pl.* y) dapn. 1. z) curavit *Pl.* a) nolentes *Hu. Pl.* b) violando *Hu.* c) huiusmodi *Pl.* d) efficacibus, *ut in fine huius decreti, emendare velit Hu.* e) Theodorici *Pl.* f) *deest Pl.* g) *ita* 2; predecessore 1. h) c. s. 2. i) cardinalibus *add. Hu.*; et *deest Vat.* k) *corr. ex* leg 1. l) *deest Vat.;* p. et *des. Pl.* m) atque *Vat. Hu. Pl.* n) quodcumque *Hu.* o) pervenerit *Hu. Pl.* p) pr. rest. *Hu. Pl.* q) expressim *Hu. Pl.* r) eorum *Pl.* s) *deest Vat. Hu. Pl.* t) *sic Math. in marg.*, commonitorias *in contextu* 1.

1) Gregorio. 2) A. 1212, m. Febr.; cf. Ficker nr. 652. 3) A. 1212, m. Apr.; Ficker nr. 660b. 4) A. 1213, Iul. 12; Ficker nr. 705 sqq. 5) A. 1219, m. Sept.; Ficker nr. 1050 sq. 6) A. 1221, m. Ian.; ib. nr. 1276. 7) A. 1230, m. Mart. Iul.; ib. nr. 2427 sq. 2454 sq.

1245. *apud fratres ipsos[a], sicut apparet per literas ab eodem tunc directas eisdem[b], etiam, prout fertur, per universum fere orbem terrarum[1] multipliciter diffamare[c] presumpsit; ac venerabilem fratrem nostrum[d] O.[2] Portuensem, tunc Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, et bone memorie I.[3] Prenestinum[e] episcopos, apostolice sedis legatos, nobilia et magna ecclesie Romane menbra, personaliter capi fecit et bonis omnibus[d] spoliatos ac per diversa loca non semel ignominiose deductos[f] carceribus mancipari. Privilegium insuper, quod beato*

Matth. 16,19 *Petro et successoribus eius in ipso tradidit dominus Iesus Christus, videlicet: 'Quodcunque ligaveritis[g] super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis', in quo[h] auctoritas et potestas Romane[i] ecclesie consistit, pro viribus diminuere vel ipsi ecclesie auferre satagit[k], scribens se prefati G. sententiam[l] non vereri, latam ab eo excommunicationis[m] in ipsum non solum, contemptis clavibus[n] ecclesie, non servando[o], verum[p] etiam per se ac officiales suos et illam et alias[q] excommunicationis vel interdicti sententias, quas idem omnino contempsit, cogendo alios[r] non servare. Possessiones quoque prefate ecclesie[s] Romane, videlicet Marchiam, Ducatum, Boneventum[t], cuius muros et turres dirui fecit[4], ac alias quas in Tuscie ac Lumbardie[u] partibus et quibusdam aliis optinebat locis, paucis exceptis, occupare non metuens, eas detinet[v] adhuc[w] occupatas. Et[d] tanquam ei non sufficeret, quod manifeste contra iuramenta premissa presumendo talia veniebat[x], per se vel suos officiales earundem possessionum homines degerare[y] compulit, ipsos a iuramentis[z] fidelitatis, quibus tenebantur[a] Romane ecclesie, de facto, cum de iure non posset, absolvens et[b] faciens eosdem fidelitatem[c] nihilominus abiurare predictam sibique[d] fidelitatis huiusmodi iuramenta prestare. Pacis vero*

Pacis perturbator.

*ipsum[h] violatorem existere plene[e] constat. Quia, cum olim tempore pacis inter ipsum et ecclesiam reformate[f] iurasset[5] coram bone memorie I.[6] de Abbatis-villa episcopo Sabinensi[g] et magistro Thomasio, tituli[h] Sancte Sabine presbytero cardinali, presentibus multis prelatis, principibus et baronibus, quod staret et pareret precise, absque ulla condicione, omnibus mandatis ecclesie super hiis, pro quibus erat vinculo excommunicationis astrictus, causis excommunicationis[i] expressis per ordinem coram eo, tunc omnibus Theutonie[k] hominibus, regni Cicilie[l] ac quibuslibet aliis, qui ecclesie contra eum[m] adheserant, omnem remittens offensam et penam, et quod in[n] nullo tempore offenderet vel offendi faceret ipsos, pro eo quod ecclesie astiterant, prestari in anima[o] sua per comitem Acerrarum[7] faciens iuramentum: postmodum pacem et iuramenta huiusmodi, nequaquam erubescens irretiri periuriis, non servavit. Nonnullos etiam[p] ex ipsis hominibus, tam nobiles quam alios, postea[h] capi[q] fecit et, eis bonis suis omnibus spoliatis, uxores eorum et filios captivari; ac[r] terras ecclesie contra promissionem, quam eidem[s] I. Sabinensi episcopo et Th. cardinali fecerat, irreverenter invasit, licet ipsi extunc in eundem[t] presentem, si[u] contraveniret, excommunicationis sententiam promulgaverint[v]. Et cum iidem apostolica sibi auctoritate mandassent, ut nec per se nec per alium impediret, quin postulaciones, elecciones et confirmaciones ecclesiarum et monasteriorum in regno prefato libere de cetero fierent secundum statutum[w] concilii generalis, et quod nullus deinceps in eodem regno viris ecclesiasticis ac rebus eorum imponeret tallias vel collectas, quodque nullus ibidem[x] clericus vel persona ecclesiastica de cetero in civili vel criminali causa conveniretur coram iudice seculari, nisi super feudis[y] questio civilis[z] haberetur, ac Templariis,*

Predo ecclesiarum et vacantium spoliator, nec permittens illis provideri.

*Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis de dampnis[a] et iniuriis irrogatis eis[b] satisfaceret competenter, ipse mandatum huiusmodi adimplere contempsit. Liquet namque undecim aut plures archiepiscopales et multas episcopales sedes[c], abbacias quoque et[d] alias ecclesias ad presens in[e] regno vacare predicto, easque, procurante[f] ipso, sicut aperte patet, fuisse diucius prelatorum regimine desti-*

a) suos *Hu. Pl.* b) et *add. Vat. Hu. Pl.* c) destinare *Pl.* d) *deest Pl.* e) Penestrinum *Vat.* f) ducentes *Pl.* g) ligaverit 2; ligaveris *Vat. Pl. Vulg.* h) utique *add. Vat. Hu. Pl.* i) e. R. *Vat. Hu.* k) sategit *Vat. Hu.* l) sententias *Vat. Pl.* m) excommunicationem *Vat. Hu. Pl.* n) e. cl. *Hu. Pl.* o) servandum *Hu.* p) ù 1; verum — cogendo *des. Pl.* q) *ita Vat. Hu.*; aliam *codd.* r) alias *Pl.* s) R. e. *Vat. Hu. Pl.* t) Ben. *Vat. Hu.* u) Lomb. *Vat.* v) a. d. *Vat. Hu. Pl.* w) *in marg.* 1. x) vovebat *Pl.* y) degnare, *corr.* degerare *et in marg.* ierare 2. z) *ita Vat. Hu. Pl.*; iuramento *codd.* a) R. t. *Hu.* b) *deest Pl.* c) fidelitatis *codd.* d) sibi *Pl.* e) vel -a (plane) *superscr.* 1. f) reformare *Pl.* g) Sabiensi *codd.* h) tunc 2. i) eiusdem *add. Vat. Hu.*; eidem *add. Pl.* k) Theotonicis *Vat. Hu. Pl.* l) Sic. *Vat.* m) ipsum *Vat. Pl.* n) *deest Vat. Hu. Pl.* o) omnia *Pl.* p) enim *Vat. Hu. Pl.* q) et incarcerari *add. Hu.*; capi — filios *des. Pl.*; capi — fecerat *des. Vat.* r) insuper *add. Hu.* s) eisdem *Vat. Hu. Pl.* t) eum *Hu. Pl.* u) ullo modo predictis articulis aut conditionibus *add. Hu.* v) promulgarint *Vat.*, promulgarent *Hu. Pl.* w) statuta *Vat. Hu. Pl.* x) c. i. *Hu. Pl.* y) feodis *Hu.* z) civiliter *Vat. Hu. Pl.* a) dapnis 1. b) eisdem *Vat. Hu. Pl.* c) *deest Pl.* d) ac *Vat. Hu. Pl.* e) vac. in r. *Vat.* f) procuranto 1.

1) Supra p. 162. 2) Ottonem. 3) Iacobum; a. 1241, Mai. 3. 4) A. 1241, m. Apr.; cf. Ficker nr. 3198a. 5) A. 1230, m. Iul.; cf. ib. nr. 1795 sq. 6) Iohanne. 7) Thomam.

*tutas in grave ipsarum preiudicium et periculum animarum**. *Et licet forte in aliquibus eiusdem regni ecclesiis elecciones sint a capitulis celebrate, quia tamen per illa eadem*[a] *familiares clerici sunt electi, probabili potest argumento concludi, quod facultatem non habent*[b] *liberam eligendi. Ecclesiarum autem ipsius regni non solum facultates et bona fecit prout voluit occupari, sed et*[c] *cruces, calices, thuribula et alios sacros*[d] *earum thesauros et pannos sericos*[e] *velut cultus divini contemptor auferri, licet, ut dicitur, ipsis ecclesiis, exacto tamen prius*[f] *pro eis certo precio, in parte fuerint restituti*[g]. *Clerici quippe collectis et talliis multipliciter affliguntur, nec*[h] *solum trahuntur ad iudicium*[i] *seculare, set, ut asseritur*[k], *coguntur subire duella, incarcerantur, occiduntur et patibulis cruciantur in confusionem et obprobrium ordinis clericalis. Prefatis autem Templariis*[l], *Hospitalariis et personis ecclesiasticis non est de dampnis*[m] *illatis eisdem et iniuriis satisfactum. Eum quoque certum est*[n] *sacrilegii esse*[n] *perpetratorem. Nam, cum prefati Portuensis et Prenestinus*[o] *episcopi et quam plures ecclesiarum prelati et clerici tam religiosi quam seculares ad apostolicam sedem pro celebrando concilio, quod prius*[p] *ipse petiverat convocari, per mare venirent, viis terre ipsius*[q] *de mandato eius omnino preclusis, idem, destinato Ensio*[1], *filio suo, cum multitudine galearum, et per alias quam plures longe antea serio preparatas in partibus Tuscie maritimis insidiis positis contra eos, ut gravius posset virus vomere preconceptum, ipsos ausu sacrilego capi fecit, quibusdam prelatorum ipsorum et aliis in huiusmodi capcione submersis, nonnullis etiam interemptis, et aliquibus hostili insecucione fugatis, reliquis autem bonis spoliatis*[r] *omnibus et de loco ad locum in regno*[s] *Çicilie obprobriose deductis ac ibidem diris*[t] *carceribus mancipatis; quorum aliqui macerati squaloribus et inedia pressi miserabiliter defecerunt. Merito insuper contra eum de heretica pravitate suspicio est exorta, cum, postquam excommunicationis sententiam a prefatis I. Sabinensi episcopo et Th. cardinali prolatam incurrit*[u], *et dictus G. papa ipsum anathematis vinculo innodavit*[v], *ac*[w] *post ecclesie Romane*[x] *cardinalium, prelatorum et clericorum aqua*[y] *diversis partibus ad sedem apostolicam venientium capciones claves ecclesie contempserit*[z] *et contempnat, sibi faciens celebrari vel pocius, quantum in eo est, prophanari divina*[a]; *et constanter asseruit*[b], *ut superius est narratum, in*[c] *se prefati G. pape sententias non vereri. Preterea coniunctus*[d] *Sarracenis amicitia detestabili, nuncios et munera pluries destinavit eisdem et ab eis*[e] *vicissim cum honorificencia et hillaritate recipit*[f]; *ipsorumque ritus amplectitur, illos in cotidianis eius obsequiis notabiliter secum tenens; eorundem etiam more uxoribus, quas habuit, de stirpe regia descendentibus*[2] *eunuchos, precipue quos, ut dicitur serio, ipse*[g] *castrari fecerat, non erubuit deputare custodes. Et quod execrabilius est, olim existens in partibus transmarinis, facta compositione quadam, immo verius*[h] *collusione, cum soldano*[3], *Machometi nomen in*[i] *templo Domini diebus ac*[k] *noctibus publice proclamari permisit. Et nuper nuncios soldani Babilonie, postquam idem soldanus*[l] *Terre Sancte ac*[l] *christianis habitatoribus eius per se ac suos dampna*[m] *gravissima et inestimabiles iniurias irrogarat*[n], *fecit*[o] *per regnum Sicilie cum laudibus ad eiusdem soldani excellentiam*[p], *sicut fertur, honorifice suscipi et magnifice procurari. Aliorum quoque*[q] *infidelium perniciosis et horrendis obsequiis contra fideles abutens et illis qui dampnabiliter vilipendentes apostolicam sedem ab unitate ecclesie discesserunt procurans affinitate ac amicicia copulari,* 1245.

Dissipator non tantum possessionum, sed ornamentorum et thesauri ecclesie.

Clerici talliis subiacent et iudiciis secularibus.

Concilium, quod peciverat, per mare impedivit.

Item super heresi manifesta probabilitas.

Confederacio cum Sarracenis.

Ritus sequitur Sarracenorum et custodes uxorum eius eunuchos habet.

Compositio execrabilis.

Necacio, id est murthra[r], ducis B[avarie].

*) Sancta Elisabeth de Alemannia filia fuit regine[5] de Hongaria, que occisa fuit, sponsa autem andegravii de Doringia[6], qui obiit in Terra Sancta[7] crucesignatus, scilicet apud Damiatam[7] *ad calcem pag.* 1.

a) eiusdem *recte Vat. Hu. Pl.* b) habuerunt *Vat. Hu. Pl.* c) etiam cr. t. cal. *Vat. Hu. Pl.* d) e. s. *Hu. Pl.* e) sacros *Pl.* f) *in marg.* 1. g) *deest Pl.* h) non *Vat.* i) iudicem secularem *Pl.* k) asserit *Pl.* l) et *add. Hu. Pl.* m) dapnis 1. n) fore sacr. patratorem *Vat. Hu. Pl.* o) Penestrinus *Vat.* p) i. p. *Hu. Pl.* q) ipsis *Vat.*; ipsis terre *Hu. Pl.* r) o. s. *Hu. Pl.* s) regnum *Vat.* t) duris *Hu. Pl.* u) incurreret et d. p. G. *Hu.* v) innodaverit *Hu.* w) ac — capciones *des. Hu. Pl.* x) *ita* 2; Romanorum 1. y) ac aliorum etiam div. temporibus ad s. a. v. captionem *Vat.* z) contcps. 1. a) divina — narratum *des. Pl.* b) asseveravit *Vat.* c) *deest Hu. Pl.* d) c. (coniunctos *Vat.*) a. d. S. *Vat. Hu. Pl.* e) eisdem v. c. omni h. *Hu. Pl.* f) recepit *Vat.* g) *deest Vat. Hu. Pl.* h) c. v. *Vat. Hu. Pl.* i) in t. *des. Pl.* k) et *Vat. Hu.* l) *sic Vat. Hu.*; a 1; *deest Pl.* m) dapna 1. n) irrogaret *Pl.* o) facto *Vat.* p) extollentiam et *Vat.* q) Aliorumque *Pl.* r) muthra 1.

1) Cf. tamen supra p. 215. 2) Cf. de Isabella Anglica supra p. 131. 3) Kamel. 4) Ejub; cf. supra p. 237. 5) Gertrudis. 6) Ludovici. 7) Error; cf. supra p. 58. 119. 170.

1245. *clare memorie ducem*[a] *Bavarie*[1], *specialem ecclesie Romane devotum, fecit, sicut pro certo* Fedus cum cismatico B. Greco. *asseritur, christiana religione despecta, per assisinos*[b] *occidi; et Battacio*[2], *Dei et ecclesie inimico a communione fidelium per excommunicationis sententiam cum adiutoribus*[c], *consiliatoribus et fautoribus suis sollempniter separato, filiam suam tradidit in uxorem. Catholicorum vero principum actus et*[d] *mores respuens, neglecta*[e] *salutis et fame integritate*[f], *pietatis operibus non intendit. Quin immo, ut de suis nephariis dissolucionibus sileamus, cum didiscerit*[g] *opprimere, non curat oppressos iniuriis*[h] *relevare, manu eius, ut decet principem*[i], *ad elemosinas non*[k] *extenta. Cum destruccioni ecclesiarum institerit et religiosas ac alias ecclesiasticas iugi*[l] *attriverit affliccione personas, nec ecclesias nec monasteria nec*[m] *hospitalia seu alia pia loca cernitur construxisse. Nonne*[n] *igitur hec non levia, sed efficatia sunt argumenta de suspicione heresis contra eum, cum tamen hereticorum vocabulo*[o] *ius civile*[3] *contineri asserat et latis adversus eos sententiis debere succumbere, qui vel levi argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti*[p] *fuerint deviare? Preter* Insolentia, id est debite abnegacio pensionis. *hoc regnum Sicilie, quod est speciale patrimonium beati Petri, quod*[q] *idem princeps ab apostolica sede tenebat in feudum, iam ad tantam in clericis et laicis exinanicionem*[r] *servitutemque redegit, quod eis pene penitus nihil habentibus, et omnibus exinde fere probis*[s] *eiectis, illos qui remanserunt ibidem sub servili quasi condicione vivere ac Romane*[t] *ecclesie, cuius principaliter sunt homines et vassalli, offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille squivatorum*[u, 4] *annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi Romane*[v] *ecclesie tenetur, per 9 annos et amplius solvere pretermisit.* *Nos itaque, super premissis et quam pluribus aliis eius nephandis excessibus*[w] *cum fratribus nostris et sacro concilio deliberacione prehabita*[x] *diligenti, cum Iesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in beati Petri apostoli*[y] *persona* Matth. 16, 19. *sit dictum: 'Quodcunque ligaveris super terram' etc.*[z], *memoratum principem, qui se imperio et regnis omnique honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates*[a] *a Deo, ne regnet vel imperet, est*[b] *abiectus, suis ligatum peccatis*[c] *a Deo ac abiectum omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus et*[d] *nihilominus senenciando* Fulgur deposicionis. *privamus; omnesque qui ei iuramento fidelitatis tenentur astricti a iuramento huiusmodi perpetuo absolvimus*[e], *auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cetero sibi tanquam imperatori vel*[d] *regi pareat*[f] *vel intendat*[g], *decernendo quoslibet, qui deinceps ei velut imperatori vel*[h] *regi consilium vel auxilium prestiterint seu*[i] *favorem, ipso facto excommunicationis*[k] *vinculo subiacere. Illi autem, ad*[l] *quos in eodem imperio imperatoris spectat eleccio**, *eligant libere*[m] *successorem. De prefato vero Sicilie regno providere curabimus cum eorundem fratrum nostrorum*[n] *consilio, sicut viderimus*[o] *expedire. Datum*[p]
Iul. 16. *Lugduni, 17.*[q, 5] *Kal. Augusti, pontificatus*[r] *nostri anno 3.*

*) Magnates[s] Alemannie, non[6] tamen electores imperatorum:

| | | |
|---|---|---|
| Rex Boemie. | Dux Lemburgie. | Dux Suavie. |
| Landegravius Duringie. | Dux Bruneswikie. | Dux Saxonie. |
| Dux Lotharingie. | Dux Carentenie. | Comes de Geleia[7]. |

Electores imperatorum:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Laici | Dux Austrie.<br>Dux Bawarie[u].<br>Dux Saxonum.<br>Dux Braibancie, qui et Lovanie. | Prelati | Archiepiscopus Coloniensis[t]<br>Archiepiscopus Maguntinus<br>Salburgensis[v, 8] | principales. |

a) *ita Vat.*; ducis *codd.* b) assininos 2. c) et *add. Hu. Pl.* d) et mores — sileamus, cum *des. Pl.* e) neglector *Vat.* f) *in marg.* 1; *deest Vat.* g) didic. *Vat.*; didiceret *Pl.*; tantum *add. Hu.* h) misericorditer *Vat. Hu. Pl.* i) christianum *add. Hu.* k) inextenta *Vat.* l) attr. affl. (iugiter et persecutione *Hu.*) pers. *Hu. Pl.* m) nec h. *des. Hu.*; hosp. *deest Vat. Pl.* n) *sic Vat. Hu. Pl.*; Nunc *codd.* o) illos *add. Vat. Hu. Pl.* p) decreti *Pl.* q) et *Vat. Hu.*; *deest Pl.* r) exinanitiones *Vat.*; exinacionem 1. s) *ita Vat.*; proris 1; probris 2. t) Romanam ecclesiam *Hu. Pl.* u) squifat. *Vat. Hu.*; squinatorum *codd.*; qui factorum *Pl.* v) e. R. *Vat. Hu. Pl.* w) *corr. ex* successibus 1. x) habita *Pl.* y) *deest Pl.* z) erit ligatum et in celis *Hu. Pl.* a) atque scelera *add. Hu.* b) *deest Pl.* c) p. et abi. *Vat. Hu. Pl.*; *ubi* a Deo *rectius des.* d) ac *Vat. Hu. Pl.* e) absolventes *Vat. Hu. Pl.* f) pareat — vel regi *des. Pl.* g) et *add. Vat. Hu.* h) aut *Vat. Hu.* i) vel *Hu.* k) v. exc. *Pl.* l) quibus *Vat.*; in eodem i. quibus imperatoris *Pl.* m) alium in eius locum *add. Hu.* n) cardinalium *add. Hu.* o) videbimus *Pl.* p) Data *Pl.* q) 16. *Vat. Pl. rectius.* r) p. n. *des. Vat.*; anno ab incarnatione Domini 1245, indictione 3. *add. Hu. Pl.* s) Magnates — Geleia *des.* 2. t) Colonie 2. u) Bavarie 2. v) Saburg. 2.

1) Ludovicum I. a. 1231. Cf. Winkelmann I, p. 399. 2) Cf. supra p. 244. 3) Iustin. cod. I, 5, 2. 4) Cf. Ficker, Reg. nr. 632. 5) Potius Iul. 17. imperatorem depositum esse, habent auctores optimae notae ap. Potthast p. 997. 6) Falsa cum veris hoc loco (quem e bulla papali sumptum esse, critici priores cogitaverant, Schirrmacher, 'Kurfürstencolleg' p. 68, et Harnack, 'Kurfürstencolleg' p. 50, negant) misceri, vix est quod moneam; aliam electorum seriem habes infra a. 1257. 7) Geldern. 8) Errat Matheus; cf. Weiland, 'Forsch. z. D. Gesch.' XX, p. 333.

Confusi recedunt procuratores imperatoris. Hec igitur in medio[a] concilio prolata cunctis audientibus, ad instar choruscantis fulguris non mediocrem timorem incusserunt. Magistri igitur Thadeus de Suessa et Walterus de Ocra et alii procuratores imperatoris et qui cum ipsis erant, emisso eiulatu flebili, hic femur, hic pectus in indicium doloris percutientes, vix a profluvio lacrimarum sese continuerunt. Et ait[1] Thadeus memo- 1245.

---

Isti ducentur in insulam quandam[b] Reni et dimittentur soli in ea; et ammovebuntur omnes navicule; et ibi tractabunt de electione imperatoris; nec adveniet aliquis ad eos, donec sint concordes. Huic negocio preerit archiepiscopus Coloniensis, secundus Maguntinus, tercius Salburgensis. Hiis a domino papa directa est diligentissima admonicio[2] cum supplicacione, ut sibi imperatorem eligerent; promisitque eis sui et tocius ecclesie consilium et auxilium efficacissimum et in principio sub spe pocioris successus 15 milia librarum argenti. Prevenit autem et invaluit Fretherici dissuasio, qui eis et maxime duci Austrie vinculo affinitatis est confederatus; unde monitis aut precibus papalibus electores minime[3] paruerunt. Apud[c] Spire tumulantur omnes imperatores *ad calcem huius et sqq. pag. codd.*

*Hoc loco ex Libro provinciali, quem Matheus[4] in Lib. addit. recepit, sedes Germanicas et vicinas annectere libuit; ed. Luard VI, p. 454:*

In Polonia. Archiepiscopatus Gnegnensis[5] hos habet suffraganeos: Vredialatensem[d, 6], Lubicensem[7], Cinaviensem[8], Polozensem, Cracoviensem, Pornaniensem[9], Mazoniensem, Pomeramenensem[e, 10]. Summa: archiepiscopus unus, episcopi vero octo.

In Alemannia. Archiepiscopus Maguntinus hos habet suffraganeos: Pragensem[f], Moraviensem, Ehistetensem, Herbipolenum, Constanciensem, Curiensem[g], Argentinensem, Spirensem, Warmaciensem, Verdensem, Hisdesemensem[11], Alberstanensem, Paldeburnensem, Pompeburgensem[12]. Archiepiscopus Coloniensis hos habet suffraganeos: Leodiensem, Traiectensem, Monasteriensem, Minnensem[13], Oseburgensem. Archiepiscopus Bremensis hos habet suffraganeos: Bardenicensem[14], Salesnicensem, Raskeburgensem, Michiliburgensem, Aliszerinensem[h], Lubichensem, Rigenum novum. Archiepiscopus Madeburgensis hos habet suffraganeos: Haweburgnensem, Braedeburgensem[15], Cicemenensem. Archiepiscopus Salzeburgensis hos habet suffraganeos: Pataviensem, Ratisponensem, Frisiensem, Gursensem, Briximenensem. Archiepiscopus Treverensis hos habet suffraganeos: Metenensem, Tullensem, Verdunensem. Archiepiscopus Tarentanus[16] hos habet suffraganeos: Sedunensem, Augustensem. Archiepiscopus Bisuntinus hos habet suffraganeos: Basiliensem, Landaviensem[17], Belicensem. Summa archiepiscoporum 8, episcoporum 42.

In Burgundia. Archiepiscopus Ebredunensis hos habet suffraganeos: Dignensem, Niciensem, Antipolitanum, Glandecensem, Senecensem. Ventiensem. Archiepiscopus Aquensis hos habet suffraganeos: Aptensem, Regensem, Foroiuliensem, Vapicensem, Sistericensem. Archiepiscopus Arelatensis hos habet suffraganeos: Massiliensem, Ammonensem[i], Aurasicensem, Nasionensem, Cabelliconensem[18], Tucatinensem, Carpentoracensem. Archiepiscopus Vianensis hos habet suffraganeos: Valentinum, Vivariensem, Diensem, Graciopolitanum, Maurianensem, Gebennensem. Archiepiscopus Lugdunensis hos habet suffraganeos: Eduensem, Masticonensem, Cabillonensem, Lingonensem. . . .

*Ex provinciarum tabula secundum alphabetum ordinata unum solum fragmentum, nomina quae* L *littera incipiunt continens, in Lib. addit. ed. Luard VI, p. 463. servatum est. E quibus haec imperium attingunt:*

Lugdunensis archiepiscopus, id est Liuns in regno Francie. Lunensis, id est de Lune Maledicta in Tuscia. Landensis[k] episcopus, id est Losie, iuxta Mediolanum. Leodiensis episcopus in Alemannia, id est Leges, a Leodio. . . . Lubicensis, id est Lubic[7] in Polonia. . . . Lucanus episcopus sub papa. Laquedonensis[19] episcopus in Apulia. Liciensis[20] episcopus in Apulia. Liticensis[21] episcopus in Apulia. Lavellinus episcopus in Apulia. Licherinus[22] episcopus in Apulia. Litteranus[23] episcopus in Apulia. Lobrensis[24] episcopus in Apulia. Lagabriensis[25] episcopus in Ungaria. Lubichenos[26] episcopus in Alemannia. Landaniensis[17] episcopus in Alemannia. Lingonensis episcopus sub Lugdunensi archiepiscopo. . . .

a) *deest* 2. b) quanda 1. c) Apud S. t. o. i. *des.* 2. d) Wratislaviensem *in marg. c.* e) Pragensem *postea ins. c.* f) *postea del. c.* g) *postea corr.* Caur. *c.* h) al. Suerinensem *emend. videtur.* i) Arinion., A., Vas. *corrigendum.* k) Laud. *corrigendum.*

1) Cf. supra p. 258, infra p. 268. Haec a nostro a. 1247. laudantur et confirmantur fabula quae Pavo dicitur v. 201, ed. Karajan p. 115: cum *condempnatus cuncto privetur honori. Unde monedula garrula provida taliter orsa est: Ista dies maledicta dies et causa timoris.* 2) Cf. Rodenberg, Epist. pont. II, p. 94, n. 1. 3) Cf. supra p. 244. Haec antequam, Henricum Rasponem electum esse, Angli aestate a. 1246. compererunt scripta videntur. 4) Tamen illius aevo provinciae iam alio modo constitutae erant. 5) Gnesen. 6) Breslau. 7) Lebus. 8) Cuiaviae. 9) Posen, Masoviae; cf. Roepell, 'Gesch. Polens' I, p. 646. 10) Pomesaniae. 11) Hildesheim. 12) Bamberg. 13) Minden. 14) Bardewiek, Schleswig. 15) Brandenburg, Zeitz. 16) Tarentaise. 17) Lausanne. 18) Cavaillon, St.-Paul-trois-châteaux (Tricastinum). 19) Lacedogna. 20) Lecce. 21) S. Maria di Leuca. 22) Lucera. 23) Lettere. 24) Massa Lubrese. 25) Agram. 26) Lübeck.

1245. Soph. 1, 15. ratus: *Dies ista dies ire, calamitatis et miserie!* Dominus igitur papa et prelati assidentes concilio, candelis accensis, in dictum imperatorem, qui iamiam imperator non est nominandus, terribiliter, recedentibus et confusis eius procuratoribus, fulgurarunt.

De reparacione Terre Sancte et negocio crucis. De reparacione autem Terre Sancte et negocio crucis dominus papa sollicitus hec duxit in concilio statuenda, hoc modo: *Afflicti corde*[1] . . . . . .

Predictorum commendacio et de crucis negocio. Cum autem hec statuta ad noticiam audientium pervenissent, in conspectu omnium sapientium placuerunt, et in hoc tam favorem quam gratiam dominus papa promeruit universorum. Veruntamen quedam eorum ante concilium, quedam durante concilio, quedam vero post concilium sunt statuta. De crucis vero negocio nonnulla sunt in concilio salubriter et prudenter constituta; sed cum de contribucione[a] pecunie facta fuit mencio, contradictum fuit domino pape in facie, maxime propter hanc adieccionem: *Conferant*[2] *subsidium per manus eorum qui ad hoc apostolica fuerint providencia ordinati,* quia multociens ac multipliciter conqueruntur fideles ecclesie, se de pecunia sua Terre Sancte in auxilium contributa per Romanam curiam fuisse defraudatos. Cetera vero fideliter ac salubriter ordinata, auribus et cordibus fidelium placencia, anno Domini 1234. per papam Gregorium[b] verbo ad verbum sunt conscripta. Affirmavitque papa hec omnia, maxime autem que de principe statuit, se irrevocabiliter observaturum. Hec autem cum intellexisset Thadeus, ab imo trahens suspiria, ait: 'Intelligo, nullum remedium patere discrimini'. Eiulansque et flens subintulit: 'Vere dies ista dies ire', sicut antea[4] dixerat, cum ad concilium plenum omnes prelati candelas suas accensas inclinarent et extinguerent, excommunicatum Frethericum deponentes. Et in calce sermonis adiunxit: 'Ex hoc tempore cantabunt heretici, regnabunt Chorosmini, et insurgent Tartari'. Et hec nunciaturus ad dominum suum est reversus. Dominus autem papa omnibus in propatulo ait: 'Quod meum est feci; faciat et prosequatur super his Deus quod voluerit!'

Require gesta anni 1234, et invenies[3] sermonem elegantissimum, a papa Gregorio[b] compositum. Et ille idem in hoc concilio a papa Innocentio[c] quarto quasi recens resumptus est.

Frethericus hec audiens, se ipsum coronans, pape improperavit*. Cum autem[d] hec audisset[5] Frethericus, vix se pre indignacione capiens, in vehementissimam iram excanduit. Torvoque vultu omnes circumsedentes aspiciens, intonuit, dicens[6]: 'Abiecit me papa iste in sinodo sua, privans me corona mea. Unde tanta audacia? unde talis temeraria presumpcio? Ubinam sunt clitelle mee thesaurum meum portalem[e] continentes?' Et cum allate fuissent et coram eo[f] iussu reserate, ait: 'Vide, sinam sunt amisse corone mee!' Repertam igitur unam imposuit capiti suo, et coronatus erexit se et minacibus oculis, voce terribili et insaciabili corde dixit in propatulo: 'Non adhuc coronam meam perdidi, nec papali impungnacione vel sinodali concilio sine cruento perdam certamine. Ad tanta prorumpet fastigia vulgaris superbia, ut me precipuum principem, quo non est maior, immo cui nec est par, ab apice dignitatis imperialis valeat precipitare? In hoc tamen condicio mea melioratur: in aliquo tenebar illi obedire, saltem venerari; nunc autem ab amore et veneracione necnon et ab omnimode pacis absolvor adversus papam obligacione'. Extunc igitur efficacius et vigilancius, ut dominum papam gravaret, in thesauris, consanguineis et amicis dampna et iniurias irrogavit. Cogitavit igitur, ut partem suam magis roboraret, filiam [ducis[8]] Austrie sibi matrimonio copulare[7]. Et ad hoc consumman-

*) *Cf. Lib. addit. ed. Luard VI, p.* 113: Litere terribiles nimis. —[h]. Frethericus statuit contra ecclesiam et in civitatibus dicioni sue subiectis et acclamari fecit, quod, quicunque cuiuscumque professionis vel dignitatis vel ordinis de clero et populo interdicto vel excommunicacioni domini pape parere presumpserit, omni honore, beneficio et officio vel ministerio privaretur et omnibus rebus spoliaretur turpiterque mitteretur in exilium; et qui ei obsecundare contempserit, imperiali munere ditatus, ab omni exaccione eximeretur[8]. Promisit etiam, quod nunquam cum ecclesia componeret, nisi prius de contemptoribus pacis tractatus firmaretur.

a) contribucone 1. b) G. 1. c) I. 1. d) *deest* 2. e) *sic codd.;* portatilem *edd.* f) eius *suppl. edd.* g) *ita* 2; *deest* 1. h) *signum gladii.*

1) Constitutionum c. 17, ap. Mansi, Concil. XXIII, c. 628; exstat quoque in Ann. Burton. ed. Luard I, p. 267. Postea hic sequuntur aliae huius concilii constitutiones. 2) *Offendiculum suspectum; iccirco contradictum est* apposuit noster ubi hunc c. 17. locum exscripsit. 3) P. 128. 4) Supra l. 1. 5) M. Iul. ex. 6) Nihil nisi rumor; Karajan p. 93. 7) Cf. supra p. 261. 8) Haec potius ex imperatoris gestis quam ex litteris composita videntur.

dum sollempnes nuncios destinavit et festinos ad ducem. Quod cum ad noticiam puelle 1245.
pervenisset, amplexus et nuptias ipsius Fretherici[a], donec absolveretur, constanter refutavit.
Hoc autem cum pater approbasset et dicto Fretherico[a] nunciasset, erubuit spretus ab utroque[1]. Sed tamen induratus, volens avertere[b] corda regum et principum tam a devocione
quam veneracione ecclesie et prelatorum, precipue domini pape, scripsit epistolam quandam nimis reprehensibilem; in ea enim virosum[c] propositum suum, quod diu occultaverat, evomuit[2].

Epistola Fretherici[3] ad regem Anglie missa et singulos christia- 1246.
nos principes. *Fretherieus* etc. *regi Anglie* etc. *Illos felices describit antiquitas, quibus ex alieno prestatur cautela periculo; status enim*[d] *sequentis*[e] *firmatur*[f] *ex principio*[g] *precedentis, et ut impressionem cera recipit ex sigillo, sic humane vite formatur moralitas*[h] *ab*[i] *exemplo. Hanc utinam felicitatem nostra*[k] *serenitas preoptasset*[l], *et*[m] *quam cautele sollerciam*[n] *vobis, o christiani reges*[o], *ex nostre maiestatis nimia lesione relinquimus, nobis*[p] *pocius alii*[q] *reges et principes lesi similiter*[r] *reliquissent! Porro, qui*[s] *clerici nunc*[t] *censentur, patrum*[u] *elemosinis impinguati, filios opprimunt [donatorum*[v]*]; ipsique nostrorum filii subditorum, paterne*[w] *condicionis obliti, nec imperatorem nec regem aliqua veneracione revereri*[x] *dignantur, quociens in patres apostolicos ordinantur. Quod autem ex circumlocucionibus*[y] *nostris innuitur, ex Innocencii pape quarti*[z] *presumpcione comprobatur*[a], *qui*[b], *vocata sinodo, ut asserit, generali*[c], *contra nos nec*[d] *citatos nec super aliqua fraude vel pravitate convictos ausus est sententiam deposicionis statuere, quam preter omnium regum enorme preiudicium non poterat stabilire. Quid*[e] *enim vobis*[f] *singulis regibus singulorum*[g] *regnorum a facie talis principis sacerdotum timendum non superest, si nos et*[h] *principum eleccione sollempni et approbacione tocius ecclesie*[i], *dum cleri fide ac religione vigebat, imperiali diademate divinitus insignitos et alia regna nobilia magnifice gubernantes ille*[k] *deponendos aggreditur, cuius quoad temporalium detrimenta non interest in*[l] *nos aliquid*[m] *excercere rigoris, etiamsi cause legitime probarentur? Verum, quos*[n] *sacerdotalis sic infestat abusio potestatis et a summo conatur precipitare deorsum, nec primi sumus nec ultimi. Et hoc quidem vos facitis obedientes*[o] *simulatoribus sanctitatis, quorum sperat ambicio, quod totus Iordanis*[p] *influat in os suum*[q]. *O*[r], *si vestre creduli-* Iob 40, 18.
*tatis simplicitas a scribarum et Phariseorum fermento, quod est ypocrisis, iuxta Salvatoris*[s] Luc. 12, 1.
*sententiam sibi curaret attendere, quot illius curie turpitudines execrari possetis, quas honestas et pudor prohibet recitare*[t]*! Sane redditus copiosi, quibus ex plurium*[u] *depauperacione*[v] *regnorum ditantur, quemadmodum ipsi nostis, ipsos faciunt insanire. Apud vos christiani [vel*[w] *peregrini] mendicant, ut apud nos*[x] *Paterini manducent; ibi vestrorum*[y] *domos obruitis*[z], *ut hic*[a] *adversariorum vestrorum*[b] *opida construatis*[c]. *Sic*[d] *de vestris decimis*[e] *et elemosinis*[f] *tales pauperes*[g] *Christi sustentati, qua beneficii recompensacione*[h], *qua saltim gratitudinis exhibicione*[i] *se prebent*[k] *obnoxios? Quanto*[l] *manus*[m] *largiores*[n] *extenditis, tanto non solum manus, sed etiam*[o] *cubitos*[p] *avidius apprehendunt, suo vos laqueo detinentes sicut aviculam, que, quanto ad evasionem forcius nititur*[q], *firmius alligatur. Hec vobis ad presens scribenda cura-*

a) F. 1. b) advertere 2. c) vitiosum 2. d) namque *Walt. Winkelm.* e) sequens *Hu.* f) formatur *Walt. Hu.* g) precipicio *Alb.* h) *sic Hu. Wi.*; mortalitas *codd. Walt.* i) *deest Walt.* k) *sic Hu. Walt. Wi.*; vestra *codd.* l) anticipasset, *in marg.* vel preoptasset *(m. Math. 1) codd. et sic Walt. Wi.*; pregustasset *Hu.* m) ut *Hu.* n) *sic Hu. Walt. Wi.*; sollercia *codd.* o) et principes *add Hu.* p) rel. o utinam prius alii *Walt.* q) christiani *Hu.* r) *ita* 2. *Walt. Wi.*; humiliter, *Math. superscr.* vel si[militer] 1; humiliter *Walt. cod. Lansdowne*; *deest Hu.* s) quia *Hu. Walt.* t) *deest Hu.* u) pauperum *Petrus de Vin.*; procerum *corr. Hu.* v) *in marg.* 1; *deest omnibus aliis.* w) patrie *Alb.* x) habere *Hu.*; venerari *Walt.*; *deest Alb.* y) conculcationibus *Hu.* z) *deest Walt.* a) probatur *Hu. Walt. Wi.* b) quia *Hu.* c) c. nos g. *Walt.* d) non vocatos *Hu.* e) Q 1. f) et *add. Hu.* g) singularum regionum *Hu.* h) cum *Alb.* i) eccl. et cleri, dum clerus f. *Walt.* k) *deest Hu.* l) al. in nos *Hu. Wi.*; iudicialis *add. Alb.* m) e. a. *Walt.* n) quem *Petr. Vin.* o) sim. sanct. ob. *Walt.* p) Iordanus *Walt. Wi.* q) eius *Walt.* r) O, o, o si vere cr. *Walt.* s) se. Sa. *Hu. Walt. Wi.* t) nos effari *Hu.*; pudor affari nos pr. in presenti *Walt.* u) plurima, *al.* plurimorum *Walt.* v) r. paup. *Walt.* w) vel p. *in marg. (m. Math. 1) codd., des. aliis.* x) eos *Hu.*; nos, *al.* eos *Walt.* y) vestras *Hu.* z) obstruitis *Hu.* a) illic *Hu.* b) *deest Hu. Walt. Wi.* c) confirmetis, *al.* opidum confirmatis *Walt.* d) Sicque *Hu.* e) d. et *des. Walt. Alb.* f) impinguati *add. Hu.* g) C. p. *Hu. Walt. Wi.* h) comp. *Hu. Walt. Wi.* i) vobis *add. Walt. Wi.* k) prestent *Walt.* l) Qui quanto *Hu.* m) eis indigentibus *add. Hu.*; indigentibus *add. Walt. Wi.* n) liberaliores ostenditis *Hu.* o) manus et *add. Hu.* p) pedes *Walt.* q) innititur *Walt.*; tanto *add. Hu. Walt.*

1) Cf. de hoc loco Weiland p. 334. 2) Cf. supra p. 265, l. 18. 3) D. fere Febr. a. 1246. (Ficker nr. 3541) vel a. 1245 ex. (Winkelmann, Acta imp. II, p. 51, ubi eam ex Alberto Bohemo aliisque edidit). Contuli exemplar apud Walterum de Hemingburgh omnibus regibus et principibus datum, ed. Hamilton I, p. 296 (neglectis mendis, quae cum non in omnibus codicibus inveniantur, scribis, non Waltero ipsi crimini danda sunt), et Huillard VI, p. 391. Exstat quoque in cod. Hargrave 313 f. 107. Respondit papa Potthast nr. 11848, fere m. Martio a. 1246.

1246. *vimus, insufficienter exprimentia*[a] *votum nostrum, cetera*[b] *vero secrecius intimanda*[c]*: videlicet in quos usus divicias pauperum expendat*[d] *prodigalitas avarorum; quid*[e] *super imperacione*[f] *conceperimus obligando*[g], *quam per magnos mediatores intendimus*[h], *ut*[i] *inter nos et ecclesiam saltem pax superficialiter reformetur; quid de regum*[k] *communibus specialibusque negociis disponere proponamus*[l]; *quid super insulis occeani fuerit ordinatum; quid contra principes universos quibusdam consiliis, que nos et*[n] *que nonnullos, quos habemus ibidem familiares et subditos, licet clamdestina*[o], *latere non possunt, illa curia machinetur; quantis*[p] *viribus quot virorum, qualiter instructorum ad bella in hoc ipso*[q] *vere quod instat omnes illos*[r] *qui modo*[s] *nos opprimunt opprimere posse speremus, etsi se nobis totus*[t] *mundus opponeret —; quicquid*[u] *fideles nostri latores presentium vobis retulerint, certe*[q] *credatis et*[w], *acsi sanctus Petrus iurasset, firmissimum reputetis*[x]. *Nec*[y] *vobis*[z], *petimus, videatur*[a], *quod per*[b] *latam*[c] *in nos sententiam*[d] *papalem*[e] *nostre magnitudinis*[f] *maiestas aliquatenus incurvetur! Habemus enim*[g] *conscientie puritatem ac*[h] *per consequens Deum nobiscum, cuius testimonium invocamus, quia*[i] *semper fuit nostre intencio*[i] *voluntatis clericos cuiusque*[k] *ordinis ad hoc inducere, et maxime*[l] *maximos*[m], *ut tales perseverarent in fine, quales fuerunt*[n] *in ecclesia primitiva, apostolicam vitam ducentes*[o], *humilitatem dominicam imitantes*[p]. *Tales namque*[q] *clerici solebant angelos intueri, miraculis choruscare, egros curare, mortuos suscitare et sanctitate, non armis, sibi reges et principes subiugare. At isti seculo dediti, deliciis debriati*[r], *Deum postponunt*[s]; *quorum ex affluentia diviciarum*[t] *religio suffocatur*[u]. *Talibus ergo*[v] *subtrahere nocentes divicias, quibus dampnabiliter onerantur, opus est caritatis. Ad hoc vos et omnes principes una*[w] *nobiscum, ut cuncta superflua deponentes, modicis*[x] *rebus contenti, Deo deserviant*[y], *debetis diligentiam adhibere*[z].

Verbum reprehensibile.

Hic innuit, quod, conculcato eo, curia Romana audacter alios principes conculcandos[m] aggredietur.

Verbum nota, quod Frethericus[v] preest Tartaris et Corosminis.

Operibus credite!

Propositum antiquum.

Fama Fretherici diatim deterioratur. Hec cum ad christianissimos Francorum et Anglorum reges nunciata pervenissent, patuit luce clarius ipsis et eorum magnatibus, quod Frethericus libertatem ac nobilitatem ecclesie, quam ipse nunquam auxit, sed magnifici antecessores eius malo grato suo stabilierunt, toto conamine studuit annullare; et de heresi per id ipsum se reddens suspectum, merito omnem quem[a] hactenus habebat in omni populo igniculum fame proprie impudenter et imprudenter extinxit. Reges tamen memorati, quia muliebre videretur et inhonestum statim infestare quem prius protexerant, non sine murmure siluerunt adhuc dissimulantes. Ac per hoc domini pape condicio meliorata respiravit.
1245. Unum[b] insuper omnes angebat tam principes quam prelatos vulnus angustie, futura pericula racione previa ponderantes, eo quod, etsi dignus multipliciter fuerit Frethericus deprimi et omni honore privari, tamen, si eum, Deo iuvante, auctoritas papalis irrestaurabiliter deponeret, Romana ecclesia, gracia Dei abutens, in posterum in tantam elacionem intolerabilem sullevaretur, quod principes catholicos insontes et iustos et precipue prelatos quavis levi causa vel deponeret vel deponere probrose comminaretur, loquendoque sublimia gloriandoque dicerent Romani, licet a plebea stirpe procreati: 'Nos ipsum maximum Frethericum conculcavimus, et quis es tu, qui nobis temere credis resistere?'[2] Et ita provocati nobiles contra eos levabunt calcaneum, Deoque vindice auctoritas Romana poterit deperire.

a) *ita Wi.*; exprimenda *codd.*; exprimendo *Walt.* b) alia quedam reservanda vobis pro tempore secr. int. qualiter scilicet et in quos *Walt.* c) decrevimus omittere *add. Hu.* d) expendit *Hu. Walt.* e) quid — machinetur *des. Walt.* f) *sic corrupte codd.*; imperatore c. (comperimus *Petr. Vin.*) eligendo *Hu. Wi.* g) nisi pax *h. l. add. Hu. Wi.* h) incendimus 2; reformare *add. Hu.* i) nisi *legendum; deest Hu. Wi.* k) omnium *add. Hu.* l) intendamus *Hu.* m) conculcaldos 1. n) qui nonn. hab. *Wi.* o) clandestine *Hu.* p) q. etiam v. *Walt., ubi* quot — bella *des.* q) *deest Walt.* r) *deest Hu. Wi.* s) nunc n. o. o. p. s. etiamsi *Hu.* t) op. t. m. *Hu. Walt. Wi.* u) autem . . *[nomina vacant]* et . . *add. Hu. Walt.* v) F. 1. w) *deest Walt.*; ac etiamsi *Hu.* x) habeatis *Hu.* y) propter hoc quod a *add. Hu.* z) credatis aliqualiter quod *Walt.* a) vobis *add. Hu.* b) propter *Hu.* c) in nos latam *Hu.* d) p. s. *Walt. Wi.* e) depositionis *Hu.* f) magnanimitas maiestatis *Hu. Walt. Wi.* g) nostre *add. Hu.* h) et *Walt.* i) v. i. *Hu.* k) cuiuscunque religionis *Wi.* l) precipue *Hu.* m) ad illum statum reducere *Hu.* n) fuerant in e. p. a. scilicet v. *Walt.* o) et *add. Hu.* p) dominicam sectantes et subditos informantes verbo et exemplo. Tales *Walt.* q) enim *Alb.* r) inebr. *Alb.*; et ebriati del. *Hu.* s) postposuerunt *Walt.* t) et opum omnis *add. Hu.* u) ecclesia periit et devocio sancta damnatur *add. Walt.* v) igitur *Hu.* w) terre *Walt., ubi* u. n. *des.* x) mediocribus *Walt.* y) omnes *add. Walt.*; omnem *add. Alb.*; serviant, cui serviunt omnia, omnem quam potestia *Hu.* z) Valete *add. Walt.* a) quam (omen *[sic] superscr.* 2) *codd.* b) Unum — deperire *in marg.* 1.

1) Hinc quaedam sententiae a nobilibus Franciae in clerum iratis exscriptae, infra a. 1247. (ed. Luard IV, p. 593) laudantur. 2) Haec fortasse addidit noster postquam imperatoris epistolam a. 1246. baronibus Anglicis missam legit, quam v. infra p. 278.

**Quod totus conatus procuratorum universitatis Anglie ad nullum effectum, immo despectum, redactus est**[1]. . . . Porro episcopus Londoniensis Fulco[a], ultimus et invitus, in arcum pravum versus, signum suum dicte carte[2] apponens, minus aliis meruit reprehendi. Simili quoque modo cuidam ample carte transcripte verbo ad verbum secundum cartam bulla papali communitam de sententia deposicionis in imperatorem Frethericum[a] lata apposuerunt omnes prelati signa sua, tam ad maiorem robora- cionem quam memoriam sempiternam. Et sic soluto concilio, qui convenerant cum benedictione ad propria remearunt, preter quos specialia negocia, que papa usque post concilium suspenderat, detinebant. 1245. cf. Ps. 77,57. Solvitur concilium.

**Mandatum domini pape ad capitulum Cisterciense.** Hec autem mundi volubilitate secum rapiente, abbates diversorum climatum Cistercienses capitulum suum instante exaltate crucis sollempnitate, sicut moris est, catervatim adierunt. Et cum ad capitulum generaliter convenissent, mandatum domini pape susceperunt, cuius tenor fuit hic: Sept. 14.

*Noverit*[3] *universitas vestra, statum ecclesie formidabiliter periclitantem precum instantia solito vigilancius indigere. Subest enim urgens causa, que toti christianitati terribiliter comminatur. Nec curabimus de cetero gladio uti materiali, set tantum spirituali contra Frethericum aliquando Romanorum imperatorem, validum ecclesie Christi et obstinatum inimicum. Obstructum est os loquentium iniqua. Non vos moveant imperitorum et veritatis ignarorum, precamur, obloquia, ut nos*[b] *quasi precipitanter et absque deliberato fratrum*[c] *et multorum peritorum moroso consilio contra ipsum F. fuerit sententiatum. Non enim meminimus unquam*[4] *causam cum tanta deliberacione et diligente examinacione fuisse excussam et peritorum ac*[d] *sanctorum mentibus libratam extitisse*[e]*; adeo quod in secretis aliqui fratrum*[c] *induerunt personam advocati pro ipso, aliqui autem econtra personam adversantis, ut ex obieccionibus et responsionibus inquirentium et disputantium, ut solet in scolis, cause veritas radicitus hinc indeque discuteretur. Nec aliquam viam invenimus, sine Dei iniuria et gravi eius offensa et ecclesie eiusdem lesione et nostrarum consrienciarum vulnere, aliter procedendi quam ut processimus, licet inviti et*[f] *eiusdem lesoris miserie condolentes. Parati igitur sumus in hac causa et pro illa usque ad mortem stare et pro ea et in ea tam omnes fratres nostri quam nos mori, immutabiliter pro causa Dei et eius ecclesie dimicantes.* Ps. 62,12.

Hec postquam ad audientiam tocius capituli et universorum fratrum plenius pervenerunt, partem Fretherici detestantes mirabiliterque[g] papali parti inclinantes, Deum deprecabantur, ut ecclesiam suam, quam supra firmam petram stabilivit, etsi labare, labi nullatenus sineret in eternum. . . . . . . cf. Matth. 16,18.

**Dominus papa ex mandato regis Francorum, qui colloquium cum eo habere voluit, se contulit Cluniacum.** Sub eiusdem anni spacio dominus papa ex mandato regis Francorum volentis habere cum ipso colloquium se contulit Cluniacum[5]. Sed non est ulterius in Franciam progredi permissus. Et circa festum sancti Andree venit ad eum ibi rex Francorum, qui eundem regem iam quindecim diebus expectaverat; et simul secretissimum tenuerunt consilium, nullo preter eos conscio, dominus papa et dominus rex Francorum et mater eiusdem domina Blanchia septem diebus. Creditur tamen veracissime, quod tractatum habuerunt de pace inter ecclesiam et imperium, et qua[h] via pacis honorifice[i] possit inveniri; quia firmum propositum habuit rex iter Ierosolimitanum arripere cum multis Francorum nobilibus iam tam pro rege quam pro Deo cruce signatis, nec poterant per[k] mare[l], per terras dicti imperatoris, nisi plene ecclesie pacificaretur, sine tocius christianitatis discrimine transire. Et si possent, non expediret Christo in Terra Sancta militare, relicta in climate christianorum post terga inter tam dignas personas sedicione. Preterea credebatur certissime, quod tractabatur de pace inter Francorum et Anglorum reges reformanda vel saltem treugis prolongandis, ut sua tucior fieret peregrinacio. Hoc siqui- Nov. 30.

a) F. 1. b) *sic codd.*; a nobis q. pr. puletis quod absque *Hu.* c) nostrorum *add. Hu.* d) atque *Hu.* e) *corr. ex* extisse 1. f) ut *Hu.* g) que *superscr.* 1. h) *sic codd.* i) reconciliatio *suppl. Wats.* k) p. m. *superscr.* 1. l) neque *suppl. edd.*

1) *Procuratores recesserunt iurantes, se nunquam tributum* charta Iohannis regis promissum solvi permissuros. Tamen privilegia quaedam Anglis Aug. 3. concessa (Potthast nr. 11773 sqq.) noster a. 1246. affert. 2) Iohannis regis de tributo Romam mittendo, iussu papae ab episcopis confirmandae. 3) Potthast nr. 11873; contuli Huillard VI, p. 346. 4) Sane audacter hoc asseverat papa. 5) Cf. Potthast, Reg. p. 1015; quae tunc de imperatore inter Innocentium et Ludovicum tractarentur, disseruit Ficker nr. 3541.

1246. Apr. 22. Machinacio nociva contra regem Anglie, ut timetur.

dem finito parlamento, recessurus rex cepit diem parlamenti cum papa in quindena pasche[1], ubi procurabitur Fretherici dicti imperatoris presencia. . . . . . .

1245. Obiit Reimundus comes Provincie, pater reginarum Anglorum et Francorum. Circa illa tempora comes Provincie Reimundus, qui, rota fortunali circumvolutus, stuporem mundo de progenie sua sexus feminini inauditum seculis dereliquit, nature debita concessit*. Qui in extremis verbis iuniori filie sue[2] comitatum suum pro testamento[a] dereliquit. Quod cum rex Francorum cognovit, misit quingentos milites electos, armis et omnibus necessariis communitos, ad accipiendum seisinam comitatus Provincie ratione primogenite filie comitis Provincie, quam sibi matrimonio copulaverat, cassum reputans et[b] inane et quasi iniuriosum dicti comitis testamentum. Rex autem Anglie, de morte comitis Provincie certificatus, elemosinarum largicione et orationum devocione cum multorum cereorum accensione et campanarum strepitu exequias pio affectu prosequebatur, summopere prohibens, ne quis mortem comitis memorati regine, ne contristaretur, nunciaret[3]. . . .

Abbas Cluniacensis[4] optinet licenciam a papa extorquendi a suis prioratibus decimam. Circa illos dies abbas Cluniacensis, antequam hospes suus dominus papa Lugdunum petiturus recessisset, impetravit ab ipso licentiam et scriptum super hoc, ut a toto ordine Cluniacensi decimam extorqueret per unum annum, tum quia dominum papam exulantem et accedentem ad partes cisalpinas muneribus respexit inpreciabilibus abbas memoratus — dederat enim triginta palefridos faleratos cum totidem equis clitellariis —, tum quia splendide procurando curialiter recepit et exhibuit fere per unum mensem[5]. . . . . . .

Multi nobiles de regno Francorum cruce signantur. Iamiamque, quia dominus rex Francorum dederat exemplum previus et quasi signifer, multi de regno Francorum nobiles cruce consignantur. Videlicet frater dicti regis Robertus comes Atrebatensis, dux Burgundie[6], dux Brabancie[7], comitissa Flandrie[8] cum duobus filiis suis[9], comes Britannie Petrus[c], comes Britannie filius eius Iohannes[d], comes Barrensis[10], . . . advocatus Bettunie[11]. . . . . .

Clipei[e, 12] . . . iam, heu! prostrati: . . . In Provincia comitis Reimundi. . . . . . .

Impetum fecit Frethericus dictus imperator in Mediolanenses.

Impertinens Anglorum historie usque huc -⊖-.

Temporibus quoque sub eisdem, cum persuasisset dominus papa, ut ipsi nobiles Alemannie, ad quos spectat ius eleccionis, novum sibi eligerent imperatorem, prius[f] tamen in regem Alemannie, et aliqui consensissent, maxime[g] archiepiscopus Coloniensis Conradus, in andegravium Duringie, idem andegravius malens pacem cum securitate, suo contentus ducatu, quam ancipitis belli certamina et fata guerre fortunalis experiri, maxime contra Frethericum, bellicis negociis multociens expertum et vulpinis fallaciis argumentosum, renuit[13] adquiescere vel tante temeritati consentire. Dominus autem papa confortans eum et animans, promisit ei suum et universalis ecclesie patrocinium. Mediolanenses[h, 14] quoque et Ytalici Mediolanensibus confederati, missis suis nunciis solempnibus, prudentiam memorati andegravii pusillanimitatem vocantes, ipsi consilium in omnibus efficax et auxilium promiserunt, si in eleccionem de

Eleccio.

*) *In marg. depicta sunt inversa gladius, lancea, scutum rubrum, quod tres palos aureos exhibet. Idem scutum habetur bis in Lib. addit. VI, p. 476, ubi ('Vierteljahrschr. für Heraldik' IX, tab. 2): Alfonsus rex de Leon* portabit scutum tale quale comes Provincie Reimundus: rubeum, aureos *tres palos exhibens.*

a) testem. 1. b) *superscr.* 1. c) P. 1. d) I. 1. e) *haec in marg.* 1. f) prius — Alemannie *in marg.* 1; *des.* 2. g) maxime a. Conradus *in marg.* 1. h) Mediolenses 1.

1) Cf. infra ed. Luard p. 522. 2) Beatrici; cf. supra p. 248. 3) Paullo infra narrat noster 'sinistram oblocutionem' de Ricardo comite Cornubiae, cum rex ipsi Cestriam conferre noluisset, David Wallensem, nepotem suum, proditiose confovente et, cum etiam Wasconiam frustra postulasset, Burdegalim irato recedente. *Hec tamen nullatenus sunt credenda, quia regi* 3000 *marcarum sub pignore iocalium regis commodavit.* 4) Hugo; cf. supra p. 256. 5) Nov. ex. et Dec. in. 6) Hugo IV. 7) Henricus. 8) Margareta. 9) Willelmo [et Guidone aut Iohanne?] de Dampierre; Guidonis a. 1266. in Terram Sanctam profecturi fit mentio ap. Röhricht, 'Beitr. z. Gesch. der Kreuzzüge' II, p. 389. 10) Theobaldus. 11) Robertus. 12) Morte nobilium. 13) Initio revera papae consiliis restitisse videtur (Ficker nr. 4865c). Etiam haec auctor forsitan fere a. 1246 in. scripserit; cf. supra p. 267. 14) Eis Henricus Raspo, se regem electum esse, nunciavit ib. nr. 4866.

se factam consentiret contra dictum Frethericum, apostatam, excommunicatum, deiectum, Deo et ecclesie turpiter reprobatum. Quod cum audisset Frethericus, iratus nimis infremuit, dolens, quod de adversitate[a] eius caput extulerant inimici, probra probris minasque minis accumulantes. Et totus insurgens ad vindictam, ordinatis armatorum infinitorum legionibus, et positis a tergo caucius insidiis, quibus preerat Henricus, filius eius, rex Sardinie, ipsos Mediolanenses[b], quos prescivit, ut moris est, exituros, ad prelium provocavit[1]. At ipsi catervatim exeuntes imperteriti et insidiarum ignari, irruerunt in ipsum Frethericum alacriter. Quod videns rex Sardinie Henricus[c], suum excercitum Mediolanensibus et sue civitati interponens, excepit eos in ore gladii, stragem faciens miserandam. Cives autem respicientes viderunt reditum sibi precludi et sue aditum civitatis, in desolacionem precipitati sunt et ceciderunt ex eis multi trucidati, de se tamen cruentissimam victoriam Fretherico relinquentes. Ceciderunt itaque utrobique innumerabiles, ita ut hoc cognoscentes inconsolabiliter tot christianorum cedem deplorarent. -⊖- . . . . . .

1245. cf. Ps. 82, 2.

Transiit igitur annus ille . . . Alemannis et Hungaris suspectus totique imperio ac curie Romane tremebundus.

Anno gratie 1246, qui est annus regni Henrici III. regis 30, fuit idem rex ad natale Domini Londoniis . . . cum fratre suo. . . . Ortus est rumor sinister, et ex rumore suspicio non modica, quod dominus papa rancorem in corde retinuit, cum tamen non subfuisset causa rationabilis; iratus est valde et multiformiter ampulose cepit comminari Anglorum regi et regno, ut, si posset Frethericum edomare, et per consequens recalcitrantium Anglorum, qui de oppressionibus Romane curie et maxime de tributo in concilio conquesti sunt, insolentem superbiam conculcabit. Non enim, ut ei videbatur, licuit miseris Anglis, pro multiformi etiam iniuria flagellatis, lacrimari vel mutire. Conabaturque in illo diuturno ac secreto colloquio, quod habuit apud Cluniacum cum rege Francorum[2], persuadere et acuere regem ipsum, ut insurgeret ad tante iniurie vindictam tantam, ut ipsum regulum Anglorum vel usque ad exheredacionem impungnaret, vel enormiter lesum[d], sese omnimode voluntati Romane curie, vellet, nollet, inclinaret; et ad hoc iuvaret eum omni conatu ecclesia et papalis auctoritas. Quod constanter rex Francorum dicitur renuisse, . . . quia instabat validior inimicus et ecclesie Romane nocivior, videlicet Frethericus, edomandus. . . . . . .

1245. Dec. 25.

**Ira et indignacio regis non modica, nec sine causa rationabili.** Et

Cave, quia offendiculum. antequam epiphanie sollemnitas natalis Domini leticiam consummasset, de Provincia rumores eodem tempore delati cor regis non mediocriter perturbarunt. Comitissa enim Provincie Beatrix, mater regine, que iam per quinquennium 4 milia marcarum ad roboranda 16[3] castra in Provincia, regem ratione matrimonii contingencia, ab eodem domino annuatim acceperat, scilicet 4 milia, iam penitus immemor iuris, fidei et convencionis necnon et honoris multiplicis, quem dominus rex ei in Angliam venienti gratanter impenderat, regi Francorum Provinciam cum eisdem castris liberavit, nec mencionem faciens super iure domini regis vel convencionibus; filiam suam natu minimam[4] et iam liberatam et ab omnibus insidiis ereptam eidem regi Francorum tradiderat, filio[5] suo Karolo maritandam. Memorata igitur comitissa eo enormius fidem lesit transgressa paccionem, quo firmius et securius regi promiserat, quod dicta castra nulli hominum aliqua ratione preter regis Anglie [assensum[e]] foret traditura. Verum dominus rex super hac iactura vel dedecore nullum complangentem habere meruit vel compacientem, quia, cum comitissa Beatrix[f] in Angliam nuper fastigiosa nimis venerat, dominus rex secus quam deceret aut expediret, tam sine discrescione quam modo consueto se, suos et sua prodigaliter ac prodigialiter exposuit, ut suo loco[6] predicitur sufficienter. Unde cum eadem comitissa gesta regis et dicta satis astute perpendisset, dixisse perhibetur: 'Penitet me tradidisse filias meas' — quas ut vulgariter iuxta loquelam suam Provincialem[7] pueros suos vocavit — 'regi huic fratrique suo maritandas'.

1246. Ian. 6.

**Quomodo rex Francorum treugas sibi postulavit prorogari.** . . . Rex

Dubium. Anglie . . . respondit, quod libenter concederet eidem domino Francorum regi

a) *ita* 2; avers. 1. b) Mediolanses 1. c) H. 1. d) cogeret ut *suppl. vel* sese *delendum.* e) *sic* 2; *deest* 1. f) B. 1.

1) Falso nimis de expeditione m. Nov. in. facta dicuntur. 2) Cf. supra p. 271. 3) Quatuor infra p. 274, l. 2. 4) Beatricem; cf. supra p. 248 sq. 5) Potius fratri. 6) Supra p. 228. 7) Qua retulit noster; cf. Grossmann, 'Enzio' p. 48. *pucella* et *piucel* fere consonant.

1246. treugas ulteriores ad libitum, ne videretur crucis negocium impedire; ita videlicet, ut non iniuriando eidem partem Provincie cum 4 castris, de quibus fit mencio, ipsum regem Anglie ratione matrimonii inter ipsum et Alienoram, filiam Remundi comitis Provincie iam defuncti, contingentem, pacifice resignaret. . . . . . .

Ira regis. . . . Obstupuit[1] . . . dicens: [[a]'. . . Archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[b], quem creavi, . . . diatim intendens guerris ruptoris[2] more, tam in Provintia quam Anglia[c] me iam iacturam et dedecus machinatur' . . .]. . . . . . .

Mart. 18. De magno parlamento quod fuit Londoniis medio quadragesime. Medio vero quadragesime, videlicet die qua cantatur *Letare Ierusalem*, edicto regio convocata convenit ad parlamentum generalissimum[d] regni Anglicani totalis nobilitas Londoniis, videlicet prelatorum tam abbatum et priorum quam episcoporum, comitum quoque et baronum, ut de statu regni iam vacillantis efficaciter, prout exegit urgens neccessitas, contrectarent. Angebat enim eos gravamen intolerabile a curia Romana incessanter illatum, quod non poterant sine nota desidie et iminente ruina tolerare. Qui eo anxius mentibus sauciabantur, quod papa, promissionis sue transgressor, gravius quam ante eorum querimoniam, manum diatim exasperans, aggravabat. Hec enim eius promissa in concilio Lugdunensi extiterunt: . . .[3] Preterea[e] unum privilegium, ne scilicet Ytalicus Ytalico immediate succedat; et hoc impetratum est propter fraudes eorum, qui mortuis beneficiatis alios furtim supponebant. Sed omnia hec et alia per hoc repagulum *non obstante* infirmantur. Ubi ergo fides? ubi iura, que scriptis solebant solidari? Exularunt!

Humiliatus Frethericus multam offert satisfaccionem, mediante rege Francorum, set pro pristinis fraudibus non recipitur neque creditur. Eisdem temporibus, dum mundiale mare talibus exagitaretur turbinibus, Frethericus aliquantulum ad se reversus, forte perterritus et insurgentium insultus pertimescens tam Germanorum quam Ytalicorum et tam suorum quam vicinorum hominum, iramque Dei, ut credere pium est, formidans, tangitur spiritu meliori, et eo ei spiritum humilitatis
Ps. 82, 17. largiente, qui per prophetam suum David ait: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine,* optulit domino pape suorum excessuum facere satisfaccionem competentem. Super quo negocio constituit procuratorem et mediatorem dominum regem Francorum, qui partes suas diligenter[f] interponens, papam adiit Lugduni commorantem, sed tamen ipsi adventanti usque Cluniacum[4] occurrentem, tractatum super hoc habiturus, si qua pacis forma posset inveniri. Optulit autem dictus Frethericus[g], ut in Sanctam Terram irrediturus abiret, quoad viveret Christo ibidem militaturus et totum regnum integraliter pro posse restitituturus[h] cultui christiano, ita scilicet ut, filio suo[5] loco ipsius in imperiali dignitate substituto, pie dispensetur cum eodem Frethericо[g], et absolvatur benigne et, concessa ei plena peccatorum suorum venia, fiat de prevaricatore, fame sue integritate feliciter restaurata, filius reconciliacionis. Ad quod papa[6]: 'Ha, quociens talia vel pociora promissa[i] sunt, que iureiurando confirmavit, que tantum non cassavit, ea spernens adimplere, sed enormis est transgressio subsecuta!' Et humiliter intuens regem, ait: 'Domine Francorum rex, fili carissime, non tantum mea, sed tocius christianitatis agitur causa. Consideret et prudenter attendat serena dominacio vestra, quociens et quam humiliter vocabatur, expectante tocius concilii universitate, reconciliandus, nec vocatus venit[7], ut consilio staret saluberrimo, consilio[k] pocius quam iudicio pariturus, et que prius promiserat[8] et in periculo anime sue iuraverat et per nobiles mediatores, qui in anima sua iuraverant, unde multum verecundantur, certissime promiserat et in scriptis redacta topazio[9] sue maiestatis signaverat, adimplere contempsit.

*Quo[10] teneam nodo mutantem Prothea vultus?*

In omnibus se reddidit incredibilem'. Cui pius rex Francorum[11]: 'Domine, nonne legitur in
Math. 18,22. euvangelio, quod usque septuagies septies pandendus est sinus misericordie veniam postu-

a) *uncis inclusa ex* 2; *erasa* 1. b) B. 2. c) in *suppl. Luard.* d) tocius *add., sed linea rubra subducta del.* 1. e) Preterea — exularunt *in marg.* 1; *des.* 2. f) dilignter 1. g) F. 1. h) *sic codd.* i) premissa *add., sed linea rubra subducta del.* 1. k) *superscr.* 1.

1) Henricus III. 2) Militis stipendiati. 3) Praecedunt bullae ab Innocentio IV. a. 1245, Aug. 3. Anglis datae. 4) Cum epistolae inter Apr. 4—12. a. 1246. datae non exstent [ne in registro quidem ullas inveni], tunc papam Cluniacum secundo (cf. supra p. 271) adiisse, censet Ficker nr. 3541. 5) Conrado IV. 6) Haec oratio ex locis supra per narrationem disiectis composita videtur. 7) Cf. supra p. 260. 8) Cf. supra p. 263. 9) Cf. supra p. 239, ubi idem error. 10) Eundem versum Horatii, Epist. I, 1, 90, papa supra p. 258. alio loco et tempore laudasse dicitur. 11) Similia infra p. 285.

lanti? Considera dies, quam mali sunt! Terra Sancta periclitatur, nec patet liberacio eius, 1246.
nisi eo post Deum propicio, qui portubus preest et insulis et spaciosis terris mari conterminis, et qui novit omnia nobis peregre profecturis profutura. Magna pollicetur. Peto et petens consulo, tam pro me quam multis aliis milium milibus peregrinaturis, prosperum transitum expectantibus, immo pocius pro statu universalis ecclesie et christianitatis: accipite et acceptate tanti principis talem humiliacionem, Christi sequentes vestigia, cuius vicarius estis in terris, qui se usque ad crucis patibulum legitur humiliasse'! Quod cum dominus papa erecta et reiecta cervice refutasset, dominus rex Francorum recessit iratus et indignans, eo quod humilitatem quam speraverat in servo servorum Dei minime repperisset.

Qualiter Templarii et Hospitalarii voluerunt captivos suos redimere. . . . Hec autem cum soldanus[1] cognovisset, ipsos interpretes increpando et eosdem Templarios et Hospitalarios redarguendo ait: 'Miseri sunt isti christiani quos dicimus Templarios et Hospitalarios, legis et ordinis sui transgressores. Primo enim voluerunt paucis transactis annis[2] suum imperatorem Frethericum[a] in servicio Christi sui peregrinantem prodere fraudulenter, sed per propiciam pietatem nostram non prevaluerunt[3]. . . .' Quod cum nunciis relatum fuisset, tristes recessuri, dixerunt dictis mediatoribus: 'Et quid in hoc articulo agendum est?' . . . Responderunt interpretes: 'Vere nobis munera contulistis desiderabilia, et nos vobis proinde fidele consilium rependemus. Ecce summa negocii vestri: Procurate, ut dominus imperator Frethericus[a], quem dominus noster supra omnes mortales diligit et reveretur, vel nuncio vel scripto significet domino nostro levi saltem supplicacione, et indubitanter[4] gratis quos petitis omnes liberabuntur'. Responderunt nuncii: 'Nunquam, quamdiu vitales auras attrahimus, ad huius consilii consensum incurvabimur'. Et sic sine spe captivorum liberacionis, acriter redarguti, cum confusione redierunt. Ex cuius rei tenore colligi potest, quanta familiaritas Frethericum cum dicto soldano copulavit.

Convenerunt omnes nobiles Anglie tractaturi de supranominato[5] negocio regni. Convenientibus igitur ad parlamentum memoratum tocius regni magnatibus, die videlicet qua cantatur *Letare Ierusalem*, . . . rex . . . ostendit eis articulos super Mart. 18.
gravaminibus et oppressionibus ecclesie et regni sui, quorum tenor talis est:

Articuli expositi in concilio Lugdunensi super gravaminibus regni Anglie, quos hactenus nuncii celaverant. *Gravatur regnum Anglie, eo quod dominus papa non est contentus subsidio illo quod vocatur denarius beati Petri, sed a toto clero Anglię gravem extorquet contribucionem. . . . Conferuntur ecclesie Romanis qui penitus ydioma regni ignorant. . . . Ytalicus Ytalico succedit.* . . . . . .

Omnes Angli tam ecclesiastici viri quam seculares de hiis oppressionibus conqueruntur, scribentes super hoc pape. Hec autem attendentes universi ac singuli, unanimiter consenserunt, ut adhuc ob reverenciam sedis apostolice domino pape humiliter ac devote tam per epistolas quam per sollempnes nuncios supplicarent, ut tam intollarabilia[b] gravamina et iugum subtraheret importabile. Scripserunt[6] igitur domino pape in hec verba: . . . . . .

Adduntur querele querelis super iniuriis Romane curie. . . . Insuper[c] etiam ab apostolica sede emanarunt litere, non modicum regis et regni preiudicium continentes, videlicet quod aliqui prelati decem milites strenuos, etiam aliqui quinque et aliqui quindecim invenirent domino pape, qui in servicio ecclesie Romane starent per annum integrum et prelatorum stipendiis militarent cum equis et armis sufficienter instructi, ubi dominus papa duxerit providendum. Quod servicium militare nulli nisi soli regi et regni principibus debetur, nec ab aliquo[d] usque ad nostra tempora aliquo[e] tempore exactum fuisse recolitur. . . .

a) F. 1. b) *sic* 1. c) *sic* 2; Super 1. d) tempore *h. l. add.* 2. e) a. t. *des.* 2.

1) Aegypti, Nodjmeddin Ajub. 2) Quae hic soldanum referentem facit noster, ipse supra p. 123. narravit. 3) Quae sequuntur ex narratione de pugna a. 1244. commissa ap. Luard IV, p. 306. conficta sunt; praeterea hoc loco *Templarii treugas in contemptum Ricardi* comitis Cornubiae, *quem garcionem esse asserebant*, infregisse dicuntur. 4) Cf. quae Fridericus ipse de hac re scripsit, supra p. 192. 5) V. supra p. 274. 6) Sequuntur epistolae quibus papae 1. Cantuariensis provinciae suffraganei, 2. Angliae abbates et priores, 3. barones, 4. rex, 5. rex Mart. 28. cardinalibus has querimonias minaciter proposuerant, cavendum monentes, ne regnum ab ecclesia Romana desisceret.

1245. Qualiter Fretherieus causam suam intendebat iustificare.[3] Temporibus quoque sub eisdem Fretherícus, quem nominare imperatorem prohibet ecclesia, ut famam suam restauraret, quam de heresi precipue lesam enormiter sentiebat, hanc epistolam nobilibus Anglie, quos omnes cum rege sperabat viriliter contra importunitates Romane curie certaturos, duxit transmittendam:

Epistola Fretherici ad clarificandam famam suam. *Fretherícus*[a] etc.[1] *prelatis ecclesiarum, comitibus et baronibus, nobilibus et universis per regnum Anglie constitutis, quibus presentes litere ostense fuerint, devotis et amicis suis, salutem et omne bonum. Etsi cause nostre iusticiam vulgaris*[b] *fame preloquium et regionum*[c] *veridica testimonia nunciorum ad universitatis vestre noticiam perduxisse credamus, quia tamen*

Hor. Epist. II, 3, 80.

*Segnius*[d] *irritant animum*[e] *demissa per aurem,*
*Quam que sunt oculis demissa*[f] *fidelibus,*

*ipsam puram et nudam veritatem processus, quem contra nos summi pontifices hactenus habuerunt, vestro conspectui presentamus. Ad cuius inspeccionem plenariam et attentam a*[g] *tot temporibus et diebus vestris*[h] *negociis deputatis unum sufficiens tempus et diem nobis affeccio*[i] *vestra concedat, quo*[k], *si licuerit, attente consilia vestra recte considerent, si fuerit in pontificibus nostris pontificalis rectitudinis zelus, si nobis tot et tantis iniuriis lacessitis*[l] *iusta debeat defensio denegari, si demum Christi vicarii Christi vices impleverint*[m], *et si predecessoris Petri successores eiusdem imitentur exemplum; considerent etiam, quo iure censeri debeat*[n] *processus huiusmodi contra nos habitus, vel quo nomine nuncupari, si dici valeat sentencia, quam iudex incompetens promulgavit. Nam, etsi nos, nostre catholice fidei debito suggerente, manifestissime fateamur collatam a Domino sacrosancte Romane sedis antistiti plenariam in spiritualibus*[o] *potestatem, quantumcunque, quod absit! sit ipse*[p] *peccator, ut quod in terra ligaverit, sit ligatum*[q] *in celis, et quod solverit, sit solutum* (cf. Matth. 16,19.), *nusquam tamen*[r] *verum legitur divina vel*[s] *humana sibi lege concessum, quod transferre pro libito possit imperia aut de puniendis temporaliter in privacione*[t] *regnorum regibus aut terre principibus iudicare, cum*[u], *licet ad eum a*[v] *iure et more maiorum consecracio nostra pertineat, non magis ad ipsum*[w] *privacio seu remocio pertinet quam ad quoslibet regnorum prelatos, qui reges suos, prout assolet*[x], *consecrant et inungunt. Esto*[y], *sine preiudicio nostro, quod habeat huiusmodi potestatem: estne istud a*[v] *plenitudine potestatis ipsius, quod, nullo prorsus*[z] *ordine iuris aut ordinis iure servato, animadvertere*[a] *possit in quoslibet quos asserit sue dicioni*[b] *subiectos? Processit*[2] *enim contra nos nuper, ut dicitur, non per accusacionis ordinem, cum nec*[c] *accusator apparuisset*[d] *idoneus, nec inscripcio precessisset, et nec per denunciacionem, legitimo denunciatore cessante, nec per inquisicionis modum, quam*[e] *clamosa insinuacio non precessit, cum etiam nullorum inquisitorum facta*[f] *nobis extiterit copia, si qui forsan occulte, cum nulli [publice*[g]*] fuerint, per huiusmodi iudicem ad inquisicionem addicti*[h]. *Asserit omnia fore notoria, que nos esse notoria manifeste negamus et esse*[i] *notoria per legitimum testium numerum non probantur. Sic enim quilibet iudex posset per se solum*[k], *crimen asserendo notorium, spreto iuris ordine, quemlibet condempnare. Insurrexerunt in nos in concilio, sicut dicitur, aliqui*[l] *testes iniqui, vel*[m] *valde perpauci, quorum unum, veluti Calinensem*[n, 3] *episcopum, suis, fratre videlicet et nepote, per nos ex causa prodicionis ad suspendium legitime condempnatis, offensa rationabilis nobis reddidit odiosum et iuste propterea repellendum, aliquos*[o], *tanquam ex ultimis*[1] *partibus Hyspanie prodeuntes, Tarcagonensem*[p, 4] *scilicet*[q] *et Compostellanum*[5] *antistites, negociorum*

a) Frider. *Alb.* b) vulgantis *Alb.* c) regiorum *forte legendum*; multorum *Alb. Wi.* d) Signius 1. e) animos *Hor.* f) subiecta *Alb. Wi. Hor.* g) de *Alb. Wi.* h) *ita Alb. Wi.*; nostris neg. deputatos *codd.* i) *bis scr.* 1. k) quod si l. diligenter attendere *Alb. Wi.* l) lacessitus *codd.*; l. i. debuerit aut debeat *Alb. Wi.* m) adimpl. et pr. *Alb.* n) validus *add. Wi.* o) omnibus pot., ut q. a. s. i. pecc., quod *Alb.* p) ille *Wi.* q) et *add. Alb.* r) *deest Wi.*; verumtamen leg. *Alb.* s) sibi vel h. *Alb. Wi.* t) privacone 1. u) nam *Wi.* v) de *Alb. Wi.* w) eum *Wi.* x) assolent *Alb. Wi.* y) Vel esto *Wi.* z) processus ordine aut iuris serv. *Alb.*; aut o. iure *des. Wi.* a) aiadv. 1. b) iuris dictioni *Alb. Wi.* c) non *Alb. Wi.* d) comparuisset *Petr. Vin.* e) quem *Alb. Wi.* f) f. fuerit c. n. si *Wi.* g) *sic Alb.*; f. p. *Wi.*; *deest codd.* h) adducti. A. enim omnia *Alb. Wi.* i) quo *Petr. Vin.* k) solummodo *Wi.* l) *deest Alb.* m) sed *Alb.* n) *ita Alb. Wi.*; Calmeñ 1; Calmenum 2. o) alios (autem *Petr.*) *Wi.* p) *corr. ex* Targag. *codd.* q) videlicet *Wi.*

1) Ficker, Reg. nr. 3495. Contuli Alb. Bohemum ap. Höfler p. 81. et ap. Huillard-Bréholles VI, p. 331. Exstat quoque in cod. Hargrave nr. 313, f. 107. Exemplum encyclicae regi Franciae missum, Ficker nr. 3510, nuper edidit (e cod. Peutinger., Petro de Vinea, Franc. Pipini) Winkelmann, Acta imp. II, p. 44, unde quaedam sigla *Wi.* signata hic notavi. 2) Canonicae actionis forma ponitur; cf. Decr. Greg. IX. de accus. V, 1. 3) Cf. supra p. 260. 4) Petrum de Tarragona. 5) Iohannem.

*Ytalie natalis zone[a] longinquitas inscios et eosdem[b] venenose subornacionis induccio nostre* 1245. *iusticie fecit infestos. Esto[c] preterea, quod legitimi fuerint, subsistentibus testibus, actor et iudex: defuit tercius[d], qui vel presens vel contumaciter absens secundum iusticiam debuit condempnari. Citati nanque[e] in predicacione sua Lugduni[f], sicut audivimus, licet prorsus informiter — videlicet quod ipsi citanti[g] et aliis, nullis aliorum omnino personis aut causis expressis, facturi iusticiam deberemus[h] per nos vel[i] responsales ydoneos comparere —, presentes pro certo non fuimus, sed ex iustis causis absentes, ad quarum allegacionem admissi responsales[k] nostri legitimi non fuerunt; nec absentes contumaciter fuimus, cum preter id quod nulla[l] fuerit citacio, ut est dictum, peremptorium terminum, prout ordo iuris expostulat, citacio non haberet, prout citacionis forma principibus et prelatis missa per literas evidenter ostendit. Contumaciam nostram preterea magistri Thadei de Suessa, magne curie nostre iudicis, dilecti[m] fidelis nostri, procuracionis[n] plenum mandatum excusat, cuius auctoritas ex eo quod contra nos non ex civilibus, sed ex criminalibus sit processum, ad que frustra procurator intervenit[o], nullatenus enervatur, cum ipsius citacionis tenor, que nos aut procuratores nostros exigit, manifeste contrarium[p] dedisset intelligi, videlicet quod contra nos non criminaliter, sed tantum[p] civiliter fuisset agendum. Predictis etiam omnibus absque nostre iusticie preiudicio circumscriptis[q], dato, quod manifeste[r] fuerimus contumaces, non est ista legitima contumacie pena, quod delatus aut accusatus et contumax per diffinitivam sententiam ante ceptum rite iudicium, privato vel publico iudicio nullo a[s] sua causa discusso, debeat condempnari; sunt enim in talibus alie contumatium pene civilibus legibus et canonicis[t] introducte. Denique posito, quod omnia predicta iuris presidia[u], licet irrefragabilia, cause nostre deficiant, ipsius pronunciacionis tenor ipsam sententiam nullam ostendit, per quam non procurator noster presens, sed nos absentes extitimus condempnati, quam ipso iure nullam esse sententiam leges et iura quelibet manifeste declarant. Evidentem[v] quoque processus et procedentis iniquitatem cause denotant, quas[w] in sententia comprehendit*, a quibus nos[x] incorruptibilis veritas et publica[y] munimenta defendunt, prout seriatim hec fida relacio latoris presentium[z], ipsorum munimentorum tenor manifestissime profitetur[a], quamquam ad tam dire pene sententiam — si tamen sententia dici potest, que contra nos precipitata dinoscitur — contra Romanum principem omnia predicta et singula minime suffecissent. Manifestum nanque precipicium[b] et ex preconcepto iam dudum animi[c] fervore fuisse dinoscitur in predictis, dum venerabilem Frisegensem[d, 1] episcopum, dilectum principem, fratrem[e] H.[2] magistrum domus Hospitalis[f] Theutonicorum et magistrum P.[g] de Vinea, magne curie nostre iudicem, dilectos fideles nostros, quos ultimo pro omnimoda consummacione tractate[h] pacis ad concilium miseramus[3], saltem per triduum summus pontifex noluit prestolari; non expectato etiam magistro Walterio de Ocra, capellano, notario et fideli nostro, qui de connivencia[i] summi pontificis et quorundam de fratribus ad nos missus, per 20 dies expectari debuit, nec[k] fuit solummodo per biduum[4], quo tempore predicti processus[l] iniqui Lugduno distabat, ad multam[m] nobilium et quam plurium prelatorum instantiam expectatus*. Apparet nihilominus animosa nimis et ampolosa[n] non minus ex ipsius inflicte pene severitate[o] sententia, per quam imperator Romanus, imperialis rector et dominus manifestus[p] lese maiestatis crimine dicitur condempnatus, per quam ridiculose subicitur[q] legi, qui legibus omnibus imperialiter est solutus[5], a[r] quo temporales pene sumende, cum temporalem hominem superiorem non habeat, non sunt in homine,*

*) *Hoc loco adduntur quaedam in exemplo regi Franciae misso ap. Wi. p. 46.*

a) rōne [ratione 2] l. in suos *codd.* b) eiusdem *Alb.* c) Sed e. *Wi.* d) reus *add. Pipin.* e) pro *add. codd.* f) Lugdunum *Alb.*; Lugdunensi *Hu.*; *deest Wi.* g) citati 2. *Alb.* h) debeamus *Alb.* i) per *add. Alb. Wi.* k) legitime *Alb.*; nostri l. resp. *Wi.* l) *ita Alb. Wi.*; nulli *codd.* m) *deest Wi.* — fed. 1. n) et plene proc. *Wi.* o) intervenerit *Alb. Wi.* p) *deest Alb.*; c. t. *Wi.* q) *ita Alb. Wi. (hic add.* et*)*; circumscriptos *codd.* r) manifestissime *Alb.* s) de *Wi.*; iudice nulla de se c. *Alb.* t) canōcis 1; canonibus *Wi.* u) presidio fulciantur *Wi.* v) Evidenter *Alb. Wi.* w) que s. *Alb.* x) omnibus i. v. et p. m. nos *Wi.* y) plublica 1. z) et *add. Alb. Wi.* a) *ita* 2; profet 1; profitentur *Alb. Wi.* b) precipucium 1. c) sui *add. Alb.* d) Frising. *Alb. Wi.* e) *deest Alb.*; nostrum *add. Wi.* f) S. Marie *add. Alb. Wi.* g) Petrum *Alb. Wi.* h) p. t. *Wi.* i) *ita in contextu* 1. *Alb.*; vel conveniencia *in marg. Math.* 1 *et ita* 2. k) *ita* 2. *Alb.*; hoc 1. l) processio i. Lugduni [Lugd' 2] *codd.* m) *sic Alb.*; multa *codd.* n) *sic* 1; amplosa *corr.* amp'l'osa 2. o) *corr. ex* severitates 1. p) manifestis *codd.*; maiestatis *Alb.*; *deest Wi.* q) l. s. *Wi.* r) de *Alb. Wi.*

1) Conradum. 2) Henricum. 3) A. 1245, circa d. Iul. 8; cf. Ficker nr. 3490a. 4) Iul. 17 sq.; aut antequam illi 20 dies praeterierunt [Schirrmacher], aut potius diebus illis iam Iul. 16. circumactis; Ficker ib. 5) L. 31. Dig. 1, 3.

1245. *sed in Deo; spirituales autem penas, per sacerdotales nobis penitencias indicendas, tam pro contemptu clavium quam pro aliis transgressionis humane peccatis, nedum a summo pontifice, quem in spiritualibus patrem nostrum et dominum profitemur, si tamen[a] nos filium debita relacione congnoscat, sed per quemlibet sacerdotem reverenter accipimus et devote servamus. Ex quibus omnibus manifeste liquet, quod pocius ignominiose quam iuste habendos nos dixerit a[b] catholica fide suspectos, quam nos teste supremo[c] Iudice in omnibus et singulis eiusdem articulis secundum universalem[d] ecclesie disciplinam et approbatum[e] per[f] Romanam ecclesiam sinbolum firmiter credimus et profitemur[g] simpliciter. Advertat[h] igitur industria vestra, si predicta nulla[i] sententia ipso iure, nullus ipso iure processus —, non magis in nostram quam in omnium regum et principum ac quarumlibet temporalium dignitatum perniciem — debeat observari, quam nulla[k] nostrorum Germanie principum, a quibus assumpcio, status et depressio nostra dependent[l], presentia vel consilia[m] firmaverunt. Advertat et aliud, qualis ex istis iniciis exitus expectetur! A nobis incipitur, sed pro certo noveritis, quod in aliis regibus et principibus finietur, a quibus publice gloriantur resistentiam aliquam minime formidare, si, quod absit! posset[n] nostra potencia primitus conculcari[1]. Regis[o] igitur vestri iusticiam in causa nostra defendite; suis et eorum[p] heredibus providete! Nec nos illud omittemus[q], quin fidei regalis constantiam ex affinitatis federe ad presens fiducialiter requiramus, ut, nedum quod adversario nostro[r], nunciis aut legatis ipsius occulte vel publice faveat, quin pocius[s] nobis toto posse assistat viriliter et potenter, nullum omnino nuncium aut legatum populos[t] sue iurisdiccioni subiectos in nostra[u] dispendia convertere molientem aliquatenus admittere debeat, pro certo sci turi, quod per nos, in quibus inchoata est tante temeritatis audatia, quod[v] ad privacionem nostri[w] velut cuiuslibet sacerdotis pontificalis auctoritas officium sue iurisdiccionis extendit, taliter, assistente nostris auxiliis dextra Regis regum, que[x] semper iusticiam comitatur, istis principiis occurretur — dummodo se nobis illorum potentia non opponat, scilicet[y] regum et principum, quos communiter causa nostra contingit, et quorum non minus vertitur interesse quam nostrum —, quod vobis et aliis orbis terre nobilibus causam iusti timoris in talibus nostra defensio non derelinquet[z]. Inviti tamen hoc facimus, teste Deo, sed neccessario provocati, velut qui peste multiplici christianitatem nostris temporibus videmus attritam, ad cuius auxilium una vobiscum, prout etiam nuperrime regie magnificentie scripsimus[2], totis intendere viribus sperabamus. Requirat autem de[a] manu eius hoc Dominus[b], qui tanto discrimini, quod toti fere[c] rei publice christiane minatur excidium, materiam subministrat[d]! Ad hec, quicquid Hugo Kabuche[e, 3], miles dilectus, nuncius et fidelis noster, vobis super premissis ex parte nostra dixerit, tanquam persone nostre indubitanter credat dileccio vestra specialis. Datum[f]*
Iul. 31. *Taurini, pridie[g, 4] Augusti, 3. indictione.*

**Commota sunt multorum corda et aversa a papa.** Hec autem epistola cum ad noticiam multorum principum pervenisset, corda a domino papa protinus averterunt, superbiam Romane curie, si contingeret Frethericum succumbere, merito formidantes[5].

1246. **Eligitur andegravius Henricus[h] de Duringe in regem Alemannie, in novum imperatorem per consequens promovendus.**
♀ Dominus igitur papa vigilanti sollicitudine causam suam cupiens promovere et partem suam iustificare et memoratum Frethericum irremediabiliter conterere, procuravit, ut andegravius Duringie in imperatorem eligeretur et electus ab omni ecclesia promoveretur. Promisit igitur eidem pecuniare et militare subsidium copiosum. Scripsit igitur[6] archiepiscopo Coloniensi[7] et aliis Germanie prelatis et nobilibus, ut hoc negotium festino effectui manciparent[i], in quo

a) ipse *add. Alb.*; t. nos ipse ut fil. *Wi.* b) de *Wi.* c) summo *Wi.* d) universalis *Alb. Wi.* e) *sic Alb. Wi.*; approbacionem *codd.* f) Romane ecclesie *Alb.* g) simpl. confitemur *Alb.* h) Avertat *codd.* i) s. n. *Alb.* k) nulli *Alb.* l) dependet *Alb.* m) consilio *Alb.* n) possit per eos nostra *Alb.* o) *ita Alb.*; Reges *codd.* p) suorum *Alb.* q) omittimus *Alb.* r) n. aut n. seu l. *Wi.* s) n. p. t. p. v. assistatis *Wi.*, *ubi* et p. *des.* t) *ita Alb.*; populum s. i. subiectum *Wi.*; populo s. i. subiecto *codd.* u) d. n. *Wi.* v) qua *Alb.* w) nostram *Wi.* x) qui *Alb. Wi.* y) r. et pr. scil. *Alb. Wi.* z) relinquet *Alb. Wi.* a) hoc de m. e. *Alb.* b) Deus *Wi.* c) foret *codd.* d) *desinit Alb.* e) *corr. ex* Kakeb. 2. f) Datum — ind. *des.* 2. g) Kalendas *suppl. edd.* h) H. 1. i) manc. — consenserunt *in loco raso* 1.

1) Cf. supra p. 270. 2) Hae litterae non exstare videntur. 3) *Chalbaot* supra p. 188; cf. Winkelmann, Acta imp. I, p. 824; II, p. 727. 4) Etiam 2. Non. et fortasse 2. Id. Aug. Fridericus Taurini morabatur. 5) Cf. supra l. 13 sqq. 6) A. 1246, Apr. 21 (Potthast nr. 12071 sqq.); cf. Weiland l. l. p. 334. 7) Conrado; cf. supra p. 272.

multi, precipue archiepiscopi[a], consenserunt. Misit igitur dominus papa imperatori suo 1246.
andegravio thesaurum non minimum[1], quo guerram contra Fretherícum motam et continuatam potenter sustineret. Fretherícus autem pecuniam illam necnon et quedam regalia donativa portantibus fecit insidiari, ut illa in usus convertens proprios, tam andegravium, emulum suum, quam papam, adversarium suum, dampnificaret.

**De bello commisso inter novum electum regem[b] Alemannie et Conradum[c], filium Fretherici.** Comperiens igitur Fretherícus memoratum andegravium, emulum suum, in sui dedecus et ruinam, papa procurante, in Alemannia procreari et thesauris papalibus habundanter saginari, nobiles quoque quam plures Germanie eidem indissolubiliter adherere, obstupuit et doluit vehementer. Misit igitur contra eum filium suum Conradum cum manu militari non minima, ut eidem hostiliter resisteret dimicando. Sed in die certaminis[2], qui cercius eundem Conradum[c] iuvare tenebantur, corrupti papali, ut dicitur, pecunia, in campo dominum suum fugitivi, vel pocius ad partem adversantium convolantes, turpiter reliquerunt. Unde victus dictus Conradus[c] ad patrem suum[3] fugitivus et inglorius remeavit.

**Maritata est filia comitis Provincie iunior[4] Karolo, fratri regis Francorum iuniori.** Anno quoque sub eodem liberata est filia comitis Provincie Reimundi iam defuncti, natu scilicet minor, custodie regis Francorum, procurante comitissa Provincie Beatrice, matre eiusdem puelle[5]. Disponente igitur et sic volente rege Francorum cum suo consilio, collatus est comitatus Provincie Karolo, fratri regis Francorum natu minori, et memorata puella matrimonialiter copulata. . . . . . . .

Non curetur usque huc 3.

**Portus novus paratur in Provincia super litus maris Mediterranei.** . . . Dominus igitur rex Francorum, ne sibi possit inferre nocumenta Fretherícus peregrinaturo et portuum oportunitatem denegare navigaturo, sibi in Provincia super mare Mediterraneum portum[6] aptissimum, multis effusis sumptibus, preparavit et castris fortissimis prudenter communivit.

**De aurifrisiis domini pape, que concupivit ex hiis que forte vidit.** Eisdemque diebus dominus papa videns in aliquorum Anglicorum ornamentis ecclesiasticis, utpote in capis choralibus et infulis, aurifrisia concupiscibilia, interogavit[d], ubinam facta fuissent. Cui responsum est: 'In Anglia'. At ipse: 'Vere ortus noster deliciarum est Anglia, vere puteus inexhaustus est; et ubi multa habundant, de multis multa possunt extorqueri'. Unde idem dominus papa, concupiscentia illectus oculorum, literas suas bullatas sacras misit ad omnes fere Cisterciensis ordinis abbates in Anglia commorantes, quorum oracionibus se nuper in capitulo Cisterciensi comendaverat, ut ipsi aurifrisia, acsi pro nihilo ipsa possent adquirere, mittere non differrent preelecta ad planetas et capas suas chorales adornandas. Quod mercennariis Londonie qui ea venalia habebant non displicuit, ad placitum vendentibus; unde multi manifestam avariciam Romane ecclesie detestabantur. . . . 3 . . .

Manifestum argumentum et . . .[e] de avaricia Romane curie.

**De diversis guerris in partibus transmarinis subortis.** Anno quoque sub eodem orta est guerra multiformis in partibus Alemannie et eius confiniis, eo quod multi nobiles, precipue laici, partes fovebant Fretherici; archiepiscopus vero Colonie et cum eo multi prelati et aliqui laici, muneribus ecclesie prodigaliter, immo pocius prodigialiter, saginati, partem papalem confovebant. Preterea in partibus Flandrie[7] inter filios comitisse Flandrensis orta est contencio cum hostili guerra et nimis dampnosa, eo quod primogenitus Buchardi filius[8] illegitimus, sed per dominum papam legitimatus, hereditatem sibi vendicaret possidendam; secundus[9] legitimus, se faciens heredem iustius proclamari, sibi omnia iure hereditario pertinere protestatus, predis, rapinis et incendiis intendebat. Nova enim in curia Romana inolevit consuetudo, ut, cum guerra inter aliquos nobiles

a) arch̄ ō 1, *ubi* ō *forte ex verbo sequente add.*; archiepiscopus Colonie 2. b) regem — Freth. *in loco raso* 1. c) C. 1 d) *sic* 1. e) *duo verba erasa* 1.

1) De somma cf. Ficker nr. 4865 d. 2) Aug. 5; haec fortasse novit noster ex epistola Walteri de Ocra Henrico III. missa, quam affert infra p. 284. Cf. Innocentii IV. epistolam ap. Winkelmann II, p. 721. 3) Error. Conradus IV. a. 1246 ex. in Germania, Fridericus II. tunc in regno Siciliae remansit. 4) Beatrix. 5) Cf. supra p. 273. 6) Prope Aigues-mortes. 7) Epistolas a Margareta Henrico III. Apr. 1245. datas v. ap. Rymer I, p. 259; 1246, Dec. 12. datam ap. Shirley II, p. 44. 8) Iohannes. 9) Potius tertius, Willelmus.

1246. moveretur, unam partium ad eam confugientem, excommunicando[a] et illos absolvendo, potenter foveret, ut qui per illam resurgeret, omni tempore ipsi teneretur obligatus; quod in David principe Northwallie fuerat manifeste comprobatum. Similiter et alia detestabilis, ut silicet[b], si quis clericus multis et opimis redditibus habundans in episcopum forte eligeretur, ex indulgentia papali, intermeantibus intercessoribus et muneribus, tam redditus prius optentos quam episcopatum licenter[c] cupiditatis brachiis amplexetur; quod in electo Valentino Willelmo constat fuisse propalatum. Necnon et alia nova sunt suborta in curia memorata, quorum memoria sanctorum corda lacrimabiliter cruentarunt. . . . . .

Comes Sabaudie Amedeus homagium fecit domino regi Anglie Henrico III. Diebus quoque sub eisdem[1] comes Sabaudie Amedeus, dominum regem Anglie precordialiter merito diligens, in presentia domini archiepiscopi Cantuariensis Bonefacii[d] et episcopi Herefordie Petri[e] et aliorum nobilium, tam amicorum et consanguineorum eiusdem comitis quam dicti domini regis, fecit homagium eidem domino regi in[f] manu archiepiscopi, qui supplevit regis absenciam, et homagium factum fidei interposicione, addito sacramento de inviolabili observacione, spontanea ac gratuita voluntate pro utrorumque heredibus confirmavit, recipiens de dominio dicti regis quedam feoda, videlicet Secusiam cum palacio, Avillyanam[2], Sanctum Mauricium de Chablasio et castrum de Bardo. Hoc quoque licenter, salva fide sua, facere potuit sine imperatoris iniuria et imperii mutilacione, cum nihil preter aquas et transitus teneat de imperio. . . . . . .

Predicatores et Minores fiunt nuncii pape. Eo tempore Frethericus, comperiens papam habundare Anglico numismate, posuit custodias et insidias transitibus, pontibus et portubus, ne quis emulo suo andegravio a papa subsidium transportaret. Fecit igitur papa[g] Predicatores et Minores mutato habitu tam scripta consolatoria quam alia iuvamenta ad andegravium transvehi. Econtra fecit Fretherícus ad Terram Sanctam alimenta transportari. . . . . . .

Vacat, quia offendiculum[h]. . . . [[i] . . Bonefacius[k] archiepiscopus, secus quam deceret aut expediret, in partibus transmarinis negotiis bellicis — nec visitans, immo ecclesiam suam depauperans — indulgendo, impudenter nimis a gloriosorum predecessorum vestigiis exorbitavit].

Litere[l] domini regis misse[m] Sancti Albani prohibitorie pro tallagio[3]. . . . . . .

Lugubres rumores de Terra Sancta increbuerunt. . . . Fretherícus quoque, iam malleus ecclesie formidabilis factus, non permisit transvehi ad ipsos[4] victualia vel succursum armatorum, asserens, quod ecclesia Romana nullum habuerat tam efficax argumentum extorquendi a fidelibus pecuniam, per quam impinguata superbivit, sicut per Terram Sanctam et sophisticam ad eius liberacionem predicacionem. . . . . . .

Dixerat enim papa illis[5] aliquod optabile responsum expectantibus: 'Rex Anglorum, qui iam recalcitrat et fretherizat, suum habet consilium; ego vero meum habeo, quod et sequar'. Et extunc vix aliquis Anglicus in curia negotium aliquod poterat expedire. . . . Et cum constanter pararetur dominus rex stare pro regni et ecclesie liberacione, comminacionibus comitis Ricardi, fratris sui, [qui[n] ob occultas causas[6] domino pape spetialissimus

Vacat, quia offendiculum. factus est et papalibus negociis propicius] . . . fractus succubuit et perterritus. Unde . . . impune hiatibus Romane avaricie de memorata contribucione est satisfactum.

De simili vel pocius maiori desolacione regni Francorum. . . . Item[7] dominus papa aliud subsidium exigit novo imperatori, qui appellatur andegravius, quem papa de novo creavit ad debellandum Frethericum, qui videtur multis inexpungnabilis. Et

a) alteram *suppl. edd., forte potius* illos. b) *sic* 1. c) licent[i]er 1. d) B. 1. e) P. 1. f) in — absentiam *Math. in marg.* 1. g) per *suppl. edd.* h) *erasum* 1. i) *haec abrasa, sed s. XVI. e* 2 *rescripta* 1. k) B. *codd.* l) L. d. r. m. *e* 2; *abrasa* 1. m) abbati *suppl. Luard.* n) qui — propicius *ex* 2; *olim in marg., sed abrasa* 1.

1) Cf. litteras a rege Ian. 16. Amadeo datas ap. Rymer I, p. 264, quas 'ex praecepto regis (Hist. Angl. infra) acceptas' noster hic exscripsit. 2) Avigliana (Veillane) prope Taurinum; cf. Kopp, 'Gesch. der eidgen. Bünde' II, 2, p. 219. 3) Quod papa (Potthast nr. 11611. e Matheo) a praelatis Angliae postulavit, regnum autem recusavit. 4) Acconenses; cf. l. 24. 5) Nuntiis regis de pecunia, quam papa ex Anglia extorsit, conquestis. 6) Praeter pecunias comite papae feneratas, quod occulte factum esse vix noster dixisset, alia sibi non perspecta indicare videtur; de negotiis paulo post tractatis cf. Ficker nr. 5286u. 7) Praeter tributum pro itinere sacro solvendum.

dicitur a multis, quod frustra nititur papa ipsum Frethericum[a] de imperii sui culmine pre- 1246.
cipitare, quia multorum graciam sibi comparavit, eo quod mirabiliter se ecclesie humiliando omnimodam satisfaccionem pollicetur; et dominus papa, eo quod humiliato non condescendit, multorum contra eum conscientias exasperavit. Posuit interim insidias memoratus Frethericus[a], ut pecuniam, quam papa undique studiosus collegerat, nititur[b] occupare et thesauris suis addit occupatam.

De sollempni dedicacione abbacie Cisterciensis ordinis que Bellus locus[1] appellatur. . . . Consummata itaque dedicacionis ipsius sollempnitate, assumpsit comes Ricardus de ipsius ecclesie gremio circiter 13 monachos ad quandam domum[2] religiosam Cisterciensis ordinis, quam idem comes propriis sumptibus de novo fundaverat, inhabitandum; que non procul ab abbacia de Winchecumbe, loco scilicet[c] satis congruo, edificata, a dicto comite pro redempcione anime sue, iuxta votum quod in mari periclitans fecerat[3], satis habundanter dotatur et ditatur. Quod sine nutu divino nequaquam creditur contigisse. . . .

Edificatur domus Cisterciensis ordinis a comite Ricardo non procul a Winchecumbe.

Pecierat[4] dominus papa pacem vel treugas inter christianos et Sarracenos. 1245.
Temporibus quoque sub eisdem domino pape petenti pacem vel saltem treugas inter christianos et Sarracenos a soldano Babilonie[5], donec videlicet per regem Francorum sperata prosperitas respiraret, rescripsit idem soldanus in hunc modum:

Litere[6] misse a soldano Babilonie domino pape, quas unus cardinalium transtulit de Arabico[7] in Latinum verbo ad verbum fideli interpretacione. . . . *Et de hoc, quod dicitis vos desiderare tranquillitatem et pacem[d] et quietem, habere materiam convocandi populos ad pacem, similiter et[e] nos desideramus, nec volumus contraire, et hoc semper voluimus et desideravimus. Sed papa, quem Deus confirmet, scit, quod inter nos et imperatorem iam dudum fuit familiaritas et dileccio mutua et concordia perfecta a tempore soldani patris mei[f, 8], quem Deus ponat in claritate sua[o]! Et inter vos[g] et imperatorem[h] est sicut scitis. Unde non licet nobis aliqua componere cum christianis, nisi prius habuerimus super hiis ipsius[c] consilium et assensum. Et nos scripsimus nuncio nostro, qui est in curia imperatoris, pro causis quas detulit nuncius[i] pape, nunciantes[k] ei capitula et proposita nuncii vestri. Ipse nuncius noster veniet ad presenciam vestram et loquetur vobis et renunciabit nobis; et postquam renunciaverit, faciemus iuxta tenorem responsi. Nec discrepabimus ab eo quod videbitur utile universis, ita quod possemus habere meritum a Deo. Hec vobis annunciamus, et bonum ampliabitur[l] Deo dante. Hoc fuit scriptum[m] septima die mensis[n], que fuit septima* Iun. 4.
*lunacio Augusti[9], Maharan. Laus Deo soli, et benediccio eius super dominum nostrum Mahometum et super genus ipsius; ipse sit pars[o] nostra!*

Dubitacio, ne subsit fraus huic epistole. Cum autem hec ad audientiam papalem pervenissent, affirmavit, Fretbericum, multiformem fraudium machinatorem, hec omnia, ut ipsum papam ad pacis reformacionem facilius inclinaret, astute nimis procurasse. Quod tamen verum non apparuit, cum dominus papa nuncium proprium, fide dignum et sibi familiarem, qui et ad ipsum fideliter incolumis rediit, ad hec nuncianda et renuncianda destinarat. . . . . . .

De puerperio comitisse Cornubie, et de introduccione conventus in 1246.
domum Cysterciensis ordinis[2], quam comes Ricardus non procul a Winchecumbe fundavit. Eodem quoque anno Cincia comitissa Cornubie, uxor videlicet comitis Ricardi, filium peperit. . . . Et ne mundi leticia repentinis doloribus ac crebris carere videatur, filius, quem comitissa Cornubie comiti sepedicto pepererat, cum vix per unum mensem vixisset, humanis rebus est exemptus. Hec autem circa beate Marie assumpcionem, tempore messium contigerunt. . . . Aug. 15.

Filius comitis Ricardi[p] infans nuper natus moritur.

Quomodo Frethericus laqueos conspirantium in necem suam quasi

a) F. 1. b) *sic codd.* c) *superscr.* 1. d) quietem et hab. *Vat.* e) *deest Vat.* f) nostri *Vat.* g) nos *Vat.* h) predictum *add. Vat.* i) *ita Vat. Stad.*; nunciis *codd.* k) nunciates 1. l) in posterum *add. Vat.* m) in *add. Vat.* n) m. Maharram, que f. l. A. *Vat.* o) pax *Vat.* p) R. 1.

1) Beaulieu in Southampton com. 2) Hayles, ubi postea sepultus est. 3) Cf. supra p. 226. 4) Postquam cladem christianam a. 1244, m. Oct. factam comperit. 5) Nodjmeddin Ajub. 6) Quas *nuper acceptas* laudat papa a. 1246, Mai. 23. 7) *Greca lingua* Ann. Stad. SS. XVI, p. 370. Sed nostrum sequitur Rodenberg, Epist. pont. e Reg. Vatic. II, p. 86. 8) Kamil. 9) Error; Moharram mensis a. 1237 sqq., postea iterum a. 1269 sqq. partim cum Augusto congruit.

1246. Impertinens Anglorum historie usque huc ⊙~~~.

miraculose evaserit. Et dum mortalium status rota mundialis sic variasset, Fretherieus, quem curia Romana ab imperiali culmine precipitavit, regi Anglorum ac comiti Ricardo, fratri suo, quos inter familiares familiarissimos reputavit, hanc epistolam duxit transmittendam:

Litere Fretherici. *Fretherieus*[1] etc. *regi Anglie*[a] etc. *salutem. Ne fama preambula, que multorum variata relatibus, dum varias invenit obiter*[b] *voluntates, interdum enormiter a veritate discedit, auditum tuum*[c] *forsan offenderet, amicorum corda turbaret, aures*[d] *et animos hostium demulceret, ecce quod ipsam puram et nudam veritatem eorum que*[e] *noviter contigerunt tue devocioni presentibus*[f] *breviter denotamus. Conspirantibus*[g] *in necem nostram aliquibus excellentie nostre fidelibus, quin immo domesticis pocius et alumpnis, videlicet Thebaldo Francisco, Iacobo*[h] *de Morra, Pandulpho de Phasanellis, Guillelmo de Sancto Severino et eorum complicibus, ac*[i] *nobis per aliquos ex coniuratoribus faccionis ipsius*[k] *conspiracione nepharia revelata, ex ipsorum manibus vitam nostram innoxiam mirabiliter*[l] *Dominus reservavit. Sed cum nos tantum scelus sicut immeritum, sic incredibile primitus haberemus, priusquam*[m] *ad ulteriorem veritatis indaginem nostra serenitas perveniret, subito Pandulphus de Fasinellis et Iacobus de Morra, predicti*[n] *excogitate nequicie*[o] *principes, quos lesa conscientia stimulabat, una cum aliis sociis et participibus perpetrandi facinoris [in*[p]*] curia nostra presentibus se per fuge subsidium absentarunt*[q]*. Thebaldus vero et Gillelmus de*[r] *Sancto Severino, morantes in regno et ibidem mortis*[s] *nostre [nuncium*[o]*] tanquam indubitabilem*[t] *expectantes, et ex insperato contrarium audientes, metu terribili, velut de celo*[u] *fulminis ictu percussi, ad duo ex castris nostris, Capuacii*[2] *et Sale*[v, 3] *videlicet, sub fidelium habitu furtive subrepta, proditorie*[v*] *confugerunt; et*[u] *ubi*[w] *priusquam se possent neccessaria*[a] *rerum et hominum defensione munire, fuerunt promta fide regnicolarum preocupati fidelium et collectis undique viribus circumsepti. Nos etiam apud Grossetum tunc temporis*[4] *existentes, postquam*[x] *persone nostre periculo*[y] *providimus, in hereditario regno nostro Sicilie velut in pupillis*[z] *oculorum nostrorum offendi nullatenus pacientes, continuatis laboribus et dietis in regnum cum omni celeritate providimus procedendum. Post felicem autem ingressum nostre*[a] *maiestatis in regnum quam plures fideles nostri regnicole, qui ad proditorum nostrorum false suggestionis instantiam per mentite mortis nostre spem frivolam conspiratoribus faccionis adheserant, postquam rem in contrarium sibi cessisse videntibus ipsis*[b] *veritatis lumen enituit, proditores eosdem, tanquam ipsorum nolentes communicare versuciis, cuiuslibet spei frustratos ymagine reliquerunt. Et cum nonnisi in predictis*[c] *duobus castris tantum, Sale*[d] *videlicet et Capuacii, se temerarie*[e]*, prout prescripsimus, receptassent, unum ex castris ipsis, Sale*[f] *videlicet, Thomasio de Sancto Severino et filio eius, proditoribus nostris, ibidem*[g] *carceri mancipatis, fidelium nostrorum promta devocio per virilem et instantem expugnacionem ipsius ad maiestatis nostre dominium revocavit*[h]*. Et sic reliquo tantum ex castris*[i] *predictis, Capuacii scilicet, ad ulcionem eorundem proximo dimisso, diffugium*[k] *quod circumcingi nostrorum fidelium regni*[l] *clara devocione mandavimus, proditores predicti, quibus nulla perspicimus*[m] *suffragatura remedia, velut ex duobus supradictis*[n] *castris — cum alia munire nequiverunt — uno et*[o] *forciori perdito, manus nostras fugere*[p] *non valebunt. Et sic tam iusto iudicio quam veloci de proditoribus nominatis et ipsorum*[q] *sequacibus ulcione recepta, sic in brevi confidimus de perpetua regni nostri securitate disponere, ut nobis et successoribus nostris in regno vel extra regnum agentibus nulla prorsus in posterum dubitacio relinquatur. Ne*[r] *tamen propterea circa persecucionem nostrorum rebellium Lumbardorum*[1] *omissum forte credas nostrum propositum vel aliquatenus pretermissum*[s]*, quin per dilectos filios nostros Henricum, illustrem regem Sardinie et*[t] *sacri imperii*

a) A. 1; regibus et principibus *Petr. Vin.* b) noviter *Hu.* c) vestrum *et sic semper Hu.* d) an. et aures *Hu.* e) nobis *add. Hu. Winkelm.* f) seriatim et *add. Hu.* g) itaque *add. Hu. Wi.* h) I. de M. *des. Hu.* i) nobisque *Hu.* k) ipsorum coniuratione *Hu. Wi.* l) D. m. *Hu.* m) *sic Hu. Wi.;* postquam *codd.* n) *deest Hu.* o) malitie *Hu.* p) *sic Hu. Wi.; deest codd.* q) absentarent 1. r) de S. S. *des. Hu., ubi* predicti *add.* s) *corr.* mortem nostram 2. t) *in loco raso* 1. u) missi *add. Wi.* v) Scalam *Hu.;* Salo *Wi.* v*) proditore *corr.* prodito e 1. w) ibi *Wi.* x) *sic Hu. Wi.;* priusquam *codd.* y) periculum caute previdimus *Hu.* z) pupilla *Hu. Wi.* a) in r. n. mai. *Hu.* b) veritatis ipsius l. emicuit *Hu.* c) d. p. *Hu.* d) Scale *Hu.* e) temere pr. scripsimus *Hu.* f) Scalam *Hu.* g) nostri carceris custodie m. *Hu.* h) *corr. ex* revocacavit 1. i) c. ipsis C. s. ultioni eiusdem proxime *Hu.* k) diffigium 1. l) *deest Hu.* m) prospicimus *Hu.* n) predictis *Hu.* o) ex 1. p) effugere *Hu.* q) eorum *Hu.* r) Non *Hu.* s) intermissum *Hu.* t) in Italie partibus gen. leg. *Hu.*

1) Ficker nr. 3551. Contuli Petr. Vin. ap. Huillard-Bréholles VI, p. 403. Exstat quoque in cod. Hargrave nr. 313, f. 106, et initium usque ad l. 27. fere convenit cum epistola Hencio missa (Ficker nr. 3548) ap. Winkelmann, Acta imp. II, p. 54. 2) Capaccio prope Paestum versus orientem. 3) Sala Consilina versus meridiem et orientem a Polla aut Sala di Gioi versus mer. et or. a Capaccio; vix, ut olim putabatur, Scala prope Amalfi, statuit Ficker nr. 3550; La Sala di Calore. WINK. 4) M. Martio.

*legatum in Ytalia generalem, et Frethericum de Antiochia, Tuscie*[a] *partibus presidentem, quousque nos, regni statu cum salubritate disposito, repetamus*[b] *Ytaliam, sic predictorum*[c] *rebellium nostrorum reliquias*[d] *continuato potentie nostre malleo conteramus, quod absentiam*[e] *nostram, quam, prout*[f] *pro certo comperimus, occultis et longis insidiis procurarunt*[g], *fructuosam sibi fore non sentient*[h]; *quin pocius de nostra presenti potencia doleant, quam*[i] *in absentia glorientur, utpote cum nihil ex hiis que noviter emerserunt magnificentie nostre decreverint*[k], *in nullo propterea sit nostrum erarium diminutum. Sed nostra*[l] *tanto magis est aucta potentia viribus, tanto sunt facte divitie largiores, quanto propter enormitatem excogitati facinoris, que post pacis gustate*[m] *dulcedinem guerrarum excidia populis minabatur, circa nos nostrorum fidelium, sed popularium maxime, magis est accensa devocio fidesque firmata. Ex adieccione quoque reddituum, quibus*[n] *se proditorum ipsorum iniquitas per*[o] *offensam sponte destituit, et quibus eosdem liberalitas nostra longe lateque ditaverat, obvencionum nostrarum adauctus est cumulus, quamquam istud accesserit*[p] *nobis*[q] *invitis. Ex quo potest manifeste*[r] *comprehendi, quod magna querendorum et larga promissio per publicum adversarium nostrum*[1] *facta proditoribus ante dictis ipsos ad dimittenda quesita, licet inaniter, provocavit; cuius adversarii nomen et titulum libentissime taceremus, nisi quod illum*[s] *vox publica detegit, et evidentia factorum accusat, quamquam*[t] *nos taciturnitate nostra vellemus obtegere seu verborum involucris excusare. Predicti*[u] *nanque facinoris patratores, tam fugitivi videlicet quam obsessi, fratrum Minorum stipati consorcio, crucis ab eis signo*[v] *recepto contra nos, auctoritatem summi pontificis per apostolicas literas pretendentes, negotium aperte se gerere sacrosancte Romane matricis*[w] *ecclesie predicant ac*[x] *predicte mortis et exheredacionis nostre summum pontificem sic*[y] *asserunt incentorem*[2]. *Hoc ipsum captivi prefati, quos in expugnacione castri Sale*[z] *fidelium*[a] *nostrorum promta devocio carceri mancipavit, in spontanea et extrema confessione sua, quando*[b] *mentiri nepharium extimant*[c], *morientes coram omnibus*[d] *sunt confessi. Babbergensis*[e, 3] *etiam episcopus, cum post venalem consecracionem, immo*[f] *pocius execracionem suam, cornutus a curia Romana rediret, priusquam a nostris fidelibus in Theutonia*[g] *caperetur*[4], *futurum infallibiliter publice predicavit, quod nos infra breve tempus per familiares et*[h] *domesticos nostros occidi morte turpissima debeamus*[i]. *Hec*[k] *nos, teste summo*[l] *Iudice, cum verecundia loquimur, velut qui nunquam diebus nostris scelus huiusmodi videre credidimus nec audire, quod gens nostra et pontifices nostri tam crudeli morti aliquem*[m] *tradere*[n] *nequiter voluissent. Abfuit enim a nobis semper hucusque, novit Altissimus, abhominacio talis, quod*[o] *post voluntarium et iniquum istius pape processum contra nos in Lugdunensi concilio celebratum in necem suam vel alicuius ex fratribus consentire vellemus, quamquam inde*[p] *fuerimus per nonnullos nostre fidei fervidos*[m] *zelatores multociens requisiti; sola*[q] *semper exstitimus iniuriarum nostrarum propulsacione contenti, nos iuste defendere, non ulcisci, sufficiens reputantes. Pugnat enim pro nobis Dominus*[r] *evidentissime; nedum*[s] *quod animam nostram*[t] *de manibus inimicorum nostrorum eripiat, quinimmo nocentium vires et corpora tradit*[u] *in nostras. Nuper enim, cum*[m] *cardinalis*[v] *Reinerius*[5], *nostri honoris*[w] *et nominis emulus, instigante prefato*[m] *Iacobo de Morra, proditore nostro, cum Perusinis et Asisinatibus, rebellibus nostris, prope castrum Aspolli*[x, 6] *ultimo*[y] *proximo preteriti mensis Marcii ad dampnificacionem nostrorum* Mart. 31.
*fidelium convenissent*[z], *Marinus de Ebulo, sacri*[a] *imperii capitaneus in Ducatu, fidelis noster,*

a) *ita* 2. *Hu., Math. in marg.* 1; Etrurie *in contextu* 1. b) personaliter accedamus, deputaverimus Italiam gubernandam, ut sic *Hu.* c) proditorum n. et reb. *Hu.* d) in adventu nostro *add. Hu.* e) potentiam *Hu.* f) sicut *Hu.* g) conteri *add. Hu.* h) sentiant *Hu.* i) quamquam *Hu.* k) decreverit et in *Hu.* l) t. m. est adaucta nostra *Hu.* m) *corr. ex* gustare 1. n) de q. *Hu.* o) propter *Hu.* p) acciderit *Hu.* q) renitentibus et *add. Hu.* r) manifestissime *Hu.* s) *deest Hu.* t) quam *superscr.* 1; quem *Hu.*; quam *Petr.* u) Prefati *Hu.* v) c. nos s. rec. *Hu.* w) matris *Hu.* x) et *Hu.* y) *in marg.* 1; *deest Hu.* z) Scale *Hu.* a) n. d. p. f. *Hu.* b) cum *Hu.* c) estimant *Hu.* d) proh pudor *add. Hu.* e) Barensis archiepiscopus *Petri Vin. ed.*; Bamberg. *corr. ex Matheo Hu.* f) i. p. ex. *des. Hu.* g) Thuscia *Petr. Vin.* h) atque d. o. nostros *Hu.* i) deberemus *Hu.* k) Hoc *Hu.* l) supremo *Hu.* m) *deest Hu.* n) nos *add. Hu.* o) etiam *add. Hu.* p) nos *Hu.* q) sed sola *Hu.* r) e. D. *Hu.* s) qui n. *Hu.* t) innocentem *add. Hu.* u) tradidit *Hu.* v) cardinale Raynerio *Hu.* w) n. et h. emulo *Hu.* x) Spelli *Hu.* y) ultima die proxime *Hu.* z) procedente *Hu.* a) fidelis noster in duc. Spoletano cap. [vicarius *corr. Hu.*] generalis quorundam Theutonicorum qui sic *Hu.*

1) Papam manifeste accusavit imperator a. 1247, m. Apr. nobilibus Franciae scribens: *conspiratores in necem nostram comparavit* (Ficker nr. 3617). 2) Hoc loco imperator dicit, quod notes velim, papam litteris ad ipsum oppugnandum tantum proditores incitasse, nonnisi aliorum testimoniis constare eum necem ipsius molitum esse. 3) Henricus. 4) A. 1245, *in adventu Domini*; Schirrmacher IV, p. 427. 5) Diac. S. Mariae in Cosmedin. 6) Spello inter Assisi et Foligno.

1246. *stipendiariorum et aliorum nostrorum fidelium, qui sic instanter haberi poterant, munitus auxiliis, in virtute nostri nominis et excellentie nostre[a] felici fortuna hostes ipsos viriliter et[b] potenter aggrediens, fide pocius quam armatorum[c] multitudine preditus, devicit eosdem, ita quod, preter eos qui fidelium nostrorum gladiis sunt perempti, ultra 5[d] milia de rebellibus ipsis per fideles nostros captos carcer noster includit. Que[e] omnia[f] tibi[g] significamus ad gaudium, quem[h] probabiliter credimus, immo scimus, nobis in[i] adversitatibus compati et in prosperitate[k] successuum congaudere. Nec tamen hiis terminis nostram et tuam claudi leticiam pro-*
Apr. 18. *spere fortune fertilitas[l] et nostre iusticie debitum[m] permiserunt; octavo decimo[n] nanque presentis mensis Aprilis civitas Capuacii, qua[o] versus terram municio cingebatur[p], celeriter ac[q] viriliter extitit expugnata per fideles nostros regnicolas, ad infidelium necem ob vindicandam non magis nostrorum[r] quam ipsorum native regionis iniuriam[s] rabie quadam furoris accensos; quo[t] factum est, ut sic prope[u], sic undique nostra potentia pertingat obsessos, quin pocius carceratos[v], ut ab[w] ulcionis nostre iudicio sola se valeant spontanei gladii morte subducere*
Apr. 15. *vel excelse rupis ex parte maritime precipicio[x] liberare. Datum[y] Salerni 15.[z] Aprilis, 4. indictione.*

I t e m  m a g i s t e r  W a l t e r u s  d e  O c r a  d o m i n o  r e g i  d e  h u i u s  r e i  p r o s e c u c i o n e. Magister autem Walterus de Ocra, clericus Fretherici, credens sicut et dominus suus Fretherícus, quod dominus rex Anglie in suo proposito firmiter permaneret, videlicet ut importunitati Romane curie viriliter resisteret, ipsi regi quasi ad consolacionem et formidinis amocionem hanc epistolam duxit transmittendam:

*Illustri*[1] *regi Anglie* etc. *magister W. salutem. Quia scio vos letari de prosperitate domini mei, noverit dominacio vestra, quod idem dominus noster octo diebus circa exitum Iulii proximo preteriti tam per septem trebuchetta ordinata, que tam de die quam de nocte in castrum Capuacii[a] proicere non cessabant, quam per insultus validos et continuos[b] 5 dierum, similiter tam de die quam de nocte factos, Theobaldum Franciscum, Gillelmum[c] de Mannia[2], Gillelmum de Sancto Severino, Galfridum de Morra, Robertum et Ricardum de Fasenellis, proditores et reos mortis sue, cum centum et quinquaginta aliis inter milites, balistarios et alios familiares ipsorum, de quibus erant quadraginta Lumbardi obsides et prodicionis tempore per Theobaldum ipsum liberati, ad illam impotentiam deduxit, quod nulla ratione nec de persona nec de membris poterant se iuvare. Et sic per insultus predictos captum est[3] castrum ipsum cum omnibus supradictis; qui omnes, antequam ducerentur ad dominum, salvo[4] mandato domini pape, exoculati sunt, omnibus ipsis et singulis manu, naso et tibia mutilatis. Et disposuerat dominus predictum Theobaldum cum aliis quinque reis mortis sue per diversa mundi climata ad omnes reges et principes cum bulla papali impressa in fronte, ibidem inventa, in publicam prodicionis noticiam destinare. Capte sunt ibi etiam viginti due nobiles domine, coniugate, vidue et puelle, et de mandato domini certis custodibus assignate; castrumque ipsum a primario lapide fundamenti eversum est, et quicquid intra preter personas inventum est, redactum est illico in cineres et favillas. Idem autem dominus imperator, omnibus ordinatis, et cum Romanis[5] et Venetis iam bona pace firmata, cum ingenti militia circa pascha iuravit et infallibiliter ordinavit in Alemanniam[6] se conferre. Ubi dominus rex, filius eius, in*
Iul. 25. *festo sancti Iacobi[7] proximo preterito cum inimicis incaute congressus[d], per prodicionem duorum comitum Suessorum[e], de Citobergo[f,8] videlicet et de Croheling[g], qui, receptis[h] a summo pontifice 7[i] milibus marcarum argenti, convencione preterea facta et per literas apostolicas confirmata cuilibet eorum de medietate ducatus Suavie, si, rege in campo deducto et hora belli*

a) necnon *add. Hu.* b) ac *Hu.* c) m. pred. arm. *Hu.* d) decem *Petr. Vin.* e) Que — congaudere *post* liberare *(l. 14) posita Hu.* f) *deest Hu.* g) vobis *Hu.* h) quos *Hu.* i) nostris *add. Hu.* k) prosperitatibus *Hu.* l) felicitas *Hu.* m) *sic Hu.*; debite promiserunt *codd.* n) n. d. die *Hu.* o) cuius *Hu.* p) circumcingebatur *Hu.* q) et *Hu.* r) nostram *Hu.* s) et gentis opprobrium *add. Hu.* t) quod *Hu.* u) prospere *Hu.* v) detineat *add. Hu.* w) ab u. n. i. *des. Hu.* x) precipucio 1. y) Datē, e *expunct.* 1; Date *Hu.* z) 25 *corr. censent Böhmer et Hu.*; *sed epistolae* 15. *Apr. conscriptae sententiam de re Apr.* 18. *facta postea additam esse, monet Ficker.* a) Capuē 1. b) continos 1. c) Gisolfum *Hargr.* d) est *add. Hu. fort. ex cod. Hargrav.* e) *corr. e* Suessiorum 1; Suevorum *corr. Hu.* f) Vitenbergo *corr. Hu.* g) Gruningen *corr. Hu.* h) recepto 1. i) VI *Hargr.*

1) Ab aula imperatoris, m. Sept. scriptam esse hanc epistolam coniicit Ficker nr. 3579. Contuli Huillard-Bréh. VI, p. 458, qui cod. Hargrave adhibuit. 2) Cf. de eo Winkelmann, Acta imperii I, p. 684. 3) Iul. 17. 4) Ironice hoc dictum esse monet Huillard. 5) Hi quamvis papae faventes tunc ab imperatore non lacessebantur; Gregorovius V, p. 253. 6) Cf. Ficker nr. 3608a. 7) Potius Aug. 5; haec Matheus supra p. 279. exscripsit. 8) Ulrici de Würtemberg et Hartmanni de Gröningen.

*ibidem dimisso, de excercitu recederent, sine bello repente prodicione*[a] *et sicut pepigerant, in* 1246. *primo belli congressu, depressis vexillis et vadato flumine, cum duobus milibus militum et balistariorum fugiendo de excercitu recesserunt; rex ipse in magno discrimine, in medio inimicorum suorum cum mille tantum equitibus remanens, quantumcunque tam ipse quam sui, qui remanserunt cum eo, pugnarent viriliter, perdidit tamen ad ultimum ducentos de suis, et se ipsum salvavit in civitate de Franceford. Post paucos autem dies, predictis omnibus qui capti fuerant liberatis per fideiussionem vel obsides aut redemptis, resumptis magnifice viribus, adversarios suos ubique potenter persequitur et expungnat. Et*[b] *numero ituri sunt*[1] *ad eum de regno Francie et Burgundie partibus citra Sonam, tum de consanguineis suis tum de amicis domini nostri, quingenti milites; cum quibus vadunt dux Burgundie*[2]*, dux Lotaringie*[3]*, comes Cabilonomie*[4] *et comes Barremsis*[c, 5].

Ad nihilum redacta est spes habita de regis constantia resistendi Romanorum avaricie. Eisdemque diebus enervatus est regis rigor, quem viriliter conceperat, ut protervitatem Romane curie constanter, ut sperabatur et firmiter credebatur, potenterque refrenaret. Et hoc, ut veraciter dicebatur, consiliis eorum qui opimos redditus suos amittere per papalem indignacionem vehementer formidabant; que enim nimis precordialiter amabant, elabi verebantur, secundum illud poeticum:

*Res est solliciti plena timoris amor.*

Aversis igitur oculis et clausis auribus, dominus rex ad arbitrium voluntarium Romanorum, regni sui et rei publice inimicorum, permisit licenter ecclesiam Anglicanam sex milibus marcarum ad magnam tocius regionis nostre depauperacionem spoliari. Quas asportantes nuncii ac mercatores papales in auxilium andegravii, insidias Fretherici non penitus evaserunt. Qui graviter[d] redarguit Anglicos effeminatos, qui, se ipsis depauperatis, omne genus hominum tolerant saginari; gravemque de comitis Ricardi effeminata connivencia et super hoc consensu reposuit coram suis commilitonibus querimoniam, qui in regni Anglicani perniciem parti papali videbatur consensisse et in imperii detrimentum, eo quod de cruce signatorum collectis substanciolis, permittente papa, thesauros non minimos exaggeravit. Crevit igitur Romanorum audax protervia tanto procacius, quanto nullum in rapinis suis senserant contradictorem. Fugant fugientes, et fugiunt fugantes. Decrevitque Anglorum subpeditatorum, quorum inimici sunt iudices, spes cum consolacione. . . . . . . cf. Deut. 32, 31

Verba notabilia magistri Iohannis Anglici cardinalis ad dominum papam. Sevientibus eodem tempore mundi maris turbinibus, cum audisset papa, quod dominus rex Anglie parabatur animose exaccionibus suis contradicendo resistere, quia nec advenerant nuncii, qui effeminatam formidinem suam et incurvacionem[e] ipsius nunciarent, in iram magnam excanduit vehementer et regnum Anglie ulciscendo supponere proposuit interdicto. Cui talia infrunito spiritu proponenti se magister Iohannes, nacione Anglicus, monachus Cisterciensis ordinis et cardinalis[6], opposuit, dicens: 'Domine, pro Deo parcatis ire vestre, si dicere licet, indiscrete, frenoque temperancie motus voluntarios compescatis, considerantes, quoniam dies mali sunt! Terra Sancta patet discrimini; Greca ecclesia recessit a nobis; adversatur nobis Fretherieus, quo non est potencior, immo nec par inter principes christianorum; vos et nos, qui culmen sumus ecclesie, a sede papali, immo ab ipsa Urbe, immo ab Ytalia exulamus expulsi; Hungaria cum suis terris sibi conterminis nichil aliud nisi a Tartaris expectat exterminium; Alemannia suis guerris concutitur intestinis. . . .' Et cum nec ad hec verba mens papalis contrita ad compassionem vel humilitatem inclinaretur, quin ad penam et ulcionem inflammaretur, advenerunt nuncii ab Anglia, animum papalem emolumentis inhiantem mitigantes et affirmantes, quod per amicos suos specialissimos[7] in Anglia, quos non licet mihi hec scribenti ad presens nominare, incurvatus est animus regis, ut quod optat effectui celeri mancipetur; unde gaudium vultum et animum eius mirifice serenavit. . . . . . .

Responsio cleri coram episcopo Londoniensi super irracionabili

a) proditorie *forte corrigendum.* b) Enimvero *corr. Hu.* c) Burensis *Hargr.* d) grev. 1. e) incurvacon. 1.

1) Haec nusquam alibi referuntur. 2) Hugo; cf. infra p. 286, n. 7. 3) Matthaeus. 4) Iohannes de Chalon-sur-Saône. 5) Theobaldus. 6) Presb. S. Laurentii in Lucina. 7) Fortasse dicitur Ricardus comes Cornubiae; cf. supra p. 280.

1246. exaccione domini pape. . . . Alia causa et ratio: . . . *Nec contingeret in toto regno tantam pecunie summam invenire, quod in gravi necessitatis casu per experientiam alias est declaratum, videlicet cum*[1] *nobilis memorie quondam Anglie rex Ricardus in partibus remotis captus esset et detentus, ad ipsius liberacionem sexaginta milia marcarum soluta fuerint; ad quod solvendum totum regnum contribuerat, nec exolvi poterat ad plenum, nisi ad hoc perficiendum cruces et calices ecclesiarum in solutum pro parte traderentur.* . . . . . .

Quomodo dicebatur, quod duo facinorosi missi fuerunt per Fretthericum, ut dominum papam interficerent subdole. Eisdem diebus transmissi fuerunt ad curiam Romanam duo facinorosi temerarii per Fretthericum, qui more assesinorum dominum papam subdola conspiracione interficerent. Casu igitur inopinato capti sunt et incarcerati, iudicium super crimen lese maiestatis expectantes. Fuerunt tamen qui dicerent, hoc astute fuisse adinventum[2] et fraudulenter procuratum, ut sic scilicet Fretthericus, qui sibi consimilem casum papa procurante nuper contigisse protestatus est[3], consimili culpa diffamaretur. . . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . Romane curie infamis et turbulentus.

Anno Domini 1247. . . . De conspiracione facta inter quosdam nobiles in regno Francorum contra papam[4]. . . . Item eorundem conspiratorum scriptum[5] execrabile contra clerum. . . . *Nos omnes regni maiores . . . sancimus, . . . ut sic iurisdiccio nostra resuscitata respiret, et ipsi hactenus ex nostra depauperacione ditati, quibus Deus*[a] *propter eorum superbiam prophanas voluit revelare contenciones, reducantur ad statum ecclesie primitive; et in contemplacione viventes, nobis, sicut decet, activam vitam ducentibus, ostendant miracula, que dudum a seculo recesserunt.*

Hec[b] cum audisset papa[6], ingemuit spiritu perturbato, et cupiens eorum emollire corda et constantiam enervare, admonicione premissa, eos minis perterruit, nec se sic sensit prevalere. Contulit igitur multis consanguineorum eorum multa beneficia ecclesiastica et licentiam plura optinendi cum indulgentiis[c] multis, necnon et plura ipsis nobilibus contulit donativa, et sic multos eorum a predicta presumpcione[d] revocavit. Multos tamen perterruit huius tenor epistole, credebaturque hec a consensu Fretherici[7] emanasse, maxime cum huius clausula finalis concordet epistole Fretherici, quam multis misit principibus, in cuius fine sic dicit: *Semper fuit nostre intencio voluntatis, clericos cuiuscunque ordinis ad hoc inducere et maxime maximos, ut tales perseverarent in fine, quales fuerunt in ecclesia primitiva, apostolicam vitam ducentes, humilitatem dominicam imitantes. Tales namque clerici solebant angelos intueri, miraculis choruscare* etc. Respice[e] in folio 15. antecedenti[8].

1247. Febr. 3. De parlamento habito Londoniis, ubi querele querelis super exaccionibus papalibus accumulabantur. In crastino igitur purificacionis beate Marie[9] . . . . . .

Adducuntur ultramarine muliercule, ut nobilibus Anglie maritentur[10]. Et dum nec adhuc memoratum concilium solveretur, Petrus de Sabaudia comes Richemundie ad curiam regiam[f] Londoniis perveniens, secum de partibus suis longinquis incognitas nobilibus Anglie, quos in custodia sua dominus rex educaverat, puellas adduxit maritandas. Quod multis Anglie naturalibus et indigenis, qui se spretos censuerunt, molestum videbatur et absurdum. . . . . . .

Papa . . . in Angliam magistrum Marinum, alterum Martinum[11], capellanum suum, . . .

a) Dominus *Hu.* b) *hoc caput in marg.* 1. c) indulgiis 1. d) presupc. 1. e) Require in anno 1245. in epistola Frezerici ad regem Anglie missa et singulis principibus 2. f) regis 2.

1) A. 1193. 2) Ut in necem papae consentiret, per zelatores se requisitum esse professus est ipse imperator supra p. 283. 3) Supra p. 283. 4) M. Nov. 1246; Huillard-Bréholles VI, p. 468. Cf. querelas e regno Franciae a. 1247, Mai. 2. ad curiam papae prolatas infra p. 288. 5) Ib. p. 467. 6) A. 1247, Ian. 4. Ottoni episcopo Tusculanensi mandavit, ut barones Franciae, qui enormia statuerant, excommunicaret; Potthast, Reg. nr. 12385. 7) De foedere tunc ab imperatore cum duce Burgundiae aliisque fortasse icto cf. Hüffer, 'Stadt Lyon' p. 89. 8) Supra p. 270. 9) Sequuntur epistolae quas *universitas cleri et populi per provinciam Cantuarie constituti* papae et cardinalibus, ne Anglia tributis opprimeretur, miserunt. 10) Forsitan noverit noster tabulam ab Henrico III. a. 1246, Ian. 16. comiti Sabaudiae datam, *quod unam filiarum filiae comitis maritari faciet vel Iohanni vel Edmundo comitibus Warenniae et Lincolniae* futuris; ap. Rymer I, p. 264. 11) Cf. supra p. 244.

destinavit. . . . Illis quoque diebus missus est a domino papa Godefridus, filius prefecti Rome, electus Beethlimitanus, legatus in Scociam. . . . Eisdemque[a] diebus missus est in Hiberniam magister Iohannes Rufus ad pecuniam ibidem colligendam. . . . Memoratus igitur Iohannes[b] tam vigilanter mandato papali et sue indulsit utilitati et lucro, ut sex milia marcarum ab Hibernia extorsit; que per conductum religiosorum in festo sancti Michaelis fecit Londonias transportari et thesauro papali gaudenter accumulari. Que omnia Frethericum minime latuerunt. . . . . . . 1247. Sept. 29.

Causa propter quam dominus papa vehementer sibi formidabat. Et dum evi nostri fugitiva volumina sic prolaberentur, quidam de militibus Fretherici Radulphus nomine iratus, eo quod non tempestive sua a domino suo stipendia pro merito recepisset, recessit ab eiusdem clientela comminando; erat autem idem Radulphus[c] astutus mente, corpore strenuus et peritus preliorum. Et desiderans dampnificare Frethericum quondam dominum suum, Lugdunum adiit, querens dominum, sub quo utilius militaret utpote stipendiarius, nullum habens certum domicilium. Et hospitatus est in domo cuiusdam hospitatoris nomine Reginaldi. Et post aliquot dies forte transitum illac faciens magister Walterus de Ocra, memorati Fretherici[d] clericus et consiliarius specialis, in eodem hospicio, quia sibi[e] solito, se recepit. In quo videns dictum Radulphum militem, ipsum quasi notum salutavit familiariter ex nomine, inquirens, quid ibi ageret, et consequenter, quare a domino suo, cui diu servierat, sic recessisset; et[f] plenarie causam inquirendo cognovisset, interogavit[g], si adhuc alium dominum sibi adquisisset. Cui ille: 'Non, quia ignotus sum'. Et magister Walterus[h]: 'Amice, revertere ad fidelitatem et obsequium domini mei, qui talibus multum dinoscitur nunc indigere; et omnia tibi debita restituam, immo etiam addam ampliora'. Quod cum concessit Radulphus gaudenter, ait magister Walterus[h]: 'Prospere se haberet dominus meus, si non ipsum inquietaret, immo non impeteret, capitalis eius inimicus et indefessus persecutor papa. Cuius si sontem vitam velles et valeres caute surripere, retribuciones inestimabiles multiplicabo, quod tibi promisi indubitanter adimplendo et trecenta talenta repromissis cum multis[i] redditibus, cum mei gracia domini multum tibi lucrosa, accumulando. Sic etenim domini mei tribulacio, immo tocius mundi tempestas, sedaretur. Nec huic facto credas subesse peccatum, cum papa, qui forma et exemplum[k] tocius teneretur esse religionis, usurarius sit manifestus, fomes symonie, pecunie sititor ac raptor, ipsiusque curia forum institorum, immo pocius meretricale[l] prostibulum'. Cui Radulphus: 'Si promissa subarrando dictis facta compensaveris, faciam quod hortaris'. Et cum prestito iuramento cavens pro domino suo et se plene spopondisset magister Walterus, consensit in facinus memoratum Radulphus, datis et pollicitis[m] pluribus enervatus. Ad quod etiam archanum consilium hospitem eorum, dictum Reginaldum, simili obligacione attraxerunt, tandem consentientem, qui notus erat summo pontifici ac suis ministris. Iste locum et tempus, ubi et quando, insidiando diligenter, ut papa interficeretur, tenebatur considerare et cesorem caute introducere; et sic recessit magister Walterus. Accidit autem infra paucos dies sequentes, ut idem Reginaldus graviter et usque ad mortem imfirmitate subita correptus, presbytero suo in confessione hec omnia seriatim insinuavit moriturus, et sic penitens in fata concessit. Sacerdos autem statim hoc iminens periculum pape fiducialiter intimavit. Missis igitur expeditissimis nunciis repentine armatis, captus est miles sepedictus, scilicet Radulphus. Qui cum omnia constanter imficiaretur, tandem tormentis exquisitis expositus, virus conceptum prodicionis prenotate evomens, rei veritatem eminus toti papali curie propalavit[1]. Et hec omnia ad improperium Fretherici suorumque, ut gravius scandalizaretur et condempnaretur[n], in scriptum bullatum sunt redacta.

Alii ob similem caŭsam capiuntur. Et circa eadem tempora capti sunt duo milites Ytalici Lugduni pro eadem culpa, qui post capcionem suam affirmabant circiter quadraginta milites audacissimos in necem pape prestito sacramento conspirasse; qui, si etiam Fretherictus defunctus esset, propter nullam mortis penam non omitterent, quin ipsum

a) Eisd. — latuerunt *in marg.* 1. b) I. 1. c) R. 1. d) F. 1. e) ibi 2. f) cum *suppl. edd.* g) *sic* 1. h) W. 1. i) mltis 1. k) explum 1. l) meritr. 1. m) pollicis 1. n) condempnarētur 1.

1) Cf. Friderici II. epist. in Franciam fere m. Apr. missam (Ficker nr. 3617): *Extorta ~~dicitur~~ subornata confessio, quod per quosdam ex nostris mortem pape fuerimus machinati. . . . Huiusmodi vile propositum prorsus inutile censeretur; . . . litem istam nobis et posteris nostris efficeret immortalem.* Cf. infra a. 1249. epist. Reinerii cardinalis.

1247. papam, tocius mundi perturbatorem et ecclesie maculatorem, in frusta trucidarent, credentes firmissime se Deo et hominibus placencia consummasse, si talem feliciter iugulassent.

**Timens sibi latuit papa.** Ex hoc igitur tempore dominus papa in camera sua latuit, circiter quinquaginta armatis die ac nocte diligenter custoditus; nec est ausus extra cameram suam vel castrum vel palatium suum eminus apparere in tantum, ut ad ecclesiam iret missam celebraturus. Necesse est enim, ut multos timeat, qui a multis timetur, et multorum perturbator multipliciter perturbetur*. . . . . .

**Fretherieus pacem init cum multis, et eidem dextras dant Mediolanensium nonnulli.** Eodemque anno, diebus sub eisdem Fretherieus considerans,

*) **Item[1] litere[2] terribiles de curie Romane despectu.** *Archiepiscopus[a, 3] Cantuariensis Petro de Sabaudia salutem. Imperator in permaxima multitudine intravit Lumbardiam et in recessu presentis nuncii fuit Cremone[4], ubi Mediolanenses et alii rebelles imperii verba pacifica per legatos suos de die in diem proferre non cessant[b]; et creditur, quod in brevi ei pacificabuntur. Suessionensis[5] etiam et Trecensis[6] episcopi pro se et pro omnibus prelatis regni Francie, archidiaconus Torronensis[7] et prepositus Normannie pro capitulis et universitate cleri et* Mai. 2. hoc[c] anno 1247. *dominus Ferricus Paste[8] miles ex parte regis Francie in crastino apostolorum Philippi et Iacobi venerunt ad curiam, exponentes gravamina que regno Francie per ecclesiam Romanam inferuntur: primo de usurpacione iurisdiccionum in congnicionibus causarum; secundo de iudicibus executoribus ac conservatoribus Templariorum, Hospitalariorum et aliorum religiosorum ac Romanorum et quorundam aliorum in regno Francie, qui passim et indifferenter suspendunt inferiores et etiam superiores prelatos et alios, clericos et laicos excommunicando et terras eorum interdicto supponendo, nullatenus sine scandalo et gravi discrimine salutis eterne; tercio de beneficiis et pensionibus Ytalicis et aliis a papa datis in regno; quarto de subvencione imperii Constantinopolis; quinto de intolerabili subvencione ecclesie Romane; sexto et ultimo de privatis legatis et nunciis per provincias pro exaccione pecunie destinatis. Hiis in presencia pape et fratrum publice expositis a nunciis antedictis,* Mai. 3. *sequenti die respondit papa ad proposita: ad primum, quod omnem usurpacionem ab ecclesia noviter factam super iurisdiccione temporali, si aliqua esset, quod tamen non credit, paratus est loco et tempore revocare, de illis autem de quibus ecclesia extitit in possessione vel quasi non intendit aliquid immutare; ad secundum, ordinabit in singulis provinciis unum vel duos viros electos, qui talia gravamina, cum requisiti fuerint, revocabunt; ad tercium, possessa iam beneficia ab Ytalicis non revocabit, sed pensiones et optentas et etiam obtinendas a quibuscunque personis revocabit expresse; ad quartum et quintum, quod mittet literas et nuntium specialem ad proximum parlamentum in Franciam et ordinabit ita, quod omnia procedent cum tranquillitate et pace ecclesie; ad ultimum, quod omnes tales nuncios et legatos finaliter revocabit, de cetero non reversuros auctoritate sedis apostolice.* Mai. 4. *Tercia die recesserunt nuncii predicti indignati, quia visum fuit eis, quod minus suffitienter fuerat eis responsum. Preterea nuncii baronum confederatorum in Francia contra ecclesiam, quorum confederacioni ipse rex Francie de novo, ut dicitur, in curia prebuit iam assensum per apposicionem sigilli regalis una cum sigillis baronum eorundem, ingressuri erant curiam proximis diebus, set nescitur, que proponere debeant; veruntamen curia ista non creditur in adventu eorum ridere. Speratur etiam a multis tam cardinalibus quam aliis curialibus in brevi reformacio imperatoris cum ecclesia. Dicitur enim, quod ecclesia ulterius non potest sustinere pondus diei et estus,* (cf. Matth. 20,12.) *et quod in eius deposicione nimium fuit ecclesia per concilium circumventa et preceps et minus circumspecta. Preterea versus partes Germanie nullus stat pro ecclesia nec cum ecclesia post mortem landegravii[9], sed omnia cedunt voluntati regis Conradi. Dicitur etiam, quod Tartari reversi sunt super regnum Hungarie. In recessu presentium portitoris alia non dicebantur in curia relacione digna. Veruntamen adventus imperatoris multum timetur a papa et cardinalibus, sed non ab omnibus cardinalibus. Quidam enim eorum levissime gerunt, ut videtur, capcionem Gregorii de Monte-longo[10], legati Lumbardorum, similiter et Stephani Bardenensis[11] electi, nepotis pape, quos rex Gallure et Turris[12] nuper cepit et tenet captivatos una cum toto thesauro ecclesie, qui in subsidium Lumbardorum mittebatur per eosdem, magna parte cardinalium contradicente. Et dicitur, quod predictus nepos pape traditus est dirissimis questionariis, per quos dicitur ipsum multa esse confessum, nisi pax cicius reformetur, in obprobrium sempiternum ecclesie Romane que poterunt redundare. Vale!* Lib. additam. ed. Luard VI, p. 131.

a) arch. C. P. de S. *rubr. in marg.* c. b) cessat c. c) *in marg.* c.

1) Praecedunt litterae supra p. 258. et p. 269. subiunctae. 2) Datae post Mai. 4, sed antequam Iul. 2. Innocentius IV. (ap. Winkelmann, Acta imp. II, p. 723) haec scripsit: *Fredericus versus partes Lugdunenses venturus retrossum abire compulsus, cum Parmam ammiserit.* 3) Bonifacius, frater Petri. 4) M. Apr. 5) Guido. 6) Nicolaus. 7) Turonensis. 8) Inter Ludovici IX. milites aulicos et nuncios saepe a. 1233—1241. occurrit; cf. SS. rer. Gall. XXI, p. 229. 896; XXII, p. 854. 9) Henricus Raspo obiit Febr. 16. 10) Hic paullo post Parmensibus ab imperatore obsessis praeerat. An falsus rumor? 11) Quis hic sit, nescio. LUARD. 12) Hencius.

mundum iam contra eum fremere et frementem erigi, Mediolanensibus[1] pacem et cum debita 1247. subieccione et reverentia postulantibus, fretus sapientum consilio, benigne concessit. Nam hoc idem dicti cives humiliter petere districte cogebantur. In ultimo enim certamine inter ipsos et Conradum[a,2], Fretherici filium, inito deteriorem calculum[b] reportarunt, et multis captis per insidias latitantium, post terga in ipsos subito irruentibus[c], cives plurimi ceciderunt. Quibus captis et incarcerandis Fretherici pepercit innata nobilitas, ut ipsos caucius ad subieccionem, quos nequiverat violenter, edomans revocaret. Veruntamen preceperat, cum in civitatem suam intraverant, vias eorum undique sibi precludi. Cives igitur, quibus ex[d] commercio fuit necesse vivere, quasi obsidione vel carcere tenebantur inclusi. Non enim vel ad nundinas vel portus vel civitates finitimas sine periculo suorum corporum vel bestiarum aut possessionum libere poterant transmeare. Redeuntibus igitur[e] multis ad pristini ac debiti sui domini fidelitatem, aperuit Fretherieus sinum misericordie, et sic ad unitatem imperii et pacem, sibi et eis utilem, per longa et dampnosa certamina etiam invitos prudenter revocavit. Nec curarunt extunc dicti cives pape, qui eos pollicitis[f] suis nimis fallacibus deceperat, amplius adherere.

De morte andegravii Duringie, in cuius sinu reposita fuit tota spes pape. Ipso quoque tempore quadragesimali[3], ne terremotus supramemoratus minaci Febr. careret significacione, cum dominus papa in pecunie thesauris undecunque subrepte impreciabilibus et innumerabilibus[g], quibus habundabat, frustra confidens, andegravium* suum, quem in imperatorem promovere desideranter proposuerat, iam in regem Alemannie sublimatum coronare sollempniter et indubitanter, sine alicuius impedimento vel contradiccione, credebat, Conradus[4], filius Fretherici, per exploratores expeditissimos certificatus et super[h] his omnibus plenius edoctus, cum inestimabili, quem undecunque potuit conflare, excercitu[i] repentino impetu raptus supervenit ad locum, ubi dictus andegravius, papa sic procurante, nimis pompose fuerat coronandus, ubi omnia necessaria ad tantam sollempnitatem preparabantur. Metuens tamen dictus Conradus[a] fata martis ambigua, 15[k] milia armatorum in quodam archanō diverticulo[l], non multum remoto[m]; qui ei, si necessitas ingrueret, lituo provocante, auxiliando tempestive succurrerent. Et ecce, ante expectatum, interrupto gaudio festivali, factus est repente congressus acerrimus et cruentissimus. In cuius inicio Conradus[a] multos de suis nobilissimos, verso prelii pondere super ipsum, amisit trucidatos. Et cum eidem confusionis periculum imineret, signo non moroso eminus facto, advenerunt milites animosissimi, qui in latibulis expectaverant rapida velocius aura; et cf. Ovid. Met. 11, 269. moras, quas egre toleraverant, viriliter redimentes, hostibus obviantes iamiam fere victoria potitis, omnes sibi resistentes in ore gladii trucidarunt. In quorum adventu respiravit Conradus[a],

Ovidius. *Ut solet infuso vena redire mero.* Ex Ponto 1, 3, 16.

Et ecce redivivo certamine marcio, armorum tinnitus, hastarum fragor, tumultus ictuum, equorum hinnitus, vociferantium cohortacio, vulneratorum clamores, morientium gemitus, ipsum aera cum densi pulveris elevacione et fumo hanelantium et sanguinis profluvio videbatur perturbare. Tanto igitur ac tali bellicoso impetui non valentes Alemanni et qui cum andegravio[n] resistere, vel turpiter fugientes vel insanabiliter vulnerati cesserunt devicti. Quorum plurimi capti sunt, hostium arbitrio carceribus mancipandi. Facta igitur strage miserabili et christiani sanguinis sic fusi iactura irrestaurabili, fugit andegravius; et in absconditis sese recipiens, gemitus ingeminando, tabuit pre dolore. Iamiamque in magna parte verificatum est, quod[5] Fretherici procurator Thadeus in concilio Lugdunensi, cum sententiam dominus papa in dominum suum fulminasset, ait: 'Heu, heu, Soph. 1, 15.

*) *In marg. depicta sunt inversa lancea*[6] *et scutum divisum in 8 triangula angulis se in scuti centro tangentia, alternatim quaterna aurata, quaterna caeruleata, quae singula medio circulum rubrum exhibent; nonus denique circulus ruber apparet in centro scuti.*

a) C. 1. b) calcalum 1. c) *sic codd.;* irruentium *emend. edd.* d) *superscr.* 1. e) i. m. ad *in loco raso* 1 f) pollicis 1. g) innumerabibus 1. h) s. his *in loco raso* 1. i) excertu 1. k) V 2. l) *sic* 2; diverculo 1. m) collocavit *suppl. edd.* n) erant *suppl. edd.*

1) Haec falsa noster ex epistola p. 282, n. * allata sumpsisse videtur. 2) Conradus IV. tunc in Germania erat. 3) Caput ieiunii a. 1247. fuit Febr. 13; Henricus Raspo Febr. 16. obiit. 4) Nulla pugna inter Conradum et Henricum tunc facta est; sed ab Ulma quam obsederat. landgravius fere m. Ian. ex. *perterritus fugit;* cf. Ficker nr. 4519b. 4883b. 5) Cf. supra p. 268. 6) Ubi reges mortuos commemorabat noster, coronae imaginem apponebat.

1247. vere dies ista dies ire, calamitatis[a] et miserie! Andegravius igitur, die sequenti secundum suam estimacionem[b] in regem Alemannie coronandus, videns gloriam suam in confusionem commutatam et consanguineos et amicos suos cum eorum sequela trucidatos et devictos necnon et omnem pecuniam a domino suo papa transmissam sibi ab hostibus sublatam, dolore tactus precordiali, in semet ipso defecit; et non alieno, sed proprii vulnere doloris sauciatus et suffocatus, nulli lamentabilis, muliebrem animam exalavit. Victor igitur Conradus ulcisci volens plenarie iniuriam et iacturam, qui[c] nuper victus in Alemannia fugiens toleraverat, omnes captivos, quos gladius non devorarat, precipue andegravii consanguineos, affines et amicos, vel suspendit probrose vel graviter redimendos tenebrosis ergastulis, compedibus et manicis iussit mancipari.

Papa supra modum dolens mittit legatos per quatuor Europe partes, ut Fredericus amplius diffametur. Hoc autem cum audisset dominus papa, tactus dolore cordis intrinsecus, quatuor cardinales, legatos sollempnes, per quatuor christianitatis partes, plenitudine potestatis eis concesse transmittit armatos, ut ipsum Frethericum et eius filium Conradum[d], talia ausum et attemptantem, scandalizarent et omnes christianos in ipsum invadendum et persequendum et, si possent, conterendum diligentissime et efficacissime in omnium peccatorum suorum remissionem[e] animarent; thesaurum insuper modis omnibus, quibus Romane curie [scire[f] consuevit astuta avaricia et avara astucia], argumentose studerent undecunque [extorquere[f]] ad ipsum exosum Frethericum[g] expugnandum. Unum igitur legatum[1] in Alemanniam, alium in Ytaliam[2], alium in Hispaniam[3], alium vero in Norwegiam destinavit, preter quosdam legatos [sophisticos[f]] cum magna potestate, quos in Angliam [subdole[f]] sine insignibus, ne videretur manifeste privilegium[h] domini regis infringere, duxit transmittendos, utpote fratres Minores et Predicatores; quos, ut credimus, invitos iam suos fecit dominus papa, non[4] sine ordinis eorum lesione et scandalo, [thelonearios[f] et bedellos]. Qui vero in Norwegiam est transmissus episcopus erat Sabinensis[5], regem Norwegie Haconem in regem inuncturus et sollempniter coronaturus, et ut in eius regno necnon et Suescia legacionis officium in sepedicti Fretherici[g] nocumentum non sine causa [et[f] spe lucri] diligenter excerceret.

Frethericus fecit omnes de Calabria, Apulia et Sicilia facere homagium filio suo quem de Ysabella imperatrice genuerat. Cum vero horum temporum curricula volverentur, suspecte memorie Fretherieus[g], quem imperatorem nominare[i] vel dicere prohibemur, fecit[6] omnes Apulos, Siclos[k] et Calabres facere homagium ligium dilectissimo filio suo Henrico[l], quem de gremio sibi[m] karissime imperatricis Ysabelle, sororis videlicet domini regis Anglie, susceperat, ad robur imperii et munimen. Quod audiens idem dominus rex, dicti pueri avunculus, vehementer nec immerito letabatur. Audiens autem Fretherieus[g], quod in lesionem fame sue et status dicti legati per diversa mundi climata mitterentur, significavit Hensio[n], filio suo, regi scilicet Sardinie, ut Ianuensibus, precipue domini pape consanguineis, affinibus et amicis, etiam mortis prepararet insidias. Quod et ipse efficaciter adimplere procuravit, ne patri inobediens videretur. Unde quendam domino pape propinquum[7], quem inter omnes sibi propinquos, licet universos supra modum dilexisset, magis dilexit, hostiliter cepit et suspendit. Quod cum audisset dominus papa, iram ire et odium odio stomachatus coacervans, ipsum Fretheriсum[g] cum Mart. 29. filio suo memorato, tanti mali machinatorem, die parasceues adeo horribiliter excommunicavit, ut audientibus et videntibus horrorem incussit vehementem. Quod cum audisset Fre- cf. Ioh. 19, 34. thericus, infremuit et ait: 'Sic fecerunt Iudei, qui Christum crucifixum et mortuum in cruce lancea vulnerarunt'. . . . . . . .

De exaccione papali facta[8]. . . . Iminens generale periculum. Hec igitur cum ad multorum audientiam pervenerunt, videlicet quod tam frequens extorsio

a) ca. et mi. 1. b) estimacon. 1. c) *sic codd.*; quam *emend. edd.* d) C. 1. e) rēmiss. 1. f) *uncis inclusa ex 2 in loco raso manu s. XVI. scr.* 1. g) F. 1. h) privilig. 1. i) nominarie 1. k) *sic codd.*; Siculos *edd.* l) H., *sed in marg.* Henrico 1. m) *in loco raso* 1. n) H., *sed in marg.* Hensio 1; Henrico 2.

1) Petrum S. Georgii ad Velum-aureum diac. card.; cf. Potthast nr. 12466. 2) Gregorium de Monte-longo. 3) Desiderium poenitentiarium, ib. nr. 12513 sq. 4) Ita plus semel in Mendicantes nuntios papales invectus est noster; cf. ed. Luard IV, p. 565. 602. 5) Willelmus; cf. Innocentii bullas a. 1246, Nov. 3. ei et praelatis Scandinaviae datas, ap. Potthast nr. 12339 sq. 6) Haec fortasse novit noster ex epistolis ab imperatore et filio de hac re Henrico III. a. 1247 in. datis (Ficker nr. 3610 sq.). 7) Stephanum, ut videtur; cf. supra p. 282. 8) Multa hic affert noster de S. Albano tributis Romanis oppresso.

pecunie [violenta[a]] per papam et suos legatos [sophisticos[a] et transformatos] facta est, nec prevaluerunt sanctorum privilegia vel indulgentie patrum ipsos defendere, formidabant vehementer, ne principes[1] et magnates laici et seculares, qui vel quorum predecessores ecclesias fundaverunt, dotaverunt et ditaverunt et suas ob hoc possessiones pro magna parte mutilarunt et inde cartas suas confecerunt, reacciperent ecclesiarum bona et possessiones, exemplo pape edocti, non obstante talis vel talis carte tenore, presertim cum[b] ex illis contra fundatorum intencionem papa et sui, quos vult, Ytalici et alii alienigene, indigenis esurientibus, saginantur. . . . . . . 1247.

**Mittuntur abbas Westmonasterii[2] et Iohannes[c] Mansel in Alemanniam ad ducem Braibancie.** Et sub eodem tempore missi sunt a latere domini regis dominus abbas Westmonasterii et dominus Iohannes[c] Mansel in partes Alemannie, videlicet ad ducem Braibancie[3], prelocuturi de matrimonio contrahendo inter Ædwardum, filium domini regis, et eiusdem ducis filiam[4]. Sed quibusdam occultis causis propositum eorum impedientibus, tristes, clitellis suis evacuatis, redierunt[d]; et doluit uterque, quod labores suos cum propriis sumptibus inutiliter sic consumpsit.

**Willelmus comes Hoilandie eligitur[5] in regem Alemannie, ut in imperium promoveatur.** Eisdemque diebus dominus papa, infinita pecunia promissa de ecclesia undique extorquenda et ad Fretherici confusionem collecta, diligentissime procuravit[6], ut Willelmus comes Hoillandie in regem Alemannie eligeretur, qui potens erat etate et viribus, insuper genere preclarus. Ipse enim comes et episcopus Leodiensis[7] fuerant consobrini, dux insuper Braibancie[8] avunculus eius fuit, archiepiscopus quoque Coloniensis[9] ipsius amicus extitit indissolubilis et quadam affinitate coniunctus. Considerans igitur dominus papa, quod in creacione landegravii Duringie, qui subito periit, ut predictum est, non modicum thesaurum amiserat, immo qui poterat stuporem in cordibus audientium generare, scilicet[e] quinquaginta milia librarum denariorum Vianensium, quorum quilibet denarius valet tres obolos esterlingorum, qui et omnino in usus cesserunt inimicorum, studuit caucius negociari et thesaurum promissum novo electo, scilicet comiti Willelmo, prudentius per circumspectos et non suspectos nuncios secrecius transmittere. Constituit igitur ad hoc negocium diligenter exequendum dominum Octovianum cardinalem[10]. Transmisit eciam ad Mediolanenses[11] et Parmenses et ad quos credebat corda habere vacillantia verba consolatoria, ut omnem tollerent diffidentiam et desolacionem. Sed, ne gaudia mundi impermixta doloribus eveniant, comes Sebaudie[12], qui ecclesie manifestus erat adversarius, in pace dolosa expectabat, donec nuncii pape necnon et militia sine offensa montes et valles[f] et prerupta viarum per terras suas, eo dissimulante, transirent; procuratum est fraudulenter, ut, precluso reditu et omni diffugio, thesaurus papalis amissus est, et milites, qui preter accepta pro preteritis acceperant pro duobus mensibus futuris stipendia copiosa, dispersi et confusi; et ita ignominiose nimis omnia sunt in usus hostium sic redacta[13]. . . . . .

**Applicant magnates quidam, qui opulenta munera reportarunt.** Ipso quoque tempore applicuerunt in Anglia vacui et esurientes, eri regio patulis rictibus inhiantes, quidam magnates advene, videlicet Baldewinus dictus imperator Constantinopolitanus cum quibusdam de[b] suis fautoribus, a Grecorum finibus violenter expulsus. Qui paucis annis ante elapsis . . . inde fugit inglorius, licet ipsum dominus papa fovere incepisset et contra Vastagium, generum Fretherici, bella moventem efficacissime pro posse iuvisset. . . . Applicuit similiter in Anglia episcopus Sabinensis, Romane ecclesie cardinalis[14], iturus in partes boreales legatus, videlicet Norwegiam, Daciam et Sueciam, et regem Norwagie Haconem in regem inuncturus et coronaturus. . . . . . .

a) *abrasa, sed e 2 s. XVI. rescripta* 1. b) *superscr.* 1. c) I. 1. d) rid. 1. e) scilicet — esterlingorum *in marg. codd., minio* 1. f) vales 1.

1) Similia in Friderici II. epistola supra p. 269. leguntur. 2) Ricardus, qui regis *consiliarius familiaris et Iohannis Mansel socius precordialis* a. 1252, ed. Luard V, p. 303, dicitur. 3) Henricum. 4) Haec infra p. 294. iterum narrantur. 5) Oct. 3. 6) De corona Germaniae multis a papa frustra oblata quaedam maximi momenti habet noster infra a. 1251. 7) Henricus tunc electus Leodiensis, filius Margaretae, sororis Mathildis, matris Willelmi. 8) Frater Mathildae. 9) Conradus. 10) Octavianus card. diac. S. Mariae in Via Lata erat legatus in Italia (Potthast, Reg. nr. 12473); ut Willelmus eligeretur, curavit Petrus card. diac. S. Georgii ad Velum-aureum. 11) Ib. nr. 12466. 12) Amadeus. 13) A. 1247 in.; cf. Schirrmacher IV, p. 435. 14) Willelmus, qui Matheum fortasse Haconi regi commendavit; cf. supra p. 76.

1247. Maritate sunt quedam mulierculae quibusdam nobilibus Anglie. In
Apr. 28. inicio[a] vero mensis Maii, domino rege propter hoc apud Wudestoc a festo sancti Vitalis
Mai. 2. usque in crastinum apostolorum Philippi et Iacobi commorante, maritate sunt due puelle Provinciales per providenciam Petri de Sabaudia Ædmundo comiti Lincolniensi[1] et Ricardo de Burgo[2], adolescentulis nobilibus valde, quos dominus rex per aliquot annos in domo sua educaverat. De quo maritagio, quia ignote [et[b] ignobiles] nobilibus, ut dicebatur, invitis copulabantur[c], murmur et indignatio non minima per regnum personuit ventilata[3]. . . . . . .

Nota miraculum de morbo comitis Ricardi[4] memorandum. . . . . . .

De tonsura monete Anglicane intolerabili. Eodem tempore moneta esterlingorum propter sui materiam desiderabilem detestabili circumcisione cepit deteriorari et corrumpi per illos falsarios monetarum quos tonsores appellamus, adeo ut vix interiori circulo nummi parcendo limbum literatum totaliter asportarent. Huius autem fraudis auctores, videlicet mercatores Anglie contermini, precipue Flandrenses, plus in partibus transmarinis inveniebantur manifeste convicti quam in partibus cismarinis; unde rex Francorum tales in partibus suis plus punivit quam in nostris partibus rex Anglorum. . . . . . .

Fugit Conradus ab Alemannia. Diebus quoque sub eisdem Conradus, filius Impertinens usque huc ♀. Fretherici, nephandus nephandi, fugit ab Alemannia in Ytaliam[5] ad patrem suum, non potens sustinere impetus sibi adversancium et ecclesie vires diatim multiplicatas. Legatus[6] enim auxilio fretus ac fultus archiepiscopi Coloniensis, ab ecclesia Alemannie extorta infinita pecunia, circiter decem milia armatorum stipendiariorum secum trahens, fautores dicti Fretherici[d] expugnare viriliter non cessabat, cedibus intendens et incendio. Legatus itaque nunc in hos nunc in illos fulminando sententias, thesauros undecunque poterat emungere ab episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis, ita quod oporteret campanas suas redimere, accumulavit, ut illa numerosa expedicio archiepiscopalis sustentaretur. Quod cum audisset Fretherícus[d], usque ad spiritus amaritudinem perturbatus, ulcionis diligentissime querebat argumenta. Timebaturque a multis discretis viris, qui futura pericula libra trutinabant racionis, ne idem Frethericus[d] nimia absortus[e] ira et indignacione vel apostataret vel in subsidium sui a Ruscia Tartaros convocaret[7] vel soldanum Babilonie[8], cui amicissimus fuit, in confusionem tocius christianismi in imperium cum suorum paganorum multitudine subdole intrare permitteret. Erat igitur videre miserias, scandala scandalis accumulari malaque malis conglomerari, dum hii Fretherico veluti rei publice et imperio, alii pape quasi ecclesie adherentes, lites suscitabant et prelia cruentissima. Unde iam in Alemannia sicut in Sicilia et Calabria et Ytalia cogebantur episcopi et alii sancti viri, quos ecclesia in gremio materne pietatis aluerat, ignominiose nimis mendicare et in longinquis et alienis regionibus victui necessaria predicando postulare. Quibus insultans et postulata denegans, respondit populus: 'Ite ad papam vestrum, ite, qui thesauris raptis habundat infinitis!' Verum non cessavit dominus papa pecuniam aggregare tam in sua curia quam in remotis regionibus, faciens de fratribus Predicatoribus et Minoribus[f], etiam
cf. Matth. 4, 19. invitis[9], non iam piscatores hominum, sed nummorum. Quod quam argumentose complere studuerint, in libro Additamentorum[10] poterit reperiri[g] ad tale signum ←⊖→ ♀.

Qualiter comes Ricardus collegit inestimabilem pecuniam a cruce signatis. Tunc etiam temporis comes Ricardus auctoritate domini[h], cuius indigencie clam et caute satisfecerat, a cruce signatis infinitam collegit pecuniam, ita quod ab uno archidiaconatu dicitur sexcentas libras reportasse, harum literarum fretus auctoritate: Inveniri poterunt in libro Additamentorum ad tale signum[11] ←⊖→ et postea* ad hoc ✳. . . . . . .

1244. *) *Ed. Luard VI, p. 91:* ✳ Litere papales pro comite Ricardo de colligenda pecunia a crucesignatis. *Innocentius*[12] *episcopus* etc. *venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis*

a) inico 1. b) et i. *ex* 2, *fere abrasa* 1. c) ba *iam abrasum* 1. d) F. 1. e) *sic* 1. f) Minoris 1. g) inveniri 2, *ubi* ad t. s. *des.* h) pape *suppl. edd.*

1) Alix filia marchionis de Saluzzo. LUARD. 2) Qui obiit eodem anno, infra ed. Luard IV, p. 655. 3) Paullo infra *Ricardum* Cornubiensem, *licet cruce non signetur, per optentum gratie* papae *a cruce signato populo pecuniam vindemiare* vituperat noster. 4) S. Edmundi Cantuariensis *auxilio invocato, secreta infirmitate liberatus est. Unde quartam partem feretri eius sibi assumpsit faciendam.* 5) Error; his annis (cf. supra p. 289) noster falsos nuncios recepisse videtur. (A. 1246 ex.) Conradum fugatum esse, Rich. Senon. (SS. XXV, p. 304) quoque, veritatem excedens (cf. Ficker nr. 4519a) notavit. 6) Philippus episcopus Ferrariensis aut, si haec de Willelmi regis victoria dicta sunt, Petrus; cf. supra p. 291. 7) Cf. supra p. 213. 236. 8) Ajub. 9) Cf. supra p. 290. 10) Ed. Luard VI, p. 119, Potthast nr. 12296. 11) Ed. Luard VI, p. 134, d. a. 1246, Oct. 13. 12) Cf. quoque epistolam de eadem re d. 1246, Mart. 13, ib. p. 117; sed

**De extorsione pecunie per Bonefacium[a] Cantuarie archiepiscopum.** 1247.

. . . Iterum per decanum Belvacensem[1], huius negocii executorem, mandatum[2] receperunt[3], quod a domino papa excommunicantur, et quod denunciarentur excommunicati[b] per provinciam Cantuariensem omnes obloquentes omnesque detrahentes fraudemve facientes in negocio prenotato, ex gratia domini pape feliciter concesso, exceptis domino rege, uxore et liberis suis et nobili viro Ricardo[c] comite Cornubie.

Nota in excepcione adulacionem, unde suspicio de consensu.

**Quomodo Fretthericus quasdam civitates Ytalie motis guerris infestavit, e quibus Parma obsidetur.** Cum vero sol ad equinoccium[4] vergeret Sept. 23. autumpnale, Frethericus cisalpinans, versus Lugdunum, ubi papa morabatur, cum innumerabili excercitu properabat; unde vehementer timebatur, ne in papalem personam et cardinales et alias personas ecclesiasticas hostiliter irrueret, cum prudenter procurante domino papa, qui Parmenses animaverat et non minimam pecuniam et efficax iuvamen eis promiserat, ipsa civitas tota Parmensis, que antea firmiter cum Fretherico[d] steterat, preparavit se constanter ad resistendum eidem, Mediolanensibus et aliis qui eundem Fretthericum[d] oderant subito[5] confederata. Quo audito, idem Frethericus[d], pre furore vix se capiens, totus accenditur ira vehementi, eo quod a proposito[e] per rebelles revocabatur. Reversus est igitur cum omni excercitu suo, ut ipsos Parmenses, obsidione vallatos et violenter occupatos, gravissima tanquam proditores puniret ulcione. Papa igitur a timore vehementissimo, quo perurgebatur, aliquantulum respiravit. Obsessa igitur civitate terribiliter, cepit edificare extra Parmam quasi quandam civitatem grandem et populosam, ut et ipsi Parme parificari videretur, et vocavit illam Victoriam. Iuravitque se non inde recessurum, donec obsessos violenter ac viriliter occuparet. Et infra breve tempus eis beneficium fluminis abstulit[6], nec obsessis poterant Mediolanenses vel aliqui alii, in quibus habebant fiduciam, patrocinari. Unde infra tres menses desiderabant dextras dare Fretherico, rogantes ea que pacis erant[7]. Sed civium suspectorum humiliacionem Frethericus[d] recusavit. Ceperunt igitur nimis coartari et dicere inter se: 'Merito hec patimur, dominum nostrum in nos confidentem prodiciose impugnantes. Punimur etiam nec immerito, iminetque civitas nostra discrimini, in qua quondam sanctus ille episcopus Londoniensis, quem Dominus, ut iam dicitur, honorat miraculis, nomine Rogerus[8], dum versus curiam Romanam peregrinaret, viatico suo ac aliis caris sibi rebus ac necessariis truculenter et sine aliqua restitucione spoliatus est; unde in recessu suo in crastino huic civitati cum suis incolis maledixit'. . . . . . .

**De firma fide domini regis in infirmitate filii sui Ædwardi.** Vigilia autem sancti Mathei cum infirmaretur Ædwardus, . . . per Dei gratiam puero sanitas est Sept. 20. restituta. Hec iccirco dixerim, propter murmur populi dicentis: 'Ecce laici orant Deum et exaudiuntur, et quare non orat papa et facit pro causa sua, immo nostra et universalis ecclesie, orare, [immo[f] rapinis inhiat pecunie indefessus?' Dictumque est et affirmatum,

---

*et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ac viris religiosis in regno Anglie constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Insinuavit nobis dilectus filius nobilis vir comes Cornubie* etc. et infra: *Discrescioni vestre per apostolica scripta[g] mandamus, quatinus, quicquid apud vos vel alios regni eiusdem de dicta pecunia iam habetur, prefato comiti assignantes, ipsius residuum diligenter ac fideliter colligi et eidem faciatis integre assignari. Volumus tamen hoc dumtaxat intelligi de legatis et votis ac de vicesima et tricesima precedentibus tempus quo idem comes fuit reversus ad propria de partibus transmarinis:* 1244. *Datum Laterani 3. Nonas Iunii, pontificatus nostri anno primo.* Iun. 3.

a) B. 1. b) *in marg.* 1. c) R. 1. d) F. 1. e) prosito 1. f) immo — elemosinis *erasa* 1, *sed ex* 2 *manu s. XVI. rescripta.* g) s. c.

primam hic exhibuisse sufficiet. 1) Imma Belliccnsem. A. 1248. hic archiepiscopi procurator iterum in Anglia occurrit. 2) Datum Oct. 23; cf. Berger, 'Reg. d'Innocent' p. 507. 511. 3) Suffraganei Cantuariae. 4) Iam m. Iunio imperator ab Alpibus in Lombardiam rediit. 5) Iun. 16. partes papales Parmam occuparunt. 6) Cf. Schirrmacher IV, p. 442. 7) Fridericus aestate et autumno a. 1247. scripsit, se sperare fore, ut Parmenses se dederent, Ficker nr. 3635 sq. 3646. 8) Hoc iter commemorat noster a. 1232; *apud civitatem Palmensem iocalia et expensas itineris perdidit, quas pro parte vix recuperavit*, Ann. Dunstapl. ed. Luard III, p. 134. Cf. infra p. 296.

1247. quod non sine lacrimis scribi debet vel quomodolibet recitari: plus confidit in pecunie thesauris, quam fidelium precibus vel elemosinis].

Magnates Alemannie elegerunt Willelmum comitem Hoilandie in regem suum et ei homagium ligium ultro fecerunt. In crastino vero Sept. 30. sancti Michaelis[1] magnates Alemannie, ad quos ius eleccionis spectat, pro maiori parte elegerunt sibi in regem Alemannie Willelmum comitem Hoilandie, adolescentem habentem in etate circiter viginti[2] annos, iuvenem elegantem et probum atque generosum; cui et fecerunt homagium. Dux tamen Saxonie[3] et quidam alii magnates huic eleccioni non consenserunt; unde maius scisma surrepsit in populo dicente: 'Ecce[a] militia contra sacerdocium pre superbia; ecce sacerdocium eadem causa contra miliciam!'

De sanguine Christi allato Londonias[4]. . . . Et cum inter loquendum aliqui de assidentibus[b] obgrunnirent hesitantes, questionem hanc moverent, quomodo, cum plene et integraliter tercia die post passionem resurrexerit Dominus, sanguinem in terra reliquerit? que[c] questio ab episcopo Lincolniensi ad unguem tunc determinabatur, prout habetur scriptum in libro Additamentorum; prout huius pagine[d] audivit et verbo ad verbum satis dilucide scripsit, ad tale signum[e]. . . . . . .

De assercione domini regis super predictis. Et dum rex, ut prelibatum est, sederet in sede sua regia, videns illum qui et hec scripsit[f], advocavit eum et precepit residere in gradu qui erat medius inter sedile[g] suum et aream, dicens ei: 'Vidistis[h] hec omnia et visa firmiter tuo cordi impressisti?' Et ille: 'Etiam domine, quia dignum retineri, vere gloriosa dieta ideo hic peracta est'. Et addidit: 'Vere hodie certificor, quod Dominus in arram uberioris beneficii et virtutum futurarum per sui gratiam unum miraculum gloriosum profecto dignatus est per[i] sui gratiam operari. Et hoc contigit summo mane, et super hoc congratulor. Supplico igitur et supplicando precipio, ut, te expresse et plenarie scribente, hec omnia scripto notabili indelebiliter libro commendentur, ne horum memoria aliqua vetustate quomodolibet in posterum deleatur'. Invitavit etiam ipsum, cum quo hec locutus est, ad prandium, cum sociis scilicet tribus. Et eadem die[4] omnes qui advenerant monachos cum conventu Westmonasterii in refectorio cum aliis nonnullis ordinate et splendide procurando refici regiis sumptibus imperavit. . . . . . .

Mittuntur[k] [5] dominus abbas Westmonasterii et dominus Iohannes Mansel in partes transmarinas. Missi sunt eisdem diebus in partes transmarinas dominus abbas Westmonasterii et dominus Iohannes Mansel prepositus Bewerleie pro eisdem vel secrecioribus domini regis negociis, sed, ut perpendi potuit, pro matrimonio inter Ædwardum filium ac heredem suum et filiam ducis Braibancie, quod necdum effectum sorciebatur.

Oct. 28. Rediit comes Ricardus de partibus transmarinis. Die vero[l] apostolorum Simonis et Iude rediit comes Ricardus de partibus transmarinis[6]. . . . . . .

Artabatur civitas Parmensis miserabiliter. Artabatur interea civitas Parmensis miserabiliter nimis fame et inedia multiformi, in girum obsessa; non enim hac exire licuit, ubi obsidentes iam magnam civitatem pro castris edificaverant, quam etiam Fretherícus Victoriam appellavit, nec per fluvium, quem idem Fretherícus[m] arctissime fecit custodiri; nec a papa, qui eos animaverat, poterat auxilium vel consilium provenire, vie enim et semite vigilanter observabantur. Parato igitur dicto Fretherico ibidem hiemare et moram, donec ab hostibus triumpharet, continuare, spes emarcuit obsessorum. Una igitur dierum cogente inedia, cupientes in excercitum hostilem repentinam[n] irrupcionem[o], ne desides reputarentur, exierunt quidam ex eis subito, circiter centum quadraginta armatorum de prestancioribus civium; et facto impetu imprudenti, ab excercitu premunito in ore gladii[p] viriliter sunt excepti. Volentibus igitur in suam redire civitatem preclusa est eis via per hostes, et capti sunt eorum nonnulli, ceteris trucidatis. Extunc igitur in curia Frethérici, sic volente Thadeo iudice et consulente, decretum est et acclamatum, ut nullus hostium captorum caperetur incarcerandus

Irrupcio non secundum militarem cautelam.

a) *haec — miliciam in loco raso* 1. b) assidentib 1. c) *sic codd.;* hoc *legendum.* d) scriptor *suppl. edd.* e) *sequitur imago calicis* 1; ad l. s. *des.* 2. f) *minime manu Math. haec scripta sunt.* g) sedele 1. h) *sic codd.* i) *sic iterum codd.* k) *hoc caput in marg.* 2. l) *deest* 2. m) F. 1. n) *corr. ex* repentino 2. o) irrupcon. 1. p) gladio *codd., corr.* gladii 2.

1) Potius Oct. 3; cf. supra p. 291. 2) A. 1228, m. Febr., ut videtur, natum; Ficker nr. 4885 b. 3) Albertus. 4) Oct. 13. 5) Cf. supra p. 291. 6) Ubi, pro fratre Normannia a Ludovico IX. frustra vindicata, *Pontiniacum adiit, b. Edmundum honoraturus.*

et redimendus, sed statim decapitaretur, excandente[a] furiosius Fretherico, eo quod novus in 1247. Alemania rex nuper crearetur. Cives igitur confusi, videntes se undique desolatos et papali succursu sibi promisso[b] penitus destitutos, missis legacionibus rogabant que pacis erant[c], misericordiam, non iudicium postulantes; sed immisericors Fretherieus[d], iracundia Crudelitas tirannica. succensus et in arrogantiam elevatus, viscera misericordie clausit[e] exorantibus nec miseris aurem benignitatis alicuius, quod Deo displicuit, dignabatur comodare; sed ipsis sub occulto et aculeato consilio remandavit yronice, ut parce ac prudenter sua uterentur annona, quia numquam plus vita comite Fretherici comesturi; et hec austeritas a Thadeo creditur emanasse. . . . . . .

Circa[f] idem tempus Frethericus dedit filiam suam nuptui[1] Thome de Sabaudia, fratri scilicet archiepiscopi Cantuariensis, et eidem contulit Vercellam[2] et Torinum cum partibus adiacentibus, et preparata repagula pape et suis per illas partes transitum facientibus[3]. . . . . .

Hoc autem mandatum[4], cuius epistolam ipse qui hec scripsit detulit[5], postquam ad noticiam eiusdem domini[g] regis Norwagie pervenisset, inspecto tenore, respondit ei qui epi- 1248. stolam porrexit — nam confidebat in eo anima eius —: 'Grates refero copiosas piissimo domino regi Francorum'. . . . Et qui cum eo loquebatur, videlicet scriptor[h] presentis libelli, has literas patentes[6] eidem porrexit: . . . Cum autem hec legisset dominus rex Norwagie — est enim vir discretus et modestus atque bene literatus —, gavisus est gaudio magno nimis cf. Matth. 2, 10. 2. Reg. 13, 15. et grates retulit talium baiulo literarum et donis respexit regalibus et uberrimis. . . . . . .

Preclusus est[e] aditus Aquisgrani novo electo in regem Alemannie. Tempore sub eodem preclusus est aditus civitatis Aquisgrani, ubi coronandus fuit comes Holandie Willelmus, in regem Alemannie nuper electus, ne ibidem cum honore receptus, sicut de consuetudine Alemannorum solet, regali diademate insigniretur. Conradus enim, filius Fretherici, rex Alemannie iam cassatus, ei repagula contradiccionis diligenter procuravit. Veruntamen[7] a domino Octoviano[8] ibidem legato et ab archiepiscopo Coloniensi et aliis magnatibus Alemannie significatum est ei adhuc amicabiliter, ut non patrissaret, sequens vestigia excommunicati et cassati, ne simili calamitate involveretur. Quibus ille: 'Nunquam pro vobis proditoribus patri meo deero'. Obsessa[9] igitur civitate, cepit guerra cruentissima inter fautores partis utriusque. Veruntamen fortitudo crevit ecclesie Predicatorum et Minorum predicantium ministerio et thesauro collecto et misso a domino papa et a partibus Alemannie et partium conterminarum, et diatim decrevit Conradi robur et excercitus. Erat namque memoratus electus multis precellentibus magnatibus Alemannie consanguinitate et affinitate coniunctus, ipse et episcopus Leodiensis[10] consobrini, dux Braibancie avunculus eius, et multi alii magnates ei federe multiplici et muneribus concatenati. . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . Ytalie cruentus, imperio et curie Romane et precipue 1247. regno Alemannie marcius et hostilis, odium generans in cordibus prelatorum et aliorum plurium contra papam, eo quod, patronis violenter spoliatis, suspendit a beneficiorum collacione, quod est hactenus inauditum, et contra dominum regem, eo quod talia toleravit.

Anno Domini 1248. . . . Venit in Angliam Beatrix, relicta comitis Pro- 1248. vincie. Annoque sub eodem Beatrix, relicta Reimundi quondam comitis Provincie, concomitante Thoma de Sabaudia[11], quandoque comite Flandrie, venit in Angliam quasi amicos et consanguineos suos visitatura, sed — ut verius causa scire volentibus explicetur — ut

a) excandante 1. b) promissos *codd.* c) *in marg.* 1. d) F. 1. e) clausis *codd.* f) *hoc caput in marg.* 1. g) d. r. N. *in marg.* 1. h) notator 2.

1) Error fortasse duabus rebus confusis ortus; Manfredus enim tunc duxit Beatricem de Saluzzo, filiam Amadei comitis Sabaudiae (cf. Ficker nr. 4632 d. f), et Fridericus II. Thomam investivit Taurino aliisque feodis tunc ad tempus Iacobo de Carretto, qui a. 1247. filiam notham imperatoris duxerat, tradendis (cf. ib. nr. 3624 a. 3741). 2) Error fortasse ex eo ortus quod *Vercellis* ista privilegia Fridericus Thomae Nov. 1248. concessit; Ficker nr. 3732—3743. 3) Cf. Ann. Ian., SS. XVIII, p. 222, et Ann. Placent.: *Comes Sabaudie, fidelis imperatoris, eos* (papales) *venire non permisit.* 4) Scil. a Ludovico IX. de itinere sacro Haconi regi Norwegiae a. 1247 ex. datum. 5) Matheus iter suum Norwegicum narravit infra a. 1248. 6) Quibus Ludovicus IX. Norwagensibus 'in terram suam applicare et victualia emere' permittit. 7) Haec vera esse vix credas. 8) Error; cf. supra p. 291. 9) Inde ab Aprili ex. a. 1248. 10) Fere eadem verba habes supra p. 291. 11) De donis ei et Amadeo comiti m. Febr. collatis cf. regis tabulas ap. Rymer I, p. 268 sq.

1248. eadem comitissa et Thomas memoratus ad notum fontem recurrerent sicientes et ex domini regis habundantia et prodigalitate hiantes clitellas suas et vacuatas replerent in recessu. . . . . .

**Rex Francorum resumit crucem.** Et diebus sub eisdem dominus rex Francorum, qui, ut notorium fuit, cruce signabatur, a suis magnatibus et specialibus correptus est et graviter redargutus et fere circumventus, eo quod votum suum per consilium et admonicionem suorum optimatum quomodolibet noluit redimere vel commutare. Inter quos mater eius Blanchia et episcopus Parisiensis[1], scientes eiusdem regis imbecillitatem, instabant protervius et sermocinabantur diligentius, dicente episcopo: 'Domine mi rex, recordare, quoniam[a] crucem accepisti tam arduum votum faciendo inconsulte et subito, infirmus fuisti et, ut verum fateamur, mentis aliene, rapta quoque ad cerebrum materia, compos tui non fuisti; unde verba tunc prolata pondere caruerunt veritatis et cuiuslibet auctoritatis. Benigne dispensabit nobiscum dominus papa, sciens regni necessitatem et corporis tui debilitatem. Ecce hinc Fretherici iam scismatici[b] robur formidandum; inde insidie nummosi regis Anglorum[c]. Ecce hinc Pictavensium[d], quamvis nuper[2] edomitorum, prodiciosa dolositas; inde Albigensium suspecta cavillacio. Inquietatur Alemannia, Ytalia non quiescit; ad Terram Sanctam vix patet accessus, vix in ea receptacio; post tergum pape et Fretherici odium inexorabile, inimicicie implacabiles, quibus nos desolatos relinquis'[3]. . . . . . .

Febr. 9. **De generali parlamento habito Londoniis in octavis purificacionis beate Marie.** . . . Huic autem magne congregacioni non fuerunt presentes archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[e], qui in transmarinis partibus domino pape militabat, et Dunelmensis[4]. . . . Reprehensus est[5] insuper gravissime, nec mirum, super indiscreta vocacione alienigenarum[6], quibus omnia bona regni indiscrete, prodigialiter et prodigaliter distribuit et dispersit, et nobiles regni ignobilibus extraneis maritavit, indigenas et naturales homines suos spernendo et postponendo, irrequisito[f] assensu mutuo, qui est matrimonii completivus[7]. Culpatus est insuper, nec immerito, quod, quicquid in escis, potibus et etiam robis expendit, precipue in vinis, rapit violenter contra voluntatem eorum qui ea sunt vendituri et veri possessores; unde se subtrahunt institores indigene, et occultantur[g] et alienigene[8], qui allaturi sunt bona venalia in istam regionem; et ita cessant commercia, quibus alternatim diverse gentes foventur et ditantur. . . . . . .

**De confusione Fretherici et liberacione Parme civitatis**[9]. Fortuna igitur mundanis eventibus[h] dum taliter prodigio multiplici[i] luderet, et pocius illudente, Parmenses in comuni[k] causa[l], concione facta, humiliaverunt[m] Deo et beato Rogero episcopo Lundoniensi, quem Deus miraculis iam gloriose choruscantibus insignivit — qui quandoque[10], cum Romanam curiam peteret, ibidem omni pecunia sua, procurantibus Parmensibus, latrocinaliter noctu spoliatus est; unde postmodum exiens de civitate, reversus maledixit eam in amaritudine cordis sui —, humiliaverunt[n] se, inquirentes diligenter, de quanta pecunia se conquestus est memoratus episcopus fuisse spoliatum, et inventum est summa fuisse . .[o] marcarum. Cives igitur votum fecerunt, se in tanta pecunia Deo et sancto eius cum omni humilitate satisfacturum, videlicet in fabrica ecclesie Londoniensis vel in elemosinarum exhibicione vel alio honore ipsum sanctum contingente. Hec iccirco dixerim, quia audierant, quia[p] Fretherieus, qui civitatem eorum nimis proterve obsederat, ad horam, relicto tamen fere toto ibidem excercitu, ad aliquid agendum[11] recesserat. Unde, mutilato excercitu et eius absente capite, consultum videbatur civibus impetum facere in hostes repentinum. Una igitur dierum[12] cives, invocato de supernis auxilio, et precordialiter voto facto

a) cum *suppl. edd.* b) scismati *codd.* c) insidie *iterum add.* 1. d) prodiciosa *iam h. l. add. codd., expunct.* 2. e) B. 1. f) irr. — completivus *in marg.* 1. g) occultant 2. h) e. d. t. *in loco raso* 1. i) multipli 1. k) *sic* 1. l) casa 1. m) se *suppl. edd.* n) *sic iterum codd.*; humiaverunt 1. o) *numero inserendo vacat spatium codd.* p) ꝗ 1; quid 2.

1) Willelmus; cf. Valois, 'Guillaume d'Auvergne' p. 151. 2) Bellum Pictavense a. 1242. ample narravit noster. 3) Cruce primum deposita, rex postea, 'nunc non expers rationis, se reconsignari' fecit. 4) Nicolaus. 5) Henricus III. 6) Propinquorum matris et uxoris e gentibus de Marchia (Lusignan) et Sabaudia. 7) Cf. c. 14. X (Decr. Greg. IX). IV, 1. 8) Haec amplius exponuntur, sed cuius terrae mercatores dicantur, non apparet. 9) Imperatoris litterae de Victoria combusta, Ficker nr. 3668, exstant in cod. Hargrave nr. 313, f. 103. 10) Cf. supra p. 293. 11) Venationem. 12) Febr. 18.

prelibato, ordinatis suis prudenter aciebus, omnes ad bella expediti ad certamen marcium 1248. pro liberacione civitatis sue, uxorum et liberorum suorum animati, unanimiter, patefactis ianuis, in hostes inexpectato ac repentino ad instar fulguris irruerunt, malentes armis mori trucidati quam fame contabescere diuturniore. Quod cum comperisset Thadeus, Fretherici familiaris, cui idem Fretherieus[a] custodiam excercitus necnon et thesauri confidenter commiserat, ait in superbia et in abusione: 'Ausi sunt mures exire de cavernis suis'. cf. Iudith 14, 12. Verumtamen cives, vehementissimo facto insultu, hora brevissima totum excercitum Frethericalem potenter dissiparunt, multisque milibus vel trucidatis vel terga turpiter dantibus, gloriose ad votum de hostibus triumpharunt. Quo peracto, omnem illorum castrorum construccionem[1], quam in circuitu civitatis ad continuacionem obsidionis composuerat, dirruerunt[b], dissiparunt et combusserunt. Et Thadeum, imperialis palacii iudicem in proferendis causis arduis facundissimum et decidendis circumspectum, ceperunt cum ipso thesauro, cuius custos fuerat, inestimabili; et nolentes ad mellitos et super oleum mollitos sermones cf. Ps. 54,22 eius attendere, ne forte aliquibus ambagibus circumvenirentur, ipsum in frusta conciderunt. Et Cremonenses, qui ibidem ex parte Fretherici[a] in obsidione fuerant, in fugam compulerunt et in Cremone confusionem et obprobrium carrochium[2] eorum ceperunt. Dispersoque et confuso toto Fretherici excercitu, arma, thesaurum, victualia, tentoria, utensilia, captivos reducentes et reportantes, victores in civitatem suam exultantes remearunt. Et si de aliorum spoliorum sileamus multitudine, cives in illo conflictu triumphantes circiter quindecim milia iumentorum, computatis equis preciosis, mannis et clitellariis, mulis et bobus, secum traxerunt, ita ut civitas eorum omnibus bonis supra opinionem redundaret. Hec autem cum ad noticiam papalis curie pervenissent, exultavit dominus papa gaudio magno valde, dicens:

'Ad laudem Christi Victoria victa fuisti';

sic enim ipse Fretherieus ipsam castrorum suorum construccionem appellavit. Hoc autem postquam ipsi Fretherico[a] innotuisset, quasi alto sauciatus vulnere, in corde et corde ingemuit, cf. Ps. 11,3. suspiria cruentata geminando. Mors enim Thadei et insultacio papalis plus quam tota alia iactura cor Fretherici usque ad spiritus amaritudinem[c] sauciavit. Non enim qui annales historias revolventes legimus unquam invenimus aliquorum tam intensum odium vel tam inexorabile sicuti inter dominum papam et Fretherieum. Revocatis igitur Fretherici[a] undecunque viribus, cepit adhuc, multiplicatis turgidis comminacionibus, ipsos cives solito acrius infestare. Huius autem eventus series expressius in libro Additamentorum scribitur ad[d] hoc signum* -⊙-.

*) *Ed. Luard VI, p. 146, sed sub alio signo:*

Litere super liberacione obsidionis civitatis Parme. *Strenuis*[3] *et prudentibus viris domino Bonefacio de Salis*[e] *potestati, militibus et populo Mediolanensi Philippus Vicedominus potestas, milites et populus Parmensis salutem cum gloria et honore. Laudes retribuimus Deo Patri filioque suo domino nostro Iesu Christo et Spiritui sancto, trino Deo et uni maiestati, et virgini gloriose, que, non propter nostrorum exigentiam meritorum, sed propter suam clementissimam pietatem civitatem nostram protegit et*[f] *defendit, regit*[f], *visitat et gubernat, sicut manifeste conspicimus in victoria triumphali, quam die Martis duodecimo Februarii exeuntis contulit* Febr. 18. *nobis Deus sue genetricis interventu. Quamvis enim mille quingenti de nostris ivissent inter Coluirium*[g, 4] *et Bersillum*[5], *et preterea due porte in integrum*[h], *et ille seviens draco*[6], *qui per tantum temporis obsederat terram nostram, nos omnino crederet deglutire, iam extra sua menia cunctis militum et peditum suorum agminibus ordinatis***, *nos, invocato Dei auxilio et virginis gloriose, cernentes, quod potens est Deus deponere superbos et humiles exaltare,* cf. Luc. 1,52. *protinus exivimus contra ipsos, populus et milites universi, nequaquam nostra*[i] *vestigia retardantes, quoad*[k] *usque dimicantes iunximus nos cum eis*[l], *precedente vexillo cum forma virginis*[m] *preciose, cuius*

**) *et suis fidelibus commissis, et ipso parum remoto add. W.*

a) F. 1. b) *sic* 1. c) amir. 1. d) ad h. s. *des.* 2, *ubi* sed nescio ubi est ille liber. e) Sal9 *c. et Westm.* f) *deest W.* g) Colurnium *emendandum.* h) *hic aliquid excidisse, censet Hu.* i) v. n. *W.* k) huc *add. W.* l) eisdem *W.* m) *corr. ex* vurg. *c.*

1) Victoriam. 2) Haec fortasse ex epistola Parmensium, p. 298, hausit Matheus. 3) Ap. Huillard-Bréholles VI, p. 591. ex nostro; contuli exemplar operi Matheo superstite apud S. Albanum incepto et postea Mathei Westmonast. nomine inscripto (ed 1601. p. 341; sed codicem olim S. Albani, iam bibl. Chethamensis Mancuniensis evolvi) insertum, ubi certe duobus locis meliores lectiones exhibentur. 4) Colorno. 5) Brescello. 6) Ita Fridericum II. a partibus papalibus vocatum esse, supra monui.

1248. **De reformacione monete, que per tonsores nimis fuit corrupta.** Ipsis quoque diebus moneta Anglie per detestabiles tonsores et falsarios adeo intolerabiliter est corrupta, quod nec indigene[a] vel etiam alienigene[b] eam oculo recto vel illeso corde poterant intueri. . . . Facta igitur diligentissima inquisicione, inventi sunt in hoc facinore culpabiles Iudei, Caursini infames et quidam mercatores lanarum Flandrenses. Iussit etiam dominus rex Francorum omnes tales in regno suo compertos patibulis laqueatos ventoque[c] presentari. . . . . . .

**Frethericus et eius[d] filius Conradus uxores duxerunt.** Eodem quoque anno Frethericus, ut partem suam in concepto contra papam certamine roboraret et roboratam magis solidaret, quibusdam principibus confederatus, in uxorem duxit quandam mulierem[1] thesauris opulentam, specie placentem, genere preclaram. Filius etiam eius, simili tractus intencione, filiam[2] ducis Baiwarie[3] sibi matrimonio copulavit[e, 4]. Quod cum comperisset archiepiscopus Coloniensis et qui partem novi electi in regem Alemannie[f], instabant solito diligentius, ut idem electus Willelmus[g] apud Aquisgrani in regem plene et solempniter coronaretur. Sed opponente repagula contradiccionis Fretherico cum filio suo Conrado, obturatus et penitus preclusus est illi aditus civitatis. Archiepiscopus igitur Coloniensis[5] et legatus[6], additis sibi innumerabilibus prelatis et nobilibus, qui ecclesie favebant, quorum maxima pars per Predicatorum et Minorum[h] cruce signata est, civitatem Aquisgrani cum instantia maxima obsederunt; ubi crebro inter hos et illos conserto conflictu vario, multi in ore gladii ceciderunt. Et continuata est obsidio[7] cruenta nimis et dampnosa utrobique; augebatur tamen cotidie numerus obsidentium ad instar fluminis, quod ex torrentibus suscipit incrementum. Confortabat interim obsessos frequenter missa epistola[8] Fretherici et filii eius Conradi, ne deficerent fatigati; futura enim erat in proximo, ut asserebant, magnifica eorum liberacionis consolacio. . . . . . .

**Angustia et dolor pro mutacione monete[9].** . . . Accrescente igitur inesti-

---

*regebamur semita et ducatu. Et quamvis duriter a principio restitissent, nos tamen invalescentes durius in eosdem, confregimus, contrivimus[i] et prostravimus ipsos[k] omnes*. Et descendens[?] impius[l] Frethericus, per subterfugia tanquam latro dimisit suos et spolia sua prorsus[m]. Ex quibus tria milia cepimus et plures; cepimus quoque carrochium Cremonensium[n]; cepimus etiam menia que fecerat et omnia castra sua cepimus[i] et habemus omnia sua[i] que habebat[o]. Interfecimus quoque Thadeum iudicem suum, cubicularios et camerarios omnes[p], nostros etiam[q] bannezatos; de suis militibus et populo interfecimus ultra mille quingentos preter subversos equorum pedibus et ruina, quos pre multitudine describere non potuimus. Alios autem de suis fugavimus usquequaque. Tandem in civitatem regressi cum Dei laudibus et honore, nostre disposuimus* cf. Apoc. 19, 1. *negocia civitatis, confidentes in illo qui est vera salus omnium atque[r] virtus, quod, contritis[s] brachiis impiorum, amodo nos et nostri pace perpetua pociemur. Et hec vobis ad gaudium intimamus, magnificentiam vestram deposcentes, quatinus omnes universaliter in nostrum auxilium et[t] succursum, mora sublata qualibet, cum carrochio vestro accedatis; quoniam[u], cum Deus aperuerit nobis viam, procedere volumus per ipsam[v] festinanter, ut recuperemus continuo[w] Burgum Sancti Dominici[x, 10] et Bersillum et alias terras nostras, capientesque[y] navigium Cremonensium[z] et[a] inimicos nostros et vestros, deleamus eos de libro viventium. Tollite moras omnes, viri prudentissimi, ut[b] constantes, quia post Deum et beatam virginem triumphi nostri vos auctores et participes reputamus. Et sciatis, quod, combusta terra dicti[c] et maledicti F., habemus omnes quos de nostris et Placentinis in vinculis detinuerat[d]. Valete! Nunciate hec amicis nostris et vestris, ut** pateant omnibus Christi amicis! Valete[e]!*

*) *et contrivimus universos. Et cum hoc audisset impius F. et cogitaret suis succurrere, formidavit nobis occurrere add. W.*

cf. Ioh. 16, 24. **) *ut gaudium nostrum quod est plenum omnibus pateat amicis nostris W.*

a) *corr. ex* indigne 2. b) alienige 1; alienigine 2. c) *sic codd.*; vento *emendat Luard.* d) f. Conrodus e. *corr.* e. f. C. 1; C. f. e. 2. e) cap. 1. f) tenebant *suppl. edd.* g) W. 1. h) ministerium *suppl. edd.* i) *deest W.* k) o. i. *W.* l) i. F. *h. l. des. W.* m) universa *add. W.* n) Crom. *c.* o) habuerat *W.* p) suos *W.* q) quoque banniz. *W.*; bannceratos *minus recte Hu.* r) a. v. q. *des. W.* s) cuim amodo *add. W.* t) et s. *des. W.* u) *ita* (Qm̄) *c. W.*; Quam *Lu.*; Quia *Hu.* v) eam *W.* w) contunuo *c.*; *deest W.* x) Diiici *c.*; Domnini *emendandum.* y) capientes nav. insuper *W.* z) Cremonēs⁹ *c.* a) i. et *W.* b) et *emend. Hu.* c) d. et *des. W.* d) detinebat *W.* e) *deest W.*

1) Error; dicit autem (infra p. 300) filiam ducis Saxoniae. Quod matrimonium ne contraheretur, vetuit Innocentius IV. a. 1247, Oct. 26, Potthast nr. 12731. 2) Elisabeth. 3) Ottonis. 4) Iam a. 1246, Sept. 1. 5) Cf. Cardauns, 'Konrad von Hostaden' p. 26. 6) Petrus diaconus S. Georgii ad Velum-aureum. 7) A. 1248, Mai.—Oct. 8) Nulla exstat. 9) Haec posita sunt post m. Mart. et ante m. Iun. 10) Borgo San Donino.

mabiliter lucro super hoc domini regis, accesit[a] ad ipsum comes Ricardus, frater eius, alter 1248. Iacob et subtilis supplantator, in cuius debito magno rex tenebatur obligatus, et . . . . tandem impetravit, ut ipsius cunei perciperet emolumentum, cuius usus et proventuum excercicium cotidianum secundum estimacionem[b] certam trapazetarum[c] per septennium fuerat duraturus[c], et lucrum ad viginti milia librarum, tercia tantummodo parte proventuum domino regi reservata, ut sic a laqueis debitorum, quibus contra comitem dominus rex tenebatur irretitus[d], liberaretur. . . . . . .

Rex Francorum transfretat peregrinus[e]. Tempore autem equinocciali[1] temperiem gratam ostendente, et frugum habundantiam cum mustis autumpno ministrante, dominus rex Francorum, accepta sollenniter apud Sanctum Dionisium et alia sacra loca in regno suo licentia et facto voto, iter arripuit Ierosolimitanum. Et per Lugdunum, ubi papa morabatur, transitum faciens[2], ipsum humiliter ac devote salutans, obnoxius[f] deprecabatur[3], ut, salvo in omnibus honore ecclesiastico, Fretherico condescenderet humiliato et veniam postulanti gratiam concederet reconciliacionis et paterne pietatis sinum panderet penitenti: 'saltem ut tucior mihi pateat via peregrinanti'. Ad quod cum inveniret papam vultum contradiccionis protendentem, recessit rex tristis, dicens: 'Timeo, ne, cum recessero, parentur regno Francie propter inexorabilem tui duritiam insidie hostiles in proximo. Tibi imputetur, si negocium Terre Sancte impediatur! Veruntamen[g] Franciam, Franciam ut pupillam oculi, quia a statu ipsius et[h] tui et tocius christianitatis dependet prosperitas'. Cui papa: 'Ego quoad vixero stabo cum Francia contra scismaticum[i] Fretthericum, quem dampnavit ecclesia, et a culmine imperii generale concilium precipitavit, immo etiam contra regem Anglie, vassallum nostrum, si presumat contra regnum Francorum vel eius pertinentia recalcitrare, et omnes dicti regni adversarios'. Et respondit rex, hiis verbis aliquantulum mitigatus: 'Tibi igitur hec promittenti commendo habenas regni mei Françie gubernandas'. Extunc igitur provisum est, ut mitteretur specialis nuncius ad regem Anglie, prohibens eum, ne aliquid de pertinenciis regno Francorum quomodolibet impeteret hostiliter vel infestaret; ad quod destinati sunt specialiter magistri Albertus et Paulus, qui ad dominum regem Anglie venerunt apud Windeleshores in festo exaltacionis sancte crucis, ad Sept. 14. hoc ei nunciandum. Sed hoc secretum occultatum fuit, ut liberius dominus rex pecuniam exigeret ad reposcendum et requirendum iura sua in manu militari. Rex igitur Francorum, valedicto[k] et accepta ab eo remissione peccatorum, post factam cum morosa deliberacione confessionem cum papali benediccione recedens a Lugduno, versus Marsiliam[l, 4] lora direxit et vexilla. Et cum Avinioni appropinquaret, cives non sustinentes superborum Francorum obprobria, qui iam eos Albigenses appellabant, proditores et pocionatores, impetum facientes in eos in angustis viis sibi notis, antiquis inimiciciis odium et iram suscitantibus, quosdam de excercitu Francorum spoliabant, quosdam autem trucidabant resistentes. Unde quidam magnates de regno Francorum suggesserunt domino regi Francorum, ut obsidione civitatem ipsam vallaret, ut saltem mortem patris sui ibidem pocionati[5] iuste ac potenter vindicaret, aut progrediens ipsos id facere cum favore suo permitteret. Quorum furorem vix compescens, rex ait: 'Nec patris nec matris nec meam[m] vindicatum progredior a Francia, set pocius ipsius domini mei Iesu Christi'. Progrediensque cristianissimus rex Francorum, multa maiora apud Marsiliam* toleravit detrimenta, ita ut Francorum primates provocati, nisi discreta ac sancta regis modestia retardarentur, ipsam

*) *In loco raso 2, fortasse olim (ut supra l. 32, n. l)* Egemort; *adduntur enim manu ipsius scribae haec:* portum quendam, quem ipse construxerat, ut evitaret insidias Fretherici, distantem a Sancto Egidio per sex leucas, a Monte-pessulano per tria miliaria, ubi est nimis corruptus aer et turbulentus, propter cuius corruptionem multa milia hominum ibidem debita nature vel in conterminis miserabiliter periendo persolverunt. *Quae praemissa syllaba* va- *et* -cat *postscripta, iam etiam linea perducta deleta sunt.*

a) *sic* 1. b) estimacon. 1. c) *sic codd.* d) *ita* 2; irretus 1. e) peregrinaturus 2. f) *sic pro* obnixius *codd.* g) custodi *suppl. edd.* — Frantiam *ter habet* 2. h) et t. *des.* 2. i) scismatum 1. k) papa *(leg.* pape*) suppl. Lu.* l) Egemort 2, *sed expunct. et* Marsiliam *superscr.* m) meum 2; iniuriam *suppl. edd.*

1) Potius Iun. 12. 2) Mense Iulio. 3) Affuerunt imperatoris legati, sicut Ludovicus ab eo petierat; cf. Ficker, Reg. nr. 3766; forsitan Matheus legit epistolam a Friderico II. m. Aug. de hac re Henrico III. datam, ib. nr. 3721, vel Innocentii IV. litteras ap. Huillard-Bréholles VI, p. 641. 644. 4) Portus, unde Ludovicus IX. ipse profectus est, erat Aigues-mortes, Marsiliae alii Franci naves solverunt. 5) Cf. supra a. 1228.

1248. civitatem[a] cum magna instantia et indignacione obsedissent[b]. Dicebat namque dominus rex: 'Instat tempus passagii, absit, ut prevaleat Sathanas, qui propterea dolet, alicuius interponat quoque repagula contradiccionis vel impedimenti'. Rex igitur, sedato vix tumultu, Aug. 25. in crastino sancti Bartholomei, assumptis secum electis et preelectis bellatoribus, et relinquens post se plus quam mille arcubalistarios et multo plures milites et servientes[c] — qui cum magna verecundia et indignacione redeuntes vix se cohibuerunt[d], quin adherentes regi Anglorum ultro prelia contra regem Francorum excitassent; sed futura pericula rationis ac providentie libra trutinantes[e], pacifice per dominum papam redierunt, offerentes se illius obsequio, ut ad ipsius imperium contra quemlibet pro ipso militarent; sed circumventi papalibus sermocinacionibus et eorum in curia eiusdem domini pape qui noverant eos denariis habundare, crucis signaculis depositis et viaticis suis domino pape pro venia sue peregrinacionis optinenda resignatis, ac loculis, ut levius irent, excussis, vix remanente ipsis minima porciuncula, unde possent obiter sustentari, ad propria remearunt. Dominus autem rex Francorum, Neptuno se committens, sinuosis velis versus Cyprum insulam omnibus bonis redundantem, ut ibidem pacifice respiraret hiemando, vento prospero navigabat. . . . . .

Capitur civitas Aquisgrani, et coronatur in regem Alemannie Willelmus[f] comes Holandie. Et dum brumalis frigiditas algenti mundo durius immineret, artabantur[g] obsessi in civitate Aquisgrani vehementer. Denegabatur enim illis undique exitus et introitus, auxilium omnimodum et consilium et collacio victualium[1]. Tritico deficiente, panis eorum opirus[2] et muscidus, caro rancida, arma confracta rubigineque consumpta, vestes attrite. Immutata est species mulierum, parvuli escam petierunt, nec erant cf. Luc. 24, 30. qui frangerent et porrigerent. Partes igitur suas diligenter interponentibus obsessoribus, videlicet Alemannie magnatibus simul cum legato[3], archiepiscopo Colonie[h], episcopo Leodiensi[4], infinitam turbam secum trahentibus, et aliis populis cruce signatis ministerio fratrum Predicatorum de diversis mundi partibus diatim advenientibus, totam patriam excercitus prelatorum numerosus ad instar locustarum cooperuit. Unde hec pars de nocte, illa de die vicissim et incessanter muros et castra civitatis mangonellis, petrariis et precipitatoriis undique erectis flagellarunt, homines indefensos et detectos in frusta conterebant, telis transfigunt et omnibus quibus poterant modis obsessos coangustabant. Cogebatur igitur necessario civitas, omni spe liberacionis destituta, se hostibus mancipare et eorum arbitrio pertractari. Civitate igitur tam violenter quam viriliter capta, comes Willelmus de Holandia, electus in regem Alemannie, per manum Conradi archiepiscopi Coloniensis[5] ibidem, Nov. 1. ubi scilicet solent de iure antiquissimo reges Alemannie coronari, die omnium sanctorum sollempniter[i] ilico coronatur. Fugerunt autem interim multi de civitate capta, diruta et depauperata, tam indigene quam alieni stipendiarii, quos ibidem ad munimen constituerant Fredericus et eius filius Conradus, per occultos exitus, macerati et pre multiplici inedia semivivi. Que[k] tamen coronacio a multis nulla reputabatur, quia[6] omnes electores non erant ibi presentes nec etiam consencientes, utpote dux[7] Saxonum, cui confederabatur Fretbericus per filiam[8] ducis, quam ducturus est in uxorem, si reconciliari poterit; nec dux Bavarie[9], cuius filiam Conradus, filius Fretherici, duxit, consensit, sic nec multi alii.

Conrado properanti ad succursum obsessorum resistitur potenter. Voto igitur suo potitis archiepiscopis, episcopis, prelatis et magnatibus aliis, qui favebant ecclesie, ecce Conradus, Fretherici filius, rex iam cassatus et supplantatus, dum ad liberacionem civitatis potenter festinaret, potencius occurrit venienti alius excercitus Alemannorum, per legatum procuratus, copiosus et fortis valde, eidem Conrado[l] in ore gladii[m] resistens truculenter; cui excercitui prefuerunt Maguntinus[10], de Mescia[11] in Lotharingia et de Stratheburg[12] archiepiscopi[13] cum innumerabilibus suorum aciebus et infinitis legionibus[14] de Frisia, de Gocia, de Ruscia, de Dacia et de partibus Germanie et Germanie conterminis,

a) Marsilie exercitus ibidem commorans *add.* 2. b) obsedisset 2. c) *sententia non finita est.* d) cohiberunt 1. e) trutinanantes 1. f) W. 1. g) arcab. 1. h) C. e. *des.* 2. i) *deest* 2. k) Que — alii *in marg. manu Math.* 1; *des.* 2. l) C. 1. m) *bis scr.* 1.

1) Haec alibi non relata ut vera recipit Ficker nr. 4931a. 2) I. e. marcidus et mucidus. 3) Petro. 4) Henrico. 5) Quamquam alii Willelmum a cardinalibus coronatum esse dicunt, nostro consentit Ficker nr. 4934a. 6) Etiam insignia ad Willelmum coronandum adhibita falsa fuisse, noster ignoravit. 7) Albertus I. 8) Cf. supra p. 298. 9) Otto II. 10) Sigfridus, qui tamen potius a Conrado repulsus esse videtur; cf. Ulrich, 'Wilhelm von Holland' p. 40. 11) Iacobus. 12) Henricus. 13) Error. 14) Haec veritatem excedunt.

cruce signatis, qui omnes uno animo successi[a], immo quasi unus homo, ipsum Conradum 1248. impetuose repellentes cum universo excercitu Fretthericali et suo, fugam triumphaliter inire coegerunt. Et sic confusus recedens filius ad patrem[1] sine Spiritus sancti consolacione, equinis non parcens lateribus, ocius convolavit. . . . . . .

De quodam horribili casu in terra comitis de Sabaudia. Eodemque tempore[2] in partibus Sabaudie, in vallibus videlicet Moriani, quedam[b] ville, scilicet[c] 5, cum suis bostaribus[3], caulis et molendinis adiacentibus obrute sunt et absorte[d], montibus et scopulis, qui vicini erant, de loco creacionis sue, facto horribili terre motu per quasdam sui cavernas, avulsis et revolutis. Multi[e] dicunt 3 domos religiosorum ibi oppressas fuisse, sed unum presbyterum ibi fuisse liberatum. Nescitur tamen, si miraculose vel naturaliter illa montium ruina facta in pagos memoratos adeo horribiliter desevit; sed quia hominum circiter 9000[4] oppressit et animalia quorum non est numerus estimabilis, videtur, quod pocius miraculose quam casualiter evenisset. Dicebatur enim, quod in eorundem incolarum mansiones merito desevit divine ulcionis severitas, eo quod iam impudenter usurarum turpia commercia excercuerunt indifferenter, polluti libidinis ignominia, seque ut[f] vicium virtutis species operiret, mercatores denariorum sophistice non erubuerunt apellare[g], simonias non abhorruerunt, furta et predas sine misericordia aggredi non formidabant, transientes per eos et cum eis hospitantes peregre proficiscentes Romanamque curiam adire compulsos, scolares, institores vel iugulare vel pocionare non omittebant, ignorantes, quod quanto ulcio divina tardior, tanto gravius legitur desevire, teste beato Gregorio[5] dicente: *Lento gradu procedit ad ulcionem divina severitas, sed tarditatem compensat postea gravitate.*

Oritur scandalum per mortem prioris de Thefordia Provincialis. Ut autem compleatur quod in euvangelio legitur: *Necesse*[h] *est* — hoc est inevitabile — *ut veniant scandala, ve mundo a scandalis,* eodem anno, mense Decembri prior de Thefordia[6], Matth. 18, 7. nacione Sabaudialis, monachus Cluniacensis, qui se consanguineum vel affinem vel saltem compatriotam regine[i] fecerat et inde sibi cornua assumpserat, fratres suos, Bernardum militem et Guiscardum clericum monstruosum, ad domum suam de Theford advocavit. Et ibidem immoderatis commessacionibus et potacionibus cum eisdem pernox, matutinalium oblitus, usque ad gallicinium[k] de more[l] morabatur indulgens[7]. . . . . . .

De quibusdam incendiis fortuitis. . . . In Alemannia enim preter alia dampna, que vorago ignis consumptivi suscitavit, cathedralis ecclesia beati Petri in Colonia, que est omnium ecclesiarum que sunt in Alemannia quasi mater et matrona, usque ad muros incendio est consumpta[8]. . . . . . . Berge[9] . . . Dominus . . . fulgure repentino maximam, que de Anglia venerat et eadem nocte applicuerat, navem concussit. . . . Ipse qui et hec scripsit[10] in navi extiterat[m]; malus confractus erat; sed eadem hora in quadam ecclesia que iuxta litus erat missam celebravit quasi proceleuma[11] nauticum canendo, Deo gratias post pericula pontica[12] redditurus. Hec cum domino regi[13] innotuissent, pro amore ipsius qui in ipsa navi fuerat malum prestanciorem[n] iussit restitui et maiorem. . . . . . .

Diebus quoque sub eisdem archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[o], qui in partibus Lugdunensibus . . . domino pape militavit, ab ecclesiis in sua provincia vacantibus, quas per annum retinuit, auctoritate fultus apostolica, thesaurum non minimum . . . extorsit[p]. . . . . .

Duo nuncii Tartarorum venerunt ad papam. Eadem estate venerunt duo nuncii Tartarorum, a principe eorum ad dominum papam destinati. . . . Suspicabatur[14] autem a multis per quedam argumentorum indicia, quod in carta continebatur, propositum et consilium Tartarorum[q] fuisse, movere guerram in proximo contra Battacium,

a) *sic pro* succensi *codd.* b) M. q. *in loco raso* 1; quinque 2. c) s. V *superscr.* 1; *des.* 2. d) *sic codd.* e) Multi — liberatum *in marg. Math.* 1; *des.* 2. f) utut 1. g) *sic* 1. h) Necesse — scandala *in loco raso* 1. i) se *iterum add.* 1. k) gallicinum 1. l) *bis scr.* 1. m) *sequitur verbum erasum* 1; cuius *suppl. edd.* n) prestac. 1. o) B. 1. p) *alia m. in loco raso* 1. q) *deest* 2.

1) Error, ut supra p. 279. 292, fortasse nihil nisi inania verba. 2) De tempore cf. Hist. Angl. infra a. 1248. 3) Stabulis boum. 4) Quinque milia oppressa scribunt Mart. Opp., SS. XXII, p. 472; Girard. de Fracheto, SS. XXVI, p. 588 (falso ad a. 1244); Salimbene p. 147. quatuor milia oppressa refert. 5) Immo Valerio Maximo I, 1, Ex. ext. 3. 6) Stephanus de Thetford in confinio Norfolk et Suffolk. 7) Interficitur a monacho suo Wallensi. 8) A. 1248, Apr. 30; cf. Cardauns l. l. p. 147. 9) Civitatem eodem die quo ipse ibi applicuit conflagrasse narrat noster; quod incendium Iul. 4. factum esse habet Munch, 'Norske folks historie' IV, p. 100. 10) De Mathei itinere v. infra p. 302 sq. 11) I. e. cantum nautarum. Cf. Ducange-Henschel s. v. *celeuma.* 12) Maritima. 13) Haconi. 14) V. quae supra p. 292. de imperatore cum Tartaris conspirante dicuntur.

1248. generum Fretherici Grecum, scismaticum[a] et Romane curie inobedientem. Quod domino pape non credebatur displicuisse; dedit enim eis vestes preciosissimas, quas robas vulgariter appellamus, de eskarleto[1] preelecto cum penulis et fururiis[2] de pellibus variis cisimorum[b, 3] et libenter confabulabatur ac favorabiliter et crebro per interpretes cum eisdem et munera contulit in auro et argento[c] clanculo preciosa.

**De gravaminibus a Romana curia Anglie[d] diatim illatis et cum aucmento multiplicatis[4].** . . . . . .

**Quomodo frater Matheus missus fuerat in Norwegiam.** Eodemque anno, cum pateret discrimini quoddam cenobium in Norwegia nobile quidem, quod dicitur cenobium Sancti Benedicti de Holm[5], de fundacione regis nobilissimi Cnutonis, qui et in Anglia unum cenobium[6] eiusdem tituli et ordinis fundaverat, depauperatum enormiter — et conventus dispersus, et totum fere destructum est ipsum cum suis pertinentiis monasterium —, recessit abbas[7], relicto ordine, et furtive sublato sigillo capituli, sub specie fidelitatis omnes ipsius monasterii fere possessiones vel vendidit[e] vel inde confectis cartis fraudulenter impignoravit, habens unum de fratribus, videlicet sacristam, qui sigilli custos fuerat, huius rei conscium et suo facinori consencientem, qui etiam cum abbate apostata fuerat et fugitivus. Archiepiscopus igitur Nithdrosie[8], in cuius diocesi fuerat dictum monasterium, ipsum cum omnibus pertinentiis cepit in manu, imponens monachis, quod non erant nisi solo habitu monachi, ordinis monastici et regule sancti Benedicti penitus ignari, monasticorum statutorum transgressores manifesti, quorum etiam aliqui fures fuerant et fugitivi. Ipsi autem monachi, qui, quamvis abbate carerent, sub prioris[9] regimine Deo quoquo modo militabant, ad asilum appellacionis, ad pontificem summum convolarunt. Indignum enim et rationi dissonum, ut unius vel duorum vel paucorum[f] in totam universitatem redundat[g]. Pendente igitur appellacione, non est ausus archiepiscopus amplius eos impetere vel aliquid innovare. Revocatis igitur aliquibus prudenter possessionibus, necnon et collecta pecunia, prior Romanam curiam adiit; et ecce abbas apostata cum suo complice ibidem paulo ante fuerat, et confectis cartis et signatis furtivo sigillo, domum memoratam quingentis[h] circiter marcis obligarat. Rediit ergo domum prior tristis et confusus; et antequam domum veniret, nuntiatum est ei, quod ille miser abbas obierat, in cenobio videlicet Sancti Albani in Selio[10], quod est in Norwegia. Et cum certificarentur super hiis prior et conventus, elegerunt sibi abbatem. Et adhuc remisso ipso priore cum uno monacho comite et cum pecunia 300[i] marcarum et cum literis domini regis[11] fratri Matheo[k] Parisius, ut ipse liberacioni eorum diligenter intenderet, directis, feliciter procuratum est, quod pro sorte tantum liberaretur domus memorata. Et cum iam optentis omnibus scriptis et instrumentis, quibus obligabatur conventus de Holm contra Caursinos Londoniis tunc existentes, penitus infra annum rediit cum omni prosperitate liberatus. Veruntamen, licet in temporalibus respirassent, in spiritualibus tamen adhuc languebant mutilati, vix latitantes, obtentis induciis et pro muneribus multiplicatis brevi dilacione, ne archiepiscopus totam insulam, que dicti monasterii fuerat possessio, et ipsum monasterium, quod quidem in ipsa situm fuerat, cum omnibus suis pertinenciis in sua susciperet, affugatis[12] monachis,
1247. qui quidem, ut ait, solo nomine monachi extiterant. Contigit autem, ut tunc temporis, sicut predictum est[13], venit episcopus Sabinensis, Romane sedis cardinalis, legatus in Norwegiam, ad quem statim dicti monachi nimis oppressi a suo archiepiscopo, ut de tribulacione susciperent consolacionem, convolarunt. Cui[l] ipse: 'Filii, monachorum statuta et observantias

a) scismatum 1. b) cifimorum 2. c) argent 1. d) *deest* 2. e) vendidi 1. f) culpa *suppl. edd.* g) redunda 1. h) quingenntis 1. i) .CCC. m. *superscr.* 1. k) eo *in loco raso, ubi fortasse olim* de 2; do *suppl. edd.* l) Quibus *emend. videtur.*

1) Panno coccineo ('scharlach'). 2) Gallice 'fourrure'. 3) Nostris 'hermelin'. 4) Romanis beneficia in Anglia conferuntur; Innocentius IV. a monachis S. Edmundi, ut abbatem electum confirmaret, Lugdunum missis, 800 marc. postulat. 5) Nidarholm, iam Munkholm (prope Nidrosiam sive Drontjem), de quo cf. Lange, 'Norske klostres historie i Middelalderen' p. 199; de Matheo eo misso ib. p. 206. 346; Münter, 'Kirchengesch. v. Daenemark' II, p. 606. 668. 6) S. Benet Holme, com. Norfolk. 7) Rita-Bjorn. 8) Sigurd. 9) Clementis. 10) Seljoe prope Stat promontorium. 11) Haconis. Unde hic Matheum noverit, non constat; sed ad commercium inter Norwegiam et Angliam (fortasse etiam S. Albanum) habitum illustrandum Madden, Hist. Angl. III, p. 17. confert Rymer, Foedera I, p. 236: *Ricardus de Sancto Albano, nuncius regis Norweye, habet litteras regis de protectione patentes sine termino. Teste rege apud Windles[ores] 15. die Iulii* [a. 22. Henrici III = 1238]. 12) *Affugare* saepe pro *expellere, fugare* dicit Matheus. 13) Supra p. 290 sq. et a. 1247: 4. *Kal. Augusti coronatus est rex Haco apud Bergas ab episcopo Sabinensi*, ed. Luard IV, p. 650.

et regulam sancti Benedicti penitus ignoro; consulo autem vobis in bona fide, ut Romanam 1247. curiam adeatis supplicetisque domino pape, ut vobis provideat ordinis vestri reformatorem et ydoneum instructorem; et ego pro vobis scribam eidem affectuose, ut super hoc vos exaudiat[a] benigne. Nec capit hoc negocium dilacionem, instat enim protervius archiepiscopus vester, ut vos propter vestram expellat ignorantiam'. Adiit igitur abbas pro hac causa curiam, suo comitante priore; et cum suum[b] domino pape desiderium plenius intimassent, ostendentes literas domini regis et legati super hoc petitorias, respondit eis dominus papa: 'Filii, si ignari estis eorum que scire tenemini, eligite cum deliberacione vobis informatorem, de quacunque regione et domo et persona mavultis, et fiet vobis quod petitis. Et erudimini, ne vester prevaleat in vos adversarius'. Ipsi igitur in crastino habita diligenti[c] simul cum aliis discretis viris, domino pape responderunt: 'Domine, experientia novimus edocti, quod non sunt adeo compositi monachi nostri ordinis per totam, ut[d] credimus, mundi latitudinem, sicut in Anglia; nec est, ut fama referente novimus, tam ordinata domus in regno Anglie sicuti[e] domus sancti Albani Anglorum prothomartiris. Petimus igitur de domo illa quendam monachum Matheum nomine nobis reformatorem et instructorem, cuius prudentiam experti sumus et fidelitatem. Preterea familiarissimus[f] regi nostro et amicissimus, poteritque per ipsum rebelles, si quos iustificando[g], si necesse viderit, edomare'. Cumque responsio domino pape satis placuisset, meruerunt monachi tale autenticum ad dominum abbatem[1] Sancti Albani presentandum reportare.

A u t e n t i c u m* d o m i n i p a p e a d a b b a t e m S a n c t i A l b a n i. *Innocentius* etc. *dilecto filio abbati Sancti Albani in Anglia ordinis sancti Benedicti* etc. *Cum, sicut ex parte dilecti filii*[h] . . *abbatis monasterii de Holm, ordinis sancti Benedicti, Nistorsiensis*[i] *diocesis, fuit propositum coram nobis, idem monasterium propter predecessorum suorum negligentias*[k] *sit in hiis que ad monasticum ordinem pertinent deformatum, nec inveniatur in illis*[l] *partibus aliquis*[m], *qui statuta et observantias eiusdem ordinis bene sciat, nos ad supplicacionem eiusdem*[n] *abbatis discrescionem tuam rogamus attencius et hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus dilectum filium fratrem*[o] *Matheum*[p] *monachum tuum, qui dicitur probate vite ac*[q] *religionis experte, ad idem monasterium, ut dictum abbatem et monachos suos in regularibus disciplinis et statutis, que ad eundem ordinem pertinent, informet et instruat, transmittere pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia non postponas. Datum Lugduni*[o,]** etc.

P r o s e c u c i o. Abbate igitur Sancti Albani domino [pape[r]], ut iustum erat, optemperante, et memorato monacho abbati suo obediente, factum est negocium prosperatum et 1248. consummatum[2], ita ut abbas de Holm in Norwegia in pace ac prosperitate perseveraret, et ordo monasticus[s] per Dei gratiam, qui discrimini patebat[t], cum aliis ibidem cenobiis in illa regione feliciter respiraret.

I t e m[u] t e r r e m o t u s i n A n g l i a. . . . Et ille terremotus tercius fuit, qui in triennio citra Alpes evenit: unus in partibus Sabaudie, et duo in Anglia, quod ab inicio mundi est inauditum et ideo terribilius.

A n n a l i s c o n c l u s i o. Transiit igitur annus ille . . . Ytalie inimicus, Alemannie letifer, Anglie adversarius, Francie exicialis et, ut brevibus concludam, in omni fere regione christianorum thesaurorum consumptivus, mundi finis multiplicibus argumentis indicativus, ut sunt: *Surget gens contra gentem, et terre motus erunt*[v] *per loca*, et consimilia; precipue Luc. 21, 10. 11.

*) Auctenticum papale, quo dominus Matheus Parisiensis, qui et scripsit[w] hoc, destinatus est et 1247. constitutus, licet invitus, reformator ordinis sancti Benedicti et visitator nigrorum abbatum et monachorum[3] eorundem in regno Norwagie *huius epistolae exemplari praemissa sunt in Lib. additam. (cod. Nero D I f. 92'), quem aeque ac H. Angl. ed. Madden III, p. 40. contuli.*

**) 5. *Kal. Decembris*[4] *pontificatus nostri anno* 5. *add. H. Angl.* Nov. 27.

a) audiat 2. b) suū 1. c) consideratione *suppl. edd.* d) ut cr. *des.* 2. e) sucuti 1. f) est *supplendum.* g) invenerit *vel simile verbum supplendum.* h) *nomini inserendo vacat spatium H. Angl.* i) N i d r o s i e n s i s *H. Angl.* k) negligentiam *H. Angl.* l) p. i. *H. Angl.* m) *deest H. Angl.* n) ipsius *H. Angl. Add.* o) *deest Add.* p) *sic in marg. H. Angl., in contextu* Mathm̄. q) et *Add.* r) *sic* 2; *deest* 1. s) monastichus 1. t) p. c. a. i. *in loco raso* 1. u) *hoc caput in marg.* 1. v) erut 1. w) *manu socii Mathei haec scripta sunt.*

1) Iohannem, II. 2) Inter dona quae *dominus Matheus Parisiensis contulit huic ecclesie* (s. Albani) *habuit aurifrigium de dono domini regis Norwagie Haconis*; Lib. additam. VI, p. 391. 3) V. supra p. 76, n. 2. 4) Tunc Haconi quoque papa litteras dedit, Potthast nr. 12760.

1248. autem Romane curie infamis, pestifer et perniciosus ireque divine manifeste comminatorius. . . . . . . .

Anno Domini 1249, qui est annus regni regis Henrici[a] III. 33, fuit idem dominus rex
Dec. 25. ad natale Domini Londoniis. In qua sollempnitate[b] comes Ricardus[1], frater eius, fuit apud Walingeford cum copiosa magnatum multitudine convivantium dies natalicios celebrando. . . . . . .

1249. De maxima confusione que contigit Wintonie et eius patrie, nec immerito. Iminente autem tempore quadragesimali[2], cum dominus rex apud Wintoniam feliciter advenisset, accesserunt duo mercatores de Braibantia ad ipsum queruli et dolentes dixeruntque domino regi lacrimando et eiulando: 'Domine rex pacifice et iuste, nos mercatores de Braibantia existentes, cum per fines vestros negociaturi, quos credebamus pacificos, transiremus, irruerunt in nos immunitos quidam predones et latrones, quos adhuc facie tenus cognoscentes in curia vestra invenimus, qui violenter a nobis ducentas marcas obiter abstulerunt nequiter ac latrocinaliter. Quod si renuentes presumant inficiari, paramur iudicialiter duello super eos veritatem, Deo iudice, discutere et disracionare'. Capiuntur suspecti; et cum determinaretur, ut a fama patrie eorum purgacio dependeret, liberavit eos patrie iuramentum. Quid mirum? Erat patria illis conformis, infecta tota latrocinio. Instantibus autem adhuc predictis mercatoribus et de manu regis pecuniam suam importune oportune postulantibus, cepit rex commoveri, et convocatis consiliariis suis ait: 'Quid agendum? Commoventur viscera mea super istorum tribulacione'. Cui illi: 'Domine, audivimus et novimus, quod super omnes provincias Anglie habetur ista suspecior. . . . Asserunt quoque isti iam spoliati, quod, si non eis pecunia eorum, pro qua parantur duello veritatem discutere, restituatur, a vestri regni mercatoribus in suis partibus omnia violenter reposcent et in eorum dampnum et vestri dedecus extorquebunt[c], duce Braibancie[3], cuius amiciciam desideramus, non immerito dedignante[4]'. . . . . . .

Rumor horribilis. Diebus quoque sub eisdem Fretherici fama non mediocriter cepit per diversa mundi climata adeo sordere, ut iam peior Herode, Iuda vel Nerone censeretur. Talis enim epistole fetor exicialis ex factis suis exhalans fidelium audientium aures et corda non sine stupore et gemitu quam plurimum exasperavit.

1248. Hic est tenor literarum[5], quas misit domino pape cardinalis[6] Reinerius de Biterbio de suspendio Arathini episcopi et de nequicia Fretherici ✠ Nota epistolam horribilem. multiformi. *Grande piaculum, nephanda presumpcio, ferina crudelitas, inauditum scelus, execrabile flagicium, horrendum spectaculum hiis diebus coram Deo, angelis et hominibus est perpetratum, super quo deberet celum pallescere, solis radius nube palliari, sidera obduci caligine et quasi claudi signaculo, terra tremere, mare intume-*
cf. Ier. 19,3. *scere, tinnire aures audientium, corda fidelium concuti, et renes christianorum contremiscere, ac ad ulcionis penam omnium regum, principum et militum ac universorum fidelium qui christianitatis professione censentur*[d]. *Ecce, qualiter insanivit preco zabuli, Sathane vicarius, prenuncius Antichristi et omnium crudelitatum artifex et minister, et grassatus est in christos Domini magnosque pontifices sancto crismate delibutos! Siquidem recolende*[e] *memorie dominus Mar-*
cf. Ier. 1,13. *cellinus Arethinus episcopus, cernens in sua civitate persecucionis ollam a facie aquilonis vehementer succensam contra se nimium ebullire, cessit currenti furori*[7] *et apud Anchonam, sedis apostolice filiam devotissimam, annis pluribus in penuria exulavit. Suscepto igitur tandem precepto apostolico, plurimum laboravit, ut marchiones de faucibus virulenti draconis*[8], *de laqueis venantium demonum et tirannica servitute erueret, in quo videbatur per Dei gratiam*

a) H. 1. b) sollepn. 1. c) extorquebant *codd.*, *corr.* extorquebunt 2. d) corda excitari *suppl. edd.* e) vel redo *in marg. Math.* 1; redolende[9] 2.

1) Hic erat *in vigilia epiphanie apud Westmonasterium.* 2) Febr. 17. erat caput ieiunii. 3) Henrico. 4) Pergit narrare, quomodo 'duodecim viris de comitatu Suhamtonie, qui iurati de furibus quos noverant nomina exprimerent, electis, quia veritatem supprimerent, incarceratis, advocati alii duodecim multorum furta detexerint'. Tunc demum rex latrones punire potuit. 5) Huillard-Bréh. VI, p. 603 (ex nostro) fere Martio a. 1248. eas datas esse censet; certe non multo post scriptae sunt, nam 10. *Kal. Sept. Maguntinus archiepiscopus Erbipoli predicans, quod imperator in Longobardia pontificem caude caballi alligari preceperit, ut iumenti stercora ipsius ori inciderent; sicque suspendio interire mandavit* (Ann. Erphord., SS. XVI, p. 36) has litteras legisse videtur. 6) Diac. S. Marine in Cosmedin. 7) Cf. Ovid. Rem. am. 119. 8) Friderici II; cf. supra p. 297. 9) I. e. *dolendae.*

1248.

*aliquantulum profecisse. Contigit autem, Domino permittente, ut in manus incideret*[1] *hostium et duriter in carcere ac vinculis premeretur per tres menses et amplius*[2] *a satellitibus Pharaonis. Denique vir sanguinum Frethericus, qui tanquam draco seviens ac leo rugiens circuit,* (cf. 1. Pet. 5, 8.) *querens quem devoret, madidus sanguine innocentum et cruore sanctorum ebrius, hoc audito,* (Apoc. 17, 6.) *plurimum est letatus et ad exstinguendum Dei presulem ferino animo aspiravit. Nimirum hic impius dux prophanus, habens, sicut pater suus diabolus, contra Dei ecclesiam iram magnam,* (cf. Apoc. 12, 12.) *sciens, quod modicum tempus habet, protinus in furorem erumpens, ore rapido*[a] *suspensionis et iuguli contra christum Domini sentenciam fulminavit apud Victoriam ab eo fundatam, sed titulis fidelium ascribendam. Hoc autem actum est non sine stupendo miraculo, tercio videlicet* (Febr. 16.) *die ante suum et illius loci exterminium triumphale. Ipsa namque Victoria felici auspicio contra votum furentis, qui ei nomen indidit, victoriosi trophei tripudium de se ipsa parti cessurum ecclesie suo vocabulo presignavit. Ceterum, cum Averni Ciclopes et Vulcani satellites hoc mandatum a suo principe recepissent, urgebant episcopum, ut ipse dominum papam, cardinales et alios prelatos ecclesie tunc excommunicaret publice coram plebe et fidelitatem iuraret perfido Fretherico, impunitate sibi super hoc et multis diviciis repromissis. Ipse vero Domini spiritu roboratus fidenter asseruit, quod ipsum Fretherieum, Sathane progenitum et alumpnum, frequenter excommunicaverat atque suos, et tunc etiam eandem in ipsum anathematis sententiam iteravit. Cumque duceretur ad martirium pontifex, se primum munivit tam lamentis penitentie quam omnibus ecclesiasticis sacramentis. Verum, cum se in abissum demergi estimans, a circumstantibus intellexit, quod tractus per villam debebat suspendio interire, cantare cepit 'Te Deum laudamus' et ymnum angelorum*[3] *alta voce. Deinde ad patibulum trahi voluit velut Christus ad crucem, sed flentibus mulieribus et parvulis circa ipsum, non est permissus ex toto nudari. Porro Sarraceni ligaverunt sacras manus et pedes, velaverunt oculos,*

Nota scelus et impietatem inhumanam.

*caput vero iuxta caudam animalis est positum, ut alvi profluvium, si erumperet, sacram verticem inquinaret. Ceterum vero illud brutum animal, licet stimularetur calcaribus, moveri non poterat, donec psalmum et orationem inceptam adleta*[b] *Domini terminaret, et ab ipso gradiendi ulterius data foret licencia. Sicque per castrum Sancti Plumiani*[4] *Sarraceni traxerunt eum ad furcas, acsi esset vir ignobilis et plebeius seu omnium abiectorum peripsima vel perfidus paricida*[c], *seu sicarius aut plagearius seu* (cf. 1. Cor. 4, 13.) *nocturnus depopulator agrorum. Sane Christo domino et fratribus Minoribus hinc inde assistentibus inter alia est confessus, quod sensualitas murmurans suadebat, ut martirium, quod ipse, dum esset liber, cupierat, refugeret, si valeret. Sed ipse tam hec quam queque minima que occurebant*[c] *memorie non cessabat publice confiteri, omnibus sibi nocentibus offensas ex corde dimittens et que inferebant sustinens pacienter. Fuit autem suspensus in patibulo in prima dominica*[5] *instantis quadragesime, pene hora eadem qua Redemptor noster crucem ascendit.* (Mart. 8.)

Nota sevitiam[d] in adhuc defunctum factam.

*Positis vero custodibus, ac triduo pendens in furcis, Minores tandem furati sunt corpus eius; sed illud carnifices de tumulo extrahentes ac trahentes per lutum, iterum suspenderunt, non deponendum absque novi Pilati licentia speciali,* (cf. Matth. 27, 58.) *ad maius christianitatis obprobrium, cleri contumeliam, perpetuam ignominiam sacerdotalis ordinis et honoris confusionem pontificalis. Sane martiris corpus, penarum prius*[e] *ludibria tabefactum, nunc miraculis illustratur, ut testantur fratres religiosi qui exinde advenerunt,*

Nota miraculum.

*firmiter asserentes, quod iam elapso decendio* — id[f] est diebus decem — *non fetebat*[g]. *Idem vero asseritur a viris prudentibus de illustri viro domino Hugelino Rainocii*[h], *plurima laude digno, qui nuper equo impingente ruens in prelio, captus et nudatus ab impiis fuit et crudeliter interfectus. Attendite, populi christiani, et*[i] *videte, si est dolor sicut dolor ecclesie,* (cf. Thren. 1, 12.) *immo vester! Quis enim audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? Quis fidelis Christi famulus hec advertens potest lacrimas continere, gemitus compescere aut singultus? Numquid erunt usque adeo aliqui duricordes*[k], *ut tante crudelitatis percussi malleo non doleant, non tristentur?*

a) rabido *emend. Huill.* b) *sic codd.* c) *sic* 1. d) seviam 1. e) per *supplendum vel cum edd.* ludibrio *legendum.* f) id — decem *in marg. manu Math.* 1, *superscr. m. correctoris* 2. g) feteba 1. h) Remocii *Hu.* i) et *v. m. correctoris superscr.* 2. k) duri corde *sine causa (v. Ducange s. v.* duricors) *emend. Hu.*

1) M. Dec. a. 1247; Ann. Colon., SS. XXII, p. 542. 2) Id est usque ad a. 1248, Mart. 8. 3) *Gloria in excelsis Deo.* 4) *Pratum Flatiani* (Flazano ante Parmam) emendat (secundum Affò, 'Storia di Parma' III, p. 212) Huillard; Castel Planio prope Anconam intelligit Luard; in castro San Flaviano episcopum ad supplicium tractum esse, censet Ficker nr. 3666 a. 5) Huillard hoc ipso iudicii die factum esse opinatus, intelligit primam carnisprivii monachorum, tunc Febr. 16; sed v. supra l. 2.

1248. *Nunquid non conterentur quorumque christianorum corda lapidea, et ad compassionis affectum adamantina pectora non scindentur? Ubi est zelus christiane fidei? ubi flammeus amor Christi,* [A. Petri apocr.] *qui nunc est denuo in suo suspensus pontifice ac ministro? Quemadmodum dixit Petro: 'Vado*[a] [Act. 9, 4.] *Romam iterum crucifigi'; et Saulo: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' et in euwangelio de* [Luc. 10, 16. Zach. 2, 8.] *discipulis attestatur, dicens: 'Qui vos spernit, me spernit; et qui vos tangit, tangit pupillam* [Nota aliud flagicium consimile.] *oculi mei'. Igitur hic scelestus ad sue dampnacionis cumulum et ad increpandam duriciam cordis nostri, que ad tam horrenda facinora vix movetur, similia sepius iterare flagicia non expavit, autumans apud christianos, eo quod sua sine talione habun-* [cf. Matth. 24, 12.] *davit iniquitas, refriguisse penitus caritatem, aruisse in omnes pietatis viscera, omnemque zelum fidei defecisse. Nam circa biennium episcopum Geracensem de Calabria fecit in aquis* [Nota aliud facinus non minus prioribus.] *vehementibus*[b] *prefocari. Hoc vero anno in Urbe apud Lateranum recolende memorie Cephaludensem episcopum*[1] *de Cecilia, iam annis quindecim per dictum impium a propria sede pulsum, per quendam lictorem Siculum gladio fecit necari; cuius veneranda canicies ad senium iam procliva, diu in camino paupertatis excocta et longevi exilii pruina contracta, per se ipsum*[c] *ad exitum properabat. Sed gladiator predictus non ad hoc tantum missus fuerat, sed ut in aliquem*[d] *de magnis columpnis manus ex-* [Nota aliud maius prioribus.] *tenderet, si valeret, cruentatas. Nec mirum, si minus famosos prelatos perimit, cum olim sicarios et assisinos conduxerit ad necandum supremum Christi vicarium*[2] *et aliquos fratres eius et in quosdam principes iam pridem*[e] *similia attemptaverit. Heu! qualiter obdormivit in principibus christianis timor Dei, et omnino fere tepuit amor Salvatoris! Nempe dudum tempore gentilium, si unus demon, dans in terris ydolatris responsa, coli ab aliquo spernebatur*[f]*, multis distractus suppliciis, crudeliter necabatur; et modo fides contempnitur, invalescunt heretici et ab impio defenduntur; predicantur in huius scelesti potentatu hereses, increscunt apostate, defenduntur hostes Domini, contempnuntur sacramenta et claves ecclesie, conculcatur libertas ecclesiastica nec curatur. Sane cum dudum excercitus christia-* [Prefertur soldanus Babilonie Frethericog[g].] *nus, qui capere Babiloniam intendebat, fuit ab aquis Nili excrescentibus interceptus, nonne soldani*[3] *mansuetudine refectus est pabulo et incolumis est servatus remissusque ad propria sine dampno, ubi erat bone memorie dominus Albanensis*[h, 4]*, Achonensis*[5] *episcopi et quidam alii presules et prelati et clare memorie rex Ierusalem Iohannes de Bresnes? Nonne inclite recordacionis dominus Iohannes de Columpna presbiter cardinalis, qui cum imperatore Constantinopolitano*[6] *ad Greciam recuperandam intraverat,* [Prefertur et Cumanus.] *captus a Theodoro Cumano, reverenter tractatus est et dimissus? Ecce sevissimi hostis insania, non contenta hiis malis, per Sarracenos prophanari fecit ecclesias,* [Abbominaciones[i].] *subrui altaria, spargi reliquias et in locis sacris constuprari*[k] *christianas virgines, viduas cum maritatis. Quin etiam de suo mandato fratres Minores aliique viri religiosi, qui ad dandum penitentias et sepeliendum corpora occisorum inter christianas acies discurrebant, gladiis impiorum perimuntur. Insuper, ut furor Domini contra malingnum amplius* [Detestabilia.] *incandescat, nuper apud Narniam Sarraceni, multis cernentibus, ad caudam subiugalis traxerunt ymaginem Crucifixi et beate Marie et aliorum sanctorum; deinde succisis Crucifixi cruribus et brachiis, ipsum sibi et alias ymagines in clipeos adaptabant, ut in bello christiani eas appetere cogerentur iaculis et sagittis. Ut quid igitur cruce signati has insanias* [cf Ovid. Met. IV, 706.] *negligentes intendunt sulcare lacerto vel brachiis flumina vel maria transmeare ad expugnandos Sarracenos vel Tartaros longe furentes, quorum crudelitas hiis inferior longe censetur? Exterminetur itaque prius talis spurcicia Sarracenica cum suis ducibus et fautoribus, ac deinde ad alia procedatur, cum causa intus habeatur, que foris queritur, et iam sit paganorum persecucio inter viscera ecclesie in claustro fidelium et in ambitum christianitatis introducta. Expedire videtur, ut primum propellantur de Ytalie finibus tantorum scelerum patra-* [cf. Prov. 6, 27.] *tores, ne serpens in sinu, mus in pera, ignis in gremio nutriantur, et ad ulteriora postmodum procedatur. Quia non propter locum gentem elegit Dominus, sed pocius e converso, ut patet in beato Petro et aliis apostolis ad gentes, Ierosolima derelicta, transeuntes*[l]*. Considerate* [Ps. 13, 2.] *denique, quia de celo prospicit Dominus et videt filios hominum, si est intelligens, si est qui doleat necem eius, si est qui requirat suorum iniurias ministrorum! Recogitet igitur quilibet*

a) Vade 1. b) ferventibus *em. Hu.* c) ipsam *Hu.* d) aliquam *Hu.* e) pride 1. f) contemptor *vel simile verbum supplendum.* g) F. 1. h) et *suppl. edd.* i) abhõiac. 1. k) constupari *codd.* l) transeuntibus *emend. edd.*

1) Harduinum. 2) V. supra p. 286 sq. 3) Alkamil, a. 1221. 4) Pelagius. 5) Iacobus. 6) Petro, a. 1217.

*christianus, quid in extremo examine Domino respondeat, si tam dissimulet facinorosa! Prosequimini igitur, filii Altissimi, causam Dei ut in bonum causam vestram; tueamini sponsam eius potentie vestre dextera, ut ad dexteram suam vos collocet iustus Iudex in iudicio ad eternam gloriam introducendos!* 1248.

Quomodo hec epistola multos contra Fretthericum commoveret, si non essent vicia Romane curie. Hec igitur pagina auditu horribilis, cum ad multos pervenisset, medullas auditorum penetrando contra Fretthericum erexisset, nisi papales eiusdem Frettherici adversarios avaricie, simonie et usure aliorumque viciorum macule coinquinassent. Qui inter cetera deliramenta cruce signatos impudenter exagitant, nunc sub pena excommunicacionis ad Terram Sanctam, nunc ad imperium Romanie, nunc innuendo, ut super Fretthericum insurgant et transmittantur, elaborant[a] et, quod detestabilius iudicatur, Predicatores et Minores facientes suos telonearios, viatica cruce signatorum quovis extorquent argumento. Unde, etsi ignominiosa ipse tyrannus Frettthericus operetur, adhuc tamen infinitos manifestos et quam plures occultos in odium Romanorum, proh dolor! invenit fautores et in facinoribus adiutores. . . . . . . 1249.

Fretthericus letiferam pocionem evadit a Petro de Vinea paratam. Eodemque anno Fretthericus diversis arduis causis undique exagitatus, qui citra montes venerat, ut dominum papam invaderet, rediit in Apuliam, ut dicitur, pocionatus. Qui cum graviter infirmaretur[b], consilium habuit a suis phisicis, [ut[c]] purgacionem medicinalem et postea quoddam balneum ad hoc specialiter acciperet preparatum. Habuit autem magister Petrus de Vinea[1], qui ipsius Frettherici familiarissimus consiliarius et singularis anime illius custos fuerat, quendam phisicum secum, qui ex precepto tam Frettherici quam ipsius Petri ad purgacionem dictam necessaria preparaturus subdolus accessit; de consilio enim ipsius Petri venenum letiferum[d] et efficax valde pocioni immiscuit et balneo, ut dominum suum in ipsis perimerent confidentem. Ecclesie autem inimici dixerunt[2], quod dominus papa ad hoc facinus cor Petri enervando muneribus et pollicitis maximis inclinarat. Fretthericus vero super hoc scelere per aliquem amicorum suorum in ipsa hora qua sumendus fuit potus ille pretaxatus secrecius premunitus et plenius edoctus, phisico potionem ostendenti et Petro[e]: 'Amici, confidit in vobis anima mea. Caveatis, supplico, ne mihi in vobis confidenti virus pro medicina porrigatis!' Cui Petrus: cf. Ps. 30, 2
'O domine mi, pluries dedit iste meus phisicus salutarem vobis pocionem, quare modo formidatis?' Fretthericus autem ostendenti ciphum phisico dixit, torvo tamen aspectu, et posita a tergo custodia, ne evadere possent proditores: 'Propina mihi potum dimidiando[f]'. Phisicus igitur obstupefactus et sibi conscius de scelere, simulans offendiculum pedibus lapsum fecisse, corruit in faciem suam et venenum effudit pro maiori parte. Minimam autem que supererat partem dampnatis[g] quibus[h] iussit extractis de carcere, et statim miseras animas exalarunt. Certificatus igitur de prodicione letifera sibi preparata, iussit phisicum suspendi, et merito Petrum exoculatum[3] per multas Ytalie et Apulie civitates fecit adduci[4], ut in propatulo[i] coram omnibus conceptum facinus confiteretur. Tandem iussit idem Fretthericus, ut Pisanis[5], qui ipsum Petrum inexorabiliter oderant, presentaretur perimendus. Quod cum audiret Petrus, ne arbitrio hostium moreretur, quia, ut dicit Seneca[6]: *Arbitrio hostis mori est bis mori*, ad columpnam, ad quam alligatus fuerat, caput fortiter allidens, se ipsum excerebravit[7].

a) eleb. 1. b) infirmare 2; infirmatur 1. c) *deest* 1; *superscr.* 2. d) lecif: 1. e) ait *suppl. edd.* f) diaudo *alia m. scr.* 1. g) dapn. 1. h) *sic codd.*; quibusdam i. extr. de c. dari et *emend. edd.* i) propaluto 1.

1) Hic m. Ian. vel Febr. in. a. 1249. Cremonae captus est, eodem fere tempore quo medicus imperatorem veneno interimere conatus est. Forsitan nonnisi hac causa duae hae res connexae sunt; Ficker nr. 3759a. 3768. Huillard-Bréholles, 'Pierre de la Vigne' p. 62. bene probavit, papam postea Petri propinquis minime sicut eis quorum parentes ecclesiae gratia in imperatorem conspiraverant favisse; certe nullum indicium culpae proditionis idem vir doctus invenit. 2) Medicum a papae legato Parmae corruptum esse, scripsit imperator, Ficker nr. 3767. 3) Ita quoque Ann. Placent. p. 498; Anon. Rem. §. 420, SS. XXVI, p. 536. 4) Mandatum imperatoris, ut *C. reus lese maiestatis terras singulas regni peragat [leg. peragret], ultimum postremo supplicium subiturus*, Huillard p. 82. ad Petrum de Vinea, Ficker nr. 3768. ad medicum refert. 5) Prope apud S. Miniatum eum obiisse dicunt Ann. Placent. 6) A. quoque 1217. in Cron. Mai. et Hist. Angl. *illud Senece* laudatur, ubi Luard III, p. 27. annotavit, se hanc solam sententiam eius similem apud Senecam invenisse: *Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si vivit, alienum negotium agit*, Epist. 70. 7) Idem narrant Pisani ap. Huillard-Bréholles p. 87. Mortuus est fere m. Aprili; ib.

1249. **Lamentacio Fretherici.** Fredericus igitur ad se reversus, cepit inconsolabiliter
cf. Ps. 118, 136. dolere et uberime[a] atque amarissime lacrimari, et exitus aquarum deducebant oculi eius,
quod erat miserabile videre in homine tante auctoritatis et etatis; et lamentando contor-
cf. Matth. 16, 18. quens digitos, ait: 'Ve mihi, contra quem propria pugnant viscera! Petrus, quem petram
cf. Hor. Od. I, 3, 8. credideram et dimidium anime mee, mihi mortis insidias preparavit. Ecce dominus papa,
quem imperium sub magnificis antecessoribus meis de nullo creavit et ditavit, illud molitur exterminare et in me ipsius imperii titubantis rectorem interitum machinatur. In quem confidam? Ubi tutus, ubi letus esse possum de cetero?' Et condoluerunt circumsedentes amici eius usque ad suspiria et lacrimarum effusionem. Et obsorduit domini pape fama per hoc non mediocriter. Veritatem tamen novit Deus, secretorum perscrutator infallibilis.

**Hiemantibus in Cypro Francis et egentibus deferuntur victualia.** Per idem tempus, cum rex Francorum, qui in Cypro hiemando commorabatur[1], magnam cibariorum pateretur inopiam, misit comitem de Bar[2], virum disɛretum et eloquentem, et dominum de Beugiu[3], militem strenuissimum, ad Venetos et alios vicinarum insularum ac urbium incolas[b], postulans obnoxius[c], ut sibi, qui pro ecclesia universali militavit, in cibariis saltem venalibus misericorditer subvenirent. Cui Veneti favorabiles sex magnas naves frumento et vino et aliis victualium generibus onustas necnon et militare presidium et multos cruce signatos liberaliter transmiserunt. Similiter et alique alie urbes et insule, a quibus auxilium postularat, diversa suffragia prestiterunt, hoc Fretherico non tantum permittente, sed propicius persuadente[4]. Similiter et ipse Fredericus, ne aliis imferior[a] videretur, maximum eidem victualium diversorum transmisit adminiculum[5]. Unde rex affluenter habundans et grates ei referens, scripsit[6] domino pape, ut reciperet ipsum Fretbericum in graciam suam, nec amplius tantum ecclesie amicum ac benefactorem impugnaret vel diffamaret, per quem ipse et totus excercitus christianus ab iminenti famis discrimine respiravit. Quod cum audisset Blanchia[7], mater regis magnifica, ipsi Fretherico cum muneribus impreciabilibus grates persolvit[6] multiplices, asserens ipsum Frethericum[d] filii sui et tocius excercitus christiani vitam et honorem conservasse. Scripsit[6] etiam[e] efficaciter domino pape, ut rancorem contra Frethericum conceptum mitigaret. Sed dominus papa, omnes tales preces spernens, magis ac magis diatim ipsum Frethericum[d] impugnavit, sed ubique deteriorem[8] calculum reportavit.

**Rex Francorum multos sibi discordes concordat.** Rex interim Francorum, sano[e] ac sancto fretus consilio, multos magnates tam in Cipro quam in aliis christianorum climatibus discordes et Templarios et Hospitalarios plenius pacificavit, ut securius, nullis[f] post terga relictis offendiculis, iter arriperet inchoatum.

**Fretherici filius Henricus scribit pro rege Anglie.** Tempore quoque sub eodem, domino rege Anglie, ut[g] creditur, procurante, Henricus, filius Fretherici et imperatricis Ysabelle, nepos scilicet dicti regis, dominum regem Francorum multis precibus ac muneribus, intermeantibus nunciis sollempnibus, sollicitavit[6], quatinus pro salvacione anime sue et sub optentu peregrinacionis sue, sic[h] pius ac iustus, avunculo suo domino regi Anglorum iura sua ipsum avito iure contingentia postulanti concederet, ne peccatum regis Francie Ludowici ira traduce in insontem filium transfunderetur. Similiter et ipse Fredericus pro eadem causa dicitur ipsi regi Francie supplicasse, sed non instanter, ne videretur xenia sua taliter vendidisse. Quibus rex respondit: 'Per sanctam, qua signor, crucem, libenter vellem, si consilium meum permitteret, quia ipsum regem Anglie, utpote consanguineum, precordialiter diligo. Sed grave esset mihi in instanti peregrinacionis mee articulo universitatem regni mei, matris mee et magnatum meorum consiliis repugnando[i], licet cari sint intercessores, perturbare'. . . . . . .

Apr. 11. **Convenerunt crucesignati Londoniis.** Ad clausum vero pascha convenerunt

a) *sic* 1. b) incolans 1. c) *sic pro* obnixius *codd.* d) F. 1. e) *deest* 2. f) nullo *codd., corr.* nullis 2. g) ut c. *des.* 2. h) *sic codd.;* sicut *emend. edd.* i) *ita* 2; repugnans, *corr.* repugnā 1.

1) Inde ab a. 1248, Sept. 17; cf. Kugler, 'Kreuzzüge' p. 363. 2) Theobaldum. 3) Imbertum de Beaujeu, cui Fridericus II. a. 1245, m. Iul., fortasse cum Lugdunum profecturus esset, feodum de camera concesserat; Ficker nr. 3493. 4) Cf. litteras fere Febr. et Iul. a. 1249. Ludovico IX. missas ap. Ficker nr. 3766. 3789. 5) Cf. Schirrmacher IV, p. 312. 6) Hae litterae non exstant; cf. Ficker nr. 3784. 7) Cf. epistolam ei aestate a. 1249. datam, ib. nr. 3788. 8) Cf. lib. 7. Cod. tit. 62, leg. 10.

magnates Anglie, prout condictum inter eos prius fuerat, Londoniis, ut quod dominus rex 1249. sepe promiserat, eisdem saltem tunc adimpleret, videlicet de cancellario, iusticiario et thesaurario per consilium eorum constituendis. Sed cum omnia se certissime crederent recepturos, comitis Ricardi, qui eorum omnium summus esse videtur, absentia progressum negocii penitus impedivit; ad partes enim Cornubie se ante hec quasi ex industria transtulit iam remotus[a]. Et sic magnates delusi ad propria remearunt.

[Fratres[b] Predicatores et Minores fiunt[c] theolenarii[d] pape]. . . . Predicantes igitur pro negocio crucis, homines . . . cruce signaverunt et in crastinasto[e] et etiam incontinenti pro quantocunque precio crucem a cruce signatis deponentes et reaccipientes, quemlibet a voto sue peregrinacionis absolvebant. Quod videbatur multis inconveniens et absordum[f], quia non post multos dies consequentes, magistro Berardo[1] clerico et Ytalico vindemiante, comes Ricardus in erario suo omnia coacervavit. Unde non minimum scandalum in ecclesia Dei et universo populo est exortum, et tepuit fidelium devocio manifeste.

Obiit archiepiscopus Maguntinus[2], Frethericí magnus adversarius. Temporibus quoque sub eisdem obiit archiepiscopus Maguntinus, magnus Fretherici adversarius. Sed ne de eius morte diu gauderet, dominus papa[3] tradidit ipsum archiepiscopatum custodie, dominacioni et ordinacioni archiepiscopi Coloniensis, quia constanter militavit pro ecclesia contra Fretherieum et filium eius Conradum. Postea[g, 4] dominus papa quandam nobilissimam abbaciam vacantem tradidit in manus eiusdem archiepiscopi Coloniensis, qua non est dicior vel nobilior abbacia, ut dicitur, in mundo; dicitur autem Wolsa[h, 5]. Hec mille milites novo imperatori cuilibet, postquam apud Aquisgrani[i] coronato[k], tenetur ab antiquo invenire. Has igitur nobiles ecclesias viduatas adeo depauperavit memoratus archiepiscopus Coloniensis, in stipendiis suorum militum omnia[l] pendens, quod, dispersis monachis et clericis, vix habebant pauci qui residui remanserant sacerdotes unde vitam exilem sustentarent. Quicquid enim in eis preciosum fuerat in auro, argento, gemmis et vestibus preciosis et omnibus opulentis redditibus[m], dirripuit et abrasit. Sed quem finem talis rapina sortita est, sequens sermo declarabit. Obtinuit insuper idem armipotens et belliger archiepiscopus privilegium a domino papa ut[n] a toto archiepiscopatu suo ad prelia sua sustinenda pecuniam extorquendi infinitam a pauperibus, quorum clamor querulus ad celum creditur ascendisse.

Ensius, filius Fretherici, Parmenses gravat, sed tamen non prevalet. Sub eisdem quoque temporibus Parmenses, ad quorum consolacionem[o] et sustentacionem contra Fretherieum dominus papa multam transmiserat cum militari presidio pecuniam, dum ad quoddam castellum[6], quod non longe a civitate ad sui tuicionem construxerant, ducentos milites ad eius defensionem[p] mitterent, Ensius rex Sardanie, filius scilicet Fretherici, inde secrecius premunitus, paratis insidiis, incautos omnes occupavit. Quos cum vellet in conspectu civium suspendere, significaverunt ei cives, quod, si ipsos suspenderet, ipsi quos detinebant captivos de excercitu Fretherici, ilico talionem rependentes, patibulis presentarent; et sic captivis pepercit Ensius, ipsos redimendos et alternandos pro tempore reservando. Quod cum audisset dominus papa, pecuniam suam ipsis civibus missam fructu penitus caruisse[q]. . . . . . .

Ensius, filius Fretherici, a Bononiensibus capitur. Eodemque anno, mense scilicet Maio, Ensius, filius Fretherici naturalis, rex Sardanie, dum comitantibus Cremonensibus et Regensibus iter faceret[7] circa partes Bononie vicinas, ut hostes suos dampnificaret, Bononienses premuniti, paratis occultis insidiis, subitum impetum fecerunt

a) *ita Hist. Angl.*; remoti *codd.*, *corr.* semoti 2. b) *sic* 2; *eadem in loco raso m. recente scr.* 1. c) sunt 1. d) *sic pro* thelonearii *codd.* e) *sic codd.*; crastino *edd.* f) *sic* 1. g) Preterea 2. *H. Angl.* h) Volsa *H. Angl.* i) *alia m. scr.* 1. k) coronatur *emend. edd.* l) ōi:, *littera erasa* 1; oī 2. m) reddibus 1. n) *sic codd.*; *delent edd.* o) consolacon. 1. p) tuitionem 2. q) *sic, sententia non finita, codd.*; doluit *supplendum.*

1) De Nimfa (prope Velletri); v. infra a. 1250. 1258; Innocentius IV. eum scriptorem suum appellavit Potthast nr. 13394. 2) Sigfridus obiit Mart. 9. 3) Potius Sigfridi legationem tradidit Conrado, sed Mai. 4. vetuit, ne Conradus Coloniensis, a capitulo Maguntino electus, duos archiepiscopatus regeret; Potthast nr. 13337; cf. Christian. Mogunt., SS. XXV, p. 248. 4) Haec ut fabulas confusas reiicit Cardauns, 'Konrad' p. 28, ubi vide p. 29. de privilegiis a papa concessis et p. 30. de procuratione ad usum legati per Germaniam collecta. 5) An Fulda? Zwiefalten conicit Huillard-Bréholles. 6) Airola; cf. Schirrmacher IV, p. 293. 465. 7) Potius ipse Bononienses Mutinam invasuros inter Fossaltam et pontem Panari fl. Mai. 26. improviso oppressit; cf. Grossmann, 'Enzio' p. 66.

1249. in ipsum incaute procedentem ad Pontem Sancti Ambrosii, qui est[1] in medio itinere inter Bononiam et Cremonam. Et facto congressu acerrimo, fit cedes non minima, et victa est pars Ensii, et captus est ipse Ensius, et cum ipso pociores familie sue, circiter ducenti milites, et quam plures Cremonensium et Regensium et[a] populo bellatorum numeroso; et tracti sunt Bononiam incarcerandi. Et cum ad arbitrium hostium suorum crudeliter nimis et inhumane tractarentur, dederunt captivi Bononiensibus, ut micius tenerentur, vinculis aliquantulum relaxatis, 18 milia librarum de moneta imperialium, que tantum fere valet quantum exterlingorum[b].

Fretbericus infirmatur, et moritur alius filius eius. Eodemque tempore mortuus est[c] quidam alius Fretherici filius naturalis[2] in Apulia. Ipsemet etiam Fretherricus percussus est morbo qui dicitur lupus[3] vel sacer ignis, unde tot oppressus adver-
Ps. 82, 17. sitatibus inconsolabiliter doluit. Unde humiliatus, secundum illud Daviticum: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine,* optulit honestam pacis formam domino pape. Sed papa letificatus de adversitatibus suis, noluit que optulit acceptare; unde multorum incurrit indignacionem et rancorem[d] nobilium, qui ceperunt ipsum Frethericum[e] consolari et eidem adherere et superbiam servi servorum Dei detestari.

Petrus Caboche, legatus in Apulia, confusus inde affugatur. Sub eorum quoque dierum curriculo Petrus Kaboche[4], clericus domini pape et amicus prepotens, missus est a domino papa in Apuliam legatus, magna armatus potencia ad remittenda peccata, ut ipsum Frethericum contereret et Frethericales; et multiplicatis viribus, quas undique data pecunia et concessa plena peccatorum indulgentia collegerat, eundem Frethericum dampnificavit et multos nobiles[5] ab eodem[f] Fretherico[e] revocavit.

Monachi Cistercienses scolas excercent in universitatibus. . . . .

De paagio comitis de Gisnes. Anno quoque sub eodem, cum comes de Gisnes[6] transitum per Angliam aditurus regem fecisset, comes Roger[g] Bigod hoc audiens[h], capi precepit. Quod cum comiti de Gisnes innotuisset, regi gravem super hoc reposuit querimoniam. Vocatus igitur comes Rogerus in propatulo sic respondit: 'Domine mi rex, cum nuncius vestri et tocius regni extitissem ad concilium Lugdunense destinatus[7] et per terram domini comitis de Gisnes pacificus et in expensis minoratus transitum fecissem, credidi pro certo me aliquid honoris et consolacionis ob vestri reverentiam et pro multis bonis multociens a nobis eidem collatis civiliter suscepturum; et multo dissimiliter fecit; equos enim meos et homines in meum dedecus et dampnum, immo potius vestrum, violenter fecit restare[8], donec paagium, nescio ob quam rem aut causam, quantum placuit mancipiis suis, extorsisset, nec mihi ob civilitatem nec vobis pepercit ob reverentiam. Cum igitur idem comes in partes venisset cismarinas, transiens per terram meam, merito recepit talionem. Teneo enim terram meam tam libere[i] a vobis, domine mi rex, ut ipse suam a domino suo rege Francorum, et sum comes ut ipse; et unde hec illi talis violenta predacio, ut transeuntibus vendat vias et aera?' Comes autem de Gisnes hec audiens, erubescens obmutuit nec poterat rationabiliter ad obiecta respondere. Hec autem cum ad noticiam piissimi regis Francorum pervenissent — contigit autem hoc cito post concilium —, dato comiti de Gisnes redditu, ne iacturam incurreret, predictum paagium tam probrosum quam iniuriosum iussit temperari.

Ecclesia de Bello-loco dedicatur valde sollempniter, . . . presentibus ipso rege Henrico . . . et comite Ricardo, fratre suo[9]. . . . . . .

Rumores missi domino regi de conversione Tartarorum. . . . Item tempore sub eodem alii rumores umbratiles et ficti ad consolandum christianos et forte ad

a) *sic codd.;* cum *legendum.* b) *sic codd.* c) *superscr.* 1. d) *ita* 2; rancorum 1. e) F. 1. f) *ita* 2; eiusdem 1. g) Rogerus 2. h) eum *suppl. edd.* i) terram meam *iterum scr.* 1.

1) A Mutina paullo versus orientem. 2) Ricardus de Theate in Marchia capitaneus; cf. Ficker nr. 3776. 3) I. e. carcinoma. Hoc aliunde non novimus. 4) Diac. S. Georgii ad Velum-aureum. 5) Innocentius papa [Rainaldo] episcopo Ostiensi Lugduni 5. Id. Febr. a. 7. scribit, se 'monasterio Sublacensi, quod nobilibus exulantibus extra Regnum provident abbas [Henricus] et conventus, gravato' indulsisse, 'ut ad provisionem legatorum sedis [Romane] compelli non possint'; 'Arch. della soc. Rom. di storia patria' I (1878), p. 495. 6) Arnulfus III. 7) Cf. supra a. 1245, p. 254. 8) I. e. sistere. 9) Qui, ut Matheus iterum narrare pergit, inde 20 *monachos et* 30 *fratres ad* (Hayles) *domum Cisterciensis ordinis, quam nuper fundaverat, votum quod in mari fecerat complendo,* arcessivit.

animandum cruce signatos, ut transfretantes regem Francorum sequerentur, cismarinorum 1249.
regna pervolarunt. Horum principalis seminator fuit episcopus Massiliensis[1], similiter et quidam Templarii preclari; unde magis credebantur fabule scriptis sub sigillis commendate. . . . . . .

**Willelmus de Holandia novus rex Alemannie vincitur[a] a Conrado, filio Fretherici[b].** Eadem[c] quoque in estate declinante inclinata et imfirmata est non mediocriter pars papalis, et sors incepta in conflictu[d] inito contra Fretheriсum. Preter enim hoc[e] Willelmus de Holonda, qui iuvante domino papa ad dignitatem regni Alemannie ascenderat, prevalente Conrado[2], filio dicti Fretherici[b], victus[3] retrocesserat et retrocedens latuerat, comes Sancti Egidii sive Tholosanus Reimundus, miles strenuus et circumspectus et domino pape amicissimus, graviter et ad mortem infirmatus, thesaurum ab ipso papa sibi commissum ad expungnandum hostes ecclesie et precipue comitem Sabaudie[4] remisit[5], asserens se gravi et letali infirmitate pregravatum solam mortem expectare, et solum superesse sepulchrum. Condito igitur suo[f] magnifice testamento, corpus suum ad domum sanctimonialium Sancti Ebraudi[6], iuxta pedes regis Ricardi, cuius consanguineus erat, iussit sepeliri; et cum corpore suo quinque milia librarum argenti domui illi[g] delegavit.

**Obiit Petrus de Genevre, quem rex in Ybernia ditaverat.** Obiit insuper eodem anno Petrus de Genevre, nacione Provincialis* et domino regi, licet humili prosapia oriundus, amicissimus. Quod et ipse rex opere comprobavit; contulerat enim eidem Petro[h] nobilem puellam Matildam, elegantem[i] filiam Walteri de Lascy, in Hybernia cum universa hereditate et honore ipsam contingente; filium vero et filiam ex ipsa susceperat.

**Obiit magister Simon Normannus.** Anno quoque sub eodem obiit magister Symon Normannus, precipuus quondam domini regis consiliarius et regii baiulus et magister sigilli. Qui quamvis superbus fuisset, tamen in fine pro honesta quam fovit causa regis indignacionem incurrit; voluit enim dominus rex quandam cartam contra coronam suam confectam comiti Flandrie Thome concedere in enormem regni Anglie lesionem et conferre. Sed ipsam noluit dictus Symon quomodolibet consignare, in hoc comendabilis et fidelis. In quo facto omnes alii impetus eius fuerant excusabiles. . . . . . .

**Obiit comes Hugo[k].** Obiit etiam in itinere[7] apud Avinionem[8], iactu contritus lapidis a mangonello missi, in certamine quod habuit rex Francorum ibidem**, Hugo de Chastellione, comes Sancti Pauli et de Bles[9], ante transitum regis Francorum, in triste presagium negocii crucis prosequendi. Non enim ipso fuit nobilior in toto excercitu Francorum vel in armis potencior. Quinquaginta enim vexilliferos milites in bello preelectos habuit in comitatu suo, quibus preerat; quo igitur mortuo, omnes dispersi sunt et desolati. Hic quoque comes Hugo navem mirabilem paraverat in regno Scocie in Ylvernes, scilicet in Muref[10], in qua transfretari cum Bolonensibus et Flandrensibus et cum illis qui vulgariter

*) *Inter alios regina moliente tunc in Anglia ditatos cf. de Alberto Lib. addit. ed. Luard VI, p. 186: Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi salutem et apostolicam benediccionem. Etsi sedis . . . Cum igitur dilectus filius Albertus plebanus*[l] *de Campilio, capellanus noster, consanguineus karissime in Christo filie nostre illustris regine Anglie, quem experta familiaritas et familiaris experientia nobis et fratribus nostris reddunt carum plurimum et acceptum, sic probitatis sue meritis honestatem vite decoret, quod dignus apostolice sedis gratia merito habeatur, nos . . . mandamus, quatinus eidem capellano in regno Anglie in ecclesiastico beneficio . . . provideas. . . . . . .*

**) apud quoddam castrum super Rodanum situm inter Valentiam et Avinionem *ipsius scribae m. 2.*

a) vicitur *codd.; corr.* vinc. 2. b) F. 1. c) Eodem *codd., corr.* Eadem 2. d) *ita* 2; conflicto 1. e) quod *forte supplendum.* f) sue 2. g) domui illi *bis scr.* 1. h) P. 1. i) *ex* 2 *in loco raso m. recente rescriptum* 1. k) H. 1. l) blebanus *c.*

1) Benedictus. 2) Quae hic hoc tempore gesserit, quamquam ignoramus, tamen verisimile non est, hoc anno reges inter se congressos esse; Ficker nr. 4987 a. 3) Mense *Novembri rediit in Hollandiam* (Ann. Colon.), sed non victus. 4) Amadeum. 5) Cf. Sternfeld, 'Verh. des Arelats zu Kaiser und Reich' p. 142. 6) Fontévrault prope Saumur, ubi Iohanna, mater Raimundi VII, soror Ricardi I, sepulta erat; hoc mandavit testamento d. Sept. 23, quod noster forsitan legit. 7) Regis Franciae. 8) Potius Guido II, Hugonis frater, a. 1226. cum Ludovico VIII. profectus hoc modo mortuus erat. 9) Mariam comitissam Blesensem duxit Hugo; cf. Bald. Avesn., SS. XXV, p. 428. 10) Inverness in Moray.

1249. de Avalterris[1] dicuntur, posset audacter. Sed hec omnia dum ordiretur, veluti tela[a] a
cf. Iob 7, 6. texente succisa sunt. . . . . .

Annalis conclusio. Fluxit igitur annus ille . . . . Romane curie infamis, Francie et Anglie turbulentus*.

Anno Domini 1250. . . . Comitissa Cornubie peperit filium. Eodemque tempore, imfra videlicet dies natalicios, comitissa Cornubie Cincia, uxor comitis Ricardi, peperit ei filium apud Berkammestude[2]. Ad quem baptizandum[b] comes vocavit archiepiscopum Cantuariensem, infantis avunculum, et vocatum [est[c] nomen] eius Ædmundus ob honorem beati Ædmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris. . . . . . .

1250. Transfretant multi nobiles Anglie. Tempore quoque sub eodem[3] transfretarunt multi nobiles de rengno Anglie, nec patuit causa alicui de populo; videlicet comes Ricardus[4], comes Glovernie[5], Henricus de Hastingo baro, Rogerus de Thurkebi, et multi alii nobiles cum illis. . . . . . .

Prevalente Fretherico[d], artantur Parmenses. Diebus quoque sub eisdem adeo invaluit Eretherici potentia in odium Romane curie, ut, exturbatis Willelmo de Holandia et Petro Cabochio legato suo, multi potentes ei[e] darent et sese fidelitati sue manciparent. Parmenses insuper et Regenses[6] necnon et Bononienses et alios etiam sibi rebelles arctavit, ut non auderent procul a civitatibus[f] suis apparere, laqueos timentes Frethericales. Unde mercatores civitatum illarum, qui habundare consueverunt, interdictis nundinis, portubus et viarum transitibus, egere incipientes, pacem Fretherici inceperunt desiderare et rebellionem papalem detestari; provocabat enim multos eius Fretherici constans paciencia et humiliacio et satisfaccio, quam devote dicebatur ecclesie optulisse. Desiderabat**[7] enim et humi-

1249. *) *Cf. Lib. addit. VI, p.* 171: Litere papales ad orationes exigendas pro periculis ecclesie. *Innocentius episcopus* etc. *venerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi eiusque suffraganeis salutem* etc. '*Ecclesie generalis . . . Quod horribiliter hactenus Fretherieus quondam imperator dictam ecclesiam furentis sevicie morsibus laniarit et quod adhuc ferali candescat rabie contra illam, omnibus pene liquet. Qui quanto celsiori dudum dignitate ipsa ecclesia operante prefulsit, tanto maioris elacionis spiritu intumescens gravius, in eandem preconcepte malicie virus fundit, exacuendo in interitum eius gladium, quem ab ipsa velut defensor[g] eiusdem contra suos inimicos susceperit evibrandum. Quam detestabiles etiam modos predictam ledendi ecclesiam plurimi nobiles et potentes, Fretheritice forsitan calliditatis persuasione, ne dicamus iniquitatis fermento, corrupti, nequiter adinvenerint et quam dolosas machinas nephanda sagacitate paraverint ad infringendam integritatem ecclesiastice libertatis, neque nobis est incongnitum[h] nec vobis, quin immo et proximis iam innotuit et remotis. . . . Ad hec quoniam divina gratia, quo plurimum fuerit postulata precibus, eo facilius impetrari posse speramus, facientes singuli vestrum in primo precipue festo cuiuslibet mensis processionem in vestris civitatibus generalem, clericis ipsarum et populis pariter convocatis, et eis per vos et per discretos aliquos verbum Dei iuxta datam vobis ab ipso gratiam, proponentes statum universalem dicte terre[8] ac rationabilem causam et claram iusticiam ecclesie necnon inestimabilem prefati Fretherici nequiciam et iniusticiam manifestam, ac dictorum Tartarorum crudelitatem ac potentiam, eisdem exponere plenarie procuretis, ipsos monitis et exhortacionibus sollicite inducendo, ut ad terre ipsius recuperacionem opem grandem et operam efficacem impendant ac dictis et factis assistant eidem ecclesie tanquam matri; nullumque ipsi Fretherico verbo aut opere favorem tribuant publicum aut occultum, cum tam ipse quam omnes fautores eius, quos in huiusmodi predicacionibus denunciari precipimus, sint excom-
Sept. 24. municacionis vinculo irretiti. . . . Datum Lugduni* 8. *Kal. Octobris, pontificatus nostri anno* 7.

1250. **) *Fridericum II. similia papae obtulisse, commemoratur in epist. a.* 1250. *data in Lib. addit. VI, p.* 191: Eventus infortunii transmarini secundum Templariorum[i] mandatum. *Felices eventus, qui*

a) *deest* 2. b) bapzandum 1. c) *sic* 2; est n. *des.* 1. d) F. 1. e) manus *supplendum.* f) *ita* 2; civitatis 1. g) defendor *c.* h) congnitum *c.* i) Hospitaliorum *corr. e loco inf. Luard.*

1) Terre d'aval, nostris 'Niederland'. 2) Berkhampstead in Hertford com. 3) Noster haec narrat post gesta m. Ian.; *in principio quadragesime* (Febr. 9) Ann. Wint. ed. Luard II, p. 92. Cf. quae scripsit *Henricus rex Anglie B[lanchie] regine Francie: Philippo Lugdunensi electo et Ricardo comiti Cornubie et Petro de Sabaudia dedimus potestatem ad prorogandum treugam inter regem Francie et nos.* 8. *die Martii;* ap. Shirley, 'Royal Letters' II, p. 59. 4) Qui, ut Matheus narrare pergit, *cum maximo apparatu Franciam transivit; cui Blanchia cum summa occurrit reverentia.* 5) Ricardus. 6) Reggio civitas cum imperatore stetit; v. supra p. 309, l. 44. Num haec quae alibi non inveniuntur recta sint, dubitat Ficker nr. 3822b. 7) Fere eadem imperator papae iam a. 1246, supra p. 274 (et fortasse a. 1248, supra p. 299) proposuisse dicitur. Certe igitur aequales credebant, Fridericum postremis annis pacem quamvis sibi duram quaesivisse, ut monet Ficker nr. 3817a. 8) Scil. Sanctae.

liter postulabat, ut pro ecclesia in Terra Sancta omnibus diebus vite sue hostes Christi 1250. impugnaturus[a] militaret, donec ad minus christianis quicquid aliquo tempore christianorum erat ecclesie tam potenter quam prudenter restituere[b], dummodo nepos domini regis Anglorum Henricus[1], filius suus, quem pre omnibus filiis suis dilexerat, valeret post eum substitutus[c] imperare; optulit insuper multa ecclesie ablata restituere et dampna resarcire. Ad que dominus papa constanter respondit, se nullo modo, quem concilium Lugdunense generale cassaverat et condempnaverat, tam leviter ad statum pristinum revocare. A nonnullis affirmative dicebatur, quod dominus papa sicienter et super omnia desiderabat ipsum, quem magnum draconem[2] vocabat, pessundare, ut, ipso subpeditato et conculcato[d], reges Francorum et Anglorum necnon et alios christianitatis reges, quos omnes regulos et serpentulos esse dicebat, facilius exemplo dicti Fretherici[e] perterritos facilius[f] conculcaret et bonis suis ac prelatos eorundem ad[g] libitum spoliaret. Et hoc verbum[3] cum factis enormibus, que talibus dictis testimonium poterant perhibere, in multorum cordibus offendicula[h] generarunt[i], et ipsum Fretherícum[e] similiter iustificarunt[i], et[k] partem ceperunt[i] diatim meliorare. . . . . . .

Applicuit comes Ricardus[l] rediens. Die vero[m] Lune proxima ante dies Mai. 2. rogacionum[4] applicuit comes Ricardus rediens a curia Romana. Et cum venisset Londonias, receptus est cum honore et reverentia, ne minor quam in partibus ultramarinis sibi honor exhiberetur. Regina enim domina Blanchia[5] omne[n] quod sibi poterat decus exhibuerat et tocius Francie sinum aperuerat. Innotuitque omnibus per relacionem ipsius comitis et suorum, quot et quantos sibi fecerat papa honores, cum ad Lugdunum pervenisset.

De honore quem ei exhibuerat dominus papa. Cum enim civitati appropinquasset, occurrebant ei omnes fere cardinales et clerici curie Romane, ita quod unus solus cardinalis et pauci clerici cum domino papa remanerent. Erat autem de suis et aliis sibi occurrentibus tanta equorum et hominum compressio et tumultus atque multitudo numerosa familie pompose nimis apparate et clitellarum suarum, quod cives de adventu tanti principis, simul et omnes qui ad curiam venerant extranei ad impetranda negocia obstupuerunt. Papa autem in introitu domus assurgens et obviam pergens, suscepit eum in osculo reverenter applaudens et salutans; et serenissimum vultum ostendens, supplicavit, ut cum eo pranderet ea[o] die[6]. Quod comes beningne concedens, collocatus est in mensa iuxta latus domini pape, et comes Glovernie Ricardus non multo remocius; et epulabantur

*nuper domino regi Francie successerunt de hostibus fidei christiane, dileccioni vestre declarare cupientes, significamus, quod post adquisicionem terre et civitatis Damiate dominus rex per* 1249. *totam estatem in castris moram faciens, Nili inundacione elapsa, consilio prudentum experientiam regionis habentium vicesimo secundo mensis Novembris castra movit cum excercitu suo et stolio* Nov. 22. *magno navium victualia sursum per flumen deferentium. . . . In ultimo bello*[7] *fratres nostri con-* 1250. *ventus omnes perempti sunt, excepto vicemagistro. . . . Et licet antea dixerimus, quod vicemagister Hospitalis captus fuisset vivus, audivimus postea, quod occubuit cum drapario Hospitalis in conflictu ultimo. Hee autem omnes lugubres adversitates, omnibus temporibus deplorande, dicuntur per superbiam domini pape et odium inexorabile quod habet contra dominum Fretheri-cum christianis evenisse; immo etiam Sarraceni hoc idem affirmant. Optulerat enim ipse Fre-thericus*[p]*, quicquid terre christianorum quandoque extiterat sine prelio et sanguinis effusione, insuper Constantinopolitanam sedaret rebellionem, ita scilicet ut gratiam et pacem consequeretur; quo oblato, infortunato omine adhuc papa recalcitravit. Verumtamen in dicti Fretherici*[e] *sinu repo-* cf. Ioh 19,27. *sita est spes nostra, ut quandoque respiremus, sed*[q] *valeret quomodolibet papalis iracundia temperari. Hanc epistolam, sed in aliquibus abbreviatam, transmisimus fratribus in Francia commorantibus; sed pleniorem vobis eam duximus transmittendam, quia novi eventus qui emergunt stilum variant et materiam*[r]*. Et si quid novi contigerit, vobis, quam maturius poterimus, intimabimus.*

a) *ita* 2; impugnarus 1. b) *sic codd.*; restitueret *emend. edd.* c) *ita* 2; substitus 1. d) conceultato 1. e) F. 1. f) *sic iterum codd.* g) ad l. *Math. in marg. et in loco raso m. rec. in contextu* 1. h) effendicula 1. i) *sic codd.* k) eius *suppl. Wats.* l) R. 1. m) *deest* 2. n) *ita* 2; omnē (*corr.* omne) quam 1. o) hac 2. p) F. *c.*; F[retherico] *Lu.*; quod recuperaret *vel similia verba supplenda.* q) si *legendum.* r) materam *c.*

1) Hoc in dubium vocat Ficker; sane noster suspectus haberi potest de sui regis nepote consulto ultra verum elato. 2) Vide supra p. 252. 297, n. *. 3) Ipso tempore, Maio vel Iunio a. 1250, imperator regi Castellae conquestus est, *qualiter pontificalis ambitio conata est conculcare Romanum principem, ut ad reges alios faciliorem habeat progressum* (Ficker nr. 3819); quae vel similia noster forsitan legit. 4) Ut hoc loco potius diem Lunae qua rogationes incipiunt intelligas, efficiunt loci infra p. 314, l. 4. et 39. Accedit, quod Matheus diem Apr. 25. vix aliter ac s. Marci dixisset. 5) V. supra p. 312. 6) Apr. 6, infra p. 317. 7) Apud Mansuram, a. 1250, Apr. 6.

1250. iocunde nimis et civiliter, more Francorum vel Anglorum sese mutuo in cibis et potibus et verbis amicabilibus exhilarantes[a]. Et postea inter se multos[b] prolixos et[c] secretos tractatus habuerunt, ita ut mirarentur omnes qui hec viderent, precipue de nova pape tanta dapsilitate. Oracione igitur facta Pontiniaci ad sanctum Edmundum confessorem, in fine Aprilis, ut pretactum est, letus in Angliam remeavit.

Varie oppiniones de causa transitus comitis Ricardi. Orte sunt autem oppiniones varie et iudicia, quid huius tam familiaris colloquii sibi vellet prolixitas, multis autumantibus, quod dominus papa ad reprimendam insolentiam Grecorum ipsum vellet ad Romanum imperium[1] iuvando promovere, sciens illum avidum et ambiciosum et multis thesauris habundare, quos vellet dominus papa ad hoc exponere. Alii autem indubitanter asseverabant, quod dominus papa studiose ad hoc desudabat, ut gratiam ipsius comitis adquireret, quatinus ipsum[2] venire cupientem benigne susciperet.

Empcio. Et cum per abbaciam Sancti Dionisii remearet, satisfecit abbati[3] eiusdem loci de precio quo comparaverat quendam prioratum in Anglia pertinentem ecclesie Sancti Dionisii, Derhurst[d, 4] nomine, non[e] procul a Glovernia, ubi fuerunt degentes aliquot[f] monachi, et ad quem pertinent 8 ville bone — et ecclesia circiter 300[g] marcas valet[h] annuatim — cum[i] parco et[k] omnibus pertinentiis, semper redditum marce pro[l] 30 solidis. Et hanc vendicionem ratam fieri impetraverat in curia Romana; unde postea, cum venerat in Angliam, in[m] banco[5] statim, monachis effugatis omnibusque dirrutis, ipsum prioratum in propria redegit. Nec postea timuit aliquem vicinum, precipue religiosum, quin omnia pro libitu tractaret, papali tutus proteccione — et sic diatim cepit condicio ecclesie deteriorari —; proposuitque ibidem castrum edificare pro fluvio Saverne[n]. . . . . . .

Inauditum nephas cuiusdam Iudei. Erat quidam Iudeus dives mediocriter, nomine, non fide Abraham, apud Berkamestude et apud Walingeford habens frequentiam et mansionem. Erat enim comitis Ricardi ob aliam quam decuit, ut dicebatur, causam familiaris[6]. . . . Et[o] cum ab omnibus fere Anglie Iudeis graviter accusaretur, et conarentur eum morti tradere, comes Ricardus fecit verba pro eo. Iudei igitur ipsum de tonsura numismatis et aliis facinoribus gravius accusantes[p], optulerunt comiti mille marcas, ut ipsum non protegeret, quas tamen comes refutavit, quia Iudeus eius dicebatur. Dedit igitur ipse Iudeus Abraham[q] septingentas marcas regi, ut a perpetuo carcere, cui addictus fuerat, iuvante comite, liberatus[r]. . . . . . .

Missum est auxilium pecuniare regi Francorum in arcto posito. . . . Erat autem pecunie misse quantitas tanta de auro et argento, scilicet talentorum et esterlingorum et Colonensium approbate monete et non reprobate, videlicet non Parisiensium vel Turonensium denariorum, quantam undecim bige longe, in quarum qualibet equi fuerant quatuor fortissimi, onerate[s] cum aliquot summariis transportare potuissent usque ad mare, ut ibidem sub conductu Ianuensium navibus exciperetur, ad regem indigentem cum victualibus non modicis transvehenda. . . . . . .

Mai 1-3. Redierunt magnates Anglie de partibus transmarinis. Diebus vero rogacionum redierunt a partibus transmarinis comes Ricardus, comes Glovernie, comes[t] quoque Legrecestrie Simon[u] et alii magnates[7]. . . . De causa autem itineris comitis Ricardi aliquorum fuit oppinio, nec sine causa, quod vocaverat eum dominus papa, ut eum in imperium Romanie, quem scivit nummis habundare[v], promoveret[8]. Aliorum fuit sententia, que ex sequentibus facta est probabilis, ut scilicet crucesignatos[w], ne transfretarent, impe-

a) *corr. ex* exhiler. 1. b) et *add.* 2. c) et s. *des.* 2. d) Der *abras.*, q̄ *al. manu superscr. et iterum in marg.* 1; que Hurst 2. e) n. p. a G. *in marg.* 1. f) *alia m. in marg.* 1. g) *in loco raso, et in marg. iterum* circiter 300 1. h) marcas cum p. sol. val. ann. 2. i) cum — solidis *in marg.* 1. k) cum *add.* 2. l) *sic* 2; m. et XXX sol 1. m) in b. s. *in marg.* 1. n) *in loco raso* 1. o) Et — liberatus *in marg.* 1. p) acc⁹s. 1. q) *corr. ex* Habr. 1. r) esset *suppl. Lu.* s) onerati *codd.*, *corr.* onerate 1; poterant *add.* 1. 2, *expunct.* 2. t) c. q. L. S. *in marg.* 1. u) S. 1. v) dare pr. *in loco raso* 1. w) *corr. ex* crucesignos 1.

1) Potius de regno Siciliae (quod Ricardo a papa iam ante a. 1252 med. oblatum esse, noster non comperit; cf. Ficker nr. 4577 a) quam de imperio Graeco conferendo tunc tractatum esse, coniicit Ficker nr. 5286 u. Imperium Occidentis, quod Ricardo iam a. 1247. oblatum esse noster (vix recte) infra contendit, tunc ipsae papales partes Willelmo dederant. 2) Papam in terras Anglis subiectas proficisci voluisse narrat noster infra p. 318. 3) Willelmo. 4) Deerhurst. 5) Iudicio regis, 'king's bench'. 6) Hic uxorem, quae *imaginem beate virginis in latrina deturpatam condolens abstergeret, suffocavit.* 7) V. supra p. 313; cf. epistolas Innocentii m. Apr. Anglis datas ap. Potthast nr. 13950. 13960. 13965 sq. 8) V. supra l. 6.

diret. Alii vero [veri[a]] similius affirmabant, quod cito post pro vero constabat, ut videlicet 1250.
ab abbate Sancti Dionisii Derhurst[b] cum pertinenciis sibi prudenter compararet et[c] cruce signatorum sibi viatica compararet[1]. Sed, quare ipsi tantum applauderet dominus papa, creditur et dicitur, ut videlicet ipsum dominum papam in Angliam venire scientem benigne et[d] reverenter reciperet et ad hoc[e] domini regis, fratris sui, et magnatum terre, precipue eorum qui de consilio domini regis sunt, ut in regnum Anglie vocaretur[f], inclinaret. Sed hec in precedentibus[1] tanguntur.

De vanis rumoribus corda multorum credulorum perturbantibus. Temporibus quoque sub eisdem ad vanam consolacionem christianorum vel ad animandum crucesignatos iter peregrinacionis sue prorogantes transmisse[g] sunt litere[2] umbratiles a Terra Sancta, confecte a viris autenticis et fide dignis, episcopo scilicet Marsiliensi[3] et quibusdam Templariis, rumores iocundissimos continentes, qui auditorum credulorum[h] vanis eulogiis exhilararunt, quod videlicet Cairum[2] et Babilonia capiebantur, et fugientibus Sarracenis, Alexandria desolata relinquebatur. Qui, dico, rumores tanto plus auditores credulos in fine more scorpionis pungebant, quanto primo magis demulcebant blandimentis. Extunc igitur suspecciores, etiam veras, habuimus epistolas et exosas. . . . . . .

[Quam[i] impetuose se gessit archiepiscopus Bonefacius Londoniis. . . . Venit ad prioratum Sancti Bartholomei, ut ibi canonicos visitaret. . . . Suppriorem . . . pungno impie tum percussit, . . . clamosa voce dicens: 'Siccine, siccine decet Anglicos proditores impetere'. . . . Interim sui ministeriales, quos habuit impetuosos, sibi com-Provintiales, in reliquos canonicos inbelles, inermes et inprovisos truculenter irruerunt. . . . Archiepiscopus autem[4] . . . preparavit se ad transfretandum, ut in curia Romana, ubi prepotens fuerat et consuetus magis quam more boni pastoris super gregem suum[k] commorari, laqueos insontibus prepararet. . . . . . .

Episcopus Londoniensis[5] scripsit abbati Sancti Albani. . . . Sabaudiensium, quos offendere non audebat, nobilitatem vehementer — nec est mirandum — formidabat. . . . . . .]

De magna perturbacione civium Londoniensium. . . . Rex quasdam exegit a civibus ad opus abbatis Westmonasterii[6] libertates. . . . Cives igitur admodum commoti, comitem Ricardum et comitem Legrecestrie[7] et alios regni magnates queruli ac tristes adierunt[l]. . . . Et sic magnatum discrescio regem ab impetu hoc concepto feliciter revocarunt[m].

Confecit rex et concessit novas cartas contra antiquas cartas antecessorum suorum in sue fidei lesionem. . . . Rex . . . cartam confecit eidem abbati Westmonasterii in dampnum et iniuriam ecclesie Sancti Albani. . . . Et cum huius libri scriptor*), frater scilicet Matheus Parisiensis[n], dominum regem super hiis imperterritus redargueret, ait rex: 'Nonne papa facit similiter, subiungens in literis suis manifeste: *non obstante aliquo privilegio vel indulgentia?*[8]' Verumtamen modestius loquens, subiunxit: 'Nunc, nunc, nos inde cogitabimus'. Sed dictorum ac promissorum memoria cum sonitu pertransivit. . . . . . .

Domini Fretherici condicio melioratur; Parmenses enim vincuntur.

*) confector[9] 2; *simili modo infra ed. Luard p.* 136. *habet* 1: huius pagine scriptori, *ubi* 2: compositori.

a) *ex* 2; *deest* 1. b) Der *in loco raso et in marg. iterum* Derhurst 1; prioratum de Hurst 2. c) et — compararet *in marg.* 1; *des.* 2. d) *superscr.* 1. e) *in marg.* 1. f) mentes *suppl. edd.* g) trãmisse 1. h) corda *suppl. edd.* i) *folio in* 1 *exciso et demum saec. XVI. e* 2 *suppleto, uncis inclusa ex* 2 *edita sunt.* k) vigilantis *forte suppl.* l) adi 1; adientes *in marg.* 2. m) *sic codd.* n) *deest* 2.

1) Cf. p. 314. 2) *Umbratiles et ad horam consolatorie litere de captione Alexandrie et Keyrie Babilonie* exstant in Lib. addit. ed. Luard VI, p. 167, quas 1. [Iohanni] *abbati de Sancto Albano Nicholaus de la Hyde frater milicie Templi in Anglia* et 2. [Innocentio IV] *pape episcopus Marsiliensis* 13. *Kal. Iunii* misit. Hanc epistolam *recepit dominus papa* Mai. 29. De Damiata a. 1249. capta multae exstant epistolae ib. p. 152—167. 3) Cf. supra p. 311. 4) Cf. infra (ed. Luard p. 138): *regis proteccione armatus, generis sui potencie confisus, ut fortior fieret per papalem auctoritatem;* et sic vel similiter compluribus locis. 5) Fulco, scil. ut ad id iuvaretur, ne Bonifacius ius visitationis a papa impetraret. 6) Ricardi. 7) Simonem. 8) Contra hanc clausulam papalem Matheus iterum atque iterum invehitur. 9) Etiam in codice 1 hic locus a scriba quodam, minime Mathei manu, exaratus est.

1250. Anno vero sub eodem dominus Fretthericus insolenciam Ytalicorum graviter ferens induratam, precipue tamen Parmensium et Bononiensium — Parmensium pro cede Thadei[1] et aliorum Fretherici fidelium et deieccione castrorum que Victoriam[a] vocaverat, et Bononiensium pro capcione et retencione Ensii[2], filii sui, et suorum necnon et Cremonensium —, cepit vigilanter eisdem insidiari. Ipsi vero Parmenses pro diuturna pace, qua permisit eos dictus Fretthericus gratulari, tutissimi, partes primo civitati sue adiacentes indempnes pervagabantur, postea vero remocius commercia sua ad nundinas deferentes, quiete negociabantur et pacifice remeabant. Cives igitur potenciores, exinde secure pacis sumentes argumentum, cum una dierum[3] ortos suos et castra ad civitatis tuicionem in confiniis suis constructa securi et inermes, permittentibus ipsis qui in insidiis constituebantur Fretherici fidelibus, spaciando[b] perlustrassent, insidiantes subito de latibulis suis, ad unguem armati, aditum civitatis precluserunt immunitis, omnesque cives illos, qui multi et preclari fuerant, incautos velut aviculas ceperunt irretitas; et intrantes civitatem cum primas portarum custodias pertransissent, omnia ad votum occupaturi, populus qui in civitate remanserat, clamore horribili elevato, catenas, repagula et transtra per plateas pro obice festinanter opposuerunt[c] transituris; insuper et dolia vacua per pavimenta rotaverunt, que sonitum terribilem emittencia equos affugarunt[c] stupefactos. Sed postquam de capcione civium suorum, qui tocius civitatis fuerant capitanei et eminenciores, certificabantur, que pacis erant humiliter postulabant, et multi exeuntes, data non modica pecunia, dextras dederunt Fretherico, suum arbitrium subituri. Aliqui tamen, quibus firmissime turres fiduciam resistendi prestiterunt, sese in easdem receperunt, emittentes spicula cum lapidibus ponderosis, malentes ibidem quecunque subire discrimina quam iudicium subire Fretherici. Bononienses autem[a] hec audientes, missis ad ipsum Frethericum[d] nunciis, pacifica cum humilitate et precibus rogitabant, quos tamen ipse Fretthericus[d] distulit exaudire. Tempore igitur sub eodem[4], missis fidelibus suis ad Avinionem et Arlam[e], civitates nobilissimas nec multum a Lugduno distantes, civium ipsarum suscepit cum iuramentis fidelitatem[5]. Hec autem cum ad audientiam papalem pervenissent[f], doluit vehementer in hiis predictis tot thesauros inaniter effudisse.

Obiit Reimundus[g] de Biterbio[6]. Ad cumulumque doloris Romane curie dominus Reinerus de Viterbio cardinalis et camerarius viam universe carnis est ingressus, qui, genere preclarus et possessionibus opulentus, indefessus fuerat Fretherici persecutor ac diffamator. Et eo mortuo, significaverunt Romani domino pape cum comminacionibus, ut tanquam eorum pastor et episcopus Romam venire non differret[7].

Magister Berardus de Nimpha[h] non modicam pecuniam colligit de cruce signatis ad opus comitis Ricardi. Temporibus quoque sub eisdem Berardus de Nimpha clericus, papalibus armatus munimentis, a cruce signatis ad opus comitis[i] Ricardi sub inhonesta nimis forma[k] collegit, ut pocius rapina quam iusticia videretur. Forma autem huius rapine informis, ne multorum aures cum cordibus offendat, in Libro additamentorum[8] plenius exaratur.

Aug. 1. Litere in folio tertio sequente[9]. Mandatum flebile. Die vero sancti Kenelmi, videlicet Kal. Augusti, comite Ricardo existente[l] Londoniis et ad scaccarium sedente, venit ad ipsum nuncius quidam festinus et tristis, rumorum et literarum baiulus teterrimarum, huius sentencie tenorem continentium[10]: . . . . . .

Convicia comitis Atrabatensis[11]. . . .: 'O antiqua Templi prodicio! . . . Nonne super hiis Fretthericus eorum expertus muscipulas testis[12] est certissimus?' . . . . . .

Franci confusi turpiter vincuntur. . . . Rex etiam cum paucis, scilicet[m] Karolo comite Provincie et Aldephulso comite Pictavie et aliis qui ipsum defendebant paucis magnatibus admodum, qui lateri[n] suo adheserunt, captus est. . . . Occubuerunt

a) *bis scr.* 1. b) securi et inermes *iterum add.* 1. c) *sic codd.* d) F. 1. e) Arbam-blancam 2. f) pervenissē 1. g) Reinerus *legendum.* h) Nipha 1. i) *in loco raso* 1. k) pecuniam *suppl. edd.* l) exente 1. m) scil. — magnatibus *in marg.* 1; *des.* 2. n) *in loco raso et iterum in marg.* 1.

1) V. supra p. 297. 2) V. supra p. 309 sq. 3) Aug. 18; haec minus accurate narrata sunt; cf. Schirrmacher IV, p. 326. 4) Haec alibi non inveniuntur. 5) Cf. Sternfeld, 'Arelat' p. 142. 6) V. supra a. 1243. 7) Cf. Schirrmacher IV, p. 484. 8) Ed. Luard VI, p. 135, epistola d. *B. de Nimpha scriptori Lugduni* 3. *Id. Oct., pontificatus nostri a.* 4. 9) Ed. Luard V, p. 165. 10) De Ludovico IX. ad Mansuram capto. 11) Roberti, cum apud Mansuram [Febr. 8. Willelmus] Templi magister pugnam dissuaderet. 12) Cf. supra p. 123.

etiam ipso letali certamine . . . viri preclari Radulphus de Cuscy, miles egregius et famosus, Hugo[1] comes Flandrie, vir prepotens et illustris. . . . . . . 1250.

Ad custodiam quoque classis[2], que numerosa fuit, et qua numquam visa nobilior simul vel copiosior fuit, addicti sunt ad custodiam milites egregii simul cum Pisanis et Ianuensibus, Flandrensibus, Pictavensibus et Provincialibus, regis Francorum fidelibus.

Nota[a], quod eadem die, qua captus est rex Francorum, epulabatur comes Ricardus Apr. 6. cum papa[3], et sicut soldanus Babilonie[4] cepit regem, conabatur papa comitem inescatum capere et sue voluntati caucius inclinare. . . . . . .

Ut autem de predictorum summa certificemur, hanc comiti Ricardo transmissam epistolam huic volumini inseruimus: . . . . . .

Nunciantur hec domine Blanchie. . . . Dominum de iniusticia redarguentes[5], in verba blasfemie, que apostasiam vel heresim sapere videbantur, pre mentis amaritudine et doloris immanitate desipientes prorumpunt; et multorum cepit fides vacillare. Venecia quoque civitas nobilissima et multe civitates Ytalie, quas inhabitant semichristiani, in apostasiam prolapsi essent, nisi episcoporum et sanctorum virorum religiosorum consolacione roborarentur, qui veraciter affirmabant, ipsos occisos iam regnare martyres in celestibus, nec modo velle pro tocius mundi auro in huius mundi valle tenebrosa[b]. Et sic vix quievit aliquorum, non tamen omnium, indignacio. . . . . . .

Unum exemplum de turpibus extorsionibus per regnum Francorum. . . . Notum est, quod dominus Francorum rex ex permissione Romane ecclesie per triennium decimam ab ecclesia regni Francorum emuncsit tali condicione, ut papa tantumdem in posterum ab eadem extorqueret, ut Fretericum potentius expungnaret. Cui tamen post primam triennii collectam, scilicet suam, rex Francorum premunitus, volenti suam vindemiare, multiformis emunctoris ars ut artem falleret, in faciem contradixit, hanc pretendens cf. Caton. Dist. 1, 26. rationem, quod nullo modo toleraret ecclesiam sui regni depauperari[c] ad expugnandum christianos. . . . Utinam hec rationis libra perpenderent dominus Anglorum rex et frater eius comes Ricardus et alii principes crucesignati turpibus emolumentis incumbentes! . . . Hec enim causa, licet alie forte non desint, creditur fuisse iam descripte confusionis[6]. . . . . . .

Memoratum igitur infortunium postquam ad audientiam domini pape pervenisset, doluit vehementer, et tocius curie Romane universitas; et suspensa est bulla per aliquot dies; et crevit et diffusa est infamia pape non mediocriter. Auditus est enim huiuscemodi sermo in Francorum querimoniis: 'Heu, heu! quanta mala nobis superbia papalis parturivit, que tam procaciter Fretherico restitit humiliato nec condignam admisit satisfaccionem, sed pocius ad cordis provocavit amaritudinem. Optulit[7] nimirum nobis quicquid christiani possessionum in Terra Sancta aliquo tempore optinuerunt sine sanguinis effusione benigne restituere. Proh dolor! quantum christiani sanguinis nunc in Terra Sancta magnifici ac generosi, quantum in Alemannia, quantumque in Ytalia inutiliter effunditur! Et quod dampnosius[d] est, fide vacillante, Terra Sancta patet discrimini; minorataque religione christiana, paganorum supersticio exaltatur. O quam infausto sidere natus est, quod saltem suo tempore tot adversa in ecclesia domini Iesu Christi, cuius se affirmat esse vicarium, proruperunt!' . . . . . .

Rex Francorum remittit fratres suos in Franciam. Quod perpendens pius rex Francorum, postquam pecunie pretaxate[8] quantitatem, quam mutuo receperat a Templo et Hospitali, Ianuensibus et Pisanis, penitus, reacceptis obsidibus[e], persolvisset, duos fratres suos superstites, scilicet Aldefulsum comitem Pictavie et Karolum[f] comitem Provincie, prudenter in navi solida subito ac secreto collocatos, in partes transmisit occidentales. . . . Memorati igitur comites simul cum duce Burgundie[9], qui cum eis venerat, sicut eis per regem iniunctum fuerat, papam ilico adierunt, persuadentes efficaciter, non palpando, ut regi in discrimine tanto constituto et pro honore universalis ecclesie dimicanti

a) Nota — inclinare *in marg.* 1; *des.* 2. b) manere *suppl. edd.* c) *ita* 2; *corr. ex* depauperare 1. d) dapn. 1. e) obsed. 1. f) Karlonem 1, *sed in marg. m. Math.* vel Karolum, *et ita* 2.

1) Error; Willelmus vulneratus et captus est. 2) Ludovici IX, Damiatae. 3) V. supra p. 313. et infra a. 1253. 4) Turanschab. 5) Christiani cladem Francorum audientes. 6) Francorum in Aegypto. 7) V. supra p. 313. 8) Ad captivos a Saracenis redimendos. 9) Hugone IV.

1250. non segniter subveniret et Fretherìcum, qui solus inter omnes christianos tantis potest mederi periculis, ad pacem ecclesie revocans humiliatum, ipsum ad hoc induceret, ut ipsi regi iam pene desperato succursum competens[a] conferat et festinum; alioquin, ipsi dux et comites dominum papam, tanquam in odio obstinatum et de honore christiane fidei minime curantem, a sede removeant Lugdunensi[1]; et si electus Lugdunensis[2] et frater eius archiepiscopus Cantuariensis, in quibus confidit, eum defendant, tota Francia in ipsos insurgat, previis magnatibus memoratis.

De insolita maris inflacione et commocione. Sub eiusdem temporis
Oct. 1. voluminibus, mense videlicet Octobris, luna existente prima, die mensis prima, apparuit novilunium turgens et rubicundum in signum futurarum tempestatum. . . . Hoilandia quoque in Anglia et Holandia in partibus ultramarinis cum Flandria et aliis locis planis et mari finitimis dampna sustinuerunt irrestaurabilia, . . . ut manifeste ira Dei tam in mari quam in terra mortalibus appareret. . . . Et quid mirum? A Romana enim curia, que fons esse tocius iusticie[b] teneretur, enormitates irrecitabiles emanarunt, quarum unam indignam scribi huic pagine duximus inserendam[c].

Quedam detestabilis exaccio a prioratu de Binham[3]. . . . Quidam Ianuensis, spurius et illiteratus, tales[d] a domino papa literas contra ius et pietatem[e] impetravit:

*Innocencius episcopus* etc. *dilecto filio magistro Berardo de Nimpha, scriptori nostro in Anglia commoranti, salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilectus filius noster N., camerarius noster, quondam Reinerio de Solerio preposito Yporiensi[4], nuper viam universe carnis ingresso, ecclesiam de Westleia Eliensis diocesis, quam spectantem ad presentacionem dilectorum filiorum prioris et conventus de Binham ordinis sancti Benedicti idem prepositus, dum viveret, optinebat in partibus Anglicanis, dilecto filio Herrigetto clerico, nato nobilis viri Perrini de Malachana de Volta, civis Ianuensis, auctoritate nostra duximus[f] conferendam, . . . mandamus, quatinus procuratorem ipsius H. . . . in possessionem ecclesie memorate . . . pro-*
Apr. 29. *cures inducere. . . . Datum Lugduni* 3. *Kal. Maii, pontificatus nostri anno septimo.* . . . . . .

Querula exclamacio. . . . Omnes quoque ecclesie tam pontificales quam conventuales, cum vacantes ad manus[g] regis devolvantur, que utique manus defensiva esse teneretur et protectiva, prede patent et rapine. O papa, patrum pater, ut quid permittis christianorum climata talibus inquinari? Merito igitur, merito ab Urbe et sede pulsus propria, tanquam et profugus alter Chain cogeris exulare; prosperantur hostes tui Frethericales;
cf. Es. 30, 16. fugis fugantes, et qui te persequuntur sunt veloces[h] et potentes. Ubique in tibi subiectos tua bulla fulgurat, sed vilescit apud rebelles. Ubique suspensis a beneficiorum collationibus prelatis, iubentur fieri provisiones, sed indignis, barbaris et ignotis. . . . Ubinam scitur Anglicus aliquis redditum habere in partibus Rome, Ytalie, Ianue vel regnorum aliorum, cum tales in Anglia rapiant universa? . . . . . .

Dominus papa cupit apud Burdegalim commorari[5]. Tempore quoque sub eodem, missis sollempnibus nunciis, dominus papa postulavit dominum regem Anglie, ut liceret ei saltem apud Burdegalim, civitatem suam in Wasconia, commorari. Fratres enim domini regis Francorum eum districte convenerant, rogantes ex parte dicti regis[d] et sua, ut pacem iniret cum Fretherico humiliato et satisfaccionem ecclesie humiliter offerenti, sicut honorem universalis ecclesie diligebat. Imponebant etiam illi dicti regis fratres, videlicet Pictavie[6] et Provincie[7] comites, quod per pape avariciam totum evenit infortunium memoratum. Ipse enim papa crucesignatos, ne in succursum regis advenirent, pecunia corruptus impedivit et absolvit a voto sue peregrinacionis, quos paulo ante per suos quos mittit Predicatores et Minores cruce signavit. Preterea crucesignatos comiti Ricardo[i] et
cf. Ioh. 2, 14. alios[k] vendit magnatibus, sicut olim Iudei consueverunt oves et columbas in templo ven-

a) *sic codd.* b) esse *iterum add.* 1. c) inserand. 1. d) *in loco raso* 1. e) literas *iterum add.* 1. f) *sic codd.*; duxerit *emend. edd.* g) *sic codd.*; manum *emend. edd.* h) voloces 1. i) R. 1. k) *sic codd.*; aliis *emend. edd.*

1) Cf. supra p. 314 sq. et infra l. 38. Papam revera a. 1250. cum Anglis de curia Burdigalim transferenda tractasse, censet Ficker nr. 3817a, sed, num Matheus de Francis imperatorem et papam reconciliaturis accurate retulerit, dubitat. 2) Philippus; cf. supra p. 254. 3) Cella S. Albani in Norfolk com. 4) De Eporedia. Bullam, qua papa permittit, ut hic beneficia in Cantuariensi et Eliensi dioecesibus teneat, laudat ex Reg. Vatic. Luard VI, p. 611. 5) Cf. supra n. 1. 6) Alfonsus. 7) Carolus.

dere, quos Deum legimus in euvangelio in ira punitos eiecisse. Hiis autem persuasionibus 1250. difficilem se papa exhibuit et inexorabilem; unde duris verbis et litigiosis dominus papa et dicti comites ab invicem recesserunt. Et versus Angliam iter maturaverunt, ut dominum Anglorum regem persuaderent, quatinus ad succursum Francorum regis, presentiam suam desiderantis et expectantis, secundum votum suum, sicut honorem Christi desideravit, properaret.

Regis Anglorum angustia. Artabatur igitur rex Anglie vehementer, quia, si precluderet vias pape, fratrem suum Æthelmarum[a, 1] papa offensus minime promoveret, si sinum panderet ei refugii, Frethericum, per cuius terras necesse habet[b] transire peregrinaturus, in iram provocaret, Francis quoque non placeret. Preterea, quod multum prudenciores Anglie perterruit, si papa in Burdegali commoraturus reciperetur, posset in brevi tempore per navigium in Angliam navigare et illam presentia sua deteriorare et, ut timetur, coinquinare. Qui enim senserant illam suis corrumpi Caursinis usurariis, magis formidabant ipsam sua curia, si presens esset, quod absit! maculari. Ideo super hoc propensius consilium regis protelabatur[2]. . . . . . .

De[c] morte Fretherici. Obiit autem circa eadem tempora principum mundi maximus Frethericus[3], stupor quoque mundi et immutator mirabilis, absolutus a sententia qua innodabatur, assumpto, ut dicitur, habitu Cisterciensium, et mirifice compunctus et humiliatus. Obiit autem die sancte Lucie, ut non videretur ea die terremotus sine signi- Dec. 13. ficacione et inaniter evenisse. Quo sublato, exsufflata est spes Francorum de succursu sui regis. Condidit autem nobile testamentum, quo ecclesie per ipsum dampnificate[d] restaurarentur. Celata autem fuit mors eius per aliquot dies[4], ne hostes eius cito exultarent, sed die sancti Stephani facta est in publico manifesta et nunciata in populo. Testamentum Dec. 26. autem eius nobilissimum scribitur in Libro additamentorum[5] ad[e] tale signum ○—‖—○—‖—▷*.

Finito hoc anno consummate sunt viginti quinque quinquagene de tempore gratie. Mirabilia huius quinquagene. . . . Predicante magistro Olivero in partibus Germanie, apparuit omnibus manifeste Christus crucifixus in aere[6]. Recessit Greca ecclesia a subieccione Romane ecclesie propter eiusdem Romane ecclesie varias enormitates, maxime in usuris, simoniis, iusticie vendicionibus et aliis iniuriis intolerabilibus. . . . Floruit[f] sancta Elizabeth, filia regis Hungarie, in Alemannia[7]. . . . Otto imperator Romanorum, persequente Innocencio III. papa, miseram passus est ruinam in prelio, victus, excommunicatus et cassatus. . . . In partibus Sabaudie 5 ville [cum[g]] suis ecclesiis, domibus et incolis, montibus conglomeratis, subvertuntur[8]. . . . Concilium generale bis celebratum, Rome scilicet et Lugduni; in ultimo cassatus est imperator Romanorum Frethericus II. In mari non procul a Ianua captus est Octo cardinalis, quondam legatus in Anglia, cum pluribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatis et Ianuensibus; captus[h] est, et multi submersi. . . . In partibus autem aquilonaribus per Aldemarum regem Dacie magna Frisie et Ruscie — scilicet iter 12 dierum — pars capitur, ita ut septem episcopatus in ea Christo adquiruntur[9]. Papa[10] velut exul et ab Urbe expulsus aut fugitivus aut[i] latitans moratur Agnanie et Perusii, persequente Fretherico[k] imperatore, qui imposuit ei, quod, cum Deo militaret in Terra Sancta, imperium nitebatur occupare. Templarii quoque, ex odio papali sumentes[l], eum voluerunt soldano tradere Babilonie[11]. Post obitum Gregorii pape vacavit sedes papalis per annum et 9 menses. Tres apostolici viri sederunt imfra duos annos. Unus quoque cardinalis omnibus prestancior cardinalibus, Anglicus nacione, magister scilicet Robertus de Sumercota[12], de quo timebant alii, ne in papam eligeretur, in palacio quod Regia-solis

*) *In marg. cod. 1. depictum est inversum scutum aureum, quod exhibet aquilam bicipitem nigram*[13].

a) Æ. 1. b) tr. h. *corr.* h. tr. 1. c) *hoc caput in marg.* 1. d) dapn. 1. e) ad t. s. *des.* 2. f) Flor. — Alemannia *in marg.* 1; *des.* 2. g) *ita* 2; *deest* 1. h) *sic iterum codd.* i) *in marg.* 1. k) F. 1. l) occasionem *suppl. edd.*

1) A rege episcopum Wintoniensem designatum. 2) Haec fere m. Dec. assignat Ficker nr. 3817 a. 3) Eum veneno interfectum esse, dicit infra a. 1253. 4) Non in regno Siciliae, sed in Tuscia et Germania; Ficker nr. 3835 a. 4533. 5) Cod. Cotton. Nero D 1, f. 102'; sed etiam infra p. 322 sq. 6) Cf. supra p. 120. 7) Cf. supra p. 119. 8) Cf. supra p. 301. 9) Cf. supra p. 202. 10) Gregorius IX; cf. supra a. 1234 sqq. 11) Cf. supra p. 123. 12) Cf. supra p. 223. 13) Aquila biceps paullo post Mathei aevum etiam ab aliis Anglis scuto imperatoris attributa est; cf. Walford, 'Archaeologia' XXXIX, p. 378. Rotulus saec. XIII. ex. scriptus, ib. p. 380, praebet haec: *L'empereur de Almaine: d'or ung egle espany ove deux testes sable. . . . Le roy d'Almaine: d'or un egle displaye sable.*

dicitur, dum de eleccione tractaretur, obiit, invidia, ut dicitur, stimulante suffocatus. Tandem electus Sinebaldus cardinalis, qui et dictus Innocentius IIII, sequens sui predecessoris vestigia, ipsum imperatorem Fretheric um[a] excommunicavit; fugiens igitur de loco ad locum eius persecucionem, tandem venit Lugdunum, ubi, concilio generali celebrato, ipsum Frethericum[a] imperatorem deposuit, et extorta ab ecclesie prelatis impudenter infinita pecunia, andegravium de Duringa et postea Willelmum comitem Holandie nitebatur promovere in imperium; sed uno mortuo, alio victo, minime profecit in proposito. Usurarii, qui nomine christiano censebantur, dicti Caursini, papa tolerante primo et postea manifeste protegente, in Anglia receptacula et pacem inveniunt et se sine rubore mercatores vel escambiatores nominant pape[b]. Suspenduntur prelati a collacionibus beneficiorum, donec satisfiat avaricie papali de indignis barbaris suis, qui numquam in Anglia apparuerunt nec de animarum custodia quicquam curaverunt. Plurium ordinum fratres scatent, nunc Predicatores, nunc Minores, nunc Cruciferi, nunc Carmelani. In Alemannia autem mulierum continentium, que se Beguinas[1] volunt appellare, multitudo surrexit innumerabilis, adeo ut solam Coloniam mille vel plures inhabitarent. Predicatores vero et Minores, primo vitam pauperem et sanctissimam deducentes, predicacionibus, confessionibus, divinis in ecclesia obsequiis, leccionibus et studiis penitus intendebant, paupertatem voluntariam pro Deo, relictis multis
cf. Matth. 6, 34. redditibus, amplectentes, nichil in victualibus usque in crastinum sibi reservantes; sed infra paucos annos sese sollicite instaurabant, edificia sumptuosa nimis construentes; papa insuper de ipsis, licet invitis, suos fecit thelonearios et multiformes pecuniarum exactores. . . . Sancta Elizabeth, filia regis Hungarie, et sancta Hyldegardis prophetissa in Alemannia insignibus choruscant miraculis[2]. . . . Albigensium, Iovinianorum et multorum Ytalicorum hereses, que pullulaverant, destruuntur. . . . Papa et tota curia Romana, eo quod crucesignati venduntur et absoluti pro pecunia absolvuntur et multiformiter retardantur, gratiam tam cleri quam populi diatim[c]. Tota christianitas ex odio et discordia inter ipsum papam et Frethericum, exortis guerris, suscitatis perturbatur, et ecclesia universalis periclitatur.
1250. Dec. 13. . . . Obiit insuper stupor mundi Frethericus die sancte Lucie in Apulia. . . . . .

Hic terminantur fratris Mathei Parisiensis, monachi Sancti Albani, cronica. Que pro utilitate posteritatis subsecuture, Dei pro amore et beati Albani Anglorum prothomartyris honore, ne memoriam eventuum modernorum vetustas aut oblivio deleat, literis commendavit.

Virginis a partu iam mille volumina Phebus
Cum bis centenis et quinquaginta peregit
Annua; sed visum non est sub tempore tanto,
Mart. 27. Aprilis sexto fuerit quod pascha Kalendas,
Dum quinquagenus orbem percurreret annus;
Hoc tamen evenit anno, cui terminus hic est. . . . . . .

Expliciunt mirabilia vicesime quinte quinquagene.

Terminantur hic Mathei
Cronica; nam iubilei
Anni dispensacio
Tempus spondet requiei.
Detur ergo quies ei,
Hic et celi solio! . . . . . .
Siste tui metas studii, Mathee, quietas,
Nec ventura petas que postera proferet etas[d]!

1251. Anno Domini 1251. . . . Et facta[e] curia regalis Romane consimilis in questu pro meretrici sedens vel prostans veracius.

De quadam cautela facta in imperio. Tempore quoque sub eodem tres vel quatuor de qualibet civitate Ytalie et aliqui[f] de civitatibus Apulie cives Fretherico adversantes et filio eius, qui in carcere Fretherici detinebantur, quos omnes proditores[3] suos et rebelles vocare consueverat, mortuo Fretherico[a], filius eius Conradus[4], et hoc de consilio

a) F. 1. b) *in loco raso et iterum in marg.* 1. c) amiserunt *suppl. edd.* d) *desinit Mathei opus in* 2, *ubi* Incipiunt quedam gesta de rege Arthoro; *pergit eadem m. in eadem columna* 1. e) est *suppl. edd.* f) aliquos *emend. edd.*

1) Cf. supra p. 234. 2) Cf. supra p. 200 sq. 3) V. infra p. 323, l. 1. 4) Conradus IV. patrem mortuum esse, non ante m. Febr. novit, demum Iunio Siculis scripsit et Nov. Italiam intravit. Quae noster hic habet aut falso anno narrata sunt, aut fortasse de Manfredo dici debuissent.

1251. patris, ad ulteriora terre sue transmisit[a], videlicet Neapolim et Palernam in Sicilia, ut ibidem tucius et caucius custodirentur. Aliqui tamen captivorum dati sunt Henrico, filio suo, nepoti scilicet domini regis Anglie, quos tradidit Conrado custodiendos. Inter quos incarceratos fuit filius marchisii[1] Montis-ferrati, qui commutabilis[2] fuit pro Ensio, filio Fretherici, quem Bononienses adhuc in vinculis detinebant; et cum inde tractatus[3] haberetur, mors Fretherici effectum finalem interemit.

Rebellio Fretherica lium[b] incipit rediviva. Et ceperunt igitur filii et amici Fretherici[c] roborari et roborati contra dominum papam calcaneum levare; et sic amputato cf. Ioh. 13,18. uno capite, instar ydre, quam Hercules occidisse dicitur, multa capita succreverunt. Erat autem Conradus, quia filius fuit filie[4] regis Ierusalem Iohannis, militis invictissimi, et ipse Conradus miles strenuissimus, omnibus de imperio amabilis ac formidabilis. Et Henricus, frater eius, quia filius fuit imperatricis Ysabelle, que omnibus extitit amabilis, et nepos christianissimi regis Anglie, insuper puer elegantissimus, universis imperialibus gratus extitit et graciosus. Papa vero tum propter sui tum propter generis aviditatem omnibus imperialibus extitit odiosus. Unde ecclesia, multiplicatis persecutoribus, non mediocriter periclitabatur, dampna multiformia tolerando; eratque preteritorum infortuniorum recordacio quasi spina in oculo omnibus pape consencientibus[d]. Henricus enim Raspe andegravius Duringie, quem papa proposuerat in imperatorem sublimare, et pro cuius promocione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem ignominiosam precipitatus. Post mortem cuius[5] in loco eiusdem Henrici[e] electus est comes Gelrensis[6]; sed mortem probrosam prioris considerans, recusavit sic sublimari. Post hunc dux Brabancie[7], qui et Lotharingie; sed et ipse penitus refutavit. Post hunc vero comes Ricardus, quia vafer et habundans numismate et quia frater regis Anglie; renuit, quia ambigua sunt martis pericula, et precise contradixit. Post quem elegit dominus papa Willelmum Holandie comitem. Qui temere consensit, et iam omnibus amissis, ad suam terram, et non iam suam, quia fratri[8] suo eam donaverat[9], repulsus est[10]; unde, muscipulas et promissiones papales detestans, mendicare cogebatur. Post hos autem omnes voluit dominus papa loco Fretherici Haconem[11] regem Norwagie in culmen imperii subrogare; unde, ut aptiorem et favorabiliorem ad hoc ipsum haberet, ipsum in regem fecit consecratum coronari[12]. Sed postquam coronatus fuit, protestatus est palam, se semper velle ecclesie inimicos, sed non omnes pape inimicos impugnare. Et hoc idem protestatus est idem rex michi ipsi Matheo, qui et hec scripsi, sub magni iuramenti attestacione; unde ecclesie pericula undique cotidie proruperunt. . . . . . . .

Dominus papa per multa discrimina venit Perusium. Tempore[13] quoque sub eodem, postquam moram apud Mediolanum mensurnam[14] et amplius non sine multis sollicitudinibus[f] protelasset, iter arripuit procedendi, et transitum faciens per intermedias civitates, ut ad Urbem perveniret, multam pecunie exposuit quantitatem. Tandem Perusium[15] perveniens, ibidem sanius censuit commorandum, quia datum illi fuit intelligi[g], quod, si Romam perveniret, Romani exigerent pecuniam inestimabilem ab ipso violenter, nec possent[h] a pari contendere, cum in eorum retiaculis teneretur. Licet igitur desiderarent Romani adventum eius, noluit illuc ire, timens laqueos, quos quandoque evaserat, dicens quasi ratione[i]:

*Quia me vestigia terrent,*

*Omnia te versum[k] spectantia, nulla retrorsum.* Hor. Epist. I,1,74.

Nota de Venetis et Pisanis. Ipsis quoque temporibus Veneti, Pisani et Ianuenses regi Francorum[l] suisque fratribus et fidelibus, ne quid tribulacionis eis deesset, graviter

a) transmissi *c.* b) Frethercalium *c.* c) F. *c.* d) consencienbus *c.* e) H. *c.* f) papa *suppl. edd. ex Hist. Angl.* g) intelli *c.* h) posset *fortasse legendum.* i) rone *c.*; Romae *Wats.* k) adversum *Hor.* l) Franc: *c.*

1) Bonifacii III. 2) Haec a Schirrmacher, 'Hohenstaufen' p. 7. recepta num accurate relata sint, non liquet; Ficker nr. 3822b. Nec Willelmum, filium Bonifacii, a Friderico II. captum esse novimus, neque alium quendam de Monte-ferrato, qui, cum Bonifacius ad partes Ghibellinas reversus esset, liberari potuisset. 3) Cf. supra p. 313. 4) Isabellae. 5) De his tribus electis dubitat Ficker p. 919. 6) Otto. 7) Henricus. 8) Florentio. 9) Immo eam regendam fratri commiserat, dum ipse abfuit. 10) Cf. supra p. 311. 11) Haec recte narrata esse censent (contra Böhmer) Busson, 'Doppelwahl' p. 9; Ulrich, 'Wilhelm von Holland' p. 9. 12) Certe ordo quo hae res ponuntur perversus est; nam Henrico superstite, a. 1246, Nov. 3. Innocentius Haconi coronam concessit; Potthast nr. 12340. Cf. supra p. 301 sq. 13) Itineris initium ordine perverso infra narratur. 14) Potius Iul. 1—Sept. 13. 15) Nov. 5.

1251. insidias paraverant inimicas. Dicebant enim, se prius in Damiatam ingressum viriliter adquisivisse, sed postea per supervenientium Francorum superbiam et violentiam expulsos extitisse. Imposueruntque regi Francorum factum enormitatis magne infidelitatis ac pusillanimitatis, quod scilicet, cum parabatur naves ascendere transfretaturus, plus quam decem milia balistariorum, tam de ipsis Venetis, Pisanis et Ianuensibus, quam Francis, reppulit nec secum habere curavit, quos tamen vocaverat et certa stipendia promiserat profecturis; unde mendici redierant, et cum in suas pervenerant provincias, in domos quas vendiderant et agros, non sunt permissi saltem hospitari. Semitas et portus igitur maris cum galeis suis obsederunt, ut, si quos Francos invenirent transeuntes, spoliarent vel submergerent. . . . . . .

Rediit comes Legrecestrie Symon de Wasconia. . . . Qualiter comes multiplicatis viribus redierit in Wasconiam[1]. . . . Letus incontinenti remeavit, significavit duci Braibantie[2] et eius conterminis, ut milites et servientes armis communitos sibi destinaret applicanti, qui copiosis stipendiis saginandi sibi fideliter militarent Wasconiam properanti. Obtemperans autem dux transmisit ei ducentos ruptarios et aliquot cum eis balistarios, qui ad clientelam comitis convolantes, Wasconensium sanguinem more sanguissugarum[a] siciebant; contra quos Wasconenses sese imperteriti[a] munierunt. . . . . .

Certificantur Occidentales de morte Fretherici[b]. Conpletis autem eodem
Febr. 2. anno diebus nataliciis, et iminente festo purificacionis beate Marie, increbruit rumor per partes occidentales de morte Fretherici, quondam Romanorum imperatoris, quod scilicet
1250. Dec. 13. die sancte Lucie virginis[3] morbo percussus irremediabili, die sancti Stephani[3] obierit. Qui,
Dec. 26. ut dicitur, videns mortem suam indubitanter iminere, contritus pro peccatis suis confessionem fecit plenissimam cum lacrimarum ubertate, se Deo commendans et ordini Cisterciensi, unde habitum Cisterciensium ante mortem, ut nobis suorum fidelium patefecit certa relacio, humiliter ac devote suscepit. Et quia mors in foribus erat, quidam episcopus[4] ex parte Dei, qui neminem in se credentem vult perire, ipsum satisfaccionem promittentem absolvit.

Testamentum Fretherici magnificum. Ab alto igitur suspirans pectore et asserens, se malle nunquam fuisse natum vel habenas imperii suscepisse, pro cuius iuribus recuperandis et sustinendis tot et tantis fuerat inebriatus amaritudinibus, tale dicitur condidisse testamentum*:

*Ego[5] Fretherícus in primis relinquo pro anima mea* 100000[c] *uncias auri pro[d] Terra Sancta sancte Romane ecclesie recuperanda, expendenda et[e] exponenda ad voluntatem filii mei Conradi. Item[f] volo, quod omnia male ablata restituantur. Item omnes captivos[f] de imperio et regno*

*) *Exstat quoque in Libro addit., cod. Cotton. Nero D 1 f. 102', manu socii Mathei exaratum; ubi scuto aureo, quod aquilam bicipitem nigram exhibet, inverso in marg. depicto, haec praecedunt:* Testamentum Fretherici.
Dec. 13. Testamentum Fretherici, qui[g] anno gratie 1250, die beate Lucie, sed eius mors manifestata fuit
Dec. 26. die sancti Stephani. Et sunt qui dicunt, quod in habitu religionis, videlicet Cisterciensis, in quo per 6 dies contritus et penitens et gemebundus pro peccatis suis usque ad mortem permansit[g], asserens, se non propter aliud nisi propter imperium redintegrandum et sustinendum in statu debito, prout iuravit, rigorem tirannicum induisse.

*Cf. haec ib. f. 199. velociter ipso aevo scripta:* Fretherícus deputavit filium suum Henricum, nepotem regis Anglie, sibi karissimum[h] . . . archiepiscopi Coloniensis[i] . . . et Conradi. Hic Fretherícus[a], postquam humiliaverat se Deo et ecclesie, assignans non modicum thesaurum restauracioni ecclesie, et condidit testamentum, mortuus est Perusii[6] et sepultus est apud Florentinum[7] in domo sancti Lazari, quam fundaverat et ubi promiserat se sepeliendum.

a) *sic c.* b) F. *c.* c) 100 000 mit *c. (in seqq. quoque Arabicis signis ad numeros scribendos usus est scriba);* centum milia *Liber addit.* d) ad Terram Sanctam s. R. e. restituenda *(sic) Add.* e) et expon. *des. Add.* f) *deest Add.* g) obiit *suppl. videtur.* h) *unum verbum a glutinatore abscisum c.;* tutele *fort. suppl.* i) *fere* 5 *verba abscisa c.*

1) Cf. Prothero, 'Simon de Montfort' p. 92. 2) Henrico. 3) Dies supra p. 319. et infra n. * rectius morti et nuncio de morte divulgato assignantur. 4) Cf. Ann. Stadenses, SS. XVI, p. 373: *ab archiepiscopo Palormitano* (Berardo) *absolutus.* 5) Ficker nr. 3835. Integrum testamentum habes SS. XVIII, p. 502. et LL. II, p. 357, ubi tamen una sententia hoc loco servata desideratur. Caeterum se paucos tantum articulos selegisse, Matheus ipse dixit, quos forsitan in schedula (perdita) primum notaverit et inde hoc loco et, lectionibus melioribus servatis, in Libro additamentorum transcribi fecerit. 6) Error. 7) Error; Fridericus II. mortuus apud castellum Florentinum, sepultus est Panormi.

*relinquo liberos, exceptis*[a] *proditoribus tantum. Item relinquo totam terram*[b] *ecclesie liberam* [1250.] *et volo, quod iura ecclesie restituantur. Item meum heredem relinquo Conradum in imperio Romano et regno Sicilie. Item relinquo filio meo Henrico regnum Ierosolimitanum*[c] *et* 10000[d] *uncias*[e], *secundum voluntatem Conradi filii mei*[f]. *Item nepoti meo*[1], *filio scilicet filii mei Henrici, relinquo ducatum Austrie*[g] *et* 10[h] *milia unciarum auri. Item Manfredum, filium meum, relinquo ballivum Conradi in imperium*[i] *a Papia et citra et regno Sicilie usque ad* 12[k] *annos, excepto quando Conradus erit*[l] *presens. Item sepulturam meam eligo apud Pannormum*[m], *ubi*[n] *iacuit rex Willelmus*[o. 2]. Hec et alia multa continet dictum testamentum, quorum non recordor[p], quia minus fuerunt notabilia. Amicis autem suis et aliis filiis suis et ministris multa distribuit in auro precipue et argento. Et hoc credibile fuit, quia eodem anno venerunt ad eum 12 cameli onusti auro et argento de partibus orientalibus. Erat enim omnibus soldanis orientis particeps in mercimoniis[q] institoriis et amicissimus, ita ut usque ad Indos sui currebant ad comodum suum tam per mare quam per terras institores. . . . . . .

De obitu regis Dacorum, scilicet Henrici. Eodem anno[3] mota est detestabilis guerra[4] inter filios Aldemari regis quondam Dacie et hostilis contencio de[5] regno possidendo. Et dum totus mundus detestaretur

*Fraternas acies, alterna*[r] *regna prophanis* [Stat. Theb. I, 1.]
*Decertata odiis,*

Abel primogenitus[5], qui pocius Cain dicendus erat, insidiatus est Henrico; et dum luderet ad aleas, balneaturus post ludum, supervenit Abel subito et fratrem suum nequiter et prodiciose interfecit[5] et proiecit in mare interfectum. Mare autem ter reiecit ad aridam cadaver. Inhumanus autem Abel, inhumatum volens esse corpus, illud remocius fecit proici et demergi in profundo. Sed adhuc proiectum est corpus regis innocentis ad[s] litus, quo ante, Deo sic disponente, proiciebatur. Corpus igitur fratribus[t] Minoribus[6], qui illud postulaverant, in ecclesia sua honorifice sepulture tradiderunt; ubi Deus supplicibus[u] miraculorum prestat beneficia. Et ne alicui sua fraus patrocinetur, magnates Dacie ipsum Abelem[v], cruentum fratricidam, qui etiam fratri interempto sepulturam denegavit, exilio perpetuo condempnarunt[7]. Qui cum proponeret recalcitrare, interemptus est ab eisdem[8]. In cuius loco [1252.] substitutus est communi decreto tercius fratrum, natu ultimus[5], nomine Christophorus, qui nunc[9] prospere regnat solio regali sullimatus. . . . . .

Confirmatus est Æthelmarus[10] in episcopatum Wintoniensem; sed [1251.] papa exigit retribucionem. . . . Sed ne videretur dominus papa in sterili[11] litore sine messis utilitate seminasse, ilico exegit a rege provideri filio[12] comitis Burgundie[13] puerulo in redditu quingentarum marcarum[14]. . . . . . .

Congregantur episcopi apud Dunestapliam. . . . Episcopi Anglie . . . apud Dunestapliam die sancti Mathie convenerunt. . . . Miserunt suum procuratorem ad curiam[15]. [Febr. 24.] . . . Et tunc demum palam professus est dominus papa, se quam plurimum gavisum fuisse, quod remotus a Lugduno Sabaudiensium compedes evasisset, promisitque utrique partium

a) preter illos de imperio et preter illos de regno qui capti sunt ex proditionis nota *Testamentum integrum.* b) *deest Add.* c) et regnum . . *(spatium unius verbi vacat) add. Add.*; Arelatense vel regnum Ier. *Test. int.* d) centum milia *Add. et Test. int.* e) unē *c.*; auri *add. Add. et Test. int.* f) expendenda *add. Add.* g) et Stirie *add. Test. int.* h) *numero Arabico scr. c.*; decem *Add.* i) Italia *Test. int., ubi verba* a. P. et c. *et* usque — annos *des.* k) ϟ̊ō *c.*; XII *Add.* l) p. e. *Add.* m) Pannoniā *c. Add.* ~~n) *in loco raso Add.*~~ o) Henrici et Constancie parentum nostrorum corpora *Test. int.* p) *desinit Add.* q) mer *in loco raso c.* r) alternaque *Stat.* s) *abrasum c.* t) fratres Minores *emend. edd.* u) suppli *c.*; supplicatus *edd.* v) A. *c.*

1) Friderico. 2) Fortasse hoc nomen, ut mariti amitae sui regis, noster ipse addidit. 3) Ericus, connivente Abel duce Sleswicensi, a. 1250, Aug. 10. interfectus est; historiolam hanc, iam legendarum more exornatam, noster non ante a. 1253. minus accurate inseruit. 4) V. supra a. 1241. 5) Error. 6) Praedicatoribus Sleswicensibus; cf. Dahlmann, 'Gesch. v. Dännemark' I, p. 405. 7) Potius regem a. 1250—1252. crearunt. 8) Potius a Nordfrisonibus. 9) A. 1252, Dec. 25—1259, Mai. 29. 10) Frater Henrici III. 11) *Sterili arvo persto condere semen,* Ovid. Ex Ponto I, 5, 33. ad hunc locum laudat Luard, sed cf. quoque Trist. V, 4, 48: *litus arare.* 12) Roberto. 13) Iohannis, in cuius favorem papa etiam a Willelmo rege privilegia impetravit; cf. Ficker nr. 5037 sq. 14) Cf. Lib. addit., ed. Luard VI, p. 148, bullam Innocentii IV, qua Bonefacio archiepiscopo Cantuariensi haec mandat: *Attendentes devocionis affectum, quam Iohannes comes Burgundie et dominus Salenensis ad Romanam ecclesiam habere dinoscitur, mandamus, quatinus Roberto clerico, nato eius, utpote tibi consanguinitate coniuncti, in provincia tua in ecclesiastico beneficio usque ad trecentas* [*ducentas* Reg. Vatic., quae Luard contulit] *marcas provideas.* [*Dat. Lugduni Kal. Iun. anno* 5 (= 1248) add. Vatic.] 15) Romanam, conquerentes de Bonefacio archiepiscopo.

1251. conquerentium cum omni moderacione quod iustum foret sentencialiter reportare. Sed quia curia earum beneficiis saginabatur cotidianis, adhuc papa sententiam distulit diffinitivam. Frequenter etiam conquestus est papa, quod adeo, dum Lugduni morabatur, obligatus extitit voluntati archiepiscopi Cantuariensis et electi Lugdunensis[1], quod, cum quidam intrusus in quandam prebendam[2] auctoritate sua illius ecclesie appareret, in Rodanum piscibus presentabatur de nocte submersus, nec ausus fuerat obmutire. . . . . . .

Fuerunt nempe qui dicerent, quod dominus rex propositum habuit transfretandi Pontiniacumque peregre adeundi, ut ibidem beatum Edmundum sibi redderet reconciliatum. . . . Comes autem Ricardus[a] tam suspecte peregrinacioni consensum non prebebat. . . . . . .

Nota quoddam mirabile et notabile. Anni quoque sub eiusdem tempore episcopus Sabinensis Willelmus, vir quidem sanctus Romaneque ecclesie cardinalis, qui in Suescia et Norwegia paucis ante elapsis annis existens legatus, regem Haconem Norwagie, ut predictum[3], coronaverat, cum quadam nocte sanus et incolumis in stratu suo dormiret, vidit in visione nocturna, quod Otto cardinalis[4], qui paulo ante obierat, sedit in quodam concilio generali populoso[b] nimis; et cum supervenisset predictus Willelmus, nec aliquis ei assur-
cf. Luc 14,10. rexisset nec daret locum sessionis, solus Otto assurgens ei palam dixit ipsi: 'Amice, ascende superius; locum tibi sessuro reservavi'. Erant nempe ipsi duo re vera dum viverent amicissimi. Willelmus autem, cum evigilaret, commotus est vehementer. Et datum est ei desuper scire, quoniam infra tercium diem ab hoc seculo foret migraturus. Ilico igitur adiit papam, et accepta licencia et benediccione, dixit: 'Vale, domine mi! Vocat enim me Dominus ab hoc seculo[c]'; et eodem modo vale dicens omnibus fratribus et amicis suis, rediit devotus valde ad hospicium suum. Mirabantur autem omnes super hiis, et fuerunt qui deriderent eum, dicentes, quoniam senuit et deliravit, quia sanum eum videbant et nullam in corpore habentem lesionem. Ipse autem Willelmus[d], dispositis in domo sua cum deliberacione disponendis, et multis patefacta predicta visione, laudabili fine in crastino ab huius mundi transiit[5] incolatu. . . . . . .

Oritur scandalum in domo Westmonasterii. . . . Abbas[6] enim, vir quidem literatus et prudens, . . . domino pape adherens, ipsum pedetentim sequebatur et moram non minimam in curia non sine multarum expensarum profusione continuabat. Unde propter suam prudentiam, facundiam et elegantiam inter familiares pape annumerabatur et capellanus domini pape meruit[e] esse et appellari[e]. . . . . . .

Considera literas domini pape, in quibus magna ecclesie servitus comprobatur. Tempore quoque sub eodem transmisit dominus papa abbati Sancti Albani literas[7] sub hac forma:

*Innocentius episcopus etc. dilectis filiis abbati et conventui Sancti Albani Lincolniensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilectus filius Iohannes de Camecana*[f, 8],
1250. Dec. 12. *nepos et capellanus noster, ecclesiam de Wengrave*[9] . . *Lugduni 2. Idus Decembris.* . . . . . .

1251. Dominus papa recessit a Lugduno. Eodemque anno arridente estiva[10] serenitate, dominus papa recessit a Lugduno, concomitantibus cardinalibus quam plurimis et nobilibus. Philippus quoque Lugdunensis electus ipsum cum ingenti comitatu armatorum conduxit propter insidias Frethericalium. Et cum omnia prepararentur ad recessum, frater Hugo cardinalis[11], quasi ex parte domini pape valedicturus civibus Lugdunensibus, sermonem populo fecit generalem. Et postquam omnes eleganter informasset et informatos ex parte domini pape et tocius curie civiliter salutasset, unum sermonem addidit, quem duximus huic pagine propter satiricam reprehensionem inserere: 'Amici, magnam fecimus, postquam in hanc urbem venimus, utilitatem et elemosinam. Quando enim primo huc

a) R. *c.* b) pup. *c.* c) *in marg. c.* d) W. *c.* e) appell'ari *c.* f) Camecaua *c.*; Camezana *Hist. Angl.*

1) Philippi; cf. infra l. 40. 2) Cf. supra p. 251. 3) Supra p. 302. 4) Episcopus Portuensis, a. 1251. in. mortuus. Cf. similem historiolam ap. Ciaccon., Vitae pont. et card. (1677) II, p. 82. 5) Mart. 31. 6) Ricardus. 7) Potthast nr. 14141; exstant quoque in Hist. Angl. III, p. 108. et Lib. addit. f. 63, ubi superscr.: *Duplex exaccio.* 8) Quomodo hic praebendas a S. Albano exegerit, noster saepe narravit; cf. ed. Luard V, p. 405 sq. 551 sq.; VI, p. 318—322. 493. (epistolas a. 1256. datas). 9) Ut haec cum meliore beneficio ei donando commutetur. 10) Verum diem, Apr. 19 (infra p. 326. et Potthast p. 1180), comperit noster per archiepiscopum Cantuariensem tunc cum papa commoratum; qui tamen Willelmum regem Germaniae Lugduni affuisse (Ficker p. 945), Anglis non retulisse videtur. 11) Presbyter S. Sabinae, qui legatus a papa Willelmo regi addictus certe per duos dies postquam papa recessit, Lugduni moratus est; cf. Ficker nr. 5036a.

venimus[a], tria vel quatuor prostibula invenimus; sed nunc recedentes unum solum relinquimus, [1251.] verum ipsum durat continuatum ab orientali porta civitatis usque ad occidentalem'. Et erat verbum offensionis in auribus mulierum, quarum infinita multitudo sermoni assidebat; omnes enim civitatem inhabitantes voce preconia convocabantur ex parte domini pape recessuri. Hec autem yronia in ore multorum versabatur, quia cinice momordit universos.

**Dominus papa indempnis venit Mediolanum.** Papa igitur per multa periculorum discrimina[1] indempnis pervenit[2] Mediolanum; cui cives honorifice venienti occurrentes, ipsum cum summo[b] honore in festo nativitatis beate Marie[3] receperunt. Sed postea, [Sept. 8.] postquam cum ipsis moram per unum mensem[4] continuasset et recedere voluisset, exegerunt[5] ab eo infinitam pecuniam, quam dicebant[c] pro honore ecclesie et suo contra Fretericum expendisse. Papa igitur moderate ipsis sic dicitur respondisse: 'Amici Dei et ecclesie, bene novimus, vos pro honore Dei et ecclesie eius[d] et nostro multis periculis et iacturis exposuisse. Sed bene nostis, quod expulsus ab Urbe, exilium subiens, cum dignitatibus meis multas iacturas toleravi. Sed cum prosperitas, quam credo et confido per vos mihi profuturam, arriserit, vos condignis honoribus, sicut iustum, visitabo[e]'. His et aliis verbis necnon et muneribus dominus papa, largus in datis et in dandis prodigus, civium severitatem, sciens, quia in ore leonis manus eius tenebatur, prudenter mitigavit. Impetravit insuper [cf. Ps. 21, 22.] ab eisdem, ut, patefacto libero aditu, tota civitatis universitas armis communita ipsum papam reverenter conducerent[f] usque ad sue terminos potestatis indempnem et illesum et ab omnibus Fethericalibus[f] secure protectum. Papa igitur, tunc non sine multis expensis[g] profectus versus Perusium, abhorruit[6] intrare aliquam magnam civitatem, ne ut piscis in [cf. Habac. 1, 14. 15.] sagenam intraret irrediturus. Et, donec Perusium perveniret, equinis non parcens lateribus, iter maturavit[7]. Cives autem propter emolumenta[h], que erant a confluentibus recepturi, ipsum devote receperunt.

**De adventu abbatis Westmonasterii a curia Romana.** Circa idem tempus abbas Westmonasterii, domini pape capellanus[8], a curia Romana rediit, non minimis debitis involutus et obligacionibus[i] innodatus. Moram enim diutinam in curia continuaverat et multorum curialium sibi corda conciliaverat[k], ita quod certe credebatur, quod cum domino papa penitus, quia vir fuit arduis ydoneus satis consiliis, moraretur. . . . Dominus rex, cuius cor aversum fuit ab eo, ipsum abbatem obliquato ac torvo intuitu respiciens, elevata voce multis irrecitabilibus probris lacessivit. . . . Tandem abbas moleste ferens regis indignacionem, consensit in arbitros, . . . videlicet comitem Ricardum et Iohannem[9]. . . . . . .

**De quodam diluvio particulari[10].** Eodemque anno in Frigia, que Friselandia vulgariter appellatur[l], quedam aqua de sinu, ut creditur, maris erumpens, diluvium[m] particulare, operiens et occupans terre illius spacium itineris circiter 7 dierum; in quo spacio, ulcione divina subito irruente, omnia gressibilia miserabiliter perierunt. Et post 40 dies ille dampnosus[n] fluctus in locum suum remeavit. Unde contermini, qui vivi remanserant, abdita scopulorum et castrorum semirutorum perscrutantes, ubi fluctus letifer incolas submerserat, invenerunt corpora mortuorum infinita et circa eorum brachia, colla, digitos et corpora et in pectoribus torques, monilia, anulos, zonas preciosas, firmacula[11] aurea, vestes preciosas[o] cum thesauro impreciabili, que iecirco morituri circa se ligaverant, ut postea inventi ab inventoribus libentius intumularentur, et exequie impenderentur. Unde vivi de spoliis talium locupletati, ut[p] venientes multi eorum ad nundinas Sancti Botulphi[12], volentibus aurum emere, argentum et gemmas venientes[q] institoribus bonis condicionibus vendiderunt. . . . . . .

**Dominus papa quasdam composuit decretales.** Ipso insuper anno domi-

a) venius *c.* b) sumo *c.* c) dicebā *c.* d) e. et n. *in marg. c.* e) visabo *c.* f) *sic c.* g) expēnsi *c.* h) emolenta *c.* i) obligacoibus *c.* k) concilav. *c.* l) appl. *c.* m) fecit *suppl. edd.* n) dapnosus *c.* o) preciosa *c.* p) u *abrasum c.*; et *emend. edd.* q) *sic iterum c.*

1) Minime. 2) Iul. 1. 3) Error. 4) V. supra p. 321, n. 14; Ianuae papa per 35 dies usque ad Sept. 13. manserat; quod noster forsitan confudit. 5) Cf. Schirrmacher, 'Hohenstaufen' p. 11. 6) Fere contrarium verum est; moratus est enim papa Brixiae, Mantuae, Ferrariae, Mutinae, Bononiae. 7) Error; Mediolano Sept. 13. profectus, non ante Nov. 5. Perusium pervenit. 8) Cf. ed. Luard V, p. 258: *Iacobus supprior ecclesie sancti Augustini Cantuariensis, domini pape capellanus, ad Sanctum Albanum visitationem* fecit m. Oct 1251. 9) Mansel. 10) Cf. Menkonis Chr., SS. XXIII, p. 543. 11) I. e. fibulas. 12) Boston in com. Lincolniensis parte meridionali.

1251. nus papa composuit quasdam decretales, quas diligens indagator scriptas in Libro additamentorum[1] poterit reperire.

Nota quoddam mirabile de hiis qui se in Francia Pastores[2] dicebant Terram Sanctam adepturos. Diebus insuper sub eisdem inimicus humani
Iob 40,18. generis, habens fiduciam, ut influeret Iordanis in os eius, quia iam de eo soldano Babilonie propinaverat, cum vidisset, quod fides christiana etiam in partibus dulcis Gallie labaret, ut laberetur, novum genus fallacie suscitare satagebat. Quidam[3] nascione Hungarus, factus a primis annis ex christiano apostata nequissimus, etate sexagenarius, qui prestigiorum fallaces versucias a sulphureo puteo Tholeti copiosius exhauserat, necnon Machomethi factus vernula et discipulus, soldano Babilonie, cuius servus extitit, promiserat indubitanter, quod eidem infinitam christianorum multitudinem presentaret captivandam, ut, vacuata Francia et rege suo viduata, aditus facilior in christianorum climata pateret Sarracenis. Impostor igitur memoratus, qui linguam Gallicam[a], Germanicam[4], Latinam noverat, sine papali auctoritate aut alicuius prelati patrocinio huc illucque predicans vagabatur. . . . . . Eodem prestigio[5] dicebatur Robertus congnomento Bugre, falsus frater de ordine Predicatorum, infinitos infatuasse et infatuatos innocuos incendio tradidisse et regis Francorum, quem ad hoc inclinavit, seculari potentia enormiter exterminasse. Sed hec alibi[6] plenius enarrantur. . . .

Iun. 11. De adventu archiepiscopi Cantuariensis hec divulgantis. Circa festum quoque sancti Barnabe venit archiepiscopus Cantuariensis, testificans hec predicta, et quod
Apr. 16. hec pestis post pascha incepit in regno memorato, addens in suo relatu, quod dominus
Apr. 13. papa postquam in die cene Conradum, filium Fretherici, et omnes eius fautores excommu-
Apr. 19. nicaverat, die Mercurii in ebdomada paschali sub conductu et proteccione Philippi electi Lugdunensis, qui in ipso conductu exposuit in sumptibus tria milia marcarum[7], est profectus. Recessus igitur pape et absentia[b] cornua Pastoribus, qui in Francia multiplicabantur, ministravit et audaciam, ut numero et viribus augerentur. . . . . . .

Nove componuntur decretales. Diebus quoque sub eisdem dominus papa quasdam novas composuit decretales, quas sedulus indagator in Libro reperiet additamentorum[8]. . . . . . .

Iun. 28. Papa reconciliari cupit magnatibus quos excommunicaverat. Quarto[9]
Apr. 13. vero Kal. Iulii papa recessurus a Ianua quosdam nobiles, quos in die cene horribiliter excommunicaverat[10], ad pacem ecclesie, missis pacificis nunciis ac solempnibus, studet revocare; quorum unus fuit Thomas de Sabaudia, cui neptem suam[11] matrimonio satagebat copulare. Conrado insuper in illa sentencia non pepercit. Et ut partem suam magis roboraret[c], unam neptem suam nuptui dedit [cuius]dam[d] potentis, scilicet domino[12] de Tur de Pin[13], qui ipsam non racione persone muliebris, sed pecunie eam concomitantis, acceptavit; largitus est enim papa cum ipsa muliercula viginti milia marcarum argenti. Thome insuper de Sabaudia, quondam comiti Flandrie, aliam neptem[11] dedit dominus papa matrimonialiter copulandam, absoluto[14] a vinculo sentencie qua fuerat innodatus, et quam[e] ei redditus contulit cum pecunia numerata. Precepitque districcius annuos redditus, quos de Flandria fuerat recepturus, extunc integre solvi sine difficultate; et quia ex inhibicione papali retenti fuerant per plures annos, quoniam excommunicatus extitit, imperavit

a) vel *superscr. add. c.;* Gall. et G. et L. *edd.* b) regis *forte supplendum.* c) et *in loco raso c.* d) dam *c.;* cuidam potenti *legit Wats; sed forte potius* filio *supplendum.* e) multos *suppl. edd.*

1) Ed. Luard VI, p. 226, de iurisdictione ordinarii dioecesani in exemptos monachos. 2) De eis principem auctorem laudat nostrum Röhricht, 'Die Pastorellen' in 'Zeitschr. für Kircheng.' VI (1884). 3) Rogiers; Hist. Paris., SS. XXVI, p. 605. Pastorum magistrum dicit *Iacobum peritum in pluribus linguis*, Minorita Erphord., SS. XXIV, p. 200. 4) In Belgio meridionali erat origo huius motus. 5) Quo *Hungarus* seduxit Pastorellos, de quibus hic complura capita sequuntur, quae tamen Germaniam non attingunt. Auctor laudatur *Thomas, natione Neuster, monachus de Syreburne, captus a Pastoribus,* qui postea *apud Wintoniam hec regi, audiente ipso qui hec scripsit, enarravit;* ed. Luard V, p. 254. 6) Cf. supra a. 1236. 1238. 7) Haec fortasse audivit noster a Petro, Philippi procuratore, de quo cf. infra a. 1257. 8) Eadem fere verba habes supra p. 325, l. 47. 9) *Sexto* emendandum est, Potthast p. 1184. 10) Cf. supra l. 21. 11) Beatricem de Flisco. 12) Albertus III (quem Alfonsus rex Romanorum postea senescallum Arelatensem creavit; cf. Ficker nr. 5489. 5503) tunc quidem dominabatur et inde ab a. 1241. viduus erat; cf. Valbonnais, 'Hist. du Dauphiné' I, p. 166. Sed fortasse hic potius Albertus IV, eius filius et postea successor, dicitur, cuius uxor Adelasia, e gente (Valbonnais p. 168) ignota, Thomae Sabaudiensis uxori *(consanguineae meae)* filiisque pecuniam legavit; ib. p. 196. 13) La Tour du Pin (dép. Isère). 14) Cf. Wurstemberger I, p. 215.

dominus papa, ut extunc omnes retrodebiti solverentur reconciliato. Tante nempe vir- 1251. tutis fuerant ille sacre nupcie, ut de filio ire filius fieret gracie et vas eleccionis. Reman- cf. Eph. 2, 3. Act. 9, 15. serant autem in excommunicacione, qua involverat papa ossa Frethefici, et Conradus, filius eius, qui ex dono patris pociorem imperii partem violenter occupaverat, et[1] qui regnorum[a] Sardanie, Sicilie, Apulie et Calabrie violenter et sine Romane ecclesie assensu sibi appropriaverant[b]. Girardus insuper Marsiliensis[2] cum civibus Marsilie, Cremonenses et Papienses cum eorum fautoribus et multi alii, quorum aliqui nominatim, aliqui in genere fuerant die cene excommunicati, adhuc manserant involuti. Multiplicati sunt igitur hostes eccle- Apr. 13. sie, et mala malis addita succreverunt. . . . . . .

Episcopus Lincolniensis[3] . . . episcopatum suum a viciis studuit emundare. . . . Improbos autem Romanos preceptum habentes papale, ut eis provideretur, quasi venenum odivit serpentinum. Dicebat enim, quod, si animarum custodiam ipsis traderet, sathanizaret. Unde sepe proiectis literis papalibus bullatis, talibus mandatis precise contradixit. . . . . . .

Mandatum regis Francorum. Diffluentibus[c] eisdem temporibus[d], Conradus multorum adeptus imperialium graciam et favorem, eo quod ex generoso sanguine nobilis regis Ierusalem Iohannis, scilicet ex filia eius[4], procreatus, et Henricus, frater eius, nepos videlicet domini regis, tum propter sue etatis innocenciam, tum propter elegantiam, tum propter generis eminenciam, omnibus magnatibus patris sui fidelibus amabilis extitit et graciosus. Dominus autem papa[e] hoc non acceptans, fecit indici predicacionem sollempnem et communem in partibus Braibantie et Flandrie, ut fideles Christi castra infidelis Conradi hostiliter impugnarent, statuens pro retribucione[f] mirabili[g] eis[h] omnium peccatorum remissionem, ampliorem[5] videlicet quam pro peregrinacione in Terram Sanctam facienda; nam si quis contra Conradum signaretur, signatus et signati pater et mater omnium peccatorum suorum veniam consequerentur. Ipsisque diebus, cum dominus rex Francorum magnam sustineret tribulacionem et necessariorum omnium penuriam apud Cesaream, misit ad matrem, fratres et fideles suos epistolam lacrimabilem satis et miserabilem, postulans attentius, quatinus ipsi pro ecclesia universali tot erumpnas sustinenti in manu militari, victualibus et thesauro subsidium mitterent efficax et festinum. Quo audito, domina Blanchia, que regni Francorum non muliebriter rexit habenas, omnes regni nobiles fecit convocari, ut super hoc contrectarent diligenter. Et contrectantes ceperunt obmurmurare cum ira magna, dicentes, quoniam: 'dominus papa novum prelium suscitavit et intestinum, qui in finibus christianorum super christianos christianos exacuit, et facta predicacione[i] nova super viros Deo subiectos, ut suum ampliet dominium, dominum nostrum regem pro fide christiana tot probra, tot adversa sustinentem facit tradi incurie et oblivioni'. Iam enim dilatata fuit predicta predicacio per fines Francorum. Blanchia igitur commota, quia non sine causa murmur suscitabatur, iussit omnium terras et possessiones cruce signatorum in manu sua recipi, dicens: 'Qui pape militant, de papalibus sustineantur et eant irredituri!' Magnates insuper contermini, in quorum terris talis predicacio omnes signaverat, fecerunt similia; et ita emarcuit predicacio, et signati revocabantur. Necnon Predicatores et Minores, qui hoc negotium commocionis promoverant, severe nimis super hoc sunt redarguti a magnatibus, dicentibus: 'Nos vobis ecclesias, domos edificantes, vos educamus, receptamus, vestimus et pascimus. Quid vobis papa confert utilitatis? Vos vexat, exagitat et de vobis suos facit theloneareos et benefactoribus vestris reddit odiosos'. Quibus ipsi: 'Obedientia nos coegit'. Extunc igitur dominus papa merito erubescens de pace tractare satagebat. . . . . . .

Dedicatur ecclesia de Hales[6], quam comes Ricardus fundaverat, . . . nonis Novembris. . . . Michi autem Matheo Parisiensi super hoc edoceri cupienti, ne falsa Nov. 5. huic libro insererem, sub indubitata certitudine comes significavit, quod, omnibus sumptibus computatis, in ipsius ecclesie construccione decem milia marcas exposuerat, addens quoddam

a) regna *emend. edd.* b) appropriaverat *corr. Luard, qui haec omnia ad Conradum refert.* c) ntibus *abrasum c.* d) cum *add., sed* us cum *abrasa c.* e) *in marg. c.* f) retribucionem *c.* g) mirab *c.* h) *abrasum c.* i) predicacone *c.*

1) Manfredus et Henricus dici videntur (cf. Barthol. Ian., SS. XVIII, p. 228); forsitan hunc, ut sui regis nepotem, inter ecclesiae adversarios nominare noluerit noster; infra p. 328. tamen eum excommunicatum fuisse dixit. 2) Eum neque inter vicarios neque alibi habet Méry, 'Hist. de Marseille'. 3) Robertus. 4) Isabella. 5) Haec veritatem excedunt; cf. Potthast nr. 14170. 14176. 6) Cf. infra p. 329.

1251. verbum memorabile, immo et commendabile: 'Utinam Deo complaceret, ut omnia que in castro de Walingeford expendi tam sapienter et tam salubriter expendissem!' . . . . . .

Anni conclusio. Transiit igitur annus ille . . . domino vero pape et curie Romane laboriosus, sumptuosus et propter transmigracionem periculosus, Francie et Anglie sub pace pendula suspiciosus, Romanis autem, Ytalicis, Germanicis, Siculis, Appulis et Calabribus, decapitatis et adhuc acephalis, minime securus, Dacie cruentus. . . . . . .

1252. Anno Domini 1252. . . . Roboratur papa multiplicatis cardinalibus. Verno[1] quoque tempore iminente, ut cum serenitate anni respiraret et ipsa ecclesia, dominus papa, quem Perusienses honorifice[a] receperant, scientes ex eius adventu emolumenta provenire, septem[1] creavit Perusii cardinales. Et cum neptes suas fastigiose nimis et sumptuose maritasset[2], apposuit adhuc[3], ut suam partem magis roboraret, unam neptem suam Henrico, filio Fretherici, nepoti scilicet regis Anglie, matrimonialiter copulare, ut idem Henricus fieret quasi filius pape adoptivus et sub alis ecclesie protectus et, a sentencia qua innodabatur penitus absolutus, summa pace gratularetur. Quod cum magnates imperii audirent, maximam[b] conceperunt indignacionem, eo quod presumeret[c] papa tam nobilem tamque generosum adolescentem ignobilitare. Eodemque tempore Willelmus comes Holandie, de sua dolens et dampnificatus presumpcione, videlicet quod ad fastigium imperiale ex persuasione papali et adiutorio pecuniali hanelasset, omnia resignavit[4], malens pacis, licet sero, securitate gratulari minoratus quam ambiguis exaltatus martis periculis obviare.

Febr. 14. De primis bubalis in Anglia. Eodemque anno in quadragesima missi sunt[d]
Mart. 31. comiti Ricardo de partibus transmarinis bubali, pars vero sexus masculini, pars feminini, ut in hiis partibus occidentalibus ipsa animalia non prius hic visa multiplicentur. . . . . . .

Conradus omnium graciam habet. Diebus sub eisdem, cum iam Conradus, filius Fretherici, omnium fere Ytalicorum, Calabrium, Siculorum, Romanorum et Germanorum[e] optinuisset — utinam nullo de[f] Romana curia letifero potu[g] prodiciose infectus! — vix est medicorum industria diligentissima a portis mortis liberatus. Erantque qui dicerent, hoc aliquem papalem, ignaro tamen domino papa, procurasse[3]. Timebant enim papales vehementer, ne Conradus patrissans nec paterne immemor persecucionis, adversariis suis redderet retribucionem. Factus est igitur Conradus graciosior omnibus, eo quod Dominus conservaverat eum illesum in tanti periculi discrimine. Et cum a multis attencius postularetur dominus papa, ut ipsum Conradum, quantum in ipso fuit, ad culmen imperii promoveret[h, 5], timuit enim, ne patrissans gressus Frethericales ecclesiam persequendo pedetentim sequeretur. . . . . . .

Procuravit igitur comes[6] in arcto positus, ut illo die[7] forent presentes comes Ricardus, cui bene conplacuit Wasconensium tribulacio, comes Glovernie . . . et magnates, qui ob hanc causam nullatenus permitterent comitem periclitari. . . . . . .

De causa tocius huius mali. Hec autem omnia regis indiscrecio et instabilitas parturivit. Sed ut dilucidetur causa, anticipanda est brevis narracio, ut materia continuetur.
1225. Transactis iam circiter viginti septem annis, concessit gratis et benigne dominus rex comiti Ricardo, fretus suorum magnatum consilio, Wasconiam[8]. Unde comes transfretans cepit Wasconensium homagia, ostendens eis super iure suo cartam domini ac fratris sui regis Anglie; unde Wasconenses benigne fecerunt ei fidelitatem cum iuramentis; erat enim tunc puer elegantissimus et omni dignus honore ac favore. Et iterum concessit rex ipsi comiti eandem terram et incartavit post aliquot annos, ut possessio sua sic firmius roboraretur. Deinde elapsis aliquot annorum curriculis, cum rex ex regina prolem susceperat[9] desideratam, instinctu regine abstulit rex Wasconiam comiti Ricardo, fratri suo, ut eam Edwardo primogenito suo conferret, cassatis cartis prioribus et concessionibus; quod tamen comes Ricardus[i] minime concessit, incumbens iuri suo, licet possessione privaretur. Unde contigit,

a) honorife *c.* b) maxim. *c.* c) presumere *c.* d) *superscr. c.* e) gratiam *suppl. Lu.*; favorem *suppl. Wats.* f) de R. *fere abrasa c.* g) petu *c.* h) renuit *suppl. Lu.* i) R. *c.*

1) Tempus et numerum corrige ex Ciacconio p. 129. 2) Cf. supra p. 326. 3) Haec alibi non habentur. 4) Minime; immo ipso a. 1252. in. potentia Willelmi in Germania septentrionali multum adaucta est; cf. Ulrich p. 70. 5) Conradus nunciis a. 1252. in. missis frustra a papa petiit, ut in imperio et regno successor haberetur; Ficker nr. 4577a. 6) Simon de Monte-forti. 7) Quo coram rege a Wasconensibus proditionis accusaretur. 8) Cf. Ficker nr. 5286d. 9) A. 1239.

quod, cum rex ultimo fuit in Wasconia[1], et aliqui Wasconensium fluctuantes dubitarent, cui- 1242. nam pocius tenerentur intendere, precepit rex comiti cum magna ira et reboatu, ut cartas resignando iuri suo palam super Wasconia renunciaret. Quod cum constanter comes renuisset, iussit rex noctu Burdegalensibus, ut comitem caperent incarcerandum; ad quod impercuntanter[a] responderunt clam[b] Wasconenses, quod hoc nullatenus facerent, tum propter sanguinis regii claritatem, tum propter homagium quod ei fecerunt, tum propter regis mutabilitatem, ne postea facti penitens puniret universos. Noluit autem rex hoc precipere magnatibus Anglie, certus, quod hoc nullatenus facerent sine maxima consideracione. Rex igitur, pre ira quasi furibundus, molitus est Wasconenses muneribus corrumpere, quos imperio nequiverat, ut ipsum comitem tanquam rebellem caperent vinculis mancipandum. Unde comes ipsa nocte premunitus, apud Burdegalim in cenobio Sancte Crucis latitans, summo diluculo clam et subito navem ascendit, versus Angliam transfretaturus. Unde cum non premuniretur tam in victualibus quam aliis sibi necessariis, magnam in mari penuriam est perpessus. Exorta insuper tempestate, devians et raptus violentia ventorum adversantium, pericula subiit, adeo ut a portis mortis vix est liberatus; unde vovit ibidem construere cf. Iob 38,17. Deo unum cenobium de ordine Cisterciensium; quod laudabiliter consummavit, prout in antecedentibus[2] est relatum. Comes hanc adversitatem in culpam regis retorquens, iram non minimam contra ipsum concepit. Nec unquam postea rex et comes sese mutuo fraterna sinceritate, ut prius, dilexerunt. Rex autem cum percepisset, quod comes sic cum ira aufugisset, convocavit in spiritus amaritudine nobiles Wasconie et precipue Burdegalenses, et facto eisdem sermone, avertit corda eorum ab amore comitis ac fidelitate, multiplicatis blandiciis et promissis, asserens ipsum cupidum esse et subditorum oppressorem, largissimum promissorem, sed parcissimum[c] exhibitorem; cartasque eius[d] cassasse et factum suum de donacione Wasconie revocasse. Et sic homagia sua revocans, comitem penitus a iure suo et possessione privavit. Promisit insuper eisdem dominum multo meliorem et custodem mitiorem. Quod si benigne facerent, magnum thesaurum pro premio reportarent; et taxatum est precium, et limitata est quantitas ad triginta milia marcarum. Et sic Wasconenses incurvati recesserant a comitis Ricardi fidelitate et subieccione. Rex autem a Wasconia tandem turpiter recessurus, ipsos per cartam et iuramentum et fidei interposicionem securos eos[e] de pecunia hac fideliter persolvenda. Crediderat autem rex ipsos tantis promissis posse decepisse, sed deceptor se tandem sensit muscipulatum. Ipsi autem Wasconenses in rei geste testimonium cartas regis penes se retinent consignatas. Sicque, proh dolor! gestum est, ut utrobique pateat fallacia, quia, sicut non decipere, sic nec decipi tantus princeps debuisset. Comes Ricardus interea, fluctibus marinis in perpetuam sui corporis deterioracionem[f], vix portum attigit in Cornubia[3], equis et thesauro destitutus; unde tristis et inglorius a suis fidelibus in illa sua terra sibi prestari necessaria postulavit. . . . Per hanc igitur recapitulacionem digressivam patet, quare comes Ricardus non doluit vel 1252. curavit de regis in hac parte iactura vel perturbacione. . . . . . .

De contencione mota de ecclesia de Flamstude[4]. . . . Rex . . . contulit memoratam ecclesiam, cuius redditus ad centum marcas ascendere dinoscitur, cuidam clerico suo et consiliario nomine Hurtoldo[5], nascione Burgundo. . . . . . .

De morte magistri Ricardi de Wendovre[6] canonici Londoniensis[7]. . . . Ecclesie Sancti Albani quandam crucem legavit. . . . Hec crux quandoque fuerat pape Gregorii et eidem carissima. Et cum memoratus magister Ricardus[g] phisicus ipsius pape extitisset, papa moriturus contulit quod ei fuerat carissimum sibi carissimo, videlicet ipsam crucem magistro Ricardo. . . . . . .

Pax, que in foribus erat, infeliciter impeditur. Anno quoque sub eodem, circa festum nativitatis sancti Iohannis baptiste, cum dominus papa Perusii moraretur, Iun. 24. dictum[8] est in secreto et salutari consilio assertive ab omnibus cardinalibus et aliis amicis

a) *sic c.* b) *superscr. c.* c) pac. *c.* d) se *supplendum.* e) *sic c.; quo omisso,* fecit *suppl. edd.* f) iactatus *suppl. Lu.* g) R. *c.*

1) A. 1242; cf. Ficker nr. 5286 q. r. s. 2) P. 327. 3) A. 1242, Oct. 18. 4) Flamstead in com. Hertford, *que non multum distat ab ecclesia Sancti Albani.* 5) Infra Hertoldus vocatur, obiit a. 1257. 6) Ignoratur, num hic sit Ricardus Anglicus medicus, auctor Micrologi, de quo cf. 'Hist. littér.' XXI, p. 392. 7) Qui ei praecessit obiit a. 1238; Le Neve et Hardy, Fasti eccl. Angl. II, p. 414. 433. 8) Haec alibi non narrantur.

1252. suis, quod, si certamen inter ipsum et Frethericales, quibus maior pars imperii iam favebat, maturius non sedaretur, universalis ecclesia, immo tota christianitas, discrimini pateret et eversioni. Conradus enim, Fretherici filius, tum propter sui generis preclaram excellentiam, tum propter sui innatam benignitatem, tum propter insuperabilem in milicia strenuitatem[a], audaciam et peritiam[b] preliandi, omnibus magnatibus acceptus extitit et gratiosus. Similiter et Henricus, alius filius dicti Fretherici, nepos regis Anglorum, tum propter suam innocentiam, tum propter speciositatem, tum propter amorem imperatricis Ysabelle, se cunctis prebentis[c] amabilem, omnium imperialium graciam optinere meruit et favorem. Cogitavit igitur dominus papa in hoc articulo sibi graciam eorum conciliare et eis per matrimonialem copulam consanguinearum suarum[1] confederari, prout incepit in aliis nobilibus, quibus neptes suas tradiderat maritandas. Sed hoc negocium per Conradi infirmitatem[1], qui, ut dicitur, pocionatus vix respiravit, et per conceptam super hoc imperialium indignacionem et
cf. Iob 38,17. contradiccionem fuerat impeditum. Cum autem Conradus a portis mortis reversus convaluerat, imponens papalibus hec pericula sibi preparasse, diffamavit[2] dominum papam non mediocriter, asserens per ipsum virus letiferum, sicut quondam patri suo[3] facinorose — quod absit esse verum! — fuisse propinatum. Unde ad nocendum domino pape forcior insurexit; et papam[d] multorum graciam constat amisisse. Pacis autem viam, que sinistro casu retardata est, Thomas de Sabaudia[4], domino pape affinis et familiaris, prudenter providerat. Facta est igitur pluribus locis in imperio letalis perturbacio, ita quod[e] nec poterant Romam adire qui negocia in Romana curia habebant expedienda, quin expoliarentur et, dilaceratis[f] scriptis, in contemptum pape et iacturam bulle confringerentur[g]. Dicebant namque Frethericales et precipue Conradus, quod idem Conradus[h] iniuste a domino papa excommunicabatur; et si iuste excommunicatus fuisset, ipsum papam excommunicantem iustius in ferro et flamma persequeretur. Vacabant igitur multi rapinis, incendiis et cedibus; unde Romanam curiam adeuntes vias maritimas, licet dispendiosas sibi, ut laqueos paratos evaderent, elegerunt. Et ita papa, pater noster, qui pocius Constantini quam Petri vestigia sequebatur, mundo multas erumpnas suscitavit.

Desiderium archiepiscopi de visitacione facienda in parte adimpletur. Memoratus autem Thomas de Sabaudia, cuius nutu pro amore neptis sue[5] papa omnia disponebat, efficaciter procuravit, ne frater suus archiepiscopus Cantuariensis a desiderio, quod conceperat de visitacione facienda in Anglia, penitus confusus defraudaretur[i]. Concessum est enim iam eidem archiepiscopo, ut visitacionem haberet, modificata tamen procuracia visitandorum. Et sic in curia Romana astute procuratum est, ut pecuniam archiepiscopi lucraretur dominus papa, et quicquid pars adversa abradere poterat, non amitteret. Litere[k] autentice super hoc in Libro scribuntur additamentorum[6]. . . . . . .

Post lugubres rumores[7] disperguntur leciores. Anno quoque sub eodem monachi Cisterciensis ordinis a suo generali capitulo redeuntes rumores disperserunt alacriores, certificati per cardinalem Iohannem Anglicum[8], quem Album[9] dicunt vulgariter cardinalem, eo quod sit[l] monachus ordinis Cisterciensis, qui per quendam abbatem eiusdem ordinis literas capitulo transmisit hunc tenorem continentes[10]: . . . . . . .

Missi[m] sunt ad curiam Romanam, que tunc fuit Perusii, dominus Willelmus de Sancto Edmundo monachus[11] et Willelmus de Sancto Edwardo. . . . . . .

Rex autem dissimulans vel scire nolens, quod[1] quandoque Wasconiam comiti Ricardo, fratri suo, bis dederat et incartaverat, conferendi ipsam Wasconiam filio suo primogenito Edwardo propositum iam habuit et consilium, et maxime instinctu regine camerali. Quod cum comes Ricardus cognovisset, iratus valde, incontinenti tam mente quam corpore a curia
cf. Hor. Ep. II, 3, 163. recessit, detestans ceream curie flexibilitatem. . . . . . .

1253. Litere papales de magno gravamine, quo Transalpini precipue gra-

a) strenuitate *c.* b) periam *c.* c) ntis *in loco raso c.* d) *in loco raso c.* e) q. n. *in loco raso c.* f) dilacertis *c.* g) ere *in loco raso c.* h) C. *c.* i) defud. *c.* k) Lit. — addit. *in marg. minio scr. c.* l) *superscr. c.* m) *haec ad calcem pag. c.*

1) Cf. supra p. 328. 2) Conradi litteras de hac re, si forte quas legit noster, nos non novimus. 3) Cf. supra a. 1246. 4) Hunc iam tunc imperio et sacerdotio reconciliandis studuisse hoc tantum loco traditum est; postea a. 1254. in. pro Conrado IV. Romam profectus est; cf. Innocentii IV. bullam, Potthast nr. 15220. 5) Beatricis. 6) Ed. Luard VI, p. 188. 7) De Terra Sancta. 8) Presb. S. Laurentii in Lucina. 9) Blancus vulgariter vocabatur; cf. Potthast p. 1472. 10) De discordia inter Aegypti et Aleppi soldanos. 11) S. Albani.

vabantur, relaxative. Tempore quoque sub eodem concessit dominus papa hiis qui 1253. dignitatibus gaudebant et supra modum in partibus maxime Transalpinis opprimebantur, ut rite de ipsis dignitatibus ipsi ad quos pertinebat eleccio, Deum habentes pre oculis, ordinarent. Litere autem super hoc in Libro additamentorum[1] ad hoc signum ⊙⩸—||||— annotantur. . . . . . .

Rex . . . vocavit Elyensem episcopum[2], ut cum ipso secrecius loqueretur. . . . Et satis 1252. humili et sereno vultu ait ad eum: 'Domine karissime episcope, difficile mihi foret omnia beneficia, liberalitates et obsequia mihi a vobis multociens impensa recitare. In Provinciam[3] enim itinere laborioso ac periculoso, ut mihi uxorem meam adduceres, sumptibus propriis vestris animo libenti perexistis. . . .' . . .

Molestia de temporis ineptitudine. . . . Iam utique iminet discessio mani- cf. 2.Thess. 2,3. festa, et si non corporum, cordium tamen, quod gravius est, exasperacio fere generalis contra Romanam ecclesiam suscitatur, et igniculus exstinguitur devocionis. . . . . . .

Venit magister Albertus in Angliam. Circa festum quoque sancti Martini Nov. 11. venit magister Albertus[4], domini pape notarius, in Angliam, qui iam biennio elapso[5] venerat, quando scilicet parabatur rex Francorum transfretare, ex parte domini pape prohibiturus, ne rex Anglie terras regis Francie Deo militaturi quomodolibet infestaret. Causa autem adventus sui multos latuit in principio[6]; sed effectus per opera causam postea patefecit. Dominus autem papa[7], sciens comitem Ricardum, fratrem domini regis, pre omnibus optimatibus occidentis pecunia habundare, non curans qualiter adquisita, satis astute providit, ut ipsum ad regnum Apulie, Sicilie et Calabrie eligeret et vocaret, ut ipse comes pape militans, exposita sua pecunia dubiis martis casibus, et corpore suo periculis presentato, hec omnia adquireret ad Romane curie emolumentum et thesauros in sui dampnum maximum accumulandos, huius fretus sophistica decepcione qui dixit: *Hec omnia tibi dabo, si cadens* Matth. 4,9. *adoraveris me.* cf. Hor. Carm. II,2,13. Noverat enim papa, quod comes ydropisi pecuniali insaciabiliter laborabat et dignitate temporali; tali igitur edulio hamum recurvum fecit concupiscibilem, quo credidit eum cicius inescare. Et tunc misterium manifestatum est, quare dominus[a] quondam[6] apud Lugdunum tantum honorem fecerit comiti Ricardo, ut cum ipso pranderet collateraliter, et tantum applausum ei fecerit, ut omnes mirarentur. Sed non credebatur aliquatenus a quam pluribus, ut consentiret aliquatinus comes papalibus promissionibus[b], tum quia corpore sanus et integer nullatenus extitit, tum quia in armis[c] strenuus nec excercitatus extitit, tum quia inhonestum videretur nepotem suum Henricum supplantare, tum quia certa pro incertis non est sapientis commutare; sed hec omnia dominus papa tolerabilia, sed nec inconvenientia fuisse iudicavit. Sciendumque[d], quod ea die, qua comes Ricardus[e] epulabatur cum papa, captus est infelici sidere rex Francorum[8]; hoc mihi hec scribenti idem comes assertive narravit.

Albertus interim sue intendit promocioni. Et quia, ut moris est dicere, quod stulte orat, qui orando sui obliviscitur et qui alieno comodo intendens sui extat immemor, magister Albertus, Londoniis commorans, donec de mandato domini pape, quod comes suspensum protelaverat, certificaret[f], interim significavit multis Anglie prelatis, supplicans, ut . . . illi . . . dona gratanter offerrent. . . . . . .

De adventu archiepiscopi in Angliam. In octavis autem beati Martini appli- Nov. 18. cuit in Anglia archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[g]. . . . . . .

De discordia mota inter archiepiscopum Cantuariensem et electum Wintoniensem[9]: . . . Sic igitur regales contra reginales, Pictavenses contra Provinciales, quos multe faciunt possessiones insanire, miseris Anglis dormientibus, debacantur. . . . . . .

a) papa *suppl. Lu.* b) *in marg. c.* c) nec *supplendum.* d) *haec* — narravit *in marg. scr. c.* e) R. *c.* f) *in marg. c.*; certificaretur *emendandum.* g) B. *c.*

1) Ed. Luard VI, p. 260: Innocentius IV. mittit S. Albano decretum Potthast nr. 15162, Nov. 3, a. 1253. Haec igitur non ante a. 1254. scripta sunt. 2) Hugonem. 3) V. supra a. 1236. 4) De Parma. 5) V. supra p. 299. 6) Cf. supra p. 314. 7) Cf. epistolam Henrico III. Aug. 3. datam: *mirari non debes, si tractatus habitus inter ecclesiam et R. super dando sibi regno Sicilie, non est adhuc consummatus; Albertum destinamus, cui adhibeas fidem; prefatum comitem regalis magnificentia inducat, ut regnum recipiat;* Rymer I, p. 284. 8) Cf. supra p. 317. 9) Aethelmarum de Lusignan, fratrem regis.

1252. **Nota factum episcopi Lincolniensis.** Ipso quoque anno in tantum permissa est Romanorum avaricia a[a] Deo ascendisse, quod episcopus Robertus[b] Lincolniensis super hoc stupefactus fecit a suis clericis diligenter[c] computari et considerari alienorum proventus in Anglia, et inventum est et veraciter compertum, quod iste papa presens, videlicet Innocentius quartus, plus ecclesiam universalem depauperaverat quam omnes eius predecessores a tempore papatus primitivi. Ps. 73, 23: *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Redditusque clericorum per ipsum in Anglia alienorum, quos ecclesia Romana ditaverat, ad plus quam septuaginta milia marcarum ascendit. Redditus regis merus non ad eius partem terciam computatur. . . . . . .

**Anni conclusio.** . . . Imperium quasi ratis sine gubernaculo periclitatur. . . . . . .

1253. Anno Domini 1253. . . . **De quodam novo martire apud Mediolanum occiso, Petro nomine.** Tunc quoque temporis venerunt nuncii domini regis et quorundam magnatum Anglie, nunciantes, quod quidam frater de ordine Predicatorum Petrus[d] nomine, dum predicasset Mediolani et vicia et errores, immo hereses, Mediolanensium non
1252. palpando redarguisset, pro assercione veritatis ab eisdem latenter interemptus est; et sic
cf. Matth. 5, 15. martirium preco subiit veritatis. Sed ne lateret diu veritatis sub modio lucis serenitas,
1253. Dominus ipsum ilico miraculorum indiciis manifestavit; super quibus dominus papa ad plenum certificatus, ipsum magnifice canonizavit[1].

**De novo senatore triennali, scilicet Brancaleone.** Retulerunt insuper
1252. Aug. nuncii memorati, quod mense Augusti Romani elegerunt sibi novum senatorem, civem Bononiensem, nomine Brancaleonem, virum iustum et rigidum[e] iurisque peritum, qui noluit eleccioni de se facte quomodolibet consentire, nisi securum eum facerent, quod tribus annis[2] contra statutum Urbis staret in ipsius senatus potentia. Exegit insuper ab unoquoque civium potentum obsidem frugalem et ab universitate sacramentum, ut eidem tanquam senatori fideliter obedirent; noverat enim insolentiam Romani populi, pro minimo frequenter recalcitrantis et sedicionem commoventis. Cum autem consenciens a civibus et populo reciperetur, posita est ei condicio irrefragabilis, ut scilicet Urbem et Urbis populum iuste gubernaret vel nunquam corpore integer Bononiam remearet. Stabilitus interim senator triennalis, quosdam de civibus de homicidio imfames et demum convictos in fenestris suorum castrorum suspendi fecit et quosdam contumaces patibulis fecit presentari. . . . . . .

1253. **Magister Albertus recedit.** Magister Albertus, qui, misso nuncio ad dominum papam, mandatum eius expectaverat, refertis clitellis, repatriare maturavit. Noluit[3] enim papa aliquatenus comitem Ricardum de thesauro suo iuvare vel castra conferre, ut posset receptari, nec obsides, quibus posset inniti confidenter, destinare. Credens igitur comes consilio saniori et mandato Conradi, amici sui, in pace remansit[4]. Dominus igitur papa, cum non posset comitem enervare, ad alia fallendi argumenta se convertit, proponens fratris
1254. eiusdem comitis, scilicet domini regis Anglie, simplicitatem circumvenire. Super quo prevaluit, prout dicetur in sequentibus[5]. . . . . . .

**Romani Tiburnam[f] civitatem exterminarunt.** Ipso[g] quoque tempore[6] Romani civitatem Tiburtinam miserabili exterminio vastarunt[h] propter civium insolentiam et superbiam; unde coacti sunt cives nudi, discalciati et vincti Romam adire, misericordiam pro vita optinenda petituri. . . . . . .

1253. **Quomodo[i] rex Hispanie vendicavit sibi iam Wasconiam.** . . . Comes autem Ricardus, quia de Wasconia supplantabatur, unde et cartas optinuerat, omnia conniventibus[k] caute et tacite considerabat. . . . . . .

**Provisio ad roborandum terram.** . . . Preterea providit rex de consilio Sabau-

a) a Deo (*sive* adeo) *in marg. c., ubi iterum* in tantum *scr.* b) R. *c.* c) dilignter *c.* d) P. n. *in loco raso c.* e) regidum *c.* f) *sic c.* g) *hoc caput manu Math. (?) scr. c.* h) vastavit *c.* i) Quomo *c.* k) oculis *supplendum; cf. p.* 335, *l.* 19.

1) Cf. Potthast, Reg. nr. 14926. 2) Cf. Gregorovius V, p. 280. 3) Quae Ricardus a papa postulaverit, exposuit Matheus infra a. 1258. Cf. Rymer I, p. 288: *Innocentio Henricus rex Anglie. Referimus gratiarum actiones, quod Ricardum elegistis ad culmen regni Sicilie.* 28. *die Ian.* 4) Papa iam Ian. 12. per eundem Albertum Siciliam Carolo Andegavensi obtulit; Potthast, Reg. nr. 15015. 5) V. infra a. 1254. 6) Potius a. 1254; Gregorovius V, p. 292.

diensium, ut, si quis obiter spoliaretur vel quomodolibet a latrone dampnificaretur, ipsi, quibus incumbebat eminencius patrie custodia, leso satisfacerent competenter[a] et amissa secundum consuetudinem Sabaudicam restituerent, et hoc facto malefactores insequentes patriam mundarent ab eisdem. Sed hoc, ut multis videbatur, non potuit in hac regione fieri sicut in illa, quia in illa non sunt tot viarum diverticula[b], tot dumeta, tot latibula, tot silve sicut in ista; ibi nanque propter inaccessibilium montium prerupta non patet via[c] nisi communis strata trita, ubi non possunt latrones comode latitare vel divertere; unde facilius comprehenduntur. . . . . . . 1253.

De obitu episcopi Cicestrensis Ricardi. . . . Iste vero, veluti domesticus, omnium suorum[1] conscius extitit secretorum, que inquirentibus propter edificacionem palam declaravit. Huius igitur assercionibus necnon et fratris magistri Roberti Bacun de ordine Predicatorum certificatus dominus Matheus Parisiensis, monachus ecclesie Sancti Albani, Vitam[2] memorati sancti Edmundi scripsit, . . . quam qui videre desiderat, in ecclesia Sancti Albani ipsam poterit reperire. . . . . . .

Romani postulant frequenter, ut papa Romam redeat. Per idem tempus Romani missis nunciis solempnibus dominum papam rogitabant, ut Romam rediret, more boni pastoris gregem suum minaturus[d 3], et ut gaudeat Roma suo pontifice, sicut alie civitates suo presule gratulantur; Romanus enim pontifex appellatur. Porro abusivum eis videbatur et videri debuit, quod ipsa sola Roma, que domina dicitur civitatum, inter omnes civitates suo per tot tempora antistite etiam superstite viduatur. Ipse autem papa, emolumentis inhians adventantium et sinum muneribus aperiens, vagus extitit et instabilis, cismontanis se presentem exhibendo. Et[e] cum venire distulisset, iterum vocabant eum Romani ut prius, sed solempnius et sub hac forma, ut scilicet tunc veniret vel nunquam. Videns igitur papa sibi periculum iminere[4], mense Maii[5] recessit a Perusio — maxime cum Romani significassent civibus Perusii sub pena exterminii et obsidionis, ne diucius papam retinerent — et Romam properat[6], timidus tamen et tremebundus. Instillatum enim fuerat auribus[f] eius, quod Romani et etiam Mediolanenses infinitam pecuniam eis debitam a domino papa exigebant, quam effuderant in Fretherici expungnacione, papalia iura et ecclesiastica protegendo; unde papa, licet tristiciam sereno vultu palliaret[g], Urbem sollicitus[h] et pavidus intravit. Senator[7] tamen et populus Romanus ipsum gaudenter suscipiebat. cf. Ioh. 10, 11. Ier. 31, 10. 24.

De magno parlamento facto in quindena pasche. . . . *Tercio igitur die*[i 8] Mai. 4. Mai. 13.
Concessa est Magna carta. *Maii in maiori aula regia Westmonasterii sub presentia et assensu domini H. Dei gratia regis Anglie illustris et dominorum R. comitis Cornubie, fratris sui, et R.*[9] *comitis Northfolcke . . . nos B. divina miseracione Cantuariensis archiepiscopus, tocius Anglie primas, F.*[10] *Londoniensis . . . in transgressores libertatum*[k] *ecclesiasticarum . . . excommunicacionis sententiam solempniter tulimus.* . . . . . . .

Circa Kalendas Iunii rex certificatus de desolacione Wasconie, milites sibi servicium militare debentes per totam Angliam fecit edicto regio submoneri. . . . Scripsitque comiti Ricardo et regine, regni custodibus, ut, si aliqua nobilis abbacia[l], custodiam eius sibi reservarent, vel etiam episcopatus. . . . . . . Iun. 1.

Facta[m] est strages maxima hominum in finibus Flandrie. Anno quoque sub eodem facta est strages maxima in partibus Flandrie et Alemannie conterminis hominum et equorum et pecudum, ita ut hominum bellatorum plus quam 40 milia[11] crederentur interempta. Et sicut[n] Troia[12] per feminam legitur fuisse cum suis incolis destructa, ita per feminam, scilicet Flandrie comitissam, et hec strages tam dampnosa noscitur perpetrata. Huius

a) satisfacerent *iterum scr. sed del. c.* b) divercula *c.* c) viam *c.* d) *sic quoque Hist. Angl.; vix a* iuvaturus, *quod Wats legit, discerni potest in c.* e) Et — suscipiebat *manu Math. (?) scr. c.* f) *in marg. c.* g) pallaret *c.* h) sollitus *c.* i) *superscr. c.* k) et *add. c.* l) vacaret *suppl. Luard.* m) *hoc caput manu Math. (?) scr. c.* n) sic *c.*

1) Scil. s. Edmundi Cantuariensis. 2) Hucusque ignotam. 3) ducturus; cf. Diez, 'Roman. Wörterbuch' s. v. menare. Matheus verbo *minare* etiam Hist. Angl. I, p. 120 (*minavit*; ubi in Cron. Mai. e Will. Tyrensi *rexit* retinuit) III, p. 112. et infra p. 351, l. 11. usus est. 4) De commercio Urbis cum Conrado IV. tunc habito cf. Ficker nr. 4602 sq. 5) Apr. 27. Assisium; cf. Potthast, Reg. p. 1231. 6) Error; demum Oct. in. Assisio Romam venit papa; ib. p. 1247. 7) Brancaleo. 8) *Idus* rectius Rymer, Foed. I, p. 289. et Matheus in Libro addit. f. 112. et in Hist. Angl. III, p. 137. 9) Rogeri. 10) Fulco. 11) De numero v. p. 334, n. 33. 12) Fere eadem v. infra p. 334, l. 43 sqq. 340.

1253. autem infortunii[a] irrestaurabilis in Libro additamentorum* causa et series plenius exaratur, et[b] hec in sequentibus[1] plenius habentur. . . . . . .

*) *Ed. Luard. VI, p.* 252: Hoc[c] quoque tempore, 1253[d], orta est contencio lamentabilis inter Flandrenses, qui dicuntur de Avaltere[2], et Francos illis partibus conterminos hoc modo: Willelmus[3] de Holande, quem nuper dominus papa promovit in regem Alemannie, vivente adhuc Fretherico quondam Romanorum imperatore, oderat comitissam Flandrie Margaretam, meritis eiusdem comitisse evidenter exigentibus, sororem videlicet ipsius comitisse[4], que de patricidio[5] se infamem, sicut loco suo prescribitur, reddidit universis. Eodem quippe Willelmo iam rege Alemannie et ad alciora aspirante — prestitit enim eidem cornua domini pape subsidium efficax et consilium —, reliquit[6] hereditatem suam, scilicet Holandiam et Selandiam, fratri suo iuniori nomine Florencio,
1248. a quo dicta comitissa Margareta[e] homagium peciit, debitum, ut dicebat, ratione utriusque[7] terre.
Renuit[8] ipse constanter homagium facere de Selandia. Propter quod idem Willelmus[9] vocatus
est in curiam Flandrie, super hoc responsurus; et cum ibidem pacifice veniret et homagium
1249/50. facere renuisset, captus est ibidem et retentus, per biennium incarceratus. Postea vero per[10]
Iohannem de Avennis, primogenitum ipsius comitisse, qui et sororem[11] ipsorum regis et Florentii
1252. duxerat in uxorem, a carcere solutus[12], confederacionem sibi fecit[13] mediantibus consanguineis
suis, duce scilicet Braibantie[14], electo Leodiensi[15] et comite Gaelere[16] cum archiepiscopo Colo-
niensi[17], duce de Limburg[18], comite Clevensi[19], comite de Montibus[20], genere[f] de Luceburg[21] et
aliis magnatibus Colonie. Hii omnes conglobati accinxerunt se ad prelium contra comitissam
1253. memoratam et vires suas. Que, hoc comperto, advocavit sibi in auxilium comitem Barensem[22], comitem de Sancto Paulo[23], comitem de Pertico[24], comitem de Gisnes[25] cum communiis suis. Et excercitu undique[g] congregato forti et copioso, navigio — cum[h] navibus quas si numeratas in recitare 4000 — veniunt[26] preliaturi contra adversarios memoratos in Selandia, ipsa tamen comitissa in partibus suis commorante. Dux autem eorum summus fuit filius eius Baldewinus[27], vocatus comes Flandrie. Presciverant autem eorum hostilem adventum predicti magnates Alemannie et insulam ipsam ante eorum adventum caute preocupaverant[i]. Applicantibus autem Francis et preproperе[k] de navibus suis exeuntibus et adhuc ipsis in fluctibus marinis iactatis et titubantibus, obviam occurrerunt hostes eorum subito, premuniti et ad unguem optime armati, et in ipsos impetum facientes acerrimum, in ore gladii incautos et in mari fatigatos exceperunt. Fecerant[l] insuper per cautelam marciam ipsi magnates qui ex parte Willelmi regis Alemannie sophistice . . .[m] non sibi . . .[m] pre loco et tempore . . .[m] iaceret. . . .[n] Et hostili ac horribili facto congressu, repressi ac repulsi sunt Franci; et facta cede, et fuso sanguine non modico, occubuerunt Franci pro maiori parte, et aliquota pars Flandrensium. Et facta est strages maxima, toti christianitati dampnosa et irrestaurabilis. Pepercit autem Flandrensibus, ut dicitur, Iohannes de Avennis[28] sub spe recuperande hereditatis[29], qua mater sua fecerat[30] eum abiudicari in curia Francorum. Ceciderunt autem ibi casu lamentabili comes dictus de Pertico[7] et comes Barensis[31] et, ut creditur, comes de Sancto Paulo[7]. Et captus est ibidem comes de Gisnes et, ut dicitur, Flandrensis et quidam frater eius iunior[32]. Nec evasit quispiam Francigenarum, nec aliquis qui linguam Flandrensem ignoraret; quos captos examinaverunt sigillatim predictus Iohannes et sui in lingua predicta, quin sententiam subirent capitalem, sine delectu condicionis miserabiliter trucidati. Dicuntur autem ibidem cecidisse tresdecim milia[33] armatorum preter vulgares et[o] mersos et preter captos, qui forte mallent in prelio laudabilius occubuisse, scientes se in carcere tabescendos vel gravissime cum omnibus[p] amicis suis redimendos. Et quia Veneris petulantia et muliebris detestabilis luxuria hoc suscitavit infortunium, Deo ultore facta est hec

a) infornii *c.* b) et — plenius *in marg. c.* c) *haec manu socii Mathei scr. c.* d) *superscr. c.* e) M. *c.* f) comite *emendare velit Luard; forsitan legendum est:* comite Clevensi, duce de Limburg, genero eius, *etc.* g) uudique *c.* h) cum — IIII *sic inter lineas c.;* quas innumeratis recitare *emend. velit Luard, qui numerum omisit.* i) *sic c.* k) preproprie *c.* l) *haec* — iaceret *in marg. addita, sed a glutinatore magnam partem deleta sunt; des. Luard.* m) *fere* 2 *verba legi non possunt.* n) *lacuna fere* 6 *verborum.* o) et m. *superscr. c.* p) *fere deletum c.*

1) V. infra a. 1254. 2) De hoc nomine v. supra p. 312, n. 1. 3) Haec ex epistola quadam perdita (cf. infra p. 340, n. 4) sumpta videntur. 4) Iohannae. 5) Pseudo-Balduini. Supra a. 1224, p. 120. 6) Potius regendam commisit teste tabula Florentii ap. Ulrich p. 31. 7) Error. 8) Potius a. 1248. med. Flandriae dominium feodale super Selandiam confirmatum est; Ficker nr. 4923 sq. 5004 sq. 9) Haec non ita se habent; Willelmo pacem servante, Florentius a. 1249. captus est. *M. Nov. rex Willelmus rediit in Hollandiam, liberaturus germanum suum, quem captivum tenebat comitissa Flandrensis,* Ann. Colon., SS. XXII, p. 546. 10) Partem quam gessit legatus papae omisit Matheus; cf. Hintze, Königtum Wilhelms' p. 103. 11) Adelam. 12) Florentius ante a. 1251. dimissus est; cf. Sattler, 'Wilhelm v. Holland' p. 42. 13) Hinc Willelmum quidem recte dicit, sed de bello perturbate narrat. 14) Henrico. 15) Henrico. 16) Ottone de Geldern. 17) Conrado. 18) Waleranno. 19) Theoderico. 20) Adolfo de Berg. 21) Henrico. 22) Theobaldum. 23) Guidonem. 24) Iacobum. 25) Arnulfum. 26) Iul. 4. apud Westkappel in Walcheren insula. 27) Potius Guido. 28) Num hic proelio affuerit, dubitat Sattler p. 51. 29) Scil. Flandriae. 30) A. 1246. 31) Hic vulneratus et captus est. 32) Iohannes. 33) Numerus est minor et fortasse propius ad veritatem accedit quam qui ab aliis (cf. Ulrich p. 89) refertur.

De epistola[1] missa domino pape[*] ab episcopo Lincolniensi Roberto. . . . . . . 1253.

Hec manifestantur. Hec cum ad domini pape audientiam pervenissent, non se capiens pre ira et indignacione, torvo aspectu et superbo animo ait: 'Quis est iste senex delirus, surdus et absurdus, qui facta[a] audax, immo temerarius, iudicat? Per Petrum et Paulum, nisi moveret nos innata ingenuitas, ipsum in tantam confusionem precipitarem, ut toti mundo fabula foret, stupor, exemplum et prodigium. (cf. Deut. 28,37.) Nonne rex Anglorum noster est vassallus et, ut plus dicam, mancipium, qui potest eum nutu nostro incarcerare et ignominie mancipare?' Et cum hec inter fratres cardinales recitarentur, vix compescentes impetum pape, dixerunt ei: 'Non expediret, domine, ut aliquid durum contra ipsum episcopum statueremus; ut enim vera fateamur, vera sunt que dicit; non possumus eum condempnare. Catholicus est, immo et sanctissimus, nobis religiosior, nobis et sanctior, excellentis et excellentioris[b] vite, ita ut non credatur inter omnes prelatos maiorem, immo nec parem, habere. Novit hoc Gallicana et Anglicana cleri universitas; nostra non prevaleret contradiccio; huius epistole veritas, que iam forte multis innotuit, multos contra nos poterit commovere. Magnus enim habetur philosofus, Latinis et Grecis literis ad plenum eruditus, zelator iusticie, lector in theologia scolasticus[c], predicator in populo, castitatis amator, persecutor symonialium'. Hec dixerunt dominus Egidius Hispanus cardinalis[2] et alii, quos propria tangebat conscientia; consilium dederunt domino pape, ut omnia hec conniventibus oculis sub dissimulacione transire permitteret, ne super hoc tumultus excitaretur, maxime propter hoc, quia scitur, quod quandoque discessio est ventura[3]. . . . . . . (cf. 2. Thess. 2,3.)

De festo sancti Edwardi. Festum sancti Edwardi, quod est in quindena sancti Michaelis, (Oct. 13.) de mandato regis congregatis quam plurimis prelatis et magnatibus, adeo celebriter, procurantibus diligenter comite Ricardo et regina, celebrabatur, ut nunquam nobilius. . . . . . .

De tribulacione militum de Salopesbire[4]. Et per idem tempus, eo quod milites de partibus Salepesbirie aliqui vel fere omnes noluerunt colla subdere nove domini regis constitucioni, scilicet de armis habendis et monstrandis et de restitucione predacionum

---

strages a seculis deploranda die Veneris, scilicet sexta feria, quarta die Iulii, anno Domini 1253. (Iul. 4.) Huius autem lugubris eventus seminarium, per femineam incontinentiam suscitatum, licet tempore precesserit, per anticipacionem tamen, quia aliquot annis preteritis iniciatum est, subscriptum rei facte planius et plenius dilucidavimus[d].

*) Optima epistola episcopi Lincolniensis R. *in marg. c. Cf. mandatum, cui Robertus hic respondet, in Libro addit. ed. Luard VI, p.* 229: Litere de provisione facienda cuidam nepoti domini pape. Hee[e] litere commoverunt episcopum Lincolniensem Robertum. *Innocencius*[5] etc. *dilectis filiis archidiacono Cantuariensi*[6] *et magistro Innocencio, scriptori nostro in Anglia commoranti, salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilectus filius noster G.*[7] *Sancti Eustachii diaconus cardinalis dilecto filio Fretherico de Lavania, clerico ac nepoti nostro, de speciali mandato nostro canonicatum*[f] *Lincolnie cum plenitudine iuris*[g] *canonie duxerit conferendum, . . . illud auctoritate apostolica duximus confirmandum . . . . Datum Perusii* 7. *Kal. Februarii, pontificatus nostri anno* 10. (1253. Ian. 26.)

*Cf. quoque Lib. addit. VI, p.* 324: Littere quarum formam episcopus Lincolniensis Robertus tamquam hereticam reprehendit. *Alexander episcopus* etc. *dilecto filio abbati monasterii Sancti Albani. . . . Cum itaque dilectum filium Roffridum*[8] *scolarem, natum Alberti nepotis nostri, propter sua et suorum merita speciali benivolentia prosequamur, dileccionem tuam rogandam duximus attencius et hortandam, quatinus . . . sibi ob reverentiam apostolice sedis et nostram de aliquo ecclesiastico beneficio . . . providere procures. . . . Datum Anagnie* (1256. Iul. 5.) 3. *Non. Iulii, pontificatus nostri anno secundo.*

a) nostra *supplendum.* b) excellentoris *c.* c) scot *c.* d) *fere prorsus deletum c.* e) Litere que episcopum Lincolniensem Robertum ad iram provocarunt *creta in marg. scr. c.* f) canonicum *c.* g) *superscr. c.*

1) Exstat inter epist. Roberti Grosseteste ed. Luard p. 432; in Mathei Hist. Angl. III, p. 140; in Libro addit f. 117'. Cf. Pauli, 'Grosseteste' (Ind. schol. Tubing. a. 1864) p. 24. et Bémont, 'Revue Critique' 1880. II, p. 384. 2) Diac. SS. Cosmae et Damiani. 3) Longas invectiones in sedem apostolicam latas tribuit noster Roberto moribundo, paullo infra ed. Luard V, p. 400—407. 4) Shrewsbury. 5) Potthast nr. 15185. 6) Hugoni. 7) Guillelmus comes Lavaniae. 8) De eodem promovendo monachi S. Albani tunc abbatiae negotia Romae procurantes Iohanni abbati scripserunt ib. p. 325.

1253. quibus spoliantur transeuntes, prout Sabaudienses[1] consueverunt in partibus suis, usque ad gravissimam exaccionem sunt puniti. . . . . . .

Nov. 1. *Sarraceni debacantur.* Eodemque anno, die scilicet omnium sanctorum, rumor omnium teterrimus venit ad comitem Ricardum, qui de statu Terre Sancte plus aliis sollicitabatur[2]. . . . Quod cum ad multorum pervenisset audientiam, precordialiter ingemuerunt, hec omnia obstinate Romanorum avaricie imputantes, qui humilitatem Fretherici indignanter refutantes, qui omnia quecunque christianorum aliquo tempore fuerant in Terra Sancta optulit in pace restituenda[3], restiterunt, nolentes, ut tanta comoditas ei ascriberetur. . . . . . .

*Conradus, qui suis[a] partibus princeps appellatur, guerram suscitat et continuat.* Eisdemque[b] diebus Conradus, Fretherici filius, in odium pape prosperatur in Apulia. Civitates Capuam, Neapolim[4] et alia suo subdidit dominatui; et guerram suscitans et continuans, multos contrivit sibi adversantes. Quidam vero illius terre incola et indigena, cruentus et facinorosus valde, Iohannes dictus Maurus[5], adulator et sub amicicie[c] homines veneno necans, qui, ut dicitur, Fretherieum sic interfecit, illi laqueos mortis tetendit, sed occultos. . . . . . .

*De perturbacione universitatis Parisiace.* Diebus autem sub eisdem orta est discordia magna inter universitatem Parisiacam scolarium et fratres Predicatores, qui in tantum iam multiplicati sunt et exaltati, regum facti confessores et consiliatores, ut veteribus et approbatis consuetudinibus et iuribus scolarium renuissent subiacere. Congregati igitur scolares collectam fecerunt et contribuerunt, scilicet quilibet secundum posse suum, et cuiuslibet communia ebdomadalis[d] abbreviata est, ut inde Romane curie pro parte cleri satisfieret, unde cornua sumpserunt fratres memorati. Habebant enim in curia amicos magne potestatis, scilicet dominum fratrem Hugonem[6] de ordine Predicatorum, immo ipsum papam et multos prepotentes. Effusa igitur multa pecunia, et perdito hinc inde multimodo labore, mutatis quibusdam consuetudinibus Parisiensibus, pax est tandem reformata.

*Papa venit Romam*[7]. Eorumdem[b] dierum circulis dominus papa multis et diuturnis tribulacionibus exagitatus, cum aliquanto tempore moram Assisii protraxisset, significatum est ei ex parte Romanorum senatoris Brancaleonis per sollempnes nuncios et ex parte omnium civium Urbis, ut ad civitatem suam tanquam pastor et Romanus pontifex venire non tardaret. Significabant insuper ei, quod quam plurimum mirabantur, quod huc illucque velut instabilis et profugus discurrebat, et relicta Roma, sede sua pontificali, et ovibus suis, de quibus redditurus est summo Iudici strictissimam rationem, lupinis rictibus[e] deserit lacerandam, soli pecunie inhyando. Significabant insuper senator et cives Romani civibus Assisii sub interminacione depopulacionis irrestaurabilis, ne amplius dominum papam, quem novit mundus non Lugdunensem, non Perusiensem, non Agnaniensem — ibi enim et ibi sepe latitaverat —, sed Romanum esse pontificem, receptarent. Assisienses venientes ad dominum, istud papale[f] mandatum ei plenius insinuabant. Intellexit igitur papa, quod de necessitate oportuit Romam adire, ne et ipsi Assisienses a feritate Romanorum, sicut fuerant Hostienses, Portuenses, Tusculenses[g], Albanenses, Sabinenses et nuper Tiburtini, destruerentur. Papa igitur nolens volens, paratis clitellis, Romam adiit tremebundus, ubi, ut decuit, susceptus est[8] cum[h], sic iubente et volente senatore. Conradus autem interim, qui erat pape quasi spina in oculo, Neapolim[4] versus mare et versus terram — que civitas quondam Virgilii fuerat domicilium speciale — in muris et meniis miserabiliter exterminavit. Nunquam igitur propter odium et imprecaciones populi potuit Conradus in operibus suis prosperari.

*Nota cupiditatem Romanorum.* Romani autem non valentes nec volentes ultra suam celare cupiditatem, gravissimam contra papam movere ceperunt questionem,

a) *bis scr. c.* b) *hoc caput manu Math. (?) scr. c.* c) forma *suppl. Lu.*; pretextu *suppl. Wats.* d) ebdomod. *c.* e) eam *supplendum.* f) Romanum *emendandum.* g) *corr. ex* Tuscol. *c.* h) honore *suppl. edd.*

1) Cf. supra p. 333. 2) *Soldani pacificati sunt, in Terra Sancta omnia preter Acon exterminantes.* 3) Cf. supra p. 313. 4) Neapolis Oct. 10. capta est. 5) Cf. supra p. 330, l. 12. Haec postquam noster Conradum IV, isto Iohanne ut dicebatur auctore, mortuum esse novit, scripta videntur. Iohannem Morum proditorem interfectum esse, scripsit Manfredus a. 1254, m. Dec.; Ficker nr. 4648. 6) De S. Caro card. presb. S. Sabinae. 7) V. supra p. 333. 8) A. 1253, m. Oct.

exigentes ab eo urgentissime omnia que subierant per eius absenciam dampna et iacturas, 1253.
videlicet in hospiciis locandis, in mercimoniis, in usuris, in redditibus, in provisionibus et aliis modis innumerabilibus. Quod cum audisset papa, precordialiter ingemuit; et se comperiens muscipulatum, consilium et consolacionem accepit a senatore. Senator igitur mellifluis colloquiis populi furorem compescuit, dicens inhumanum esse, in pace vocatum ad animarum custodiam patrem ac pastorem tam graviter perturbare. Et sic quievit impetus tempestatis[a]. . . . . . .

Anno[b] Domini 1254. . . . Regina . . . in vigilia epiphanie purificationis sue festivi- 1254. Ian. 5.
tatem cum nobilissimo transegit Londoniis[c] convivio. Cum qua convivabantur archiepiscopus, avunculus eius, . . . comes Ricardus. . . . . . .

Mandatum subdolum ad emungendam pecuniam. Eodemque anno, cum sexto Kalendas Februarii, die videlicet sancti Iuliani, convenissent universi fere Anglie Ian. 27.
magnates, videlicet comes marescallus Rogerus[d] Bigod Gilebertusque de Segrave, speciales domini regis nuncii, ad parlamentum venientes[e], ex parte eius propositum suum precordiale universitati Anglie forte seducti nunciantes. Aderat autem illuc comes Ricardus, frater domini regis[f], scilicet comes Cornubie. . . . Comes autem Ricardus, ut aliis preberet exemplum et incentivum, primus respondit — fidem enim dictis prebuit memoratis —: 'Ego, quia aliis potentior et obligatus magis ceteris, potenter ipsum dominum meum et fratrem[1] iuvabo, trecentos milites per annum sumptibus meis ipsi militaturos impensurus'. . . . Similiter et sic suum promissum comes Ricardus iam arctavit[g], adiciens: 'Si vera sint que dicuntur'. . . . Remisit igitur comes Ricardus tales[h] litteras domino regi: Respice in Libro additamentorum[2] ad signum cithare. . . . . . .

Dominus papa reprehendit et castigat scolares umbratiles ad leges propter lucrum saltitando properantes. . . . Respice in Libro additamentorum[3]. . . . . . .

Nota, qualiter in visione nocturna percussus est papa Innocencius IV. ab episcopo Lincolniensi Roberto. Nec unquam postea plene convaluit papa.

De[4] ira et impetu quodam domini pape. Hoc etiam anno dominus papa, dum una dierum iratus supra modum vellet malo grato omnium fratrum cardinalium ossa corporis episcopi Lincolniensis extra ecclesiam proicere et ipsum in tantam infamiam precipitare[i], ut ethnicus, rebellis et inobediens per totum mundum aclamaretur[k], iussit talem literam[5] scribi domino regi Anglie transmittendam, sciens, quod ipse rex libenter deseviret in ipsum et in ecclesiam depredandam. Sed nocte sequente apparuit ei idem episcopus Lincolniensis, pontificalibus redimitus; vultuque severo intuituque austero ac voce terribili ipsum papam in lecto sine quiete quiescentem aggreditur et affatur, pungens ipsum in latere ictu impetuoso[l] cuspide baculi, quem baiulabat, pastoralis[l]; et dixit ei: 'Senebalde papa miserrime, proposuistine[m] ossa mea in mei et ecclesie Lincolniensis obprobrium extra ecclesiam proicere? Unde hec tibi temeritas? Dignius foret, ut tu[n], a Deo sullimatus et honoratus, Dei zelatores, licet defunctos, coleres. Nullam potestatem in me habere te Dominus amodo cf. Ioh. 10, 11.
pacietur. Scripsi[6] tibi in spiritu humilitatis et dileccionis, ut errores tuos crebros corrigeres. Sed tu monita salubria superbo oculo et fascinnato[o] corde contempsisti. Ve qui spernis, cf. Gal. 3, 1.
nonne et tu contempneris?' Et sic recedens pontifex Robertus, ipsum papam — qui, quando, Es. 33, 1.
ut dictum est, pungebatur, ab alto ingemuit, quasi lancea transverberatus — dereliquit seminecem et voce flebili cum suspiriis ingemiscentem. Unde camerarii eius hec audientes, attoniti interrogaverunt, quidnam hoc sibi vellet? Papa vero cum gemitibus et suspiriis respondit, dicens: 'Terrores nocturni conturbaverunt me vehementer; nec mihi penitus ut prius restaurabor restitutus. Heu, heu! quantum latus doleo, sine lancea gemo lanceatus'. Nec comedit nec bibit illa die, fingens se hanelis febribus inflammatum. Nec adhuc quievit Dei super eum ulcio cum indignacione[p].

a) *paullo post desinit codicis* 1 *vol. II, cuius postremo folio deperdito, finis a.* 1253. *ex Hist. Anglorum m. saec. XVI. suppletus est.* b) *incipit codicis* 1 *vol. III, iam cod. Reg.* 14 *C VII, f.* 157. c) *postea superscr. c.* d) R. *c.* e) venerunt *emendandum.* f) s scil. *in loco raso c.* g) arc *in loco raso c.* h) s lit *in loco raso c.* i) *in loco raso c.* k) *sic c.* l) pastorali *c.* m) ne *in loco raso c.* n) tu — coleres *in loco raso c.* o) fascinnati *c.* p) indignacone *c.*

1) Regem bellum in Wasconia gerentem. 2) VI, p. 282, ubi verba: *Et ego frater vester Ricardus comes Cornubie vobis non deficiam.* 3) VI, p. 293. 4) Eadem historiola alibi quoque narratur; cf. Luard, Rob. Grosseteste epist. p. LXXXIV. 5) Non exstat. 6) Supra p. 335.

1254. **Dissipatur victus papalis excercitus.** Nec multo post papa non senciens divinas[a] per servum suum admoniciones, set bellicis nimis et secularibus negociis intendens, minus in eis prosperatur, licet curam, laborem et sumptus non paucos expendendo. Sed Marte ei, immo Domino excercituum, adversante, excercitus eius, quem contra Apulos maximis sumptibus direxerat, sub ducatu consanguinei nepotis[b] sui Willelmi[1], dissipatus, victus et confusus cum eius duce letaliter vulnerato[2] occubuit. Referuntur ibidem interfecti christiani milites et servientes prevalidi stipendiarii pape militantes ad quatuor milia virorum. Et luxit tantum sanguinem christianum effusum tota patria Romanorum. Direxerat autem papa iter illis diebus versus Neapolim, licet in latere quasi pleuresi imfirmatus vel lancea sauciatus; nec potuit ei cardinalis Albi[c, 3] phisica sufragari. Non enim pepercit Robertus Lincolniensis Sinebaldo Ianuensi; et qui vivum noluit audire corripientem, senserat mortuum impingentem; nec unquam postea ipse papa unum bonum diem vel prosperum continuavit usque ad noctem vel noctem usque[d] ad diem, sed insompnem et mo-
Apr. 12. lestam. . . . . . .

Circa festa paschalia canonici Sancti Pauli subrogaverunt sibi decanum loco magistri Henrici de Cornhulle magistrum[e] Walterum de Londoniis[4]. . . . . . .

Nota de invidia Seculorum[f] in Henriculum insontem nepotem regis Anglie. **Invidia.** Per idem tempus, cum Henricus, filius Fretherici et imperatricis Hysabelle, sororis domini regis Anglie, cum[g] in flore sue vernaret iuventutis et, persuadente ingeniti sanguinis nobilitate, Anglos diligeret et pro posse promoveret, audientes hoc Seculi[f] et Apuli, intra se dixerunt: 'Quis, putas, puer iste erit? A stirpe utique oriundus est Anglorum regia. Si, ut cepit, prosperetur, nos omnes superabit et superatos subpeditabit'. Audierantque, quod papa concesserat regnum eorum comiti Ricardo, avunculo adolescentis Henrici, unde supra quam dici potest indignantes, intumuerunt contra papam et contra insontem iuvenem. Et ut eis
1253. moris est, eum pocionare cogitabant, ut supra[h] dicetur[5].

**De lugubri bello commisso in finibus Flandrie**[6]. Per idem tempus commissum est prelium cruentissimum post bellum de Apulia in confinio Flandrie et Braibantie inter Francos et Flandrenses et eorum fautores ex una parte et comitissam Flandrensem[7] et eius complices, videlicet Willelmum de Holande, regem videlicet Alemannie, Pro[i] quo rex Francie reversus est. et multos alios magnates Braibantie et Alamannie ex altera pro filiis dicte comitisse et duobus viris[8]. In quo certamine lamentabili et a seculis deplorando ceciderunt bellatores strenuissimi, armis trucidati vel undis marinis submersi vel fluvialibus, utrobique infiniti, ita ut de una civitate Flandrensi interierunt ad decem milia[9] interempti, nec supererat qui evaderet casum nunciaturus. Tandem post multam sanguinis effusionem cessit victoria Willelmo regi memorato et Alemannis; Franci autem victi, vulnerati et pro maiori parte trucidati, deteriorem calculum subeuntes, dampnum et obprobrium indelebile sunt perpessi. In abissum igitur desperacionis, diffidentie et desolacionis Franci precipitati, tum propter cedem in Terra Sancta super eos multiplicatam, tum propter istam contra finitimos iam de eis ad votum triumphantes, significabant igitur sub omni festinacione domino regi Francorum, qui in partibus transmarinis castra et civitates de consilio Templariorum et Hospitalariorum multis thesauris[k] preter redempcionem suam exposuerat, ut, omnibus aliis omissis, ad propria quantocius redire properaret. Francie enim corona titubante per superbiam muliebrem, comitisse videlicet Flandrie, que duobus viris[8] et duobus innitens filiis[l], totum regnum Gallie patet discrimini. Regna quoque Alemannie, Sicilie et tocius Germannie sunt concussa; maxime cum rex Anglie, papalibus nutibus inclinatus, regis Hispanie[10] iam affinitate non modice roboretur, qui erecta fronte, Normannis

a) divinas — expendendo *in loco raso c.* b) *in marg. c.* c) A. p. s. *in loco raso c.* d) u. ad d. *in marg. c.* e) m. W. de L. *alia m. scr. c.* f) *sic c.* g) *sic iterum c.* h) ut s. d. *in loco raso;* infra *emendendum.* i) Pro — est *creta scr. vix legi possunt c.;* Pro quibus *legit Luard.* k) expensis, reedificaverat, quos *vel similia supplenda sunt.* l) superbit *supplendum.*

1) Card. diac. S. Eustachii; victoria a Manfredo Dec. 2. Fogiae reportata dici videtur. 2) Error; Willelmus effugit; cf. Ficker nr. 4647. 3) Iohannis; cf. supra p. 330. 4) De Salerno, a. 1256 sqq. archiepiscopum Tuamensem. 5) Infra p. 342. 6) Haec iterum falso sub anno et falsius quam supra p. 333 sq. relata sunt. 7) Error; Margareta Francos in auxilium vocavit. 8) Infra quoque de Burcardo de Avesnes et Willelmo de Dampierre tamquam de superstitibus (cf. tamen p. 339, l. 33) loquitur noster. 9) Numeris datis omnes auctores veritatem excedere, supra p. 334, n. 33, monui. 10) Alfonsi X, cuius sororem Alienoram Edwardus Henrici III. filius, a. 1254. duxit.

introducentibus et Hispanis potenter patrocinantibus, Franciam impugnare procacius comminatur. Rex igitur Francie, hiis auditis, licet invitus, et super hoc Terre Sancte omnes incole 1254. doluissent, caute reditum maturavit. Timuit autem Ianuenses et Pisanos, quos in capcione Damiate temere supplantarat, et insuper debitis eorum non modicis tenebatur obligatus; Franci igitur, ut rex liberius remearet, eosdem per terram tenebant occupatos[a].

Nec adhuc cessarunt invasiones particulares et insidie in Flandria. Nec adhuc inimicicie, insidie, incendia, cedes die aut nocte cessaverunt inter Alemannos, Francos, Flandrenses, Braibanceos et Frisones, quin mutuo sese et corrodant et consumant. Et quia toti christianitati hec guerra, christiani sanguinis consumptiva, est dampnosa, dignum arbitror huius dissensionis causalem radicem audientibus enucleare. Hoc enim fuit discordie seminarium primitivum. Comitissa Flandrie Margareta, dum adhuc in puellari ageret etate, nec spes aliqua esset, ut ad dominium Flandrie perveniret, clam contraxit[1] cum Bucardo de Avennis, et filios tres ab eo suscepit, scilicet Iohannem de Avennis et duos alios[2]. Eodem autem Bucardo[b] revolvente in animo, quod diaconus esset, et ideo matrimonium esse illegitimum et ideo forte dirimendum, vel forte in facto Iesus conscientia, Romam adiit[3], ut[c] matrimonium ipsum confirmaretur vel saltem dissimularetur. Et compertum fuit, quod soror ipsius[4], que comitatum tenebat, sterilis extitit; et sperabatur, quod hereditas ipsa processu temporis ad eam devolveretur. Willelmus Danper ex nobiliori genere Francorum oriundus miles, subdiaconus tamen, aspirans ad dominium Flandrie, occulte prius locutus est cum ipsa Margareta[d]; et postea, dum alius esset in prosecucione negocii sui Rome, contraxit cum ea solempniter. Quo comperto, predictus Bucardus[b] habens 1223. hoc pro fabula prius, sed post fama crebrescente et re delucidata certificatus, scripsit[5] eidem Margarete[d], ipsam reprehendens et, ut ad animum rediens resipisceret, exortans diligenter. Sed ipsa secundis optatis nupciis potita, in quibus plus ei complacuit, suam sprevit exhortacionem, rescribens[5] ei provocando et deridendo, sic dicens: 'Bucardus[b] in ordine levitico de cetero ecclesie ministret, oblacionibus inhiando, quia Margareta amplexibus diu fruitur concupitis'. Hoc audito, cum nichil facere posset Bucardus[b], reversus[5] est Romam, postulans liberos suos a domino papa, quos ab ea susceperat, legitimari. Suscepit igitur Margareta[d] a secundo marito filios tres, Willelmum scilicet Damper et fratres eius[6]. Pueri autem diversis patribus procreati cum adolevissent, et mater, sorore sua comitissa defuncta, comitatum Flandrie et Hame[7] suscepisset, ceperunt pueri inter se deceptare de hereditate, dicente matre primos esse spurios, secundos autem legitimos, odio traduce in filios propter patrem, quem oderat. Litigant igitur, patre utroque mortuo, magis ac magis adolescentes; mater, sicut et iuvenes, propriam allegans turpitudinem. Demum cum super hoc questio delata esset ad curiam Francie, supposuerunt se partes iudicio regis. Rex vero, 1246. habito respectu ad carnem et sanguinem, eo quod dictus Willelmus[e] propinquus sibi[a] erat, sic sentenciavit, quod nec uni sit nec alteri, sed divideretur hereditas, Flandriam adiudicans Willelmo et Hammam adiudicans Iohanni. Quod Iohannes[f] egre ferens, respondit: 'Hoc mihi, rex, das quod auferre non prevales, et aufers quod dare potuisses; Flandria enim de te tenetur, et Hamma de imperio'. Et cum aliter non proficeret, eo quod per fideiussores obligatus fuisset stare iudicio regis per ratihabicionem, a curia indignanter recessit, indignacionem suam pro loco et tempore efferbiturus. Et precavens sibi ad roborandum partem suam, neptem[8] tunc ducis Braibancie, sororem videlicet Willelmi de Halandia[g], sibi duxit in uxorem, per quam sibi tantum robur accrevit, quod Willelmus[e, 9] postea in quodam 1251. torneamento extitit interfectus. Et frater suus, qui ei sic debuit succedere in comitatum Flandrie, cum multis Francegenis[g] obiit interemptus[h, 10]. 1253.

Nota magnam miseriam que per feminam accidit. Memorata igitur a seculis congressio deploranda in finibus Flandrie perpetrata est circa medium autumpni[11], ut

a) *bis scr.* 1. b) B. *c.* c) ubi *cum edd. legi potest c.* d) M. *c.* e) W. *c.* f) I. *c.* g) *sic c.* h) interceptus *c.*

1) A. 1212. vel 1213. 2) Balduinum, qui mox decessit, et alterum Balduinum. 3) Fere a. 1221; cf. Phil. Mousk., SS. XXVI, p. 766, et quae Holder-E. ibi annotavit. 4) Iohanna, soror Margaretae. 5) Haec cum eis quae aliunde novimus minime concordant. 6) Guidonem et Iohannem. 7) Hannoniae. 8) Adelam, filiam Mathildis, sororis Henrici II. ducis Brabantiae, qui obiit a. 1248. 9) De Dampierre. 10) Potius captus est Guido de Dampierre. 11) Immo Iul. 4. a. 1253.

1253. uberius meteret diabolus et vindemiaret multorum animas occisorum. Interierunt enim diversimode plus quam viginti milia[1] hominum bellatorum, ex diversis tam regni Francorum quam imperii, scilicet Germanie, que multas amplectitur provincias, regionibus congregatorum, qui omnes per unam solam mulierculam impudicam perierunt. Et sicut Pergama per gamos, id est feminam[2], tota Troia in cinerem est redacta, et Grecia est suis incolis spoliata, Venere procurante, ita in hac ruina, que die Veneris[2] accidit, tota Francia, Germania et Flandria induit cum dolore confusionem; sed et interfectorum uxores, liberi, consanguinei et amici quasi altera morte sunt puniti. Ipso nanque tempore missus erat pro arduis domini regis Anglie negociis[a] ab eius latere dominus Iohannes[b] prior de Neuburgo[3], specialis eiusdem regis consiliarius et nuncius, in partes illas, qui super hiis casibus per magnates certificatus hec scripture[4] comendabat.

De infelicitate impudice comitisse Flandrie. Sciendumque, quod merito ista non comis comitissa Flandrie Margareta[c], que se duobus viris impudenter et illicite supposuerat, sicut soror eius exigentibus peccatis esse meruit vel saltem a multis dici patricida[5], ita et ista prolicida esse infeliciter promeruit et multorum causa peremptorum. Prior[6] enim natu filius eius per illam peremptus est, alter[7] crure mutilatus.

De occisis et captis. Capti sunt in illo cruento prelio comes de Bar[8], dum ardenter preliaretur, cupiens se vindicare de iniuria facta sibi in guerra illa in proxima preterita[d] congressione, in qua monoculabatur — duravit enim odium illud et guerra per ferme triennium —, comes de Gysnes[9], comes de Gelre[10], comes de Ioegni[11] Campanus, Simon de Claro-monte, Iacobus de Oyni, Robertus de Boseke, Suessionum nobilissimus, et aliorum magnatum, quorum nomina non tenemus, et communiarum Francigenarum multitudo copiosa; ita quod captorum et occisorum magnatum, militum, servientium et de communiis armatorum ad plus quam centum milia[12] dicitur numerus ascendisse. Nec hec in cronicis Anglorum collocassem, nisi immanitas effusionis sanguinis christiani in confinio Anglie perpetrati[e] me provocasset.

Que regiones commote sunt in hoc infausto prelio. Exultantibus igitur Dei hostibus Sarracenis, qui de iactura christianorum consueverunt gratulari, concussa sunt horum[13] regna magnatuum[f], scilicet tocius Germanie — primo acerbiorem passus est iacturam rex Francorum, Deo in Terra Sancta militans, quolibet rege potencior, a qua iam rediens,
1254. propter hoc discrimen revocatur ad dampnum tocius christianitatis, et multi de Francie regno primates —: dux Bavarie[14], qui centum milia marcarum Coloniensium ab antiquo tempore redditus annui habet, de novo autem plus incrementi, qui totum thesaurum suum in hac guerra exposuit; dux Saxonum[15], eo non minor, similiter, domini regis Anglie consanguineus[16]; dux Brunewik[17], qui et consanguineus est[a] regis eiusdem; dux Braibantie[18], qui et Lovanie, qui se vocat ducem Lotharingie; dux de Lemburg[19]; dux Suavie[20]; dux Austrie[21]; dux de Limburc[22]; de Pelue[f. 23]; quedam landegravia potentissima dicta Sopha[24], que domina est Duringie pro magna parte[25]; duo marchiones, unus versus Sclavoniam[26], alter versus

a) *superscr. c.* b) I. *c.* c) M. *c.* d) preteritata *c.* e) perpetrate *emendandum.* f) *sic c.* g) de P. *atramento albido add. in marg. c.*

1) V. supra p. 334, n. 33. 2) Eadem annominatio quae supra p. 333 sq. 3) Cf. infra a. 1254: *Canonici Karleolenses elegerunt magistrum Thomam de Veteri-ponte in episcopum, licet rex capitulum postulasset, ut priorem de Neuburgo eligerent tanquam specialem eius consiliarium prudentem et circumspectum.* Obiit Iohannes a. 1256 ex.; cf. ed. Luard p. 409. 588. 610. 4) Cuius libelli Hardy, 'Descriptive Catalogue' III, p. 146. mentionem ex isto loco solo fecit. Forsitan nihil fuit nisi litterae e quibus Matheus res Flandrenses hic et supra p. 334. narratas comperit. 5) Iohanna, quae Pseudo-Balduinum necari iussit, indicatur; cf. supra a. 1224. 6) Willelmus dici videtur; cf. p. 339, l. 45. 7) Guido. 8) Theobaldus. Sed Matheus ex uno proelio (Westkapellensi) falso duas pugnas effinxit. 9) Arnulfus. 10) Otto; hic cum partibus de Avesnes et Hollandia stetit. 11) Willelmus. 12) Numerus quasi sub auctoris manibus crescere videtur. 13) Nomina quae sequuntur aliunde sibi nota auctor temere ac fortuito cum his rebus connexuit. Neque Conradum IV. cum Willelmo rege stetisse, neque omnino imperium regno Franciae bellum tunc intulisse, non est quod moneam. Inter omnia quae Matheus scripsit fere nihil tam longe a veritate discedit quam hoc caput. 14) Otto. 15) Albertus. 16) Gener Ottonis Pueri, nepotis Mathildis, amitae Henrici III. 17) Albertus, pronepos Mathildis. 18) Henricus. 19) Walrammus. 20) Conradus IV. rex Romanorum. 21) Ottocarus. 22) Nisi iterum Limburgensis, fortasse Iohannes de Luneburg dicitur. 23) Fortasse [comes] Pelutus, Raugraf. 24) Sophia, filia s. Ludovici IV, ducissa Brabantiae. 25) Contendebat contra Henricum I. landegravium. 26) Otto de Brandenburg.

Boemiam, Boemie rex[1] est; — dux Polemie[2] a Tartaris interemptus est[3] —; landegravius de 1253. Duringe[4]; sancta Elizabeth[5] landegravia de Duringe et filia regis Hungarie[a]. Quilibet horum transmiserat aliquos[b] de suis[c] contra Francorum excercitum[d], in auxilium Willelmi de Holandia regis Alemannie. Frisones[6] vero qui venerunt ad excercitum male tractati sunt[e] a Willelmo, quia superbus et impaciens amicicie thesauris ditatus fuit[e] papalibus; unde Frisones indignantes extunc paraverunt ei insidias — quod postea apparuit, prout sequens sermo declarabit tempore suo —; nec ei papalis pecunia male adquisita profuit, immo obfuit vehementer. Ecce iam fere tota[e] Europa pro luxuria muliebri est commota et, diabolo machinante et inde merito cachinnante, deteriorata. Hoc etiam anno Cisterciensis ordo iacturam incurrit non minimam pro Flandrensium exterminio, qui lanas consuetas nequiverant comparare. Nec pretereundum arbitror quoddam verbum cruentum, quod ipsa sepedicta comitissa, altera Medea, non erubuit pronunciare.

Nota verbum matris non maternum. Contigit postea, quod Iohannes[f] de Avennis, filius comitisse memorate, positis insidiis cepit[7] duos filios eiusdem comitisse, fratres scilicet suos, sed tantum uterinos — vel patrinos[g, 8] —, et in custodia tuta fecit reservari letabundus, sperans per eos matrem ad pacis unitatem revocare, dicens ei per scriptum et nuncios quos plus credidit graciosos: 'Cara mater, si mei non vis, saltem filiorum tuorum, fratrum meorum uterinorum, quos in vinculis teneo, miserere et paci consenti tibi fructuose!' Cui illa[9]: 'Filii mei, fratres tui, in manu tua sunt; non flectar propter eos, voluntati et arbitrio tuo exponuntur. Macta eos, carnifex truculente, et unum eorum coctum elixum devora piperatum et alium assatum et alleatum[10]!' Quod verbi offendiculum in multorum faucibus ad omnium mulierum, precipue matrum, obprobrium volvebatur. Sed, ne aera coinquinent, hanc materiam omittentes, ad ea que Anglicam contingunt historiam calamum adaptemus.

Iterum in quindena pasche congregati sunt magnates Anglie Lon- 1254. Apr. 26. doniis. . . . Per tres septimanas iam Londoniis inaniter expectantes adventum comitis Ricardi. . . . . .

De miseria Iudeorum. Diebus quoque sub eisdem post pascha, citra dies tamen Apr. 12. Mai. 17. rogacionum . . . exegit ab eis comes Ricardus ad opus regis quam plurimum indigentis pecuniam non minimam. . . . . .

Item alius impetus bellicus inter Francos et Alemannos[11]. Tempore quoque sub eodem facta est irrupcio hostilis inter Francos et Francorum fautores ex una parte et Alemannos et eorum fautores, quorum maximus fuit Willelmus de Holande, rex Alemannie, ex altera. Frisones, qui neutraliter se habebant, a Willelmo de Holande hostiliter impetuntur; intimatum enim erat ei, quod ei insidiabantur; ipsi autem per fugam vix sunt elapsi. . . . . . .

Litere super hoc[12] perpetue. . . . *Teste R. comite Cornubie, fratre nostro, apud Westmonasterium,* 13. *die Octobris, anno regni nostri tricesimo octavo*. . . . He littere testi- Oct. 13. moniales sunt libertatum Sancti Albani, sigillate minori sigillo, quia rex tunc in partibus agebat transmarinis, regno existente sub custodia comitis Ricardi et regine. . . . . . .

Obiit Henricus, filius Fretherici imperatoris, nepos regis Anglie. 1253. Eodem anno, mense Maii[13] obiit spes Anglorum et gloria, Henricus*, vir desideriorum, mire speciei adolescens, filius Romanorum imperatoris Fretherici et imperatricis Ysabelle, sororis regis Anglie. Interiit autem, prout ab emulis Conradi regis Sicilie asseritur, ipso

*) *Ad calcem pag. in c. praecedentis depictum est inversum scutum palo in duas partes divisum, quorum altera rubra tres leopardos aureos, altera aurea aquilam bicipitem nigram exhibet; omnia animalia sunt dimidiata.*

a) ante hec mortui erant *vel similia verba suppl. velit Luard.* b) aliquot *legi potest in c. cum Wats.* c) complicibus *suppl. Lu.* d) Francorum *iterum add. c.* e) *superscr. c.* f) I. *c.* g) vel p. *in marg. c.*

1) Ottocarus supradictus. 2) Henricus de Silesia. 3) V. supra a. 1241. 4) Henricus. 5) Obiit a. 1231. 6) Haec postquam Willelmus a. 1256. a Frisonibus occisus est adinvenisse videtur auctor. 7) Iterum alio modo de pugna Westkapellensi loquitur; ibi enim Guido et Iohannes de Dampierre capti sunt. 8) Error. 9) Potius pacem quaesivit, ut filii redimerentur; cf. Ficker nr. 5167 a. 10) I. e. allio conditum. 11) Quid hic dicat, nescio, ni forte aliquid de bello a Carolo Andegavensi pro Flandrensibus Hannoniae a. 1253 ex. illato audierit noster. 12) De multa S. Albano remissa. 13) Error; potius m. Dec. a. 1253. Cf. Ficker nr. 4616 c, ubi haec disseruntur.

1253. rege Conrado procurante*. Quod non est credibile nec videtur, cum idem rex ipsum Henri-
cum affectu fraterno dilexisset et in eum argumenta dileccionis fraterne protendisset; sicut
1254. idem rex in responsionibus suis probabilibus[1] asseruit[b], quando pape graviter eum accusanti
respondit, dicens, quod in eius obitu partem sui corporis reputat amisisse potissimam. Sed
re vera quidam flagiciosissimus Iohannes Maurus[2] ipsum pocionatum et adhuc sub morte
palpitantem quodam manutergio sugillavit. Rex autem Conradus post mortem dicti fratris
sui nunquam ut ante vultum ostendit serenum[3].

1253. **Gravis dissensio oritur inter papam et Conradum regem Sicilie.**
Iun. Eodem anno, mense Iunio[4] orta est gravissima dissensio inter dominum papam et Conra-
dum regem Siculorum. Oderat enim eum papa, licet infirmatus et ab episcopo Lincolniensi
Roberto acriter correptus, sed minime correctus. Et accusavit eum papa immisericorditer,
cf. Hor. Carm. II, 1, 7. odio Fretherici fomitem ministrante, quia nec adhuc sine igne cinis erat, in multis articulis
— rex autem singulis respondit moderate, constanter tamen inficiando —; imposuit enim ei,
quod hereticus extitit et homicida et clavium ecclesie contemptor, fecitque, ut asseruit
papa, celebrari divina in interdicto; et quod quendam Fredericum[5], nepotem suum, veneno
interfecit et Henricum, fratrem suum, per Iohannem Maurum prius veneno et, cum moram
faceret, ut moreretur, quodam manutergio suffocavit. Sed hoc finxit papa[6], ut dicitur, ut
sic regem Anglie contra ipsum Conradum excitaret provocatum. Obiecciones autem papa-
1254. les[7] et responsiones Conradi in Libro additamentorum poteris, si volueris, ad signum
anchore rubee reperire*. ⚓ . . . . . .

**Venientes de nundinis Sancti Botulfi[8] retulerunt idem quod in Anglia accidit etiam in partibus orientalibus accidisse.** Circa idem tempus negocia-

*) *Ed. Luard VI, p. 299:*

⚓ **Responsio Conradi regis Sicilie acusati ad papam.** *Sic*[c] *respondit procurator domini Conradi in presencia domini pape et fratrum suorum, senatoris*[9] *et concilii ad articulos datos contra ipsum, cum esset ad hoc specialiter vocatus. Hec omnia proponunt citra formam iudicii, cum nunquam fuerit dominus rex citatus, sed tanquam zelator*[d] *fame sue ad solum rumorem miserit pro sua innocencia ostendenda. Primum. Quod, regno Sicilie interdicto supposito, et rege anathematis vinculo innodato, facit sibi celebrari divina et regni ipsius clericos ad celebrandum choercet, claves ecclesie contempnendo; quod cum non careat scrupulo heretice pravitatis, de heresi et heresis suspicione intendit inquirere contra eum. Responsio ad hoc: Quod dominus rex in contemptu clavium nunquam sibi vel aliis celebrari divina mandavit vel immiscuit se divinis; sed, cum ipsum in nullo conscientia remorderet nec remordeat, quod contra sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam, matrem suam, cogitasset aliquid vel egisset, posito, quod aliquando divinis interfuit — quod non fatetur —*[e] *in contemptu clavium sue*[f] *fidei, ut falso sibi impingitur, sed ob fervorem amoris fidei christiane omni devocione, reverentia et honore ut verus christianus et princeps catholicus poterat interesse, pro cuius fidei orthodoxe irrefragabili veritate et caritate, cum necesse fuerit, paratus est exponere se et sua. Addit etiam, quod, eo in Germania existente, et postquam venit in regnum, per nuncios aut per literas de excommunicacione, que lata proponitur contra eum, monicio, denunciacio aut citacio non pervenit ad eum. Nec obstat ei, quod dicitur fuisse anathematis vinculo innodatus, cum ante excommunicationem aliquam — si qua contra*[g] *processit, quam ignorat — idem dominus rex, Dei timore accensus, dubitans, ne*[h] *ad instantiam et falsam suggestionem proditorum et emulorum suorum et etiam patris sui, qui ad summum pontificem se contulerant post detectam prodicionem et coniuracionem, quam in necem contrectaverant patris sui, et falsa contra ipsum dominum regem cotidie confingere*[i] *cessabant, coram suis proceribus tam in Germania quam in regno a quocunque gravamine legitime appellaverit et appellationem*[k] *ipsam per suos sollempnes nuncios fecit sollempniter publicari, sicut oportuno tempore probare poterit per legitima documenta. Unde*

a) *in marg. c.* b) *superscr. c.* c) *manu socii Mathei c.* d) relator, *sed in marg.* zelator *c.* e) non *supplendum.* f) *pro s. f. forte* sic fecit *emendandum.* g) eum *supplendum.* h) fieret *vel simile verbum suppl. videtur;* factum sit *suppl. Lu.* i) non *suppl. Lu.* k) appellatione ipsa *c.*

1) Quas v. infra p. 343. 2) De hoc cf. supra p. 336, n. 5. et Thom. Tusc., SS. XXII, p. 516. 3) *Doloris vix de corde nostro signa transibunt* scripsit Henrico III (Ficker nr. 4626), quae Matheus forsitan legerit. 4) A. 1253, Iun. 18. Neapolim obsidere coepit Conradus IV. 5) Filium Henrici (VII), de cuius morte cf. Ficker nr. 4616 c. 6) Innocentius IV. a. 1254, Mai. 15. scripsit Henrico III. de Henrico *nepote tuo impie, ut asseritur, sublato de medio;* Potthast nr. 15369. 7) Has ante Henrici mortem, responsiones autem postea fere m. Ian. 1254. scriptas esse, ex ipsa tabula perspexit Ficker nr. 4625. Quae Anglis forsitan per Thomam Sabaudiensem missa est, utpote qui tunc pro Conrado (supra a. 1252), m. Maio pro Henrico III. (Potthast nr. 15416) apud papam intercesserit. 8) Boston. 9) Brancaleonis.

tores regis venientes[a] de nundinis[b] Sancti Botulphi affirmaverunt, quod orientales, videlicet 1254.
quos Estrichales[1] et Gutlanenses[2] appellamus, idem[3] de maribus Orientalibus[4] accidisse[c] sunt[d] perpessi, que litora per multa spacia occuparunt, terminos consuetos transgredientia.

---

*post appellationem suam legitimam si processum fuit, processum fuit indebite contra ipsum; nec credit se in aliquo ligari. Ad id autem quod sibi impingitur, videlicet quod regno interdicto, quod dominus*[e] *non fatetur, compulerit clericos celebrare divina, taliter respondetur: Quod, eo veniente in regnum, invenit clericos celebrantes, et, prout ipsos invenit, sic eos celebrare permisit, nullam alicui propter hoc correpcionem vel violentiam inferendo. Posito tamen, quod super hoc alique litere contrarie apparerent, dicit eas de sua conscientia minime emanasse, sicut apparet evidenter per literas missas iusticiariis et officialibus omnibus regni, quam cito id ex fabuloso colloquio ad*[f] *eius pervenit noticiam — quod idem probare vult tam per ipsas literas quam per legitima documenta —, ut nullus eorum aliquem clericum compelleret celebrare divina contra voluntatem suam. Ad aliud capitulum quod opponitur subsequenter, quod in terris Lombardie adherentibus et faventibus sibi publice heresis predicatur, respondetur sic: Quod semper persecutus est dominus rex hereticos quarumlibet sectarum in Alemannia, quamdiu moratus est ibi, et postquam venit in regnum; et*[g] *paratus eos persequi tam in Lombardia quam alibi, tanquam princeps catholicus et christianissimus, dolens quam plurimum, quod non potest eos persequi cum effectu in partibus Lombardie; sed, ut constat publice toti mundo, Mediolani, Brisse et Mantue predicatur publice heresis, quia, salva reverencia presidentis, dicuntur ecclesie filii speciales. Ad aliud capitulum, quod dicit, quia favet Eccelino*[h] *de Romano, quem dominus papa pro heretico reputat, sicut ponit, respondetur sic: Quod semper dominus*[e] *hereticos*[i]*, nec unquam novit eum hereticum esse, nec fuit; nec favet ei tanquam heretico*[k]*. Ad aliud vero, quod nequissime et falsissime ponitur, quod, sanguinis federe violato, toxicari fecit Frethericum*[5]*, nepotem suum, licet non videretur neccessarium respondere ad tam manifestissimam et apertissimam falsitatem, tamen, ne simplices et vulgus, quod de facili credere consuevit, aliud crederet quam deberet, dicit dominus rex: Quicquid super hoc per quemcunque sibi opponitur, penitus esse falsum, rite*[l] *probabit. Ad aliud capitulum consimilis falsitatis, quod contra naturale amoris vinculum Henricum, fratrem suum, detinet captivatum, dominus rex respondet: Quod nunquam dictum fratrem suum tenuit captivatum*[6]*, immo tractavit eum honorifice et dilexit ut fratrem et, si hodie viveret, faceret illud idem; sed Dominus, in cuius manu sunt omnium potestates et omnium corda regum, prout sibi placuit, de huius mundi ergastulo ipsum* cf. Prov. 21,1.
*ad eternam patriam revocavit; in cuius obitu partem sui corporis reputat diminutam. Super eo vero quod in ipsorum capitulorum serie subsequenter adiungitur, quod bona ecclesiarum vacantium et non vacantium ac domus Templi, Hospitalis et aliorum religiosorum in regno occupavit et detinet occupata, prelatos et rectores in ecclesiis ipsis canonice institutos non permittens in ipsis ecclesiis residere, alios preficiens in eisdem, respondetur: Quod bona ecclesiarum cathedralium vacantium et non vacantium in regno suo nec occupavit nec detinet occupata, sed in ecclesiis ipsis vacantibus ipsius regni ratione antique dignitatis competentis sibi et predecessoribus suis tantum utitur iure suo, faciens bona eadem per procuratores suos idoneos comode procurari; quod si videtur absonum apostolice sedi, contentus est dominus rex illo iure in predictis ecclesiis vacantibus, quo nititur*[m] *rex Francie et Anglie in ecclesiis vacantibus regni sui. Ad hoc autem quod dicitur, quod de bonis Hospitalis et Templi facit dissipaciones, taliter respondetur: videlicet quod bona predictarum domuum nec occupavit nec detinet occupata, sed, si aliquis de dictis domibus velit conqueri de domino rege, paratus est ei facere omne iusticie complementum. Idem respondet de bonis aliorum religiosorum locorum. Ad id vero quod subdit, quod prelatos et rectores institutos canonice in ecclesiis regni non permittit residere in ecclesiis ipsis, sed alios preficit in eisdem, taliter respondetur: Quod nullum in ecclesiis ipsis institutum canonice abiecit nec prohibuit in ipsis ecclesiis residere; dicit, quod in ecclesiis ipsis nullum prefecit, sed in ecclesiis vacantibus, sicut dictum est, bona ipsarum facit per procuratores idoneos comode procurari, prout competit ex antiqua consuetudine dignitatis, quam habet in ecclesiis vacantibus regni sui. Ad aliud autem quod dicit, quod, cum regnum ipsum sit sedis apostolice, dominus rex plura gravia presumpsit contra Romanam ecclesiam et presumit, duras et abhominabiles exercens ibi sevicias et alia pessima et enormia, propter que, si etiam dictum regnum pertineret ad eum, deberet inde illo privari, respondet dominus rex: Quod in regno Sicilie tanquam hereditario regno suo, quod a predecessoribus suis a tempore quo non extat memoria ad*

a) venienientes *c.* b) nunciis *c.* c) *cum sententia corrigeretur (v. n. seq.), delendum erat; omittunt edd.* d) s. p. *in marg. et superscr. c.* e) rex *suppl. Luard.* f) ex *c.; corr. Lu.* g) est *supplendum.* h) Eest', *sed in marg.* ecce *c.* i) odit *suppl. Lu.* k) hereticus *c.* l) r. p. *alia m. scr. c.* m) utitur *(v. l. 39) emendandum.*

1) Privilegium Henrici III. mercatoribus de Esthonia a. 1241. datum laudat Pauli III, p. 844. 2) De Jütland cogitavit Luard; mihi potius Gothland dici videtur. Privilegium mercatoribus de Gothland a. 1237. datum habes ap. Rydberg, 'Swerges Traktater' p. 179. 3) In auctoris schedis autographis quaedam de inundatione Anglica praecessisse videntur. 4) 'Ostsee'. 5) V. p. 342, n. 5. 6) Cf. Ficker nr. 4616 c.

1254. Et quod mirabilius fuit, ubi mare a litore remotum consuevit esse profundum et altum, amota aqua, apparuit arida harenosa, quasi insula, locus videlicet, qui nunquam antea solaribus radiis
Ps. 103, 9. fuerat illustratus[a]; ut videretur cassatum quod in psalmo legitur de mari: *Terminum statuisti*[b] *ei, quem non transgredientur*, scilicet aque; sed demus aliquid Deo posse, quod non est huma-
Luc. 21, 25. num nosse. De talibus autem signis nos Dominus premunivit, dicens: *Erunt signa in sole* etc.

Redit rex Francie de partibus transmarinis. Sub eisdem temporibus,
Iul. 11. videlicet in festo translationis sancti Benedicti, venit rex Francie de Terra Sancta, sed invitus. Vocaverant enim ipsum eius magnates urgentissime, ut precipue pacificaret[1] illud maledictum discidium, quod infeliciter muliebris procacia[2] suscitaverat, et plus quam centum hominum milia peremerat, pupillos orbaverat et matronas viduaverat, sed et spaciosam patriam quasi in desertum redegerat. Rex autem cum insidias aliquorum hostium suorum supra mare degentium, Deo protegente, evasisset prospereque applicuisset in partibus Marsilie[3], que non multum distant a Monte-Pessulano, ubi floret phisica, vexatus a mari, ibidem[4] paulisper, ut respiraret, quiescens commorabatur, dicens se non adhuc peregrinacionem suam[c] terminasse, sed ad horam suspendisse — unde crucem adhuc in propatulo baiulabat[5] —, stimulantibus autem suis proceribus, ad regnum suum venire festinabat. Vix enim breves treugas rex Alemannie, Willelmus scilicet Holande[6], quin in Flandrenses et Francos et eorum benivolos irrueret cum suis Alemannis impetuosis, admisit et tenebat. Pius autem Francorum rex post pericula transmarina, marina et cismarina, labores et erumpnas in regnum suum veniens, honorifice, ut decuit, ac reverenter est susceptus. Et ilico tractatum habuit, quomodo Gallie conterminos hostes vel edomaret superando vel mediante iusticia pacificaret. Sed nequivit sine diligenti et diffuso tractatu tot cum turbinibus sedare tempestates. . . . . . .

De quibusdam nobilibus Grecis qui venerant ad curiam Romanam. Tempore sub eodem, scilicet in estate, venerunt quidam nobiles et potentes de imperio Grecorum, vestiti optimo examito[7], insidentes equos optimos, cum summariis circiter quinquaginta et cum familia copiosa optime parata. Et convenerunt dominum papam verbis asperrimis, imponentes ei, quod enormiter erravit in fide, et cum eo et per eum omnes Latini, qui dicunt Spiritum sanctum[d] procedere a Patre et a Filio. Qui tantum a Patre procedere secundum Grecorum probacionem et approbacionem affirmatur[d]. Et hic est error antiquus Grecorum, quem improbant et reprobant Latini, fortius rationibus et auctoritatibus roborati, quas prolixitas prohibet recitare. Deceptabant insuper, si sit idem processio et missio vel differant, quod disputacionibus relinquimus discuciendum.

---

*eum legitima successione et continuata possessione pervenit, nulla gracia presumpsit contra Romanam ecclesiam nec presumit nec sevicias aliquas exercuit vel excercet, sed cum*[e] *regnum ipsum in bono et pacifico statu gubernans, omnibus indifferenter monstrat iusticie complementum. Ad hoc autem quod dicit, quod attemptat multa contra Romani imperii dignitatem, respondet*[f] *dominus rex, quod contra Romani imperii dignitatem non attemptavit aliquid nec attemptat, sed, cum sit in Romanum regem electus legitime, prout plene constat per legitima documenta, in eodem imperio utitur iure suo. Ad aliud quod vult et petit dominus papa, ut omnibus volentibus ire ad deponendum*[8] *contra dominum regem*[g] *inquisicionem, quam intendit facere contra ipsum super capitulis supradictis*[h]*, dominus rex respondet: Quod, cum nullo modo inquisicio super premissis debeat de iure procedere contra ipsum — eo quod causa, propter quam in talibus inquisicio debeat fieri, non precessit, videlicet fama publica, que a bonis et gravibus ortum habuerit, et non semel, sed sepius, nec ab emulis et inimicis, prout iura canonica*[9] *et civilia insinuant manifeste —, non tenetur dominus rex securitatem petitam prestare, quia sic videretur annuere et consentire inquisicioni, que de iure non debet fieri contra ipsum. Subest etiam alia causa, que iuste movet et movere debet dominum regem, quod petitam securitatem prestare non debeat,*
cf. 2.Cor. 11,14. *quod, cum angeli tenebrarum frequenter in lucis angelos se transforment et sub pretextu liciti illicita committere non verentur, occasione huiusmodi possent alia tractare latenter, que domino regi essent onerosa plurimum et dampnosa.*

a) illustratum *c.* b) posuisti *Vulg.* c) non *iterum add. c.* d) *superscr. c.* e) *delendum.* f) respond *c.* g) ad *sive* propter *supplendum.* h) securitatem prestet *vel verba similia mihi suppl. videntur.*

1) De Ludovico IX. ad pacem faciendam reduce cf. Wallon, 'Hist. de Saint Louis' II, p. 407. et supra p. 338. 2) Margaretae Flandrensis. 3) Applicuit Hyères ad Iul. 10. et Aquas, Belliquadrum, Podium profectus est. 4) Haec alibi non habentur. 5) Cf. Faure, 'Hist. de S. Louis' II, p. 117. 6) Willelmum minime bellum Franciae inferendum molitum esse, iam supra p. 340, n. 13. monui. 7) Panno holoserico (ἑξάμιτος). 8) I. e. testandum. 9) Cf. e. g. Gratiani Decr. II, C. 3, q. 5.

Simoniam tamen et usuram manifestam curie Romane dicebant[a] inherere, quod signis vole- 1254. bant et exercitacionibus evidentissimis comprobare; quod enim fama generalis per circuitum consperserit, veritati contrarium esse vel humane saltem credulitati vix poterit. Verumptamen, quod pium est credere, talia pravorum consilio operata papali non sunt discrecioni reputanda.

Nota. Veruntamen examinati de articulis fidei et sacramentis, satis tolerabiliter responderunt, et ubi vacillabant, instruccionem aliqui benigne admiserunt. Papa autem dedit ipsis vestes preciosas, videlicet de scarleto cum pellibus cisiminis et zonas sericas repagulatas[1] argento et auro et preciosa firmacula, unde merito poterant superbientes gloriari.

**Quomodo papa Innocencius optulit regnum Sicilie regi Anglorum ad opus Edmundi, filii sui.** Diebus sub eisdem, cum magister Albertus ad curiam 1253. Romanam perveniens nunciasset pape, quod nullo modo poterat comitem Ricardum flectere ad consensum, ut regnum Sicilie et Apulie sibi oblatum vellet recipere et se ipsum et omnia sua ambiguis casibus exponere, nisi primo papa sibi de suo genere optimos prestaret obsides de securitate fidelitatis et preterea iuvaret eum de aliqua quantitate pecunie in negocio marcio illo exponende et insuper traderet ei quedam castra, que papa in confiniis habebat, ut secura inveniret sibi receptacula, papa autem[b] hoc videns sibi esse difficile, respondit: 'Nolumus tot subiacere conditionibus'. Cui magister Albertus: 'Comes mihi dixit: "Si sic non feceris, ut prelibatum est, idem est sic dicere, acsi quis diceret: "'Vendo vel do tibi lunam, ascende et apprehende eam'! At papa considerans[c] suam in dicto comite admonicionem non valere, subiunxit: 'Non curamus cum ipso confederari vel aliquid commune habere'. Cum igitur certificaretur[2] papa, quod frustra[d] iecisset rete ante cf. Prov. 1,17. oculos pennatorum, missis secretis nunciis[3] ad dominum regem Anglie, ut simplicitatem 1254. eius circumveniret[4], quoniam sciebat semper ad dampna propria pronum et credulum, optulit et concessit ei regnum Sicilie et Apulie: et ad hoc adquirendum iuvamen prestaret tale, quale poterat sine aliquo gravamine. Retorqueret enim omnes crucesignatos[5] a principali eorum proposito, videlicet ne transfretarent in Terram Sanctam, sed omnes communiter regem Anglie sequerentur et iuvarent Siciliam et Apuliam adepturum. Unde hec audientes Templarii et Hospitalarii, patriarcha[6] Ierosolimitanus et omnes Sancte Terre prelati et incole, qui hostibus Christi opponuntur et iam peiora formidabant, usque ad mortem doluerunt, Romanas fallacias detestantes. Rex autem de promisso papali umbratili adeo exhilaratus est, et adeo dilatatum est cor suum inani gaudio, quod voce, gestu et risu exultacionem protestans, filium suum Edmundum regem Sicilie palam vocaret, credens profecto se iam de ipso regno subarratum. Nuncius vero papalis instillavit auribus eius, ne hoc archanum divulgaret, ne videlicet ad noticiam amicorum suorum, qui pedicas Romanas congnoverant, perveniret, et sic premuniretur. Rex igitur, quicquid de thesauro suo, quicquid de scaccario, quicquid mutuo potuit a fratre suo comite Ricardo recipere, quidque poterat a Iudeis abradere, quicquid de rapinis iusticiariorum itinerantium valuit extorquere, misit pape, ut Conradum impugnaret et omnes suos Siculos et Appulos expungnaret. Conradus autem rex doluit, quod rex Anglie in retiacula Romane curie cecidisset, et grates retulit comiti Ricardo[7], quod se non permiserat irretiri, significans ei[e], quod sapienter fecisset et quod, non confisus in verbis papalibus et pecunie thesauris, se a temeraria presumpcione retraxisset[f] prudenter; quia, ubi comes habuit unum argenteum, rex Conradus unum aureum poterat invenire[g] exponendum. Papa autem, pecuniarum multitudine saginatus, erectus est in confidentiam. Et infinitum quem congregavit excercitum de conducticiis stipendiariis ducatui et regimini Octoviani cardinalis[8] commisit et copiose

a) dicebant — reputanda *in loco raso c.* b) autem — difficile *in loco raso c.* c) considerans — valere *in loco raso c.* d) frustra — oculos *in loco raso c.* e) eo *add. superscr. c.* f) *superscr. c.* g) invenire *c.*

1) 'Geschlossen' vel (a *paillette* Gall. 'plättchen, flitter') 'besetzt'. 2) Cf. supra p. 332. 3) Hi, de quibus nihil compertum habemus, fere a. 1254 ineunte missi videntur; Albertus enim legatus iam Mart. 7. Edmundo regnum Siciliae contulit (Rymer I, p. 297), quod Innocentius IV. Mai. 14. confirmavit; Potthast nr. 15364. Ap. Rymer p. 301—304. exstant duodecim epistolae m. Maio de negotio Siculo in Angliam missae. 4) Similia iterum a. 1258. narrantur. 5) Cf. Rymer p. 304: *Innocentius regi Anglie. Dilecti filii tui nuncii peticrunt, ut commutare votum* sacri itineris *in auxilium ecclesie pro negotio Sicilie curaremus. Annuemus votis tuis. Assisii* 2. *Kal. Iun.* 6) Robertus. 7) Epistola a Conrado IV. Ricardo data non exstat. 8) Diac. S. Mariae in Via Lata; sed demum Alexandro IV. *electo, Guillielmus legationem* Siculam *resignavit, et subrogatus fuit Octavianus*; Barth. Ian., SS. XVIII, p. 233.

1254. sterlingos distribuit, et cum defecissent, significavit regi, quod defuit illi pecunia. Rex autem instinctu[a] diaboli et avaricie rescribens pape, mittens[b] ei literas patentes obligatorias, regio sigillo consignatas, ut sufficienter, immo habundanter, mutuo caperet a mercatoribus Ytalicis, nec timeret thesauri quantitatem vel usurarum multitudinem: ipse enim omnia plene adquietaret; et se ad[c] hoc obligavit sub pena exheredacionis. Papa autem hiis omnibus consenciens, hoc mandatum acceptavit; si bene fecerit, iudicet iudex omnium iudiciorum Dominus, cui cura est de omnibus; non autem meum est facta papalia iudicare. Fecit igitur quasi edicto imperiali vel regali publice acclamari, ut omnes qui desiderabant opima stipendia recipere venirent ad papalem excercitum; habebat enim iam, quem mutuo receperat ab usurariis Ytalicis, thesaurum inestimabilem[d]. Confluebat igitur ad stipendia papalia Ytalicorum ignobilium multitudo copiosa, qui desides et imbelles necnon et infideles nulli domini regis Anglie vel etiam papali comodo, sed tantum denariis degluciendis intendebant, prout rei exitus comprobavit.

De morte regis Siculorum Conradi. Rex igitur Conradus*, potenter se opponens, exhortatus est suos naturales commilitones et indigenas regionum illarum, ut stent viriliter et pugnent pro patria sua nec colla subdant dominis alienis; et excercitum papalem diatim diminuit et enervavit. Sed amor denariorum Anglicorum[1] hostium[e] multitudinem generavit. Papa enim burse[2] regis minime pepercit et infinitam pecuniam consumpsit, cupiens regem Siculorum expugnare et regem Anglie[f] in predictum dominium subrogare; omnes tamen voluit a corona removere[g] et solum Edmundum creare, et[h] de ipso et hiis que ipsius forent tanquam de creatura sua secundum sui arbitrii faceret voluntatem. Interim papa non mediocriter diffamavit regem Conradum, imponens ei enormia crimina, scilicet cedem fratris sui Henrici, ut sic provocaret regem Anglorum et omnes Anglos contra eum, et quod contemptor extitit clavium ecclesie, et multa alia que non oportet recitare; scripta autem sunt in Libro additamentorum et in hoc pretacta[3]. Rex igitur Conradus irrupciones hostiles, comminaciones, obprobria pape sustinens et diffamaciones, cepit supra modum contristari et gravi dolore contabescere et, ut dicitur, veneno propinato[4] impellente, gravi[i] dolore cepit contabescere et letali lecto decumbere; dicebatque: 'Ve mihi misero, ve ve mihi miserrimo, ut quid me fudit mater mea e gremio? Ut quid pater meus me genuit, tot erumnis exponendum? Ecclesia, que mater patri meo et mihi
cf. Eccli. 23,19. esse debuit, pocius novercatur. Imperium, quod ante Christi nativitatem usque nunc floruit, modo[e] marcescit et datur lethee oblivioni'. Maledicens ergo diei nativitatis sue, miseram et afflictam animam exalavit.

Exultat papa de morte Conradi regis. Quo audito, papa de morte eius certificatus[5], cum magno cordis iubilo, oris risu et vocis exultacione, ait: 'Gaudeo plane, et gaudeamus universi ecclesie Romane alumpni, quia iam sublati sunt de medio duo maximi inimici nostri, unus ecclesiasticus, alter secularis, episcopus Lincolniensis Robertus et rex Siculorum Conradus'. Obiit autem memoratus rex Conradus mense Iunii[6]. Et ilico papa ad ulteriores partes Apulie se transferens, totum fere regnum illud sibi subdidit in brevi et usurpavit. Quod videntes optimates illius regionis, que quondam ducatus extitit, indignati sunt vehementer, et suscitantes quendam filium Fretherici naturalem nomine Mem-
Matth. 27,64. fredum**, adheserunt ei, facientes ei homagium tanquam domino et ligantiam. Et factus est error novissimus peior priore; et insurexerunt pape hostes redivivi.

Aug. 16. Missi sunt duo monachi[7] de Sancto Albano Romam. . . . Iter arripuerunt in crastino assumpcionis beate Marie et prospere redierunt.

De sterilitate terre pro maris transgressu. . . . Mare enim, ut predic-

*) *In marg. depicta sunt inversa corona et scutum aureum, quod exhibet aquilam bicipitem nigram.*

**) *In marg. inf. depictum est:* Scutum principis M., *quod exhibet aquilam nigram bicipitem, trabe ad libram directa dimidiatam. Subscripta sunt minio:* Mortuo Conrado, filio Fretherici imperatoris, suscitatur Memfredus, filius eiusdem Fretherici naturalis, in ecclesie Romane persecucionem.

a) instincti diabili c. b) misit *corr. Luard.* c) ad hoc *superscr. c.* d) inestimalem c. e) *superscr. c.* f) Anglie — solum *in loco raso c.* g) romovere c. h) ut *emend. edd.* i) *sic iterum c.*

1) Pecuniam post Edmundum regem creatum in Anglia collectam ante Conradi mortem Romam adportatam esse vix credas. 2) Crumenae. 3) P. 342, ubi etiam tabula, cuius hoc loco mentio fit, ex Libro addit. edita est. Ex eadem sumpta sunt quae hoc loco dicuntur. 4) Hic rumor, falsus ut videtur, alibi quoque commemoratur; cf. Ficker nr. 4632a. 5) Conradum obiisse, scripsit Henrico III. Mai. 31. et Iun. 9. 6) Potius Mai. 21. 7) Qui sine dubio res tunc in imperio gestas Matheo retulerunt.

tum est[1], omnia latera et litora terrarum vicinarum occupaverat tempore hiemali, ita quod nec fruges poterant apparere. . . . Flandria quoque et omnia loca maritima eadem toleravere dispendia. . . . . . 1254.

Comitissa Cornubie pergit obviam venientibus. Quod audiens comitissa Cornubie, videlicet quod rex Anglorum simul cum regina, sorore sua, foret transiturus[2] per regnum Francie, et quod regina Francorum, altera soror eius, venientibus occursaret transmigrantibus, ex indultu viri sui, comitis Ricardi, ut sorores visitaret, multo ac nobili stipata comitatu transfretavit, ne inferior condicio sua sororum condicione videretur. Erant nempe fere omnes qui eidem assistebant et concomitabantur milites preclari in equis optimis et ornate faleratis et preciose in vestimentis redimiti, et comitatu numeroso, ita ut in conspectu Francorum admiracione digni ac spectabiles viderentur et nobilissimi censerentur. . . . . .

Set, ne veritas pariat inimicos, quod frequenter contingit, ista[3], licet vera et manifesta, sub dissimulacione pretereantur. Dura enim est condicio historiagraphorum[a]; quia, si vera dicantur, homines provocantur; si falsa scripturis comendantur, Deus, qui veridicos ab adulatoribus sequestrat, non acceptat.

Rex nimis indiscrete se suumque regnum obligat pape. Ipso quoque eodem tempore rex secus quam deceret aut expediret se suumque regnum sub pena exheredacionis, quod tamen facere nec potuit nec debuit, domino pape obligavit ad solucionem tocius thesauri, quem in expedicione sue guerre pro ipso rege magnifice inchoate foret expositurus; ne quomodolibet omitteret, desperans de quantitate pecunie, quin ceptis insisteret et omnes pium propositum eius impedientes reprimeret: ipse enim rex omnia ei habundanter neccessaria ex inexhausto Anglie puteo ministrabit. Unde papa, nulla gerens super Anglia viscera pietatis, large, immo prodigaliter, mutuo pecuniam ab Ytalicis usurariis, quos mercatores vocant, accepit, quam, ipsomet papa extorquente, et rege emungente, Anglia, ultime servitutis pedissequa, solvere cogeretur. Sed iusto Dei iudicio tota illa innumerabilis pecunia rapta et predata penitus nullum vel pape vel regi comodum suscitavit, sicut sequens sermo suo tempore plenius elucidabit[4]. O quam laudabilius, quam virtuosius credidit et senciebat in fide, qui tamen fide caruit, ille ethnicus et paganus poeta, dicens:

*Non habet eventus sordida preda bonos!* Ov. Amor. I, 10, 48.

De morte Innocencii IV. pape. Tempore quoque sub eodem, in crastino videlicet beati Nicholai, obiit papa Innocencius quartus apud Neapolim, duplici incomodo sauciatus. Postquam enim episcopus Lincolniensis Robertus in visione nocturna cuspide baculi sui pastoralis ipsum in latere iratus pupugit et impetuose, ut predictum est[5], impegit, pleuresi laboraverat irremediabiliter; et postquam excercitus suus a Conrado adversario suo victus est[6] et dissipatus, nunquam postea mente vel corpore prospere egit, sed ad mortem sensim declinavit. Iste semivivus, iamiam tamen moriturus, cum videret consanguineos suos circumastantes lugere, plangere et, ut moris est ibi, ululare et vestes et capillos discerpere, ille sullevans oculos in morte natantes, ait: 'Quid plangitis miseri? Nonne vos omnes divites relinquo? Quid amplius exigitis?' Et hec dicens, districtum Dei iudicium subituram animam exalavit. Dec. 7.

Quedam visio terribilis de eodem papa. Accidit autem eadem septimana qua papa Innocentius quartus migravit ab hoc seculo, visio quedam nocturna mirabilis cuidam cardinali, cuius nomen supprimitur ad cautelam. Videbatur enim sibi, quod fuerat in celo coram maiestate Domini sedentis pro tribunali, a cuius dextris stabat beata virgo, mater eius, a sinistris vero quedam matrona nobilissima, corpore et habitu venerabilis — que extento brachio supra manum sinistram deferebat quasi templum, et scribebatur in fronte templi illius literis aureis: 'Ecclesia' —, coram vero Maiestate incurvatus Innocentius IIII, iunctis manibus et erectis, flexisque genibus, petens veniam et non iudicium. Nobilissima autem mulier ait ex adverso: 'Iuste Iudex, recte redde iudicium! Accuso enim eum super tribus. Primo: cum in terris ecclesiam fundasses, libertatibus eam donasti, que

a) *sic c.*

1) V. supra p. 344. 2) Scil. *de Wasconia in Angliam.* 3) Scil. damna ecclesiarum Anglicarum a papa et rege extraneis commissarum. 4) Infra p. 352. 5) Supra p. 337. 6) Quae de rebellibus a Conrado a. 1252 sq. subiectis audierat in victoriam ipse adauxisse videtur Matheus.

1254. a te ipso processerunt; hic vero eam reddidit ancillam vilissimam. Secundo: fundata est ecclesia salus peccatorum, ut scilicet lucrifaceret animas miserorum; hic vero fecit eam[a] mensam nummulariorum. Tercio: fundata est ecclesia in fidei firmitate, iusticia et veritate; hic vero fidem et mores fecit vacillare, iusticiam subvertit, veritatem obumbravit. Iustum ergo iudicium redde mihi!' Ait autem Dominus: 'Vade et[b] pro meritis tuis mercedem apprehende!' Et sic ablatus est. Cum vero ex terrore sententie evigilasset cardinalis clamans, effectus est quasi extra se, ut omnes sui dicerent ipsum furere; tandem mitigato dolore, visionem suam plenius cepit enarrare, et publica facta est in partibus illis. Ista visio, nescitur si fantastica, multos perterruit et — utinam cum effectu! — castigans emendavit[c].

**Creatur alius, videlicet Alexander IV.*** Sullato igitur de medio Innocencio IIII. papa, subrogatus est alius, vir, ut aiunt, satis beningnus et bene religiosus, assiduus in oracionibus, in abstinentia strenuus, sed sibilis adulantium seducibilis et pravis avarorum suggestionibus inclinativus, episcopus[d] videlicet Hostiensis[1], nepos Gregorii pape pridem defuncti, qui ipsum in episcopatum promoverat; et vocatus est Alexander, videlicet quartus.

**Scribit papa ecclesiarum prelatis universaliter, ut orent pro ipso.** Scripsit autem in principio creacionis sue cunctis ecclesiarum prelatis, postulans humiliter, ut orarent pro ipso[2], ut Dominus daret ei potestatem, gratiam et voluntatem ecclesiam Dei congrue gubernare et vicarius Dei et Petri successor competenter apellari. In quo facto novo — alii enim eius successores nihil tale fecerunt — multorum corda in spem erexit meliorem. Veruntamen a collateralibus fratribus suis[e] decipi cito se permisit eius simplicitas — et de bulla sua, que est pingnus fidei papalis et testimonium, facta est, ut dicitur, fraus inopinata; non tamen in hiis ipsum excuso; papa enim talis esse debet, ut non decipiat vel decipiatur[3]; utrumque enim in tanto viro reprehensibile est —. Consilio nempe aliquorum, in quos confisa anima eius requievit confidenter, et persuasu predecessoris sui pape Innocentii IIII, qui fratres cardinales ad hoc moriturus animaverat, guerram inchoatam contra Frethericales et precipue Memfredum, filium Fretherici naturalem, sed legitimatum[4], potenter continuare presumpsit[a]. Quibus cum videretur domino pape durum in primiciis suis contradicere, ratum et gratum habuit, quod viri seculares et secularibus pompis dediti consuluerunt; maxime cum dixissent, quod absurdum esset et manifeste ecclesiastice religioni contrarium[f] unam civitatem Sarracenis inhabitatam[5] et resertam[g], quam re vera Frethericus fundaverat, in finibus christianorum tolerare. Quo colore inductus[h] papa simul cum quodam alio, videlicet quod inhumanum esset dominum regem Anglie[6] de sua spe fraudari concepta ex promissione ecclesie de regno Sicilie optinendo, propter quod iam thesaurum exposuit infinitum.

*) *Lib. addit., cod. Cotton. Nero D I, f.* 162. *exstat catalogus paparum. Primae manus saec. XIII med. postrema verba sunt haec:*

Gregorius IX. sedit a. 14. Vacavit[i] sedes annis 2. Celestinus IIII, qui vixit diebus 17
1241. et numquam suum exercuit officium propter incarceracionem quorundam cardinalium. Inno-
1243. centius IIII, qui et Senebaldus; hic sedit annis [11[k], mensibus 6]. Alexander IIII, factus papa
1254. ex Hostiensi episcopo, nepos Gregorii IX, primo bonus, [sedit[k] annis 7[l]].

a) *superscr. c.* b) et — ablatus est *in loco raso c.* c) vit *in loco raso c.* d) episcopus — quartus *in marg. c.* e) *superscr. c.; se add., sed expunct. c.* f) contrarum *c.* g) refertam *legendum.* h) est *suppl. Lu.* i) *incipit manus socii Mathei.* k) *haec postea add. c.* l) *ab aliis saec. XIII—XIV. nomina paparum addita sunt, quorum postremus est:* Bonefacius IX.

1) Rainaldus. 2) Cf. Ann. Burton. ed. Luard I, p. 333: *Alexander archiepiscopo Cantuariensi. Deum orationibus imploretis, ut dirigat gressus nostros! Neapoli* 11. *Kal. Ian.*; similiter scripsit Henrico III. ap. Rymer I, p. 312. 3) Idem dictum supra p. 329. 4) Cf. infra a. 1256. et Ficker p. 850. Manfredus victoriam ad Fogiam, quae infra p. 349, l. 18. narratur, paucis diebus ante Innocentii mortem reportavit. 5) Luceriam. 6) Innocentium IV. m. Iul. et Sept. Oct. cum Manfredo tractasse, nostrum latuisse videtur. Cf. tamen quae (fere m. Nov. in.) scripsit ap. Shirley, 'Royal Letters' II, p. 105: *Henrico regi Anglie clericus suus I[ohannes] de Hemingford. Venientes ex parte Mainfredi dicti principis proponentes, ipsum paratum ad ecclesie devocionem, excusantes domini sui absentiam, qui citatus non comparuit, obtinuerunt differri executionem excommunicationis usque in festum s. Martini. Verum subsequenter congregatis ecclesie et principis excercitibus in marchia Spoleti, princeps multos perdidit de suis, et captus est dux eius exercitus, scilicet Corradus, nepos eius, et hoc per seditionem.*

Qualiter victus est[1] et dissipatus est excercitus papalis iterato 1254.
sub ducatu Octoviani cardinalis[2]. Cum civitas memorata, dicta scilicet Nuchera, ab imperatore Fretherico[a], ut pretactum est, edificata et ab infidelibus inhabitata, quondam fuisset eidem Fretherico[a] quasi domus refugii et confidentie, accusatus est super hoc gra- cf. Ps. 30, 3.
viter, quod sic scilicet religionem polluit christianam; respondit imperator Fhretericus[a] —

*Errorem proprium, quo tueretur, habens*[3] —: Ovid. Fast. I, 32.

quod maluit opponere tales dubiis casibus bellorum in regno vel imperio emergentibus quam christianos, de quorum sanguine effuso ante summi Iudicis tribunal terribile foret districte responsurus[4]. Et sic permisit eam ecclesia adhuc sub dissimulacione. Sed, quia postea fuerat Conrado iam defuncto refugium, spes et confidentia, et iam simili modo Menfredo asilum refugii et adiutorium, facta est Romane ecclesie quasi spina in oculo. Erant cf. Num. 33, 55.
cives infideles ipsam civitatem Nucheram inhabitantes iam circiter sexaginta milia armatorum ad bellum apta conserendum, qui iccirco magis timebantur, quod —[b] moris Sarracenorum est — spiculis[c] venenatis, igne Greco et aliis nephandis in bello utuntur argumentis.

Nota prodicionem novam. Papa igitur de consensu fratrum cardinalium et de consilio cuiusdam nequissimi proditoris marchisii[5], qui se facie tenus amicum fecit ecclesie specialem, revocavit et collegit exercitum copiosum — qui dissipatus et cum magno discrimine turpiter victus[d] sub ducatu Willelmi cardinalis[6], nepotis Innocencii quarti pape defuncti[7], cuius[8] vitam fatiscentem[e] Dominus matura morte terminavit —, ita ut haberet dominus papa plus quam sexaginta milia pugnatorum, quibus, minime parcens Anglorum regis erario, larga pluit stipendia argenteorum. Et ipsum populosum excercitum et formidabilem, ducatui Octoviani cardinalis et memorati marchisii[f] commissum, ad conterendum civitatem Nucheram et omnes vires Memfredi cum omnibus suis Siculis, Appulis et cunctis fautoribus eiusdem destinavit. Sed, cum pervenissent ad dictam civitatem, nec sunt ausi papales civitatem invadere, nec cives venientibus hostiliter obviare. Et sic profecti minime profecerunt, sed moram traxerunt domino regi Anglorum supra modum dampnosam et sumptuosam; interim tamen consolati sunt regem, mulcentes eundem inanibus pollicitis et magnalia promittentes. . . . . . .

Rex Francorum occurrit. Dominus autem rex Francorum, certificatus de adventu domini regis Anglorum, occurrebat ei apud Carnotum. . . . Advenerunt enim eis obviam regina Francorum cum sororibus suis Andegavie et Provincie comitissis[9], ut sororibus suis regine Anglie et comitisse Cornubie simul cum domino rege Anglie occursarent et sese mutuis salutacionibus et colloquiis familiaribus gratulantes confoverent et consolarentur. Fuerat autem mater eius presens, comitissa vero dicta Provincie, nomine Beatrix, que pignora sua, quasi altera Niobe, gloriando poterat intueri. Nec erat in sexu muliebri mater in mundo, que de tali fructu ventris ac tanto, videlicet filiabus, poterat gloriando gratulari. . . . . . .

Anni conclusio. Transiit igitur annus ille . . . Italicis, Francis et Flandrensibus marcius et inimicus. . . . . . .

---

Anno[g] Domini 1255. . . . Rex rediens a Wasconia transfretat in Angliam.
Die vero dominica proximo sequente[10], vento et mari faventibus, navem ascendens, prospere 1254. Dec. 27.
velificavit et applicuit apud Doveram. Cui cum summa alacritate occurrens comes Ricardus, frater eius, et alii nobiles, qui ad hoc de longe vocati diu inaniter supra litus Anglicum

a) F. *c.* b) ut *supplendum est.* c) spec. *c.* d) erat *suppl. edd.* e) *in loco raso* 1. f) marchii 1. g) A. D. 1255. *in schedula in summa pag. agglutinata.*

1) Hoc loco et infra p. 351. iterum duae expeditiones Willelmi a. 1254 ex. et Octoviani a. 1255 medio confusae sunt. 2) V. supra p. 345. 3) *Erroremque suum quo tueatur habet* Ovid. 4) Cf. supra p. 259. 5) Ottonis de Hohenburg; privilegia ei et fratribus eius a papis a. 1254. Nov. Dec., a. 1255. Febr. Apr. concessa in tabulario regis Angliae, ut patris regis Siculi, transcripta exstant ap. Rymer I, p. 311–315. 319. Quae de Luceria dicuntur et fabula de marchisii proditione ad priorem expeditionem pertinent. 6) Diac. S. Eustachii; a. 1254, Dec. 2. 7) Potius etiamtunc et paullo postea superstitis. 8) Haec potius de papae quam de cardinalis morte (a. 1256) dicta videntur. 9) Beatrice, cuius maritum Karolum utrique comitatui praefuisse, Matheus oblitus est. Eodem errore paullo infra *comitissa Cornubie, comitissa Andegavie et comitissa Provincie cum comitissa Beatrice, matre earundem, que reginis fuerant comparabiles,* convivio a Ludovico IX. Parisiis m. Dec. in honorem Henrici III. celebrato interfuisse dicuntur. 10) Natalem Domini.

expectaverant, exceperunt eum cum gaudio adventantem et munera preciosa eidem contulerunt. . . . . . .

1255. **Iudei talliantur.** . . . Factus[1] igitur alter Titus vel Vaspasianus, vendidit Iudeos per aliquot annos comiti Ricardo, fratri suo, ut, quos rex excoriaverat, comes evisceraret. Tamen comes pepercit[a], considerans eorum potestatem abbreviatam et paupertatem ignominiosam.

**Comes Ricardus comodat regi non minimam pecuniam.** Comes igitur Ricardus, considerans fratris sui indigentiam, ad instantem peticionem suam comodavit ei magnam pecunie quantitatem, accepto tamen pignore, scilicet auri. . . . . . .

Mart. 9. Dominus rex venit ad Sanctum Albanum[2] . . . 7. Idus Martii[b], ubi morabatur per sex dies. . . . . . . .

**De quadam visione que contigit pape Alexandro IV.** Eodem anno in
Febr. 10 — Mart. 27. quadragesima contigit, ut pro vero accepimus, quod, cum dominus papa Alexander[3] alto sopore quiesceret una noctium post laborem, videbatur ei duci in unam amplam nimis et spaciosam valde regiam, in cuius eminenciori loco sedit quidam vir, ut videbatur, auctoritatis et reverentie et quedam mulier habitu et facie valde venerabilis et comitatus copiosus circumquaque. Et ecce a turpibus baiulatoribus presentabatur eis quoddam feretrum, et in eo quidam mortuus despicabilis, qui resurgens et prostratus, voce lacrimabili sedenti in sede eminenciori, qui quasi pro tribunali ibi sedebat, ait[c]: 'Deus potentissime ac piissime, miserere mei!' Cui, tacente iudice, mulier ait: 'Transit[d] tempus penitentie et miserendi, et iam advenit tempus tibi iudiciale. Intempestive sunt preces tue et morose, unde dolendum est. Ve tibi! Non enim invenies misericordiam, sed, quod meruisti, iudicium. Dissipasti ecclesiam Dei, dum viveres, et carnalis penitus factus, facta sanctorum predecessorum tuorum, non sine eorum iniuria, scripta et impensa beneficia parvipendisti, vilipendisti, annullasti et cassasti; unde merito et tua cassanda iudicantur'. Ad hec qui sedebat pro iudice,
Ps. 74, 3. vultu severo et voce intonans terribili, dictis feretri baiulatoribus dixit: *Cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo.* Tempus suum transiit, et tempus iudicii eius advenit'. Et[e] ait
cf. I Cor. 3, 8. iudex: 'Vade, et iuxta tuum laborem mercedem habe condignam!' Qua sententia vix prolata, quam cicius ab eiusdem presencia translatus, in locum effertur nobis minime determinandum; sed, ut credi pium est, in[e] purgatorium destinatur. Et cum dominus papa Alexander IIII, cui revelata est hec visio vel vera vel fantastica, voce demissa et tremula a suo duce quereret, quisnam esset miser ille, responsum est illi: 'Papa Innocentius IIII. nuper defunctus, quondam dictus Synebaldus, qui non de peccatis suis, sed pro contricione excercitus sui[4], dolore contabescens, a suo seculo transmigravit'. Hec autem cum audisset et vidisset dominus papa Alexander, predicti Innocencii[e] IIII. successor immediatus, a sompno, si sompnus[f] fuerit, excitus, abhorruit vehementer et contremuit et suspirans infremuit; et factus quasi in extasi, vix per aliquot dies respiravit sibi ipsi restitutus. Extunc igitur iussit pius papa Alexander[g] elemosinas pro ipso erogari et missas celebrari. Et aliqua facta sua ad sue pene mitigacionem revocavit[5]. Unde cuidam offerenti opima munera, ut quandam ecclesiam, quam exigebat, optineret, respondit papa Alexander[g]: 'Non, frater; mortuus est venditor ecclesiarum'. Extunc[6] autem oracionum suffragia postulabat, scribens multis ecclesiarum prelatis, sicut predictum est. Creditur autem, quod, si hac visione non corrigatur perterritus, acrius coram Deo redarguetur; hoc enim voluit Deus ei revelare, ut creditur, ad sui munimen, correpcionem[h] et correccionem[i], ad indicium paterne dileccionis.

**Nota.** Constituitque papa ilico, ut, si quis clericus in aliquo deprehenderetur discrimine et sui corporis periculo, ecclesiastico suffragio destitueretur, si clerica et legitima careret tonsura.

a) eis *suppl. edd.* b) Martis *c.* c) *superscr. c.* d) Transiit *emendandum.* e) Et — determinandum *in loco raso c.* f) sopnus *c.* g) A. *c.* h) corēpc. *c.* i) correcc. *c.*

1) Henricus III. 2) Ubi forsitan Matheum de rebus quas ipse in Francia gesserat certiorem fecit. 3) *Cuidam cardinali* similem visionem de Innocentio IV. factam esse, supra p. 347 sq. auctor narravit. 4) Hoc loco Innocentium papam a Manfredo victum esse Matheus non (ut supra p. 349) ignorasse videtur. 5) Fortasse Matheus cogitavit de eo, quod Alexander IV. tertio pontificatus die (Potthast nr. 15602) Innocentii IV. interdictum d. Nov. 21, ne monachi parochianos alienos diebus festivis admitterent, et a. 1255, Apr. 5, litteras, quibus idem quosdam ecclesiis donaverat, revocavit. 6) Certe hoc falsum esse probari potest; nam papa Dec. 20. consecratus iam Dec. 22. litteras supra p. 348. commemoratas scripserat.

**Cupiunt multi regi confederari, ut pecunia Anglie saginentur.** 1255.
Circa idem tempus[1] Willelmus de Holande, cupiens concupiscibilibus esterlingis clitellas suas, ut multi alii fecerunt, impregnare, postulavit, missis solempnibus nunciis, affinitatis gratia domino regi Anglie confederari[2].

**Item nota.** Et eodem tempore Iohannes de Avennis, festinanter transvectus a Flandria, regem de impendendo sibi auxilio in guerra sua[3] instantissime sollicitavit. Sed rex se occupatum fuisse circa arduum negocium regni Sicilie et Apulie affirmavit; nec voluit cor suum diversis negociis distrahendo mancipare, sed prius unum et postea aliud per ordinem fine concludere feliciori. . . . . . .

**Qualiter[a] papalis excercitus contritus est, qui sub Octoviani ducatu minabatur.** Per idem tempus dominus papa Alexander[4], vestigiis predecessoris Innocentii IV. inherendo in negocio regni Sicilie et Apulie prosequendo, Octovianum cardinalem destinavit cum maximo excercitu, scilicet sexaginta milium armatorum, ad funditus destruendam civitatem Nucheram cum Memfredo ibi latitante et omnibus ipsam civitatem inhabitantibus. Erant autem infideles in ipsa plus quam sexaginta milia Sarracenorum, quos imperator Fretherieus convocaverat dubiis bellorum casibus exponendos, et ipsam civitatem eis concesserat inhabitandam, que tunc sinum pandebat refugii Memfredo et quibusdam aliis Frethericalibus. Cum igitur Octovianus dispositis agminibus simul cum quodam ingenioso et potente bellatore marchisio[5], de cuius consilio et adiutorio totus excercitus papalis confidebat, spem nactus indubitatam, ut omnia ad votum optinerent papa et Octovianus et eorum invincibilis, quem habebant, excercitus, ad civitatem fere pervenirent, ita ut paucis distarent miliaribus, irruit terror et formido super hos et illos, ita ut non auderent cives exire hostiliter contra adventantes, nec advenientes cives aut civitatem impetere. Et sic hinc inde per multos dies expectantes moram inutilem protraxerunt. Erat autem excercitus papalis numerosus valde et formidabilis, larga suscipiens de clitellis Anglie regis cotidiana stipendia et expectans ex promissionibus papalibus ampliora. Sic enim dictaverat papa Innocentius IV. iam defunctus et disposuerat; hec enim omnia ab ipso sumpserunt exordium et a cardinalibus prosecucionem. Cum igitur sic hinc et inde moram per multum temporis continuassent infructuosam, accessit ille proditor marchisius, qui et habebat in ipso excercitu sequelam copiosam, et dixit Octoviano: 'Domine, ut quid hic tam diu stamus ociosi? Consumimus thesaurum infinitum. Recedat tercia pars. Non enim audebunt exire de civitate Memfredus aut excercitus eius; sunt enim quasi obsessi et inclusi, et sufficit gens minima ad eorum terrorem et repressionem'. Cumque nec adhuc exirent cives, iterum dictus marchisius excercitum papalem mutilavit, ita quod vix decem vel duodecim milia armatorum remanerent cum eisdem. Una igitur noctium idem marchisius raptus equo velocissimo venit ad civitatem Nucheram et affatus Memfredum dixit: 'O amice karissime, datum est tibi intelligi, quod tibi nocui et nocere sum paratus. Miror te velle talibus sibilis aurem inclinare aut fidem quomodolibet adhibere. Novit industria vestra, quam diu, quam fideliter patri tuo imperatori Fretherico[b] servicia in ambiguis casibus impenderim. Et quomodo possem prolem persequi tam dilecti domini, tam reverendi genitoris? Iamiam profecto meam erga te diu conceptam experieris devocionem et fidelitatem. Diminutus est instinctu meo papalis excercitus; et vix cum Octoviano decem milia pungnatorum, quorum pocior pars mea est, remanserunt. Tolle moram! cf. Ov. Met. XIII, 556.
Ilico se arment vestri universi fideles, quotquot sunt in civitate, et me previum sequantur pedetentim. Tu etenim ipsum Octovianum[c] et suos ad votum occupabis'. Exiit igitur Memfredus, et omnes cives cum eo et eius fideles et familiares omnes ad unguem armati. Et maximum conflantes excercitum, festinanter quasi turbo rapide tempestatis excercitui

a) Qualite *c.* b) F. *c.* c) O. *c.*

1) *Circa idem tempus, scil. in quindena pasche, Hokeday,* i. e. Apr. 13, pergit auctor. 2) De hac re nihil alibi relatum est. 3) Contra Carolum Andegavensem, quem Margareta Flandrensis in auxilium vocaverat; quamquam enim Willelmus Iul. 26. indutias cum his fecerat (Ficker nr. 5195 b), pax nondum evenerat. Iohannes postea a. 1256. medio ad imperium Ricardo offerendum in Angliam missus est; ib. nr. 5288. 4) Haec iterum narrata partim ad res Nov. Dec. a. 1254, Innocentio papa, gestas referenda esse, supra p. 349, n. 1. monui. Certe singula huius belli facta plus uno loco perturbavit Matheus. 5) Ottone de Hohenburg.

1255. papali appropinquaverunt. Et cum occupasse quasi aviculas irretitas credidissent universos, ecce Octovianus, per aliquem amicum precordialem in ipsa premunitus hora, vix elapsus evasit, ceteris omnibus preter marchisii[a] familiam dissipatis, captis vel trucidatis. Et sic triumphans ad votum Memfredus cepit de die in diem postea in magnam ecclesie confusionem prosperari. Dominus autem papa, hoc audito, et tota Romana ecclesia incomparabilem dolorem induit et confusionem, maxime cum promisisset ecclesia regnum Sicilie et Apulie domino regi Anglie ad opus filii sui Edmundi, cui etiam anulum investiture per episcopum transmiserat[1] Bononiensem; et thesaurum regium in tocius Anglie exterminium irrestaurabile proiecerat[b] in abissum. Episcopus autem, qui iam montes transierat, Angliam adire festinavit, sciens, quod exhilarans regem opima munera reportaret. Veruntamen huius infortunii penitus ignarus prenotati, fucate exultacionis et inanis gaudii flatibus efferebatur;

Ovid. Ex Ponto IV, 3, 49. *Ludit* enim *in humanis divina potentia rebus.*

Exclamacio cum lamentacione. O Romane curie sterilis sollicitudo[c], ceca ambitio, licet[d] sancta, sepius tamen pravorum decepta consilio, quare freno discrescionis[e] impetus tuos non moderaris, ex preteritis erudita, ex totiens expertis castigata[2]? Ecce in tuis iacturis omnes punimur; omnes enim compatimur, universalem sentimus cum obprobriis confusionem. Duos iam in Alemannia imperatores conata es creare, in quorum promocione inestimabiles[f] thesauros undecunque raptos oportet[g] exponere, utroque tamen incerto de dignitate. Et nunc in partibus Appulie papalis excercitus turpiter contritus bis, videlicet semel sub ducatu Willelmi cardinalis, iterum sub legacione vel ducatu Octoviani cardinalis, omnes filios ecclesie universalis dampnis lacessivit, obprobriis debriavit, doloribus sauciavit. Ut autem brevibus concludatur, universalis[h] ecclesia, que a Romana tenetur curia defendi, in multis se conqueritur pregravari. . . . . . .

De discordia mota inter universitatem Parisiensem et fratres Predicatores. Diebus quoque sub eisdem orta est gravis dissensio inter universitatem scolarium Parisiensium et fratres Predicatores ibidem conversantes[i], qui contra antiquam civitatis et universitatis consuetudinem numerum limitatum legentium in theologia intenderunt sine universitatis assensu ampliare. Tandem, licet rex ipse Francorum intenderet libertatem salvare scolarium universitatis, similiter et cives, ipsi Predicatores domino pape[k] devoti et propter eorum multimoda obsequia ipsi curie gratiosi, in hoc certamine meliorem calculum reportarunt. Data est igitur sententia a domino papa pro fratribus Predicatoribus et omnibus religiosis, ut legant deinceps licenter in theologia, non considerato numero legentium, qui antiquitus tenebatur certo scilicet[l] numero limitatus. . . . . . .

Consecratus est electus Elyensis, magister scilicet Willelmus de Kinkelni, in episcopum Elyensem. Circa eadem tempora consecratus est electus Elyensis, magister scilicet Willelmus de Kinkelni, in episcopum Elyensem in partibus
Aug. 15. transmarinis, scilicet apud Belesium, die assumpcionis beate virginis, ab archiepiscopo Cantuariensi[3], qui tunc in partibus illis agebat[m]. Archiepiscopus vero, quia electus ad ipsum in patriam suam venerat, omnia neccessaria ei copiose et honorifice contulit; cui etiam applausit et honores contulit Petrus de Sabaudia, ne viderentur in partibus propriis indigere. . . . . . .

Sumuntur ad scaccarium sumptus cotidiani ad negocium guerre Apulie iam tamen consummate. . . . Iam iam oritur nova causa thesaurum consumendi. Thomas[4] enim quandoque comes Flandrie, avunculus scilicet regine et frater archiepiscopi Cantuariensis, novam guerram in civitate Taurina et apud Astam civitatem suscitavit; ad quam sustinendam et consummandam oportet regem et ecclesiam Cantuariensem, immo etiam reginam, maximam apponere pecunie porcionem. Et sic undique

a) marchii *c.* b) proiecerant *c.* c) sollicudo *c.* d) licet — consilio *in loco raso c.* e) discresconis *c.* f) inestimales *c.* g) oportet — dignitate *in loco raso c.* h) universalis — pregravari *in loco raso c.* i) conversantium *c.* k) papa *c.* l) *superscr. c.* m) in episcopum Elyensem est consecratus *iterum add., sed verbo* vacat *superscr. del. c.*

1) Cf. Alexandri IV. epistolas multo post illam cladem m. Apr. sq. datas ap. Potthast nr. 15785 sq. 15814 sq. 15854. 2) Acrius etiam in curiam invectus fuisset noster, si ambiguas eius artes plane perspexisset. Cf. de litteris in favorem Conradini a papis eodem tempore quo Anglos alliciebant scriptis Schroeer, De studiis Anglicis in Sicil. et Alem. adipisc. Diss. Bonn. p. 12. 15. 3) Cum Tarantasiensi et Iohanne Bellicensi episcopis; Stubbs, 'Episcopal Succession' p. 43. 4) De pecunia a rege Angliae Petro et Thomae de Sabaudia a. 1253. soluta cf. Rymer I, p. 289 sq. 291; de principatu Capuae ab Edmundo rege Siciliae a. 1254, Oct. 3. Thomae concesso ib. p. 308; cf. Wurstemberger, 'Peter v. Savoyen' IV, p. 183 sq.

dominus rex, qui partem suam iam de novo multum per filium suum[1] abreviavit, curis et 1255. sollicitudinibus discerpitur et dissecatur.

De nimis dampnosa prodicione episcopi Herefordensis[2]. Diebus autem sub eisdem episcopus Herefordensis Petrus de Egeblancke, . . . cum Romam pervenisset, invenit papam mestum et confusum pro adversis que ecclesie nuper contigerunt. Erat insuper tot debitis innodatus, quod audientium mentibus merito stuporem poterant generare; que omnia rex Anglie sub pena exheredacionis solvere tenebatur[3]. Instabant insuper mercatores Transalpini usurarii, exigentes urgentissime et assidue, ut persolvantur eis debita sua, que cotidie propter usuras, penas et interesse non minima suscipiebant incrementa. . . . . . .

De miserabili statu regni Anglie. . . . In abissum demersit desperacionis Anglorum tam prelatos quam magnates, quod rex . . . fere omnes Anglie optimates . . . sibi attraxerit. . . . Comes autem Ricardus, qui inter magnates maximus recensetur, neutraliter se habebat. Similiter et alii, mutire[4] non audentes. Archiepiscopus vero Cantuariensis, qui quasi umbo contra impetus hostiles[5] esse debuit[a], negociis variis et secularibus implicatus et de grege suo in Anglia minus sollicitus, in partibus agebat transmarinis ac remotis[6]. . . . . . .

De concilio[7] quod incepit Londoniis post festum sancti Luce. Post Oct. 18. festum vero sancti Luce edicto regio convocata convenit magnatum numerosa multitudo. Venerat autem illuc ad regem episcopus Bononie[8] ex parte pape; qui apportans secum anulum, vice eiusdem pape contulit ipsum anulum Edmundo, filio regis, investiens eum sic solempniter de regno Sicilie et Apulie. Unde elevatum est cor regis in sublime et exultavit, tanquam, iam receptis Siculorum et Apulorum omnium homagiis, civitatibus ac castris, in regem coronaretur, et in propatulo rex pater vocavit filium suum Edmundum regem Sicilie. Nesciebat autem, ut creditur, memoratus episcopus, quod contrita fuit papalis expedicio[9], et effusus totaliter thesaurus regis Anglorum, insuper alieno ere terribiliter obligabatur; et si forte sciret, scire hoc caute dissimulavit, ne munera perderet sibi preparata. Hoc autem profecto regem latuit et magnates. Episcopus autem, antequam rei veritas in Anglia sciretur, preciosis oneratus muneribus, ilico repatriavit. Rex autem, nimis propere coram optimatibus ad altare prosiliens, confisus nimis de papali adiutorio, iuravit transitum in Apuliam per sanctum Edwardum, de uno tantum habens sollicitudinem, scilicet qualiter transiret in pace cum excercitu suo et thesauro regnum Francorum. Unde statim cogitavit, quem ad hoc impetrandum ad regem Francorum destinaret; cogitavit insuper consequenter[b] iura sua ultramarina imperiose reposcere ab eodem et potenter readquirere, quia inter Apuliam et Angliam foret quasi inter duas molas Francia conterenda; misitque illuc dominum Iohannem Mansel. Sed hoc postea[10], prout suo tempore dicetur. . . . . . .

Venit in Angliam magister Rustandus[11] a domino papa destinatus. Circa dies eosdem dominus papa Alexander[12] destinavit ad partes Anglicanas magistrum Rustandum[c] legistam, nascione Wasconensem, subdiaconum suum, dans domino archi-

a) debuit — sollicitus *in loco raso c.* b) consequent' *c.* c) *vel* n *supra* d *(i. e.* Rustannum, Rustanno) *scr. c.*

1) Edmundum. 2) Hic, rege connivente, chartas quas 'blancas' dicimus praelatorum Anglorum sigillis munitas obtinuit, quibus eos postea ad magnam pecuniam argentariis Senensibus aut Florentinis, regis papaeque creditoribus, solvendam obligavit; cf. Potthast, Reg. nr. 15872. Alexandri IV. bullam, qua Herefordensi, ut singulos conventus Anglicos ad pecuniam, cuius summam hic in singulis epistolis supplere posset, papae mercatoribus solvendam obligaret, potestatem contulit, habet noster ed. Luard V, p. 523. et G. abb. S. Alb. I, p. 382; Potthast nr. 16156. *Suspicio falsitatis, quod scilicet falsarii cedulis vacuis bullam appendebant,* a Matheo ut *solacium impericie* desperanter irridebatur, p. 527; cf. p. 559: *hec ratio, si tamen ratio, papam non excusat, quia sicut nec decipere, ita nec decipi deberet.* Eadem verba v. supra p. 329, l. 33. 3) Pro negotio Siculo. 4) V. supra p. 324, l. 6. 5) Regis et alienigenarum in populum Angliae. 6) Eadem fere verba infra ad m. Oct. iterum habentur. 7) De eodem tribus locis, infra p. 354 sq. narratur. 8) Iacobus (corrige SS. XXVII, p. 477. notam 14); Alexandri IV. bullae per eum regi tradendae datae sunt Mai. 13. 21; sed etiam m. Iun. 9) Nisi tertia vice Manfredi victoriam a. 1254, Dec. 2. habitam, hic forsitan legatum a. 1255, m. Aug. coactum esse, ut regnum Siciliae relinqueret, dicere voluit Matheus; de quibus rebus papa Henrico III. Sept. 18. scripsit (Potthast nr. 16018), sed demum a. 1256, m. Febr. nuntius vera retulit. 10) Infra p. 357. 11) *Literatus et efficax ad nocendum* infra, ed. Luard V, p. 526. vocatur. 12) Cf. multas epistolas d. Apr. 29. Mai. 3. 7. 11. 15. 16. 22. datas, Potthast p. 1304–1308.

1255. episcopo Cantuariensi et episcopo Herefordensi et eidem Rustando[a] potestatem colligendi decimam de Anglia, de Scocia et de Hibernia ad opus domini pape vel regis indifferenter, non obstantibus aliquibus literis indulgentiis[b] prius directis, sub quacunque forma verborum vel etiam causa, pro qua concessa fuit, concessa[b], vel omni quod intelligi possit obstaculo. Dedit etiam eisdem dominus papa potestatem absolvendi dominum regem crucesignatum a voto suo, ne iret in terram Ierosolimitanam, ita tamen, ut iret in Apuliam hostiliter ad debellandum Memfredum, filium Fretherici quondam imperatoris, validum ecclesie Romane inimicum, accepto a domino rege sacramento per episcopum Bononiensem, specialiter ad hoc a domino papa destinatum et ad investiendum Edmundum de regno Sicilie, ut predictum est.

De parlamento[1] quod fuit Londoniis in crastino sancti Edwardi.

Oct. 13. Anno vero sub eodem ad festum sancti Edwardi fuerunt apud Westmonasterium omnes fere Anglie magnates. Inter quos prius rex alloquebatur fratrem suum comitem Cornubie Ricardum, petens ab eo instantissime auxilium pecuniare; cui comiti dominus papa similiter literas deprecatorias direxerat, supplicans[c], in[d] quadraginta milibus salvo fratri suo mutuo subveniret, ut quasi dans ea eidem pium daret aliis exemplum subveniendi. Comes autem nec preces regis nec pape voluit exaudire, et eo maxime, quia negocium eundi in Apuliam assumpsit sine consilio suo et assensu barnagii[b] sui, sibilis Transalpinensium fascinatus. Ab aliis autem interpellatum fuit de subventione facienda. Et responsum fuit, quod omnes tunc temporis non fuerunt iuxta tenorem Magne carte sue vocati, et ideo sine paribus suis tunc absentibus nullum voluerunt tunc responsum dare vel auxilium concedere vel prestare. Rex itaque ad consuetas conversus cavillaciones, ut magnates flecteret ad consensum, per multos dies negocium parlamenti distulit inchoati, ita ut usque in mensem fictis occasionibus negocium protelaret, et tunc ad alium locum conciliaturos, evacuatis in civitate Londoniensi crumenis, pocius provocavit quam convocavit. Comes vero Ricardus, vir cautus et circumspectus, episcopum Herefordensem et Robertum Walerannum, socium suum, acriter et merito redarguit, eo quod tam enormiter in regni subversionem regem infatuarent[b]. Et sic infecto negocio, singuli provocati ad propria remearunt. Sciendumque, quod, quando dominus rex rediit de Wasconia, tenebatur debito trecentorum milium marcarum et quinquaginta; nec tamen iccirco desiit inconsulte tam prodigialiter quam prodigaliter cotidie thesaurum suum habitum et habendum alienigenis distribuere, quem Anglia, quam puteum reputavit inexhaustum, fuerat eiectura; electo etenim Toletano[2] redditum et thesaurum contulit non modicum, similiter et episcopo Bononiensi; Rustanno quoque cum donativis carissimis contulit unam opimam prebendam in ecclesia Eboracensi.

Magister Rustandus fecit predicari sollempniter, ut crux assumeretur contra Memfredum. Ipsis quoque temporibus fecit magister Rustandus publice predicari[3], ut crux assumeretur, Londoniis primo et postea alibi, ab omnibus sancte ecclesie zelatoribus contra Memfredum, Fretherici quondam Romanorum imperatoris filium, Dei et ecclesie Romane et domini regis Anglorum inimicum, Sarracenis adherentem et eosdem receptantem et foventem et alienum regnum iniuste occupantem; et quicunque iter ipsum assumeret, plenissimam peccatorum suorum consequeretur remissionem, acsi Terram Sanctam adiret peregrinans. Quod cum audirent fideles, mirabantur, quod tantum eis promitteret pro sanguine christianorum effundendo quantum pro cruore infidelium eliquando; et moverunt sannas et risum predicatorum[e] mutabilitates. Et aliquo loco cum magister Rustandus predicaret, in fine sermonis annexuit: 'Estote filii obedientie! Obligamini tali et tali mercatori in tanta pecunie quantitate!' — et hoc inter religiosos in capitulo, cum tamen nunquam super hoc antea rumor eos[f] sollicitasset. . . . . . .

Eodem[g] tempore petiit papa pecuniam sibi comodari a comite Ricardo, scilicet quinque milia marcarum, ad promocionem nepotis sui Edmundi. Cui comes: 'Nolo thesaurum superiori comodare, quem non possum destringere'.

De concilio[1] habito Londoniis coram Rustanno. Rustandus[a] tunc temporis universos Anglie prelatos convocavit auctoritate papali Londoniis[h] conveniendos, ut
Oct. 13. ibi domini pape preceptum obedienter audirent, in quindena sancti Michaelis[4]. . . . . . .

a) vel a *super* d *scr. c.* b) *sic c.* c) ut *suppl. Lu.* d) in *erram per stilo plumbeo in marg. add. c.* e) prod. mutabilitate *c.* f) *stilo plumbeo in marg. scr. c.* g) Eodem — destringere *ad calcem pag. scr. c.* h) Lond. *c.*

1) Cf. p. 353. 2) Sanctio, fratri nurus regis. 3) Papa Mai. 15 sqq. iubente, Potthast nr. 15884/7. 4) Praelati, papa appellato, postulata negaverant. Cf. infra p. 356, l. 35.

**Revocata est universitas Parisiensis.** Ipsis quoque diebus reformata et 1255. revocata est cleri Parisiensis universitas, que, suspensis leccionibus et disputacionibus et multis scolarium dispersis, patuit discrimini, per fratres Predicatores, qui consuetudinem universitatis antiquam voluerunt commutare, perturbata. Veruntamen eorum condicio, quia de elemosinis sustentantur, non mediocriter est deteriorata. Domus autem monachorum ordinis Cisterciensis Parisius studentium, que per abbatem Clarevallensium, . .[a] [1] videlicet de Lexintona, nacione Anglicum, propter obprobria fratrum Predicatorum et Minorum iniciata est, felix diatim suscepit incrementum. Et placuit Deo, prelatis et populo eorum honesta et ordinata conversacio; non enim vagabantur per civitates et pagos, non erat eis pro claustrali maceria occeanus, sed imfra muros suos clausi et stabiles conversantes suo secundum regulam sancti Benedicti obediebant superiori; quod laudabile reputabit qui regulam sancti Benedicti voluerit intueri; in principio[2] videlicet genera distinguens monachorum, sarabaitas et girivagos[b] reprehendit. Veruntamen[3] predicacionibus suis insistentes et ordinariorum auctoritatem enervantes, multis laudabiles, multis quoque se prebuerunt reprehensibiles. Assumpserunt enim multi audatie cornua delinquendi, eo quod non oportuit eos suo sacerdoti peccata confiteri: ecce nocumentum! Aliqui vero proprio sacerdoti, quia forte temulento, vel ob aliquas alias causas occultas renuerunt confiteri, qui ad alas consolacionis et consilii Predicatorum et Minorum, quia transeuntium, confidenter confitentes avolarunt: et ecce refugium[c] et utilitatis frugalitas!

**Obiit Egidius Hispanus cardinalis**[4]. Obiit autem eodem tempore magister Egidius Hispanus cardinalis. Qui etate ferme centenarius, singularis, pare carens, extitit columpna in curia Romana veritatis et iusticie et munerum aspernator, que rigorem equi- cf. Deut. 16, 19. tatis flectere consueverunt.

In concilio vero prius[5] memorato, quod per multos dies inutiliter protrahebatur, Rustandus falsos rumores et adinventos, ut sic dominum regem magis incurvaret, fecit suscitari et dispergi, videlicet quod Memfredus, dissipato excercitu suo, pocionatus in portis mortis extitit constitutus, quapropter humiliatus et suam congnoscens miseriam, a papa que pacis[6] erant instantissime rogitabat; unde tota curia Romana, mirabili exultacione refecta, certificabatur, quod omnia optata super negocio Apulie[d] ad votum consequetur. Unde rex adeo exhilaratus est, et falsa consolacione elevatum est cor eius, ut filium suum regem palam appellaret. Et prepropere ad altare, quod proximum erat, iuravit super illud, quod iret in Apuliam, ipsam ad opus filii sui Edmundi recepturus. In eodem autem parlamento . . . barones ultima die responderunt, quod noluerunt se ipsos amplius, ut hactenus fecerunt, in aliorum comodum depauperare. . . . Et concilium . . . cum multorum gemitibus est solutum. . . . . . .

**Memfredus in via sua ad votum prosperatur.** Cum hec autem in Anglia agerentur, in Transalpinis partibus fortunalis rota volumen fecit prodigiale; quos enim paulo ante in sublime exaltaverat, in abissum demersit confusionis. Dissipatis enim excercitibus papalibus[7], Apuli, cum audissent[8], quod papa terram eorum cuidam Anglico ignoto et alienigene sine eorum assensu contulisset, indignati sunt vehementer et iccirco maiori furore efferbuerunt, eo quod papa crucesignatos super ipsos Apulos, quasi super infideles, convertit exterminandos. Sese igitur omnes Apuli dominio Memfredi[e] manciparunt; et cum eo stantes universi, etiam qui quandoque cum papa steterunt, numerosum exercitum et fortissimum contra papam conflaverunt.

**Congregati sunt iterum prelati Londoniis**[f] **coram Rustando.** . . . Cepit certa responsio super postulatis a domino papa per magistrum Rustandum dilacionem usque ad festum sancti Hilarii. . . . . . 1256. Ian. 13.

**Recessit Tholetanus electus; recessitque episcopus Bononiensis.** 1255. Certificati igitur tam electus Tholetanus quam[g] episcopus Bononiensis, quod papale robur confractum est et enervatum, et quod dominus rex in maximam precipitaretur iacturam et confusionem, noluerunt pandere seriem veritatis. Sed ditati muneribus impreciabilibus,

a) *nomini inserendo vacat spatium c.* b) *i. e.* gyrovagos. c) rufugium *c.* d) dominus rex *suppl. Lu. sine causa.* e) sese *iterum add. c.* f) Londoñ *c.* g) qm *c.*

1) Stephanum. Cf. infra a. 1256. 2) Reg. Ben. 1. 3) Hinc de Mendicantibus dicit. 4) Diaconus SS. Cosmae et Damiani. 5) P. 353 sq. 6) Manfredus ut cum papa pacisceretur, m. Ian. Martio a. 1255. frustra nisus est. 7) M. Augusto. 8) Hoc ex Matheo solo laudat Ficker nr. 4048a. iam ad a. 1255 in.

1255. stillatim recedentes, clanculo repatriarunt, et omnes qui regem falsis pollicitis infatuaverant, excepto magistro Rustando, quem regis simplicitas adhuc sustinuit commorantem. . . . Obligacio, qua rex pape obligabatur, dicitur ascendisse ad ducenta milia librarum et quinquaginta milia librarum sterlingorum; ad que persolvenda mercatoribus prelatos Anglie episcopus Herefordensis nescios obligavit[1]. . . . . . .

De mortibus plurium illo anno vel tempore contermino illi. Obierunt
1256. autem illo anno vel illi anno tempore contermino . . . rex Alemannie Willelmus[2], qui et comes Holandie, et multi nobiles et ignobiles in ore gladii vel submersi in confinio Flan-
1255. drie et Braibancie. Obiit et magister Robertus de Cortuna archidiaconus Dunelmensis in curia Romana, qui ibidem degens rexit in theologia, et in eadem curia Egidius Hispanus[3] et Willelmus, nepos Innocencii pape[4], cardinales. Obiit et . . . Iohannes Romanus, canonicus[5] Eboracensis, avarus et cavillosus, dives valde et senex. . . . . . .

Anni finalis conclusió. Transiit igitur annus ille Romane ecclesie et papali curie, si devocionem populi reputet, virulentissimus. Expiravit enim que consuevit haberi devocio habita a prelatis et populo penes matrem nostram Romanam ecclesiam et patrem ac pastorem nostrum, dominum videlicet papam; et si illa curia fideles Christi multociens usque ad amaritudinem spiritus cruentaverit, nunquam tamen, sicut hoc et sequenti anno, tam letaliter universos Christi servos et singulos sauciavit. Coguntur enim insontes ydolatrare et quasi apostate veritati que Deus[a] abrenunciare; et preter hoc — quod etsi intolerabile sit, tamen tolerabilius reputatur — bonis temporalibus violenter depredantur. . . . Concessa fuit decima[6] in subsidium Terre Sancte; cogimur transferre eam in subsidium Apulie contra christianos. . . . Hoc etiam anno odium inveteratum, quod suscitaverat infelix altera Medea, comitissa scilicet Flandrensium[7], in tantum excrevit malorum aggerem, ut sequeretur hominum strages infinita, quia iam parvo tempore evoluto, cedes christianorum per secula deploranda tam ex parte Francorum quam Alemannorum lesos acuit ad ulcionem. . . . . . .

1256. Anno Domini 1256. . . . Querimonia Wasconensium. . . . Et cum hec rex graviter acciperet, ecce Edwardus[8] superveniens, de hiis iniuriis suis illatis hominibus graviter est conquestus, asserens se talia nullatenus velle tolerare. Cum autem rex talia intellexisset, ingemuit ex alto, dicens: 'Ecce sanguis et viscera mea impungnant me; ecce sicut iam adversum[b] me commotus est frater meus comes Ricardus, sic et filius meus primogenitus'. . . . . . .

Ian. 13. Quid actum est die sancti Hilarii. In festo autem sancti Hilarii congregati sunt Londoniis episcopi Anglie et archidiaconi, undique vehementer angustiati, ut darent responsum magistro Rustando, pape et regis clerico, pape nuncio, regis procuratori. . . . Contra igitur postulata appellatum est. . . . . . .

De morte Iohannis Romani. Eisdemque diebus obiit Iohannes Romanus, archidiaconus Richemundie[9], quam plurimis saginatus redditibus et thesauris, hominum avarissimus. Hic ferme quinquaginta annis thesauris incumbens acervandis, unus de nobilioribus canonicis Eboracensis ecclesie, primus vel de primis fuit, qui quasi explorator impiissimus archana Anglie reseravit et provocavit Romanos, ut redditibus Anglie solito avidius et thesauris per fas et nephas inhiarent. . . . . . .

Captus est senator Romanorum et incarceratus. Hoc etiam anno[10] captus est a Romanis senator eorum Brancaleo, quia magnatibus Urbis sicut et populo Romano videbatur rigidissimus[c] executor iusticie et ultor culparum inexorabilis. Quo capto et incarcerato, uxor[11] ipsius senatoris Bononiam venire festinavit, ut civibus Bononiensibus, quid de ipso senatore, concive eorum, pro cuius salvacione obsides ferme 30 tenebant[d], actum fuisset, plenius intimaret. Quo cognito, cives Bononienses[e] obsides, quos pro Brancaleone optinuerant, arctius tenuerunt. Primates igitur Rome querimoniam[f] super hoc pape gravem reponentes, procurantibus quibusdam cardinalibus Rome oriundis, optinuerunt, ut, si Bono-

a) est *supplendum*. b) aversum *c.* c) rigiduss. *c.* d) *superscr. c.* e) Bononientes *c.* f) querimoniã *c.*

1) De hac re permultae epistolae in Libro addit. ed. Luard VI, p. 305—323. servantur. 2) V. infra p. 357. 3) V. supra p. 355. 4) Diaconus S. Eustachii. 5) Thesaurarius; cf. Le Neve-Hardy, Fasti eccl. Angl. III, p. 159. et infra l. 36. 6) Ab Anglis. 7) Cf. supra p. 339 sqq. 8) Filius regis, cui Wasconia tradita erat. 9) Richmond in septentrionali parte comitatus Eboracensis. 10) Potius m. Nov. a. 1255; cf. infra p. 359; Gregorovius V, p. 311. 11) Galeana; Gregorovius V, p. 289.

nienses[a] obsides, quos pro Brancaleone retinuerunt, non redderent Romanis, civitas Bononie interdicto supponeretur. Quod et factum est. Bononienses autem interdictum sustinuerunt, nolentes obsides reddere Romanis; sciebant enim procul dubio, quod, si redderentur, Brancaleo festine morti traderetur. 1256.

**Rex Francorum tenuit parlamentum generalissimum.** In crastino autem purificacionis beate Marie rex Francorum generalissimum tenuit parlamentum[1], ad quod dominus rex Anglorum speciales nuncios destinavit, exigens, ut creditur, sua iura ultramarina; credebat enim esse[b] Francis formidabilis. Niehil autem optinuit nisi manifestam contradiccionem. Sed per nuncios suos certificabatur, quod papales excercitus irrestaurabiliter dissipabantur[2]; nec oportuit amplius de Sicilia vel Apulia sollicitari. Propter quod non rogavit qui missus fuerat, videlicet dominus Iohannes Mansel, regem Francorum, ut liceret regi Anglorum et hiis qui nomine eius censentur liberum transitum habere per regnum Francorum cum manu armata vel thesauro usque in Apuliam, quam papalis ei ad opus filii sui Edmundi contulerat munificentia. Rediit ergo vacuus, nisi quod rumores certos reportavit de papalis excercitus contricione. Febr. 3.

**De guerra mota super Taurinam civitatem pro capcione Thome de Sabaudia.** Eisdemque diebus archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[c], additis sibi electo Lugdunensi Philippo, Petro de Sabaudia et manu[d] armata non minima, profectus est ad partes Ytalie ad expungnandum civitatem Torinam, in qua Thomas, frater eorundem, Sabaudiensis, quondam comes Flandrie, captus in vinculis tenebatur. Idem enim Thomas subiectis suis torvus et nocivus extiterat et eos secus quam deceret et contra eorum consuetudinem tractaverat — unde cives[e] Torini et Astenses et alii eisdem confederati, nolentes eius iniuriosos impetus amplius tolerare, restiterunt ei in faciem — propter genus suum cf. Gal. 2, 11. preclarum, in quo plus equo confidebat[f], ac in insontes tirannice proterviebat[g]. Unde, ut pretactum est, ipsum in carcerem detruserant[2] compeditum. Venerunt igitur ad eius erepcionem, quasi rapida tempestas, Sabaudienses; quibus potenter cives restiterunt. Superveniens autem[h] multitudo copiosa cives compulit retroire et in suam se recipere civitatem; et civitatem potenter obsederunt. Habundabat autem Petrus thesauro, quem comes Ricardus, interposito tamen pignore, liberaliter comodaverat; habundabant insuper archiepiscopus Cantuariensis et electus Lugdunensis sacro thesauro nobilium, quibus prefuerunt, ecclesiarum; unde populoso excercitui suo larga stipendia pluendo distribuebant. Ceterum dominus rex Anglorum et regina maxime, que magis tenebatur, sterlingos desiderabiles eisdem affluenter transmiserunt. Dominus autem papa, ut videretur esse amicus domini regis et regine Anglorum efficax et adiutor non inanis, non aurum vel argentum, sed quandam epistolam elegantem consolatoriam transmisit[3], quam in Libro reperire poteris additamentorum ad hoc signum <-|-⊖-|-> . . . . . .

Necesse enim habuit rex sanum consilium et consolacionem habere spiritualem. Certificatus enim de contricione pape et sui excercitus, unde regnum patuit discrimini, animo consternatus est vehementer. . . . . . .

**Willelmus de Holandia iam promotus in regem Alemannie interimitur**[*]. Et eodem anno Willelmus de Holandia, quem dominus papa creaverat et in tantum sublimaverat, ut iam adeptus fuisset regnum Alemannie, et magnam materiam et occasionem ad imperium Romanum[4] optinendum preconceperat, post infinitos papales thesauros in eo et per eum exhaustos, Frisones, homines rudes et incultos ac indomitos, levi nacta occasione, cepit[5] hostiliter impugnare. Ipsi vero septemtrionalem quandam inhabitantes regionem, norunt navali bello desevire et super glaciem feraliter dimicare; de quorum Frisonum et Sauromatarum illis conterminorum[6] regione frigida dicit Iuvenalis*: *II, 1.

*Ultra Sauromatas fugere hinc libet et glacialem*
*Occeanum* etc.

Frisones igitur, positis tam per mare et harundineta quam per terram, que tamen palustris

*) *Ad calcem paginae depictum est scutum aureum, quod exhibet leonem salientem rubrum; supra gladius et infra corona inversa apparent.*

a) Bononiens *c.* b) *superscr. c.* c) B. *c.* d) ma *c.* e) civives *c.* f) confido, *tres literae abrasae sunt c.* g) protervie, *tres literae abrasae sunt c.* h) *in marg. c.*

1) Cf. Faure, 'Saint Louis' II, p. 339. 2) A. 1255. 3) V. infra p. 360. 4) Cf. Ulrich p. 118. 5) Bella contra Frisones a. 1254 sq. gesta neglexit Matheus; sed cf. supra p. 341. 6) Error.

1256. Febr. 2. est, insidiis, cum hiemalis magis rigor ingrueret, videlicet circa purificacionem beate virginis[1], ipsum Willelmum cum iaculis, que vulgariter gavelocos[2] apellant, quorum maxime noticiam hábent et usum, Danisque securibus et gesis, lineis et levibus armaturis cooperti, e vestigio hostiliter insequebantur. Et cum pervenirent ad quandam paludem, cum insideret idem Willelmus equum magnum bellicosum, ferro coopertum, loricatus et galeatus, crustis confractis glacialibus, que semipedalem excesserant spissitudinem, equus usque latera submersus infixus est in limo profundi; quem cum assessor iratus usque ad viscera confodiens calcaribus preacutis cruentaret, et cum equus fervens et magnanimus resurgere niteretur, nec poterat, confractus et obrutus, magis submersus, ipsum insidentem volutando in fragmentis lubricis et hispidis oppresserunt[a]. Superirruentes igitur Frisones, cum non esset qui oppresso subveniret, quia omnes fugerant commilitones, consimilem vitantes absortionem, ipsius Willelmi[b] corpus iaculis undique, quod iam humefactum frigore obriguerat, immisericorditer, licet misericordiam postularet, confoderunt. Optulit autem suis peremptoribus pro redempcione, ut ei parcerent et vivum evadere permitterent, infinitam pecunie quantitatem, [scilicet[c] pondus sue armature]; sed inhumani homini non parcentes, ipsum in frusta detruncarunt. Et sic ab apice excelse dignitatis flos militie Willelmus, Alemannie rex et comes Holandie, cum de imperio plane subarratus esset, pape creatura et alumpnus, in abissum confusionis ad arbitrium suorum hostium precipitatur. Mori autem hostium arbitrio, prout dicit philosofus[3], est bis mori. Hec autem cum domino pape innotuissent, doluit tot thesauros undecunque et qualitercunque [adquisitos[c]] in Caribdim transmisisse. . . . . . .

**Missi sunt ad curiam Romanam dominus Willelmus de Hortuna monachus Sancti Albani et[d] magister Willelmus de Sancto Edwardo.** Et circa idem tempus, cum quidam clericus Transalpinus ecclesie beati Albani nocumenta et dampna[e] machinaretur, missus[f] unus fratrum eiusdem ecclesie ad Romanam curiam, ut contra dictum clericum, qui Iohannes de Camezana[4] dicebatur — [cui[c] papa provisiones
Apr. 9. concessit] —, quod iustum erat impetraret. . . . Dominica palmarum iter arripuit Transalpinum. . . . . . .

**Convenerunt iterum episcopi Londoniis responsuri Rustando.** Epi-
Apr. 30. scopi Anglie, variis exagitati angariis, in quindena pasche convenerunt Londoniis, Rustando prescise[g] super exaccione postulata responsuri. Qui primo fracti et discordes fuerant recessuri, postea vero animati per barones contradixerunt, ne regi de baroniis suis aliquid contribuerent.

**Abbates Cisterciensis ordinis submonentur venire Radingum.** Diebus sub eisdem[5] magister Rustandus vocavit omnes abbates Cisterciensis ordinis in Anglia
Mai. 14. auctoritate apostolica, ut coram eo quarta dominica post pascha apparerent, mandatum domini pape ibidem audituros. . . . Responderunt unanimiter, quod non licuit tali ac tante exaccioni precise respondere, irrequisito assensu et consilio abbatis et capituli Cisterciensis[h]. . . . Rex igitur iratus iuravit, quod singulos dampnificaret[i]. . . . . . .

1255. **Dominus papa scribit pro ordine Cisterciensi[h].** . . . Scripsit insuper Albus[6] cardinalis domino regi devotissime pro ordine Cisterciensi. . . . . . .

**Modificacio papalis.** Qui vero ex parte universitatis prelatorum ad Romanam curiam destinabantur talem adepti sunt modificacionem et de intolerabili[k] rigore remedium:
Mai. 15. Ecce favor papalis et defensio. **Litere papales.** *Alexander* etc. *prelatis Anglie* etc. *Provisionis nostre . . . Cum igitur venerabilis frater noster Herefordensis episcopus de nostra licentia sibi per literas nostras concessa a dilectis filiis specialibus Aimero Cosa ac eorum sociis, civibus ac mercatoribus Florentinis, quingentas marcas sterlingorum mutuo receperit pro negociis karissimi in Christo filii nostri Anglorum regis illustris, . . . liceat vobis decimam vestrorum proventuum ecclesiasticorum, dicto regi ab apostolica sede pro Terre Sancte subsidio deputatam, usque ad quantitatem predicte pecunie, quam mercatoribus solvetis eisdem, . . . retinere.* . . . . . .[l]

a) oppressit *emendandum.* b) W. *c.* c) *uncis inclusa stilo plumbeo in marg. suppl. c.* d) et — Edwardo *alio atramento scr. c.* e) dapna *c.* f) est *suppl. edd.* g) prescis:, *ultima littera erasa c.* h) Cis. *c.* i) dapn. *c.* k) intolerabi *c.* l) D. Idus Maii Neapoli, pontificatus nostri anno 1 *add. Lib. addit.*, *ubi haec bulla bis scripta est.*

1) Ian. 28. 2) Anglosaxonibus *gafeluc*, Gallis *javelot*, hastile, provenit e linguis Celticis. 3) Cf. supra p. 307, n. 6. 4) Cf. supra p. 324, l. 36. 5) Ordinem temporum hic noster minus curasse videtur; sequitur enim bulla d. 25. Maii a. 1255; cf. Potthast nr. 15889. 6) Cf. supra p. 330.

Dominus abbas Westmonasteriensis et magister Rustandus transfretant. . . . . . . 1256.

Novum regis decretum de tironibus faciendis. Anno sub eodem exiit edictum regium[1], preceptumque est et aclamatum[a] per totum regnum Anglie, ut quilibet qui haberet 15 libratas terre et supra, armis redimitus, tirocinio donaretur, ut Anglia sicut Ytalia militia roboraretur; et qui nollent vel qui non possent honorem status militaris sustinere, pecunia se redimerent.

Pax est reformata[b] inter Flandrenses, Alemannos et Francos. Pax est reformata inter Francos, Alemannos et Flandrenses, suspecta tamen. Tot enim utrobique, immo undique, lesi dampnificabantur, quod nondum sine igne iracundie cinis glomeratus penitus poterat infrigidari[c], sub quo infelix mulier[2], vel pocius diabolus per mulierem[d], ut predictum est[e], facem primitus supposuerat. Pacificabantur autem populi memorati die[3] sanctorum Cirici et Iulite, matris eius. . . . . . . Iun. 16.

Sicut Karolus Magnus in Francia, qui erat regi Offe contemporaneus et amicissimus, omnes sibi rebelles edomuit, sic Offa magnanimus omnes regulos qui in Anglia quondam debacabantur vicit. . . . Iste insuper rex Offa, in quantum potuit aliquis rex, cenobium Sancti Albani, quod et ipse magnifice fundavit, liberam[f] esse constituit in temporalibus; et ut[g] ipsam[f] liberam faceret in spiritualibus, Romam in proprio corpore adiit[4], ubi Scolam Anglorum constituit[4] et multa fecit obiter beneficia. . . . . . .

Senator Rome captus est, propter quod orta est sedicio in Urbe, [et[h]] incarceratus. Tempore sub eodem[5], capto et incarcerato Romanorum senatore Brancaleone propter rigorem iusticie quam inviolabiliter[i] tenebat — fecit enim convictos de homicidio, furto et aliis facinoribus suspendi, mutilari et multiformiter puniri —, orta est sedicio in Urbe inter nobiles civitatis et populum. Uxor igitur senatoris, quam senatricem dicunt, fugiens festinanter et latenter Bononiam, ubi obsides pro ipso Brancaleone[k] senatore[l] tenebantur circiter 30 de nobilioribus adolescentibus Urbis, civibus Bononie[m] que acta fuerant intimabat. Cives igitur obsides arctius tenebant. Cardinales igitur quidam de ipsa Urbe oriundi et de nobilibus ducentes[n] originem exasperarunt dominum papam in Bononienses; et sic aucta est perturbacio. 1255.

Vacat, quia prius.

De pugna et perturbacione orta apud Sanctum Botulfum[6], scilicet ad nundinas. Anno sub eodem apud Sanctum Botulphum tempore nundinarum orta est discordia, que litem generavit, lis autem pugnam inter Petri[o] de Sabaudia et Roberti de Tateshale homines cruentam suscitavit. Petrus enim et Robertus emolumenta quedam in illis nundinis participando recipiunt. Et dum numerus armatorum pugnantium in immensum excrescens stragem magnam minaretur, homines comitis Ricardi prudenter tumultum ortum sedaverunt. Petrus enim ab Anglia recessurus ipsum comitem possessionum suarum, precibus multiplicatis cum muneribus, constituerat defensorem. Et sic profuit Petro plus eius absentia quam presentia; dictum enim est, inhonestum fuisse nimis in absentem desevire, maxime pro liberacione fratris[7] sui pio ac geneali spiritu dimicantem. Et sic quieverunt omnia ad tempus certamina inchoata. 1256.

Qualiter papa scripserit regi et regine Anglorum. Petrus autem de Sabaudia constantissime cum magnatibus generis sui, videlicet archiepiscopo Cantuariensi et electo Lugdunensi[8] et aliis Sabaudiensibus, urbem Taurinam infestat, ita ut, deficientibus victualibus — nec poterat eis Padus proficere —, urbem suam imbelli populo vacuarent. Cives igitur, quanto plus arctabantur, tanto firmius comitem Thomam tenuerunt vinculatum, ut, si cives puniendi forte caperentur, ipse comes, qui primus et ultimus causam perturbacionis suscitaverat, primitus puniretur. Dominus autem papa, ut videretur domino regi Anglorum et regine in hoc casu profuisse, ipsos blandis consolacionibus demulcendo, scripsit[9] eisdem sic:

Nota[p] consolacionem umbratilem et inanem, ut sic papa . . .[q]

a) *sic c.* b) reforma c. c) infrigdari c. d) muluerem c. e) *superscr. c.* f) *sic, tamquam si ecclesiam praecedat, c.* g) *bis scr. c.* h) *suppl. edd.* i) involabiliter c. k) B. c. l) senore c. m) Bonon c. n) ducuntes c. o) ri *abras. c.* p) *haec ad calcem pag. stilo plumbeo scr. c.* q) *reliqua legi non possunt.*

1) Cf. Stubbs, 'Constitutional Hist.' II, p. 282. 2) Margareta. 3) Hunc diem alibi non inveni. De pace m. Sept. confecta cf. Sattler p. 64. 4) Error; 5) Nov. 1255; cf. supra p. 356. 6) Boston. 7) Thomae; cf. supra p. 357. 8) Philippo. 9) Fortasse iam a. 1255 ex. Cf. supra p. 357; cf. supra p. 22. 96. 108. et infra G. abb. initium. Potthast nr. 16641.

*Alexander*[a] *episcopus* etc. *karissime in Christo filie*[1] *illustri regine Anglorum salutem et apostolicam benedictionem. Nimis amare nimiumque moleste sunt nobis iniurie, que devotis ecclesie filiis irrogantur; valde cor nostrum offense fidelibus apostolice sedis illate conturbant. Sed de illorum molestiis plus dolemus, quorum circa sedem ipsam sic semper devocio servivit claruitque sinceritas, quod inter alios puritatis titulo presigniri meruerunt et uberiori ab eadem*

Nota verba compassionis.

*sede fulciri favore et attolli honorificentia pociori; horum nanque gravamina ilico sentimus in nobis, qui*[b] *mox cum leduntur, degustamus suarum amaritudinem lesionum. Sane ad audientiam nostram non sine cordis amaritudine et mentis tribulacione*[c] *pervenit, quod nuper, Astensibus civibus ad depopulacionem castri Montis-Calerii*[2] *hostiliter precedentibus, dilectus filius nobilis vir Thomas de Sabaudia comes, avunculus tuus, qui in eodem castro tunc temporis morabatur, recedens exinde, ad civitatem se transtulit Taurinensem, sperans cum auxilio civium civitatis eiusdem, suorum utique vassalorum, in succursu predicti castri, quod ad eum spectare dinoscitur, properare. Sed dicti cives, tanquam contemptores divini timoris et fame proprie neglectores, fidelitatis iuramento, quo predicto comiti tenebantur astricti, temere violato, eisdem Astensibus*[d] *procurantibus*[e] *et*[f] *ad id auxilium impendentibus, ipsum capere et detinere non sine prodicionis nota nequiter presumpserunt. Et quidem rumor tam*[g] *sinister interiora nostra dolore immani acriter vulneravit, quia tanto venit auribus nostris acerbior, quanto detenti nobis carior est persona. Tristamur itaque, nec indigne, quod filius quem inter alios precipuo complectimur taliter detinetur; dolemus, nec mirum, quod tanti persona magnatis, de cuius sincero confidebamus obsequio, in manus suorum incidit proditorum arctiusque tenetur, qui devocione assidua invalescens ad predicte sedis exaltacionem inde-*

Videtur, quod sint verba adulacionis, sed sunt compassionis et misericordie.

*fessa*[h] *sollicitudine laborabat. Cum enim predictum comitem suumque genus singulari benivolentia prosequamur, cum eiusdem domum propter sue devocionis merita quodam semper affectu pretulerimus*[i] *speciali, magis ex hoc suarum sentimus aculeos passionum, amplius ob id adversitatem*[k] *ipsius amaritudinem delibamus. Quin immo sic proximo nos eius detrimenta contingunt, quod ea pacienti compatimur statim sibi; non potest unquam adversitatis flagello*[l] *feriri, quin percuciamur protinus cum eodem; suas*[m] *quippe nobis affecciones commisit propriosque dolores amara*

Ecce maximum in tribulatione adiutorium.

*nobis[cum*[n]*] transfusione*[o] *partitur. Ideo serenitatem tuam rogandam*[p] *attencius duximus et hortandam*[q]*, quatinus personas et bona civium Taurinensium et Astensium*[r] *terris tue dicioni subiectis existentium capi facias et tam diu detineri, donec predictus comes restituatur pristine libertati*[s].

Similiter et domino regi.

Regi[t] quoque consimilis epistola est transmissa. . . . . . .

1256. **Frater Iohannes de Dia de ordine Minorum venit in Angliam de precepto pape.** Per idem tempus frater Iohannes de Diva[u], vir quidem comendabilis, de ordine Minorum, venit in Angliam[3], ut auctoritate papali que emendacione indigebant reformaret. . . . . . .

**Memfredus triumphat de hostibus suis et prosperatur in guerra sua.** Temporibus quoque sub eisdem Memfredus, qui filius tantum naturalis Fretherici diu credebatur, iam inquisita et scita rei veritate, non iam tantum naturalis, id est illegitimus, immo pro legitimo habebatur[4]. Unde ab omnibus Siculis et Apulis et finitimarum illarum regionum incolis, qui eidem ceperunt adherere, amabatur et honorabatur. Contigit enim, quod, iam circiter viginti annis elapsis[v], mater ipsius Memfredi[5] graviter imfirmata[w], vocavit ipsum Frethericum[x] imperatorem, ut misertus illius pro Deo ipsam visitare non dedignaretur; credebatur namque in proximo moritura[y]. Et cum venisset imperator, ait ei mulier iunctis palmis, et abortis lacrimis cum singultibus: 'Domine, miserere mihi, misere mihi in proximo moriture et succurre periture! De periculo corporis mihi formidandum est, sed

a) *contuli etiam Librum addit. (cod. Cotton. Nero D 1. f. 72), ubi haec epistola manu socii Mathei exarata est.* b) *in loco raso Add., ubi num* quia *scriptum sit haud apparet.* c) turbacione *Add.* d) Astañ *c.* e) au *add. Add., sed expunct.* f) *superscr. Add.* g) *sic Add.;* iam *c.* h) indefessam sollicitudinem *c. et Add.* i) pertulerimus *c. et Add.* k) *sic c. et Add.;* adversitatum *emendat Lu.* l) fagello *c.* m) scias *c. et Add.* n) *sic Add.; deest c.* o) patimur *add. Add., sed linea subducta del.* p) d' *add. Add.* q) *corr. ex* rogandam *Add.* r) in *suppl. Lu.* s) Datum etc. *add. Add.* t) Similiter et domino regi scriptum est *Add.* u) vel Dia *in marg. c.* v) elapsit *c.* w) imformita *c.* x) F. *c.* y) mortura *c.*

1) Alienorae. 2) Moncalieri. 3) Pro negotio Siculo *Iohannem de Dia capellanum et poenitentiarium nostrum* misit papa epistola data Iun. 11, Potthast nr. 16405. 4) Cf. Ficker nr. 4056e. 5) Blanca; tempus quo obierit alibi frustra quaesivit Ficker p. 851.

multo magis sollicitor de periculo anime iminenti. Habes namque filium quendam naturalem Memfredum, quem tibi genui. Placeat igitur tibi[a] me desponsare, ut et ille Memfredus[b] legitimetur, et anima mea a periculo liberetur!' Inclinatus est igitur precibus supplicantis et ipsam sibi matrimonio copulavit[c,1]. Hec autem multis annis multos latuerunt; sed hoc anno omnibus Siculis et Apulis manifesta patuerunt, unde hactenus immobiliter 1256. steterunt cum eodem contra papam et omnes qui illi adversabantur; et cepit Memfredus prosperari in via sua et in guerra, quam contra papam moverat, super omnes fere inimicos suos exaltari et ad votum dominari; unde papa cepit rogare ea [que[d]] pacis sunt. Ceperat namque dictus Memfredus[b] iam Neapolim, Barletum et civitates maritimas, Capuam et alias multas civitates et opida[2], et quod pluris est, corda magnatum et populorum ad se conciliata pronius inclinavit. Nec erat aliquis de prelatis ecclesie, qui domino pape, heu heu! condoleret; quod profecto non valeo sine lacrimarum profluvio scribere vel pronunciare. Taliter se habet versus fideles Christi dominus papa, quos teneretur in sinu caritatis affectu paterno blandius educare, ut nullus adversitatibus eius compaciatur, immo potius, si quis eum infestet et impetat, etiam malus et reprobus, successibus persequentis congratulatur.

Brancaleo senator[e] Romanorum a carcere liberatur. Brancaleo[f] Romanorum senator, de quo bona fama pullulare non desinit, qui pro execucione iusticie multam a magnatibus Rome persecucionem toleraverat, a carcere, in quo detrusus fuerat, populo procurante, liberatur[3]. . . . . . .

Ut autem manifeste pateat cuilibet lectori, quod hec virulenta obligacio, que ab episcopo Herefordensi emanat, fontem habuisset[g] inicialem ab ipso papa, nisi bulla adulteretur, has literas duximus huic libello, ut perpetuetur memoria miserie[h] prelatorum modernorum et servitutis ecclesiarum[i], comendandas.

Litere papales miserabiles. *Alexander*[k,4] etc. *dilecto filio magistro Rustando* etc. *Cum olim Bertoldo marchioni de Cambig.*[l,5] *pro negocio*[m] *regni Sicilie procuracione duo milia uncearum*[n] *auri per dilectos filios Reinaldum, Reinerum, Perinum*[o,6] *Scotti*[p] *et Christoforum*[q] *Tolomei*[r] *eorumque socios, cives et mercatores Senenses, persolvi mandaverimus, et propter hoc quedam monasteria [et*[s]*] ecclesie regni Anglie fuerunt in duobus milibus marcarum sterlingorum novorum de mandato nostro eisdem mercatoribus obligata: quia predictus marchio et fratres sui*[7] *multorum beneficiorum, que a nobis et ecclesia Romana receperant, immemores existentes, manifestam prodicionem adversus nos et eandem ecclesiam et carissimum in Christo filium nostrum regem Anglie illustrem commiserunt in regno predicto Sicilie, propter quod omnibus beneficiis et graciis a nobis impensis eisdem merito sunt privandi, et de huiusmodi pecunia nonnisi tantum trecente uncee fuerunt per dictos mercatores eisdem marchioni et fratribus persoluta, discrescioni tue in virtute obedientie per apostolica scripta firmiter precipimus, mandantes*[t]*, quatinus predicta duo milia marcarum ab huiusmodi monasteriis et ecclesiis colligas vel per alium colligi facias et hec*[u] *[que] per dilectum filium magistrum Bernardum de Senis, capellanum et nuncium nostrum*[8]*, vel per quemcunque alium collecta*[v] *sunt et eisdem mercatoribus antedictis*[w] *assignata, valore predictarum trecentarum uncearum*[x] *auri dimisso mercatoribus sepedictis*[y]*, residuum*[z] *tibi facias a detentoribus exhiberi. . . . Quid*[a] *autem et quantum ab huiusmodi monasteriis et ecclesiis vel magistro Bernardo et mercatoribus supradictis et aliis detentoribus quibuscunque receperis, dilectis filiis Carbuco*[b,9] *et Iacobo de*[c] *Last. vel eorum*

a) *stilo plumbeo in marg. c.* b) M. *c.* c) coplavit *c.* d) *suppl. edd.* e) senetor *c.* f) Brac. *c.* g) ha, *in marg. stilo plumbeo* huisset *c.* h) *postrema littera erasa c.* i) eccastice, *in marg. stilo plumbeo* ecclesiarum *c.* k) *Lib. addit. f. 72'. contulimus.* l) Cambig *c. Add.* m) negocii *forte legendum.* n) *ita Add.;* anceā *et in marg. stilo plumbeo* marcarum *c.* o) pitā *vel* pīn *c. Add.* p) Scocci *Add.* q) Christofori *c.* r) Colom̄. *c. Add.; corr. e Potthast nr.* 16051. s) *sic Add.; deest c.* t) m⁹ *c.* u) h̄ *c.* — que *supplevi.* v) *ita Add.;* collegam suni, *in marg.* suum *c.* w) *deest Add.* x) *sic Add.;* marcarum *c.* y) antedictis *Add.* z) *bis scr. c.* a) Quod *emendandum.* b) Carbūc *Add.* c) dilast' vel horum *Add.*

1) Hoc verum esse censet Ficker p. 850. 2) Litteris supra p. 360. laudatis scripsit papa, Manfredum *Terram Laboris quasi totaliter occupasse.* 3) A. 1256, fere m. Aug.; Gregorovius V, p. 312. 4) Potthast nr. 16431; cf. epistolas eodem mense datas de pecunia pro negotio Siculo ab Anglis papae creditoribus solvenda nr. 16415 sq. 16432. 5) Hohenburg. Papa a. 1255, Apr. 21. Henricum III. rogaverat, ut certis diebus statutis 8000 uncias marchionibus de Hohenburg solvi faceret. Qui a. 1255, m. Aug. Manfredo reconciliati causam ecclesiae prodidisse videbantur. 6) V. quae a. 1256. *mercatores Senenses in Urbe Petrus Scotti et Cristoforus Tolomei* scripserunt in 'Giorn. stor. degli arch. Tosc.' II, p. 191. 7) Otto et Ludovicus. 8) Cf. Potthast nr. 16051. 9) Carbonecto et I. de Lastra (prope Florentiam)? HARTWIG; *Lastala* Rymer I, p. 365.

1256. *alteri, sociis, Reinero*[a], *Gileberto*[b] *Cremonensi et mercatoribus*[c] *Florentinis**), *qui pro municionibus civitatum et castrorum et aliorum locorum eiusdem regni Sicilie duo milia marcarum sterlingorum nobis liberaliter mutuarunt, ad quarum solucionem nos et ecclesia*[d] *Romana eis certo termino faciendum obligati sumus eisdem, sicut caram gratiam nostram habes, assignare pro-*
Iun. 20. *cures. . . . Datum Anagnie*[e] 12. *Kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo*[1]. . . . . . .

**Applicuit archiepiscopus Cantuariensis rediens de partibus Ytalie.**
Nov. 25. Circa festum beate Katerine applicuit Cantuariensis archiepiscopus de partibus Ytalie post multas inutiles Anglicane pecunie effusiones et labores infructuosos. Qui parum profecit in bellicis negociis[f] apud Taurinam civitatem; nec est liberatus frater eius Thomas, quandoque comes[g], a carcere civium, licet Sabaudienses omnes vires effuderint ad ipsius liberationem, et quamvis papa ipsum liberare conaretur, scribens[2] regine Anglorum contra cives, ad eorum impedimentum. Idem enim Thomas cives leserat enormiter, eisdem iniuriando. . . . . . .

Nov. 1. Et circa festum omnium sanctorum Walenses . . . homines Edwardi, domini sui, quod tamen minime sunt confessi, hostiliter invaserunt. . . . Edwardus autem hec audiens, ilico ad sinum comitis Ricardi, avunculi sui, confugit, quia dominus rex pauper factus est et inglorius; pecuniam, videlicet quatuor milia marcarum, mutuo cepit ab eodem. . . . . . .

**Novum preceptum et inauditum.** Tempore quoque sub eo iussit rex districte,

*) *De argentariis Florentinis cf. supra p.* 353. *et Lib. addit. ed. Luard VI, p.* 220:

1252. *Universis presentes literas inspecturis I.*[3] *Dei gratia abbas Sancti Albani et eiusdem loci conventus, Lincolniensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, nos pro nostris et ecclesie monasterii et conventus nostri negociis et necessariis utilitatibus fideliter peragendis apud Londoniam mutuo recepisse a Maneto Spyne et Girardo Riccobaldi, mutuantibus pro se ipsis et Hyspiliato Camby et Aringero*[4] *Abadingero et ceteris eorundem sociis, mercatoribus Florentinis,* 115 *marcas bonorum, novorum et legalium sterlingo-*
Sept. *rum. . . . Datum apud Sanctum Albanum mense Septembris et publice in capitulo nostro a. D.* 1252.

1255. *Et ib. p.* 308: *Alexander episcopus, servus servorum* etc., *dilectis filiis Matheo de Alperino, capellano nostro et officiali Trecensi, salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilecti filii Spillatus Cambaii et Aimerius Cose*[5] *socii, cives et mercatores Florentini, pro se et Dino Perini, Petro Bone-case et Mainetto Spine, Iacobo Cambii et Rustico Cambii et ceteris eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentie, venerabili fratri nostro episcopo Herefordensi . . . ducentas marcas . . . mutuaverint, . . . mandamus, quatinus . . . prefatis mercatoribus . . . fuerit satisfactum. . . .*
Apr. 28. *Datum Neapoli* 4. *Kal. Maii, pontificatus nostri anno primo.*

1257. *Et ib. p.* 350: *Magister Rustandus, domini pape subdiaconus et capellanus, negocii crucis executor a sede apostolica deputatus, universis collectoribus decime in Anglia constitutis salutem in Domino. Cum religiosi viri abbas et conventus de Sancto Albano, Lincolniensis diocesis, Mainetto Spine et sociis suis, civibus et mercatoribus Florentie, satisfecerint iuxta ordinacionem nostram de quingentis marcis, . . . inhibemus, ne ab eisdem abbate et conventu . . . decimam*
Mai. 8. *exigatis. . . . Datum Londoniis* 8. *Id. Maii a. D.* 1257.

*De mercatoribus Senensibus cf. ib. p.* 305:

1255. **Littere papales directe ad omnes abbates et priores Anglie Nigri ordinis super debitis que episcopus Herfordensis nomine eorum mutuavit apud curiam Romanam a mercatoribus subscriptis anno Domini 1255, primo anno Alexandri pape.** *Alexander*[6] *episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano ecclesie sancti Stephani Trecensis*[7] *et magistro N.*[8] *de Senis, capellano nostro, salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilecti filii Bonaventura Bernardini*[9], *Bartholomeus Guidy*[h], *Hugelinus Belmontis, Capitinus Buchy, Bonefacius Iuncta, Aldebrandinus Ildebrandini, cives ac mercatores Senenses, pro se et ceteris eorum sociis, civibus et mercatoribus Senensibus, venerabili fratri nostro episcopo Herfordensi nomine dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Radingensis, . . . quadringentas marcas . . . mutuaverint, . . . mandamus, quatinus . . . prefatis mercatoribus*
Aug. 2. *. . . fuerit satisfactum. . . . Datum Ananie* 4. *Non. Augusti pontificatus nostri anno primo.*

a) *ita Add.*; Remero *c.* b) Gilleb. *Add.* c) mercatorum *c. Add.* d) ecclesiam *c. Add.* e) Anang. *Add.* f) *bis scr. c.* g) Flandrie *suppl. Luard.* h) Gurdy *c.*; Guidi, Hugol. B., C. Bucci, B. I., Aldebrandus Aldebrandini *Ann. Osen.*

1) In iis quae sequuntur Matheus narrat, quomodo pauci tantum praelati papali exactioni resistere ausi sint, qui a. 1257. Romae veniam impetrarint. 2) V. supra p. 360. 3) Iohannes. 4) Arrigo Ardingello? Cf. *Cambi et Ardinguelli de Florencia mercatores* ap. Müller, 'Rel. Tosc. coll' Or.' p. 110. 5) Cf. supra p. 358. et *Cossa* ap. Savioli, 'Ann. Bologn.' III, 2, p. 311. 6) Cf. similem epistolam in Ann. Osen. IV, p. 107 (Potthast nr. 15872). 7) Radulfo. 8) Bernardo. 9) Cf. Lib. add. p. 315: *Conventus Rofensis a Bonaventura Bernardini cive et sociis suis, civibus et mercatoribus Senensibus, recepit pecunie quantitatem*; et p. 323: *Radingenses Aldebrando Aldebrandini et sociis suis, mercatoribus Senensibus, in Romana curia in* 400 *marcis obligati* dicuntur. V. de eisdem Potthast nr. 16051. 16416.

ne exire permitteretur a cancellaria regio sigillo consignatum fratri suo Ricardo, comiti 1256. Glovernie Ricardo, Petro de Sabaudia vel alicui fratrum suorum[1] nocivum vel dampnosum pro quacunque causa aliquod breve. . . . . . .

Multiplicantur ecclesie oppressiones tempore huius pape, cum contrarium speraretur. Diebus sub eisdem dominus rex, pessimo fretus consilio, tantam pecuniam a papalibus negociatoribus mutuo accepit, ut filium suum Edmundum in regnum Sicilie promoveret, ut se ipsum in summe paupertatis vinculis irretiret. Papa autem, qui nec falli debuit nec fallere[2], regis fidem adhibuit assercionibus, quas liquido scire potuit, si vellet, fuisse penitus umbratiles[a] et fallaces. [b]Dedit enim intelligi in mandatis ipsi pape dominus rex, quod Anglia pecunie puteus extitit[c] inexhaustus, quem nullus poterat exsiccare; item quod nunquam in Anglia[d] tam dilectus, tam pecuniosus sicut ipse[e] previxisset, cum tamen papa per multos sibi familiares, qui tunc Rome fuerant, contrarium poterat didicisse. Usure igitur pecunie aliene regem obligantes cum penis ad plus quam centum cotidie libras ascenderunt, ita ut immineret tam clero quam populo Anglico desolacio cf. Baruch 4, 33. cum ruina. . . . . . .

Walenses, licet ipse dominus rex necnon et comes Ricardus, ne impediretur suum arduum negocium[3], humiliter postulassent, ut saltem ad horam ab eorum impetu temerario desisterent, noluerunt quiescere. . . . Rex adeo alieno ere in partibus transalpinis obligabatur, et comes multis thesauri comodacionibus sui, scilicet[f] quatuor milium marcarum, fatigatus, regina quoque mater eius in profusione expensarum in guerra contra civitatem Taurinam inutili fatigata, adeo thesaurum suum mutilaverant, ut non possent Edwardo[4] aliquatenus subvenire. . . . . . .

Eliguntur ab universitate quidam magistri Parisienses[g], ut Romam adeant contra fratres Predicatores. Crebrescentibus scandalis[5] et odiis inter magistros Parisienses et fratres Predicatores, electi sunt cum magna deliberacione quidam celeberrimi[h] magistri lectores, videlicet magister Willelmus de Sancto Amore et magister Odo de Doaco, qui nobiliter rexerant in artibus et in decretis et tunc in theologia, magister Christianus canonicus Belvacensis, qui maximus quasi philosophus emeritus, postquam in artibus rexerat, in theologia lecturivit, magister Nicholaus de Baro super Albam, qui rexerat in artibus, legibus et decretis, ad legendum in theologia preparatur, magister Iohannes de Sectavilla Anglicus, rector universitatis, et magister Iohannes Belin Gallicus, nominatissimi philosophi, regentes in artibus: omnes isti de nobilissimis viris procreati preelecti sunt per magnum — quia fides paciebatur detrimentum — consilium et deliberacionem, ut Romam adeant et dominum papam pro tranquillitate universitatis Parisiensis et fidei redintegracione[i], maxime cum hoc malum maius generare comminetur; collectaque sunt eis ex universitate viatica. Fratres namque quedam nova predicabant, legebant et docebant, ut dicebatur, deliramenta, que de libro Ioachim abbatis, cuius scripta Gregorius papa[6] dampnaverat, extraxerunt, et quendam librum composuerunt, quem sic eis intitulare complacuit: 1254. *Incipit Euvangelium eternum*, et quedam alia, que non expedit recitari. Predicatores autem contra universitatem suos expeditos nuncios ilico transmiserunt, ut magistris in faciem contradicerent. Subsannavit populus, elemosinas consuetas subtrahendo, vocans eos ypocritas et Antechristi[k] successores, pseudopredicatores, regum et principum adulatores et consiliatores, ordinariorum contemptores et eorundem supplantatores, thalamorum regalium subintratores, confessionum prevaricatores, qui peragrantes ignotas provincias, peccandi audaciam subministrant. Auditis igitur hinc inde querelis, precepit papa, ut novus

a) umbrales *c.* b) rex *stilo plumb. in marg. add. c.* c) extit *c.* d) rex *suppl. edd.* e) in Anglia *iterum add. c.* f) scilicet — marcarum *in marg. c.* g) Parienses *c.* h) ceberr. *c.* i) redintegracionem *c.* k) *sic c.*

1) De Lusignan. 2) V. supra p. 329. 3) Scil. ut rex Romanorum eligeretur. Iam igitur ante finem anni hanc rem tractatam esse Matheus non ignoravit; cf. infra p. 365. 367. 4) Walenses subiecturo. 5) V. Ann. Burton. ed. Luard I, p. 430 (Potthast nr. 16424; cf. nr. 16436). 6) Decr. I, tit. 1, c. 2 (ex concilio Lateran. IV): *libellum contra mag. Petrum Lombardum de essentia Trinitatis.* Sed potius ex Ioachim Concordia, Apocalypsi, Psalterio constitit Evangelium aeternum, cui a. 1254. *Ghirardinus de Burgo S. Donini* (Salimbene p. 233) Minorita *Introductorium* praemisit et explanationem perversam adiecit. E quo clericus universitatis Parisiensis (Richer., SS. XXV, p. 328), Mendicantibus infestus, *Errores* (v. p. 364) collegit, quos Alexander IV (Potthast nr. 16072/9, quas tabulas fortasse Matheus legit) una cum Introductorio damnavit. Cf. Denifle, 'Archiv für Kirchengesch.' I, p. 49 sqq.

1255. ille liber, quem Euvangelium eternum nominant*, secreto et, si posset fieri, sine fratrum scandalo combureretur, et alia, que de Iohachim corruptela dicuntur emanasse. Vigilanter

1254. *) *Cf. Lib. addit. VI, p.* 335[a]: **Errores qui elici possunt de libro Ioachim abbatis qui[b] Euvangelium dicitur eternum, quem librum papa Gregorius dampnavit et reprobavit in principio decretalium suorum.** De prima parte libri qui appellatur Euvangelium eternum, que prima pars dicitur Preparatorium in Euvangelium eternum, extrahi possunt hii
Liber primus. errores qui secuntur: Primus error est, quod Euvangelium eternum, quod idem est quod doctrina Ioachim, excellit doctrinam Christi et omnino Novum et Vetus Testamentum. Secundus est, quod euvangelium Christi non est euvangelium regni ac per hoc nec edificatorium ecclesie. Tertius, quod Novum Testamentum est evacuandum, sicut Vetus est evacuatum. Quartus, quod Novum Testamentum non durabit in virtute sua nisi usque ad annum incarnationis 1260. Quintus, quod illi qui erunt ultra tempus illud non tenebuntur recipere Novum Testamentum. Sextus, quod euvangelio Christi aliud euvangelium succedet. Septimus, quod nullus simpliciter ydoneus est ad instruendum homines de spiritualibus nisi illi qui nudis pedibus incedunt.

De secunda parte eiusdem libri, que[c] appellatur Concordia Novi et Veteris Testamenti, possunt isti errores extrahi qui sequuntur: De primo enim libro huius operis[d] primo potest extrahi error iste: Videlicet quantumcunque Dominus affligat Iudeos in hoc mundo, tamen aliquos reservabit, quibus benefaciet in fine, etiam manentibus in Iudaismo, et quod in fine illos liberabit ab omni impugnatione hominum, etiam in Iudaismo manentes. Secundo, quod etiam[e] nondum peperit neque pariet filios ecclesia ante finem regni temporalis, quod finietur infra[f] tempus predictum; et per hoc datur intelligi, quod religio christiana, que iam multos peperit vocando[g] ad fidem
Liber secundus. Christi, non est ecclesia. De secundo libro eiusdem partis extrahi possunt isti errores qui sequuntur: Primus est, quod euvangelium Christi neminem ducit ad perfectum. Secundus est, quod adveniente euvangelio Spiritus sancti, sive clarescente opere Ioachim quod dicitur Euvangelium eternum sive Spiritus sancti, evacuabitur euvangelium Christi. Tertius est, quod spiritualis intelligentia Novi Testamenti non est commissa popullo[h] Romano, sed tantum litteralis; et per hoc datur intelligi, quod ecclesia Romana non potest iudicare de spirituali intelligencia Novi Testamenti, et si iudicat, temerarium est eius iudicium, et non est adquiescendum eius iudicio; et quod ipsa Romana ecclesia animalis est, non spiritualis. Quartus est, quod recessus ecclesie Grecorum ab ecclesia Romana fuit a[i] Spiritu sancto; et per hoc datur intelligi, quod viri spirituales non teneatur Romane ecclesie obedire nec adquiescere eius iudiciis in hiis que Dei sunt. Quintus est, quod tertius ordo electorum, qui secundum eundem librum est ordo religiosorum, non tenetur se exponere morti pro defensione fidei aut pro conservatione cultus Christi[k] in aliis hominibus. Sextus est, quod popullus[h] Grecus magis ambulat secundum sanctum Spiritum quam populus Latinus ac per hoc magis est in statu salvandorum, et quod magis est adherendum ei quam populo Romano sive ecclesie Romane. Septimus, quod sicut Filius operatur salutem populi Latini sive populi Romani, quia ipsum representat, sic Spiritus sanctus operatur salutem populi Greci, quia ipsum representat; et per hoc datur intelligi, quod Pater salvum faciet populum Iudaicum, quia ipsum representat. Octavus, quod sicut veniente Iohanne baptista ea que precesserant reputata sunt vetera propter nova supervenientia, ita adveniente tempore Spiritus sancti sive tertio statu mundi ea que precesserant reputabuntur vetera propter nova que supervenient; et ex hoc datur intelligi, quod Novum Testamentum reputabitur vetus
Liber tertius. et proicietur. De tertio libro eiusdem partis unus error extrahi potest, videlicet quod Spiritus accepit aliquid ab ecclesia, sicut Christus in quantum homo accepit aliquid a
Liber quartus. Spiritu sancto. De quarto libro eiusdem partis in primo tractatu duo errores extrahi possunt: Primus est studium euvangelizandi[l] et concordandi carnales genealogias que fuerunt in primo statu mundi et spirituales status secundi mundi contra apostolum dicentem
* 3,4. primo[m] ad Thimotheum I*: *Rogavi te, ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent neque intenderent fabulis et genealogiis indeterminatis*[n], *que questiones magis prestant* destructionem[o] *quam edificationem.* Secundus est studium manifestandi momenta atque tempora eorum que evenient in
* v. 7. secundo statu mundi per ea que evenerunt in primo statu mundi contra illud Actus primo*: *Non est vestrum nosse*[p] *tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate.* In secundo eiusdem libri tractatu duo errores inveniuntur: Primus est, quod Christus et sancti apostoli eius non fuerunt perfecti in vita contemplativa. Secundus est, quod activa vita usque ad tempus Ioachim fructuosa fuit, sed modo non est fructuosa; contemplativa vero ab ipso fructificare cepit et amodo in perfectis successoribus suis perfectius manebit; et per hoc datur intelligi, quod ordo clericorum, ad quos[q] pertinet activa vita, amodo non fructificabit in edificatione et conservatione ecclesie nec omnino in regimine, sed ordo monachorum amodo in hiis fructificabit.
Liber quintus. De quinto libro eiusdem partis. In tractatu de septem diebus inveniuntur quatuor

a) *eadem tabula exstat ap. d'*[illegible]*entré (Coll. iudic. de nov. err. I, p. 164), Henr. Hervord. (ed. Potthast p. 181), Nic. Eymeric. (Direct. inquis. p. 270),* P[illegible]r. *(Evang. aet. p. 33).* b) *ita Henr.*; et E. quod d. *c.* c) *ita Arg. H.*; qui *c.* d) partis *emend. ex A. H.* e) [illegible]lesia *A. H.* f) post sex annos proxime sequentes *A. H. Eym.*; *mutavit Matheus, utpote qui ex a.* 1256. *posuerit* ([illegible]). g) vocatos *A. H. E.* h) *sic c.* i) de *H.* k) christiani *c., sed expunct.* l) enumerandi *H.*; annu[illegible]ndi *A.* m) primo *emendandum.* n) interm. *A. H. Vulg.* o) *deest A. H. Vulg.* p) *ita A. H. Vulg.*; noscere, *in marg.* vel nosse *c.* q) quem *H. E.*

igitur, procurante diligentia domini Hugonis cardinalis[1] et episcopi Messanensis[2], qui de ordine Predicatorum[a] extiterunt, caute ac tacite procuratum est, ita ut tumultus[b] esse[c] motus ad horam conquievit. . . . . . . 1255.

Anni conclusio. Transiit igitur annus ille . . . Francigenis invidiam pro comitis Ricardi promocione pariturus. . . . . . . 1256.

Dominus rex fuit Londoniis ad natale Domini. Anno Domini 1257, qui est annus domini regis Henrici tercii 41, fuit idem dominus rex Londoniis ad natale Domini. Dec. 25. Ubi venerunt ad dominum regem, qui multos simul cum comite Ricardo ibi magnates congregaverat, quidam de primatibus Alemannie[3], nunciantes omnibus qui ibi fuerant, quod unanimi consensu comitem Ricardum in regem Alemannie rite elegerant[4] et ipsum in suum regem et dominum postularunt, dummodo in eorum voluntatem consentire voluisset comes memoratus. Archiepiscopus autem Coloniensis[5], sacri imperii[6] prothocancellarius, et quidam alii magnates Alemannie literas suas[7] super hoc testimoniales et ratihabicionem[d] per eosdem solempnes[e] nuncios illuc unanimiter destinarunt, asserentes[8], quod nunquam aliquis sine aliquo contradiccionis[f] ita mere, ita unanimiter electus in illam extitisset dignitatem. Et dum hesitassent omnes, quid agendum, quia presentia comitis multum esset regno Anglie necessaria, ait rex[9] in propatulo: 'Ne videatur pusillanimitas, consulo et peto, ut hunc honorem celitus et humanitus simul concessum et oblatum recipere non recuset'. Et cum perterruisset[g] aliquos, quod duo paucis elapsis annis in regem electi Alemannie[h] et promoti sinistros finales casus, quasi Deo irato, promeruerunt, fuerunt qui dicerent comiti verba consolatoria: 'O comes sapiens et circumspecte, quid hesitas, quasi te perterreat

---

valde suspecta et diligenter examinanda: Primum est, quod aliquis de[i] ordine religiosorum futurus est, qui preferetur omnibus ordinibus dignitate et gloria, in quo implebitur promissio apostoli[k] dicentis: *et dominabitur a mari usque ad mare* etc. Secundum est, quod ille ordo in quo implebitur predicta promissio apostoli[k] tunc convalescet, quando ordo clericorum desinet parere; qui partus, secundum quod credit ecclesia, non cessabit usque ad tempus Antichristi. Tercium est, quod ordo parvulorum[10] erit[l] ille ordo in quo implebitur predicta promissio apostoli[m]. Quartum est, quod, sicut in primo statu commissum fuit regnum[n] tocius ecclesie a Patre aliquibus de ordine coniugatorum, in quo auctorizatus est ille ordo, et in secundo statu commissum est a Filio aliquibus de ordine clericorum, in quo ab ipso glorificatus est ille ordo, sic in tercio statu committetur alicui vel aliquibus[o] de ordine monachorum a Spiritu sancto, in quo ab ipso Spiritu ille ordo clarificabitur. Item in eodem quinto libro, in tractatu de Iacob invenitur unum suspectum, videlicet quod isti qui presunt collegiis monachorum diebus istis cogitare debent de recessu a secularibus et parare se ad redeundum ad antiquum populum Iudeorum. In eodem quinto libro, in tractatu de Ioseph et pincerna, cui sompnium aperuit, invenitur, quod predicatores[11], qui erunt in ultimo statu mundi, maioris erunt dignitatis et auctoritatis quam predicatores ecclesie primitive, id est apostoli. Item in eodem libro, in tractatu de tribus generibus hominum, videlicet Israelitis, Egipciis et Babilonicis, invenitur, quod predicatores et doctores religiosi ipsi infestabuntur a clericis et transibunt ad infideles; et timendum est, ne ad hoc transeant, ut cogantur[p] ire ad prelium contra Romanam ecclesiam, iuxta doctrinam beati Iohannis in Apocalipsi 16.* Ex[q.12] hiis autem que dicuntur in exposicione hystorie de David potest intelligi, quod ille qui composuit opus quod dicitur Euvangelium eternum non fuit Ioachim, sed aliquis vel aliqui moderni temporis, quoniam ibi facit mencionem de Frederico imperatore persequente ecclesiam Romanam. Item in eodem libro invenitur, quod sacramenta nove legis evacuabuntur in tercio statu mundi; et per evacuationem sacramenti altaris infert evacuationem aliorum sacramentorum. Item in eodem libro, in tractatu de hystoria de Iudith invenitur, quod sacramenta nove legis non durabunt amodo nisi usque ad annum incarnationis 1260.

1254.

Ps. 71, 8.

*v. 15.

a) Predicar. *c.* b) tim. *c.* c) tunc *forte legendum.* d) ratihabicione *c.* e) solepnes *c.* f) repagulo *(cf. p.* 370, *l.* 1*) supplendum.* g) perterruissent *c.* h) electi *iterum scr. c.* i) ordo *Ioachim.* k) psalmistae *E.*; psalmi *H.* l) est *E. H.* m) psalmistae *E.*; *deest H.* n) regimen *H.*; seu regimen *add. E.* o) aliiq. *c.* p) cogant eos ad *E.*; congregent eos in p. *H.* q) pluribus videtur liber non fuisse Ioachim, sed aliqui moderni temporis composuerunt illum *H.*

1) Presb. S. Sabinae; v. infra p. 374. 2) Iohannis. 3) Wolramus de Jülich, Fridericus, Thedericus scholasticus Bonnensis; Ficker nr. 5289. 4) Potius dimidio anno ante Anglos cum Germaniae principibus de Ricardo eligendo negotium, immo mercaturam instituisse, Matheus consulto reticuisse (cf. p. 363, n. 3) videtur. Promisit iam a. 1256, Nov. 26. *Iohannes de Avennis Lodewico duci Bawarie, quod, postquam Richardus comes Cornubie in regem Alemannie fuerit electus, pactionibus quibuscunque super regno Sicilie renunciabit, filium Chonradi* (IV) *tam in ducatu Suevie quam in aliis terris fovebit;* ex diplomate in 'Forschungen' XX, p. 236. 5) Conradus. 6) Potius Italiae. 7) Quae non exstant. 8) Tale mendacium fortasse in se recipere noster noluit. 9) Quantum Henrici III. interfuerit, ut rex Romanorum crearetur qui negotium Siculum non impediret, docuit Schroeer p. 35. 10) i. e. Minorum. 11) i. e. Dominicani. 12) Annotatio auctoris tabulae.

1256. casus landegravii Henrici et iterum casus sinister comitis Willelmi Holandi? Non papa te intrudit violenter, qui de spoliis ecclesie et rapinis crucesignatorum tibi[1] spondet necessaria que nunquam tibi forent profutura — ipsa nempe pape turpiter adquisita non ad misericordiam, sed pocius ad iram[a] provocarunt —; thesauro tibi reservato, qui de regno Alemannie colligitur et ad opus tuum fideliter reservatur, habundas; thesauro tuo proprio velut alter Octovianus[2] instauraris; amicis tam Alemannis quam Anglis circumvallaris et consanguineis. Ne te torpor diffidentie terreat vel pusillanimitatis tanquam desidem ac meticulosum! Premuniat et erigat te ad Dei clientelam casus qui quondam[3] Roberto Curtheuse Normannorum duci contigit in Terra Sancta Deo militanti, cui ultro et divinitus regnum Ierusalem fuerat oblatum, ut Christi regeret hereditatem, quod et ipse procaciter refutavit; unde Dei gravem postea senserat ulcionem, nunquam postea quicquam ei contigit prosperitatis'. Rex insuper et eius fratres, precipue electus Wintoniensis[4], ipsum ad hoc alacriter animarunt, asserentes hunc honorem totam Anglicanam nacionem in perpetuum exaltare. Que cum audisset comes, hominem induens et in bonam[b] erectus, ait libera et alacri voce: 'Et ego Dei confisus misericordia, licet insufficiens et indignus, hoc onus et honorem, mihi, ut spero, divinitus oblatum, gratanter suscipio, ne pusillanimis dicar et meticulosus'. Et addidit, versa facie ad episcopos, quorum unus Bangorensis Ricardus, qui hec huius pagine scriptori assertive enarravit, extiterat: 'Et ego, antequam exeam ab hac capella, igne comburar infernali et morte moriar repentina, si hoc facio causa ambicionis vel avaricie; sed ut regnum illud ad statum — quod Deus annuat! — restaurem meliorem et illis[c] qui me sponte in dominum elegerunt et[d] omni modestia, iusticia et honore valeam gubernare'. In quo verbo multorum lacrimas excuciens, nuncios Alemannorum maxime reddidit letiores; et qui hucusque de consensu ipsius dubitaverant, iam certificati[e]
1257. Ian. 14. de voluntate[f] et favore, leti ad propria remearunt, infra diem a natali Domini vicesimum* magnatibus qui eos miserant hoc mandatum nunciaturi.

**Quare magnates Alemannie elegerunt comitem Ricardum in regem.** Magnates Alemannie, quorum hii sunt celebriores qui subscribuntur, odio habent Francorum superbiam et se invicem persequuntur[g] nec curant, ut aliquis Francus vel de eorum genere quis in Alemannia dominetur, nec aliquem de se ipsis propter intestinam controversiam —

*) *Cf. Lib. addit. ed. Luard VI, p. 341:*

**Litere misse de eleccione comitis Ricardi in regem Romanorum magnatibus imperii.** *Universis Christi fidelibus per Romanum imperium constitutis Conradus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Ytalie archicancellarius, et Ludowicus comes palatinus Reni salutem in Domino eternam. Vacante nuper Romano imperio, cum plures essent dies prefixi ad tractandum de rege Romanorum eligendo, tandem octava dies[h] epiphanie Domini anno* 1257. Ian. 13. *eiusdem* 1256. *finaliter prefixa fuit apud Franckesforde ad celebrandum eleccionem dicti regis; ad quam diem cum nos personaliter venissemus, venerabili patre G.[5] Dei gratia archiepiscopo Maguntino, qui impedimento legitimo detinebatur[6], nobis Coloniensi archiepiscopo vices suas in ipsa eleccione committente hac vice, et nos in loco consueto et debito convenientes, venerabilem patrem[i] A.[7] Dei gratia Treverensem archiepiscopum et illustrem principem A.[8] ducem Saxonie per nuncios solempnes vocari fecimus et moneri, quod venirent ad tractandum et eligendum communiter regem Romanorum. Qui, licet requisiti et expectati usque in sero, nec venerunt[9] nec vices suas aliquibus commiserunt. Propter quod, cum nec princeps illustris rex Boemie nec marchio de Brandeburge[10] ad diem et locum venissent nec vices suas commisissent, nec etiam aliqua excusacio processerit pro eisdem, cum sic penes nos ius plenum remanserit eligendi, dominum Ricardum comitem Cornubie, fratrem domini H. regis Anglie illustrissimi, tam morum quam generis precipue nobilitate pollentem, eligimus in regem Romanorum. Hinc est, quod universitatem vestram rogandam duximus et monendam, quatinus, cum per ipsius industriam, de qua nobis plene constat, possit imperium gubernari et plenius disponente Altissimo reformari, eidem fideliter et devote modis omnibus quibus poteritis intendatis et tanquam domino in omnibus obedire curetis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Data die et anno predictis. Valete!*

a) Deum *forte supplendum.* b) spem *suppl. edd.;* — ait *bis scr. c.* c) illos *em. Lu.; sed* dominari *forte pro* gubernare *scribere voluit Matheus.* d) cum *em. Lu.; forte potius* in *legendum.* e) certificatu *c.* f) volunte *c.* g) in invicem *iterum add. c.* h) die *c.* i) *sic c.*

1) Sicut Edmundo ad Siciliam adquirendam. 2) *De thesauro Octoviani* fabulam Matheus ex Rog. Wendov. (supra p. 25, n. 13) a. 998. narravit. 3) Wendoverius haec fortasse ex Will. Malmesb. (sed cf. SS. XXVII, p. 334) narrat a. 1099. 4) Aethelmarus. 5) Gerardo. 6) Captus ab Alberto Brunswicensi. 7) Arnoldum. 8) Albertum. 9) Hi et Ottocari legati in Frankfurt civitate aderant; cf. Busson p. 34. 10) Otto, qui suffragium suum Treverensi tradidit.

nam impetuosi sunt Alemanni et elati, 1257.
omnisque superbus[1] cf. Lucan. I, 93.
Impaciens consortis erit —

nec Ytalicum vel Romanum et precipue papalem aliquatenus eligere propter insaciabilem eorum avariciam. Elegerunt igitur, inito diligenti cum deliberacione consilio, comitem Ricardum, tum propter linguam Anglicanam, que Alemannice consonat, et originis[a] communionem et antiquam et novam — antiqua in cronicis poterit reperiri, nova in diebus nostris potest certificari, scilicet de duce de Bruneswic et duce Saxonum, de Ottone imperatore, qui de Anglica, scilicet filia Henrici II. Anglorum regis[2], ortus est —: elegerunt, inquam, ipsum comitem Ricardum[b], tum propter eius fidelitatem, constantiam et sapientiam, tum propter sui thesauri habundantiam. Unde quidam, sed[c] satiricus, satis inquit satirice:

*Nummus ait: 'Pro me nubit Cornubia Rome'.*

**Primates Alemanie**[3]. Hii sunt maximi in Alemannia, ad quorum nutum pendet eleccio ipsius regni, quod est quasi arra imperii Romanorum: archiepiscopus Colonie, cuius titulus est sacri imperii[4] prothocancellarius post honorem archipresulatus, archiepiscopus Maguntinus, archiepiscopus Treverensis, rex Boemie[5], comes palatinus de Reno, dux Austrie[5], dux Suavie, qui[6] et comes Bavarie, dux Polonie[7], marchisius de Miche[8], marchisius Brandebord, dux Saxonie, dux de Bruneswic, dux de Carentene[9], dux de Melain[10], dux Braibantie, qui et Lovanie, landegravius Duringie, marchio Mixie[8]. Inter omnes hos magnates supereminens est archiepiscopus Coloniensis, qui coronare tenetur regem Alemannie apud Aquisgrani ab antiqua et approbata consuetudine.

**Premittuntur comes Glovernie[11] et dominus Iohannes Mansel.** Premissi sunt autem ex parte comitis viri potentes, sagaces et circumspecti, dominus comes Glovernie et dominus Iohannes Mansel, in Alemanniam ad explorandum magnatum predictorum meram et spontaneam super prenotatis voluntatem. Et invenerunt omnia prospera et primatum terre corda ita domino comiti devota et inclinata, ut iurarent ei fidelitatem, et nonnulli civitatum et castrorum suorum claves nunciis resignarunt.

**Franci recalcitrantes tendunt nunciis insidias.** Franci autem super hoc certificati ceperunt non mediocriter formidare[12], ne, si prosperaretur comes Ricardus[b] promotus in regnum Alemannie, prout via iam patebat, noceret potenter regno eorum, iura domini regis Anglie reposcendo et readquirendo; insidiarum laqueos ipsi comiti Ricardo[b] et eius nuntiis tetenderunt et aliquorum magnatum Alemannie corda machinati sunt enervare, ne comiti memorato subderentur; et sic nitebantur ipsius promocionem vel in parte vel in toto studiosius impedire. Sed Deo propicio, eo ipso Alemani domino comiti firmius adheserunt, quia est odium quasi innatum inter Francos et Alemannos, et quod istis nocet et displicet aliis reputatur et creditur in comodum provenire. Quod cum Franci congnoverunt, dolentes sese ad invicem sic sunt consolati:

**Qualisqualis Francorum consolacio.** 'Otto imperator, in armis strenuissimus et regis Anglie thesauris saginatus, Anglorum et Alemannorum propagatus communi sanguine, in regnum Alemannorum solidatus et imperium Romanorum sublimatus, nobili regno Francie terribiliter est comminatus[13], propter quod Parisius muro circumdabatur, nec prevaluit. Frethericus[14] insuper, ditissimus et imperator Romanorum potentissimus et omnium principum terrenorum subtilissimus, confederatus est regi Anglorum, sororem eius accipiens in coniugem et thesaurum eius exhauriens in regni Francorum subversionem, nec in suis, que regi Anglie promiserat, prevaluit conaminibus; quanto minus est nobis comitis Ricardi potencia formidabilis! Imbellis est et imbecillis et in negociis bellicis inexpertus[15].

a) origunis *c.* b) R. *c.* c) scilicet *em. Wats.*

1) *Potèstas* Lucanus. 2) Mathilde. Causae huiusque enumeratae a Matheo excogitatae videntur. 3) Haec nomina se ab Henrico III. comperisse dicit Matheus infra p. 369; alio modo et magnates et electores enumeravit supra p. 266. 4) V. supra p. 365, n. 6. 366, l. 33. 5) Ottocarus, etiam dux Austrie. 6) Verba *qui et c. B.* post *Reno* ponenda erant. 7) Silesiae. 8) Meissen, sed vide l. 19, unde de Mähren vel Namur cogitavit Pusikan, 'Vierteljahrschr. für Heraldik' IX, p. 136. Quod unam rem bis scripserit, Matheo in hac ultima operis parte plus semel crimini dandum est. 9) Kärnthen. 10) Meran. 11) Ricardus; haec, a Schroeer p. 41. in dubium vocata, recipit Ficker nr. 5289. 12) Nam Franci Alfonsum adiuverint, disquirit Busson p. 33. 13) V. supra p. 41. 45. 14) V. supra p. 131. 15) Cf. supra p. 331, infra a. 1258: *si armipotens extitisset.*

1257. Hucusque auxiliatus est Dominus, qui semper, opitulantibus regni sanctis, Franciam sub alis sue refovet proteccionis, et si in Terra Sancta, ubi nuper in ecclesie clientela Deo
Habac. 3,2. militavimus, peccatis nostris exigentibus, multiplicem passi fuerimus affliccionem, cum iratus fuerit, misericordie recordabitur'.

Francorum rex Normanniam et confinia perlustrat[1]. Rex tamen Francorum, sibi precavens de futuris, Normanniam et regni sui perlustrat confinia, ut nutantia corda confirmet civitatesque cum opidis roboret et instauret, magnates suos animat et confortat, precipue eos quos duodecim pares Francie consuevimus appellare. Et quia pretactum est de Alemannorum primatibus, ad quos regis spectat eleccio, non reor a materia alienum, si nomina Francorum nobilium, precipue ad quos negocia regni spectant ardua, presenti inseramus pagine, sub succincta tamen brevitate. . . . . . .

De estimacione thesauri comitis Ricardi. Estimatus est eodem tempore thesaurus comitis Ricardi ad tantam pecunie[a] summam[2], ut qualibet die per decennium centum marcas posset exponere, non computatis proventibus, qui ex redditibus[b] regni Alemanie et Anglie cotidie[c] succreverunt.

De invencione mausolei sancti Albani in ipsius ecclesia. . . . Hoc
Ian. 2. evenit in octavis sancti Stephani in presentia . . . domini Philippi de Eia[3], principalis consiliarii comitis Ricardi. . . . . . . .

Ian. 6. Et circiter festum epiphanie . . . tunc temporis redierunt de curia Romana dominus abbas Westmonasteriensis[4] et electus Saresberiensis[5] et quidam alii viri solempnes et spectabiles, qui, ut rei exitus comprobavit, pro negocio regni Apulie sive Sicilie umbratili Romanam curiam adierunt, et multas Francorum insidias et viarum discrimina sunt perpessi[6]. . . . . . .

Cedit senator Brancaleo. Brancaleone Romanorum senatore cedente, quidam civis Brixensis[7] substituitur; qui in execucione iusticie predecessoris sui satis laudabiliter exequebatur vestigia[8] et officia potenter consumabat.

Magister Rogerus eligitur in episcopum Cestrie . . . procurante comite insuper Ricardo, ipsius Rogeri avunculo[9]. . . . . . .

Walenses multiplicati roborantur. . . . Comes autem electus[10] in regem Alemannie amicabiliter scripsit Leolino et aliis excercitus Wallensium capitaneis, ut pro quiete regni Anglorum desisterent ab hostilibus incursionibus eorum, ne progressus et egressus eius a regno turbaretur. . . . . . .

Febr. De adventu archiepiscopi Messanensis. Anno quoque sub eodem iminente quadragesima, missus est a domino papa[11], nesciebatur ad quid, archiepiscopus Messanensis in magno apparatu familie et equorum, videlicet frater de ordine Predicatorum[d]. . . . . . .

Baldewinus comes Devonie ducit uxorem. Baldewinus de Ripariis, domina regina procurante, quandam alienigenam ducit in uxorem, Sabaudiensem[12], ipsius regine consanguineam. Ad ipsum vero Baldewinum spectat comitatus Devonie; et sic diatim devolvuntur nobiles possessiones et hereditates Anglicane ad alienas. . . . . . .

Dominus rex venit ad Sanctum Albanum. Eodem quoque anno venit domi-
Mart. 3. nus rex ad Sanctum Albanum, in[e] quadragesima, quinto nonas Marcii. . . . Et continuavit ibidem moram ebdomadalem[f], et cum esset cum ipso continue[g] in mensa, in palacio et in
cf. Ps. 44, 2. thalamo . .[h] qui hec scripsit, direxit scribentis calamum satis diligenter et amicabiliter.

a) summe *add. c.* b) reddibus *c.* c) *bis scr. c.* d) *postea corr. ex* Minorum *c.* e) in q. *in marg. c.* f) ebdomod. *c.* g) *corr. ex* continuo *c.* h) *nomini fortasse rubro inserendo vacat spatium c.;* Matheus *supplendum.*

1) Cf. Faure, 'Saint Louis' II, p. 147. 2) Haec exposuit Busson p. 14. 3) Hic eodem anno *profectus cum Ricardo in Alemanniam, regis protectionem* (Rymer I, p. 355) *habuit;* postea a. 1271—1273. thesaurarius fuit; obiit a. 1277. *sapientia refulgens* Thom. Wykes ed. Luard IV, p. 247. 256. 271. 4) Ricardus. 5) Aegidius. 6) V. infra p. 369. 7) Emanuel a. 1256 in. 8) Eum cum Guelfis, nobilitate et clero stetisse, Matheus ignorasse videtur, quamquam Brancaleonem populo et Friderici II. filiis favisse perspexit. 9) Potius patrueli; Rogeri pater Willelmus Longa-spata, Henrici II. filius nothus, erat. 10) Ricardi litteras ita incipientes fortasse legit noster, cum ipse usque ad coronationem eum comitem appellet. 11) Cf. bullam Henrico III. d. a. 1256, Nov. 9, Potthast nr. 16610. 12) Avoiam, filiam Thomae comitis Sabaudiae.

Et inter loquendum, dum mencio fieret frequenter de comite Ricardo, eius videlicet fratre, 1257. nominavit nobiles, ad quos spectat eleccio, qui in precedenti folio tercio annotantur[1]. . . . . .

Abbas Westmonasteriensis et electus Saresberiensis redeunt a curia Romana[2]. Eodem quoque anno, die sancte Prisce redierunt a curia Romana abbas Westmonasteriensis Ian. 18. et electus Saresberiensis, multa passi viarum discrimina et adversantium insidias et nocumenta, pro negociis regis transalpinantes, quibus etiam transfretantibus[a] nocuerunt adversantes. . . . . .

Solempnes[b] ad regem Francorum destinantur. In festo vero conversionis Ian. 25. sancti Pauli missi sunt ad regem Francorum ex parte regis Anglie ob causas secretas[3] regii negocii electus Wintoniensis[4], Iohannes de Gatesdene et Petrus de Rivallis. . . . . .

De magno parlamento, ubi comes Ricardus valedixit Anglis. Eodem anno in media quadragesima factum est magnum parlamentum. . . . Festinarunt insuper Mart. 18. ad illud venire parlamentum comes Glovernie Ricardus et dominus Iohannes Mansel, qui comitis Ricardi, comitis Cornubie et electi in regem Romanorum, diligentes exploratores, vias illius in Alemanniam preparaverant; latuit tamen ipsos vulpina eleccio regis Hispanie, qui se postea asseruit prius fuisse electum, ut sequens sermo[5] declarabit. Aderat autem ad dictum parlamentum novus in regem electus Alemannie comes Ricardus, universitati Anglie valedicturus; extitit enim ibidem tota fere Anglie nobilitas. Constituit autem idem comes episcopum Londoniensem Fulconem summum procuratorem possessionum suarum, quas in Anglia possidebat. Erat autem tunc temporis tanta in urbe Londoniarum hominum multitudo, ut vix eam Londoniarum civitas capaci gremio contineret. . . . . . .

Reditus ad continuacionem prioris materie. In parlamento autem supradicto, nondum finito, [c]in audiencia tocius populi, adducto monstratoque omnibus[d], quem protulerat in medium vestitum indumento Apuliensi, ait: 'Videte, fideles mei, filium meum Edmundum, quem[e] Dominus ad regalis excellencie dignitatem gratuita sic[f] gratia vocavit, quam manifestus est, quam dignus favore universorum, et quam inhumanus, quam tirannus[g] foret, qui eidem consilium et auxilium in hoc articulo denegaret efficax et oportunum'. Et addidit, asserens, quod de consilio et benigno favore pape et ecclesie Anglicane ad regnum Sicilie adquirendum se obligavit sub pena regni sui amittendi ad solucionem centum milium marcarum et quadraginta milium marcarum, exceptis usuris, que cotidie non minimum suscipiunt, licet tacitum, incrementum; item decimas tocius cleri impetravit generales in quinquennium continuandas, omnium videlicet beneficiorum[h] suorum, secundum novas taxaciones estimandas, nullis deductis expensis, nisi neccessario faciendis; item fructus omnium ecclesiasticorum beneficiorum vacaturorum primi anni usque ad quinquennium; item medietatem fructuum [non[i]] residentium in suis beneficiis; item de privilegiatis fructus omnium beneficiorum[h], reservatis dumtaxat ad sustentacionem[k] modici temporis proventibus. Hiis auditis, omnium aures tinniebant, et corda vehementer obstupuerunt, cf. Ier. 19, 3. maxime cum scirent hanc tirannidem a papa exordium presumpsisse. Tandem, licet cum lacrimis[l] excusaciones pretenderent et inducias postulassent remissionis, nec poterant quomodolibet optinere, promiserunt regi ad suas instantes necessitates, ea tamen condicione adiecta, ut Magnam cartam tociens promissam, emptam et redemptam, extunc inviolabiliter observaret et parceret ipsos tam argumentose predando ledere et depauperare, quinquaginta duo milia marcarum in irrestaurabile dampnum ecclesie Anglicane. Nec tamen adhuc donum tam opimum rex dicitur acceptasse. . . . . . .

De adventu archiepiscopi Coloniensis. Vix autem soluto concilio et parlamento memorato[m] populoso valde, venit archiepiscopus Coloniensis Conradus[n] et quidam[o] episcopus[6] et quidam dux cum eo ad animandum eum[7], ut intrepidus regnum Alemannie, quod regnum Romanorum, eo quod sit quasi arra ad imperium Romanorum adquirendum,

a) transfrantibus *c.*; Franci *supplendum.* b) Solepnes *c.*; nuncii *suppl. Lu.* c) rex *suppl. Lu.* d) Edmundo *suppl. Lu.* e) quam *c.* f) *abras. in contextu*; sic *in marg. c.*; sua *Lu.* g) tyrannicus *em. edd.* h) beneficorum *c.* i) *deest c.* k) sustenc. *c.* l) lacriminis *c.* m) memo *c.*, rato *suppl. m. rec.* n) Conrdadus *c.* o) quibus *c.*

1) P. 367. Post haec narrat Matheus, quomodo ipse Mart. 9. apud regem pro universitate Oxoniae intercesserit. 2) V. supra p. 368. 3) *Ad prorogandum treugas*, paullo supra, p. 611. ed. Luard. 4) Aethelmarus. 5) P. 370. 374. 376. 6) Episcopi Henricus Leodiensis et Henricus Traiectensis (Th. Wykes, SS. XXVII, p. 492) et (Florentius) de Hollandia (ib.); *duces et comites* Cron. maiorum London. ed. Soc. Camden. p. 26. 7) Scil. Ricardum.

1257. dicitur, intret et accipiat, sine alicuius contradiccionis repagulo sibi feliciter concessum et in pace possidendum. Sed, quod multis fuerat postea admiracioni, sub silencio occultum fuit et minime declaratum, quod aliqui de magnatibus Alemannie, instigantibus Francis[1], in regem Hispanie Andephulsum consenserunt ad dictum regnum promovendum. Sciendumque, quod in memorato parlamento generalissimo fuerunt sex archiepiscopi, videlicet Cantuariensis, Eboracensis[2], Dublinensis[3], Messanensis, qui opimas a singulis ecclesiis recepit procuraciones, et Tarentinus[4] Appulus, qui venerat ad infatuandum regem super negocio Apulie[5]. Ad quod etiam festinaverant venire de partibus ultramarinis comes Glovernie et Iohannes Mansel, quos tamen latuit exploratores diligentes scrupulus supradictus, super eleccione videlicet alterius[6] quam comitis Cornubie Ricardi. . . . . .

**Archiepiscopus Colonie et alii Alemanni fecerunt homagium comiti Ricardo**[a]. Et eodem tempore archiepiscopus Colonie Conradus[7] et alii cum eo magnates Alemannie, qui cum dicto archiepiscopo Londonias venerant, fecerunt homagium et fidelitatem ligantie comiti Ricardo. Quo facto, comes contulit illi statim quingentas marcas pro suis viaticis adquietandis, insuper unam mitram nobilissimam, preciosis lapidibus et laminis aureis redimitam, quam cum archiepiscopus aptasset capiti suo, ait: 'Nobili thesauro ditavit me et ecclesiam meam comes Ricardus; et ego certe, sicut imposui[b] capiti meo mitram meam, imprimam capiti suo coronam regni Alemannie vel Romanorum. Mitravit me, et ego eum coronabo'. Hec iccirco huic libello duxi annectendum, ut sciant posteri, quam callide noverunt alieni Anglicanam simplicitatem circumvenire.

**Rex Francorum interim, hec audiens, castra Normannie potenter communivit**[8]. Rex Francorum interim, cum hec audisset, castra que in confiniis regni sui sita fuerant prudenter et potenter communivit; et civitates ac castra Normannie suis hominibus naturalibus precipue roboravit, precepitque, ut federe maritali Franci cum Normanis et e converso quasi vinculo amicicie mutue concatenarentur; quod et factum est. Dicebant[c] enim: 'Quondam dedit Anglis cornua Otto Romanorum imperator, miles strenuissimus, iterum Frethericus, unus consanguineus, alter affinis, qui inimicissimi regno Francie ob hoc extiterant; et tamen Deo tutore adhuc durat sua dignitate et potestate roborata'. Et sic cepit qualemqualem consolacionem.

**Alii magnates Alemannie, preciosa munera a comite Ricardo recipientes, homagium sibi fecerunt.** Alii quoque Alemannie magnates, qui cum archiepiscopo Coloniensi advenerant, preciosa donativa recipientes a comite memorato[d], recessuri[e], ne suspecti haberentur, homagium sub districto fecerunt iuramento.

**Nota, ad quantum ascenderunt inutiles expense regis tunc temporis.** Expense tunc temporis — sicut[f] a fide dignis clericis conclavis, qui super hoc rotulos revolverant et summas diligenter computaverant — domini regis, postquam ceperat esse regni dilapidator, probate sunt ascendere ad occies centum milia marcarum et centum et quinquaginta milia marcarum; quod est horribile cogitatu, quia regnum Anglie nunquam de tanto thesauro aliquod sumpsit incrementum, immo potius decrementum. Melius enim tibi foret amisisse gladium vel sagittam amisisse in profundo maris cadentem[g], quam inimicus tuus ipsa a te extorsisset.

**Recedit episcopus Coloniensis a Londoniis in galea ad Alemanniam.**
Apr. 8. Archiepiscopus vero Coloniensis ad pascha quandam magnam galeam optime bellatoribus marinis et victualibus communitam ascendens apud Londonias in Thamensi flumine, festinus repatriavit, ut precedens comitem Ricardum novum electum et dominum suum quantocius[h] receptaret et vias omnes redderet[i] tuciores.

Apr. 10. **Recedit comes Ricardus.** Tercia vero die pasche[9] comes Cornubie et electus

a) R. *c.* b) *ita c.*; imposuit *Wats.* c) dicebat *forte emendandum.* d) *stilo plumbeo in marg. c.* e) *in loco raso c.* f) audivimus *suppl. edd.* g) amisse *(sic) iterum add. c.* h) tocius *c.*; quam *suppl. Lu.* i) reddere *c.*

1) Gallos certe ad Hispanum eligendum non instigasse, docuit Busson p. 18. Sed iam a. 1256. Henricus III. *Gallicos in preiudicium nostri aspirare ad* coronam Germanicam novit; cf. 'Royal Letters' ed. Shirley p. 115. Ludovicum IX. Alfonso favisse verisimile esse, censet Busson p. 33; cf. infra p. 376, n. 7. 2) Sewalus. 3) Fulco. 4) Henricus. 5) Sextum, Coloniensem, ut videtur, omisit Matheus. 6) Re vera m. Ian. in Alfonsum eligendum Ricardi adversarii nondum consenserant; cf. Ficker nr. 5488a. 7) Ut pecunia colligeretur pro *ecclesia Coloniensi per incendium consumpta, ad petitionem Conradi* permissum est tabula Henrici III. ap. Rymer I, p. 363. 8) Similia supra p. 367. 9) *Die Iovis*, Apr. 12; Cron. London.

Alemannie novellus, valedicens amicis et se orationibus commendans religiosorum, iter 1257. arripuit versus mare a Londoniis, videlicet versus Gernemue[1], cum maximo comitatu nobilium. Et quia ventus ei fuerat contrarius, super litus cum maximis expensis inutilibus moram traxit diuturnam. Veruntamen quandam tirannidem, dum adhuc expectaret super litus, fecit ecclesie Sancti Albani[2], quam honestius duximus sub silencio pretereundum quam pagine subscribendum.

De caristia in comitatu comitis exorta. Et dum dies[a] super litus prosperam auram expectando, numeroso[b] stipatus comitatu, facta est victualium caristia et inedia, ita ut summa frumenti 15 solidis venderetur, avene 6, gallinarum et aucarum pocius carencia quam caristia; boum et ovium carnes ad voluntariam vendentium estimacionem venundabantur. Et nisi comes, prout consuevit, pro emptis libenter precium persolvisset, maior penuria universos coartasset[c] aut etiam amovisset.

Nota. De[d] iniquo iudicio revocato. Memorandumque, quod, cum rex adhuc 1254. in partibus ageret transmarinis, comite Ricardo regnum moderante, cassatum est iniquum iudicium Henrici de Mara iusticiarii laboriosa diligentia domini Willelmi de Hortona cellararii[3]. Amerciabatur enim iniuste abbas Sancti Albani. . . . . . .

Litere quas optinuit[e] abbas Sancti Albani, dum rex esset in partibus Wasconie, a comite Ricardo regni custode[4]. . . . . . .

De emolumento turpi et iniurioso per scambium. Et ante paucos dies 1257. illos et adhuc duravit extorsio turpis et inhumana de sontibus et insontibus pro scambio, quod comes Ricardus adeptus erat de rege. Si quis enim a vicino vel amico, si iter facturus esset vel aliquod aliud breve[f] negocium, aliquot denarios, licet pro necessitate paucos, cambiasset, impositum fuit ei, quod in regis preiudicium cambium tenuisset. Et sic, quasi ad mensam nummularii sedens, graviter puniebatur; unde comes Ricardus[g] multa marcarum milia in multorum depauperacionem erario suo cumulavit.

De recessu comitis Ricardi ab Anglia in Alemanniam. Assignatis igitur castris, terris et possessionibus suis que habuit in Anglia comes[h], quorum summum constituit episcopum Londoniensem, se Neptuno cum infinita classe, quam in portubus Anglie[i], undecunque raptis et collectis Anglie et aliarum regionum navibus, commendavit[5]. Nec tamen beato Albano[k] super quibusdam[l] iniuriis illatis tam de Miclefeld[6] quam aliis rebus; unde quidam puer pupillus terra sua remansit spoliatus, machinante Iohanne de Gatesdena, spreto Dei timore, et miserabiliter depauperatus; abbas autem Sancti Albani puerum Rogerum nomine, misericordia motus, aluit destitutum. Cum quo recedente asportata recesserunt irreditura sepcies centena librarum milia, multis peccatis cruentata, absque cotidianis eius redditibus in Anglia succrescentibus, diatim asportandis. Unde terra Anglicana hiis et aliis multis bonis, precipue numismate[m] spoliata, cepit miserabiliter egere, et de spoliis alieni gloriari. . . . . . .

Rex Francorum fecit communiri Normanniam[7]. Rex interim Francorum fecit optime communiri castra Normanie et a personis suspectis amovit custodias et magistratus et liberavit eas suis Francigenis; et Normannos, quos noluit amovere, affinitatis et alio federis genere sibi indissolubili vinculo sociavit; domosque religiosorum, que in confinio fuerant, amovit et pro ipsis alia loca commutavit, tam in locis versus Alemanniam[n] conterminis quam Normannie, et condiciones eorum ampliavit, castra firmavit et firmata provide communivit, ne rex Alemannie, qui Pictaviam vendicavit[8], vel rex Anglie, qui Normanniam postulavit, receptacula, si forte supervenirent hostiliter, invenirent. Formidabat Francia vehementer, ne inter hos quasi inter duas molas contereretur. Sese autem Franci secundum eorum consuetudinem invicem consolabantur, dicentes: 'Otto quondam imperator, militum strenuissimus et in imperium Romanum sullimatus, Francie graviter comminabatur. Qui in pugna de Boves[o] turpiter retrocessit, ipse, regi Anglorum[9] consanguineus, 1214.

a) tereret *suppl. edd.* b) numero *c.* c) coarcasset *c.* d) De i. iudicum *(sic)* r. *ad calcem pag. stilo plumbeo scr. c.* e) optun. *c.* f) brue *c.* g) R. *c.* h) procuratoribus *suppl. Lu. ex p.* 369, l. 19. i) habebat *suppl. edd.* k) satisfecit *suppl. edd.* l) quibus *c.* m) numismata *c.* n) Alemañ *c.* o) Bovines *em. edd.*

1) Yarmouth. 2) V. infra l. 30. 3) S. Albani. 4) Iam supra p. 341, l. 37 et iterum receptae sunt in Lib. addit. bis, f. 70. 119b, et in G. abb. S. Alb. 1, p. 342. 5) Apr. 29; v. p. seq. 6) De Rogero de Mickelfield (com. Hertford) v. G. abb. S. Alb. I, p. 476. 480. 7) Similia supra p. 367. 370. 8) Cf. supra p. 219. 9) Iohanni.

adiunctis comite Willelmo congnomento Longa-spata, fratre dicti regis Anglie, et comite Flandrensi Ferrando comiteque Bononie Reginaldo, Hugone de Boves cum aliis electis bellatoribus, in multitudine gravi Franciam proponens vastare, diebus nostris, Deo propicio, contritus est. Rex insuper Anglorum[a] Iohannes apud castrum quod Rupes-Monachorum[1] dicitur, persequente eum Ludowico nondum rege, ipso eodem tempore relinquens obsidionem, probrose aufugit veluti fugitivus[b], cum tamen robur Francie in duas partes dividebatur, quarum una patrem[c], scilicet regem Francie, sequebatur, alia filio suo adheserat Ludowico. Frethericus vero imperator christianorum potentissimus, vir formidabilis et vafer, ex [quo[d]] sororem[e] regis[f, 2] desponsaverat, Francie terribiliter comminabatur. Adhuc 1257. tamen sub alis pie proteccionis nos Omnipotens defensavit. Sic igitur talibus exemplis sese mutuo confortabant.

Prelati Anglie promittunt regi quinquaginta et duo milia marcarum. . . . Et concessa fuit hec pecunia vel dicto regi vel ipsi ad mancipandum regnum Apulie Edmundo, filio regis. Set illius regni adquisicio diatim cepit incrementum desperacionis. . . . . . .

De pessimo statuto tunc facto Rome de electis ad dignitates[3]. Eodemque anno statutum est Rome a domino papa et fratribus cardinalibus, qui vigilanter sua temporalia procurant comoda et emolumenta, aliena non curantes, ut quilibet qui in abbatem exemptum extunc eligeretur, Romanam curiam adiret confirmandus et benedicendus. . . . . .

Comes Ricardus applicuit prospere in Alemanniam. Eodem quoque tempore comes Ricardus prospere applicans[4] in Alemannia, invenit in litore hominum multitudinem infinitam, que eidem applausura, eius cum gaudio et honore adventum expectabant[f']. Et [cum[d]] multa expendissent, iussit eis[g] multa refundi; unde ab omnibus laudem, gloriam et graciam meruit reportare.

Coronatus est comes Ricardus in regem Romanorum sive Alemannie.
Mai. 17. Die vero ascensionis dominice, scilicet[h] sexto Kal. Iunii, coronatus est comes Cornubie Ricardus in regem Alemannie sive Romanorum per manum Conradi archiepiscopi Coloniensis apud Aquisgrani cum maximo honore et solempnitate, prout moris est ab antiquo continuati; nec erat qui contradiceret[5] vel conturbaret, quod nunquam contigit a tempore cuius extat memoria. Coronata est cum eo uxor Senchia comitissa in reginam. In crastino
Mai. 18. vero, videlicet die Veneris, rex novellus Ricardus filium suum Henricum, quem genuerat ei Ysabella, prior uxor eiusdem[i] regis Ricardi[k], cingulo donavit militari. Celebravitque convivium tam in die tirocinii eiusdem Henrici[l] quam in die coronacionis[m] sue; quod in conspectu Alemannorum stuporem merito poterat generare. Sed hoc plenius in epistola quam inde in Angliam misit, que in Libro additamentorum[*] scribitur, poterit reperiri[n].

*) *Ed. Luard VI, p. 366:*

Item littere[6] misse a novo rege Alemannie sive Romanorum summo senescallo suo in Angliam. *Salutem et omne bonum. Libenter votivos et celebres nostre felicitatis eventus ad nostrorum specialium*[o] *corda transferimus, credentes in vobis tunc argumenta*[p] *congaudii geminari, et precipue, cum ad aures vestras, quas ex fidei puritate intime affeccionis zelo circa nostrum statum attentas esse confidimus, leticie nostre tripudia derivamus, illo procul dubio nostris affectibus inherente desiderio, quod delectaret nos potius hoc et quelibet alia festa presencialiter vobiscum peragere quam*[q] *interpretis scripture ministerio nunciare. Sane ut plena omnium nostrorum letorum*[r] *eventuum, qui nobis, postquam a vobis recessimus, acciderint, et certa ad vos noticia proferatur*[s], *presentem paginam predictorum eventuum ostensivam ad vos duximus*
Apr. 29. *destinandam, vobis ad gaudium intimantes, quod, cum in die dominico proximo post festum beati Marci euvangeliste apud Gernemue navem cum tota nostra conscenderimus comitiva*[7], *die Martis*
Mai. 1. *proximo subsequenti, in die scilicet apostolorum Philippi et Iacobi, salvis per Dei graliam omnibus et nostris et tocius familie nostre atque etiam comitative personis et rebus, venimus usque Durdrech*[t], *in opido videlicet in medio comitatus Oxolandie*[u] *constituto. Indeque mora*[v] *ibidem ad*

a) Angorum *c.* b) fig. c. t. rubur *c.* c) patri *c.* d) *suppl. edd.* e) sorror. *c.* f) Anglie *suppl. Lu.* — deponsaverat *c.* f') expectabat *emendandum.* g) ei *c.*; *corr. edd.* h) decimo *suppl. Lu.* i) eiud. *c.* k) R. *c.* l) H. *c.* m) coronaconis *c.* n) repeiri *c.* o) amicorum *add. Burton.* p) augmenta *Bu.* q) per *add. c.* r) locorum *c.*; *correxi ex Bu.*: leta eventuum. s) perferatur *Bu.* t) Burdrech *c.* u) Hoylandio *emendandum ex Bu.* v) moram *c.*

1) Roche-au-Moine inter Nantes et Angers. Supra a. 1214. ex Wendoverio narrat Matheus, quomodo Iohannes *proditionem Pictavensium habens suspectam, campestre prelium* evitaverit, sed etiam *Lodowicus fugerit a tergo Iohannis.* 2) Isabellam, sororem Henrici III, a. 1235. 3) Iterum infra p. 374. 4) Mai. 1. apud Dortrecht; cf. SS. XXVII, p. 470. 493. et infra l. 48. 5) Haec hausit Matheus ex Ricardi epistola, ubi tamen cf. infra p. 373, lin. 12. 6) Ficker nr. 5295. Cf. similem epistolam Edwardo missam, Ann. Burton., SS. XXVII, p. 479. 7) 47 nomina v. ap. Rymer I, p. 355.

**Constituitur Iohannes de Avennes senescallus Alemannie**[1]. Disposuit igitur libere rex Ricardus negocia regni Alemannie, sequens magnatum terre vesti- 1257.

*capescendam*[a] *requiem post labores biduana contracta*[b], *tercio die recessimus. Et continue per* Mai. 3.
*Oxolandie*[c] *et Gerle*[d] *comitatus transitum facientes, tandem die Veneris ante festum ascensionis* Mai. 11.
*dominice pervenimus Aquisgranum, occurrentibus nobis in dicte civitatis introitu hominibus maioribus et melioribus, clericis et laicis, nobilibus*[e], *militibus et aliis omnibus civibus civitatis eiusdem, qui nos magnifice et honorifice cum magno tripudio et iubilo leti et hillares sine cuiuslibet difficultatis obstaculo susceperunt; nec credimus, quemadmodum vulgus*[f] *in ista terra et communis fame testatur preconium, quod a ducentis annis et citra aliquis imperator Romanorum vel regum in sue novitatis principio dictam civitatem sine gravis offensionis seu contradiccionis obice sit ingressus. Cumque post ingressum dicte civitatis moram in ipsa oporteret nos trahere longiorem, ecce rumores nostris affectati desideriis occurrerunt nobis hilariter, nunciantes archiepiscopum Treverensem*[2], *nostri culminis inimicum, qui in nostri nominis et honoris dispendium castrum nostrum et palatium Bapardiense*[3] *cum maxima multitudine armatorum vallaverat et ad expugnacionem ipsius multas machinas instauraverat, a venerabili archiepiscopo Maguntino*[4], *dilecto principe nostro — assistente sibi de nostris fidelibus magna copia pungnatorum ob nostri nominis reverentiam ad dicti castri liberacionem et in obsessorum subsidio properante —, die Mercurii post*
*festum sancti Iohannis ante portam*[g] *Latinam cum eodem archiepiscopo Treverensi confligente* Mai. 9.
*viriliter, non sine strage suorum multorum*[h], *multis suis militibus et aliis complicibus captivatis, confectum in prelium*[i], *per dedecorose fuge presidium mortis supplicium seu periculosum captivacionis dispendium evitasse. Sic itaque dicto castro nostro per prefati archiepiscopi Maguntini ac aliorum fidelium nostrorum auxilium a pressuris subsidentium et ab impugnantium insultibus feliciter liberato, ipsoque victualibus et aliis neccessariis ac strenuis defensoribus egregie communito, idem archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad presentiam nostram venit; ubi in*
*festo ascensionis dominice, ipso et archiepiscopo Coloniensi presentibus, multisque episcopis,* Mai. 17.
*ducibus, comitibus, baronibus, magnatibus*[k] *et nobilibus regni nostri nostrisque fidelibus, in sede*
*Magni Karoli cum solempnitate qua decuit, in illius nomine qui superbos deicit et ponit humiles* cf. Iob 5, 11.
*in sullimi, sacri Romani regni ceptrum recepimus et coronam, karissima consorte nostra similiter eodem die nobiscum solenniter*[l] *ut decuit coronata. Denique coronationis nostre cum magna solempnitate et gaudio officio celebrato, dilectorum principum et aliorum nostrorum fidelium super agendis nostris communicato consilio, visum est nobis et eis exaltacioni nostre votive plurimum expedire, ut statim sine more dispendio humiliacioni nostrorum rebellium intendamus ac post ad confringenda elati cornua Treverensis omnia nostra molimina convertamus, ut, sicut se primum in nostris negociis non tam iustum et racionabilem quam voluntarium constituit turbatorem, ita primo experiatur et discat, quid et quantum contra eum possit et valeat manus nostra. Ad hec autem precipue certos vos volumus esse, quod tantam iam in auxilio nostrorum fidelium et fautorum in Alemannia habere confidimus potestatem, quod, [eis*[m]*] in fidei nostre zelo durantibus, nullius viventis sit nobis potentia formidanda. Datum*[5] etc. *Et sciatis, quod ad festum nostrum fuerunt*
*tria milia militum; et fuimus apud villam Alquensem*[6] *per octo dies ante festum predictum; et* Mai. 11.
*tenuimus festum nostrum die ascensionis et in crastino festum domini H. filii nostri pro* Mai. 17. 18.
*milicia sua secundum morem patrie bono modo et bona tranquillitate, absque aliqua alicuius*
*turbacione vel lesione. Et sciatis, quod ad pentecosten apud Coloniam*[n, 7] *et inde transferemus* Mai. 27.
*nos cum excercitu nostro super archiepiscopum Treverensem. Et sciatis, quod ad festum nostrum* Mai. 17.
*predictum fuerunt triginta tam duces quam comites et duo archiepiscopi et decem episcopi*[8].

Sic sic igitur choruscat pronosticum Frotherici imperatoris[9] manifestatum, prout scribitur in cedula insita[o].

*In Libro additam. praecedunt:* **Litere misse domino priori**[10] **de Walingefordia**[11] **a regina Romanorum.**

*S. Dei gratia Romanorum regina et comitissa Cornubie, dilecto sibi in Christo domino priori de Walingefordia salutem in Domino sempiternam. Quoniam dileccionem vestram volumus fieri participem nostri gaudii et honoris, vobis*[p] *summatim statum nostrum et que penes nos gesta*

a) capess, *corr.* capesc. *c.* b) habitam *corr. in marg. c.* c) Hoylandie *emend. ex Bu.* d) Gerl' *c.*; Gelrie *Bu.* e) et ignobilibus *add. Bu.* f) vulgaris *corr. Lu. ex Bu.* g) p. L. *c.* h) nonnullis occisis *Bu.* i) prelio *emendandum.* k) marchisiis, *sed in marg. m. Mathei corr.* magratibus *(sic) c.*; magnatibus *Bu.* l) solenter *c.* m) *ex Bu. suppl. Lu.* n) *perdita.* o) erimus *vel simile verbum supplendum.* p) nobis *c.*

1) In tabulis hoc titulo eum non usum esse monet Ficker nr. 5334. De eo *dilecto familiari et consiliario* suo scripsit Ricardus ap. Winkelmann, Acta I, p. 450. 2) Arnoldum. 3) Boppard. 4) Gerhardo. 5) *Aquisgrani* 18. *die Maii* Burton., ubi tamen sequentia, quae post scripta sunt, non habentur. 6) Aachen. De rebus a Ricardo Aquis gestis cf. Miranda, 'Richard und Aachen' p. 7. 7) Cf. Ficker nr. 5303a. 8) Quaedam nomina habes ib. nr. 5299. 9) Haec refert Luard ad Friderici II. verba Ricardo a. 1239 (supra p. 168) scripta: *Tu . . . princeps orbis terre profuture.* 10) Thomae? Monast. Angl. III, p. 278. 11) Cella S. Albani.

1257. gia, eorum consiliis inherendo, precipue tamen archiepiscopi Coloniensis. Constituit igitur Iohannem de Avennes[1] senescallum suum, qui vir marcius extitit et excercitatus. Erant enim in regno adhuc aliqui recalcitrantes, videlicet archiepiscopus Treverensis[2], vir potens et bellicosus, cui Francorum favor[3] tantam prestitit temeritatem. . . . . . .

De regis infirmitate et multiplici impedimento[a]. Tempore quoque sub eodem, videlicet in fine Maii dominus rex . . . , quia fraudatum se iam credidit de regno Apulie, pro quo tantam inutiliter effuderat pecuniam, . . . in . . . tristiciam est precipitatus. . . . . . .

Universitas Parisiensium ad horam recedit. Tempore sub eodem universitas Parisiensis*, tum propter tempus messium, quod tunc instabat, tum propter fratrum Predicatorum persecucionem recedens, civitatem in magna parte reliquerunt vacuatam. Frater namque Hugo, de ordine Predicatorum et Romane ecclesie cardinalis[4], instabat vigilanter et potenter, ut partem scolarium imfirmaret et condicionem fratrum Predicatorum ipsis rebellium roboraret. . . . . . .

Rustandus incurrit indignationem pape. Diebus sub eisdem[b] magister Rustandus, domini pape clericus specialis, accusatus graviter coram domino[c] papa est, eo quod, proprie utilitati intendens, plus equo possessiones, redditus[5] et pecuniam sibi vigilanter in Anglia coacervavit et regem sibi inclinando et episcopos, factus est iam non ultimus inter omnes regni optimatum locuples et habundans. . . . . . .

Aversum est cor regis Castelle ab amore regis[d] Anglie. Anno quoque sub eodem cor regis Ispanie aversum est ab amore regis Anglie. Dicebat enim, quod frater eius comes Cornubie supplantavit eum de regno Alemannie sive Romanorum; unde exigebat[6] ab eo auxilium contra eius inimicos secundum tenorem carte inter eos confecte[7], in qua continetur: *Alter alterum iuvare mutuo tenetur.* Ad quod rex Anglie respondit[8]: 'Ergo tenetur mihi rex Hispanie auxiliari in necessitate fratris mei, cui non valeo nec volo deesse. Rite electus est in regno Alemannie et, nullo contradicente, coronatus. Si autem pro ipso rege Hispanie aliquis reclamasset et pro iure eius, quod prius rite electus fuisset, utique non consensisset in eleccionem sui comes Cornubie Ricardus, frater meus; sed nec ego aliquatenus sustinuissem'. Et sic quievit regis Hispanie indignacio indiscreta. . . . . . .

Missi sunt nuncii sollemnes ad regem Francie. . . . Infecto negocio[9]
1258. Febr. 2. circa purificacionem beate Marie vacui redierunt. . . . . . .

Dampnosissimum statutum curie Romane. . . . Ecce statutum Rome cruentissimum, quo oportet quemlibet electum personaliter transalpinare et in lesionem, immo eversionem*, Romanorum loculos impregnare. . . . . . .

---

*sunt volumus intimare. Intelligatis igitur, quod dominus noster rex et nos et Edmundus[10] et tota familia nostra, prospera succedente aura, sani et salvi sine omni molestia et timore applicuimus in terra comitis Holandie[11] ad portum nobis comodum et optatum, ubi honorifice a magnatibus illius partis suscepti fuerimus[f]. Transivimus, evolutis paucis diebus, terras plurium magnatum,*
Mai. 14–16. *qui nos satis benigne susceperunt. Pervenientes autem diebus rogacionum ad Aquisgranum-ad-Capellam, nos cum summa leticia et honore tam magnates quam illius civitatis cives illariter*
Mai. 17. *admiserunt. Et in die ascensionis dominus rex et nos cum favore omni[g] regali diademate fueramus a prelatis maioribus insigniti; et ibi aliquibus diebus nobis morantibus, duxit[h, 12] nos dominus rex versus Coloniam transmeandum. Datum apud Aquisgranum in crastino beati . .[i], anno regni regis R. domini nostri primo.*

*) *Cf. Lib. addit. VI, p. 350:* Cisma quoque Parisius et Oxonie inter universitatem scolarium et alia mala et mirabilia diatim emergentia finem mundi cum terribilibus comminationibus premiserunt.

a) impem. *c.* b) eidem *c.* c) domino — quod *in loco raso c.* d) reglis *c.* e) ecclesiesue *supplendum.* f) fuimus *mendandum.* g) omnium *emendandum.* h) ducet *emendandum.* i) *nomini (fort.* Dunstani *i. e. Maii* 19) *inserendo vacat spatium c.*

1) Cuius adversarius Guido Flandrensis privilegium recepit ab Alfonso; cf. Ficker nr. 5500. 5505; Schirrmacher, 'Gesch. Castiliens' p. 404. 2) Hic et dux Brabantiae recte principes Ricardi adversarii dicuntur. 3) Cf. supra p. 370, n. 1. 4) Cf. supra p. 365. 5) Rugmere, praebendam Londoniensem. 6) Litteris perditis; cf. Ficker nr. 5493a. 7) A. 1254, m. Apr., ap. Rymer I, p. 297 sq.: *Rex Castelle et heredes sui iuvabunt regem Anglie contra omnes homines, et vice versa*; cf. Schirrmacher l. l. p. 438. 470. 8) Quae sequuntur sumpsit Matheus, verbis tamen mutatis, ex Henrici III. epistola Dec. 14. Alfonso data ap. Rymer I, p. 367. 9) Scil. de iuribus Henrico restituendis. Paulo post pace inter Angliam et Franciam facta, partes Ricardi contra Alfonsum corroborabantur; cf. Schirrmacher p. 466. Sed quomodo hae res cum historia Germanica conexae essent, Matheus non perspexit. 10) Illorum filius. 11) Florentii. 12) V. p. 373, l. 43.

**Rediit Henricus, filius regis Alemannie, in Angliam**[1]. Et circa festum 1257.
sancti Michaelis redierunt[a] in Angliam Henricus, filius domini regis Alemannie Ricardi, Sept. 29.
miles factus a patre in crastino sue coronacionis, ut prescriptum est[2], et cum ipso quidam nobiles, qui cum dicto rege steterant, Anglici, videlicet domini Hugo Dispensator, Iacobus de Aldelia, Stephanus Cheinduit[3] et alii quam plures, nescitur qua de causa, sed creditur et a fide dignis asseritur, quod Alemanni non sustinent cor regis sui, sicut Anglici, consiliis alienigenarum more harundinis inclinari. . . . . . .

**De mirabili fecunditate ventris comitisse Provincie.** Et cum temporis nacta occasione[4] subscripta didici a fide dignis de fecundissimo ac nobilissimo ventre comitisse Provincie Beatricis, tractum inde non censeo pretereundum. Qui iam tres reginas edidit preclarissimas, videlicet reginam Francie, reginam Anglie et reginam Alemannie; quarum due, videlicet regina Francorum et regina Anglorum, duas reginas in lucem protulerunt, scilicet Scocie[5] et Navarie[6]; et sic per tantam propagacionem non sine divino nutu memorata comitissa Beatrix quinque reginis christianitatis, quod est mirabile, latitudinem illustravit. Alias preterea eadem fecunda comitissa Beatrix[b] filias nobilissimas procreavit duas[7], quarum utraque filio regis et regine meruit copulari, videlicet Andegavie et Provincie comitibus[7]; et ut tante comitisse propago nobilissima tam videntibus quam legentibus evidentius declaretur, hac figura orbiculata evidentius apparebit[c, *]. . . . . . .

*) *Haec hausta videntur e Libro addit., ubi ed. Luard VI, p. 442. inter a. 1253—1256. haec manu socii Mathei scripta exstant:*

**Filii comitis Sabaudie Thome, avunculi**[8] **domine regine Anglie Alienore, ii:** Comes Sabaudie Amedeus primogenitus[d], iustus, strenuus et inviolabilis pacis conservator, sicut eius antecessores. Thomas[9], olim comes Flandrie, qui neptem pape[10] desponsavit, per quod[11] adeptus[e] est Torinum cum comitatu. Bonifacius Cantuariensis archiepiscopus[f]. Petrus de Sabaudia, comes Richemundie possessorque terre in Anglia que fuit comitis Brittannie[12]. Philippus, electus Lugdunensis et procurator ecclesie Valentine, possessor redditus in Anglia mille marcarum et prepositus[g]. Humbertus, qui de medio est sublatus[h], omnium erat elegantissimus. Willelmus, quondam electus Valentinus, qui cum regina venit in Angliam, quique impetravit, ut esset procurator Leodiensis, Wintoniensis et Balensis; sed rediens a curia Romana obiit, et[i] dicitur pocionatus[k, 13]. Item octavus[14], cuius nomen ignoravit presentium scriptor. Hii octo viri electissimi filii fuerunt nobilissimi comitis et pacifici Sabaudie Thome.

Iste Thomas, cum esset strenuissimus, piissimus extitit. Unde contigit, quod vidit, sed dissimulavit videre, presens — sed eius presentia ignorabatur —, quando quidam de exactoribus suis pedagium, quod vulgariter[15] paage dicitur, exegit a quodam paupere sarcinam suam portante firmiter et ordinate ligatam. Et cum non haberet pauper, quid solveret, licet angariaret eum exactor, fecit ipse improbus exactor dissolvi sarcinam, ut perscrutaretur, si aliquid pecunie in ea contineretur absconditum, ut et illud extraheret pro petagio. Et cum fleret pauper pro tirannide, eo maxime quod deligata fuisset sarcina, comes, non se valens amplius continere, prorupit in medium, se palam manifestans; et torvo vultu alloquens exactorem ait: 'Quid facis, proterve? Cur in pauperem, qui nil habet, sic desevisti et eius sarcinam apte ligatam, ut omnia perscrutareris, sic dissolvisti? Nonne te movent eius lacrime, non paupertas, non vita laboriosa?' Cui ipse prepositus[l] respondit, simulans se fidelem et prudentem comitis ballivum: 'Domine, exigo ius tuum, quod ad te ex antiquis temporibus pertinet; nec decet me esse tepidum in vestra clientela, ut vestrum per meam negligentiam pereat emolumentum'. Cui comes: 'Sumne adeo avarus, ut velim, quod pauperes excories vel evisceres? Non hoc te precepi'. Precepit igitur austere, ut coaptaretur[m] onus memoratum, et dixit paagatori: 'O pinguis et delicate, accipe sacculum et impone humeris tuis et baiula quo iste pauper est ipsum portaturus!' Et erat mons arduus et difficilis ad transeundum, mons[n] Cinis[16], id est Cinerum, quem tamen pauper onustus fuerat transiturus in principio vie sue. Sustulit igitur ipse prepositus dictam sarcinam, etsi invitus, perrexit, ut montem ascenderet, et antequam perveniret ad montis supercilium, licet pluries obiter quieverit[o], adeo fatigatus est, quod fere suffocabatur extinctus pre labore; qui cum redisset et adduceretur coram comite, anelus vix palpitabat. Subridens ergo comes ait: 'Iterum portabis ipsam sarcinam ultra montem,

a) rid. *c.* b) B. *c.* c) *figura hic non exstat.* d) primogenus *c.* e) ademptus *c.* f) 2 *vel* 3 *verba erasa c.* g) Brugensis *supplendum e p.* 254 *supra.* h) qui *add., sed eras. c.* i) ut *emendandum.* k) pocin. *c.* l) propositus *c.* m) coapter. *c.* n) m. — Cinerum *superscr. c.* o) quie:: *rasura c.*

1) Cf. Ficker nr. 5317 a. 2) P. 372. 3) Cf. Ann. Dunstapl., SS. XXVII, p. 511. 4) Praecedunt quaedam de Alienora regina ad S. Albanum Oct. 9. peregrinante. 5) Margaretam. 6) Isabellam. 7) Eundem errorem v. supra p. 349. 8) Potius avi; cf. infra p. 376, l. 41. 9) In reliquis ordo temporum quibus nati sunt non servatus est; cf. Wurstemberger, 'Peter von Savoyen' I, p. 99. 10) Beatricem; cf. supra p. 326. 11) Error; cf. supra p. 295. 12) Petri. 13) Cf. supra p. 160. 14) Aimo de Chillon. 15) Etiam apud Anglos Gallica lingua usos; 'roll'. 16) Cenisius.

1257. **Magnates Scocie vias dirigunt regis sui.** . . . Indigene . . . regem . . . custodiebant prudenter, donec omnes alienigenas exemplo Alemanorum[1] longius amovissent. . . . . . .

**Iacobus de Audeleia in Wallenses desevit**, . . . unus de hiis qui nuper[1] de Alemannia venerant. . . . . . .

**Rumores qui multis displicuerunt.** Eodemque tempore increbruerunt rumores multis displicentes, videlicet quod rex Hispanie, qui se asseruit prius quam comes Ricardus in regno Romanorum eligeretur rite fuisse electum, in cuius rei argumentum archiepiscopus[a] adhuc cum illo rege Hispanie incommutabiliter steterat, et quidam alii nobiles de Alemannia cum eo[b]. Quibus rex Francorum consilium spopondit et auxilium. Franci enim doluerunt de honore impenso comiti Ricardo et utilitate Alemannorum, inter quos[c] antiquum odium nativum et inexorabile, maxime[2] pro magno prelio inter Alemannos et Francos et eorundem Francorum fautores, scilicet Flandrenses, nuper[3] commisso. Sed status novi regis Alemannie Ricardi certus est, purus et incommutabilis, quia, cum anno preterito[4] Londoniis eleccio eius domino regi Anglie presentaretur et magnatibus eius a magnatibus Alemannie, nullus omnino apparuit scrupulus contradiccionis, nec postea, scilicet quando archiepiscopus Colonie, qui est imperii[5] prothocancellarius, cum quo venerant optimates quam plures Alemannie, qui nunquam mencionem de rege Hispanie fecerunt vel eius eleccione, sed nec exploratores sagacissimi in Alemanniam destinati[6]. Rex igitur Alemannie, in quieta possessione stabilitus, minas merito contempsit regis Hispanie, quamvis terribiliter comminaretur[7], quod hostiliter superveniret cum fortitudine[d] regum Francie, Arragonum[8] et Navarie[9]. Insuper in literis suis apposuit idem rex Hispanie hanc adieccionem pro titulo[10]: 'Electum[e] in regem Romanorum sive Alemannie'. Quod cum com-

---

ut proclivium experiaris. Pauper enim, cuius illa est, multos montes, antequam ad terminum vie sue perveniret, fuerat transiturus, ut saltem vite sue quereret neccessaria'. Cui prepositus, cadens in faciem, cum lacrimis dixit: 'Parcat dominus meus mihi et misereatur mei! Non ipsum onus quantum tuli iterum baiularem pro mille libris'. Cui comes: 'Et hoc debuisti tu in proximo considerasse, maxime cum preceperim pauperibus parcere et peregrinis'. Comes igitur in titulum sempiternum sue fame et in anime sue salutem omni transeunti, scilicet[f] collario[11], illud paagium dimisit, ne amplius ab aliquo tali in perpetuum exigatur.

Item Philippus electus Lugdunensis per multa viarum discrimina et hostium pericula et insidias dominum papam Innocentium IIII. a facie Fretherici fugientem duxit salvo Lugdunum et ibi, dum concilium celebraretur, immo dum papa ibi moram continuaret, pacem inviolatam prudenter servavit. Et eundem dominum papam recedentem et multorum potentum minas et insidias formidantem, per Rodanumque descendentem usque ad Carpentoratum[12], postquam per moram septennalem eundem apud Lugdunum protexerat, salvo perduxit. Unde secundum assercionem magistri Petri, eiusdem electi procuratoris, in una sola die congregatis omnibus quos ad tuicionem et tutamen atque ducatum domini pape et sui[g], in una die mille libras exposuit in cibariis eorundem[h] et stipendiis[13].

Beatrix filia[14]; hec nupsit Remundo comiti Provincie. Filie: 1. Margarita regina Francie; 2. Alienora secunda, regina Anglie; 3. Senchia uxor comitis Ricardi, comitissa Cornubie [Edmundus[i, 15]]; 4. N.[16] uxor Karoli, comitissa Provincie. Quelibet autem istarum quatuor filiarum nupsit vel regi vel filio et fratri regis, verbi gratia Margareta regi Francorum Lodowico[k]; Alienora regi Anglorum Henrico[l] III; N.[16] uxor Karoli, comitissa Provincie, Karolo, filio Lodowici regis Francorum et fratri Lodowici regis Francorum tunc regnantis; Senchia, uxor comitis Ricardi[m], comiti[17] eidem, filio regis Anglorum Iohannis, fratri videlicet regis Henrici III. tunc regnantis. Alienora II. regina Anglie peperit: 1. Edwardum primogenitum et heredem regni; 2. Margaretam reginam Scocie; 3. Edmundum; 4. Beatricem Burdegalensem; 5. Katerinam[n, 18]. Margareta regina Francie peperit N.[19] reginam Nawarie. **Revolve 12 folia sequentia, et invenies hec plenius facta et orbiculata, in folio scilicet insito**[o].

a) Treverensis *suppl. edd.* b) *sic, sententia non finita c.* c) fuit *suppl. Lu.* d) fortidine *c.* e) el. in *r. in loco raso c.* f) s. c. *superscr. c.* g) summonuit *suppl. Lu.* h) eord. *c.* i) *sub linea suppl. c.* k) L. *c.* l) H. *(sic)* III. *superscr. c.* m) R. *c.* n) Katerina *c.* o) *perdito.*

1) Cf. supra p. 375. 2) Vana sunt haec a Matheo ipso coniecta; similia v. supra p. 367. 3) Cf. p. 338 sqq. 4) Supra p. 365. 5) Idem error qui supra p. 365. 367. 6) Cf. supra p. 367. 7) Cf. quae scripsit *Alfonsus viris civitatis Senensis: Electionem recepimus de consilio Francie, Aragonie et Navarrie regum 12. Kal. Nov. a. 1258;* ap. Winkelmann, Acta Imp. I, p. 464. 8) Iacobi. 9) Theobaldi. 10) Cf. Ficker nr. 5485. 11) 'Packträger'. 12) Carpentras; Innocentius IV. a. 1251, m. Apr. ex. *Oringia per terram venit Massiliam;* Nic. de Curbio. 13) Cf. supra p. 324. 326. 14) Margareta omissa est. 15) Filius Ricardi et Sanctiae. 16) Beatrix. 17) Haec igitur antequam hic rex coronatus est scripta sunt. 18) Quae a. 1253. nata est. 19) Isabellam.

perisset rex Alemannie Ricardus, imperteritus[a] alacriter respondit: 'Veniat cum nisu et[b] 1257. impetu toto, egò occurram ei extra limitem regni mei'.

**Rex Hispanie scribit regi Anglorum**[1]. Sub illorum dierum circulis rex Hispanie scripsit regi Anglie, instanter postulans, ut ipsum iuvaret potenter, ut decuit, et magnifice contra comitem Cornubie Ricardum, qui sibi temere coronam Alemannie usurpavit et ipsum regem Hispanie, talia non premeditantem, subdole supplantaverat; iuvaret[c], inquam, secundum carte tenorem inter eos confecte, quod scilicet quilibet alterum iuvaret contra quemlibet adversantem — et factum fuit[2], quando pax reformabatur inter eos in Wasconia —. Quod cum audisset rex Anglie, respondit: 'Immo flagito attencius, quatinus me et fratrem meum contra nostros iuvet rebelles et adversantes. Quicunque fratri meo adversatur, mihi rebellis merito iudicatur; qui enim non est mecum, contra me est'. Matth.12,30.

Memorandumque est, quod Wasconia concessa fuit regi Hispanie Andefulso[3] a rege Anglorum Henrico cum filia sua, unde habuit seisinam et cartam et confirmacionem a regibus Ricardo et Iohanne Anglorum regibus[d]. Unde rex Hispanie composuit[2] cum rege Henrico tercio nunc presente, ut[e] sororem suam[f, 4] desponsaret, et quilibet alterum iuvet[g] in neccessitate, et Wasconiam quietam clamaret regi Anglie et heredibus suis; et confecta est carta super huiusmodi mutuam conventionem. . . . . . .

**Solempnes nuncii mittuntur in Franciam**[5]. . . . Nuncii vero illuc destinati post verba dura, nugatoria ac negatoria taciti redierunt. . . . Rex insuper Alemannie Ri- 1258. cardus[h] a rege Francorum sibi[i] restitui humilibus[k] precibus postulabat. Sed hoc et illud negocium dilacionem accepit finalem, donec rex Francorum parlamentum suum, quod foret in medio quadragesime celebrandum, terminaret[l]. Propter quod, redientibus aliis, abbas Mart. 3. Westmonasteriensis remansit in Francia, super predictis certificandus. . . . . . . 1257.

**Anni conclusio**. . . . Carentia insuper numismatis, quo regnum Anglie per papam et regem spoliatur, paupertatem suscitavit inauditam. . . . Ad cumulum insuper miseriarum rex Alemannie Ricardus regnum Anglie multis marcarum, quas de suis terris colligi fecerat in Anglia, milibus spoliavit. . . . . . .

Anno Domini 1258. . . . **Sedicio gravis facta est in urbe Romana**. Pre- 1257. sentibus autem et paucis precedentibus diebus gravis facta est in urbe Romana sedicio, eo quod senator, Manuel[m] videlicet Brixensis civis, a tramite iusticie iam exorbitans, Romanum populum variis iniuriis opprimebat et instinctu nobilium multiformiter depauperabat et solis nobilibus, maxime Hanebalensibus, studuit complacere. Confederatis igitur popularibus, de consilio cuiusdam Anglici, concivis eorum, magistri pistorum in Urbe, Mathei dicti de Bealvero[6] facto impetu vehementi, catervatim ruentes et glomeratim, carcerem, in quo Brancaleo[7] pristinus senator tenebatur in vinculis, confregerunt; et liberantes constituerunt[8] eum senatorem, facientes ei secundum pristinam Urbis consuetudinem cum iuramentis fidelitatem. Roboratus igitur Brancaleo expulit ab Urbe sibi adversantes et Hannibellenses duos, scilicet consanguineos cuiusdam cardinalis[9], patibulis fecit presentari, spernens papalem reverentiam. Quos cum papa excommunicare[n], scilicet Brancaleonem[o] senatorem et suos fautores, ipsi se asserebant habere privilegium, quod nequit aliquis papa eos excommunicare; et subsannantes comminabantur ipsum papam cum suis cardinalibus usque ad internecionem persequi et dampnificare. Quo cognito, papa sibi timuit et dixit fratribus: *Dum furor in cursu est, currenti cede furori!* Ovid. Rem. Am. 119.
Et ne malis peiora succederent, se subito contulit Biterbium[10], proponens se remotius, scilicet Assisium, conferre. . . . . . .

Et circa epiphaniam Domini[p, 11] nobiles qui fuerunt nuncii domini regis Anglie coram 1258. Ian. 6. domino rege Francie; qui satis civiliter eos vocatos honoravit et de negocio suo, videlicet

a) *sic c.* b) o *c.* c) iuraret *in loco raso,* varet *in marg. c.* d) *sic iterum c.* e) Edwardus, filius eius *supplendum.* f) *in loco raso c.* g) iuret *c.* h) R. *c.* i) sua *suppl. edd.; forte potius* Pictaviam *supplendum.* k) humibus *c.* l) terminaretur *c.* m) M. *c.* n) *sic c.;* excommunicaret *Wats;* voluisset *suppl. Lu.* o) B. *c.* p) redierunt *suppl. edd.; forte potius* apparuerunt *supplendum.*

1) Similia iam supra p. 374. 2) A. 1254. 3) Alfonsus IX. Alienoram, filiam Henrici II. duxerat. Tabulae veteres hic commemoratae iam non exstant. 4) Alienoram. 5) Eadem iam supra p. 374. 6) Belvoir erat cella S. Albani; cf. supra p. 9. 84. 7) Brancaleo nec tunc demum liberatus nec bis captus est; Gregorovius V, p. 314. 8) A. 1257, fere m. Maio. 9) Ricardi diac. S. Angeli. 10) A. 1257, m. Maio ex.; inde a. 1258, m. Oct. ex. Anagniam. 11) V. supra l. 18.

1258. de reposcenda[a] Normannia et aliis iuribus ultramarinis revocandis benigne respondit; sed fratres sui et alii quidam magnates constanter contradixerunt. Et sic infecto negocio nuncii ad propria remearunt. . . . . . .

**Obiit Iohannes de Avennis.** Tempore vero sub eodem obiit[1] Iohannes de Avennis, senescallus domini regis Alemannie, in cuius sinu tota regis spes reponebatur. . . . . . .

**Dominus papa concordatus est cum senatore Brancaleone. Idem quoque Brancaleo amicissimus fuit Memfredo principi.** Per idem tempus, sicut facta est Londoniis, ut prelibatum est[2], commocio et perturbacio magna, ita Rome[3] 1257. facta est sedicio et civium maxima cum cismate[b] perturbacio. Cum enim nobiles Romani conquesti domino pape nitebantur procurare, ut papa populum Romanum et Brancaleonem[c] suum senatorem et omnes eorum fautores excommunicaret, ipsi chachinnantes[d] omnes minas suas contempserunt et potestatem in eos excercendam non tantum parvipendebant, sed cum sannis vilipendebant. Senator igitur Brancaleo[c], nuper in senatoria dignitate sullimatus et ab omni populo dilectus, audacter in omnes Urbis malefactores et precipue in eos qui eius incarceracionem procuraverant vindex desevit iudicio inexorabili et patibulis eos presentavit; nec papalibus pepercit amicis[e] consanguineis, nec corruptus est aliquorum precibus, minis aut muneribus; immo sub pena exheredacionis et exilii perpetui precepit communi edicto, ut omnis populus quasi vir unus armis communitus exiret et hostiliter Anagniam iret, locum videlicet nativitatis domini pape. Quod cum audirent Agnanientes[d], lacrimantes et miserabiliter eiulantes, precipue amici et parentes eius, venerunt ad dominum papam, prorumpentibus singultibus dicentes: 'Domine, miserere saltem amicorum consanguineorumque tuorum et tocius civitatis Anagnie, unde es oriundus! Tale enim exiit edictum a senatore[f] Brancaleone[c] et populo Romano, ut omnes armis communiti civitatem nostram circumvallantes, quasi vir unus, in furore et impetu magno menia dissipent, castra dissolvant, domos prosternant, obsessorum bona dirripientes et eisdem minime, quin omnes interficiantur, parcentes'. Quod cum audisset papa, licet offensus et odio habens senatorem Brancaleonem[c], volens nolens, per solennes nuncios rogavit et rogitavit ipsum precibus humilimis[d], ut motum animi compesceret, parcens Anagnie, civitati sue nativitatis, cf. Iudith 7, 16. ne fieret omni carni in obprobrium sempiternum. Et misertus senator adquievit[g] precibus humiliati; vix autem compescuit populi furorem, quin omnia obstantia feraliter complanassent. Memfridus autem, qui papam odio habuit[h] et senatorem Brancaleonem[c] precordialiter dilexerat[i], gavisus est vehementer, quod, qui paulo ante minas iaculabatur et sententiam (ib.) comminabatur fulgurare, sic humiliatus est, quod ea que pacis sunt cogebatur postulare; spospondit[d] igitur princeps Memfredus[i] eidem senatori Brancaleoni[c] ad omnia neccessaria subventurum. 1258. Et sic destitutus[k] est undique [pape[l]] amicus rex Anglorum Henricus[m], cui consuevit potenter suffragari; totaque inestimabilis pecunia, quam pro regno Apulie adquirendo effuderat et illuc transmiserat, non sufficiebat ad adquietandum usuras, que tacite subrepentes ipsum regem ignarum illaquearunt et incircumspectum. Imposuit insuper ei papa, quod deceperat ecclesiam et circumvenerat; unde fama eius inter omnes naciones obsorduit vehementer.

**Indignatus vehementer excanduit papa in regem Anglie.** Diebus sub eisdem excanduit ira papalis in regem, eo quod, promissa tociens iterata non observans, se ipsum ultro obligaverat sub pena amissionis regni excessus corrigere consuetos. Instante igitur episcopo Rofensi Laurentio et aliis multis urgentissime, proposuit papa post[n] admoniciones infructuosas in regem fulgurare sententiam excommunicacionis et regnum interdicere et graviora gravibus successive cumulare[o]. Rex igitur mente confusus quinque milia marcarum domino pape numeravit, ut iram temperans cordis sui hanc sentenciam ad tempus prorogaret[p]; papa autem precio et precibus postulantis adquievit. Et sic depauperato regno et undique bonis suis spoliato, spes de optinendo regno Apulie pene evanuit exuflata, nisi quod in sinu novi regis Alemannie aliquantula, sed exilis, est reposita[q], quia nondum culmen imperii est adeptus.

a) respose. *c.* b) cisma perturba turbacio *c.* c) B. *c.* d) *sic c.* e) et *add. c., sed abrasum est.* f) senet. *c.* g) adquivit *c.* h) papam *iterum add. c.* i) M. *c.* k) destitus *c.* l) *supplevi; deest c.* m) H. *c.* n) postquam *c.* o) cumlare *c.* p) progaret *c.* q) reposit *c.*

1) Mart. 26. Eum Ricardi eligendi principem causam fuisse, indicat Bauch, 'Johann I. von Brandenburg' p. 137. 2) A. 1258 in., ed. Luard p. 663. 3) Cf. supra p. 377. 4) Cf. Ficker nr. 4667a.

1258.

**Venit magister Rustandus.** Ipsis quoque diebus venit in Angliam magister Rustandus, domini pape clericus, nesciebatur ad [quid[a]], nisi forte ut redditus visitaret et colligeret; habundavit enim diviciis in Anglia sibi brevi tempore collatis. Unde, cum Romam ultimo venerat, indignacionem incurrit vehementem[1]; sed solito medicamine[2] tali infirmitati suffragando, iacturam evasit iminentem. . . . . . .

Mart. 3.

**Rediit magister Rustandus a Roma.** Et circa medium quadragesime rediit magister Rustandus a curia Romana pristina privatus potestate. Acusatus[b, 1] enim graviter coram papa ab emulis suis extiterat, quod avidius quam deceret, Dei postposito timore, pecuniam siciens, quam plures redditus opimos amplexando, se super se extulerat; et ut[c] in hiis optinendis regis gratiam maiorem optineret, asseruit se natum fuisse Burdegali, unde promisit se tanquam regis fidelem et naturalem efficaciter de adquirendo regni Apulie dominatu et aliis negociis domini sui regis expediendis tam in curia Romana quam alibi adiutorem fore vigilem et efficacem. Talibus igitur promissionibus et blandis sermocinacionibus regis simplicitatem circumveniens, multis redditibus[d] scilicet ditatus, procurantibus aliquibus adversariis, vocatus est, ut Romam rediret; ubi graviter a papa redargutus, vix est in pristinam gratiam papalem restitutus, veruntamen a dignitate et potestate priori privatus et cum dedecore[e] mutilatus.

Mart. 17—23.

**Venit Herlotus, domini pape clericus specialis.** Et cito post, videlicet septimana proxima ante pascha, venit in Angliam magister Hertlotus[b], domini pape notarius et clericus specialis[3], qui, quamvis legatus non diceretur, non tamen legati caruit nobilitate. Venit enim Londoniam cum 20 equitaturis, cuius familia collateralis octo[b] capis, videlicet quinque clausis et quinque manicatis, de optimo moreto[4] superbivit redimita. Rex igitur secundum suam consuetudinem applaudebat alacriter venienti; maximam enim roboratus habuit potestatem.

**De navibus onustis frumento que tunc applicuerunt.** Eodemque tempore, cum fames ingrueret inaudita, ita ut multi in semet ipsis contabescentes morerentur, et summa frumenti Londoniis novem vel amplius [solidis[a]] venderetur, applicuerunt ibidem de partibus transmarinis, procurante rege Alemannie Ricardo, circiter quinquaginta naves magne, onuste frumento, ordeo, siligine[f] et pane; et acclamatum est edicto regio, ne aliquis civium Londoniensium de blado illo aliquid emeret ad reponendum in cumeram, ut indigentibus carius et postulantibus secundum suam consuetudinem venderent, quia infames habebantur dicti cives, quod in tempore caristie naves victualibus onustas vel subdole averterunt vel in solidum emerunt, ut ad placitum eorum ea venderent postulantibus; dictumque est assertive, quod in tribus Anglie comitatibus tantum bladi in ipso anno non creverat. Sed nummismatis carentia[g], licet aliquantulum mitigaret, non tamen pestem famis, quia generalis fuerat, delevit[5]. Omnes enim adventantes dominus rex in dampnum regni proprii, suis bonis spoliati, sullevat et saginat. . . . . . .

**Rex Ricardus Alemannie prosperatur.** Rex Alemannie Ricardus prudenter sibi adversantes edomat, attrahit et confederat, adeo ut nobilium civitatum Ytalie[h, 6] cives dextras ei[i] dederunt. Et siluerunt emulorum suorum comminaciones, videlicet Francorum, Hispanorum, Treverensium[7] et aliorum conterminorum, qui ei nocumentorum laqueos tetenderunt.

Apr. 7.

**Venit Thomas, quondam comes Flandrie, Londoniam.** Ad quindenam vero pasche venit Thomas, quondam comes Flandrie, Londoniam, infirmus vectus in lectica, liberatus a carcere Taurinensium. Pro qua liberacione mercatores Astenses multa pecunia sunt redempti[8]; rex enim Francie ad peticionem pape multos eorum cepit[9] et ad redempcio-

a) *suppl. edd.* b) *sic c.* c) *in marg. stilo plumbeo add. c.* d) reddibus *c.* e) decore *c.* f) siline *c.* g) effecit ut haec subvectio *vel similia supplendum.* h) Ytalice *c.* i) eis, *sed s abras. c.*

1) Cf. supra p. 374. 2) Pecunia. 3) *Subdiaconus;* Potthast nr. 16955. 4) Panno subfusco (Ducange, etiam s. v. *capa*) vel nigro (Favre s. v. *moré*). 5) Cf. infra ed. Luard p. 702: *Nisi de partibus ultramarinis venale bladum adduceretur, vix divites mors evadere pateretur.* 6) Ricardum Senenses *litteris blandis sepius sollicitasse,* scripsit his Alfonsus a. 1258, Oct. 21, Ficker nr. 5499; cf. infra p. 382. 7) De Arnoldo archiepiscopo sibi reconciliando Ricardus a. 1258 ex. tractavit; Ficker nr. 5351 b. 5350 a. 8) Cf. Wurstemberger I, p. 405. 416, qui tamen minus recte, ut opinor, hanc pecuniam a Thoma solutam esse putat. Thomae auxilium contra Taurinenses promisit Ricardus rex a. 1258, Apr. 14; Ficker nr. 5341 sq.; de pecunia ei et Petro fratri ab Henrico III. tunc soluta cf. Wurstemberger p. 416. 9) A. 1256; cf. ib. p. 367.

1258. nem artavit, donec dictus Thomas liber in Angliam rediret, ad ubera munera recepturus[a]. . . . . . .

**De parlamento tunc Londoniis habito.** Et post diem Martis que vulgariter Apr. 2. hokedai[1] apellatur[b] factum est parlamentum Londoniis. Rex nanque[b] multis et arduis negociis sollicitabatur, scilicet de negocio regni Apulie, pro quo specialiter fuit tanquam sollempnis nuncius magister Herlotus, exigens responsum certum super hoc et precisum, destinatus. Exegit[c] insuper pecuniam infinitam, de qua persolvenda se obligavit papa mercatoribus pro ipso rege, ad instantiam[d] ipsius regis sub magnis penis, quas recitare reor inhonestum, irretitum; quantitas autem pecunie ad tantam ascendit summam, ut stuporem simul et horrorem in auribus generaret audientium. Doluit igitur nobilitas regni, se unius hominis ita confundi supina simplicitate. . . . . . .

**Submonetur milicia Anglie ad conterendam insolentiam Walensium.** . . . Rex autem minime regni pericula considerans et pecunia carens et omni thesauro destitutus[e], contulit ilico propere et incircumspecte, licet in proximo guerram moturus, Thome de Sabaudia, quondam comiti Flandrie, qui in lectica[f] nuper infirmatus vectus venerat, mille marcas et cuidam Pictavensi, qui consuevit ipsi regi in mensa cibum eius scindendo ministrare, ducentas libras. Ipsi vero, non pensantes pericula regi iminentia[b], omnia patulis sinibus receperunt. Thomas autem, refertis clitellis, ilico ad partes — salutata regina, cuius munera sicut nec[g] repulit — ad[h] partes transmarinas, ut Taurinam confunderet civitatem, non curando de obsidibus[2], remeavit. Nomen Pictavensi memorato est Willelmus de Sancto Hermete; hic adhuc recedere recusans munera expectabat uberiora[3]. . . . . . .

**De adventu fratris Mansueti.** Tempore sub eodem venit in Angliam quidam frater de ordine Minorum nomine Mansuetus[4], a papa, rege procurante, missus, sequens magistri Erloti vestigia, maxima roboratus potestate, in tantum ut votis mutatis absolveret, ut dicebant, regales, quoscunque[i] pro libitu vellet, excommunicatos et falsidicos et periuros iustificaret; unde multi rei audaciam sumpserunt[k] delinquendi. Nam facilitas venie peccandi parit occasionem, sed prudentibus sibilum et derisum, sicut sequens sermo plenius declarabit.

**Responsum est regi in parlamento Londonie.** Eodemque tempore, cum[l] instanter et constanter respondissent magnates regni communiter regi, qui[m] cum magna instancia in memorato parlamento[5] urgenter pecuniam infinitam sibi dari postulasset pro negocio Apulie expediendo et aliis arduis promovendis, quod nullo modo potuerunt sine eorum irrestaurabili subversione tociens inaniter substanciolas suas usque ad exinanicionem[n] effundere, et si inconsulto et indecenter regnum Apulie ad opus Edmundi filii sui a papa comparasset, sue imputet simplicitati, et quod incircumspecte et absque suorum consilio nobilium presumpsit, tanquam spretor deliberacionis et prudentie, que solet rerum exitus premetiri, prout potest, ducat ad effectum qualemqualem. Debuitque[6] profecto ex 1253. sapientia fratris sui regis Alemannie Ricardi exemplariter erudiri, qui[7] ex dono pape oblatum regnum Apulie, nunciante hoc magistro Alberto, respuit memoratum, maxime cum tot incognita regna cum linguis variis, tot principatus, tot civitates bellatoribus et armis communite, mare et montes et laboriosa locorum distantia Angliam dividunt ab Apulia[o], et quod plus formidat, et merito, Romane curie cavillaciones et Apulorum prodiciones multiformes, qui etiam affines et cognatos venenata[p] suffocant pocione. Veruntamen ne domino pape, qui ratione officii sui supereminet principibus et prelatis universis et ipsum comitem ad tantam eminentiam preelegit amicabiliter[q], protervire videretur, rescripsit[8] significans, quod consilio suo libens inclinaret, si crucesignatos omnes sibi concederet in adiutorium — quod honeste fieri posset propter civitatem Nuchere, que in Apulia infidelibus inhabitatur —

a) recipienda *corrigendum.* b) *sic c.* c) Eregit *c.* d) instantem *c.* e) constitutus *c.* f) lectita *c.* g) regis *suppl. edd.* h) *sic iterum c.* i) q. pro l. *in loco raso c.* k) sups. *c.* l) *delendum et l. sq.* responderunt *emendandum.* m) cum hic *legendum.* n) exinnac. *c.* o) Apuliam *c.* p) vene, *in marg.* na *c.* q) ne *iterum add. c.*

1) Iam *hockday,* secundus dies Martis post pascha. 2) Thoma et Amadeo, filiis ipsius, Iacobo abbate Susae, aliis. 3) A nobilibus Anglis expulsus recessit 15. *Kal. Augusti;* ed. Luard p. 702. 4) Alexander IV. (minime, ut Rymer I, p. 21. habet, III) hunc *penitentiarium, ad regem Francie pro negotio pacis destinatum* Henrico III. commendavit a. 1257, Sept. 13. 5) Supra l. 3 sqq. 6) Ex responso ad narrationem transire videtur Matheus. 7) A. 1253. Cf. supra p. 331 sq. 345, ubi Ricardum similia magistro Alberto dixisse relatum est, haec tamen non ita ample narrata sunt. 8) De tali Ricardi epistola Innocentio IV. missa alibi nihil comperimus.

et dimidium expensarum in illa guerra exponendarum et quasdam civitates et castra, que 1253.
dominus papa tunc temporis habuit, cum bonis obsidibus — ut ibidem tutum, cum illuc veniret, habere valeret receptaculum, et previi nuncii contra rebelles, si qui insurgerent, tutamen et refugium —, preterea scriptorum bonorum patrocinia bulla papali consignata.

Qualiter papa circumvenit regem. Cum autem hec omnia dominus papa intellexisset, hiis postulacionibus nullatenus voluit assentire. Missis igitur nunciis tacitis et 1254.
archanis, qui vulpinis sermocinacionibus[a] bene noverunt[b] animos audientium alienare, circumvenit supinam et credulam regis simplicitatem[1], offerendo ei ad opus filii sui iunioris, scilicet[c] Edmundi, regnum Apulie, ad hoc effectui mancipandum consilium et auxilium efficacissimum impendendo. Unde cor regis pro ista umbratili promissione adeo est elevatum et infatuatum, ut, quicquid habuit vel habere potuit, pape et suis nunciis prodigaliter dispersit, confidenter promittens ampliora. Unde certatim advenerunt in Angliam nuncii papales ultramontani, sterlingorum speciem olfacientes, ad regem, ut opima munera reportarent, utpote episcopus Bononiensis[2], qui ex parte pape anulo quodam dictum Edmundulum de regno Apulie investivit, Messanensis quoque archiepiscopus[3], qui non vacuus recedebat, nunc frater Iohannes de Diva[4], nunc magister Bernardus, nunc magister Senisius[d.5], nunc Rustandus[6], nunc Erlotus[7] et multi alii, quos longum esset enumerare[e]; quosque omnes et 1258.
singulos dominus rex cum summa reverentia suscepit et honore, in dampnum tamen totius regni sui et subversionem[f]. Magnates igitur Anglie, quia prelati meticulosi siluerunt, merito provocati, regis, si quomodolibet possent, vias dirigere conabantur.

Obiit archiepiscopus Treverensis. Tempore sub eodem obiit archiepiscopus Treverensis[8], qui duci Braibantie[9] confederatus regi Alemannie adversabatur[g].

Contradicitur regi auxilium pecuniare postulanti. Diebus quoque sub eisdem, cum constanter et precise respondissent quasi uno ore magnates regni in parlamento regi, cum urgenter auxilium ab eis postulasset pecuniare, quod nec voluerunt nec potuerunt amplius sustinere tales extorsiones, rex iratus ad alia se convertit astucie argumenta, ut ab ecclesia pecuniam abraderet infinitam. . . . . . .[10]

De morte archiepiscopi Eboracensis Sewali[11]. . . . In amaritudine igitur anime scripsit pape, exemplo Roberti Lincolniensis episcopi[12] provocatus. . . . Conquestus est insuper graviter, quod impetus quorundam clericorum auctoritate papali protervientium[h], precipue magistri Iordani[13] ad decanatum hiantis, egre sustinuerat. . . . . . .

. . .[i] et procaces, exhortabaturque, minis adiunctis, ut regno suo Alemannie cederet et recederet festinanter. Respondit autem rex[14] ilico alacer et imperteritus[k]: 'Si me hostiliter impetiturus advenerit, inveniet me paratum in occursum ei[l] extra limites regni mei et in ore gladii ipsum recepturum'. Rex autem Hispanie magis inde provocatus, additis sibi regum Arragonum et Nawarie viribus, versus partes Ytalie[15] dum lora dirigeret, Sarraceni Hispanie Cordubam occupare conabantur[16]. Quo audito, rex regrediens impetus eorum refrenabat. Veruntamen nuntios solempnes et preclaros ad dominum papam destinavit[17], appellantes et allegantes pro iure ipsius regis Hispanie, ne curia Romana alium ad imperium admitteret gubernandum quam regem Hispanie excellentissimum, qui plus quam omnes reges christiani christianitatis fines potenter ampliaverat. Quibus papa pro rege Alemannie respondit[18]: 'Filii

a) sermocinacoibus *c.* b) no *c.* c) scilicet — Apulie *in loco raso c.* d) Senisius — Erlotus *in loco raso c.* e) enumere *c.* f) subversione *c.* g) adversabantur *c.* h) protervient||tium, eu *in marg. corr. c.* i) *folio perdito, suppl. Wats haec:* Hoc anno misit rex Hispanie ad regem Alemannie litteras suas importunas satis. k) *sic c.* l) venire *forte supplendum.*

1) Sunt fere eadem verba quae supra p. 380. 2) Supra p. 353. 3) Iohannes. Supra p. 368. 4) Supra p. 360. 5) Fortasse idem qui praecedit *Bernardus de Senis;* cf. supra p. 361. 6) Supra p. 353. 379. 7) Supra p. 379. 8) Arnoldus obiit a. 1259, m. Nov. (G. Trever., SS. XXIV, p. 413 sq.); falsus hic rumor corrigitur infra p. 382. 9) Henrico; cf. Schirrmacher, 'Castilien' p. 454. 10) Petivit pecuniam ab abbatibus Westmonasterii, de Waltham, S. Albani, de Reading, sed frustra. 11) M. Maio. 12) V. supra p. 335. 13) De hoc Romano a. 1256. per *fraudem inauditam auctoritate papali stallo decanali Eboracensi installato,* a. 1257. a capitulo Eboracensi *pro bono pacis reddito* quodam donato ample tractatur ed. Luard p. 586. 624. 14) Ricardus; similia supra p. 376 sq.; utraque epistola desideratur. 15) Italiam imprimis ab Alfonso petitam esse, bene perspexit Matheus. 16) Haec minus accurate narrata esse monet Ficker nr. 5495. Cum paullo post a. 1260 in. Alfonsus classem contra Tunesiam paravit, Iacobus rex Aragoniae ei restitit; cf. Schirrmacher p. 477. 17) Cf. Ficker nr. 5503. 18) Alexandrum IV. tunc potius Ricardo favisse, docuit Schirrmacher p. 479; cf. Ficker nr. 5349.

1258. carissimi, novit et nosse tenetur discrecio vestra, quod hic processus et ordo competens et consuetudo ab antiquo approbata et usitata[a], ut regnum Alemannie sit quasi arra imperii, dignitas preambula et possessio primitiva. Elaboret igitur dominus vester rex illustris Hispanie prudenter et potenter primitus, ut a clero et nobilibus Alemannie, ad quos ius spectat eleccionis, in regem Alemannie rite electus, apud Aquisgrani, ut antiqua consuetudo est, consecretur, in regemque solempniter[b] coronetur. Quo facto, nos secundum quod poterimus, Deum habentes pre oculis, in promocione domini vestri preclari regis Hispanie, multiplici honore condigni, favorabiles erimus et benigni'. Nuncii igitur responsum tam pape quam regis in trutina rationis perpendentes, istum rigoris ordinem domino suo regi Hispanie nunciabant, consulentes utiliter, ut regnum suum, cui Sarraceni[c] insidiabantur, sapienter custodiret. Hec cum magnatibus Ytalicis innotuissent, multi[1] dextras regi Alemannie dantes ei fidelitatem spontaneam dederunt inclinantes. Rex autem eos benigne suscipiens, liberavit quasdam civitates[2] Alemannie, quas predecessores sui obligaverant, data maxima pecunie quantitate[d]. Unde Alemannorum potentum gratiam incomparabilem sibi rex lucrifecisset, si armipotens extitisset in viribus, sicut fuerat in consiliis prudens et circumspectus[e]. . . . . . .

De parlamento apud Oxoniam et de fratribus regis. Instante vero festo Iun. 11. sancti Barnabe apostoli magnates et nobiles terre ad parlamentum, quod Oxonie tenendum fuit, properabant. . . . Iuramento conceptum propositum suum firmaverunt[3], ut . . . leges laudabiles reportarent. . . . Henricus vero, filius Ricardi regis Alemannie, fluctuando dicebat, se nullatenus tale iuramentum sine licencia et consilio patris sui prestare; cui responsum est in propatulo, quod etiam, si pater suus adquiescere barnagio nollet, nec unum sulcum terre in Anglia optineret. . . . . . .

De[f] Brancaleone Romano senatore et Memfredo. Ipsis quoque diebus rex Alemannie Ricardus quasdam civitates regni Alemannici, quas predecessores sui reges Alemannie impignoraverant et inestimabili pecunie quantitate obligaverant, prudenter liberavit[2]. Treverensis vero archiepiscopus, qui diu languerat, ita ut crederetur multis ante diebus mortuus[4], significavit dicto regi, quod, nisi rex Hispanie in succursum ipsius archiepiscopi et ducis Braibancie, qui eidem regi Hispanie confederabantur, veniret, sicut certe promiserat[5], ipsi memorato regi Alemannie Ricardo fideliter et inseparabiliter adherentes obedirent[6]. Multi insuper cives civitatum Ytalie[1] dextras ei dederunt, ipsius adventum et 1257. promocionem ad imperium sicienter desiderantes. Brancaleo[7] interim senator Romanus turres nobilium Romanorum dirruit et earundem dominos incarceravit, insuper parentes et affines cardinalium quam plurimos suspendit vel mutilavit et per omnia Romani populi consiliis nullatenus voluit discrepare. Senator autem fautor erat Memfredi principis, qui princeps ad imperium hanelabat; unde ambo odio habuerunt regem Alemannie et laqueos paraverunt[8] et repagula contradiccionis obiecerunt; et eo ipso papa, qui senatorem et principem Memfredum odio habuit, sepedicto regi Alemannie favorem impendit. . . . . . .

1258. Qualiter post magistrum Berardum de Nimpha invente sunt cedule bullate et non scripte. Diebus autem sub eisdem, cum obisset ex improviso magister Berardus de Nimpha, non procul ab urbe Roma oriundus, vir quidem vafer et nummosus, qui clericus extiterat Ricardi comitis Cornubie et extortor nummorum a crucesignatis argumentosus[9], inventum est unum scrinium plenum cedulis bullatis et non scriptis[10], ut, pro voluntate sua talibus cartis, cum scriberentur, abutens, ab insontibus pecuniam quasi auctoritate papali fraudulenter extorqueret. . . . . . .

1257. Brancaleo senator Romanus destruxit turres Romanorum. Eodem quoque anno[7] senator Romanus Brancaleo videns insolenciam et superbiam nobilium Romanorum non posse aliter reprimi, nisi castra eorum, que erant quasi spoliatorum carceres, prosternerentur, dirrui fecit eorundem nobilium turres circiter centum et 40 et solotenus

a) sit *suppl. Lu.* b) solepniter *c.* c) Sarrace *c.* d) liberavit *iterum add. c.* e) *incipit alia manus, quae usque ad operis finem pergit.* f) *haec rubra potius paucis lineis inferius apponenda erat.*

1) Haec quidem veritatem excedunt; sed cf. Ficker nr. 5361 sqq. et supra p. 379. 2) Multa privilegia civibus data v. ib. nr. 5290. 5304. 5317—5325 etc. 3) Barones impetraturi, ut Magna charta renovaretur et ipsi regis consiliarios eligerent. 4) Cf. supra p. 381. 5) Ficker nr. 5493. 5498. 6) Cf. ib. nr. 5351 b. 5356 a. 7) Potius a. 1257; v. supra p. 377 sq. 8) Ricardus se sicarios a Manfredo emissos timere scripsit (Ficker nr. 5338); et Alfonsus Brancaleoni favit (ib. 5492). 9) Cf. supra p. 316. 10) Cf. supra p. 353.

complanari[1]. Sicque facta est pax et tranquillitas liberrima, dispersis predonibus quos 1258. bedeweros[2] vocant et Romanis maleficis tam in Roma quam vicinis partibus Romanorum. . . . . . .

**Autumpnus fuit tardus et periculosus, et messis multa periit.** Ipso autem tempore, scilicet in confinio Iulii et Augusti, cum deessent fructus anni tam presentis quam preteriti, . . . Anglia in semet ipsa defecisset, nisi naves institorum ultramarinorum blado onuste ipsam feliciter refocillassent[a, 3], vendendo communiter bladum et panem, quem de partibus suis, Alemannie videlicet et Holandie, asportaverint[b] venalem. . . . . . .

**Erlotus, domini pape clericus, recedit ab Anglia.** Iminente quoque Aug. 15. festo assumpcionis gloriose virginis, Erlotus, domini pape clericus specialis, consiliarius et notarius, quem advenientem in Anglia ipse papa maxima potestate armaverat, cum vidisset regni perturbationem, tacite et prudenter recessit ab Anglia, donec pacis aura et unitatis felicior aspiraret.

**De denariis electi Wintoniensis, qui inventi fuerunt apud Dovere, et cedulis missis pape.** . . . Et tunc temporis invente sunt mille marce de denariis electi Wintoniensis, quas ibidem deposuerat, et date sunt quatuor militibus ad stipendia et viatica, ut Romam adeuntes pape causam barnagii Anglie ex parte regis et magnatum sine more dispendio et ambagibus disputationis breviter et compendiose nunciarent* monstrarentque per cedulas vacuas et bullatas, quas post mortem magistri Berardi de Nimpha in eius cista invenerant[4], quam multis et multiformibus Romani student terram inquinare machinationibus. Quas vero cedulas, sicut invente sunt, secum portaverunt bullatas.

*) *Cf. Lib. additam. ed. Luard VI, p.* 400: **Littere misse[a] a communitate Anglie domino pape.** *Sanctissimo[c] patri[d] in Christo A.[e], divina[f] providentia sancte[e] universalis ecclesie summo pontifici, communitas comitum[g], procerum[h], magnatum aliorumque regni Anglie cum subieccione debita pedum oscula beatorum. Nuper vestra sanctitas tam per literas quam per venerabilem virum magistrum Arlotum[i] subdiaconum et notarium[k] nos multipliciter[l] monuit et induxit, ut dominum nostrum illustrem regem Anglie in prosecucione regni Sicilie iuvaremus, sibi commune subsidium super hoc faciendo[m]. Licet autem idem dominus noster[n] rex absque nostri consilio et assensu[o], immo nobis reclamantibus et invitis, hoc[p] negocium assumpsisset, quod sibi impossibile propter difficultatem condicionum et alia que statum nostrum respiciebant penitus credebamus, ob reverenciam tamen apostolice sedis et vestram[q] domino regi duximus respondendum, quod, si de procerum et magnatum suorum consilio regnum suum in[r] multis multipliciter deformatum vellet in melius reformare, et vos condiciones[s] in privilegio vestro contentas, vires ipsius regis excedentes, quodammodo[t] mitigare velletis, quod iuxta mitigacionem[u] et reformacionem huiusmodi optatus eventus negocio speraretur[v], ipsi[w] preberemus et operam et effectum[x], ut rex negotium, quod sine nobis assumpserat, per nostrum[y] auxilium possit perducere[z] ad effectum. . . .*

*Ib. p.* 410: **Littere papales[a] misse communitati Anglie, responsive ad eorum peticiones premissas ad curiam et certificatorie de mora et negocio nunciorum.** *Alexander episcopus* etc. *dilectis filiis, nobilibus viris consiliariis karissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglie ac ceteris proceribus et magnatibus regni Anglie salutem et apostolicam benediccionem. Venerabiles fratres Ebrendunensem[7] et Tarantasiensem[a, 8] archiepiscopos et dilectos*

a) refocillasset *c.* b) asportaverant *emendandum.* c) *contuli Ann. Teokesbur. ed. Luard, Ann. Monast. I, p.* 170, *et Burton., ib. p.* 457. d) ac domino *add. Teok. Burton.*, *ubi in* Ch. *des.* e) *deest Teok.* f) Dei gratia *Bu.* g) communitatum *Teok.* h) et *add. Te. Bu.* i) Herl. *Te.* k) vestrum *add. Te.* l) simpliciter *Te.* m) faciendum *c.* n) *deest Bu.* o) consensu *Bu.*; quin *add. Te. Bu.* p) huius modi *Te. Bu.* q) vestre *c.*; eidem *add. Te. Bu.* r) in m. *des. Te.* s) vestras *add. Te.* t) omnino ad hoc *Te. Bu.* u) ref. et mit. *Bu.* v) speratus *c.*; speratur *Te.* w) opem *Te. Bu.* x) op. efficacem *Te. Bu.* y) vestrum *c.* z) producere *Te.* a) *ita Rymer;* Caratsalensem *c.*

1) Cf. de hac re Gregorovius V, p. 317. 2) Latrones; cf. Ducange s. v. berroerii; Diez, 'Roman. Wörterbuch' s. v. 'berruier'. 3) Cf. supra p. 379. 4) Cf. supra p. 382. 5) Fere m. Iul. 1258. Cf. Henrici III. epistolas Alexandro IV. Iul. 27. et Aug. 1. datas, ut terminus de negotio Siculo prorogaretur, ap. Rymer I, p. 375 sq. 6) Potthast nr. 17129 (falso a. 1257); quaedam notavi ex exemplo regi dato ap. Rymer I, p. 379, quod Potthast deest. 7) Henricum, de quo supra p. 242. 8) Rudolfum. Cf. Rymer I, p. 375: *Rex R. archiepiscopo Tarantasien.* (sic) *salutem. Cum labores gratanter subieritis pro facto regni Sicilie, requirimus, quatinus parati sitis cito post instans festum assumptionis b. Marie* [Aug. 15] *proficiscendi ad curiam Romanam una cum aliis nunciis nostris. Elbridunensem archiepiscopum, cui de eodem itinere vobiscum assumendo preces* [perditas litteras] *dirigimus, ad hoc inducatis.* 28. *die Iulii.* Ib. p. 386: *Rex H. Ebredun. et R. Tarataen.* (sic) *archiepiscopis, mag. Rostando et I. Clarel. Super diligentia quam apposuistis et apposita circa negotia* (Siciliae) *in curia Romana grates referimus.* 24. *die Maii* a. 1259. Cave ne hunc Tarantasiensem confundas cum Henrico de Tarento, de quo cf. supra p. 370.

1258. **De collectione pecunie a Francis pro pace firmanda inter reges.** Rex Francie piissimus procurat studiose ac diligenter, qualiter pax firma inter duo regna, Francorum scilicet et Anglorum, firmari valeat sempiterna. Ait enim: 'Summo opere procurandum est, ut inter filios meos et filios regis Anglorum, qui consobrini sunt et Deo dispensante regnaturi[1], pax firmetur duratura, et ne amplius, procurante humani generis inimico, sese regna corrodant, homines sese ad invicem depredentur et occidant ac in infernum detrudentur[a*]'. Fecit igitur colligi maximam pecuniam, ut hanc rem in mente feliciter preconceptam ad effectum valeat perducere desideratum, promittens Francis suis magna ex illa collectione comoda provenire, nec moleste ferrent breve gravamen, ex quo in posterum utilitatem habere poterunt[a] diuturnam. . . . . . .

**De nunciis destinatis ad dominum papam et literis.** . . . Scriptum a barnagio transcriptum audire qui cupit, in Libro additamentorum[2] invenire prevalebit. . . .

**Mittuntur nuncii solempnes ad parlamentum apud Cambray.** Et circa
Nov. 6. festum sancti Leonardi tale iniit consilium universitas barnagii, quod tunc Londoniis erat,

*filios magistros Rustandum capellanum nostrum et Iohannem Clarel canonicum Suwellensis[3] ecclesie necnon et nobilem virum Willelmum de Huntintoft et fratrem Willelmum ordinis militie Templi, nuncios, quos karissimus[b] filius noster illustris rex Anglie ac vos etiam ad nostram presenciam destinastis, necnon et litteras, quas ipsi nobis ex parte ipsius regis et vestra presentare curarunt, gratanter, prout decuit, et affectuose recipimus. . . . Nuncii . . . institerunt, . . . ut pro publicanda et firmanda pace, que inter predictum regem et karissimum filium nostrum illustrem regem Francie fuerat reformata, pro reformacione quoque ac bono, salubri et prospero statu regni Anglie necnon pro ordinacione negocii regni Cicilie una cum predicto rege Anglie ac vobiscum[b*] melius facienda aliquem de latere nostro, videlicet Romane ecclesie cardinalem, commisso ei super premissis plene legacionis officio, concedere curaremus. . . . Verum quia[c] negocium regni Cicilie, quod tam diu in prefati regis Anglie manibus, non sine ipsius regis dispendio et magno predicte ecclesie detrimento, languisse dinoscitur, per eundem iuxta nostri affectus plenitudinem promotum non extitit actenus, quod dolentes referimus, nec speratur, secundum ea que vidimus et que dicti nobis super ipso negocio exposuere nuncii, utiliter posse, consideratis ipsius regis viribus, promoveri, nos[d] attendentes, quod non expediebat ecclesie neque ipsi regi Anglie pro ipso negocio, in quo, sicut scire vos credimus, nullus ex nostra intervenerat, sed omnis ex regia parte defectus, destinare legatum, habito super premissis omnium fratrum nostrorum cum multa deliberacione consilio, memoratis nunciis de ipsorum fratrum unanimi voluntate respondimus, quod, cum[e] sepe sepius, etiam ultra quam ecclesie expedivisset[f], dicto regi Anglie ad eius instanciam terminos ad prosequendum negocium ipsum, diversis temporibus prefixos a nobis, de mera sedis apostolice gracia prorogaverimus, penas contentas in privilegio apostolico super ipsius regni Cicilie concessione confecto de termino in terminum suspendendo, ac mittendo et remittendo quam plures nuncios ad eundem, ipse rex Anglie circa implendas condiciones, sub quibus dictum regnum Scicilie concessum fuerat nato suo, in omnibus huiusmodi terminis omnino defecerit — propter quod liberum erat ipsi ecclesie de ipso Scicilie regno ordinare, disponere et facere pro sue beneplacito voluntatis et etiam tractare de ipsius regni Scicilie negocio cum aliis personis, cum quibus in hac parte condicionem suam posset facere meliorem —, legatum aliquem occasione negocii ipsius regni Cicilie non daremus. Diximus tamen[g], quod predictum iam initum et continuatum actenus cum eodem rege Anglie non dissolvebamus vel rumpebamus negocium, pronunciando illud dissolutum, prout ex predicto privilegio competebat, quodque[h] adhuc cum nullo rege vel principe vel alia quacunque persona super huiusmodi negocio tractabamus, sed liberum erat nobis omnino cum omnibus qui vellent super eodem nobiscum tractare negocio assumere etiam et prosequi super hoc pro nostro arbitrio et voluntate tractatum. Et si dictus rex Anglie eiusque filius omnes predictas condiciones et illam potissime de debitis usurarum, sub quarum onerosa voragine predicta ecclesia vexatur, angustiatur et premitur, integre persolvendis plenarie nobis et efficaciter adimplerent, antequam tractatus huiusmodi cum aliquo rege vel regibus aliquibus seu principibus aut aliis personis compleretur, ipsos libentissime in hoc universis regibus et principibus orbis terre, quantumcunque christianissimis ac nobis et ecclesie devotissimis, preferremus. Excommunicacionis autem, quam dictus rex Anglie, ac interdicti, quod[i] regnum suum iuxta tenorem prefati privilegii ex huiusmodi regis defectibus incurrebant, sentencias de solita benignitate ac speciali gratia, qua regem et regnum ipsum prosequimur, suspendendas duximus usque ad nostrum beneplacitum voluntatis. . . . . . .[k]*

a*) detrudantur *corrigendum.* a) potuerunt *c.* b) kar. — etiam *des. Ry.*, ubi destinasti; *et sic semper regem solum alloquitur.* b*) nobis *c.* c) *ita Ry.*; Verumque *c.* d) *ita Ry.*; non *c.* e) nos *add. Ry.* f) expeduisset *c.* g) eis *add. Ry.* h) *ita Ry.*; quod a. c. ullo *c.* i) quam *Ry.* k) Dat. Anguie *[sic]* 15. Kal. Ian. pont. n. a. 4. *(1258, Dec. 18)* *add. Ry.*

1) Bémont, 'Revue Critique' XIV a. 2, p. 384. confert Joinville: *Car nous avons dous serours a femmes, et sont nostre enfant cousin german, par quoy il afflert bien que pais y soit.* 2) V. p. 383. 3) Southwell in com. Nottingham et dioec. Eboracensi; de Iohanne cf. Hardy, Fasti III, p. 437.

ut ad magnum et secretum parlamentum, quod statutum fuerat habiturum apud Cambray[1] inter regna Francie, Anglie et Alemannie[2], mitterentur nuncii solempnes, rege de consilio tocius barnagii in Anglia remanente; electique sunt ad hoc, ut pro rege et regno Anglie ibidem destinarentur, episcopi Wigornie[3] et Lincolnie[4], comites Rogerus Bigot marescallus et Legrecestrie[5]. Qui transfretantes, minime potuerunt negocia ad finem perducere, rege Francorum se sponte ob alterius regis absenciam absentante. . . . . . . 1258.

De coronacione Memfredi in regem et aliis improperiis factis contra papam et curiam Romanam. Eodem insuper tempore cepit curia Romana non mediocriter vilescere, eo quod Appulie prelati et magnates contra voluntatem pape elegerunt sibi in regem et coronari fecerunt[6] Memfredum, filium imperatoris Fretherici, quoniam non solum ipsum Memfredum, sed et totum genus suum papa cum tota curia Romana contemptibilem habuit et exosum. Insuper creaverunt rex et Appuli archiepiscopos et episcopos sine assensu ipsius pape, immo pocius eo invito, qui omnes comuniter plus ipsi regi quam pape obediebant et, contempta papali prohibicione, regi honorem et reverenciam exhibebant. Magnates eciam, nulla facta de Edmundo, filio regis Anglie, mencione, cui papa regnum Apulie contulerat et[a] per episcopum Bononiensem anulo quodam investiverat[b,7], liganciam fecerant et homagium eidem Memfredo[c], et civitatum ac castrorum saisinam fecerant plenariam. Unde rex[d] non immerito graviter conquestus est, quod papa tam argumentose multum regni sui tesaurum ob illud regnum Apulie optinendum in vanum habuerat et secus quam decuit cum suis multipliciter cardinalibus attraxerat. Attamen nuncios suos in Angliam destinatos, utpote fratrem Iohannem de Diva[e] et magistrum[f] de Sene, episcopum Boloniensem, archiepiscopum Messanensem[8] et alios quam plures, qui advenerant quasi procuratores negocii Edmundi filii regis expediendi super regno Apulie, rex memoratus honorifice suscepit et procuraciones a religiosis peroptimas extorqueri permisit. Insuper eodem tempore cives Florentie quoddam castrum[9], quod Octovianus cardinalis construxerat, quia illud ipsis erat suspectum, solo tenus complanarunt.

De creacione senatoris novi et morte Brancaleonis. Preterea mortuo Brancaleone senatore, cives Romani, assensu pape contempto — licet satis allegasset, quod, si eciam esset simplex civis Romanus, vocari deberet ad eleccionem senatoris —, avunculum eiusdem Brancaleonis[10] communiter elegerant in senatorem; quem papa similiter exosum habuerat, eo quod consanguineus erat Brancaleonis. Capud vero ipsius Brancaleonis[g] in vase precioso super marmoream columpnam collocatum in signum[h] sui valoris et probitatis quasi reliquias supersticiose nimis et pompose sustulerunt; fuerat etenim superborum potentum[i] et malefactorum Urbis malleus et extirpator et populli[k] protector et defensor, veritatis et iustitie imitator et amator. Cuius consilium quasi autenticum nimis sequentes, quasi ex[l] traduce, similiter novi senatoris, quem de consilio sepedicti Brancaleonis[g] elegerant, obedienter preceptis optemperabant. Que omnia in improperium sui et curie Romane papa indubitanter reputabat prosecuta; miserat namque protinus post mortem predicti Brancaleonis[g] nuncios solempnes, prohibens Romanis, ne quem in senatorem eligerent absque suo assensu. Ipsi vero cachinnantes mandatumque papale contempnentes, ilico elegerunt avunculum Brancaleonis locoque illius in senatorem solempniter, ut predictum est, substituerunt. . . . . . .

Brancaleo senator. Nunciatum est insuper regi[11], quod Brancaleo, de quo pretactum est, senator Romanus ad non modicum[m] detrimentum fuerat de medio sublatus, avunculusque eius in loco suo substitutus. . . . . .

Annalis conclusio. . . . Nisi de ultramarinis partibus venalis annona asportaretur[12], quod Anglia in semet ipsa deperisset, non dubitatur. . . . . . .

Rex fuit Londoniis ad natale. Anno Domini 1259, qui est annus regni domini

a) quem *supplendum*. b) investigaverat *c.* c) M. *c.* d) Anglie *add. c., sed expunct.* e) Dina *c.* f) Bernardum *suppl. Lu.* g) B. *c.* h) signum, *littera erasa c.* i) p. et *superscr. c.* k) *sic c.* l) amore *supplendum; cf. p.* 386, *l.* 35. m) modium *c.*

1) Cf. Ficker nr. 5356 b; Bémont, 'Traité d'Abbeville' in 'Bibl. de l'Éc. des Chartes' XXXVII, p. 253. 2) Ficker nr. 5344 sq. 5348. 3) Walterus. 4) Ricardus. 5) Simon, quem a. 1258, Dec. 3. Parisiis fuisse probat Bémont. 6) Aug. 10. 7) Cf. supra p. 353. 8) Cf. supra p. 368. 9) In domum Ubertorum, e quibus Octavianus card. diac. S. Mariae in Via Lata ortus erat, Guelfos irruisse, narrat Schirrmacher p. 466. 10) Castellanum de Andalo. 11) Nov. 22 sqq. ad S. Albanum morato. 12) Cf. supra p. 379. 383.

1258. Dec. 25. regis Henrici III. 43, fuit idem rex ad natale Domini Londoniis. Ubi magna sollicitudine tractatum est inter nobiles regni, quomodo, conservato suo salubri proposito[1], satisfacerent desiderio regis Ricardi de Alemannia, qui sicienter valde venire in Angliam, sicut eis innotuit, desideravit, ut consanguineos et amicos suaque propria, terram eciam natalem visitaret. Fuit autem adventus eius nimis suspectus, ne videlicet indignationem et vindictam refunderet in barones, improperans eis, quod sicut patrem suum regem Iohannem[a], sic et istum regem Henricum[b] III, fratrem suum, funesto odio persequerentur et nuper fratres suos uterinos[2] tanquam de maximo crimine convictos, insontes tamen, exilio condempnassent. Timebant insuper, quod eosdem comunes regni inimicos faceret aut secum clanculo reducendo, aut postea exhortacionibus subdolis reconciliando, ad incolarum confusionem maiorem erroremque novissimum peiorem[c] Angliam subintrare reconculcandam, (cf. Matth. 27, 64.) similiter, quod in salubri eorum proposito[1] et regni felicissima ordinacione repagula supponeret contradiccionis et impedimenti et sigillatim omnes, revocato statu pristino, deceptos puniret et processu temporis exhereditaret. . . . . . .

De nunciis missis contra regem Alemannie venientem in Angliam. 1259. Ian. 13. Circa festum sancti Hylarii habito consilio communi et deliberatione diligenti super adventu regis Alemannie Ricardi in Angliam, nuncios solempnes in occursum suum destinarunt, videlicet episcopum Wigorniensem, abbatem Sancti Edmundi[3], Petrum de Sabaudia, Iohannem Mansel, ut idem rex ipsos certificaret de causa adventus tam subiti tamque inopinati et de mora sua in Anglia[4]. Comes autem Legrecestrie Simon[d], non sine multorum admiracione, in partibus adhuc transmarinis morabatur, unde in magna parte fuit consilium barnagii mutilatum, et laqueos non mediocriter formidabant absconditos. Verebantur enim, ne rex, licet vultum ostendisset serenum, condoleret fratribus exulantibus et conquestus fuisset graviter fratri suo regi predicto Alemannie, quoniam Anglici patrem suum Iohannem regem usque ad mortem odio funesto persequentes[5], in filios et nepotes hostiliter ira traduce similiter insequebantur, et sicut rex Anglie, ita et rex Alemannie similes tolerarunt[e] iniurias. Proposuerunt igitur Anglie magnates accipere sacramentum ab ipso rege Alemannie, antequam applicuisset, ne regno Anglie quomodolibet noceret vel provisionem communem impediret. Sed quid hoc prodesset? Diceret forte postea, quod invitus et coactus hoc iurasset. Sed quia ignoratur[6] a multis, an hoc perventum fuisset ad factum, in scripto non presumo determinandum; dicitur tamen a multis, quod sicut pretactum est iuravit et exinde litteras suas patentes effecit.

Rex venit in occursum eius, et cum eo plures armis premuniti, eo nesciente. Rex autem versus mare properavit et cum ipso magnatum multitudo copiosa, ad cautelam equis et armis communita. Dictum enim erat, quod idem rex Ricardus unum de fratribus vel plures, qui de comuni consilio exulaverant, secum proposuit adducere, ut, cassato tali iudicio, pristino statui, quod egre barones sustinerent, eos posset reformare.

Civitas Londoniarum iubetur incortinari[7]. Iussit autem rex, acclamante Londoniarum precone, ut civitas, mundata stipitibus, truncis, luto et fimo, incortinaretur, et ammotis[e] omnibus que possent oculos intuencium offendere, multipliciter eam facerent novitatibus resplendere.

De responsione regis Alemannie ad nuncios nostros contra suas obiecciones. Nunciis igitur solempnibus a communitate Anglie destinatis ipse rex Alemannie, qui in confinio maris ulteriori[8] morabatur, exercitum congregans fortem et numerosum, nimis torvo vultu et verbis minacibus respondit, iurans per guttur Dei: 'Neque iuramentum, quod exigitis, prestabo neque more mee in Anglia terminum vobis intimabo'. Et addidit: 'Non habeo parem in Anglia, filius enim sum regis preteriti et frater presentis comesque Cornubie. Si igitur nobiles Anglie reformare voluissent regnum deformatum,

a) I. *c.* b) H. *c.* c) priore *forte supplendum.* d) S. *c.* e) *sic c.*

1) Arbitrii regii Provisionibus Oxoniensibus coercendi. 2) Guidonem, Willelmum, Gaufredum, Adelmarum de Lusignan. 3) Simonem. 4) Cf. Shirley, 'Royal Letters' II, p. 133: *Rex Anglie regi Alemannie. Hortamur, ut ordinationem ac reformationem per proceres factam acceptetis et iuramentum et literam prestare velitis; 4. die Novembris* (a. 1258); Rymer I, p. 380: *Cum nunciis litteras patentes dederitis de iuramento prestando, cum in Angliam veneritis, dum tamen mandatum nostrum super hoc habeatis, rogamus, quatinus iuramentum prestetis; 23. die Ian.* (a. 1259). 5) Cf. l. 7. 6) Haec igitur scripsit Matheus rerum p. 387. narratarum nondum gnarus. 7) Aulaeis expositis ornari. 8) Apud S. Audomarum m. Ian. fere medio.

me deberent primitus accersire, et non ita impetuose, absque mea connivencia vel presen- 1250.
cia tam arduum negocium aggredi presumptuose'. Ad quod verbum cum quidam nunciorum voluisset respondere, cohibuit eum secreto moderamine quidam sibi collateralis. Que responsio talis erat: 'Sepius constituimus te superiorem in reformacione regni declinantis, sed, avaricia cogente, nos omnes domini regis et regni statum meliorare studentes astute et repentine studuistis, nil tale premeditatos, illaqueare; unde rex, resiliens a salubri cogitatione, quos potuit in posterum dampnificavit'. Sed ne talia improperia iurgia suscitarent, satis certificati nuncii de ipsius regis Alemannie commocione, ilico redierunt quam cito poterant, quia expectabat eum populus numerosus, diversimode communitus. Quod cum nobilibus in citeriori maris litore Anglis nunciaretur, congregari fecerunt naves et galeas tam Quinque portuum quam aliorum quam plurimas. Et ad cautelam armis et armandis premuniti, quorum omnium erat animus ardentissimus in hostes obvios hostiliter irruere, eisdem se preparaverant audacter obviare, animati ex eo, quod[1] tempore Lodovici, filii regis Francie, in Anglia dudum existentis, paucissime naves Anglorum numerosam classem Francorum[a] copiosam citra spem omnium invaserunt[b] et contriverunt[c]. Exercitum insuper equestrem et pedestrem ex parte citeriore congregarunt, ut hostes venientes, si in navali prelio prevaluissent, quod nullatenus formidabant, in ore gladii super litus et in arida alacriter exciperent et constanter. Quod cum fida relacione per diligentes exploratores rex Alemannie Ricardus cognosceret, consilio communium amicorum animum suum mitigavit et iuramentum, quale barones Anglie rei publice zelatores exigebant, equo[d] se animo prestiturum per cartam[2] promisit.

**Qualiter rex Alemannie venerat[e] in Angliam, promittens[f] se sacramentum prestare, quod volebant.** Rex igitur Alemannie Ricardus, comitante regina, in Angliam velificavit et die sancti Iuliani[3] apud Dovere applicuit; et sic cum castigata familia Ian. 27.
et privata in Angliam intravit, videlicet cum comitibus duobus de Alemannia, qui tantum tres milites secum habebant, et ipse rex[g] cum octo militibus et sua regina et filio Edmundo. Qui non fuerunt admissi, cum ad litus pervenissent, in castro de Dovere, nec etiam rex Anglie, quia nobiles Anglie adhuc timebant aliquem, nondum prestito sacramento, ipsum castrum permittere intrare, quia est Anglie repagulum principale. Rex autem applicanti occurrit, applaudens eidem vehementer; et convivantes cum archiepiscopo Cantuariensi, dies festivos congaudentes alacriter peregerunt.

**Qualiter rex Alemannie iuravit in capitulo Cantuariensi coram magnatibus.** In crastino autem intraverunt magnates Anglie capitulum Cantuariense, Ian. 28.
ducentes reverenter reges Anglie et Alemannie, et fecerunt apponi textum[h] super pulpitum. Astitit autem in medio comes Glovernie Ricardus et vocavit palam et reverenter comitem Cornubie ad se, non regem Alemannie, sed nomine suo Ricardum[i] comitem Cornubie; qui obedienter accessit et reverenter. Cui tale iusiurandum articulatim et aperte imposuit:

**Iuramentum regis Alemannie.** *Hec auditis universi, quod hoc iuro super sacrosancta euvangelia, quod ego Ricardus comes Cornubie fidelis ero et diligens ad reformandum vobiscum regnum Anglie, hactenus nimis malorum consilio deformatum; eroque vester efficax adiutor ad expellendum omnes eiusdem regni rebelles et perturbatores. Hocque iuramentum observabo inviolabiliter sub pena amissionis omnium terrarum quas habeo in Anglia.* Et cum dixissent singuli: 'Sufficit, satis obligatur ad fidelitatem', respondit comes memoratus: 'Quia quandoque enormiter in tali casu ledebamur, et quia[k] excaldatus[4] semel semper aquas fervidas expavescit, nequaquam adhuc tutus sum, quin satis parum fecerimus; quod avertat omnipotens Dominus!'

**Qualiter susceptus est Londonie; et de recessu magnatum Alemannie ab Anglia.** Die[5] vero purificacionis beate Marie venerunt reges et eorum regine Febr. 2.
et nobilium Anglie multitudo pariter Londoniam, que in adventu tantorum principum multipliciter, ut predictum est, mundata, honoribus multis et ornatibus variis civitas resplen-

a) et *suppl. edd.* b) invasit *c.* c) contrivit *c.* d) equuo *c.* e) verat *c.* f) prom. — volebant *in loco raso c.* g) res *c.* h) euangelii *suppl. Wats.* i) Ric. com. *c.;* Ricardus comes *edd.* k) qui excōnizatus *c.;* excommunicatus *Wats;* excaturizatus *Luard.*

1) A. 1217; cf. supra p. 119.
2) Perditam.
3) Ian. 28; Th. Wykes, SS. XXVII, p. 494.
4) Ducange laudat proverbium: *Excaldatus aquam timet;* cf. *Eschaudez chaude eve crient* ap. Reinsberg-Düringsfeld, 'Sprichwörter' nr. 531.
5) Febr. 1; Wykes l. l.; Chron. London.

1259. duit serenata. Quibus occurrebat adventantibus civium applaudens multitudo numerosa. Erat utique adeo civitas populis repleta, quod densis turbarum oppressionibus glomeratim ruencium platearum operiebantur pavimenta. Et quia fratres eius — ipsum non sequentes, prout minatus est, et ut suspicatum est — in partibus relinquebantur ultramarinis, gaudiis communiter exultare conabantur vehemencioribus, mirantes tamen quam plurimum, quod Alemanni ita permiserunt eum in Angliam solutis adire habenis una cum regina et filio karissimis, quod non saltem alterum eorum quasi pro obside retinuissent, ut[a] exinde, quod post se eos reliquerat, libencius et cicius ad eos dominus et princeps rediret. Set in brevi cepit eiusdem fama minui, potestasque regia inter Anglos mediocriter aut minime formidari. Unde nobiles Alemannie, qui regem suum hactenus in Angliam comitabantur, considerantes eum non tanti existere favoris et reverencie per Angliam, quanta[b] regiam decuit dignitatem, recesserunt ab eo cum indignacione, repatriantes festinanter et dicentes: 'Ex quo compatriote sui ipsum non venerantur, nos ipsum quomodo honoribus prosequemur? Habemus quod elegimus, thesaurum magis quam thesaurizantem, congregatum, non congregantem. Set si de eo quod adhuc superest nobis fieret plena collatio, nobis penitus de persona nulla remanebit adoptatio'. Cupiebant enim, sicut in maiori fecerunt parte, thesauri sui residuum sicienter exhaurire.

Febr. 9. **De parlamento Londoniensi et pace prelocuta inter reges.** In octavis vero purificacionis congregati sunt nobiles Anglie Londoniis, prout inter se prius condixerant. Comes autem Legrecestrie, de cuius absencia diuturna tota condoluerat Anglia nescia, quid ei in partibus contigisset transmarinis, ad concilium tunc venerat memoratum. Venit insuper ibidem quidam de secreto regis Francie consilio, decanus videlicet Bituricensis[1]. Ubi non modice tractatum est de negocio inter duos reges, scilicet Francie et Anglie[2], agitato, et quid in partibus transmarinis actum fuerit exinde et probatum. Unde infra spa-
Febr. 14. cium temporis non prolixum, videlicet die sancti Valentini, formata est pax et facta inter eos Londoniis, si utraque pars velit sine dissensione observare quod inter eorum nuncios speciales et solempnes, ut postea[3] plenius in suo ordine dicetur, prelocutum fuerat et determinatum. . . . . . .

**Obiit Thomas comes Flandrie[*], dicitur pocionatus[4].** Ipso quoque tempore obiit Thomas, quandoque comes Flandrie, qui tot milia marcarum a simplicitate regis et regine et eorum secretis extorserat, que quasi semina in litoribus proiciebantur[5], sicut et alia multa in regni lesionem et dampnum multociens alienigenis dispergebantur rapienda. Hic eciam sine causa ecclesiam beati ledens Albani enormiter dampnificavit, dum discordiam inter eam et regem impudenter seminavit. In partibus igitur ultramarinis, ut dicitur, pocionatus, ab hac presenti luce fructum viarum suarum migravit collecturus.

**De nunciis destinatis ad parlamentum regis Francorum.** Circa vero
Apr. 1. Kalendas Aprilis ex precepto et consilio domini regis Anglie et tocius barnagii arripuerunt iter transmarinum ad parlamentum magnum regis Francorum tenendum in Francia pro pluribus arduis negociis regna Francie et Anglie contingentibus comites de Clare[6] et de Legrecestria, Iohannes Mansel, Petrus de Sabaudia et Robertus Walerand, deferentes secum cartam[7] domini regis Anglie de resignatione Normannie et litteras de credencia ad componendum cum rege Francie et eius consilio super negociis inter eosdem reges et eorum regna iam diu agitatis, et ut pacta precedencia, prout prelocutum fuerat inter eorundem nuncios speciales et peritissimos, solidata permaneant et inconcucienda. Sed quia ob eorundem nunciorum dispersionem, quid super hoc actum est, in publico non profertur, nulla exinde certitudo scripture adhuc[8] commendatur. . . . . . .

1258. **Obiit comitissa Bononie.** Ipso quoque anno, prima videlicet quindena quadragesime, obiit comitissa Bononie[9], per cuius tirannidem tot milia hominum paucis annis iam elapsis interfecti occubuerunt, fructus viarum suarum quos promeruit collectura.

*) *In marg. depicta sunt inversa scutum nigrum, quod exhibet leonem aureum erectum, et hasta, superscr.:* O[biit] comes Flandrie Th[omas]. *Alio loco, Lib. addit. VI, p. 473, depictum est eius* scutum d'or, leo niger.

a) vel *c.* b) *sic c.*

1) Iohannes? Cf. Gall. chr. II, col. 112. 2) Et Germaniae; cf. Ficker nr. 5359 sq. 3) Infra l. 36 sqq. 4) Obiit a. 1259, Febr. 1; sed languerat ex diuturna captivitate; cf. Warnkoenig-Wurstemberger I, p. 408. 5) De hac parabola v. supra p. 323, n. 11. 6) Ricardus. 7) Rymer, Foed. I, p. 380. 8) Cf. infra p. 389. 9) Mathildis obiit a. 1258, Ian. 14; sed quae hic sequuntur supra p. 333 sq. 338 sqq. rectius de Margareta comitissa Flandriae (mortua a. 1280) dicta sunt; cum hac igitur illa confusa videtur.

De duobus senatoribus Rome contra tercium. Tunc temporis, dissipatis et prostratis turribus urbis Romane, congregati sunt cum indignatione et furore[a, 1], creantes sibi novos senatores duos[2], qui, conflantes copiosum exercitum de mediocribus Romanis, insurrexerunt in senatorem nuper creatum, scilicet avunculum Brancaleonis[3], et ipsum in quodam castro Rome obsederunt, ut captum in frusta detruncarent. Ipse tamen confidens de iuramento sibi facto fidelitatis et de obsidibus, quos[b] ipse senator habuit in sua civitate, unde erat oriundus, scilicet Bononie, se strenue defendit, ne a nobilitate sui nepotis et predecessoris deviaret retrocedens. Et sic a semet ipsa corrosa est Roma et in se magna ex parte consumpta. 1258.

De discordia apud Parisius. . . . Universitas insuper Parisiaca per Predicatores et Minores non mediocriter est perturbata. Tot autem ordines exorti sunt, quod hii hos et e converso subplantant; nec sufficit, ut consuevit, populus eos plebeiis elemosinis sustentare. . . . . . . 1259.

Qualiter pax[4] inter reges impedita est per comitissam Legrecestrie[5] non consencientem illis. . . . Et sic vacui infecto negocio[6], cachinnantibus Francis, redierunt. . . .[c] . . .

Qualiter papa procuravit imperium regi Alemannie existenti in Anglia. Interim, dum rex Alemannie in pace in Anglia moraretur, paratum est iter eidem ad imperium libere recipiendum. Dominus autem papa[7] hoc, set sub silencio, callide procuravit, ne manifestus videretur fuisse regi Hispanie adversarius. Rex autem Alemannie, ut se thesauris premuniret abundancius[d], adhuc in Anglia quasi latitando expectabat quiecius. Magnates enim Anglie statutis que inceperant salubriter intendebant, parum aut nichil de predicti regis mora vel mocione solliciti, set ad malas consuetudines, iniurias et corruptelas amodo delendas omnino assidui et confederati. . . . . . .

De dampnacione Walteri de Scotinny. Septimana vero eadem[8] Walter de Scotinni . . . iudicialiter est Wintoniam tractus et in patibulo horribiliter suspensus[9]. Mai.

[Sciendum[e] est, quod hucusque perscripsit venerabilis vir frater Matheus Parisiensis; et licet manus in stilo varietur, modo tamen compositionis eodem servato, eidem totum asscribitur. Quod autem amodo appositum est et prosecutum, cuidam alteri fratri[10] sit asscribendum, qui tanti predecessoris opera presumens aggredi, indigne prosecuturus, cum non sit dignus[f] eiusdem corrigiam solvere calciamenti, pagine non meruit nomine cf. Marc. 1,7.
tenus annotari*].

*) *Hic depictus est monachus oculis clausis in lecto iacens, cuius capiti superscripta sunt haec:* Hic obit Matheus Parisiensis. *Cubitus sinister fulcitur mensa scriptoria, dextra manus librum mensae impositum attingit, cui inscriptum est:* Liber cronicorum Mathei Parisiensis. *Iuxta monachi os habentur haec:* In manus tuas Luc. 23,46.
commendo spiritum meum. Redemisti me, domine Deus veritatis[g]. Ps. 30, 6.

a) Romani *suppl. edd.* b) quas *c.* c) *paullo post incipit ultima huius operis pagina, cuius tabula exhibetur ed. Luard vol. V.* d) hab., *corr.* ab. *c.* e) Sciendum — annotari *minio manu rubricatoris scripta c.* f) e. d., *corr.* d. e. *c.* g) *quae in cod. sequitur continuatio usque ad a.* 1272. *manu saec. XIV. scripta est.*

1) Partes papae et nobilium a. 1258 ex. De tempore v. Schirrmacher p. 468; unde supra p. 77, n. 2. delenda est. 2) Neapoleonem, filium Matthaei Rubei, et Riccardum, filium Petri de Annibaldis; cf. Potthast nr. 17579. 3) Castellanum de Andalo. 4) V. supra p. 388. 5) Alienoram, sororem Henrici III. 6) Tabula, qua Henricus III. pacem cum rege Franciae ratam habet, data est Iul. 21, fortasse paullo post Mathei mortem, ap. Bémont p. 255; cf. Math. Westmonast. a. 1259. Sed etiam litteras Westmonasterii Mai. 20. de pace datas (Rymer I, p. 383—386) Matheus non commemoravit. 7) Bullam *Ricardo in regem Romanorum electo et coronato misit papa* a. 1259, Apr. 30, SS. XXVII, p. 482 (cf. Potthast nr. 17512. 17550; Ficker nr. 5362), quae tamen, cum fortasse vix ante Mathei mortem in Angliam pervenerit, auctori nondum innotuit. Paullo post ab eius Continuatore primo Albanensi adhibita est. 8) Verba *die s. Urbani* (Mai. 25) praecedunt. 9) Mai. 26; supra p. 77, l. 3. 10) De hoc Continuatore Mathei Albanensi primo v. infra praefationem ad Math. Westmonast.

# EX HISTORIA ANGLORUM.

## INCIPIT PROLOGUS IN HISTORIAM ANGLORUM POST CONQUISICIONEM[a] ANGLIE A NORMANNORUM DUCE WILLELMO.

Rob. Tor. De[1] chronographia — — Sigisbertus Gemblacensis monachus et quidam alii pectoris profundi cronica veraciter ediderunt. Incipimus igitur Anglorum Cronica a duce Normannorum Willelmo. . . .

Henr. Hunt. Haraldus, dum adhuc iuvenis esset, aspirans ad regnum Anglie, sponte spaciatum navigando raptus est invitus vi ventorum; dum Flandriam credidit attigisse, compulsus venit in Pontivam provinciam. Quem captum consul Ponticus Willelmo Normannorum duci presentavit[2]. . . . . .

Rog. Wend. Anno[b] dominice incarnacionis 1067. . . . Eadgarus — — Scociam applicare. . . . . .

Extunc[3] ergo regum Anglie nobilitas, a propriis per Normannos expulsa finibus, ad cf. Or. Mel. I, 115. reges Scotorum est infelici sidere devoluta, et aureis seculis successerunt luteis deteriora. Nec usque ad tempora hec scribentis, videlicet annum gratie 1250[c], est inventus rex Anglie titulo sanctitatis insignitus. . . . . .

ib. De contencione duorum de papatu. Hoc etiam tempore Rome Alexandro et Cadelo de papatu contendentibus, Mantue synodus congregatur, et mediante Amone[d] Coloniensi archiepiscopo, Alexandro de symonia se purgante, in sede apostolica statuitur, et Cadelo expellitur symoniacus. . . . . .

ib. A. D. 1070. . . . Deposito apostata archiepiscopo Stigando, . . . subrogatur Lamfrancus literatissimus, qui ex monacho Beccensi abbas factus Cadomensis, ad dictum archipresulatum rite promovetur. . . . . .

ib. De scandalo in ecclesia exorto. A. D. 1074. Gregorius sedit in cathedra Romana annis 12, mense 1 et tribus diebus. Iste papa in sinodo generali symoniacos excommunicavit, uxoratos sacerdotes a divino amovit officio et laicis missas eorum audire interdixit. . . . . .

ib. Venerunt ex Dacia Cnuto, filius Suani, et Haco comes cum navibus ducentis armata manu repletis. Et in portu expectantes per aliquod tempus, cum audissent de fautoribus suis quod factum fuerat, obliquatis velis ad Flandriam navigarunt, cum Willelmo rege congredi non audentes; et ab ipsa predam non modicam extorserunt[4].

A. D. 1077. Paulus monachus Cadomensis, archiepiscopi Cantuariensis Lanfranci nepos, immo aliquorum relacionibus consanguinitate propinquior, ex quo a conventu Sancti Albani comperta fuisset eius religio et pericia, creatus est in eiusdem domus abbatem. . . . Huius autem gesta si quis desiderat perscrutari, librum de Gestis abbatum Sancti Albani[5] intueatur. . . . . . .

ib. Eodemque anno Henricus imperator — — Suaviam devastavit. . . . . .

ib. A. D. 1079. . . . Imperator Henricus — — fore designavit. . . . . . .

ib. A. D. 1080. Hildebrandus — — interfecit. . . . . .

ib. A. D. 1082. Marianus Scotus. — — euvangelii.

ib. A. D. 1083. Matildis regina — — supremum. . . . . . .

ib. A. D. 1084. Romani — — resolutus. . . . . .

Cron. Mai. A. D. 1086. . . . Primogenitus Robertus — — excitavit. . . . . . .

Rog. Wend. Gregorius papa — — confessus est se nimis peccasse in occupacione primo et postea in negligentia cure pastoralis. Successit ei Clemens — — nominatur.

ib. A. D. 1087. . . . Obiit dux Apulie — — Boemundus.

ib. De Berengario — — tenebras extersit. . . . . .

ib. A. D. 1089. Odo — — Urbanus vocatur. Cuius temporibus quidam Alemannie comes facinorosus[6] et indefessus Henrici imperatoris persecutor mira Dei ulcione a muribus quos[e] ratos dicimus, a quibus nullo modo potuit defendi, corrosus interiit. Verumtamen tradunt naturales, quod qui ab bestia que uncea[7] dicitur[f] mordetur, que est lea notha, ab omnibus muribus que[g] ratones[8] vulgariter[9] dicuntur, qui in vicinia sunt, impetitur, mordetur et perimitur. Qui casus forte accidit comiti memorato. . . . . . .

ib. A. D. 1094. . . . Tunc etiam temporis ecclesia Romana in cismate laborabat — — Willelmi. . . . . . .

ib. A. D. 1095. . . . Concilium Urbani pape. Eodem anno papa Urbanus, Anselmi admonitus providentia[1], apud Clarum-montem — — decreta renovavit. . . . . . .

a) conquisicon. *c.* b) *tabulam secundae codicis (Regii* 14 *C VII) paginae habes ap. Hardy, 'Descr. Catal.' III, tab.* 19; *desinit a.* 1067. c) non *add. c., sed abrasum est.* d) Annone *Wend.* e) q. r. d. *in marg. suppl. c.* f) m. d. *c., sed corr.* g) *sic c.*

1) Prologi prima pars ex Roberto de Monte, additis quibusdam ex Rogeri Wendoverii prologo, confecta est. 2) In fine prologi de regno Haraldi breviter narratur. 3) Scilicet a tempore quo sancta Margareta, filia Eadwardi filii Eadmundi II, in Scotiam migravit. 4) Haec Matheus affinxisse videtur. 5) Ed. Riley I, p. 51. Ad hunc librum lector saepe delegatur; e. g. a. 1119. 1146. 1151. 6) *Impotens et factiosus* Will. Malm., quem Matheus fortasse post Wendoverium iterum evolvit. De hac fabula docte disseruit Liebrecht, 'Volkskunde' p. 1. 7) Gall. *once*, nostris 'unze', leopardo similis. De origine verbi v. Skeat, 'Etymol. dict.' s. v. *ounce*. Cf. Will. Malm. G. Reg. II, §. 291. 8) Cf. Ducange s. v. *ratus* et Gir. Cambr. It. Kambr. II, 2. ed. Dimock VI, p. 111: *murium maiorum qui vulgariter rati dicuntur in virum quemdam olim factam persecutionem.* 9) Apud Anglosaxones *ræt*, Gallice *rat*.

Anno Domini 1099. . . . Hec[1] autem ex libro venerabilis viri Willelmi Tyrensis archiepiscopi excerpta de capcionibus Antiochie et Ierusalem, ubi dux Normannorum Robertus cum suis Normannis et Anglis locum tenuit pociorem, et sine quibus nihil memoria dignum peractum est, sufficiant! Si quis residuum libri illius[2] necnon et alterius libri, in quo mirabilia Orientis et lex Machometi pseudoprophete continentur, quem idem[3] Willelmus de Arabicis fideliter[a] ac luculenter exemplaribus transtulit et scripsit in Latinis, inspicere[b] desiderat, apud Sanctum Albanum[c] sedulus inveniet explorator. Hunc[d.4] librum tulit episcopus Wintoniensis Petrus[e.5] de Terra Sancta, quem vix qui hec scripsi ab eodem impetravi. . . .[f] . . .

A. D. 1103. Anselmus — — revocavit. . . . . . . Reg. Wend.

A. D. 1104. . . . Anselmus — — intendens. . . . . . . ib.

A. D. 1109. . . . Missi sunt nuncii sollempnes ab Romanorum imperatore Henrico — — tres solidos. . . . . . . ib.

A. D. 1112. Facta est contencio Rome — — imperatori. . . . . . . ib.

A. D. 1117. Tonitrua, grandines et ventorum impetus dampnosissimi et in Longobardia et tractibus orientalibus, terremotus ecclesias, turres, menia, edificia, arbores et homines contriverunt. . . . . . . ib.

A. D. 1118. Suscitatur cisma pro antipapa. Defuncto papa Paschali — — successit. ib.

A. D. 1119. Defuncto papa Gelasio — — *sed in Filio.* ib.

Eodem anno actum — — lectica deportatus. . . . . . . ib.

Eodemque anno obiit . . . comes Flandrensis Baldewinus per vulnus acceptum apud Aucun in Normania ex manu regis Anglorum Henrici[6], ut predictum est. Cui successit Karolus — — sacerdos. . . . . . . ib.

A. D. 1121. Rex Henricus — — pulchritudinis. . . . . . . ib.

Papa Calixtus Mauricium — — licet non ultro vel poscentem monachum ordinavit. . . . . . . ib.

A. D. 1125. Iohannes Cremensis — — abbaciis perhendinans lucris et deliciis indulgebat. . . . . . . ib.

Eodemque anno rex Henricus dedit Symoni regine clerico Wigorniensem, . . . Sifredo abbati Glastoniensi Cicestrensem presulatus. . . . . . . ib.

Mortuo Henrico[g] imperatore, reversa [est[h]] Matildis[i] imperatrix ad patrem suum regem Anglorum Henricum. 1125. Anno Domini 1126. Henricus Romanorum imperator[k] presulatum Ravenne contulit Arnulpho, viro eleganti, hac de causa. Cum esset idem Arnulphus[l] diaconus[7] et in capella imperatoris ministrans, quandam adamavit domicellam. Cuius cum quadam nocte uteretur amplexibus, et hoc auribus imperatoris instillaretur, iussit die sequenti imperator eidem Arnulpho[l], ut accedens ad altare legeret ei euvangelium. At ipse Arnulphus[l], quem propria momordit de nocturna culpa conscientia, se[k] fingens imfirmum, ait: 'Domine, parcite mihi, quia graviter infirmor'. At ipse imperator[c] instabat imperiose, cum minis iubens, ut legeret. Ipse autem precise contradicens ait: 'Domine, decollari possum, antequam flectar, precepto vestro obsecundans'. Et cum non profecisset imperator, ut constantiam eius enervaret comminando, blandiendo, precipiendo, nec ut saltem ad altare appropinquaret, mutato vultu in serenitatem, ait: 'Nunc congnovi certissime, quod Deum plus quam me, ut iustum est, diligas et formides; tales digni sunt honore pastorali. Novi, que causa te a leccione euvangelii subtrahat et ab altari'. Extunc igitur imperator ipsum Arnulphum[l] familiarem habuit et ad presulatum promovit. Anno vero sub eodem pius ipse imperator mundi pompam penitus relinquens[8], nocturnam et clandestinam fugam arripiens, incongnitus ad loca se contulit incongnita, ut in paupertate spontanea residuum vite sue sub penitentia continuaret. Fertur, quod a quodam casu mortis, Deo sibi propicio, ereptus fuerit, propter quod Deo gratus, se eius obsequio perpetuo mancipaverit. Ipse vero eodem anno vocatus a Deo ab hoc seculo, cum in[k] extremis ageret, se ipsum manifestavit; unde cum honore imperiali sepultus est. Hoc autem nec tunc fecisset propter honorem sepulture, sed ut pocius famam purgaret imperatricis, que dicebatur[9] ipsum dormientem iugulasse vel pocionasse prandentem, et ut edoceret omnibus, eciam

a) f. ac l. *in loco raso c.* b) qui *add. c.* c) *in marg. c.* d) Hunc — impetravi *in marg. c.* e) P. *c.* f) *duo folia (a. 1099 sq.) excisa c.* g) H. *c.* h) *deest c., suppl. e Cron. Mai.* i) M. *c.* k) *superscr. c.* l) A. *c.*

1) Scil. de primo itinere sacro amplissima narratio. 2) Iterum laudavit noster hunc *librum de historiis Orientalium* ad a. 1150, ubi in Cron. Mai. Wendoverio Willelmum Tyr. secuto adhaesit. 3) Error. 4) Scil. alterum (nam Willelmi Tyrii Historiam iam Wendoverius adhibuit; cf. supra p. 11), exscriptum a Matheo in Cron. Mai. a. 622. 1236. 5) Friderici II. itineris sacri socius; cf. supra p. 79. 145. 6) Error, forte confusio cum Willelmo comite Ebroicensi. 7) Hanc historiolam de Henrico III. narrant Will. Malmesb., SS. X, p. 467; Rad. Dicet., SS. XXVII, p. 258; Rad. Niger, ib. p. 343, ex quorum fonte perdito nomina diaconi et episcopatus Matheus forsitan hauserit. Arnoldus sedit Ravennae a. 1014—1019; de hoc, Henrici II. fratre, cogitat etiam Steindorff, 'Heinrich III.' I, p. 536. 8) Diverso modo hanc fabulam de Henrico V. alibi narrari, supra p. 111, n. 6. monui. 9) V. ib. n. 5.

1125. precellentibus, mundum esse contemptibilem. Confestim autem postquam idem imperator, ut predictum est, evanuerat, imperatrix eius Matildis[a] pro obiecto obprobrio de propinato veneno clanculo recedens, ad alas proteccionis paterne, regis videlicet Henrici, avolavit. Rex igitur, cum in brevi tempore sequenti rei congnovisset veritatem, condolens insontis

Rog. Wend. viduitati et diffamacioni, vocavit eam ad se, et eam consolans, habitare fecit in thalamo suo cum regina.

ib. Henrico imperatori sucessit[b] Lotharius. Pio igitur Henrico imperatori successit Lotharius, qui 12 annis imperavit. Diligebat autem rex Henricus — — viduatam. . . . . . .

ib. A. D. 1127. . . . Venerunt ad regem — — interfecit. . . . . . .

ib. A. D. 1128. Rex — — negare coegit. . . . . . .

ib. Advenit — — famam inaudite probitatis perpetuavit. . . . . . .

ib. Magister quoque Hugo de Sancto Victore — — digessit.

ib. A. D. 1129. Honorio — — mensibus 2; sucessit[b] Innocentius. . . . . . .

ib. Venit — — contendentes.

Cron. Mai. A. D. 1130. Defuncto papa Honorio — — in regem sollempniter.

A. D. 1131. . . . Obiit Innocencius I. papa[1]; sucessit[b] autem Innocentius II. Dedicatur quoque ab eodem ecclesia Cluniacensis. . . . . . .

Rog. Wend. A. D. 1138. Conradus — — imperavit. . . . . . . Albericus Hostiensis — — celebravit. . . . . . .

ib. A. D. 1142. . . . Defuncto papa Innocencio — — mensibus 11 et diebus 12[c]. . . . . . .

ib. Magister Willelmus Malmebiriensis[b] — — terminavit.

ib. A. D. 1143. Defuncto papa Lucio — — 21. . . . . . .

1144. A. D. 1144. . . . Eodemque anno obiit papa Celestinus; successit autem Lucius. Qui plus equo cum lucris inhiaret[d] tantum temporalibus, a quodam nominatissimo[e] versificatore sic meruit reprehensione diffamari[2]:

*Lucius est piscis[3], rex atque tirannus aquarum,*
*A quo discordat Lucius iste parum:*
*Devorat hic homines, hic piscibus insidiatur;*
*Esurit hic semper, hic aliquando satur.*
*Amborum sensus[f] si lanxs equata probaret[g],*
*Plus rationis habet qui ratione caret.*

1145. A. D. 1145. . . . Obiit Lucius papa. Tempore quoque sub eodem Lucius, lucis expers et honoris ab hac luce migrans, papatus sui dies licet paucos[4] sine plangentium lamentacione terminavit.

ib. A. D. 1146. . . . Papa Eugenius — — perhendinavit.

ib. A. D. 1147. Imperator Conradus — — in amore peregrinationis efficiebatur. . . . . . .

Cron. Mai. A. D. 1149. . . . Reversus est et imperator ab infortunata eadem peregrinatione.

ib. Eodemque anno Lexebona capta est a christianis. . . . . . .

Rog. Wend. A. D. 1151. . . . Obiit pius imperator Conradus. Eodem anno Conradus imperator, vir prudens, pius et discretus, diem clausit extremum. Cuius pia gesta speciales tractatus exigerent, precipue de casu bellicoso qui die accidit pentecostes, qui in Cronicis Sancti Albani[5] plenius poterit reperiri.

ib. A. D. 1152. Eugenius papa — — 24. . . . . . .

ib. A. D. 1154. . . . Defuncto papa Anastasio, successit ei Nicholaus Albanensis episcopus, et creatus in papam vocatus est Adrianus, vir quidem religiosus et nacione Anglicus, de teritorio[h] quidem Sancti Albani procreatus. Qui postea ecclesie Sancti Albani, licet antea multis privilegiis insigniretur, multa contulit libertatum insignia[h, 6] et exeniorum beneficia. . . . . . .

ib. Henricus . . ., continuo in regem promotus, cepit in ius proprium revocare urbes, castella et villas, que ad coronam spectabant, castra adulterina destruendo, alienigenas, maxime Flandrenses, quia, eo iudice, inter omnes populos gens sunt detestabilis, expellendo et a regno alienando et elongando. . . . . . .

ib. A. D. 1155. . . . Margareta vero filia fuit Eadwardi, quam genuit ex Agatha, sorore Henrici imperatoris Romani. . . . . . .

Rad. Dic. Eodemque[h] anno Fredericus consecratus est in imperatorem ab Adriano[i] papa.

Rog. Wend. A. D. 1156. . . . Rex Sicilie Willelmus — — nuncupavit.

ib. A. D. 1157. . . . Hucusque Robertus abbas de Monte Sancti Michaelis cronica sua describendo digessit. . . .

ib. A. D. 1159. . . . Defuncto papa Adriano, qui[k] Anglicus fuit nacione et de Sancto Albano oriundus, cisma — — Alexander papatum obtinuit.

ib. A. D. 1160. . . . Rex [Francorum[l]] — — aufugatis castrum obsedit. . . . . . .

ib. A. D. 1161. . . . De execrabilibus nupciis Marie abbatisse Rumeseie. Diebus etiam sub eisdem Maria abbatissa de Rumeseia, filia regis Stephani, que anno preterito a domo sua exirat[h] mari-

a) Mitildis *c.* b) *sic c.* c) 13 *Wend.* d) inhieret *c.* e) nominatisso *c.* f) vitam *Giraldus*; vitas *alii.* g) levaret *alii.* h) *in marg. c.* i) A. *c.* k) qui — oriundus *in marg. c.* l) *suppl. e Wend. et Cron. Mai.*

1) Error ex Cron. Mai. 2) In Lucium III. alii (SS. XXVI, p. 85) recte hos versus referunt; cf. Gir. Cambr. Spec. eccl. IV, 15. ed. Brewer IV, p. 291: *In Lucium III. alius invehebatur acerbius in hunc modum: Lucius* etc. 3) 'Hecht'. 4) Sederat 11 menses. 5) Supra p. 111. e Wendoverio supra p. 30 sq. 6) Similia verba v. ap. Will. Neuburg., SS. XXVII, p. 229.

tanda, sophisticis literis bullatis seducta, Matheo comiti Bononie nupsit, volens, ut dicitur, decipi, quia etiam velata infamis fuerat[1], secundum illud Ovidianum: A. Southw.

*Vim licet apelles[a] et culpam nomine celes[b],* Her. 5, 131.
*Que tociens rapta est, prebuit ipsa rapi!*

Et hoc quidem de Helena adultera dicebatur. Hoc quidem illicitum matrimonium nitebatur beatus Thomas cancellarius summopere[c] impedire, exemplo ductus beati Mathei apostoli et beati Iohannis baptiste; sed prevaluerunt carnis illecebre cum favore regis et magnatum. Unde extunc factus est comes memoratus ipsi Thome cancellario inimicus; ipse quoque rex contra ipsum fuerat commotus. . . . . . cf. Herb. Bosh.

A. D. 1162. . . . Nunciis igitur ad papam — — reversi. . . . . . . Rog. Wend.

A. D. 1163. . . . Papa Alexander Turonis — — Iunii. . . . . . . ib.

A. D. 1164. . . . Beatus Thomas — — receptus est. . . . . . . ib.

Interim defuncto Octoviano et exulante Alexandro, procurat Fretherieus alium sustituere[a] summum pontificem. . . . . . . A. Southw.

A. D. 1165. Reginaldus Coloniensis — — subversa. . . . . . . Rog. Wend.

A. D. 1166. . . . Willelmus Papiensis — — convenerunt. . . . . . . ib.

Rex Henricus archiepiscopo Coloniensi necnon et imperatori Fretherico consentit. ib.
A. D. 1168. Henricus rex — — *manu tenere presumunt* etc. Vide in Cronicis[d] Magnis[2]. Simile autem mandatum[1] significavit rex imperatori Fretherico; sed utrumque Deo dante effectu caruit.

Eodemque tempore — — *A memoria tua* etc. . . . . . . ib.

A. D. 1173. Rex — — in sponsam dedit[c]. . . . Rex Francorum — — ad propria tristis remeavit. . . . . . . ib.

Robertus comes Legrecestrensis, . . . stipatus . . . milite copioso ad pungnam[a] preparato, scilicet tribus milibus Flandrensium, quos vie participes tunc habuit, non minimum in eisdem confidebat, quos sanguinis sititores noverat et ad sancta invadenda sacrilegos. Qui etiam, quando ad aliquam planiciem gratia pausandi diverterant, choreas ducentes, patria lingua saltitando cantabant: ib.

*Hoppe[3], hoppe, Wilekin, hoppe, Wilekin,*
*Engelond is min ant tin.*

. . . Flandrenses — — naves ascendens transfretavit. . . . . . . ib.

A. D. 1174. . . . Philippus enim comes Flandrensis — — remeavit. . . . Henricus — — supervenerant. . . . . . . ib.

A. D. 1175. Lodowicus rex — — revocare. . . . . . . ib.

Hugo Petroleonis diaconus cardinalis venit legatus in Angliam. . . . . . . Rad. Dic.

A. D. 1176. . . . Eodemque anno Iohanna filia regis — — marito. . . . . . .

Nuncii Romani imperatoris Fretherici — — pridie Idus Novembris apud Westmonasterium de suis causis et questionibus edocendi convenerunt. . . . . . . Rog. Wend.

A. D. 1177. . . . Quidam potentes peregre proficiscuntur; et Fretherieus imperator humiliatur. Eodemque anno Philippus comes Flandrensis et Willelmus de Mandevilla profecti sunt Ierusalem. Fretherieus autem imperator venit ad pedes Alexandri pape humiliatus et compunctus. Audierat[2] enim et certificabatur super hoc, quod, cum idem papa fugeret a persecucione imperiali, et non fuerat ei tutus transitus per terram nec etiam per mare, elegit fugam per vastum mare. Exorta igitur tempestate valida, dixerunt omnes qui in nave erant: 'Ora pro nobis, pater! Ecce enim perimus. Vicarie Christi, fac quod Christus fecit, qui imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas'. Papa igitur, assumptis et indutus omnibus papalibus ornamentis, stans imperavit vice Christi mari et ventis, ut staret mare a fervore suo et tumultu; et ilico facta est post benediccionem in mari et aere tranquillitas magna, et transivit papa in pace. Hoc igitur audito, imperator stupefactus est, humiliatus satis[e] illi per omnia, plus tamen Deum quam hominem timens. Et sic cessavit sicut in mari tempestas, sic cisma inter ecclesiam et imperium. . . . . . . A. Southw. cf. Matth. 8, 26. A. Southw.

A. D. 1179. . . . Habitum est Rome — — *affligunt*. . . . Scripsit — — dampnavit. . . . . . . Rog. Wend.

A. D. 1181. . . . Circa eosdem dies papa — — regi. . . . Anno quoque sub eodem — — susceptam. . . . . . . ib.

A. D. 1182. . . . Quibus utique diebus dux Saxonum — — habundanter[f]. . . . . . . ib.

A. D. 1184. . . . Rex Henricus — — Willelmum. . . . Philippus archiepiscopus Coloniensis — — videretur. ib.

Eodemque[g] anno[4], ut Deo et beato Thome plenius reconciliaretur, rex Henricus fundavit unam domum[5] de ordine Cartusie in Anglia; ad cuius regimen vocavit fratrem Hugonem postea episcopum Lincolniensem et sanctum. Et maxime hoc fecit pro anima regis Henrici[h], filii sui[6], licet ipsum provocaverit. . . . . . .

a) *sic c.* b) veles *Ovid.* c) *in loco raso c.* d) C. M. *partim abrasa c.* e) satisfecit *Cron. mai.* f) habundantur *c.* g) Eod. — provocaverit *in marg. inf. c.* h) H. *c.*

1) Hoc alibi non inveni. 2) Supra p. 112. 3) I. e. salta. Sunt vetustissimi qui exstant Vlamicae linguae versus, hic tamen partim in Anglicam dialectum versi ('Jahrbuch f. niederd. Sprachf.' 1884, p. 157); de simili cantu Flandrensium in Germaniam orientalem *(Oostland)* emigrantium cf. Madden III, p. XL. 4) Potius fere a. 1174; cf. SS. XXVII, p. 319. 5) Witham unum trium monasteriorum fuisse, quae Henricus II, s. Thoma interfecto, se fundaturum esse promiserat, constat Gir. Cambr., Instr. Princ. II, 7. 6) Error; Henricus (III) fere per decennium post Cartusiam exstructam superstes erat.

cf. Rad. Dic. A. D. 1185. . . . Lucio successit Urbanus. Anni quoque illius et anni subsequentis confinio, videlicet vel in fine adventus Domini vel diebus nataliciis[1], defuncto Lucio papa, successit Urbanus.

Rog. Wend. Repatriat dux Saxonum reconciliatus. Eodemque tempore dux Saxonum Henricus imperatori reconciliatus repatriat, suo tantum contentus patrimonio.

Obiit Matildis quondam imperatrix. Circa eadem[a] tempora[2] obiit mulierum nobilissima Matildis quondam Romanorum imperatrix, regis Henrici I. filia et mater Henrici secundi, et apud Rothomagum[3] sepulta; cuius epitaphium tocius vite summam sue continet. Epitaphium: *Ortu magna, viro maior, sed maxima partu*

*Hic iacet Henrici filia, sponsa, parens.*

ib. A. D. 1186. . . . Hugo, genere Burgundus et prior Cartusiensis ordinis, vir quidem eximie sanctitatis, in Anglia consecratus est episcopus Lincolniensis in festo sancti Mathei. . . . . . .

ib. A. D. 1187. . . . Mortuo papa Urbano, Gregorius successit. Qui cum sedisset duobus mensibus, pocionatus[4], ut creditur, defunctus est; et Clemens III. 13. Kal. Ianuarii subrogatur. . . . . . .

ib. A. D. 1188. Frethericus Romanorum — — crucem susceperunt. . . . Epistola imperatoris Fretherici[b] ad Saladinum[5] — — *plenius edocebit. Que dies, inquam, triumphi iocunditate nostri decorata, nomen Domini nostri, redemptoris hominum, exaltabit et supersticionem pseudoprophete[c] Machometi condempnabit.* Rescriptum — — *gratia Dei solius.* Hec quoque carta translata fuit verbo ad verbum de Arabico in Latinum, quapropter non est composita in verbis rethorice ordinatis. . . . . . .

ib. Salahadinus ab Achon confusus — — intrare conspiciunt. . . . . . .

ib. Anno dominice nativitatis 1189.* . . . Multe naves — — regem Francorum. . . . . . .

ib. In festo scilicet sancti Georgii — — habiturus. . . . Comes Ricardus — — tumulari. . . . . . .

ib. Per idem tempus Matildis, uxor ducis Saxonie et eiusdem regis filia, pre dolore huius dicti infortunii[6], ut dicitur, defuncta est. . . . . . .

ib. Dux Ricardus — — Septembris. . . . Rex Ricardus[d] . . . in vigilia sancti Luce[7] transfretavit in Flandriam. . . . . . .

ib. Anno dominice incarnationis 1190. . . . Eodem tempore regina Alienora — — uxorem. . . . . . .

ib. De conflictu inter regum milites apud Messanam — — Quod cum rex Ricardus cognovisset, misit marescallos suos ad maiores civitatis, petens, ut excercitui[e] suo victualia venderent foro legitimo, ne inedia deficeret. Cui cives tanto principi portas suas aperire et ipsum honorifice recipere voluerunt; at Franci superbi, Luc. Phars. I, 93. quia omnis superbus *impaciens consortis erit*, contradicentes non permiserunt — — fecerunt mencionem; cf. Hor. Carm. II, 1, 7. sed non sine igne cinis erat et favilla[8].

Ut rex Ricardus quasdam municiones sibi subiugaverit — — Mategrifun appellavit. . . . . . .

Rog. Wend. Anno dominice nativitatis 1191. . . . In obsidione Acon defuncti sunt . . . filius imperatoris Fretherici . . . et alii multi mihi ignoti innumerabiles.

ib. Eodem tempore Clemens papa, cum sedisset anno uno et mensibus duobus, diem clausit extremum; cui successit Celestinus, qui antea Iacinctus vocabatur; sed hec parumper anticipativa digressio[9] est.

ib. Eodem anno 4. Kal. Aprilis — — secutus. . . . Papa Celestinus consecravit in imperatorem Henricum, filium Fretherici imperatoris, in pascha feria 4. Qui[f], dico, Fretherieus[b] periit submersus, dum peregrinaretur, in parvo vado[10]; quod Saladinus accepit pro miraculo. Eodem tempore comes Flandrensis Philippus cum rege Francorum in Terram Sanctam proficiscens, obiit absque liberis. . . . . . .

ib. Hoc nimirum inter predictos principes discordie seminarium dinoscitur extitisse, cum tamen hec discordia primo apud Messanam Sicilie primitiva, sed occulta, pullulaverit. . . . Hiis omnibus stimulum addidit mors comitis Flandrie, cuius terram rex Francorum plurimum concupivit, ut reditum maturaret. . . . . . .

Rad. Dic. Hoc anno obiit[11] Clemens papa; cui successit Celestinus, a quo Henricus imperator coronatur in vigilia sancti Iohannis baptiste[12]. . . . . . .

Anno dominice nativitatis 1192. . . . De impedimento obsidionis Ierusalem per invidiam[i]. Ipsis quoque diebus, cum lis oriretur de hospiciis capiendis inter previos marescallos ducis Austrie et armigerum cuiusdam militis de Normannia, et clamor ad aures regias pervenisset, rex non perpendens civiliter moderamen dominicum, scilicet: Gen. 18, 21. *Descendam et videbo*, precepit precipitanter et secus quam deceret, ut vexillum ducis in eodem hospicio pro signo affixum in cloacam deiceretur. Quod factum cum dux hospicio privatus et turpiter a Normannis[h] — qui de more verbosi verba incomposita et ampulosa ebulliunt — didicisset, regem queru-

Nota impetum regis Ricardi indecens[g] et incircumspectum.

*) Hic est vera continuacio[i] historie Mathei Parisiensis in alio volumine, in quo habetur historia ab origine mundi usque ad annum Domini hic notatum[13] *manu s. XIV. in marg. scr. c.*

a) eodem *c.* b) F. *c.* c) pseudopr. *c.* d) R. *c.* e) excertui *c.* f) Qui — miraculo *in marg. scr. c.* g) *sic c.* h) eiectus *supplendum.* i) continacio *c.*

1) V. supra p. 113. 2) Idem error qui Cron. Mai., supra p. 112. 3) Ibi mortua, Becci sepulta est; Rob. Tor., SS. VI, p. 516, et Porée, 'Chron. du Bec' p. 19. Error fortasse ex Rog. Hoved. a. 1167. provenit. 4) Nescio unde hoc habuerit Matheus; certe plus semel celeri morti venenum causam supposuit. 5) Quae huic epistolae forte in S. Albani scriptorio interpolata sunt ad historiam Germanicam non faciunt. 6) Cladis et necis Henrici II. Hoc commentus est Matheus. 7) *Sancte Lucie* emendandum est ex Wendoverio. 8) Odii inter Philippum II. et Ricardum I. 9) V. infra l. 43. 10) Error. 11) Iam supra l. 34. 12) Error ex Cron. Mai., supra p. 113. 13) Cf. supra p. 113, n. *.

lus[a] adiit, sed nihil nisi sannas reportavit. Unde dux a rege spretus Ricardo, ad Regem regum se convertens, dominum Deum ulcionum cum lacrimis invocavit, ut, quandoque superbum *cf. Ps. 93,1.* frangens, passum tantam iniuriam consolaretur. Dux igitur cito post reditum ad propria maturavit. . . . . .

Rex autem Ricardus — — Gazaram applicuerunt. Deinde clamdestinis et nocturnis dietis pervenit rex *Rog. Wend.* in partes Austrie, tum per brachia marium[1], tum per terras, raptim huc illuc pervagando. Tandem in *cf. ib.* Austriam appulsus, misit puerum suum ad escambium in civitatem Gynaciam, ut cibos famelicis compararet. Qui ad *ib.* escambium veniens, cum plures [bisancios[b]] proferret quam neccessitas expostularet, et pomposius et se gereret et loqueretur, capitur et in arctissimo positus cruciatu, omnem rei confitetur veritatem cruciantibus, qui fideles erant duci; cui statim hoc totum nunciatur. Hospicium igitur regis circumvallant clam et subito. Rex autem satis in tam gravi articulo circumspectus, licet et habitum et officium quod ad regem vel etiam militem pertinuit mutaverit[c], per corporis tamen deprehenditur propagatam elegantiam et faciei reverendam venustatem[2], et ab aliquibus signanter tanquam previsus deprehenditur. Suam igitur probitatem cernens non prevalere contra tot barbaros, iussit adesse ducem, cui soli se promisit redditurum; duci igitur adventanti rex obviam processit seque ei cum gladio tradidit. Dux autem hilaris effectus, regem secum honorifice adduxit, quem deinde strenuis militibus tradidit custodiendum.

Eodemque anno Savaricus — — suscepit consecrationis.

Anno gratie 1193. Rex Ricardus — — in Trivallis, a quo carcere nullus ante dies illos exivit qui illuc intravit, *ib.* et in quem includi crudelius censetur quam interimi; unde illud philosophicum: *Bonum est mactare patrem in Trivallis.* Illud[d] opidum in quadam provincia est, in qua sunt tres profundissime[e] valles et opace[2], in quibus senes et valitudinarii etiam a filiis id pietatem reputantibus solebant precipitari[3]. Et secundum eorum nobilitatem in curribus adornatis pompose illuc adducti senes, convivio facto et valedicto, in dictas valles detrudebantur. Ibique sub copiosa — — *ib.* appareret. Cuius facta mirabilia, ne historie series retardetur, aliis enarranda derelinquo. . . . . .

Imperator — — articulis palam crudeliter accusavit. Quos, quia alibi[4] plenius scribuntur, breviter annotabo. *ib.* Articuli. In primis — — de rege Cypri — — custodie deputaverit compeditum et terram eius et thesauros invasit violenter et insulam tam[f] fraudulenter quam truculenter cuidam alieno vendidit[g]. — — Theutonicos in probrum imperatoris verbis ampullosis — qui ut ipse venerant vestigia Christi in Terra Sancta fideliter adorare — et factis dehonestaverit. Super hiis autem calumpniis rex Ricardus ab imperatore conventus, protinus in medio palam stans, licet patricida, superbus et proditor appellaretur, contra — — imperator admirans tantam regis facundiam et in tribulacione constantiam, surrexit — — Tandem ad hoc perventum est, ut pro redempcione eius imperatori darentur centum quadraginta milia marcarum argenti ad pondus Colonensium, que omnia ante liberacionem[h] forent solvenda et[i] antequam inter eos conveniret, exceptis expensis hinc inde faciendis. Prestitum quoque est sacramentum — — Iohannes vero Norwicensis episcopus per totam diocesim suam dimidium precii de calicibus ad hoc sumpsit et dimidium de thesauro suo adquietavit. Abbas quoque Sancti Albani Warinus omnes sue ecclesie et diocesis adquietavit, de suo 100[k, 5] marcas conferendo. . . .

Rex Francorum Philippus . . . fraudulenter liberacionem regis Ricardi prout potuit impedivit. . . . Eodem anno Hubertus Walteri — — maturavit. *ib.*

Ut — venerit. Anno gratie 1194. Rex Ricardus — — in Angliam applicuit. . . . . . *ib.*

Anno gratie 1195. Rex Ricardus[l] ad sedem — — emendet. Papa[6] igitur statim, missis sollempnibus *ib.* nunciis, ducem[7] ter ammonuit, ut tantam transgressionem emendans, regi piissimo Ricardo, qui toti universali ecclesie fideliter militavit, condigna respondeat satisfaccione. Quod cum facere recusavit, papa cum suis cardinalibus ipsum ducem terribiliter[m] excommunicavit — — equus eius[8] offensus tibiam ipsius cum pede ad arborem[9] violenter contrivit — — filius eius mandata patris morituri exequi dedignabatur.

Imperator Henricus terras suas ampliavit. Imperator Henricus, thesauris ampliatis instauratus illis diebus — — debebatur. . . . . . .

Anno gratie 1196. . . . Ipsis[10] quoque diebus imperator Henricus ab omnibus mundi principibus, sed maxime a prelatis correptus et scandalizatus, cepit vehementer ulcionem ab hominibus vel a Deo infligendam pro redempcione et precipue capcione[n] regis Ricardi formidare. Exemplo igitur ducis Austrie perterritus, penitens legavit capitulo Cisterciensium redempcionem regis supradicti ad calices et thurribula facienda. Abbates vero, qui omnes regem Ricardum[l] sibi semper devotum amaverunt, illam pecuniam tamquam rapinam execrantes, noluerunt ipsam pecuniam sub tali forma recipere. Erubuit imperator, et placuit regi Ricardo[l] abbatum responsio.

a) *corr. in marg. ex* querulis *c.* b) *deest c.; supplendum ex Wend. = Cron. Mai.* c) mut., per c. t. *in loco raso c.* d) Illud — detrudebantur *in marg. c.* e) profundisse *c.* f) tam f. q. t. *in marg. c.* g) *corr. ex* vendiderit *c.* h) liberacon. *c.* i) *superscr. c.* k) 100 m. conferendo *in marg. c.* l) R. *c.* m) terribibiliter *c.* n) epcione *vel* epcione *c.*; empcione *legit Madden.*

1) Error. 2) Commentum. 3) Cf. quae annotavi SS. XXVII, p. 370. 4) Supra p. 114. 37. 5) Summa deest Cron. Mai., supra p. 114. 6) Eadem fere supra p. 114. 7) Austriae. 8) Ducis Austriae. 9) Nescio an hoc ab ullo auctore coaevo confirmetur. 10) Cf. Cron. Mai., supra p. 115.

Rog. Wend. De capcione episcopi Belvacensis et Willelmi de Merlo. Hiis ita gestis, Iohannes, frater regis, cupiens famam suam restaurare et domini regis gratiam revocare, et Marchadeus, princeps et dux ruptariorum et incendiariorum in excercitu regis Ricardi[a], equitacionem fecerunt[b] ante civitatem Belvacensem. Ubi dum capcioni prede intenderent, Philippus eiusdem civitatis episcopus, plus armis marciis quam divine pagine promptus et paratus, regi tamen Francorum familiarissimus, quia bellicosus[1], et Willelmus de Merlou cum filio suo prestantissimus[c] cum militibus multis et plebe armata numerosa exierunt contra eos imperterriti; sed mox capti sunt universi, et ex vulgo pars maxima interfecta. Et eodem die processerunt ad Milium, castellum dicti episcopi, et ceperunt et subverterunt illud[d], et sic gloriose triumphantes, regi Anglorum captivos suos presentaverunt. Inter[2] quos cum processisset memoratus Marchadeus, qui episcopum cum suo archidiacono in armis ceperat, et ipsos ante regem offerens ostendisset, ait ridiculose lingua[e] sua nativa: *Pris vus ai le canthathur e le respondethur*, quod est dictu: 'Cepi vobis cantatorem et responsorem[3]'. Rex vero subridens, quia sepe dampnificabatur per episcopum et suos, iussit ipsos armatos incarcerari. Sed cum canonici[f] Belvacenses super hoc querelam domino pape reposuissent, scripsit dominus papa regi Ricardo[g] amicabiliter, ut misericorditer ageret cum eisdem, asserens ipsos incarceratos filios ac fratres suos fuisse et ecclesie Romane familiares[g]. Rex igitur ob papalem reverentiam iussit pondus armorum episcopi et archidiaconi et clericorum qui cum ipsis erant[h] in tantum alleviari, ut lorice eorum deponerentur. Et missa lorica archidiaconi[i] et episcopi domino Gen. 37,32. pape, scripsit ei sic inquiens: 'Vide, si tunica filii tui sit an non?' At papa subridens respondit, cum vidisset loricam magnam et rubigine iam tinctam: 'Vere non est tunica vel fratris vel filii mei, immo nec filii pacis vel ecclesie, sed potius filii Martis. Liberentur igitur talis episcopus et sui qui armati inveniebantur per redempcionem[k] ad regis voluntatem!' . . . . . .

cf. Rad. Cogg. Anno gratie 1197. . . . Floruit Fulco, predicator eximius[2]. . . . Iste usuram in Francorum, maxime in Flandrie[l] partibus conatus est exstirpare, que ex partibus Ytalicis veniens, partes cisalpinas infecerat. . . . . . .

Rog. Wend. Rex Ricardus . . . Baldewino quippe comiti Flandrie pro auxilio suo 5 milia marcarum argenti contulit et eius[d] homagium[4] cum iuramento et fidei interposicione et obsidibus accepit. . . . . .

ib. Ut rex Francorum in arcto positus fuerit in Flandria. — — Nunciavit[5] insuper ei, quod ligius homo eius erat et unus de 12 paribus, unde nec debuit nec decuit illum coronam Francie usque ad confusionem impugnare. Comitis igitur cor est ad misericordiam inclinatum. Sed — — obligatus. . . . . . .

ib. Ut Otho* in regem Alemannie coronatus fuerit. Anno gratie 1198 — — Iacobite iam appellantur, eo quod vitam apostolicam ceperunt imitari. Quod nomen in principio subarratum, tunc demum cepit eis adherere, cum magister Iohannes, regis Francorum phisicus[6], nacione Anglicus et de pago Sancti Albani oriundus, eisdem Predicatoribus mansionem suam dedit, quam peregrinis hospicium querentibus Parisius assignaverat[7], que[m] domus Sancti Iacobi fuerat appellata[n]; unde[o] Iacobite ipsi Predicatores hodie appellantur. ib. Isti victu et vestitu — — subnixis. . . .

ib. Hiis quoque diebus — — teneretur. . . . . . .

ib. Misso igitur ad hoc Petro de Capua — — perducerent ad effectum. . . . . . .

ib. Anno gratie 1199. . . . Venit interea — — quisque ad propria remeavit. . . . . . .

ib. Ut rex Otho** Romam veniens ad imperium sit admissus. Circa dies — — providere. Oderat insuper ipse imperator[8] regem Francorum, quia quandoque sub sanna dixerat de ipso Othone[p]: 'Quando vel rex vel imperator erit, dabo illi Parisius, Estampas[q] et Aurelianum'. Et ex illo tempore latenter rex Francorum Othonis per omnia promocionem impedivit.

ib. Regnum Francorum interdicitur — — liberavit. . . . . . .

ib. Anno gratie 1200. . . . Petivit preterea rex Francorum ab Anglorum rege, ut faceret ei securitatem, quod nullum

*) *Corona et scutum bipartitum in marg. depicta sunt: dextera pars rubra habet tres leones gradientes dimidios, sinistra bicipitem aquilam dimidiam; superscripta sunt haec:* Scutum Ottonis imperatoris, cuius medietas de scuto est imperii, alia vero de scuto regis Anglie. *Colore viridi vel flavo fortasse tantum substrato, certe imago non perfecta est.*

**) *Scutum Ottonis depictum in marg. ut supra n. *; sed campus sinister aureus habet dimidiam aquilam nigram et campus dexter ruber tres leones dimidiatos aureos; tres coronae superpositae sunt, inscr.:* Argentea. Aurea. Ferrea.

a) R. *c.* b) runt *suppl. manu post. c.* c) cum filio suo *iterum add. c.* d) *superscr. c.* e) lingua — responsorem *in marg. c.* f) canoci *c.* g) *in loco raso c.* h) *postea eadem manu add. c.* i) arch. et *in marg. suppl. c.* k) redepc. *c.* l) F. p. *in loco raso c.* m) que — appellantur *in marg. c.* n) appellatum *c.* o) unde — appellantur *alio atramento scr. c.* p) O. *c.* q) Estamp̄ et Aurel' *c.*

1) Et consanguineus. 2) *Cf.* supra Cron. Mai. p. 115. 3) *Cf.* Raynouard, 'Lexique Roman' III, p. 186: *respondedor.* 4) Error. 5) Philippus II. Balduino IX. 6) Philippum II. in Terra Sancta pestilentia affectum curasse dicitur supra a. 1192. 7) Praedicatoribus *Parisius datum est hospitium s. Iacobi, a quo denominantur Iacobite,* Albr. Tr. Font., SS. XXIII, p. 887. 8) Otto IV; cf. de hac historiola infra a. 1207. et Winkelmann, 'Philipp' p. 77, n. 3.

Othoni, nepoti suo, faceret auxilium de hominibus neque de pecunia ad imperium optinendum[a] in[b] Francie detrimentum. . . . . . Rog. Wend.

Obiit sanctus Hugo Lincolniensis episcopus. Circa dies illos Hugo — — cursum consummavit. . . . . . ib.

Anno gratie 1201. . . . De magistro Simone de Thurnay facto muto[1]. Diebus sub eisdem magister Symon de Thurnay, excellentissimus theologus, dum iactando temere diceret in scola sua palam, se scire totam legem Ihesu improbando reprobare, factus est subito mutus et adeo laicus, ut nec alphabetum[c] legere sciret nec dominicam[d] orationem pronunciare. Episcopus[e] Dunelmensis Nicholaus vidit filium eiusdem Simonis docentem patrem suum literas, sicut esset puer septennis illiteratus, qui hec mihi hec scribenti pro facto enarravit. . . . . .

Anno gratie 1202. . . . Nota propositum[f] Innocencii pape[1]. Anno quoque sub eodem Innocentius papa sub virtutis specie quasi ad Terre Sancte promocionem, cum infinitam pecuniam ab ordine Cisterciensi proposuisset extorquere, a beata virgine acriter correptus, cessavit timore mirifico percussus. . . . . .

Anno gratie 1204. . . . Ut Rothomagum et Normannia cum ceteris terris transmarinis ib. in dominium regis Francorum cesserunt. . . . Rex[g.2] autem nimium consternatus et de promissionibus imperatoris Othonis[h] deceptus, cepit diffidere et in abissum demergi desperacionis. . . . . .

Baldewinus comes Flandrie factus est imperator Constantinopolitanus. . . . . . Rad. Cogg.

Anno gratie 1205. . . . Adolescenciores quidam de conventu Cantuariensi — — confirmaret. . . . . . Rog. Wend.

Anno gratie 1206. . . Obierunt Willelmus Blesencis[i] Lincolniensis episcopus vigilia ascensionis dominice ib. et Henricus Marescallus episcopus Exoniensis; cui successit[3] Simon de Apulia, decanus Eboracensis. . . . . .

Iohannes Ferentinus apostolice sedis legatus veniens in Angliam eamque perlustrans, magnam pecunie summam ib. congessit. . . . . .

Anno gratie 1207. . . . De adventu Othonis imperatoris in Angliam. Eodem anno imperator ib. Otho venit in Angliam. Cui adventanti occurrit rex letabundus. Et cum veniret Londonias[4], ex precepto regis floribus, cortinis et facibus et cereis et quibusdam prodigialibus[k] adinvencionibus inque classico[5] et processionibus resplenduit civitas exhilarata. Et cum per aliquot dies coepularentur in gaudio, tandem, habito colloquio, exhilarabatur cor regis Iohannis[l]. Multiplicavit enim[*] imperator loqui sublimia gloriando et regi Francorum comminando cf. 1. Reg. 2, 3. promisit omnia restaurare, etiam regnum Francorum dicto regi preter tres civitates indubitanter subiugare. Rex[m.6] utique Francorum incircumspecto sermone predixerat et invectivo et yronico, quod, quando Otto foret imperator, daret ei tres suas principales civitates, scilicet Parisius, Estampeiam[i] et Aurelianem[i]; unde imperator eas semper exigebat et vendicabat. Unde idem imperator a rege, avunculo suo, in recessu suo quinque milia marcarum[a] argenti meruit reportare. ib.

De ordine Minorum et eorum primitiva[n] humilitate et paupertate sancta. Sub eisdem diebus ib. fratres qui dicuntur Minores vel de ordine Minorum, favente papa Innocentio, subito emergentes, terram repleverunt, habitantes in urbibus et civitatibus, nihil omnino possidentes, de euvangelio viventes, in victu et vestitu maximum humilitatis exemplum preferentes, nudis pedibus incedentes, funiculis cincti, tunicis griseis, talaribus et peciatis[7], insuto capucio utentes; diebus dominicis et festivis de suis habitaculis exeuntes, predicaverunt in ecclesiis parochialibus et locis aliis, ubi populi congregabantur; edentes et bibentes que apud eos erant, nihil sibi ultra noctem reservantes iuxta illud: *Nolite esse solliciti* etc., libros continue Matth. 6, 31. suos, videlicet bibliotecas[8], in forulis a collo dependentes baiulantes. Tandem scolas edificaverunt, deinde domos et claustra, denuo, magnatibus sumptus sufficienter administrantibus, ecclesias et officinas amplas et excelsas fabricarunt. Privilegia[*] et indulgentias a[p] summo pontifice impetrarunt edificandi ecclesiolas in urbibus et in eisdem missas celebrandi, confessiones etiam, quia multi sacerdotibus suis in pluribus casibus confiteri renuentes periclitabantur, recipiendi. Tandem scolas theologie infra septa sua constituentes, legentes et disputantes et populo predicantes, fructum ad horrea Christi, quia messis multa Matth. 9, 37. et operarii pauci fuerant, non modicum reportarunt. . . . . .

Circa dies illos steterunt Rome monachi Cantuarie; . . . elegerunt[1] igitur consilio pape et cardi- Rog. Wend.

a) *in loco raso c.* b) in F. d. *in marg. c.* c) *in marg. corr. ex* alphatum *c.* d) dominacam *c.* e) Ep. — enarravit *in marg. manu Math. c.* f) propsitum *c.* g) Rex — desperationis *postea eadem manu suppl. c.* h) O. *c.* i) *sic c.* k) prodiagialibus *c.* l) I. *c.* m) Rex — vendicabat *in marg. c.* n) pmitiva *c.* o) prv. *c.* p) a — reportarunt *in loco raso c.*

1) Cf. Cron. Mai., supra p. 116. 3) A. 1214; v. infra p. 399. cf. SS. XXVII, p. 427. 465. 2) Iohannes. 4) Fore m. Maio in.; 5) Campanis pulsatis. 6) Cf. supra a. 1199. 7) 'geflickt'; cf. Diez, 'Roman. Wörterbuch' s. v. 'pezza'. 8) Scripturam sacram.

nalium magistrum Stephanum de Langetun cardinalem, quo non erat maior in curia, immo nec ei par in moribus et scientia. . . . . . .

Rog. Wend. Papa Innocentius — — susciperet. . . . . . .

ib. Exulantem igitur conventum[1] domus excepit Sancti Bertini ultra mare. . . . . . .

Anno Domini 1208. . . . Obiit Philippus dux Suavie. Eodemque anno Philippus dux Suavie, emulus imperatoris Othonis, qui contra ipsum hostiliter de imperio

ib. contendebat, occiditur[2]. . . . . . . . Peperit[a] regina filium, videlicet Ricardum.

ib. Pecunia mittitur imperatori Othoni. Anno Domini 1209. . . . Deinde venit in Angliam dux Suavie[3] ex parte Othonis regis Alemannie ad regem Anglorum, a quo non modicum pecunie thesaurum, quem ab Anglia extorserat idem rex Iohannes[b], ad opus prefati Othonis, magnifici promissoris et parcissimi

cf. Rad. Cogg. exhibitoris, recepta[c], repatriare maturavit. . . . Eodemque[4] anno Henricus dux Saxonum, frater

Rog. Wend. Nota. Othonis imperatoris[d], venit in Angliam. Anno quoque sub eodem Otho, filius ducis Saxonie et nepos regis Anglie, in imperatorem Romanum Rome consecratus est. . . . . . .

ib. Anno dominice incarnacionis 1210. . . . Excommunicatur Otho imperator. Circa dies illos Otho Romanus imperator, eo quod iura imperii studuit revocare, tam ab ipso papa quam a Fretherico rege Sicilie tempore vacacionis[e] que[f] detinebantur occupata vendicavit[g]. Unde papa vehementer iratus commovit in eum ipsum Frethericum et in eundem Othonem sententiam tulit excommunicationis atque universos tam Alemannie quam imperii Romani ab eius fidelitate magnates absolvit. Quod iram regis[5] contra papam in maius odium obduravit. . . . . . .

ib. Anno gratie 1211. Rex Iohannes[b] . . . apud Norhamtonam nuncios domini pape ibidem cum mandatis apostolicis obvios habuit, Pandulphum videlicet subdiaconum et domini pape familiarem — — reformarent. . . . . . .

ib. Reginaldus comes Bononie — — fidelitatem iuravit. . . . . . .

ib. Anno gratie 1213. . . . Pandulfus — — asseruit[6] se nullatenus persuasionibus Pandulphi adquiescere; cum ecce comes Flandrie Ferrandus[h], regi Anglie clam confederatus, in manifestam prorupit contradictionem, dicens cum iuramento, quod noluit eum[d] ad hoc sequi, sed pocius persequi; addens: 'Quod tibi ius in Anglia? Detines iniuste regis Anglie terras cismarinas'.

ib. Ut rex Francorum — — dulcius possederunt. Rex igitur Francorum confusus[7] et sui dolentes et confusi ad propria sunt reversi. De absolucione regis — — absolveretur. . . . . . .

ib. De scandalo orto per heresim Albigensium. . . . De morte regis Arragonum. . . . . . .

ib. Circa festum sancti Michaelis venit in Angliam Nicholaus Tusculanensis episcopus, apostolice sedis legatus, ut statum regni reformaret. . . . . . .

ib. Anno Domini 1214. . . . Rex Iohannes[b] — — Rupellam cito applicuit. . . . . . .

Sciendumque[i], quod Franci plus gaudebant de repulsione regis Anglorum per Lodowicum[8] facta, quia sumebant spiritus, quod strenuus rex erat futurus in confusionem eiusdem regis, quam gaudebant de victoria quam postea adepti sunt apud Bovines, de qua dicetur.

ib. De prelio quod erat in Flandria. Hiis quoque diebus excercitus qui erat in Flandria, regi Anglorum prospere militans, totum regnum Francorum perterritum reddidit et turbatum. Erant namque in illa expedicione viri famosi et bellicosi Willelmus comes[9] Holondie, Reginaldus quondam comes[k] Bolonie, Ferrandus comes Flandrie, Hugo de Boves, vir in armis strenuus, sed proditor et superbus; quibus rex Iohannes[b] constituerat ducem et marescallum Willelmum, fratrem suum, comitem videlicet Saresbiriensem. Habuerunt preterea Othonis imperatoris auxilium et consilium ducisque Lovanie et Braibancie cum[l] quodam comite Alemannie[m], quem Franci comitem Pelu[10] nominabant, qui pari tirannide in Francos fremebant. Tandem[n] vero venit Anglis in auxilium ipse Otho[o] imperator, sed paucis comitatus militibus, quod apparuit in sequentibus. Cumque hec audisset Philippus rex Francorum, licet perturbatus et de hostium multitudine — nec mirum — trepidus, occurrit eisdem cum excercitu suo ad pontem de Bovines. Cumque instaret dies crastina, scilicet dies dominica, et inhonestum decrevisset excercitus regis Anglorum illa die bellum quod preparaverant conserere, Hugo de Boves, non reputans diei sollempnitatem violare, vocavit comitem Bolonie proditorem. At ille: 'Hodierna dies te proditorem et me fidelem comprobabit'. Consertum est igitur prelium cruentissimum, et rex in medio belli prostratus est, super quem quidam miles cadens, ut se ictibus hostium opponeret, interfectus est; qui tandem vix est elevatus. Tandem calore ascendente, ut solet in Iulio, opprimuntur hinc inde multi, vulnerantur, occiduntur. Denuo prevaluit pars Francorum, et clam se divertit imperator cum suis fautoribus; Hugo de Boves turpiter aufugit. Capti sunt viri preclari comes Saresbiriensis Willelmus[p], comes Flandrie Ferrandus[q], comes quondam Bolonie Reginaldus cum multis aliis potentibus et preclaris, qui in Franciam trahebantur incarcerandi. Post autem triumphum, rege

a) Pep. — Ric. *in marg. c.* b) I. *c.* c) *sic c., tamquam si l. 9. cum Cron. Mai.* modica pecunia *scripsisset.* d) *in marg. c.* e) castella *add. Wend.* f) que d. *in loco raso c.* g) *postea eadem manu suppl. c.* h) *superscr.* Philippus *c.* i) Sciend. — dicetur *in marg. manu Mathei.* k) *sequitur locus rasus c.* l) cum — nominabant *in marg. c.* m) Alemanno *c.* n) Tandem — sequentibus *in marg. c.* o) O. *c.* p) W. *superscr. c.* q) F. *c.*

1) Cantuariensem. 2) Idem in Cron. Mai., supra p. 116. 3) Potius Saxoniae. 4) Hoc ex Cron. Mai. codice 2, p. 117, n. *, iterum narratum est. 5) *Iohannis* addit Cron. Mai., supra p. 117. 6) Philippus II. rogatus, ne Angliae bellum inferret. 7) Classe ad Swinam combusta. 8) *Ad Rupes-Monachi*, m. Iulio in. 9) Supra a. 1213. ad verba e Rog. Wendov. sumpta *Rex Anglorum destinavit . . . Willelmum ducem Houtlandie*, add. in marg.: *comitem*. 10) 'Raugraf'; cf. SS. XXVII, p. 188.

veniente Parisius[1], tota civitas facibus, laternis, lampadibus, olosericis, instrumentis musicis[a], classico campanarum, cantibus tota illa die et nocte splenduit serenata. Facta est autem [Rog. Wend.] hec belli congressio mense Iulio, 6. Kal. Augusti. In hoc autem casu rex Anglorum Iohannes[b] 40 milia marcarum, quas tempore interdicti a monachis Cisterciensis ordinis consilio Ricardi de Marisco et complicum[c] suorum acceperat[d], credens ex tali emolumento aliquem fructum provenire, expendit. Cum — — prospera, sed adversa contigerunt. . . . . . .

3. Nonas Octobris apud Cantuariam consecratus est Simon decanus Eboracensis in episcopum Exoniensem. . . . [A. Southw.]

Rex Anglorum Iohannes[b], acceptis treugis cum rege Francorum, mediante magistro Roberto de [Rog. Wend.] Curcun[2], legato in Francia, et aliis amicis, rediit in Angliam 14. Kal. Novembris. . . . . . .

Anno gratie 1215. . . . Rex . . . misit . . . Willelmum Gernun et Hugonem[e], viros cavillosos et [ib.] rei publice regni Anglie inimicissimos, ad omnia finitima regna[g] — — poterant advenirent. . . . Eodem anno vocati — — cupiunt ulcionem. . . . . . . Veneruntque ex regionibus Lovanie et Braibantie et[f] Flandrie caterve detestabiles, alienis inhiantes, proditores abiudicati et exules, quibus patria interdicta fuit et exilium[8]. Quibus preerat Walter congnomento Buc, Girardus de Sottingni et Godescallus. Obsessi[4] autem hostes insurgentes viriliter repellentes, innumerabiles eorum ad tartara transmiserunt.

De submersione Hugonis de Boves et eorum quorum ipse dux fuit. Preter autem alienigenas [ib.] prenominatos venit Hugo de Boves, miles strenuus, set proditor et superbus, vocatus in regis adiutorium; cui per cartam suam rex multas possessiones promiserat. Ingressus igitur navem cum multitudine gravi, suborta tempestate horribili, que manifeste iram divinam cum ulcione indicabat, in mari commoto[h] cum tota sua sequela submersus periit, in inferno perpetuo cruciandus. Et proiecta sunt in sicco suum et aliorum cadavera infinita, quorum fetor, quia inhumata iacebant, aera inficiebant. Datique sunt beluis maris, bestiis terre et celi volatilibus circiter quadraginta milia hominum, nec unus de hiis qui naves ascenderunt evasit. . . . . . .

De concilio generali, scilicet Lateranensi. Eodem quoque anno celebrata est Rome — — multi- [ib.] tudo. . . . . . .

Relicto excercitui ordinando preposuit[5] bellatores expertos . . . Walterum Buc, cruentum sicarium, [ib.] cum suis Braibanciis et Flandrensibus spurcissimis et ignobilibus omnique genere facinorum commaculatis cum multis aliis, quos prolixitas non permittit nominare. Duxit autem rex secum . . . ex regionibus transmarinis Girardum de Sotingni, Godescallum cum Flandrensibus suis ruptariis, balistariis, incendiariis, homicidis, qui nec Deum timebant nec homines reverebantur. . . . . . .

Anno gratie 1216. . . . Rex . . . commisit . . . Ranulpho quoque Theutonico castra[c] de Berchamestede. . . . [ib.]

Quid[6] actum est, soluto concilio generali. Tunc autem temporis solutum est concilium generale. Papa vero prelatis petentibus licentiam repatriandi minime concessit; immo a singulis auxilium[i] in pecunia postulavit, quam recessuri cum viaticis cogebantur a mercatoribus[h] curie Romane duris condicionibus mutuare. Et sic cum benediccione papali ad propria remearunt. . . . . . .

Magister Walo legatus[a] a papa missus venit in Franciam. . . . Lodowicus[7] . . . ad mare festinavit, ut legatum, [ib.] qui et illuc festinavit, in Angliam preveniret. Venientes igitur universi ad portum de Caleis, invenerunt ibi secentas[c] naves et quater viginti cogas bene paratas. . . . Eodem tempore recesserunt — — remearunt. . . . . . .

De obsidione de Windleshores. . . . Erat autem princeps milicie illius[7] comes Nivernensis[k], vir qui- [ib.] dem versutus et proditor multiformis, de sulphureo semine Guenelonis. . . . . . .

Anno Domini 1217. . . . De fuga baronum et Francorum a Lincolnia. . . . Quorum[8] primus [ib.] erat Francie marescallus cum castellano de Atrabato et Galligenis universis. . . . . . .

De morte Innocencii pape. Eodem anno papa Innocencius, qui vere stupor[9] mundi erat et immu- [ib.] tator seculi, qui prius quasi immutabiliter stetit cum baronibus et, postquam regem Anglie subpeditavit et regnum sibi subegerat, et regem Francorum, quem contra ipsum exacuerat, et barones, quos erexerat, deseruit, viam universe carnis est ingressus, iudicium summi Iudicis, ut creditur, terribile nimis subiturus[l]. . . . . . .

De superadventu Francorum per mare. Die igitur sancti Bartholomei classis Francorum Eustachio [ib. Aug. 24.] Monacho, viro flagiciosissimo, commissa est. . . . Angli igitur ad votum triumphantes, naves hostium[10] funibus colligatas post se ad terram trahebant. . . . De sentina cuiusdam navis extractus est diu quesitus et multum desideratus Eustachius Monachus, proditor regis Anglie et pirata nequissimus. Erat[11] autem ille Flandrensis[m] nacione et aliquando habitum religionis portavit, sed pro hereditate consequenda, fra-

a) *in marg. suppl. c.* b) I. *c.* c) *sic c.* d) acceperat — expendit *in loco raso c.* e) de Boves *suppl. Madden e Wend. = Cron. Mai.* f) et F. *in marg. c.* g) irrogatum *forte supplendum.* h) *in loco raso c.* i) aux. in p. post. *in loco raso c.* k) Ninivern. *c.* l) *postea eadem manu suppl. c.; sequuntur complures lineae erasae.* m) *superscr. c.*

1) Cron. Mai. p. 117. 2) Card. presb. S. Stephani in Monte Caelio; *prist trives entre les deus rois* Hist. Norm., SS. XXVI, p. 714. 3) Ut stipendiarios ei conducerent. 4) Barones in castello Roffensi. 5) Iohannes rex; ut supra p. 118. 6) V. supra p. 200. 7) De filio Philippi II. agitur. 8) Fugientium. 9) Hoc epitheton mutuatus est Matheus a Galfrido de Vino-salvo, Nov. Poetr. ap. Leyser, Hist. poet. m. aevi p. 855. MADDEN. 10) Francorum. 11) Eadem supra p. 119. 'Roman d'Eustace le Moine' edidit F. Michel Par. a. 1834.

tribus suis sine liberis premortuis, relicto habitu et ordine suo, apostataverat; et extunc existens pirata et piratarum magister, multis dampnosus[a] et cruentus, predis indulsit et rapinis. . . . Quidam ex Anglis . . . caput suum amputavit. . . . . . .

Reg. Wend. Anno gratie 1218. . . . Mense enim Maio —— Theutonicorum. . . . Scale vero ducis Austrie et Hospitalis obrute in flumen cadentes cum suis pugnatoribus perierunt. . . . Theutonicorum ac Frisonum sumptibus, pericia et labore due maxime cogones concathenate . . . adhibentur ad turrim memoratam. . . . Tandem Sarracenis in defensione deficientibus, . . . sese sub paccione[b] ducis Austrie reddiderunt. . . . Subiugata autem turri Damiate, venerunt ad passagium sancte crucis, quod tunc instabat, de diversis mundi partibus peregrini multi. Inter quos venit Pelagius Albanensis episcopus et apostolice sedis legatus cum magistro Roberto de Curcun, viro sancto et nobili et clerico nominis celeberimi[c] et Romane ecclesie cardinali, nacione[d] Anglico, et Romanis multis. . . . . . .

W a l o r e c e d i t. Anno quoque sub eodem Walo, refertis sarcinis et clitellis inestimali[e] pecunia, recessit ab Anglia, vocatus a domino papa. . . . . . .

Anno Domini 1219. . . . Obsidetur Damiata. . . . Prelia christianorum, que speciales exigunt tractatus, si quis audire desiderat, librum requirat Templariorum[c. 1].

D e s a n c t a E l i z a b e t h A l e m a n n a[2]. Diebus quoque sub eisdem signipotentissima sancta Elizabeth, regis Hungarie filia et landegravii[f] Thuringie sponsa, miraculis et vite sanctitate supra sexum muliebrem floruit in Alemannia. Huius hortatu vir suus landegravius nomine Ludowicus crucem suscepit et apud Damiatam[g. 3] obiit sanctissime. Post cuius obitum sancta Elizabeth in ordine sanctissime viduitatis perseverans, habitum religionis de manu magistri Cunradi, viri sanctitate perspicui, suscepit. Et adeo de virtute in virtutem adscendit, ut ante et post obitum viri tota Alemannia virtutibus ipsius et fama choruscaret. Et sciendum est, quod ipsa Elizabeth filia fuit illius regine[h] interfecte de Hungaria consilio cuiusdam archiepiscopi; de qua regina Innocencius papa interpretabatur hanc locucionem amphibologicam in melius, ne idem archiepiscopus, qui de consensu illius cedis accusatus[i], dampnaretur: *Reginam interficere nolite timere[k]; et si omnes contradixerint, ego non contradico.* In qua locucione hec fuit intencio acusantis, prout iam punctis distinguitur. Interpretatio vero pape propiciantis hec fuit: *Reginam interficere nolite, timere bonum est; et si omnes consenserint, ego non; contradico.* Et sic per propicium interpretem, intervenientibus amicis[e], liberatus est accusatus. . . . . . .

Dubium[4]. Anno Domini 1221. . . . Anno quoque sub eodem cessavit legacio Pandulphi, ipso Romam revertente. . . . . . .

ib. Anno Domini 1222. . . . Philippus de Albineto . . . Ranulpho comiti Cestrie literas in hec verba direxit: *Reverendo domino et amico Ranulpho[l] comiti Cestrie et Lincolnie* etc.; require quod superest in[m] aliquo libro istoriographi[5]. Huius autem epistole summa fuit: *Gens christiana existens in Damiata, cuius capitanei fuerunt rex Ierusalem, legatus, dux quoque Balvarie[c], fecerunt equitacionem super terram Babilonis.*
ib. . . . *Rex Ierusalem, legatus et dux Balvarie[c] cum quibusdam aliis nobilibus in hostagio remanserunt.* . . . . . .

Anno Domini 1223. . . . Eodemque anno Rome pluit terra sanguinea per tres dies, admirantibus, immo pocius obstupentibus, qui hec non previderunt, universis. . . . . . .

Pars magna thesauri sui[6], prout vivens disposuerat, sub titulo testamenti assignata
Nota prodigalitatem. est ad succursum Terre Sancte. Sed dominus papa[7], qui ad hoc constitutus erat principalis executor, omnia in guerra sua contra imperatorem, ecclesie[n] inimicum, Frethericum[o] exposuit. . . . . . .

Anno Domini 1224. . . . D e q u o d a m q u i s e a s s e r e b a t f u i s s e i m p e r a t o r e m C o n s t a n t i n o p o l i t a n u m[8]. Anno quoque sub eodem quidam senilis etatis, eloquens[p] tamen et gestu magnus ac nobilis, venit in regnum Francorum, asserens se fuisse comitem Flandrie Baldewinum, qui postea in imperatorem Constantinopolitanum promovebatur. Cui multi fidem prebuerunt et favorem et etiam fecerunt quasi domino naturali fidelitatem et pecuniam multam prebuerunt. Tandem, procurante comitissa Flandrie, quam memoratus senex asseruit esse filiam suam, captus est idem senex et ignominiose nimis in

a) dapnosus *c.* b) vite duci *Wend., Cron. Mai.* c) *sic c.* d) n. Anglici *(sic) in marg. c.* e) *in loco raso c.* f) landegravie *c.* g) Damiata *c.* h) Hungarie *in marg. add. c.* i) fuit *suppl. Madden.* k) bonum est *supplendum et* et si o. consenserint *corrigendum ut p.* 119. l) R. *c.* m) in — istoriographi *in loco raso c.* n) eccl. in. *postea eadem manu suppl. c.* o) Fretherium *c.* p) elequens *c.*

1) A Wendoverio (= Cron. Mai.) hoc loco adhibitus est Oliverius Scholasticus. 2) V. supra p. 119. 3) Error. 4) Cur hoc in dubium vocetur, nescio; habetur quoque in Cron. Mai. 5) Ap. Wendoverium et in Cron. Mai. 6) Philippi II. 7) Commentum; non tunc, sed demum a. 1229, neque Honorius, sed Gregorius IX. Friderico II. bellum intulit. 8) De Pseudo-Balduino fere eadem narrantur Cron. Mai., supra p. 120.

patibulo suspensus[a]. Comitissa[b] quoque fecit duos veteres canes suspendi hinc inde et fimo equino cadaver mortui suffumigari.

Anno Domini 1225. . . . Eodem anno magister Otto, domini pape nuncius, in Angliam veniens pro arduis ecclesie Romane negociis, regi literas presentavit. . . . . . . Rog. Wend. 1225.

Anno Domini 1226. . . . De concilio Bituricensi, cui presedit Romanus Francorum legatus. Hoc eodem tempore venit magister Romanus ad partes Gallicanas, a domino papa destinatus, ut ibi legacionis officio fungeretur. . . . . . . Rex Francorum — — secuturi. . . . . . . ib. 1226.

Quomodo rex Francorum Lodowicus[c] Avinionem obsedit. Venit interea dies ascensionis Francigenis prefixus a rege Francorum et legato; qui congregati estimati sunt in excercitu militum et equitum bellatorum ad 50 milia preter pedites innumerabiles. Legatus autem excommunicavit publice comitem Tholosanum et omnes eius fautores et terram eius totam interdicto[d] supposuit, licet[1] ipse comes omnimodam optulisset cum humilitate satisfaccionem. Avinionem igitur pervenientes rex Francorum et omnis eius excercitus, cum intrare urbem[e] vellent[f] ad victualia emenda tantummodo, ipsi, quia suspecti, non potuerunt. Rex igitur[d] iratus iuravit, se inde non recessurum, donec, comprehensa civitate, cives omnes irrestaurabiliter condempnatos confunderet. Obsessa igitur civitate, fit assultus acerrimus, dum petraria, balista et omne genus machinarum quid valeat experitur. ib.

De mortalitate et fame in illa diuturna obsidione. Cumque per tempus plurimum protraheretur obsidio, deficientibus alimentis, periit hominum innumera multitudo; fame igitur et peste invalescentibus, mutilatus est Francorum excercitus incredibiliter. ib.

De morte regis Francorum Lodowici. Tunc Lodowicus rex Francorum, ut pestilentiam effugeret in castris nimis ferventem, ad quandam abbaciam, que non multum ab obsidione distabat, Muntpancier vocatam, donec civitas caperetur, causa respiracionis divertit. Ubi venit ad eum Henricus comes Campaniensis, cum iam 40 dies in obsidione peregisset, petens de consuetudine Gallicana licenciam ad propria remeandi. Cui cum licentiam rex vetuisset, respondit comes, quod, factis 40 dierum excubiis, non tenebatur nec voluit diucius interesse. Rex autem ad hec nimia succensus ira, affirmavit cum iuramento, quod, si ita recederet, ipse terram suam totam ferro et flamma devastaret[g]. Tunc comes, ut fama refert, procuravit regi venenum propinari, pro talibus comminacionibus consternatus[d.2]. ib.

Recessit comes Campanie. Comite igitur cum superbia recedente et iactitante ipsum regem nullatenus formidare, rex ilico graviter cepit infirmari et, pervagante veneno ad vitalia, perducitur ad extrema; licet alii asserant, ipsum non veneno, sed morbo dissinterico expirasse. Mortuo igitur rege Lodowico[c], Romanus qui affuit legatus et prelati qui aderant mortem regis expediens decreverunt celare, donec civitas redderetur, quia, si ita solveretur obsidio, magnum inde Francis et curie Romane scandalum[h] oriretur. Finxit ergo legatus et primates excercitus regem gravi imfirmitate detentum, sed ex medicorum iudicio cito dicebant convaliturum — — tractaturi. ib.

Quomodo civitas Avinionis dolo legati fuit subiugata. Datis — — Tandem post multas hinc inde deceptaciones petivit regis[i.1] singnifer, ut cum prelatis qui aderant posset ingredi civitatem. — — Concesserunt eidem[e] cum prelatis simpliciter et eorum sequelis ingressum civitatis, quos dolose, ut prelocutum fuerat, Francigene, apertis ianuis, subsequentes, spreto turpiter iuramento, cives ceperunt et vinculis constrinxerunt, urbem spoliaverunt, multos occiderunt et, dolosam sic adepti victoriam, nobilissime civitatis turres et menia confregerunt[k]. Legatus igitur, civitate Francorum custodie deputata, soluta obsidione, corpus regis defuncti Parisius iussit deferri tumulandum[o]. ib.

. . . Multi magnates Francorum a predicta coronacione[3] et regine ac legati consilio, qui[1] iam se de iam dicta Avinionis prodicione necnon et regine infami societate[4] multipliciter maculaverat, sese absentaverunt, nec consenserunt, immo pocius ad arma sese preparaverunt. . . . . . .

De transitu beati Francisci. Hoc etiam anno 4. Nonas Octobris beatus Franciscus in civitate Assisii, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Porciuncula, ubi etiam ordinem fratrum Minorum ipse iniciaverat, migravit ad Christum. . . . . . . cf. Cron. Mai. supra p. 120.

Anno Domini 1227. . . . Defuncto papa Honorio, succedit Gregorius**. Eodem anno, defuncto papa Honorio, Gregorius episcopus Ostiensis successit, quintodecimo scilicet Kal. Aprilis. De[1] quo Honorio 10. die ante mortem eius, cum mortuus crederetur, nec erat, et exhaustus et semivivus populo Romano in res papales debacanti[l], quod viveret, per altam fenestram monstraretur, ait quidam versificator: *O pater Honori, multorum nate dolori,*
*Est tibi dedecori vivere, vade mori!* . . . . . . Rog. Wend. 1227. Apr. 1.

Vacat. Tempore quoque sub eodem 7. Idus Iulii orta est periculosa[m] nimis discordia inter regem Anglorum et fratrem eius Ricardum Cornubie comitem pro quodam manerio, quod rex dederat Waleranno Theutonico, tunc castellano Berchamstudie, ad Cornubie pertinens comitatum. . . . Rex[n] igitur, qui[1] fratrem merito dilexit, Iun. 26. ib.

*) *In marg. depicta sunt corona et inversus* Clipeus[1] Ludowici, filii Ludowici[o], pocionati apud Avinionem.

**) *Minio ad calcem paginae scr.:* Obiit (*lege:* Creatur) Gregorius[1] papa, leo et sanguisuga: leo feritate, sanguisuga cupiditate. Creatur (*lege:* Obiit) Honorius senex atque mansuetus.

a) est *add., sed abrasum est c.* b) C. q. *in marg. c.* c) L. *c.* d) *superscr. c.* e) *in loco raso c.* f) vellent — ipsi *in marg. et partim in loco raso c.* g) devest. *c.* h) *in marg. c.* i) r. s. *in loco raso, antea (ut Wendov., Cron.)* legatus *c.* k) freg., *corr.* confr. *c.* l) debacñti *c.* m) p. n. *in loco raso c.* n) Rex — pacificare *in schedula super contextum agglutinata c.* o) Philippi *emendandum.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Wendoverii verba de amore illicito comitis et Blancae hic suppressit Matheus, sed retinuit p. 405, l. 42. 3) Ludovici IX. 4) Eandem calumniam Matheus Cron. Mai., supra p. 122. et infra p. 403. commemorat.

1227. cupiens eundem pre omnibus ditare simul et pacificare, dedit ei totam dotem matris sue, addens ei
Rog. Wend. terras omnes que ad ius comitis Britannie[1] pertinebant in Anglia cum terris etiam omnibus que fuerant comitis Bononie[2] nuper defuncti. Et[a. 3] exinde accrevit honor et magnificentia[b] comitis Ricardi, qui illam et multas alias exortas in Anglia sedavit perturbationes. . . . . . .

cf. Cron. Mai. p. 120. Per idem tempus[4] ad predicacionem magistri Oliveri in Alemannia apparuit omni populo Crucifixus in aere manifeste; unde[3] litere sigillate plurium prelatorum sigillis misse fuerunt universitati Parisiace et in propatulo perlecte. . . . . . . .

Rog. Wend. Diebus sub eisdem inter alios crucesignatos qui de regno Anglie exierunt in opus Crucifixi iter arripiunt viri venerabiles Petrus Wintoniensis et Willelmus Exoniensis episcopi. Qui peregrinacionis votum fere per sequens quin-
cf. Cron. Mai. quennium ad salutem multorum et honorem precipue omnium Anglorum laudabiliter compleverunt.

Rog. Wend. Qualiter negocium crucis per imperatorem fuerit impeditum. Romanorum autem imperator Fretherieus[c], qui cum aliis crucesignatis sub pena excommunicationis in prescripto passagio transfretari debuerat, fingens se egrotum, noluit sue peregrinacionis[d] vota, prout certissime sperabatur, persolvere; unde plus quam 40 milia virorum forcium et armatorum spe frustrati redierunt, et[3] multo plures perierunt. Unde[3] Deo irato, multiplicate sunt ei ab illa hora tribulaciones et angustie, pape et multorum odium tam regum et magnatum quam prelatorum; iraque[e] generavit odium et infestaciones, sicut sequens sermo suo tempore declarabit.

ib. Crebrescunt miracula per merita sancti Francisci. . . . . . .

ib. 1228. Anno Domini 1228. . . . De sententia in imperatorem Fretherieum[c] lata. Circa dies illos papa Gregorius, cum imperatoris contumaciam simul et Crucifixi contemptum impunitum diucius distulisset ac[f] dissimulasset, tandem, ne canis videretur latrare non valens, de consilio fratrum cardinalium suorum ipsum imperatorem excommunicavit et latam sententiam per literas apostolicas in diversis mundi partibus publicari precepit. Inter ceteros autem huius sententie publicatores Stephano Cantuariensi archiepiscopo scripsit in hec verba: *Gregorius episcopus* etc. que[g] sequuntur. Imperator autem Fretherieus[c], sicut papa per literas suas in omnibus christianorum finibus latam
Nota recalcitrantis verba. fecerat sententiam publicari, ita dictus imperator scripsit universis regibus et principibus christianis, conquerens sententiam in eum fuisse latam iniuriose. In conclusione autem hoc adiecit, exhortans omnes orbis principes, ut contra incomparabilem Romane curie avariciam et iniquitatem sese prospiciant, quia tunc saltem sua res agitur, paries cum proximus ardet. Ex hac itaque imperator perturbacione commotus, excitavit contra dominum papam et Romane ecclesie patrimonium sedicionem gravissimam, invadens eius civitates et occupans castella, sicut idem papa literatorie Romano Francorum legato sic significavit: *Gregorius episcopus* etc. Et[h. 3] sic de die in diem utrobique suscitata sunt scandala cum incomodo[i] multiformi.

ib. Quomodo populus Romanus excitavit sedicionem contra dominum papam. Per idem tempus populus Romanus in papam Gregorium, machinante[3] imperatore Fretherico[c], sedicionem excitavit, et in sollempnitate paschali illum eiecerunt ab Urbe, insequentes eum usque Viterbium; ubi etiam ipsum fortiter invadentes, eundem usque Perisium[1] fugaverunt. Papa autem, aliud vindicte genus non habens[k], persecutores suos excommunicationis sententia, quod[3] et ipsi cum cachinno contempserunt, innodavit. . . . . . .

ib. Quomodo imperator Fretherieus[c] in Terram Sanctam veniens, negocium crucis promoverit. Eodem quoque anno imperator Fretherieus[c], non sustinens amplius hominum propter desidiam suam insultaciones, mare Mediteraneum[i] ingressus, ut Domino votum peregrinacionis persolveret, in vigilia[l] beate Marie apud Achon applicuit. Quem clerus et populus cum magno honore, ut decuit, et cum processione sollempni applicantem reverenter excepit. Verumtamen, quia cum noverant fuisse excommunicatum, non ei communicaverunt in osculo nec in mensa, sed eidem consuluerunt omnes, ut domino pape satisfaciens, rediret ad ecclesie unitatem. Quod imperator moleste ferens, gravem de summo pontifice coram omnibus reposuit querimoniam[m], quod scilicet in eum iniustam tulerat sententiam, excusans se, quod nullo modo pre infirmitate poterat antea advenisse. Soldanus autem Babilonie, cum eius adventum in Siriam congnovisset, misit ei xenia multa et preciosa in auro et argento et oloscricis et gemmis et bestiis mirabilibus, quae Occidens non vidit aut cognovit. Sed[5] hec omnia magis reddiderunt imperatorem suspectum quam amicum ecclesie fidelem et constantem; malingni[6] tamen animi est in dubiis sinistre interpretari.

ib. De prospero progressu christiani exercitus. Invenit autem imperator — — perfectam reedificacionem castri[7] memorati. In[3] qua episcopus Wintoniensis nulli fuit secundus. . . . . . . .

ib. 1229. Anno Domini 1229. . . . Quomodo papa Gregorius bellum movit contra imperatorem. Circa dies istos papa Gregorius nimis moleste ferens, quod Romanorum imperator Fretherieus[c], spreto papali consilio, excommunicatus et rebellis ad Terram Sanctam transierat, de illius penitentia ac satisfaccione, ut rediret ad ecclesie unitatem, cepit non mediocriter desperare. Decrevit igitur eum, quem contumacem vidit et rebellem, ab imperiali culmine precipitare et alium quemlibet, filium scilicet pacis et obedientie, loco illius subrogare. Fomentum[3] insuper odii ministravit, quod idem imperator quosdam domini pape consanguineos infestaverat et quasdam mulieres[8], ipsi domino pape consanguinitate propinquas, suis nobilibus

a) Et — perturbationes *in loco raso c.* b) magnifentia *c.* c) F. *c.* d) peregrinaconis *c.* e) que gen. *in marg. c.* f) ac d. *in marg. c.* g) que sequntur *(sic) in loco raso c.* h) Et — multiformi *in loco raso c.* i) *sic c.* k) habentes *c.* l) nativitatis *suppl. Madden ex Wendov.* m) *in marg. suppl. c.*

1) Petri. 2) Reginaldi. 3) Non e Cron. Mai. 4) In Cron. Mai. hoc rectius ad prius tempus refertur. 5) Cf. Wend. supra p. 66. 6) Cf. supra p. 86, l. 20. 7) Ioppae. 8) Simili re discordiam a. 1239. auctam esse, Matheus novit (supra p. 167 sq.); unde haec forte minus recte hoc anno posuit.

1229.

indingnas censuit matrimonio copulari et earum nupcias impedivit. Preterea[1] doluit ac formidavit papa, quoniam, si quid magnificum in Terra Sancta consummaretur negocium, totum ei, quem iam cismaticum reputavit et rebellem, et non ecclesie Romane ascriberetur[2]. cf. Reg. Wend. Constituit[3] igitur principem milicie sue Iohannem de Bresne, quandoque regem Ierosolimorum, et collegit in diversis mundi partibus infinitam pecuniam stipendiariis distribuendam deditque[1] multis provincias, urbes et castella de imperio, que nondum adquisierat. ib. Invasit[3] igitur dictus Iohannes et alii ecclesie Romane principes et vassalli et de regno Francorum vocati stipendiarii et de aliis conterminis regionibus, quibus omnibus idem Iohannes[a] prefuit, urbes et castra de imperio et multa occupavit. Habebat[1] etiam quasdam legati dignitates, ut in utroque gladio terribilius in obvios fulminaret. Huic[1] etiam Iohanni associabatur quidam frater domini pape, qui etsi non militia[b] et strenuitate, thesauro tamen[c] papali habundanter instaurabatur. Sed[3] hec omnia imperatori, Deo in Terra Sancta iam[d] potenter militanti, quantocius nunciabantur.

cf. Cron. Mai. p. 121. Febr. 26. 27.

De discordia orta inter scolares et cives Parisius. Eodemque anno feria secunda et tercia ante cineres, quibus diebus solent clerici Parisienses[e] scolares ludis vacare, exierunt quidam clerici ab urbe Parisiacensi versus Sanctum Marcellum propter aeris comoditatem, ut ludis ibidem intenderent consuetis. Quibus se immiscentes quidam caupones, clericos vulnerarunt; at lesi vulnera pro vulneribus, alapas pro alapis, ictus[f] pro ictibus cum usuris reddiderunt. Prior igitur Sancti Marcelli de lesione hominum suorum iratus, querimoniam coram Romano legato et episcopo Parisiacensi gravem super hoc reposuit. Qui simul ad reginam Blanchiam[g], cui tunc tota regni disposicio commissa fuerat, properantes, rogabant eam instancius, ut talem iniuriam preciperet vindicari. At illa muliebri impetu agitata, prepositis et quibusdam ruptariis ilico dedit in mandatis, ut sub omni celeritate armati huius violentie auctores punirent. Illi autem ad etiam peiora proni, urbem egressi, invenerunt extra urbis menia clericos multos ludis adhuc intendentes, qui in violentia prefata nullam penitus culpam habuerunt. Illi enim Flandrenses, quos Picardos vulgus appellat, culpabiles extiterunt. Satellites autem sontes ab insontibus non discernentes, irruerunt in omnes illos et etiam in urbe degentes, et armati in inermes et incautos sevientes multos occiderunt, vulneraverunt, spoliaverunt et in Sequanam submerserunt[4]. Huius autem transgressionis enormitas cum ad aures magistrorum universitatis pervenisset, suspensis lectionibus et disputacionibus, convenerunt omnes in presencia regine et legati, instanter postulantes de tanta iniuria sibi iusticiam exhiberi. Sed cum legatus nimis pronus et regine favorabilis nollet eam contristari, cuius precepto hoc factum fuerat, facta est universitatis discessio, ita quod nec unus de famosis magistris in civitate remaneret. Pars autem maxima scolarium Andegavim elegit, ut ibi scolarium universitas studeret liberius.

Parisius[h] universitati: *Clere, tremisce[i] metu, quia vis dimittere me tu!*
*Defluo iam fletu, mea [dampna[k]] fleo; [tua[k]] fle tu!*
Quidam bedellus[5]: *Heu! morimur strati, cesi, vincti, spoliati;*
*Mentula legati nos facit ista pati.*

Quomodo nuncii instabant Rome ad deieccionem electi Cantuariensis. . . . Promiserunt — — proposito et desiderio exaudiret. . . . At dominus papa, qui rebellem imperatorem super omnia sicienter cupiebat deicere, tantis promissionibus exhilaratus, trahitur, proh[l] dolor! ad consensum. . . . . . . Reg. Wend.

Quomodo Terra Sancta restituta sit imperatori Fretherico in pace. Anno quoque sub eodem cum audisset[6] imperator Fretherícus, quod dominus papa terram suam iam pro magna parte occupaverat et a[e] toto subiecto sibi imperio ipsum summo desiderio curavit precipitare, a profundo pectoris trahens suspiria, cepit districcius cogitare, qualiter tot malis posset potenter ac prudenter obviare. Significavit igitur soldano Babilonie, quod, si idem soldanus sese humiliaret, adeo ut Terram totam Sanctam christianis pacifice restitueret, posset sic sui soldanatus confusionem[7], que in proximo iminebat, evitare. Quod cum audisset soldanus, letus huic mandato consensit.

Iocundus eventus. Eodem igitur tempore dominus noster Ihesus Christus, oppressorum consolator, civitatem sanctam Ierusalem et terram totam, quam idem Dominus proprio sanguine consecravit, populo christiano, ib.

a) I. *c.* b) milia, *sed in marg. corr.* militia, *ubi et* str. *suppl. c.* c) *superscr. c.* d) *in loco raso c.* e) Parienses *c.* f) itus *c.* g) B. *c.* h) Parisius — pati *ad calcem pag. c.* i) tremisco *e Cron. emendandum.* k) *suppl. ex Cron. Mai.* l) p. d. *in marg. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Similia de Templariis dixit supra p. 123, l. 30; infra p. 404, l. 22. 3) Haec ex epistola supra p. 62. hausta sunt; cf. quoque p. 67. 4) Cf. Cron. Mai., supra p. 123, l. 1: *mersi.* 5) Apparitor universitatis. 6) Nuncium e Sicilia receptum (Wend. p. 62) falso paci Syriacae causam (infra p. 404, l. 2) supposuit Matheus. 7) Cf. p. 404, l. 1 sq.

*Rog. Wend. 1229.* specialiter vero imperatori restituit Fretherico. Erat enim in diebus illis soldanus Babilonie domesticis undique preliis tam graviter oppressus, quod, ne minus sufficeret ad plura, coactus est cum imperatore mediantibus treugis componere decennalibus ac Terram Sanctam populo sine sanguinis effusione reddere christiano. Sed huius gratie beneficium divine ut legenti clarius illucescat, eiusdem imperatoris literas legat auro bullatas, quas regi Anglie Henrico III. duxit in hec verba transmittendas: *Fretherícus Dei gratia Romanorum imperator* etc.

Nota Fretherici factum; de reconciliacione Ierusalem. Ingressus est igitur sanctam civitatem Ierusalem excercitus christianus, et patriarcha cum episcopis suis suffraganeis mundificavit templum Domini et ecclesiam sancti Sepulchri cum aliis ecclesiis sanctis et locis venerabilibus civitatis, abluentes pavimentum et parietes aqua benedicta et agentes processiones in himnis et canticis, reconciliaverunt Deo loca universa diuturnis infidelium sordibus profanata. Verum quamdiu imperator, qui excommunicatus fuerat, intra urbis menia moram fecit, nullus prelatus eidem[1] missam *cf Cron. Mai.* celebrare presumpsit. Magister tamen Walterus, frater quidam de ordine Predicatorum, Anglicus nacione, vir literatus et discretus, qui a domino papa officium predicacionis in excercitu Christi susceperat, celebravit divina in *Rog. Wend.* ecclesiis suburbanis; unde fidelium corda ad devocionem excitavit et ad obsequium Christi animavit. Intenditur igitur ad reedificacionem civitatis, eratque tanta inter christianos exultacio, ut viderentur terrenis *cf Cron. Mai. p. 123.* celestia commisceri.

*cf. ib.* De superbia et invidia Templariorum et Hospitalariorum in hoc casu. Vacat, quia offendiculum Templariorum. Hiis autem, Deo dispensante, ordinatis, imperator, ut vestigia Christi plenius adoraret, disponit pedes adire loca sancta terre illius et precipue in laneis et ieiunio flumen Iordanis, in quo Christus baptizatus erat. Antiquo autem scismatum seminatore Sathana procurante, incole Terre Sancte[a], sancti precipue Templarii et Hospitalarii, invidentes magnificis factis imperatoris, ex odio papali sibi cornua assumpserunt. Certi enim, quod excommunicatus fuerat, iam audierant, quod papa imperium hostiliter invaserat et multum invaluerat[2] et etiam ad deieccionem eius hanelavit. Volentes igitur omnia magnalia hec sibi ascribi, qui a tota christianitate tot proventus digluciendo recipiunt, significaverunt subdole ac prodiciose nimis soldano Babilonie, quod imperator proposuit adire flumen Iordanis, quo beatus Iohannes baptista Christum baptizavit[b], adoraturus humiliter pedes, ieiunus et in laneis; et ibidem posset eundem imperatorem vel capere vel trucidare, addentes[2], quod ipse circumvenit in treugarum forma ipsum soldanum, quia iam non imperator erat, sed[c] excommunicatus et iam ab imperio deiectus. Quod audire soldanus cum abhorruisset et[c] super hoc cartam noto sibi sigillo conspexisset, detestatus est christianorum versuciam, invidiam et prodicionem, et maxime eorum qui videbantur habitum religionis crucesignatum baiulare; et advocans duos secretissimos discretos consiliarios suos, instillavit auribus illorum universa, ostendens eis epistolam, cui adhuc signum notum inherebat, et ait: 'Ecce fidelitas christianorum!' Inspectis igitur literis, post diligentem deliberacionem ipsi sic responderunt: 'Domine, inita est pax utrobique beneplacita et firmata, quam tam recenter violare facinorosum foret. Sed ad omnium christianorum dedecus et confusionem mittatis hanc epistolam eandem cum signo adherenti ipsi imperatori; et honor et gloria erit tibi in sempiternum, eritque tibi, et merito, ipse imperator amicissimus omnibus diebus vite sue'. Huic igitur consilio[d] soldanus obtemperans, misit dictam epistolam cum signo adherenti imperatori et omnem dolum prelocutum eidem detunicavit. Paratum igitur imperatorem peregrinari prevenit nuncius soldani, ostendens illi secrecius epistolam memoratam, per quam plenius de prodicione, quam etiam preaudierat, sed credere non poterat, certificabatur. Gaudens igitur et gratias Deo persolvens et soldano, quod laqueos absconditos evasisset, dissimulabat usque ad tempus condingne retribucionis[e]. Que igitur ad reditum in terram suam neccessaria fuerant — nam[2] revocarunt eum ardua negocia — prudenter preparavit.

*cf ib. p. 124.* Quod hoc fuit odii seminarium inter imperatorem et Templum. Hoc autem constat fuisse seminarium odii inter imperatorem et Templum et Hospitale. Verumtamen Hospitalarii minorem notam infamie super hoc sibi contraxerunt; sese[2] enim postea sacramento purgaverunt. Ex illo igitur tempore conglutinata est anima imperatoris cum anima soldani indissolubiliter et e converso omnibus diebus vite eorum — quod[2] multi postea sinistre sunt interpretati —, mittendo sibi ad invicem munera preciosa; inter que soldanus misit imperatori unum elefantem.

*cf. ib.* Doluerunt Templarii se fuisse discoopertos. Comperientes autem Templarii imperatoris peregrinacionem differri, intellexerunt per illud et alia indicia, dolum

a) *sequitur* m *erasum c.*; sancti *tamquam si scriba* sancte *bis scripsisset, delet Madden.* b) baptivit *c.* c) *superscr. c.* d) consilo *c.* e) *duo verba in marg. abrasa sunt c.*

1) Ita Cron. Mai. codex 2; deest Cron. cod. 1; *in ea* Wend. 2) Non e Cron. Mai.

suum discoopertum effectu proposito caruisse. Patriarcham igitur Ierosolimitanum[a] ad suam attraxerunt conspiracionem, qui hanc epistolam ad diffamandum imperatorem dicitur conscripsisse et diversis Orientis[b] principibus transmisisse: *Geroldus patriarcha Ierosolimitanus universis Christi fidelibus in Domino salutem.* 1229. cf. Cron. Mai. p. 124.

Nota gravamen Anglie. De decimis Gregorio pape ab Anglia collatis. Per idem tempus cum magister Stephanus domini pape capellanus — — susceperat Frethericum, quam non potuit solus sustinere. . . . Rog. Wend.

Erat autem idem papa tot et tantis involutus debitis, ut unde bellicam quam susceperat expedicionem sustineret[c], penitus ignoraret. . . . . .

Imperator Frethericus[d] rediens de Terra Sancta applicat in Sicilia. Eodemque anno imperator Frethericus[d], vix evadens hostium insidias[e] per mare ei multiformiter[f] preparatas, prospere in Sicilia applicuit. Sed cum eius naturales ac fideles homines de adventu eius certificarentur, confluebant ad ipsum catervatim qui dispergebantur, retrocedentibus papalibus, ita[1] quod, quicquid per unum[g] mensem preamiserat, una die vel hora recuperavit. Et quos rebelles invenit, precipue de consanguineis, amicis et affinibus domini pape[2], graviter punivit. ib.

Anno Domini 1230. . . . Imperatore prosperante, cedit Iohannes de Bresne; unde statute sunt treuge inter papam et imperatorem. Eodem anno, tempore quadragesimali, vere arridente, imperator contra hostes suos ita invaluit, quod castra sua et iura omnia ad imperium spectantia potenter revocavit, et quoscunque in castris vel civitatibus de proditoribus suis comprehendit, vel vivos excoriari fecit vel patibulis suspendi. Inter[1] quos quendam cepit domini pape fratrem[2], quem dominus papa proposuit multis honoribus, ut dicitur, sullimasse*; et ne[h] tanti viri sermo prophetica careret veritate, fecit illum imperator in quodam eminenti monte in patibulo longis trabibus specialiter[i] ad hoc composito suspendi. Iohannes vero de Bresnes, qui ipsius imperatoris post papam hostis erat capitalis, horrens incidere in manus illius, fugiens[k] in Galliam, ad natale solum, dispersisque[l] stipendiariis commilitonibus suis, festinus[m] remeavit. 1230. ib. ib.

Statute[n] sunt treuge inter dominum papam et imperatorem. Mediantibus igitur amicorum precibus, statute sunt treuge inter dominum papam et imperatorem, quousque in aliquam pacis formam convenirent. ib.

Verum[1] pecunia ad bellum sustinendum extorta et collecta et in Caribdim[3] papalis erarii deposita, numquam alicui spoliatio[p] fuerat restituta, immo nec cessarunt eam domini pape theleonarii usque ad extremum quadrantem exquirere et reliquiis patulis rictibus inhiare. Decipiebantur igitur huic regule credentes: *Cessante [causa[r] cessa]ret et effectus.* . . . . . .

Interea[o] dominus papa ecclesie universali et sibi prudenter providens, pecunie colligende ad expugnandos ecclesie inimicos vigilanter indulsit potentumque consanguineos, quos consideravit posse ecclesie conferre subsidium, de bonis Cisalpinorum saginavit[q]. . . . . . . cf. Cron. Mai. p. 126.

De adventu ducis Saxonie in Angliam. Tempore quoque sub eodem dux Saxonie, regis Anglorum consanguineus, veniens in Angliam et[1] de absentia regis[4], quem credidit invenisse, tristis[s], cum honore a civibus Londoniensibus receptus est, ubi[1] adventum regis commorans expectabat. Erat autem idem dux tante elegantie et magnitudinis, ut intuentibus spectaculum prebuit admiracionis. Rog. Wend.

De perturbacione regni Francorum. . . . Multi . . . insecuti sunt . . . comitem Campanie, contra quem gravissimam moverant questionem de crimine prodicionis et lese maiestatis, ut, qui dominum suum regem Lodowicum in obsidione Avinionis ob amorem, ut[s] dicebatur, regine, quam illicite amabat, veneno interfecerat, condigne puniretur. . . . . . . ib.

Pacificati sunt papa et imperator. Hoc etiam tempore, mense Augusti — — confirmato. Pecunia[1] Vacat. autem extorta ad fomentum preliorum nescitur in quam Caribdim[5] et abissum sit demersa. . . . . . . ib.

Anno Domini 1231. . . . Quod Ricardus Cantuariensis archiepiscopus, a Roma rediens, obierit. . . . Apud Sanctam Gemmam in domo fratrum Minorum, tercia dieta citra Romam, diem clausit extremum 3. Nonas Augusti. . . . De[t] quo hoc mirabile accidit, quod, cum pontificalibus, sicut moris est, corpus defuncti sepeliendum insigniretur, de nocte venerunt homines illius patrie, qui hec omnia oculo fascinnante aspexerant, aperuerunt de nocte sepulchrum, ib. 1231. cf. Cron. Mai. p. 127.

*) *In marg. quaedam verba iam erasa addita erant c.;* cum imperatorem deiecisset *add. Abbr. Chron.*

a) Ierolimitanum *c.* b) Occidentis *e Cron. p.* 126, *l.* 14. *emendandum.* c) *ita Wend., Cron.;* sustinere *c.* d) F. *c.* e) *sequens verbum abrasum est c.* f) m. pr. *in loco raso c.* g) *in marg. suppl. c.* h) *superscr. c.* i) specil'r *c.* k) fugit, *sed in marg. corr.* fugiens *c.* l) que *superscr. c.* m) f. r. *in loco raso c.* n) Statute — imperatorem *in loco raso c.* o) Interea — Cisalpinorum *in schedula postea super priorem lectionem, quam altera columna exhibuimus, agglutinata.* p) spoliato *emendandum videtur.* q) *in loco raso c.* r) causa cessa, *quae Madden legere non potuit, supplevi.* s) ut d. *in marg. alia m. c.* t) *fures archiepiscopi sepulcrum expilaturi depicti sunt ad calcem praecedentis pag. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. supra p. 402, l. 56; 403, l. 10. 3) V. infra l. 45. 4) In Gallia. 5) V. supra l. 28.

1231. cupientes, ut anulum et alia insignia episcopalia furarentur[a], nulla vi vel ingenio propositum suum poterant consummare. Recesserunt ergo confusi et pectora sua, in quibus scelerata corda latitabant, percusserunt. . . . . . .

Rog. Wend. De distraccionibus bladorum clericorum Italicorum. Anno quoque sub eodem propter intolerabiles Romanorum oppressiones . . . quidam . . . blada Romanorum in Anglia beneficiatorum violenter rapuerunt. . . Unde ipsi clerici quasi fures latuerunt, credentes omnes trucidari. Iohannes[1] quoque Romanus[2], Eboracensis ecclesie canonicus thesaurarius[b], in ecclesia latuit eadem ibidemque credidit decapitari. Item inter Sanctum Albanum et Londonias clerici Romani venientes de quodam magno consistorio, inter quos Iohannes Ferentinus archidiaconus Norwicensis et Cincius ecclesie Londoniensis canonicus et multi alii extiterant, a quibusdam armatis repente supervenientibus obiter sunt exturbati, et dictus Cincius captus et male tractatus, aliis fugientibus et in dumetis latitantibus. . . . . .

ib. 1232. Anno Domini 1232. . . . Amovetur Hubertus a iusticiaria, exigiturque ratiocinium ab eodem. . . . . . . De iniuriis — — pertinentis. . . . . . . .

cf. Cron. Mai. p. 127. Hubertus . . . respondit vel ipse in propria persona vel pro illo Laurentius clericus de Sancto Albano, qui solus fideliter stetit cum eo, tam eleganter et tam prudenter omnibus articulis, quod palam coram omnibus insontem se probavit. Obiecciones autem et responsiones, quia notabiles, sunt in rotulis[c, 3] vicecomitum. . . . . . .

Rog. Wend. cf. Cron. Mai. p. 293. 296. Rogerus Londoniensis episcopus Romam profectus est. . . . Qui cum Parmam civitatem Ytalie perveniret, cives, qui ipsum fascinnanti oculo perspexerant esterlingis desideratis habundare, insidiis de nocte paratis, furtive ac nequiter ipsum tota sua pecunia, quam congesserat non[d] paucam[e] contra acusantes[4] ad obstruendum os loquentium iniqua[f], spoliaverunt. Nec iccirco pepercit ei in aliquo Romane curie censura[g] iudicii. Ipse vero episcopus in recessu a Parma ipsam civitatem in ira sua cum suis iniquis[h] habitatoribus maledixit.

Rog. Wend. 1233. cf. Cron. Mai. p. 127. Anno Domini 1233. . . . De cassacione Iohannis[i] electi Cantuariensis. . . . Scripserat insuper idem episcopus[5] imperatori, ut suas partes interponeret circa promocionem predicti Iohannis[i] versus papam; unde papa indignabatur, perpendens ambicionem. . . . . . .

Rog. Wend. Wintoniensis episcopus multos comiti Marescallo[6] confederatos muneribus corrupit. . . . Proh[i] dolor! De cupiditate comitis Ricardi. Ricardus, frater regis, diu ante ad regem sine difficultate reversus erat, quia[k, 1] fratri deesse nequivit, qui Marescallo primitus adherebat. . . . . . .

ib. cf. Cron. Mai. p. 128. Applicant alienigene a rege vocati. . . . Ex Flandria veniens Baldewinus de Gisnes[7] cum sua custodia, pecunia subarratus, regio additus est excercitui. . . . . . .

Rog. Wend. 1234. Anno Domini 1234. . . . Orta est discordia inter dominum papam et Romanos. Eodem anno orta est Rome gravis dissensio inter dominum papam et cives Romanos. Cause autem dicordie in[l] libris plurimorum plenius annotantur. Papa igitur Gregorius, non sustinens hanc iniuriam et perturbacionem, cum cardinalibus suis exivit ab Urbe et apud Perisium[m] moram facturus divertit. At Romani irati quedam eius edificia solo tenus prostraverunt; unde contra eorum, ut dicunt, privilegium excommunicabantur a papa.
cf. Cron. Mai. p. 129. Unde in maiorem furorem versi, moliebantur attrahere ipsum imperatorem in sui adiutorium. Qui propter recentem concordiam noluit ipsos fovere vel eisdem favere, sed pocius copiosum congregavit exercitum, ut insolentiam et impetum reprimeret Romanorum. Tunc exercitus papalis, cui preerat
cf. ib. comes Tholosanus, querens gratiam pape[n], et episcopus Wintoniensis[8], quem papa callide advocaverat ad regimen sui excercitus, tum propter pecunie sue[o] habundantiam, tum propter militandi periciam, et excercitus imperatoris simul convenientes, casalia eorundem Romanorum in girum Urbis posita numero 18 prostraverunt et vineas succiderunt. Cives autem irati exierunt ab Urbe 8. Idus Octobris, viri, ut dicitur, armati circiter centum milia, ut civitatem Viterbii, que ad ius domini pape spectabat, destruerent. Set, cum irrationale[p] vulgus civitatis absque militari disciplina exirent et agminibus incederent dissolutis, acies militares
cf. ib. domini pape, quibus preerant instructi armis et bellicis negociis excercitati, scilicet Cismontani, et acies imperatoris simul ab insidiis prorumpentes, irruunt in Romanos et ex eis magnam stragem, non sine tamen suorum lesione, fecerunt repentinam. Ceciderunt autem hinc inde ad 19[q] milia hominum, ita ut tanta strages christianorum longe lateque diffamata letificavit corda paganorum. Romani tamen maius dampnum[r] perpessi sunt, ut qui dissolutis[s] legionibus ad suam civitatem, aliis[t] insequentibus, precipites confugerunt.

a) sed *suppl. Madden.* b) thesaurius *c.* c) r. v. *in loco raso c.* d) non — ad ob *in loco raso, post* iniqua *de priore lectione superest* subiaceret, *sub eraso.* e) pauc, *c.* f) *in marg. suppl. c.* g) c. i. *in loco raso c.* h) maledixit *superscr., sed abrasum est c.* i) I. *c.* k) quia — adherebat *in loco raso c.* l) in l. pl. *in loco raso c.* m) *sic c.* n) *superscr. c.* o) sui *c., cum Cron. Mai. haberet:* thesauri sui. p) irrōle *c.* q) XIX *c.;* XXX *Wend., Cron. Mai.* r) dapnum *c.* s) dissutis *c.;* dissipatis *Wend., Cron. Mai.* t) a. i. *in marg. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) De eo v. supra p. 68. 356. 3) Potius in Libro addit., supra p. 127, n. *. 4) Erat *accusatus inter alios de consensu distractionis frugum clericorum Romanorum*, Wendov. a. 1232. 5) Petrus Wintoniensis. 6) Contra aulicos. 7) V. supra p. 128. de eius pugna ad Monmouth. 8) Idem error qui supra p. 129, l. 20.

1234. Rog. Wend.

Exasperatum est quidem cor Romanorum nimis adversus dominum papam, quia in illo conflictu de civitate multi nobiles corruerunt. Duravit autem diu ista dissensio inter eos; Romani tamen semper aleam Martis sibi contrariam invenientes, deteriorem calculum reportaverunt[a].

1229. cf. Cron. Mai. p. 129.

**Magnificum factum regum Arragonum et Castelle[1].** Eodem anno capta est insula Maiorica sita inter Affricam et[b] Marsiliam, paganissima et omnibus christianis per illud mare intermeantibus nociva, a rege Arragonum et civibus Marsilie, rege Castelle[1] efficax auxilium impendente. . . . . . .

Rog. Wend. 1235.

Anno Domini 1235. . . . Hoc quoque anno qui est — — *Gregorius* etc. *Rachel videns* etc.. Respice in Libro additamentorum[2].

ib. cf. Cron. Mai. p. 129.

**De adventu nunciorum imperatoris in Angliam.** Eodem anno mense Februarii venerunt apud Westmonasterium duo Hospitalarii Theutonicorum cum militibus et aliis nunciis sollempnibus a Fretherico Romanorum imperatore ad regem Anglorum missi, ferentes literas ipsius auro bullatas, quibus postulavit Ysabellam, sororem regis, sibi matrimonio copulari. Venientes autem 7. Kal. Marcii ad regem, pecierunt literarum et sue postulacionis responsum sibi dari, ut regis voluntatem domino suo imperatori possent celeriter nunciare. Rex autem, inito consilio, postulata nunciis concessit. At nuncii postularunt puellam conspectibus suis presentari. Quod cum factum fuisset, placuit illis pulcritudo puellaris. Confirmaverunt igitur matrimonium in animam imperatoris, interposito iuramento, offerentes ei ex parte imperatoris anulum sponsalem. Quem cum in eius digito posuissent, pronunciaverunt, eam imperatricem esse Romani imperii, dicentes palam: 'Vivat imperatrix, vivat!' Deinde cum legati ea que facta fuerant imperatori nunciassent, post paschalem sollempnitatem misit idem imperator archiepiscopum Coloniensem et Lovanie ducem cum aliis nunciis solempnibus in Angliam, qui imperatricem ad ipsum honorifice perducerent, matrimonium iam iniciatum et ratum procurarent, ut in congnicione carnali fieret consummatum. Remansit igitur imperatrix in custodia episcopi Exoniensis et Radulfi filii Nicholai, domini regis senescalli. Detulerant[c.3] autem xenium nobilissimum in olosericis, auro et gemmis, ut decuit nuncios imperiales. Et hiis in hunc modum dispositis, rex in die sancti Iohannis ante Portam Latinam apud Westmonasterium tenuit sollempne festum cum archiepiscopo Coloniensi et ceteris nunciis imperialibus. Et in crastino omnes apud Derteforde iter arripiunt versus partes orientales profecturi. Imperatrix autem et archiepiscopus Coloniensis cum ceteris viris nobilibus et matronis ad conductum eius assignatis 5. Idus Maii naves ingressi, velis patentibus sese pelago commiserunt; et prospere navigantes, apud Enevers[d] salvo applicuerunt. Quibus occurrit innumera armatorum multitudo, ut ipsam imperatricem ab insidiis regis[4] Francorum, qui illud magnificum matrimonium impedire moliebatur, custodirent.

Rog. Wend. cf. Cron. Mai. p. 130.

**Imperator in imperatricem apud Wermesiam matrimonium iniciatum consummavit*.** Tempore autem quo imperatrix apud Coloniam venit, imperator erat bellicis expedicionibus implicatus contra filium suum Henricum, quem cepit et custodie carcerali omnibus[3] vite sue diebus tradidit mancipandum. Misit igitur imperator pro imperatrice apud Wermesiam, postquam Colonie per sex[e] menses[f] moram continuavit. Desponsavit igitur ibidem puellam sollempniter, matrimonium iniciatum consummando 13. Kal. Augusti; cum[g] qua data fuerunt eidem imperatori 30 milia marcarum, ad quas reddendas assisum fuit scutagium[5] per totum regnum, tam de novis feoffamentis quam veteribus, scilicet de quolibet feodo 2 marce. Remisit igitur imperator omnes qui cum ea[h] venerant in Angliam, retenta imperatrice cum[3] una sua nutrice et[i] magistra, scilicet Margareta Biset[6], et[3] altera ancilla, aurifrigiaria[k.7] Londoniensi. Misit etiam regi tres leopardos, leporariis[8] similimos[d.3], quia in clipeo regis Anglorum[e] tres leopardi figurantur[l]. Promisit etiam regi efficax auxilium ad requirenda iura sua contra regem Francorum. Expenderat autem rex pro isto matrimonio plus quam sexaginta[3] milia marcarum, pro quibus omnibus solas recepit umbratiles cum consolacionibus promissiones. Deputavit autem ipsam imperatricem[m] inclusam et velut incarceratam spadonibus et Mauris ementulatis et vetulis larvis consimilibus nocte dieque strictissime custodiendam, ita[3] ut mallet[n] pauperrimo militi Anglico vel Franco matrimonio indissolubili[o] sociari. . . .

(cf. ib. p. 131; cf. ib.; cf. ib. 1234.)

cf. ib.

**De novis decretalibus, scilicet Gregorianis, et de Summa Reimundi.** Hiis quoque temporibus Gregorius papa IX. videns decretalium tediosam prolixitatem, sub quodam compendio eas eleganter abreviatas[d] et collectas sollempniter et autentice per tocius mundi latitudinem legi precepit et divulgari. Illas autem ab auctore ipsarum Grego-

*) *Ad calcem pag. imperator depictus est imperatrici dans anulum matrimonialem; rubro superscr.:* Imperator Fretherieus in uxorem ducit Ysabellam, sororem H[enrici] III. regis Anglorum.

a) rereport. *c.* b) et M. *in loco raso c.* — paganisma *c.* c) Detulerant — imperiales *in marg. Math.* d) *sic c.* e) *in loco raso c.* f) *sic c.*; ebdomadas *Wend., Cron. Mai. rectius.* g) cum — marce *ad calcem pag. Math.* h) *superscr. c.* i) et — Biset *in marg. c.* k) a. L. *in marg. c.* l) fug. *c.* m) impetr. *c.* n) malet *c.* o) indissolubi *c.*

1) Error qui in Cron. Mai. non invenitur. 2) Bulla ap. Wendov., supra p. 70, et bis in Cron. Mai., supra p. 128 sq., sed nusquam in Libro addit. invenitur. 3) Non e Cron. Mai. 4) Apud Wend. et in Cron. non Ludovicus IX, sed *quidam regi Francorum confederati imperatricem Isabellam rapere* moliti dicuntur. 5) Cf. Henrici III. breve d. 17. Iul.: *de singulis feodis, . . tam de novo feoffamento quam de veteri, 2 marcas ad . . scutagium* [ita quoque supra p. 225] (Stubbs, 'Select Charters' p. 364); unde corrige Matheum supra p. 131. 245. 6) Haec *puella regine facinorosum, qui regem in thalamo proposuit iugulare,* a. 1238, Sept. 9. comprehendit; a. 1242. aulam regis in Wasconiam secuta mortua est; Cron. Mai. III, p. 497. IV, p. 200; Hist. Angl. II, p. 413. 7) 'Goldspitzen-Arbeiterin, Goldstickerin'. 8) 'Jagd-Windhund'.

1234. rianas appellamus, sic incipientes: *Rex pacificus* etc. In quibus quedam innovavit, ne scilicet
cf. Cron. Mai. p. 132. illegitimi[a] prelacias vel ecclesiastica beneficia nisi adepta a sede Romana legitimacionis dispensacione optineant, sciens inde curie Romane pro impetracione tali[b] multa in[c] spiritualibus et temporalibus comoda provenire[d], sicut ex statuto Innocencii pro dispensacione plurium beneficiorum optinendorum. Reimundus[1] quoque, sic volente summo pontifice, Summam quandam confecit perutilem, ubi sub succincta brevitate multa tam de civili quam canonico iure continentur. Erat[3] autem ille Reimundus frater de ordine Predicatorum, eleganter nimis in literatura multiplici expeditus.

cf. ib. 1235. De Caursinis[e]. Diebus autem sub eisdem quidam ultramontani[2] usurarii, qui se
Dubium. Caursinos nominarunt, asserentes se esse mercatores denariorum et[2] postea specialius se esse mercatores domini pape vel escambiatores, . . . terram totam infecerunt. . . . . .

Ordo Predicatorum et Minorum cepit multipliciter[f] prosperari. Hiis quoque diebus ordo Predicatorum et Minorum in tantum cepit augeri et[g] prosperari, ut in edificiis et fratrum numero[h] bene literatorum multiplicato et etiam fama scientie et predicacionis magnis et famosis cenobiis equipararetur. . . . . .

cf. ib. Rex Henricus in uxorem ducit Alienoram, filiam comitis Provincie.
1235. Dec. 25. Anno Domini 1236[i], qui est annus regni[k] regis Henrici III. 20, idem rex tenuit curiam suam ad natale Domini apud Wintoniam, ubi cum gaudio festa natalicia celebravit. Expectabat autem ardenti desiderio adventum nunciorum suorum. Sollempnes enim nuncios, viros prudentes, in Provinciam ad Reimundum comitem eiusdem Provincie cum literis suis petens Alienoram, eius filiam, sororem regine Francorum, sibi matrimonio copulari[l]. Premisso igitur Iohanne de Gatesdene et postea Ricardo priore de Hurleie secrecius, tunc ultimo cum dicto priore Hugonem Elyensem et Radulphum[m] Herefordensem episcopos et fratrem Robertum de Sanforde magistrum militie Templi illuc destinavit[n]. Qui favorabiliter recepti, nec aliquam in peticione sua pacientes repulsam, memoratam puellam speciosam et
1236. etate fere duodennem versus Angliam gaudenter reduxerunt, et intrantes mare in portu Sanwici[o, 3], ad portum Doverie prospere pervenerunt. Et Cantuariam venire properantibus occurrit rex, et visa puella sibique accepta, apud Cantuariam eandem desponsavit*, officium archiepiscopo Cantuariensi Edmundo simul cum episcopis qui advenerant cum ipsa puella
Ian. 14. 19. et aliis peragente 19. Kal. Februarii. Quartodecimo autem Kalendas eiusdem[p] venit dominus
Ian. 20. rex ad Westmonasterium et in crastino, scilicet die dominica, ibidem cum[q] sollempnitate inaudita portavit rex coronam, et coronata est regina Alienora. Et sic desponsata fuit Can-
Ian. 20. tuarie; nupcie vero celebrate Londoniis die sanctorum Fabiani et Sebastiani.

cf. ib. Imperator misit pro comite Ricardo. Consummato autem gaudio nupciali, rex recedens a Londoniis, venit Meretonam, ut ibi revocati magnates, audito recenti imperatoris mandato, una cum rege de regni negociis contrectarent. Nuncii enim ab imperatore directi ad regem venientes, eidem cum literis mandata detulerunt, ut scilicet dominus rex fratrem suum Ricardum ad ipsum imperatorem mittere[q] non differret, ut stipendiis[2] imperialibus militaret potenter super regem Francorum; et ipse imperator vires omnes effunderet in ipsius comitis auxilium, donec omnia iura que rex Anglie postulat ipsum contingentia recuperaret, insuper fines pristinos dilataret. Audiens autem hec rex simul et magnates ibidem congregati, prehabita deliberacione, responderunt, quod non esset tutum tam tenellum etate in calidas regiones mittere et dubios casus guerre contra Francos experiri, cum adhuc unicus et manifestus heres regis et regni comprobaretur[r], et de regina, cum sit iuvencula, utrum sit sterilis aut fecunda, penitus ignoraretur[s]. De aliquo autem alio, si placeret imperatori, bene consentirent. Et sic nuncii recesserunt, sed[2] non est auditum postea de
cf. ib. p. 133. voluntate imperatoris. Argumentose tamen a domino rege quasi[2] impostor prodigialis pecuniam extorsit non minimam[t] de die in diem, scilicet que remansit, exhibendam. . . . . .

*) *In marg.* Rex Henricus III. *depictus est anulum ponens in primo digito dexterae manus coniugis, cui* Alienora *superscr.*

a) in *add., sed abras. c.* b) talia *c.* c) in s. et t. *in loco raso c.* d) pronire *c.* e) *corr. ex* poste Caursinorum *c.* f) multipliter *c.* g) et p. ut *in loco raso c.* h) nomero *c.* i) 36 *in loco raso c.* k) *in marg. c.* l) destinavit *suppl. est ex Cron. Mai.* m) *corr. ex* Rob. *c.* n) vit *in loco raso c.* o) w *e corr. c.* p) dom *superscr. c.* q) *in marg. c.* r) *corr. ex* comprobetur *in marg. c.* s) *corr. (cum Edwardus [I] a.* 1239. *natus esset) ex* ignoretur *in marg. c.* t) minism *c.*

1) Fortasse e Gregorii IX. litteris (Potthast nr. 9694) modo laudatis. 2) Non e Cron. Mai. 3) Wissant.

**De Paterinis et Bulgaris.** Circa dies autem illos invaluit heretica[a] perversitas, 1236. cf. Cron. Mai. p. 133. eorum videlicet qui vulgariter Paterini vel Bulgares dicuntur, in partibus Transalpinis, de quorum erroribus malo tacere quam[b] loqui vel sectas eorundem recitare; que adeo crevit pullulando, quod fidei puritatem in finibus Francie et Flandrie enormiter maculavit. Sed diligenti ministerio et indefessa predicacione sanctorum theologorum Predicatorum et Minorum, precipue magistri et fratris Roberti cognomento Bugre, qui sic dictus est, quia quandoque talis erat, confusa est eorum supersticio, et error deprehensus; unde factus malleus hereticorum, accusator et deprehensor, multa[1] milia in regno regis Francorum, qui eidem Roberto auxilium prestitit militare, incendio fecit talium conflagrari. Et post paucos[c], cf. ib. p. 146. Dubium. prout tempore suo dicetur[2], idem Robertus, ut[d] dicitur, quod est mirabile, in cf. Ps. 77, 57. arcum pravum est reflexus. . . . . . .

Admirabantur enim multi indignantes vehementer, quod rex nimis et secus quam de- cf. Cron. Mai. p. 133. ceret, suis spretis et repulsis hominibus naturalibus, Willelmum electum Valentinum, quem avunculum suum[3] appellavit, sequebatur, quasi pupillus suum tutorem venerando et in omnibus obtemperando. . . . . . .

**De quibusdam magnatibus crucesignatis.** Tempore quoque sub eodem cf. ib. p. 134. comes Ricardus, frater domini regis, . . . et multi alii nobiles de regno Anglie crucem assumpserunt. . . . . . .

**De xenio imperatoris**[4]. Eodem quoque tempore dominus imperator misit domino cf. ib. regi Anglorum ad continuacionem amicitie nobile xenium, videlicet 18 equos preciosissimos et 3 mulos preciosis oloserícis et aliis desiderabilibus donativis oneratos — tribus[b] leo- cf. ib. p. 131. pardis premissis, qui[e, 5] re vera pardi erant, quia parvi et molosis[f] similimi[f] fuerunt; est enim quedam bestia pardus, que adulterans[6] cum leone leopardum parturit; unde Bernardus Silvester[7]:

*Pardusque lupusque sititor* Mundi univ. I, 215.
*Sanguinis, ille nemus, hic iuga montis amat*[g].

—, fratrique domini regis comiti Ricardo equos et alia munera preciosa. Eodemque[8] tempore, cf. Cron. Mai. p. 134. scilicet estivo, nobiles illi qui regnum Francie disposuerunt perturbare, facta quadam pacis composicione, regi ac regine, matri eius, pacificati sunt. . . . . . .

**De magno parlamento habito Londoniis in octavis epiphanie, ubi** cf. ib. p. 136. **rex exigebat tricesimum regni.** Anno Domini 1237. . . . Willelmus igitur de 1237. Ian. 13. Rale, regis clericus et specialis consiliarius, ex parte regis eis nunciavit dicens: '. . . Per matrimonium sororis sue imperatricis et suum proprium expensis profusis, penitus pecunia destituitur. Postulat igitur a vobis auxilium pecuniare. . . .' . . .

**Recedit electus Valentie.** Ipsis quoque diebus electus Valentinus Willelmus, cf. ib. cui rex ante memoratum concilium tocius regni commiserat gubernacula, comperiens magnatum Anglie indignacionem merito esse[h] conceptam, versus patriam suam iter maturavit, recolens[9] illius poete proverbiale consilium:

*Dum furor in cursu est, currenti cede furori!* Ov. Rem. Am. I, 119.

**Migraverunt a seculo multi viri preclari.** Tempore quoque sub eodem cf. Cron. Mai. p. 137. migraverunt ab hoc seculo immortalis memorie inclitus rex Ierusalem Iohannes de Bresne*, iam pene nactus culmen Grecorum imperiale, et frater Iordanus prior ordinis Predicatorum, vir vite sanctissime, in mari submersus. Et circa illa tempora canonizatus est beatus 1234. Dominicus, primus inventor et constitutor ordinis Predicatorum. . . . . .

*) *Ad calcem pag. depicti sunt clipei duo inversi*[10]: Scutum eius primum *caeruleum exhibet piscem erectum aureum,* Scutum eius secundum *aureum crucem argenteam. Minio subscr.:* Obiit rex Ierusalem Iohannes de Bresne, cuius filia nuptui tradita fuit Fretherico imperatori, que peperit ei Conradum. Iste rex Iohannes excellentissime vite, vir sanctissimus et in armis strenuissimus et corpore fuit elegantissimus. Qualibet nocte quasi vir religiosus surrexit ad matutinas et ante mortem aliquot annis factus frater Minor, usque ad mortem sanctitatem continuavit. Et sic a regno terene[f] Ierusalem ad celestem transvolavit.

a) herit. *c.* b) *in loco raso c.* c) dies *vel* annos *supplendum.* d) ut d. *in marg. c.* e) qui — amat *in marg. c.* f) *sic c.* g) amans *Bern. ed. Barach p.* 21. h) *superscr. et iterum in marg. c.*

1) *m. m.* non e Cron. Mai. 2) P. 411. 3) Ita Cron. a. 1238. 4) *Walterum de Ocra, nuncium imperatoris et imperatricis* (v. supra p. 133), a. 1236, m. Iulio in Hibernia fuisse, apparet ex Sweetman, 'Calendar of documents rel. to Ireland' I, nr. 2340. 5) *qui — amat* desunt Cron. Mai. 6) V. supra a. 1089. 7) Etiam in Cron. Mai. ed. Luard V, p. 275. laudatur. 8) Ita Cron. a. 1236. 9) *recolens — furori* non e Cron. 10) Haec non exstant in Cron. Mai.

1237. cf. Cron. Mai. p. 137. De generali parlamento imperatoris apud Vauculur cassato. Eodemque tempore imperator Frethericus[a] omnes principes christianos per sollempnes nuncios[b] Iun. 24. convocavit, ut omnes apud Vauculur in nativitate sancti Iohannis convenirent tractaturi vel in propriis personis vel nobilibus procuratoribus de statu imperii per excellentem potentiam papalem, ut finxerat[c.1], vacillantis. Ad quod colloquium tam generale quasi suspectum dum rex Francorum congregato innumerabili excercitu properaret, terribile nimis et perniciosum exemplum aliis exhibens, papa[2], ut dicitur, procurante, totum illud parlamentum impedivit, dum ad pacis tractatum quasi ad expugnandos inimicos cum armatis legionibus advenirent. Unde[2], Dei[d] gratia papa prosperante, confusus erubuit imperator. Inde[e.2] quoque[b] ad invicem tacitis pectoribus inexorabile conceperunt odium, unde tota christianitas concussa perturbatur, sicut sequens sermo plenius declarabit. . . . . . .

cf. ib. p. 138. Otto venit legatus in Angliam. . . . Eodem quoque anno scribens domino[f], ipse[g] rex postulavit sibi mitti dominum Ottonem in Carcere Tulliano cardinalem in Angliam legatum ad reformandum statum ecclesie et regni, quia[2] idem Otto, fama referente, vir discretus extitit et modestus necnon et iuris peritus. . . . . . .

cf. ib. De quodam infausto bello inter Templarios et Sarracenos. . . . Hec autem belli congressio facta fuit mense Iunio. Ad quam iniuriam et iacturam vindicandam missus est ab Anglia Theodoricus prior Hospitalis cum magna milicia et thesauro. . . .

cf. ib. p. 139. Quomodo imperator Frethericus[a] Mediolanenses vicerit. Tempore quoque sub eodem imperator Frethericus[a] Mediolanenses ausos contra ipsum exire vicit et 10 milia[3] trucidavit vel captos abduxit. Potestatem autem eorum cepit, filium[4] videlicet cf. ib. p. 205. cf. ib. p. 139. ducis Venetorum, quem postea suspendi iussit; carrochiumque eorum, quod est quasi cf. ib. p. 135. eorum standardum, in magnam eorum cepit confusionem; quia[2] hec consuetudo est[h] Ytalicorum, quod, si forte standardum illud quod carrochium vocant victi amiserint, non poterunt iterum carrochium rehabere, nisi illud de gratia optineant imperatoris vel[i] reconquiratur. . . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . Ytalie, Alemannie . . . marcius et turbulentus[2].

1238. Anno Domini 1238. . . . Imperator Frethericus[k] scribit comiti Ricardo cf. ib. p. 142. super peregrinacione sua. Sub eodem tempore imperator Frethericus[k] scripsit amicabiliter comiti Ricardo super peregrinacione sua promovenda. In quo mandato hoc fuit insertum: *Cum personam — — prebeatur*. . . . . . . .

cf. ib. p. 143. Natus est imperatori filius ex imperatrice Isabella. Anno quoque sub Febr. 18. eodem 18. die Februarii natus est imperatori Fretherico[k] filius ex Isabella imperatrice, sorore regis Anglie, et vocatum est nomen eius Henricus in[2] indicium amoris regis Anglie, avunculi sui. Unde ad participacionem gaudii communis scripsit imperator regi[2] et comiti Ricardo, parvuli avunculis. Epistole autem premisse de peregrinacione et pape legato et istius iocundi rumoris plenius in[l] multis locis[5] Anglie annotantur.

cf. ib. p. 144. Comotum[m] est regnum. Sub eodem anno commotum est regnum vehementer, eo maxime quod rex, preter suorum magnatum consilio[m] et assensu[m], presertim comitis cf. ib. p. 142. Ricardi, procuratum est[n] illud tam arduum matrimonium inter Simonem de Monte-forti et Alienoram. . . . Tandem, ut dicebatur, omnium prolocutore comite Ricardo pacato, et legato consentiente, omnium rancor et perturbacio . . . sedata est. . . . . . . .

cf. ib. p. 144. Symon de Monte-forti . . . comes interim lora divertens per imperatorem, literas[o] impetravit ab eodem ad eos qui potentes erant in curia, ut pace frueretur adoptata. Et sic post multos labores et expensas permissus est tam pace quam prosperitate gratulari et matrimonio diu prius adoptato. . . . . . .

cf. ib. De discordia mota inter legatum et scolares Oxonie. . . . Erat autem ille cocorum summus, qui iam expiravit[6], frater legati; et ipsum illi officio prefecerat, ne forte intoxicaretur ipse legatus. . . . . . .

a) F. *c.* b) *in marg. c.* c) ut fixerat *(sic)* vac. *in loco raso c.* d) Dei g. p. pr. *in loco raso c.* e) *corr. ex* Unde *c.* f) pape *supplendum.* g) ipse — peritus *in loco raso c.* h) *superscr. c.* i) vel rec. *in marg. c.* k) Fr. *c.* l) in m. l. A. annotatur *(sic) in loco raso, in quo antea scriptum erat:* in Libro [Additamentorum?]. m) *sic c.* n) procuravit *legendum.* o) l. deprecatorias domino pape dirigendas adipiscens, Romam adiit *ad calcem pag. stilo plumbeo scr. c.*

1) Haec quoque invectio in imperatorem in Cron. Mai., ubi *per — vacillantis* desunt, nondum legitur. 2) Non e Cron. 3) Ex epistola p. 141, l. 34. 4) Petrum Teupuli, a. 1240. 5) V. Cron. Mai., supra p. 142 sq. 6) Interfectus per scholarem; cf. supra p. 144, n. 6.

**Mittit rex auxilium imperatori Fretherico**[a]. Eodem anno statim post 1238. cf. Cron. Mai. p. 144. pascha misit rex Anglie militare presidium imperatori Fretherico[a] contra rebelles suos Ytalicos dimicanti sub ducatu Henrici de Trublevilla militis et Iohannis Mansel clerici et Willelmi Hardel[b] clerici et civis Londoniensis cum pecunia multa stipendiariis suis persolvenda. Qui tota estate imperatori strenue militantes, multos imperatori adversantes potenter edomuerunt et subdiderunt.

**Moritur**[c] **soldanus Babilonie.** Eodemque tempore obiit potentissimus sol- cf. ib. danus Babilonie, Fretherico imperatori amicissimus, quod[1] probavit, cum eidem Fretherico[a] ituro ad flumen Iordanis de prodicione sibi preparata premunivit[2]. Hic, ut dicitur, baptismi suscepisset sacramentum, nisi[1] parentum suorum obprobrium formidasset. . . . . . .

Anno quoque sub eodem 5. Idus Iunii obiit episcopus Wintoniensis Petrus de Rupibus. Iun. 9. cf. ib. p. 145 sq. Qui . . . pacem inter papam et imperatorem mediator reformavit. . . . Quo sublato de medio, rex omnem quam potuit adhibuit diligentiam, ut in eodem episcopatu Willelmus electus Valentinus et eligeretur et electus celeriter substitueretur. . . . . . .

**De**[3] **cismate Grecorum.** Eodemque tempore recessit Greca ecclesia a subieccione Romane pro[1] enormitatibus quas Greci se asserebant in curia Romana invenisse. . . . . . .

**De Roberto Bugre de ordine Predicatorum fratre.** Discurrentibus cf. ib. p. 146 sq. Vacat; offendiculum. autem eorundem dierum curriculis, quidam de ordine Predicatorum Robertus — congnomento Bugre, eo quod aliquando cismaticus et infidelis extiterit[d] ante suam conversionem —, competenter quidem literatus et in officio predicacionis expeditus, multos in regno Francorum, precipue tamen in Flandria, ubi magis solebant usurarii habundare, auxilio regio fultus, multos[e] fecit combustos incinerari. Memoratus[f] autem Predicator, cuius imposturas melius est silere quam explicare, tandem, meritis suis exigentibus, perpetuo carceri mancipatur.

**Obfuscatur fama imperatoris.** Eiusdemque temporis profluvio fama impera- cf. ib. p. 147. toris non mediocriter est obfuscata. Imponebatur enim ei, quod vacillans in fide catholica verba dixerit enormia, ex quibus elici potuit non tantum fidei enormis fluctuacio, immo heresis et blasphemie, presertim de sacramento altaris, abusio detestanda. . . . . . .

**Annnalis conclusio.** Fluxit itaque annus ille Romanis[1] bellicosus et Italicis[g], Francis autem et Anglis necnon[h] et Alemannis inimicus.

Anno Domini 1239. . . . **Reddita est Fretherico**[i] **imperatori Sardania**[k]. 1238. Anno quoque sub eodem Sardania[k] reddita est imperatori Fretherico[i] contra domini pape cf. ib. p. 147 sq. voluntatem et prohibicionem. Quam, licet papa offenso et reclamante et asserente illud ad ius beati Petri pertinere, idem imperator libenter suscepit et contulit regnum illud Ensio, filio suo, dicens, se iurasse revocare obligatum dispersa imperii, et illud regnum, cum de imperio esset, per negligentiam imperatorum antecessorum et[l] vendicacionem curie Romane dudum fuisse alienatum. Extunc igitur ortum est odium inexorabile inter dominum papam 1239. et imperatorem Frethericum[a], quod nunquam postea potuit mitigari, sed diatim imfelix[d] suscepit incrementum. . . . . . .

**Excommunicatur imperator Fretherieus**[n]. Eodem anno, cum multociens cf. ib. p. 148 sq. ammonitus noluisset errores suos imperator Fretherieus corrigere, dominus papa cum multis cardinalibus tunc presentibus in spiritu amarissimo ferventis iracundie eundem Fretherieum[a] imperatorem sollempniter ac terribiliter excommunicavit. Verba[4] autem late excommunicacionis et causas singulas[5], que magne sunt et horribiles[m] et magne prolixitatis[n], gracius reputo reticere quam recitare.

**De eclipsi solis.** Anno quoque sub eodem tercio die Iunii passus est sol eclipsim Iun. 3. cf. ib. p. 151. hora sexta, in[1] signum quod possibile est assignari ecclesie, que quasi sol genus humanum illuminat. Ecclesia namque undique per Frethericum imperatorem, qui ecclesiam extermi- cf. ib. p. 149. nans et religionem, episcopos a suis sedibus et religiosos a suis expulit mansionibus et suis privavit possessionibus in imperio[o]; unde ipsi monachi de Monte-Cassino et ipsi de cf. ib. p. 150.

a) F. *c.* b) *in marg. c.* c) *in marg. depictum est oculis clausis caput coronatum, e cuius ore avis nigra, imago animae pagani, evolat.* d) *sic c.* e) *sic iterum c.* f) Memomoratus, *sed* mo *expunctum est c.* g) Italicicis *c.* h) necnon et A. i. *in loco raso c.* i) Frethico *c.* k) vel i *superscr. corr.* Sardinia *c.* l) et v. *in loco raso c.* m) horr. — assignari *in loco raso c.* n) prolixt. *c.* o) obfuscata est *forte supplendum.*

1) Non e Cron. 2) V. supra a. 1229. 3) E Cron. a. 1238. 4) Cf. supra p. 148. 5) Ib. p. 154.

1239. cf. Cron. Mai. p. 149. Monte-regali extra Palernam et alii, tam religiosi abbates quam alii episcopi et episcopales, confusi et extorres exulaverunt.

cf. ib. p. 151. Nota, quantam potestatem et gratiam adeptus est electus Valentinus. Vacat. Et tunc temporis tantam gratiam et potestatem, quia[a] vir elegans erat et generosus, adeptus est electus Valentinus Willelmus, ut episcopatum possideret Leodiensem, retenta procuracione Valentini episcopatus. Qui adhuc ad episcopatum aptabatur[b] Wintoniensem, quem, si eligeretur, ex plenitudine gratie et potestatis papalis, retentis prioribus, cf. ib. p. 180. possedisset. Extitit[c] enim magnatum consanguineus, qui auxilium domino pape in tribulacione prestiterunt, et tam domino pape quam regi acceptabatur. . . . . . .

cf. ib. p. 159. Imperator denunciatus est excommunicatus. Diebus autem sub eisdem in ecclesia sancti Pauli Londoniarum et postea per totum Anglie regnum denunciatus est Fretherichus[d] imperator excommunicatus. . . . . . .

cf. ib. p. 178. Thomas comes Flandrie venit in Angliam. Circa festum vero assumpAug. 15. cionis beate virginis venit in Angliam comes Flandrie[e] Thomas, avunculus regine[f]. Cui adventanti occurrit rex letabundus; et ducturus ipsum Londonias iussit totam civitatem mundari luto et omni offendiculo; civesque indutis vestibus preciosis, in equis quoque faleratis gaudenter occurrere venienti satagebant[g]. Qui postea homagium faciens regi, quingentas marcas, quas annuatim ex scaccario fuerat recepturus, letabundus[h] reportavit. cf. ib. p. 189. Magister quoque Henricus Flandrensis, clericus eius, quem assignaverat ad eas recipiendum, opimis redditibus subito saginatur. . . . . . .

cf. ib. p. 179 sq. De lugubri morte Willelmi* electi Valentini. Eodemque anno Willelmus electus Valentinus, cum a domino papa multis donariis et pollicitis amplioribus, concomitante magistro Laurencio de Sancto Martino, impetrasset, ut in episcopum Leodiensem eligeretur, electus manens Valentinus, et episcopatum Wintoniensem optineret ut procurator, manens electus Leodiensis, et[i] cum a Roma, expeditis negociis[k], apud Viterbium pocionatus animam, ut[l] dicitur, exalavit. De quo facinore cum graviter dictus magister Laurentius accusaretur, se rite purgavit. Rex autem, cum hos rumores lugubres audisset, ineffabiliter dolens et merens, vix ullam admisit consolacionem. Obiit autem dictus Willelmus[m] die Nov. 1. omnium sanctorum. . . . . . .

cf. ib. p. 185. Tempore quoque sub eodem imperator Fretherricus[g] suam etiam in fide obfuscavit famam, quia Montem-Cassinum occupavit. . . . . . .

Annalis[1] conclusio. Transiit igitur annus ille curie Romane inimicus, Ytalie et Anglie nocivus, frugifer tamen satis et fructifer et sanitatis conservativus.

1240. Anno Domini 1240. . . . Obiit Ysabella comitissa Cornubie[2]. . . . . . .

cf. ib. p. 185 sq. Reprehensus est rex ab imperatore Fretherico[n]. Eodemque tempore reprehensus est rex ab imperatore vehementer, eo quod permisit terram suam tam frequenter tamque impudenter per papam depauperari, sicut solet servus depauperari in necessitate domini sui, in sui et imperii detrimentum. Quod nullo modo credebat. Inde autem elegantem epistolam cum nuncio sollempni destinavit, set rex proinde nullatenus motus est. . . . . . .

cf. ib. p. 186 sq. Legatus nititur[o] inclinare corda episcoporum ad concedendum quintam partem bonorum. . . . Pressuras sumptuosas, quas contra imperatorem Frethericum[n] dominus papa sustinuit, omnibus patefecit. Exigebat igitur instantissime ex parte domini pape quintam partem bonorum suorum, quibus suffultus iniurias tam validi inimici valeret propulsare. . . . . . .

cf. ib. p. 187 sq. Imperator dissuadet, ne consenciatur. Diebus etiam sub eisdem imperator Frethericus[n] scribens amicabiliter regi, ne predicte contribucioni consentiret, supplicavit[g]. Qui[1] bene contradixisset, nisi prius prelati, ut[p] dictum est, consensissent.

*) *In marg. depictum est scutum eius inversum, quod in campo capitali nigro leopardum gradientem et spectantem aureum, in campo inferiore rubro tres palos aureos praebet. Ab utroque clipei latere dependet mitra inversa.*

a) qui *(sic, littera a membr. pertusa perdita)* — generosus *in loco raso c.* b) *in loco raso c.; forte optabatur (vel* adopt.; *cf. p. 410, l. 46) emendandum;* aspiravit *Cron. Mai.* c) Extitit — acceptabatur *in loco raso c.* d) *sic c.* e) Fl. Th. *in loco raso c.* f) in Angliam *iterum scr. c.* g) *postea add. scriba c.* h) *in loco raso c.* i) et — negotiis *in loco raso.* k) e *add., sed cancell. c.;* reverteretur *suppl. Madden.* l) ut dic. *in loco raso c.; potius ante* animam *ponenda.* m) W. *c.* n) F. *c.* o) ninitur *c.* p) ut d. est *in loco raso c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Prima Ricardi uxor.

1240.

**De deploranda cede christianorum in Terra Sancta.** . . . *Talis amicus* [cf. Cron. Mai. p. 191.] *tali salutem. Sciatis, quod . . . interfectus fuit comes de Bar* *. . . . . . .

**Imperator condolens scribit domino regi Anglorum.** Hec cum inno- [cf. ib.] tuissent imperatori Fretherico[a], condoluit et condolens scripsit domino regi Anglorum in hec verba:

*F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, illustri* [cf. ib.] *Anglorum regi, dilecto sororio suo, salutem. Communem casum* etc. Quere residuum in Libro additamentorum[1].

**Cardinales consenciunt et imperator, ut convocetur concilium** [cf. ib. p. 192 sq.] **generale.** Consenserunt autem et[b] censuerunt eodem tempore dominus imperator et cardinales oportunum[c], ut dominus papa generale convocaret concilium, ut ecclesia vacillans confirmaretur. Prefixus est igitur dies concilii proximo advenientis dies pasche, ut eadem die cum resurgente Domino resurgens ecclesia feliciter respiraret. . . . . . .

**Advenit Petrus Rubeus exigens pecuniam.** Per eosdem quoque dies venit [cf. ib. p. 193.] in Angliam domini pape clericus familiaris — talis enim erat epistole sue titulus — nomine [cf. ib. p. 219.] Petrus Rubeus. . . . . . .

**Transfretavit comes Ricardus et alii multi nobiles crucesignati.** [cf. ib. p. 194.] Eodemque anno comes Ricardus, paratis omnibus ad transfretandum neccessariis, movens de castro suo de Berkamestude, venit in capitulum Sancti Albani, valedicens fratribus, se peregrinaturus orationibus eorum devotus commendabat; et postea Londonias[d], iminente pentecoste, ubi domino regi, fratri suo, et legato et aliis magnatibus valedicens et committens filium suum Henricum, heredem suum, cum possessionibus suis custodie regis, versus Doveram gressus maturavit. Qui et quot nobiles cum eo transierunt, in Libro reperies additamentorum[2]. . . . . . .

Procurante vero[e] rege, electus est in episcopum Herefordensem magister Petrus de [cf. ib. p. 195 sq.] Egeblanke, nascione Transmontanus. . . . . . .

**Magister Andelmus consecratur in archiepiscopum Armachcanum.** [cf. ib. p. 196.] Die vero sancti Ieronimi magister Andelmus, nacione Coloniensis, presente rege et legato, [Sept. 30.] consecratus est in archiepiscopum Armachcane ecclesie. . . . . . .

Monachi Dunelmi . . . regem, ut moris est, adierunt petituri, ut concederet iustam [cf. ib. p. 197.] eligendi facultatem. Et concessit, instanter petens, ut Bonifacium, avunculum regine, vel electum[f] Herefordensem sibi assumerent, licet[g] de illis nulla precesserat mencio, in suarum regimen animarum.

**Magister Simon Normannus abiectus est.** . . . Hic[h] tamen unum laudabile [cf. ib. p. 182.] fecit, videlicet, quando fuit baiulus sigilli regis, non consensit cuidam voluntati regie impetuose nec sigillum voluit apponere: voluit enim rex unum theloneum concedere comiti Flandrensi Thome preter magnum redditum quem recepit annuum de scaccario; quodsi hoc fieret, lesio enormis foret corone et dampnum[i] similiter inestimabile. Hoc autem in Maioribus cronicis Beati Albani[3] plenius annotatur. . . . . . .

**Penituit imperatorem procurasse concilium convocari.** Et eodem [cf. ib. p. 199 sqq.] tempore imperatorem penituit procurasse convocari concilium generale, quia vehementer[k] formidabat, ne aliquid contra eum ibidem statutum condicionem suam deterioraret, cum multi de capitalibus suis inimicis publicis et manifestis illuc convocarentur. Illos igitur premuniendo persuasit, ne in[l] perdicionem suam eundo vel redeundo — prelatos[m] — concilium[n] adirent celebrandum, sicut diligebant suas personas et bonorum suorum indempnitatem. Multi tamen prelatorum, plus timentes Deum quam hominem, sicut dominus papa [cf. ib. p. 203.] eos per elegantem epistolam scriptam in Libro additamentorum[4] animaverat, ad iter alacriter sese procinxerunt.

*) Scuta victorum Francorum non procul a Gazre *inversa depicta sunt in marg. c., inter quae scutum*[5] de Bar *caeruleum duos mullos barbatulos erectos, a tergo se tangentes, aureos exhibet.*

a) F. *c.* b) et c. *in marg. c.* c) *sic in marg. c.* d) veniens *e Cron. Mai. suppl.* e) v. r. *in loco raso, ubi adhuc legi potest:* aut cogente. f) *in loco raso c.* g) licet — mencio *in loco raso c.* h) Hic — annotatur *in marg. c.* i) dapn. *c.* k) vehementer — igitur *in loco raso c.* l) *superscr. c.* m) *melius ante* premuniendo *ponendum.* n) conc. ad. cel. *in marg. suppl. c.*

1) Potius Cron. Mai., supra p. 191 sq. 2) Potius in Cron. Mai., supra p. 194, n. **. 3) Cf. etiam supra p. 311. 4) Potius in Cron. Mai., supra p. 202 sq. 5) Non exstat in Cron. Mai.

1240. Comes Ricardus navigans, in Terra Sancta prospere cum tota sua classe et comitatu in Oct. 9. portu applicuit Aconensi 12. die post festum sancti Michaelis. . . . . . .

Terribile pronosticum de piscibus in mari[a] pugnantibus. . . . Balene enim circiter 9[1] preter alias beluas marinas in litore maris Anglie contermino mortue et quasi in aliquo certamine mutuo lese ad aridam sunt proiecte[b]. Quod[2] in triste pronosticum scilicet discordie inter sacerdocium et imperium interpretatum est.

cf. Cron. Mai. p. 200. Floruerunt in Alemannia sancte Elizabeth et Hildegardis. Temporibus quoque sub eisdem floruerunt in Alemannia fama et miraculis sancte Elizabeth et Hildegardis. . . . . . .

1241. Anno quoque gratie 1241. . . . Venit Petrus de Sabaudia in Angliam. cf. ib. p. 201. Circa eosdem quoque dies Petrus de Sabaudia, avunculus regine, cui rex comitatum Richemundie contulerat, venit in Angliam, quam sibi[c] iam senserat fructuosam, vir quidem prudens et circumspectus. . . . . . .

cf. ib. p. 201 sq. Obiit rex Dacie Waldemarus[4]. Eodemque tempore rex Dacie Aethelmarus[d] etate centenarius, cum iam fere quinquaginta[3] annis regnasset et multum terre super infideles in ore gladii, unde septem[e] episcopatus ordinavit, viriliter adquisisset, viam universe carnis ingressus, filio suo primogenito regnum reliquit; qui eodem anno in fata concessit. Quibus successerunt duo fratres, videlicet Henricus et Abel, qui sese odio habentes, guerram diu inter se continuarunt. Et dum hii huic, alii alteri regnare volenti adheserunt, totum regnum divisum in se desolacionem induit et confusionem. . . . . . .

cf. ib. p. 204. Monachi Cantuarienses . . . elegerunt Bonefacium Provincialem sibi in archiepiscopum. . . . Instabat enim rex importune oportune, ut Bonefacium, Provincialem nacione[f], ortu generosum, sed etate, ut ait conventus, insufficientem, scolis inexpertum, [eligerent[g]]. . . . Bonefacium, regine[h] avunculum, generosum in suarum pastorem animarum elegerunt.

cf. ib. p. 215 sqq. De capcione prelatorum in mari. Cum autem imperator Fretthericus[i] prelatos omnes premuniendo dissuasisset, ne ad concilium venirent, insimul[k] et Ianuenses, qui duces eis constituti sunt, et dominus papa eosdem animando persuasisset, et ipsi plus Deo quam homini obedientes, apud Ianuam navigaturi naves ascendissent et a portu exissent, Henricus, qui et Ensisis[l] dicitur, filius videlicet Fretherici imperatoris naturalis, ex precepto patris cum Pisanis et[m] multis aliis[n] ipsis obviam hostiliter veniens, cepit illos irreverenter nimis in[o] mari. In quo certamine multi capti sunt de Ianuensibus, aliqui submersi, aliqui trucidati, necnon de prelatis multi submersi perierunt. Capti vero, immo vere captivi, ex precepto dicti imperatoris per longum maris tractum usque Neapolim ducti sunt incarcerandi. Fuerunt vero in mari circiter 15 diebus ardenti soli et muscis vincti ad invicem et voluntati crudelium piratarum expositi, compressi, famelici et sicientes. Inter quos erat Otto, qui aliquando legatus in Anglia multis fuit[p] honoribus exaltatus. . . . . . .

cf. ib. p. 219. Colligitur pecunia ad opus[q] domini pape. Remanserunt autem post recessum legati duo papales clerici quasi vices legati in[r] colligenda pecunia suplentes[1], videlicet Petrus Rubeus et Petrus de Supino; de[2] quorum argumentosis extorsionibus, ne aures tinniant audiencium, melius est silere quam aera fedando recitare. . . . . . .

Mai. 3. cf. ib. Die igitur invencionis sancte crucis comes[5] naves ascendens, pelago se commisit et in Sicilia, in portu de Trapes prospere applicuit. Ubi audivit lugubres rumores, videlicet quod rex Francorum, reddendo mala pro bonis, contulisset comitatum Pictavie fratri suo, sibi prius concessum; similiter de capcione prelatorum et de aucmento odii et guerre inter cf. ib. p. 220. papam et imperatorem. Cito igitur occurrit imperator, faciens comiti inauditos honores et beneficia, et simul in epulis[s] et sermocinacionibus conrecreabantur[t]. Et locutus est comes cum sorore sua, imperatrice Ysabella, quod multum desideraverat. Et missus est comes inter ipsum imperatorem et papam, ut pacem reformaret, pluries, ubi frustra[u] nimis labo-

a) ^ma *c.* b) *ita Cron. Mai.;* proiecta *c.* c) sibi — circumspectus *in schedula agglutinata.* d) W. *c.* e) *sic c. sicut codex* 1 *Cron. Mai.* f) nacone *(sic)* o. *in loco raso c.* g) *postea abrasum c.* h) regine — suarum *in schedula postea agglutinata, sub qua Madden legit:* sibi in suarum. i) F. *c.* k) i. et *in loco raso c.* l) *sic c.* m) *bis scr. c., ubi quaedam verba abrasa sunt.* n) *in marg. c.* o) in m. *in marg. suppl. c.* p) f. h. *in loco raso c.; in marg. stilo plumbeo scr.:* donatus honoribus, affluens. q) o. d. *in schedula agglutinata c.* r) in c. *in loco raso c.* s) epl'is *c.* t) con *superscr. c.* u) *superscr. c.*

1) *Undecim* Cron. Mai. 2) Non e Cron. Mai. 3) *Quadraginta* Cron. Mai. melius. 4) *Sex* Cron. Mai., ubi cf. notas. 5) Ricardus Cornubiensis a Terra Sancta redux.

ravit; desideravit[1] enim sicienter[a] liberare captivos citra mare, sicut liberaverat captivos in 1241.
partibus transmarinis. . . . . . .

Inventum est stagnum metallum in Alemannia. Eodem anno inventum[b] cf. Cron. Mai. p. 220.
stagnum metallum purum, primum et purissimum, in Alemannia per[1] unum Cornubiensem
expulsum a solo natali, in magnam iacturam comitis Cornubie Ricardi; quia antea non
erat alibi in universo mundo nisi in Anglia, scilicet Cornubia, stagni fodina. Unde propter
copiam precium viluit apud institores. . . . . . .

Obiit papa Gregorius IX. Cum autem rota fortunalis mundanum statum sic cf. ib. p. 221 sq.
revolveret, fama diatim accrescens christianorum climata pervolavit, quod papa Grego-
rius IX[c], dolores undique emergentes impotens amplius sustinere, quos mundus[d] undique
sibi suscitaverat, 11. Kalendas Septembris viam universe carnis est ingressus, etate cente- Aug. 22.
narius et multo vite sue tempore calculosus et[e] senio confractus. . . . . . .

Impedita fuit eleccio papalis pro multiformi desolacione Romane cf. ib. p. 222.
ecclesie. Sublato autem de medio, ut predictum est[f], papa Gregorio, impedita fuit
papalis eleccio; unde nostris non evenit temporibus, ut tam sedes[g] illa diu ut tunc vacasset.
Multiformiter enim fuit ecclesia Romana tunc temporis desolata ac perturbata; duo nan-
que cardinales eminenciores detenti fuerunt in carcere imperatoris.

De mortibus quorundam potentum. Ipso quoque tempore obiit Prenestinus cf. ib. p. 222 sq.
episcopus imperatori inimicissimus, de[1] quo idem imperator sepe in epistolis suis[2] faciens
mencionem, graviter conqueritur. Obiit quoque eodem[h] tempore ad magnam ecclesie
Romane confusionem magister Robertus de Sumercote cardinalis, ad officium papale dignis-
simus, qui nascione Anglus, omnibus amabilem se exhibuerat; obiit autem in Regia-solis,
dum [de[i]] eleccione papali tractaretur. . . . . . .

Eligitur in papam magister Galfridus Mediolanensis. Tempore cf. ib. p. 224.
quoque sub eodem cardinales, pauci iam facti a tribulacione malorum et dolore, dispersi
corporibus et mentibus, congregati, licet cum difficultate[k], elegerunt in papam magistrum
Galfridum Mediolanensem, virum moribus preditum et scientia, sed annosum et declinan-
tem. Unde, cum iam vix 17 diebus sedisset, prematura morte preocupatur[l]. Et sub eodem
tempore obiit Ricardus Hanibal cardinalis. . . . . . .

Obiit imperatrix Ysabella. Obiit etiam eodem anno gloria et spes Anglorum, cf. ib.
Ysabella imperatrix Romanorum, soror scilicet regis Anglorum Henrici[m] III, in[n] partus dis-
crimine; unde imperator scripsit regi in hunc modum: *Fretherieus* etc. Quere in Libro
additamentorum[3]. . . . . . .

Anno gratie 1242. . . . Applicat comes Ricardus; occurrit rex. Comiti 1242.
vero Ricardo applicanti Kal. Februarii[4] occurrit rex gaudenter. . . . . . . cf. ib. p. 225.

Rex transfretat. . . . Idus Maii . . . apud Portesmue naves ascendit, concomi- Mai. 15.
tantibus regina sua et fratre suo comite Ricardo. . . . . . .

Revertitur comes Ricardus et multi nobiles, tedio affecti et pau-
pertate. Comes igitur Ricardus et multi cum eo[f] nobiles tedio affecti et paupertate,
cum comperissent moram eorum in partibus illis[5] inutilem, immo dampnosam, petita, sed
non optenta a rege licentia, armis, equis et pecunia destituti, tristes et inglorii revertuntur.
Et navigantes post longa et tristia maris pericula, vix in Cornubia, dispersi tamen, portum cf. ib. p. 226.
attingere potuerunt. . . . . . .

De obitu quorundam nobilium. . . . Obiit quoque unus filiorum imperatoris, cf. ib. p. 226.
scilicet Henricus*, longo carcere maceratus. . . . . . .

Transiit igitur annus . . . imperio[1] turbulentus, ecclesie inimicus. . . . . . .

Anno gratie 1243. . . . Prelati incarcerati permittuntur liberi abire. 1243.
Eisdemque temporibus postulabant instanter cardinales imperatorem[a], ut liberos permit- cf. ib. p. 227.

*) *In marg. depictum est inversum* Scutum Henrici filii imperatoris, *quod in dextra parte aurea dimidiam aquilam bicipitem nigram, in sinistra rubra dimidiam crucem argenteam volutis terminatam exhibet.*

a) *in marg. c.* b) est *suppl. Madden e Cron. Mai.* c) IXus *in marg. c.* d) m. u. *in loco raso c.*; tamen ipse sibi *Cron. Mai.* e) et s. c. *in loco raso c.* f) *superscr. c.* g) s. i. *post* tam diu *ponendum erat.* h) eorum *c.* i) *suppl. ex Cron. Mai.* k) diffic. *c.* l) *sic c.* m) II. *c.* n) in p. d. *in marg. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. supra p. 165. 183. 216. *Febr. protelavit. Audiens* etc. supra p. 225, l. 14;
3) Potius in Cron. Mai., supra p. 224 sq. 4) Cron. unde forte hic error exortus est. 5) Wasconia.
haec habent: *Rex moram Londoniis usque ad Kal.*

1243. teret abire prelatos, quos tenuit, precipue cardinales, incarceratos, ut libere eleccionem suam de papa substituendo sine fratrum mutilacione celebrarent, promittentes fideliter, quod talem sibi papam providerent et crearent, qui in nullo eidem rebellis, paci profecto sane[a] consentiret. Quibus verbis fidem adhibens imperator, omnes prelatos incarceratos iussit liberari. . . . . . .

cf. Cron. Mai. p. 227 sq. **Universitas Francorum cum ipso rege persuadet, ut cardinales papam ecclesie providendo eligant.** Per idem tempus rex et Francie universitas miserunt sollempnes nuncios ad curiam Romanam, precise et efficaciter persuadendo, ut ipsi cardinales papam rite constituentes[b], universali ecclesie solacium pastorale maturius providentes, eligerent, ne vicium invidiae[c] et cisma eorum sit causa ruine tocius christianitatis et corruptela; vel ipsi Franci[d] negligentiam eorum de sibi eligendo et providendo summo pontifice citra montes, cui in domino Christo obedire[e] tenerentur, quantocius[f] contractarent. Et hoc audacter significabant, confisi de antiquo privilegio suo per sanctum Clementem beato Dionisio concesso et optento; qui, dico, beatus Dionisius mittendus ad predicandum fidem Christi Francis optinuit apostolatum in[g] dignitatem predicandi et docendi gentibus cismontanis. Unde[h] ipsi cardinales quasi quibusdam stimulis, hinc imperatoris, inde Francorum, agitati, Romam convenientes adierunt, ut papam eligerent, ibidem congregati. . . .

cf. ib. p. 228. **Sinebaldus cardinalis electus est in papam.** Eodem anno die nativitatis Iun. 24. sancti Iohannis creatus est in papam Sinebaldus cardinalis, nacione Ianuensis, postquam Iun. 29. vacaverat sedes papalis per annum et 9 menses. Et die apostolorum Petri et Pauli confirmatus est, et vocatum est nomen eius Innocentius IIII. Et statim confirmavit sententiam in imperatorem latam a predecessore suo; unde imperatoris ira iam in furorem et odium est conversa. Posuit igitur in exitibus viarum, portuum et pontium arctas custodias, ne bullarum portitores libero transitu transmearent. Nec multo post[i] duos Minores in[k] contemptum ordinis suspendit.

cf. ib. **Detestabilis discordia inter Templarios et Hospitalarios.** . . . Templarii fratres Theutonicorum[l] ecclesie sancte Marie in contumeliam imperatoris a finibus suis propulsarunt, iram Dei super capita sua cumulantes et inimicos crucis pro[m] discordia extollentes. . . . . . .

cf. ib. p. 229. **Comes Ricardus desponsavit Cinciam[1].** Eodemque anno comes Ricardus Nov. 23. desponsavit Cinciam, filiam Reimundi comitis Provincie, sororem[n] regine, die sancti Clementis apud Westmonasterium cum honore[o] maximo. . . . . . .

cf. ib. p. 228. **Rex multum honorat et ditat Beatricem comitissam Provincie.** Eisdemque diebus dominus rex supra quam credi posset Beatricem comitissam, matrem scilicet regine, que cum Cincia, filia sua, comiti Ricardo, ut predictum est, maritanda, venerat in Angliam, honoravit et impreciabilibus ditavit muneribus, redditibus et possessionibus.

cf. ib. p. 230. **Denigratur fama imperatoris.** Diebus quoque sub eisdem obfuscata est imperatoris fama non mediocriter, et affirmative divulgatum est, quod numquam divina audire curabat vel aliquod de Deo audire eulogium, quin sannas vel contradicciones faceret, numquam orare, numquam ecclesiasticas personas, ut deceret, venerari nec etiam in fide catholica sane loqui vel sentire vel a concubitu muliercularum Sarracenarum abstinere; immo pocius Sarracenos in imperium vocavit et permisit eos civitates et castra edificare, roborari et multiplicari. Recesserunt igitur ab eo multi nobiles, videlicet marchisii de Monte-ferrato et de Malaspina, et civitates averse sunt ab eodem, scilicet Vercelle, Alexandria et multe alie. In Alemannia quoque multi retro[o] abierunt et adversabantur ei, archiepiscopus scilicet[l] Coloniensis et multi maxime ecclesiarum prelati. Et quod lamentabile[p] erat, multi excommunicati adheserunt eidem Fretherico[q], claves ecclesie contempnendo[r], ita quod fides christiana[s] dispendium pati ac periculum iam vacillans vehementer, nisi Dominus manum supponeret, formidabatur.

cf. ib. **Eligitur rex Alimannie[t].** Congregati igitur multi Germanorum, amici scilicet

a) *superscr. c.; deest Abbr. Chr.* b) constitu *in loco raso c.* c) invidia, *sed e adiect. c.* d) propter *suppl. Madden e Cron. Mai. codice 2.* e) obidere *c.* f) cius *superscr. c.* g) et *emendandum.* h) *in loco raso c.* i) *superscr. c.* k) in c. o. *in loco raso c.* l) Thout. *c.* m) p. d. *in marg. c.* n) s. r. *in marg. c.* o) *in marg. c.* p) iam. — formidabatur *in loco raso c.* q) F. *c.* r) contepnendo *c.* s) christina *c.* t) Alim̃ *c.*

1) V. Henrici III. tabulam ap. Michel, 'Rôles Gascons' I, nr. 217: 3000 *marc. ei concessimus cum Sanchia; 3. die Sept.*

ecclesie, in regem Alemannie, quasi in arram imperii, virum elegantem, genere[1] preclarum, andegravium de Duringia in dominum[a] et regem instinctu pape sibi elegerunt, et homagium[1] cum fidelitate facientes eidem, auxilium et consilium usque ad capitum exposicionem immutabiliter spoponderunt.
1243.

Humiliatus est imperator. Verum qui oderunt imperatorem iam iam extulerunt caput; humiliatus est igitur imperator aliquantulum secundum illud propheticum: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine!* Intermeantibus igitur nobilibus et profundi consilii personis, tractatum est diligenter de pace inter ecclesiam et imperatorem. Sed quod voluit papa noluit imperator, scilicet iurare, ut staret ecclesiastice censure absolute, nisi precongnitis causis et previsa via, se[b] pape omnino humiliare nec quomodolibet quedam adquisita, ad imperium iure antiquo spectantia, resignare. Et sic procurante humani generis inimico, ira rediit rediviva.
cf. Cron. Mai. p. 230. — Ps. 82, 17.

Otto cardinalis factus est episcopus Portuensis. Et circa dies illos factus est Otto cardinalis episcopus Portuensis. Et amicus effectus est[c] qualisqualis imperatori, quia[d] eundem captivum liberaverat[e]; contra[1] spem ipsius imperatoris et promissionem propriam factus est ceteris hostibus ipsi perniciosior.
cf. Cron. Mai. — cf. ib. p. 224. 227.

Custodiuntur vie transalpine. Ipsis temporibus, ne ditatus papa habundaret[d], fecit imperator omnes vias transalpinas districte custodiri et omnes xenia pape vel munera deferentes spoliari et bullas referentes capi et captos incarcerari.
cf. ib. p. 234.

Quedam[f] mulieres in Alemannia, scilicet Beguine, esse inceperunt. Temporibus quoque sub eisdem quidam in Alemannia sub numerosa multitudine, mulieres precipue, habitum et mores religiosorum sibi assumentes, Beguinos sive Beguinas sese fecerunt appellari, ratione[1] nominis incongnita, et auctore[1] penitus ignoto. Mulierumque numerus in brevi adeo multiplicabatur, ut in civitate Colonie plura[1] milia invenirentur. . . .
cf. ib.

Annalis conclusio. Transiit igitur annus ille ecclesie periculosus, imperio[1] flagiciosus, . . . Ytalicis[1] adversarius, Germanie[1] turbulentus. . . . . .
cf. ib.

Anno gratie 1244, qui est annus regni regis Henrici[g] III. 28, fuit idem rex ad natale Domini apud Walingeford conviva comitis Ricardi; ubi nimis fastigiose convivantes, invitatis fere omnibus regni nobilibus, reliquias nuptiarum comitis celebrarunt. Erant quidem ibi Beatrix Provincie comitissa et eius filie[h], regina[i] et nova nurus et nupta Cincia, quibus rex cum summo conamine se serenum exhibuit[k] et iocundum. Et post festum sancti Edwardi, cui interfuit, volente sic rege, ipsa comitissa ad patriam suam remeavit.
Dec. 25. ib. — 1244. Ian. 5.

Missus est in Angliam magister Martinus ad[l] colligendum pecuniam in auxilium pape. Circa idem tempus misit dominus novus papa Innocencius IIII.
cf. ib.

novum[m] in Angliam pecunie extortorem, magistrum videlicet Martinum, autenticum papale deferentem et multiplici armatum potestate excommunicandi, suspendendi[1] et multipliciter puniendi et vexandi Anglie prelatos, maxime tamen religiosos. Qui impiger officio sibi commisso tam vigilanter intendebat, ut, qui cum tribus[1] tantum equitaturis, computato mulo pro equo, advenerat, iam cum 10 palefridis numeroso incedebat comitatu. Suspensis enim prelatis a beneficiorum collationibus, vacantes redditus et prebendas rapuit, quibus papa vel ipse voluit, nullo contradicente, distribuendas. Insuper procurationes non modicas et munera exegit et extorsit. In quo facto multorum corda cruento

— quem Frethericus quandoque Romanorum imperator in quantum potuit dampnificavit et variis lascescivit[n] iniuriis et multimodis insidiis in ecclesie universalis dedecus et nocumentum circumvenire nitebatur, adeo quod, ut dicitur, venena[1] mortifera propinabantur — misit in Angliam magistrum Martinum, nuntium suum ac familiarem, ut ad opus suum, immo pocius tocius ecclesie, que tam valido impetebatur inimico, pecuniam colligeret et auxilium efficax postularet. Quod[2] dominus rex de licentia super hoc flagitatus benigne concessit, et iccirco[1] beniugnius, quia iam dicti Fretherici fama denigrabatur, eo quod non erubuit mulierculas — sed[o] meretriculas — Sarracenicas in publico habere concubinas et
cf. ib. p. 242. — cf. ib. p. 234. — cf. ib. p. 244.

a) dom. et r. i. p. *postea add. scriba c.* b) se p. o. h. *in marg. loco raso c.* c) est q. *in loco raso c.* d) *in loco raso c.* e) liberaveraverat *c.* f) *rubra in loco raso c.* g) H. *c.* h) *corr. ex* filia *c.* i) r. et *in marg. c.* k) exhubuit *c.* l) ad c. p. in a. p. *in schedula agglutinata, sub qua scr.:* domini pape clericus. m) *quae hac columna exhibentur, a Maddenio lecta, prius scripta erant; quae in altera columna exstant in schedula his superfixa leguntur; iam schedula iterum superposita est.* n) *sic c.* o) scilicet *forte emendandum.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Prorsus aliter in Cron. Mai. a. 1244, sed cf. a. 1245, supra p. 251.

1244. dolore sauciavit. Et[a, 1] mallet iam ecclesia *cf. Cron. Mai. p. 131. tali carere pastore quam, proh[b]! talem habere exactorem.

cf. ib. p. 235. Febr. 9. Obiit Iohannes de Columpna cardinalis. Sub eodem tempore, in octavis videlicet purificationis beate virginis, obiit vas superbie et omnis contumelie Iohannes de Columpna cardinalis Rome. Qui inter omnes cardinales genere, castris et[c] secularibus fuit potentissimus; unde efficacissimus discordie inter imperatorem et papam exstitit cf. Matth. 7, 16. seminator et sustentator. Et qui spinas teneras et tribulos[d] plantaverat, non poterat, etiamsi voluisset, eradicasse; iam enim odium in altum radices suas dilataverat propagando....

federa et amicicias cum soldanis, precipue cum Babilonico, inire et contrahere[e]. Insuper*, cum sororem ipsius regis Ysabellam sibi matrimonio copulaverat, promisit Frethericus[f] memoratus, quod iuvaret potenter et efficaciter ipsum regem, ut revocaret a dominio regis Francorum terras suas ultramarinas, sed optenta nobili puella cum[1] 40 milibus marcarum, nihil[1] fecit de premissis. . . . . .

1245. Venit[2] episcopus Birithensis in Angliam Walerannus nomine, nobis lugubres rumores de Terra [Sancta[g]] deferens per cartam omnium magnorum prelatorum Orientalium sigillis roboratam, queque[h] omnibus audientibus timorem incussit et dolorem. Cuius summa hec 1244. cf Cron Mai. p. 242. est: *Succubuerunt in bello de conventibus domus milicie Templi, Hospitalis sancti Iohannis et Sancte Marie Theutonicorum preelecti*[i] 33 *Templarii*, 26 *Hospitalarii; et tres fratres Theutonici evaserunt tantummodo, omnibus*[k] *aliis peremptis et captis, et*[l] *captivatis nec redemptis. . . . De . . . preceptore Sancte Marie Theutonicorum et quam pluribus aliis religiosis et clericis, cum non apparuerint, nescitur*[m] *quid sit de ipsis*. . . . . .

cf ib. p. 243. Iun. 28. De magna perturbacione domini pape. Temporibus sub eisdem, videlicet vigilia apostolorum[n], significatum fuit domino pape in fide bona, quod, iubente imperatore, trecenti milites Tusci erant in veniendo ipsa nocte, ut ipsum apprehenderent. Dominus igitur papa nimis attonitus in hora primi sompni, relictis papalibus ornamentis, veterem induit Sinebaldum et leviter armatus equum ascendit velocissimum, manu non vacua. Et vix cubiculariis suis consciis, clam subitoque discedens, non equinis pepercit lateribus, fugit, ita quod ante primam 34 miliaria pertransivit, nemine comitante vel sequi prevalente. Postea vero venit Petrus de Capua. Venerant ibidem, scilicet ad castrum dictum Civitas-vetus supra mare, in occursum pape 23 galee, propter quod argumentum coniecturatum est, quod diu ante provisum fuit hoc. Hiis galeis prefuit potestas Ianue, quem admiratum vocant, et maiores civitatis, qui

*cf. ib. p. 247. se omnes iactitabant esse domini pape[o] propter retributionem.

fere[p] omnes asserebant se* esse amicos pape, affines vel consanguineos.

cf. ib. p. 243. Intravit igitur unam galearum illarum dominus papa et eadem via navigantes[q] [per[r] mare], Iul. 1. ubi capti erant prelati de quibus predictum est, in tempestate magna navigando, die Veneris sequenti applicuerunt in portu insule cuiusdam Pisanorum, ubi, ut respirarent, una nocte Iul. 5. latitabant. Die vero Martis in magno tempestatis discrimine pervenerunt Ianuam letabundi. Distabat autem papa ab urbe Romana, unde venerat, 15 dietis. Receptus est autem cum Matth. 21, 9. leticia magna a concivibus suis, quia ibidem natus fuit, dicentibus: *Benedictus qui venit in*[s] cf. Cron. Mai. p. 247. *nomine Domini!* Et ibi promisit papa conferre illis et suis consanguineis multa ecclesie beneficia[t].

cf. ib. p. 243 sq. Imperator fallitur et dolet. Obstupuit imperator hiis auditis, et dolens se[u] in suo impio deceptum proposito, ad alia se convertit ulcionis[v] argumenta. Et extunc fecit papa acclamari Frethericum[f] imperatorem esse manifestum ecclesie persecutorem. Fecit nanque adhuc ipse imperator vias custodiri, ne ad ipsum papam

a) Et — exactorem *in marg. et partim abrasa c.* b) dolor *suppl. Madden.* c) possessionibus *suppl. Madden ex Cron. Mai.* d) tbulos *c.* e) contratrahere *c.* f) F. *c.* g) *suppl. e Cron. Mai.* h) queque — dolorem *in schedula agglutinata c.* i) *postea add. c.; deest Cron. Mai.* k) *deest Cron. Mai.* l) et c. n. r. *in marg. c.; des. Cron. Mai.* m) nec scire potuimus *Cron. Mai.* n) Petri et Pauli *suppl. Madden e Cron. Mai.* o) consanguineos *supplendum.* p) fere — consanguineos *in schedula agglutinata, sub qua lectio prior altera columna exhibita exstat.* q) nies *in loco raso c.* r) p. m. *creta in marg. c.* s) i. n. D. *superscr. c.* t) benefici *c.* u) se — convertit *in loco raso c.* v) u. a. *in marg. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) In Cron. Mai. recte sub a. 1245; ubi tamen epistola (ed. Luard IV, p. 337) ad a. 1244. data est.

| | | |
|---|---|---|
| . . . [pecuni]am [portave]rant, et propter quam liberius recipiendam illuc properaverat, . . . | habentes[a] negocia[b,1] expedienda, ex partibus maxime occidentalibus, pervenire valuissent. | 1244. |

Animatur andegravius, ut ad imperium hanelet. Diebus sub eisdem, animantibus domino papa et Mediolanensibus et aliis imperatoris rebellibus, andegravius[*] memoratus tractatum habuit et consilium, ut regnum Alemanie, quod est quasi arra Romani imperii, sibi assumeret per ecclesiasticum auxilium cicius[c] adquirendum. Sed procurante austucia[d] imperatoris, hoc negocium suspensum cepit cum dilacione detrimentum. cf. Cron. Mai. p. 244.

Suspectum nimis maritagium. Ipsorum quoque temporum curriculo, ut partem suam magis roboraret, imperator nuptui dedit cuidam Grecorum potentissimo nomine Battacio, Romane ecclesie exoso et inobedienti et ideo cismatico, filiam[e] suam facie[1] nimis speciosam. . . . . . . cf. ib.

Festo vero sancti Barnabe fuit dominus rex apud Sanctum Albanum. . . . [Fuit[f] autem ibidem magister Martinus, pape clericus, quem multi Mastinum propter suam rapacitatem et aviditatem appellabant. . . .] . . . Ut regem Scocie potencius impeteret, vocavit in sui adiutorium comitem Flandrie Thomam, qui mandatis regiis obtemperavit. . . . . . . Iun. 11. cf. ib.

Interim misit dominus imperator domino regi Anglie et barnagio magistrum Walterum de Ocra, nuncium suum consuetum, imperiales[g] literas deferentem. Quarum summa est[h] talis: 'Supplicamus, admonemus, prohibemus, ne in dampnum nostrum et vestrum aliquid pape contribuatis'. Quod si fieret, si quem Anglicum sive prelatum inveniret[h] sive alium, gravi puniret ulcione. Tandem vero, ne corda hec audientium diu suspendantur, Deo permittente[i] propter peccata populi Anglicani, procuratum est, ut tam domino regi naturali nostro, cuius magnifici patres ecclesias Anglie fundaverunt, dotaverunt[k] et ditaverunt, omnes succurrerent et pape, patri spirituali[l] pro ecclesia universali dimicanti, non deessent. Et sic Anglia cf. ib. p. 245.

| | |
|---|---|
| quasi inter duas molas contrita, diatim induit confusionem et paupertatem. . . . . . . | neutri[m] nolens deesse, quasi inter duas molas compressa diatim languit exinanita. . . . . . . |

Adest comes Flandrie Thomas. Sub eisdem diebus applicuit comes Flandrie Thomas apud Doveram cum 100[1] militibus et 200[1] servientibus in succursum domini regis Scociam expungnare proponentis. Et cum ad Sanctum Albanum idem comes et frater eius electus Cantuariensis pervenissent, occurrit eis magister Walterus de Sufeld electus Norwicensis. . . . . . . cf. ib. p. 246 sq.

Rex cum excercitu copioso versus Scociam proficiscitur. . . . Ne[2] tot christianorum sanguis funderetur, intermeantibus comite Ricardo et aliis utriusque regni optimatibus, reformata est pax feliciter inter ipsos reges. . . . . . .

Circa idem tempus se transtulit papa ad Astensem civitatem, ut[1] promcius obviaret occidentalibus sua[n] negotia expedire cupientibus. Inde vero post modicum temporis spacium, deceptis vel corruptis imperatoris custodibus, iter clamdestinum arripuit versus Lugdonum[d]. . . . . . . cf. ib. p. 248.

De morte quorumdam magnatum. Obierunt . . . Willelmus cognomento Briwere episcopus Exoniensis, comitissa Flandrie, uxor comitis Thome. cf. ib.

Transiit igitur annus ille . . . ecclesie suspectus, Ytalie vero turbulentus. cf. ib.

Anno gratie 1245. . . . Cantuariensis electus Bonefacius[o] et Wigorniensis et Herefordensis episcopi Romanam curiam adituri, occulte et subito, nesciebatur ad quod[d], transfretarunt. [Electus[p] naves ascensurus apud Doveram, in triste presagium iussit nemora archiepiscopatus abscidi et vendi et quasdam collectas et tallias tam in clero quam in populo fieri inauditas, acsi[1] ad illam ecclesiam indignanter sectaret[q] extirpandam. Et[1] tunc monachi Cantuarienses propriam miseriam congnoscentes, percusserunt pectora sua, facti sui penitentes]. . . . . . . 1245. cf. ib. cf. Luc. 23, 48.

*) vius memorat *in schedula superfixa, sub qua prior lectio:* miles Alemannie.

a) *in loco raso c.* b) negocia — valuissent *in schedula agglutinata, sub qua lectio prior altera columna exhibita partim a Maddenio legi potuit.* c) *c. s. partim abrasa c.* d) *sic c.* e) filiam — speciosam *in marg. c.* f) Fuit — appellabant *sub schedula iam iterum agglutinata legit Madden.* g) imperales *c.* h) *superscr. c.* i) *corr. ex* permuto *c.* k) *in loco raso c.* l) *corr. in marg. ex* spiritu *c.* m) neutri — exinanita *in schedula agglutinata, sub qua lectio prior altera columna exhibita a Maddenio lecta est.* n) s. n. e. c. *in loco raso c.* o) B. *c.* p) Electus — penitentes *sub schedula agglutinata legit Madden.* q) *sic Madden.*

1) Non e Cron. Mai. 2) E Cron. Mai., ed. Luard IV, p. 380.

1245. cf Cron. Mai. p 249. **Excommunicatur imperator.** Tempore quoque sub eodem fecit dominus papa excommunicare imperatorem Fredericum et ipsum fecit enunciari excommunicatum per totam Franciam et[1] Angliam. . . . . . .

cf. ib. p. 250. Mart. 26. **Mandatum domini pape de concilio generali.** Anno eodem circa medium quadragesime venerunt nuncii domini pape in Angliam de convocando concilio generali tale prelatis mandatum papale baiulantes: *Innocentius episcopus, servus servorum Dei, filiis* etc., que[*] in autentico pape scribuntur. . . . . . .

cf. ib. p. 251. Mai. 21—23. **De quodam incendio apud Lugdunum dampnoso.** Diebus vero rogacionum, dum[1] ministri papales una noctium crapulis [se[a] de]dissent, quedam domini pape camera cum omnibus contentis est combusta, asserentibus nonnullis sinistre interpretantibus, quod gratis accensa est, ut scilicet sic occasionem acciperet dominus papa exigendi pecuniam propter restaurationem. Sed cum incendium plus quam credebatur deseviret, combusta sunt et alia que habebantur cariora. Et fuit multorum assertio, quod detestabilis illa carta, que de tributo Anglie sub rege Iohanne confecta fuerat, eodem incendio in cinerem [est[b] redacta]. . . . . . .

minus[c] caute ignem custodirent, incendio repentino conbusta[d] est camera domini pape apud Lugdunum. Ministri[1] autem, ut suam excusarent desidiam et imperitiam[e], dicebant, incendiarios occultos missos a Fretherico ignem occulte subposuisse, ut ipsum papam sic peremisset[f]. Creditur etiam ipsam cartam de tributo Anglie feliciter[g] fuisse illo igne[h] combustam. . . . . . .

cf. ib. Fecit insuper dominus rex eodem tempore per singulos Anglie comitatus[i] summam redditum Romanorum et virorum Ytalicorum, quos Romana curia violenter ditaverat; et inventa [est[k]] summa redditum annuorum 60 milia marcarum meri redditus absque infinitis et assiduis extorsionibus, que ad tantum[1] numerum ascendere iudicantur. Confecta est tunc epistola prolixa per regni universitatem mittenda querimonialis ad concilium generale deferenda, in qua extorsiones papales et exactiones . . .[1]

cf. ib. p. 262. cf. ib. p. 251. cf. ib. p. 254. ditaverat[m] auctoritas; et inventa est summa redditum eorum, videlicet meri redditus, exceptis hiis que de multorum prelatorum cameris recipiunt premiis et donativis, ad[*] plus ascendisse quam redditum summa, quam dominus rex de toto regno suo percipere consuevit. Confecta est inde carta[n], quam[1] eleganter dictavit Robertus de Sotingduun[2], querimonialis ad concilium generale presentanda.

cf. ib. Electi sunt igitur ad hoc nuncii sollempnes comes Rogerus Bigod, Iohannes filius Galfridi, Willelmus de Cantelupo, Philippus Basset, Radulphus filius Nicholai et magister Willelmus Powic, clericus domini regis. Franci[o, 1] quoque prolixam querimonialem epistolam pro oppressionibus quibus per Transalpinos gravantur ad concilium mittunt, que alibi[3] propter prolixitatem eius scribitur ad tale signum ✡. . . . . . .

cf. ib. Magister Martinus securus et protectus usque ad Doveram indempnis pervenit. . . . Cum autem dictus Martinus Lugdunum pervenisset, gravem coram papa super predictis reposuit querimoniam, sed papa cum occultis minis omnia dissimulavit[p], tempora[1] promittens sereniora[q]. . . . . . .

cf. ib. **Consecrantur Lugduni quidam prelati.** Anno quoque sub eodem consecrati sunt a domino papa Lugduni Bonefacius[r] in Cantuariensem archiepiscopum, magister Ricardus de Withz in episcopum Cicestrensem. . . . . . . .

cf. ib. p. 256 sq. **Celebratur concilium generale.** Alcius igitur solis orbita cursum peragente,

*) que — scribuntur *in schedula agglutinata, sub qua Madden legit:* Inspice in Libro additamentorum *(et rectius in marg.:)* vel in Magnis cronicis[4].

a) *haec legi non possunt.* b) est r. *suppl. Madden e Cron. Mai.* c) minus — Anglie *in schedula agglutinata, sub qua prior lectio alterius columnae exstat.* d) *sic c.* e) imperiam *c.* f) peremissent *corr. Madden.* g) fel. — combustam *ad calcem pag. c.* h) fuisse *iterum add. c.* i) inquiri *supplendum e Cron. Mai.* k) *suppl. Madden.* l) *rasura;* continebantur *suppl. Madden e Cron. Mai.* m) *in loco raso c.;* auctoritas — presentanda *in schedula agglutinata, sub qua lectio prior alterius columnae apparet.* n) carta — Sotingduun *in marg. c.* o) Franci — signum *in marg. c.* p) *in loco raso c.* q) *in loco raso;* oportuna *in marg., sed abrasum c.* r) B. *c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. de hoc regis iusticiario et electo rhetore et fautore S. Albani Cron. Mai. V, p. 184. 394. 642. 3) Lib. addit., supra p. 252, n. *. 4) Supra p. 250.

congregati sunt Lugduni ex multis mundi partibus prelati vel eorum procuratores secun- [1245.] dum papalis mandati tenorem concilium generale celebraturi. Cuius[1] concilii acta et statuta plenius in quam* plurimorum libris, ne tanti concilii acta deleantur, annotantur. . . . Imperator Frethericus ignominiose ab imperio depositus est**. . . . . . .

Crucesignato rege Francorum, signantur multi nobiles, . . . videlicet [cf. Cron. Mai. p. 272.] frater dicti regis Robertus comes Atrabatensis, dux Burgundie, dux Braibancie, comitissa Flandrie cum duobus filiis suis, . . . comes Barrensis, . . . advocatus de Bettun et multi alii de regno Francorum utriusque sexus, divites[a] et optimates. . . . . . .

De mortibus quorundam magnatum. . . . Eodemque tempore anni obiit Gal- [cf. ib. p. 251.] fridus de Trane cardinalis, domino pape specialissimus. Obiitque Reimundus*** comes Pro- [cf. ib. p. 272.] vincie. . . . . . .

Clipei . . . heu! prostrati. . . . In Provincia amici nostri comitis de Provincia [cf. ib.] Reimundi, qui eodem anno mortuus est. . . . . . .

Anno gratie 1246, qui est annus regni domini regis Henrici III. 30, fuit idem dominus [Dec. 25.] rex ad natale Domini Londoniis . . . una cum fratre suo comite Ricardo. . . . . . . [cf. ib. p. 273]

De[b] parlamento in quadragesima[1]. Medio vero quadragesime, videlicet die [cf. ib. p. 274. 1246.] qua cantatur *Letare Ierusalem*, edicto regio convocata convenit ad parlamentum generalissi- [Mart. 18.] mum regni Anglicani totalis nobilitas tam prelatorum quam militum, ut de statu regni iam vacillantis, prout urgens exegit necessitas, contrectarent. Angebat enim eos gravamen intolerabile a curia Romana incessanter illis irrogatum. . . . Provisum est insuper[c] in dicto parlamento, ut adhuc scriberetur domino pape efficaciter, ut ab oppressionibus cessaret consuetis. Scripserunt igitur per se episcopi, scripserunt abbates et priores, scripserunt [cf. ib. p. 275.] comites et barones, scripsit et ipse rex, ita[1] ut omnium scripta corda ferina poterant emollire; sed omnes litus arabant et lateres abluebant[2]. Scriptum est simili modo cardinalibus. [cf. Ovid. Trist. V, 4, 48.] Hec[1] omnia scripta in libris reperiuntur† plurium historiagraphorum[d, 3].

Frethericus causam suam intendebat iustificare. Temporibus quoque [cf. Cron. Mai. p. 276.] sub eisdem Frethericus, quem nominare imperatorem prohibet ecclesia, ut suam famam, que longe lateque iam fetorem teterrimum exalavit[d], in aliquo restauraret, precipue quam de heresi contraxerat infamiam redimendo, hanc epistolam nobilibus Anglie[e] transmisit, quos omnes speraverat cum rege viriliter contra importunitates Romane ecclesie velle ac posse resistendo sui regni iura contueri:

*Frethericus* etc. *prelatis ecclesiarum, comitibus et baronibus*[e] *universis per regnum Anglie* [cf. ib.] *constitutis, quibus ostense fuerint litere presentes, salutem et omne bonum. Etsi cause nostre iusticiam vulgaris fame preloquium* etc.; quere[1] residuum in[f] libris historiograforum[3], qui talia intendunt ad multorum futurorum instruccionem perpetuare. Sed[1] vidi, *vidi*[g] *impium* [Ps. 36, 35. 36.] *exaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat.*

Andegravius, qui in regem Alemannie iam eligitur, auxilio pape [cf. Cron. Mai. p. 218 sq.] valde roboratur. Dominus igitur papa vigilanti sollicitudine causam suam contra Frethericum cupiens promovere et ipsum irremediabiliter conterere, procuravit, ut andegravius[h] Duringie, qui in regem, eo procurante, Alemannie exaltabatur, multo ditaretur thesauro et multis preesset dominans optimatibus, precipue prelatis, quibus de iure poterat dominari. Frethericus igitur, positis insidiis, nitebatur baiulos thesauri papalis spoliare, opponens contra[i] andegravium Conradum, filium suum, regem[k] videlicet Alemannie, ut impetus andegravii, novi[l] regis, cui dominus papa cornua dederat, potenter refrenaret; unde guerra in Alemannia iam initum[d] cruentissimum cepit incrementum. Quadam vero

*) quam pl. — annotantur *in schedula agglutinata, sub qua scr.:* in Libro additamentorum[3].

**) *Ad calcem pag. depictus est papa concilio praesidens, dextera manu tenens rotulum, cui rubro inscr.:* Omni bonore privamus Frethericum, *dum imperatoris nuncius abiturus est, qui tenet rotulum, cui inscr.:* Dies ista dies ire, calamitatis et miserie. [cf. ib. p. 258, n. *. 268.]

***) R. c. Pr. *in marg., ubi scutum rubrum depictum est, quod palos aureos exhibet; subscr. rubra:* Obiit Reimundus comes Provincie, pater regine. *Verba quae sequuntur abrasa sunt.* [cf. ib. p. 272, n. *.]

†) rep. p. h. *in schedula agglutinata, sub qua Madden legit:* Libro additamentorum[g] reperiet sedulus indagator.

a) d. et *superscr. c.* b) Magnum parlamentum medio XL[e], *sed corr. c.* c) *in marg. c.* d) *sic c.* e) et *suppl. Madden ex Cron. Mai.* f) in libris — erat *in loco raso c.* g) *sic bis c.* h) andraegravius *c.* i) conra *c.* k) regem — andegravii *in loco raso c.* l) novi — refrenaret *ad calcem pag. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. Terent. Phorm. 1, 4, 9: *Laterem lavem.* 3) Exstant in Cron. Mai.

1246. die magni belli, dum idem rex Conradus cum andegravio bellum consereret, magni viri Germanie, quos rex Conradus credebat habere fidelissimos, in ancipiti hora certaminis muneribus[a] corrupti terga dederunt, facti de amicis inimicissimi; unde a campo fugiens ad patrem suum inglorius remeavit.

cf. Cron. Mai. p. 279. Maritata est iunior filia comitis Provincie. Diebus quoque sub eisdem Reimundi comitis de Provincia iam defuncti filia natu minor, procurante Beatrice, matre eius, maritata est Karolo, fratri regis Francorum iuniori, cum tota Provincia, rege Anglo- cf. ib. p. 273. rum penitus experte et excluso. Quod tamen dominus rex Anglie, qui tot honores in ipsam Beatricem congesserat, minime[b] creditur promeruisse.

cf. ib. p. 280. Comes Sabaudie homagium facit domino regi Anglorum. Sub eodem tempore comes Sabaudie Amideus[c], dominum regem Anglie diligens, in presentia domini archiepiscopi Bonefacii[d] et episcopi Herefordensis Petri[e] et aliorum nobilium, qui absenciam regis suplebant[c], fecit hominium et[*, 1] fidelitatem domino regi Anglorum in manu archiepiscopi Cantuariensis Bonefacii[d] cum iuramento et fidei interposicione. Sed[f, 1] et hec et alia eo fiducialius scripsi, quo[c] ex precepto regis accepi. . . . . . .

cf. ib. p. 282. Qualiter Fretthericus laqueos conspirancium in necem suam evaserit. Et dum mortalium status rota mundialis sic variasset, Fretthericus, quem imperatorem appellare quisque prohibetur, et quem universalis ecclesia a culmine imperiali precipitavit, laqueos conspirancium in necem suam casualiter sive miraculose evasit occultatos. Super quo casu mirabili epistolam satis prolixam domino regi Anglorum transmisit, in[1] qua tocius series prosecucionis plenius continetur; quam in libris multorum[**, 2] sedulus cf. ib. p. 284. inspector poterit reperire. Similiter magister Walterus de Ocra, clericus Fretherici et consiliarius ac nuncius specialis, de eodem scripsit domino regi. Quorum scriptorum summa est, quod dominus papa et eius consilium conspiraverunt in necem ipsius Fretherici; quod[1] absit, quia incredibile est. . . . . . .

cf. ib. p. 286. Annalis conclusio. Transiit igitur annus ille . . . ecclesie[1] universali nocivus, adversarius imperio, . . . Romane curie inimicus[g] et turbulentus, Germanie[1] bellicosus.

cf. ib. 1247. Anno Domini 1247. . . . De conspiracione quorundam magnatum Francie contra papam. Diebus autem sub eisdem tepuit devocio fidelium circa matrem ecclesiarum Romanam ecclesiam propter iniuriosas pecunie cotidianas extorsiones, unde quidam Francorum nobilissimi contra dominum papam et Romanam curiam in periculum tocius universalis ecclesie et fidei christiane detestabilem fecerunt conspiracionem, confederaciones, iuramenta et epistolas mutuas inter se conficientes. Que vix per[1] regis Francorum peritiam et[1] papalis mitigacionis certas promissiones et cleri moderamina, cuius etiam res agebatur[1], est sopita. Quorum, inquam, magnatum proposita, conspiraciones et scripta tam contra clerum quam dominum papam in libris[***] Francigenarum[3] plenius conscribuntur; que poterunt perlecta admiracionem, immo novum stuporem generare. . . . . . .

cf. ib. Adducuntur ultramarine puelle maritande nobilibus Anglie. Et dum nec adhuc memoratum concilium[4] solveretur, Petrus de Sabaudia comes Richemundie, domini regis secretissimus consiliarius, ad curiam regis, scilicet Londoniam[h], perveniens, secum de partibus suis longinquis incongnitas Anglis genere et loco nacionis puellas nobilibus Anglie, quos in custodia sua dominus rex educaverat[i], adduxit maritandas. Quod multis Anglie naturalibus et indigenis, qui se spretos censuerunt, molestum videbatur et absurdum. . . .[†] . . .

*) et f. *in schedula agglutinata, sub qua legitur:* sive homagium.

**) *Haec vox in loco raso, in quo erant scr.:* Libro supplementorum[2]; *in marg.:* libris aliquorum.

***) l. F. *in schedula agglutinata, sub qua Madden legit:* Libro additamentorum, *et superscr.:* et cronicorum Sancti Albani.

cf. ib. p. 290. †) Obiit andegravius Duringie, ad cuius promocionem, ut imperaret, dominus papa infinitam effudit pecuniam; hic Henricus Raspe dicebatur *rubra ad calcem pag. sub imagine duorum clipeorum: superior divisus in sex segmenta triangularia, quorum alterum est caeruleum, alterum aureum, singula in medio habent globum rubrum, in centro exhibet septimum globum rubrum maiorem; inferior caeruleus aquilam auream praebet. Henrici mortem, cuius mentio nunc infra p.* 424. *fit, olim hoc loco in contextu iam abraso narratam fuisse, ex hac nota concludit Madden.*

a) *corr. ex* muneribiles *in marg. c.* b) m. cr. *in marg. c.* c) *sic c.* d) B. *c.* e) P. *c.* f) Sed — accepi *in loco raso c.* g) infamis *eras. et superscr.* imicus *(sic) c.* h) Lond' *c.* i) educacaverat *c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. supra p. 82, n. 14. 3) Potius in Cron. Mai. 4) Londoniense, Febr. 3.

**Timuit sibi papa de vita sua et latuit.** Diebus sub eisdem missi sunt sub- 1247. cf. Cron. Mai. p. 288. doli et multis muneribus et amplioribus promissis corrupti, ut more Assessinorum alterum vel utrumque[1], scilicet Frethericum vel papam, interfectum veneno vel sicha raperent de medio. Unde dominus papa sibi timens, latuit inclusus apud Lugdunum in camera quasi in carcere, multis armatis nocte dieque custoditus, vix[a] ausus in populo verbum Domini seminare. . . . . . .

**Frethericus fecit omnes de Calabria et Apulia iurare fidelitatem** cf. ib. p. 290. Dubium[2]. **Henrico, filio suo.** Dum autem horum temporum curricula volverentur, Frethericus fecit omnes Apulos, Siculos[b] et Calabres iurare fidelitatem et facere homagium et liganciam dilectissimo filio suo Henrico, scilicet[c] nepoti domini regis Anglie. Quod et ipse, nec mirum, nimium acceptavit.

**Willelmus comes Holandie eligitur in regem Alemannie*.** Eisdem- cf. ib. p. 291. que temporibus ira inter papam et Frethericum in tantum odium est induratum et confirmatum, quod idem papa vigilanter ad eiusdem Fretherici[d] confusionem ignominiosam intenderet. Electus est igitur, ipso procurante, Willelmus comes Holandie in regem Alemannie, quia andegravius Duringie iam obierat, in cuius promocione ecclesia infinitam pecuniam effuderat. Insuper in promocionem Willelmi novi electi in regem Alemannie et in imperatorem promovendi inestimabilem pecuniam promittebat.

**Applicat in Anglia episcopus Sabinensis cardinalis.** Tempore quoque cf. ib. sub eodem applicuit in Anglia de licencia domini regis episcopus Sabinensis, Romane curie cardinalis, iturus in partes boreales, videlicet in Norwagiam, ut ibidem officio legacionis fungeretur et in regem ungeret Hachonem, ipsius terre regem, atque sollempniter coronaret. . . . . . .

**Applicuit Baldewinus[e] imperator Constantinopolitanus.** . . . A Greco- cf. ib. rum finibus . . . aufugit spoliatus, licet ipsum dominus papa fovere incepisset et de

| | |
|---|---|
| thesauro[f] et multiplici predicatione et indulgentia iuvisset contra Vastagium, generum Fretherici, inaniter dimicantem. . . . . . . | thesauris suis ditasset. Cuius mali seminarium et causa fuit Vastagius Grecus. . . . . . |

**Maritate sunt quedam advene puelle quibusdam nobilibus Anglie.** cf. ib. p. 292. Et eodem anno, mense Maio, domino rege propter hoc a festo sancti Vitalis usque in crasti- Apr. 28. num[g] apostolorum[h] Philippi et Iacobi apud Wudestoc commorante, maritate sunt ille puelle Mai. 2. alienigene, quas adduxerat Petrus de Sabaudia, Edmundo comiti Lincolnie et Ricardo de Burgo, adolescentibus nobilibus valde, quos dominus rex in regia sua per aliquot annos educaverat. . . . . . .

**Frethericus Parmam obsedit[i].** Sub eisdem diebus, cum sol ad equinoccium cf. ib. p. 293. descenderet autumpnale, Frethericus cisalpinans versus partes festinavit Lugduni cum excercitu copiosissimo; unde vehementer timebatur, ne in[h] ipsam personam papalem et cardinales, tanquam obstinatus propter induratum odium, quod inter eos inveteraverat, hostiliter irrueret, cum prudenter, procurante eodem[i] domino papa, civitas Parmensis cepit hostiliter recalcitrare et se contra Frethericum[d] communire. Quod cum audisset Frethericus[d], omnes vires suas regressus contra Parmenses congregavit et civitatem eorum hostiliter obsedit et edificavit in circuitu civitatem tam magnam et populosam sicut et ipsa civitas Parmensis obsessa[k], proponens certe eam quocunque fine occupare; sed ipsi se viriliter defendebant.

**Magnates Alemannie Willelmo, quem elegerant in regem, homa-** cf. ib. p. 294. **gium faciunt.** In crastino vero sancti Michaelis magnates Alemannie, ad quos ius Sept. 30. eleccionis spectat, electo suo Willelmo comiti Holandie fecerunt homagium et ligantiam et omnem adhibuerunt diligentiam, ut apud Aquisgrani coronaretur; sed ipsi qui partem cf. ib. p. 295. foverunt Fretherici prohibuerunt. . . . . . .

*) *Ad calcem pag. depicta sunt duo scuta*[2]*: 1. aureum leonem salientem rubrum; 2. in capitali (superiori) parte rubra leonis salientis aurei partem dimidiam superiorem (inferiore parte caerulea vacua relicta) habet; rubra subscr.:* Scutum Willelmi comitis. Primum scutum eiusdem de Holandia aspirantis ad imperium.

a) vix — seminare *in loco raso c.* b) Siclos *c.* c) *in loco raso c.* d) F. *c.* e) B. *c.* f) thesauro *(sequente verbo . . .* uto *abraso)* — dimicantem *legit Madden sub schedula agglutinata, quae* thesauris — Grecus *exhibet.* g) *post corr.* crastino *c.* h) apostorum *c.* i) Nobilis urbs *in marg., sed abras. c.* k) *superscr. c.* l) *postea eadem manu scr. c.*

1) De papa solo hoc narravit Matheus in Cron. Mai. 2) Non e Cron. Mai.

1247. cf. Cron. Mai. p. 295. Rediit comes Ricardus de partibus transmarinis. Die vero apostolorum Oct. 28. Simonis et Iude rediit[a] comes Ricardus[b] sanus et incolumis de partibus transmarinis. . . . . . .

cf. ib. p. 290. Obitus quorundam nobilium. Anno sub eodem obierunt quidam nobiles, videlicet andegravius Duringie, qui procurante papa electus fuit in regem Alemannie. . . . . . .

cf. ib. p. 295. Annalis conclusio. Transiit igitur annus ille . . . ecclesie spoliator, Ytalie cruentus, Alemannie turbulentus.

cf. ib. 1248. Anno Domini 1248. . . . Beatrix, mater regine, venit in Angliam. Anno quoque sub eodem Beatrix, relicta comitis Provincie Reimundi, comitante Thoma de Sabaudia, quandoque comite Flandrie, ut filias suas visitaret, venit[c] honorifice[d] in Angliam, set ante[1] tempus vernale recessura. . . . . . .

cf. ib. p. 296 sq. Confuso Fretherico, triumpharunt Parmenses. Anno nempe sub eodem Parmenses obsessi comperientes, Frethericum, qui eos obsederat, ad[e] ulteriora se contulisse, exierunt subito cum impetu magno, invenientesque et invadentes excercitum Fretherici, qui sibi non tantum castra, sed etiam civitatem sibi[f] edificaverat, quam Victoriam appellabat, ipsum totaliter in ore gladii dissiparunt multosque trucidantes, reliquos in fugam compulerunt. Dirruta[f] igitur ipsa nova civitate, asportantes arma, utensilia et thesaurum ipsius Fretherici, occisoque eiusdem speciali consiliario Thadeo, cives cum triumpho in civitatem suam letantes remearunt. Hec cum audisset Frethericus, non se pre dolore capiens, argumentose cogitavit sese vindicare et infra breve tempus, excercitu revocato, obsidionem continuavit. Huius rei[g] eventus series, Deo[h,1] disponente, ad decus ecclesie et dedecus Fretherici[i] terminum est sortitus[f]. . . . . . .

cf. ib. p. 298. Frethericus ducit uxorem et dat nuptui filiam suam Thome de Sabaudia. Eodemque anno Frethericus, ut partem suam magis contra papam roboraret, uxorem ducit filiam cuiusdam prepotentis[2], et Conradus, filius suus, similiter; qui per hoc cf. ib. p. 295. multis nobilibus sunt confederati. Memoratusque Frethericus[i] filiam suam nuptui dedit Thome de Sabaudia quondam comiti Flandrensi[3], tum[1] quia miles erat strenuus, tum ut genus suum et Sabaudienses sibi iungeret universos. . . . . . .

cf. ib. p. 300. Capitur[k] Aquisgrani, et novus electus ibidem coronatur. Eodemque tempore civitas Aquisgrani, ubi ab antiquo solebant reges Alemannie in imperatorem promovendi in regalique cathedra ibi existente sullimari et coronari et in regem acclamari, cum multos insultus et famem acerbam sustinuisset, nec posset eam Conradus liberare a Germanicis, reddita est eisdem. Et in cathedra[l,1] Karoli, ut moris est, coronatus est Willel- Nov. 1. mus comes Holandie per manum Conradi Coloniensis archiepiscopi die omnium sanctorum. . . . . . .

cf. ib. p. 301. De quodam horribili casu in partibus Sabaudie. Eodemque tempore* in partibus Sabaudie, videlicet in vallibus Moriani[f], quedam ville cum suis inhabitantibus, scilicet quinque, obrute sunt, montibus per particularem terremotum super eas cadentibus; unde circiter 7[1] milia hominum et tres domus religiosorum miserabiliter perierunt.

cf. ib. p. 301 sq. Duo nuncii Tartarorum venerunt ad papam. . . . Dicebatur quoque, quod domini pape propositum fuit, inde quoque tractatum fuit[m] secrecius, ut, si christianismi titulo insigniretur rex ille Tartarorum, ipsum mitteret cum omnibus viris et viribus suis super Vastigium[f] Grecum, generum Fretherici, cismaticum christiane[n] fidei, domino pape et imperatori Baldewino rebellem, et[1] postea super ipsum Frethericum contra Romanam curiam recalcitrantem. . . . . . .

cf. ib. p. 302 sq. Ne curetur! Eodemque[o] anno frater Matheus, huius opusculi compositor, ex precepto domini pape missus est in Norwegiam ad reformandum ordinem[4] sancti Benedicti in cenobiis monachorum Nigri ordinis, hoc ductus auctentico:

*) Anno Domini 1244. *stilo plumbeo in marg. c.; cf. p.* 301, *n.* 4.

a) *corr. ex* redit *c.* b) *superscr. c.* c) venit — set *in loco raso c.* d) honorife *c.* e) al *c.* f) *sic c.* g) *superscr. c.* h) Deo — sortitus *in loco raso, in quo olim* in Libro additamentorum[5] *exstitisse videtur.* i) F. *c.* k) civitas *suppl. Madden ex Cron. Mai.* l) *in loco raso et in marg. iterum scr. c.* m) *in marg. c.* n) c. f. *in marg. c.* o) *hoc caput non manu Mathei scr. est.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Error; cf. supra p. 298, n. 1. 3) Hic error habetur in Cron. Mai. a. 1247, ubi cf. p. 295, n. 1. 4) Sicut in Libro addit., supra p. 303, n. *. 5) Supra p. 297, n. *.

*Innocentius* etc. *dilecto filio abbati Sancti Albani in Anglia, ordinis sancti Benedicti* etc. *Cum, sicut ex parte — — Datum Lugduni* 5. *Kal. Decembris pontificatus nostri anno* 5. 1247. cf. Cron. Mai. p. 303. Nov. 27.

. . . Terremotus tercius . . . in hoc proximo evenit triennio in partibus Cisalpinis, unus in partibus Sabaudie, duo in Anglia, quod a seculis est inauditum. 1248. cf. ib.

Annalis conclusio. Transiit igitur annus ille . . . Ytalie inimicus, Germanie letifer. . . . . . . cf. ib.

Anno Domini 1249. . . . Rex ad natale Domini Londoniis, . . . comes Ricardus, frater eius, fuit apud Walingeford cum copiosa mangnatum multitudine convivantium. . . . . . . Dec. 25. cf. ib. p. 304.

Fretherici fama et potestas declinat. Ipsis quoque temporibus Fretherici fama et potestas magnum diatim suscepit[a] decrementum; et merito. Desevit enim tirannice in personas ecclesiasticas[b] nec pepercit viris religiosis nec etiam episcopis. Inter quos suspendi iussit dominum Marcellinum Arethinum episcopum apud Victoriam ab eodem Fretherico[c] fundatam, sed titulis fidelium ascribendam. Hoc autem est[b] actum non sine stupendo miraculo, tercio videlicet die ante suum et loci illius exterminium cf. ib. p. 304 sqq. 1249. Febr. 16.

triumphale. Huius autem eventus seriem in epistola elegantissima et prolixa in Maioribus cronicis scripta sedulus indagator poterit invenire ad hoc signum [symbol][1]. Que epistola auditu horribilis ad multos cum evenisset, medullas auditorum penetrando contra Fretherīcum hostiliter omnes erexisset, nisi curia Romana maculis simonie et usure et aliorum vitiorum coinquinaretur. Sed heu, heu! quod sine lacrimis non possumus recitare, cruentissimus hominum adhuc favorem retinet in odium curie memorate. Equinimius[d, 2] enim laici deliramenta populus sustinet quam ipsius qui speculum morum esse universo mundo reveretur[e]. Fratres[f] autem Minores corpus defuncti, quia sanctum, petierunt et honorifice penes eos sepelierunt. Et hoc in epistola scribitur.

et[g] sequebatur tercio die sequenti magna Fretherici confusio; excercitu[h] enim eius turpiter dissipato, exturbato et aufugato[d], interemptus[i] magnus eiusdem Fretherici consiliarius Thadeus, qui in concilio Lugdunensi pro viribus nitebatur eundem Fretherīcum[c] iustificare. Fratres autem ordinis Minorum corpus sancti martiris, videlicet de quo superius fecimus mencionem episcopi, clanculo de loco penali pie de nocte rapuerunt; et[2] factis pro eo sollempnibus pro posse exequiis, illud honorifice, quod eisdem versum in honorem et comodum, intumularunt. cf. ib. p. 297. *cf. ib. p. 306. cf. ib. p. 259. cf. ib. p. 305.

De maxima confusione que contigit Wintoniensibus. Tempore autem instante quadragesimali, cum apud Wintoniam et[k] in[l] Vintonie[d] partibus supra modum latrones multiplicarentur, . . . duo mercatores de Brebancia de ducentis marcis spoliati in eisdem partibus querimoniam super tam enormi iniuria coram domino rege lacrimabiliter ac clammose[d] reponentes, ipsum dominum regem usque ad cordis amaritudinem commoverunt. . . . Cuius rei prudentissima execucio prolixius ac manifestius cf. ib. p. 304.

in[m] Libro additamentorum[4] poterit inveniri. . . . . . .

[in[n]] rotulis clericorum domini regis poterit inveniri[o]. . . . . . .

Quomodo Fretherīcus pocionacionem et balneum intoxicatum evaserit. Eodem tempore Fretherīcus diversis et arduis causis exagitatus, qui citra montes in ira magna venerat[5], revocante eum urgenciori negocio, scilicet Parmensium[p] rebellione, cum confusione in Apuliam est reversus. Qui cum infirmaretur, purgacione indiguit medicinali et balneo. Sed procurantibus Petro de Vineis, consiliario suo speciali, et eius phisico, in quibus anima sua confidebat, intoxicata fuit medicina similiter et balneum. Super quo premunitus, Fretherīcus fecit duos morti[q] addictos mortis haurire pocionem et[2] balneum intrare, et ilico expirarunt. Fecit igitur tam Petri quam[2] phisici oculos erui, et quia Pisani letaliter oderant Petrum pro quibusdam[r] meritis, missus eis est ad eorum arbitrium occidendus. Quod cf. ib. p. 307.

a) *ad calcem pag. c.* b) *superscr. c.* c) F. *c.* d) *sic c.* e) deberet *forte emendandum.* f) Fratres — scribitur *in marg. c.* g) Et — intumularunt *in schedula agglutinata, sub qua Madden legit* triumphale — reveretur, *quae altera columna exstant.* h) excercito *c.* i) est *suppl. Madden.* k) *in marg. c.* l) *in loco raso c.* m) *haec sub schedula, quae altera columna exhibita continet, a Maddenio lecta sunt.* n) *suppl. Madden.* o) inveneri *c.* p) pm., *in marg.* Par *c.* q) m. a. *in marg. c* r) dam *superscr. c.*

1) Supra p. 304. 2) Non e Cron. Mai. 3) Ib. p. 304 sqq. 4) Potius in Cron. Mai. supra p. 304. 5) Error; cf. supra p. 289, n. 2.

1249. cum Petro innotuit[a], ait illud Senece: *Heu mihi! quia semivivus[b] arbitrio hostium meorum sum perimendus; quia arbitrio inimicorum mori est bis mori!* Et statim ad columpnam, ad quam vinctus fuit, caput suum fortiter allidendo se ipsum excerebravit.

cf. Cron. Mai. p. 308. **Rex Francorum in Cypro hiemans, penuriam patitur cibariorum; set cito ei succurritur.** Per idem tempus cum dominus rex Francorum in[c] Cypro insula hiemans moraretur et penuriam cibariorum pateretur, misit comitem de Bar et dominum de Beugiu ad Venetos et alios vicinarum insularum, litorum[1] et urbium incolas, petens obnoxius[d], ut sibi, qui pro ecclesia universali militavit, in cibariis saltem venalibus subvenirent. Cui Veneti miserentes et miserantes, sex magnas naves frumento, vino, carne[2], ficubus, amigdalis, uvis passis et aliis victualium generibus onustas liberaliter transmiserunt. . . . Quod autem Frethericus cum audisset, ne imferior[d] civibus videretur, transmisit eidem uberiora; unde rex, ne ingratus videretur, supplicavit devotissime domino pape, ut ipsum Frethericum[e] in gratiam suam susciperet, acceptans aliquam pacis formam ab humiliato, ne[1] paganismus de discordia tanta[c] letaretur, et christianitas perturbaretur, et ne peregrinacionis sue inceptum negocium prepediretur.

cf. ib. **Henricus, filius imperatricis Ysabelle, supplicat pro rege Anglie.** Et circa idem tempus sollicitavit Henricus, filius Fretherici et imperatricis Ysabelle, regem Francorum precibus humilimis[d], obsecrans pluries per plures, per quos preciosissima munera eidem transmiserat, pro rege Anglie, avunculo suo, quatinus pro salute anime sue sic[f] pius ac iustus peregrinus iura reddat ipsum contingentia, ne peccatum patris, ira traduce, in insontem filium transfunderetur truculenter, et negocium crucis, Deo vindice, retardaretur. Iussitque[1] tam Frethericus quam filius eiusdem Henricus[g] memoratus eodem tempore, ne per Siciliam, Calabriam et Apuliam cibaria venalia domino regi Francorum negarentur, similiter[h] pro rege Anglorum supplicando. Predicte autem patris et filii peticioni sic dicitur pius rex Francorum respondisse: 'Per sanctissimam[i] qua signor crucem, libenter vellem precibus et desiderio utriusque obsecundare, si consilium meum permitteret, et[1] ipsum Henriotum mihi habere collateralem et adoptivum'. Idem autem rex Francorum in sua peticione pretacta papam[k] durum invenit et inexorabilem. . . . . . .

cf. ib. p. 304 sqq. Vacat, quia hoc prius[3]. **Multiplicatur[l] infamia Fretherici.** Diebus quoque sub eisdem Fretherici fama cepit non mediocriter denigrari. Dominum enim Marcellinum episcopum Aretinum irreverenter nimis, postposito Dei timore et contempta ecclesie sanctitate, viliter fecit trahi ad patibulum in eo miserabiliter suspendendum. Positis vero custodibus, ac[m] triduo episcopus furcis pendens miserum spectaculum et toti ecclesie probrosum prebuit intuentibus. Minores tandem fratres qui[*] sanctum corpus intumularunt dampnati[n] episcopi, et illud Fretherici carnifices de tumulo extrahentes ac per lutum trahentes, iterum suspenderunt, non deponendum absque novi Pilati licentia speciali. Aliosque ecclesie eminentes personas, prelatos sanctos, adeo odibiliter persequebatur, ut multorum gratiam amittere cepit[d] et favorem. Hec[1] autem in epistola plenius conscripta in Libro additamentorum[4] poterunt reperiri.

cf. ib. p. 309. **De obitu archiepiscopi Maguntini et de ampliacione potestatis archiepiscopi Coloniensis.** Temporibus quoque sub eisdem obiit archiepiscopus Maguntinus, vir[1] in Germanie partibus auctoritatis maxime, magnus et indefessus inimicus Fretherici. Sed ne de eius morte idem Frethericus[e] diu gratularetur, dominus papa tradidit ipsum archiepiscopatum iam vacantem potestati ac ordinacioni archiepiscopi Coloniensis, Deo et ecclesie fideliter militantis, et preterea omnes proventus cuiusdam nobilissime abbacie tunc vacantis, cuius abbas superstes tenetur obsequio imperatoris tria milia militum exhibere; nomen illius cenobii Volsa. Memoratus igitur archiepiscopus Coloniensis omnes thesauros utriusque ecclesie accepit[**] et in negociis expendit militaribus. Significavit[1] in-

*) qui — episcopi et *in loco raso, in quo antea scr. erant:* furati sunt corpus ipsius.
**) *in schedula agglutinata, sub qua* abrasit *legit Madden.*

a) innuit, *sed corr. in marg. c.* b) semivius *c.* c) *superscr. c.* d) *sic c.* e) F. *c.* f) sicut *corr. Madden.* g) H. *c.* h) similiter — supplicando *in marg. c.* i) sanctitissimam *c.* k) papa *c.* l) M. i. *iam schedula superfixa operta sunt.* m) *delendum.* n) dampni *c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) *carne — passis* non habent Cron. Mai. 3) Supra p. 425. 4) Immo in Cron. Mai., supra p. 304 sqq.

super domino legato, qui in Alemannia negocia ecclesie procuravit, dominus papa, ut hanc 1249. suam gratiam et concessionem curaret observare inviolabiliter.

Dubium. **Civitas Parmensis artatur.** Sub eisdem diebus, dum Parmenses cf. Cron. Mai. p. 309. nimis iterum artati ad quoddam castellum, quod non longe a civitate sua construxerant, ad sui tuicionem ducentos milites transmitterent, Ensius rex Sardinie, filius videlicet Fretherici naturalis, inde secreto premunitus, paratis insidiis, incautos omnes occupavit. Quos cum vellet patibulis in conspectu civium suspendere, significaverunt ei cives, quod, si ipsos suspenderet, ipsi cives quos detinebant captivos de excercitu Fretherici, talionem rependentes, patibulis presentarent. Et sic suis captivis pepercit Ensius, ipsos reservans redimendos. Parmenses[1] igitur et Bononienses diligentius solito ipsi Ensio insidias paraverunt et[a], ut plus nocerent, confederati sunt indissolubiliter. . . . . . .

**Multa[1] adversa contigerunt Fretherico, nec immerito.** Circa eosdem dies, cum[b] Frethericus, in multos tirannizans, impudenter nimis Arethinum episcopum, ut predictum est, et irreverenter suspendisset et multas alias personas ecclesiasticas turpiter tractasset — immo etiam[c] familiaribus suis et secretis consiliariis ultor fuerat immisericors et punitor, Thadeus insuper[b] sine redempcione[d] interemptus fuerat, Petrus de Vinea et phisicus eius exoculati, ipso sic iubente —, iratus est Dominus et factus est adversarius[e] eidem iuxta illud Augustini super illum locum in salmo[f]: *Cum sancto sanctus eris:* Ps. 17, 26. *Qualis homo Deo, talis Deus homini; et qualis homo proximo, talis Deus homini*[2].

**Capitur Ensius, filius Fretherici*.** Mense igitur Maio, dum Ensius, filius cf. ib. p. 309 sq. Fretherici naturalis, rex videlicet Sardanie, cum suis commilitonibus, adiunctis Cremonensibus, iter faceret per confinia Bononie suis insidiando adversariis, ipsi Bononienses per sagacissimos exploratores de proposito ipsius Ensii certificati et plenius premuniti, paratis insidiis, subitum impetum fecerunt in ipsum et eius excercitum ad quendam pontem qui dicitur Pons Sancti Ambrosii, per quem fuerat transiturus, qui etiam est in medio itineris inter Bononiam et Cremonam. Et facto congressu repente cruentissimo, captus est ipse Ensius et de suo excercitu et Cremonensibus ad[1] septem milia armatorum, et ducti sunt Bononiam, vinculis et carceribus mancipandi. Et ut haberent carcerem tolerabiliorem, coacti sunt dare 18 milia librarum de moneta imperalium[f], que fere valet monetam esterlingorum. Eodemque tempore obiit quidam alius filius[3] ipsius Fretherici. Alius quoque filius eius, videlicet Conradus iam de regno Alemannie precipitatus, Martem in sua guerra cf. ib. p. 301. sibi sensit adversantem. Ipse insuper Frethericus in proprio corpore particulari paralisi cf. ib. p. 310. vel lupo percussus, non[1] iam poterat equo vehi bellicoso vel saltem palefrido, sed curru vel carpento. In Apulia etiam, Calabria et Sicilia, procurante domino papa non segniter et legato[4] ad easdem partes destinato, multi qui ante steterunt cum eo sunt aversi.

**De novo privilegio Cisterciensium.** Anno quoque sub eodem Cistercienses cf. ib. monachi, ne amplius essent contemptui Predicatoribus et Minoribus et secularibus literatis, precipue decretistis et legistis, qui simplicitatem claustralem deridebant, a sede apostolica privilegium impetrabant, ut Parisius et alibi, ubi universitas foret scolarium, scolas licite excercerent, et ad hoc mansiones[g. 5] preparaverunt. . . . . . .

**De paagio de Gisnes[6].** Anno quoque sub eodem dominus rex Francorum relaxando cf. ib. p. 310. paagium de Gisnes, gravamina iniuriosa pro[h] magna parte transeuntium miserando multorum delevit.

**Ecclesia de Bello-loco dedicatur,** . . . presentibus rege Henrico III. et comite cf. ib. Ricardo, fratre eius. . . . . . .

**Instauratur domus ordinis Cisterciensis a comite Ricardo nuper** cf. ib. **fundata.** Dedicata igitur ecclesia de Bello-loco, ut supra dictum est, abbas illius loci, qui in festo dedicacionis quingentas marcas exposuerat, ad instantiam comitis Ricardi domum Cisterciensis ordinis novam, scilicet[i] Hales, quam idem comes secundum votum,

*) *In marg. depictum est scutum in obliquum vergens, cuius dimidia pars dextera viridis est, sinistra aurea exhibet aquilam bicipitem nigram. Subscr. rubra:* Capitur Ensius, filius Fretherici, a Bononiensibus.

a) et ut p. n. *in loco raso c.* b) *in loco raso c.* c) *postea suppl. c.* d) redempcone *c.* e) adversus, *sed corr. in marg. c.* f) *sic c.* g) mansiões *c.* h) p. m. p. *superscr. c.* i) s. H. *superscr. c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Haec in S. Augustini Enarratione in Ps. XVII. non inveniuntur. 3) Ricardus. 4) Petro. 5) In Cardoneto prope S. Victorem Parisiis. 6) Henrici III. tabulas comiti de Gisnes aestate a. 1242. datas v. ap. Michel, 'Rôles Gascons' I, nr. 386. 436.

1249. quod in periculis agitatus fecerat marinis, 20 monachis et 30 fratribus et quibusdam ad eosdem neccessariis instauravit. . . . . . .

cf. Cron. Mai. p. 311. Obiit Petrus de Genevre*. Obiit autem sub eodem anno Petrus de Genevre, nacione alienigena, quem dominus[a] magnifice nimis ditaverat in Hibernia[1], donando ei nobilem puellam Matildem, filiam Walteri de Lasci, cum terris et possessionibus amplis[b] valde ac opulentis, licet ipse Petrus[c] humili, ut[d] dicitur, prosapia fuisset oriundus. . . . . . .

cf. ib. p. 312. Annalis conclusio. Fluxit igitur annus ille . . . Romane curie inimicus, ecclesie turbulentus, . . . Ytalie[2] et Germanie immisericors depredator et perturbator; nam in par- [cf. ib. p. 311.] tibus Germanie victus est Willelmus de Hoilande, quem dominus papa profuso thesauro non minimo antea sustinuerat et[2] ad imperium sullimare[e] proposuerat.

cf. ib. p. 312. Anno Domini 1250. . . . Comitissa Cornubie peperit filium. Eodemque tempore, infra[e] videlicet dies natalicios, comitissa Cornubie Cincia, uxor comitis Ricardi, peperit ei filium apud Berkamestude. Ad quem baptizandum comes vocavit archiepiscopum Cantuariensem, infantis[3] avunculum, qui[f. 2] ilico gaudens advenit. Et quia[2] comes amator fuit sancti Edmundi, vocatum est nomen eius Edmundus ob honorem sancti Edmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris. . . . . . .

1250. cf. ib. Transfretant multi nobiles Anglie. . . . Comes autem Ricardus cum maxima gloria[g] et honore inter omnes et pre omnibus, comitante Henrico, filio suo primogenito, [cf. ib. p. 313.] Franciam pertransiens, Lugdonum[e] pervenit; et venienti omnes fere cardinales occurrerunt, honorem maximum eidem exibentes. Causa autem solius episcopi Lincolniensis, quare scilicet transfretavit, omnibus patuit manifesta. . . . . . .

cf. ib. p. 312. Frethericus de multis suis triumphat adversariis. Ipsis quoque diebus, devicto et affugato[e] Willelmo de Holande, nuper in regem Alemannie promoto et multum per papam ditato et elevato prius, sed in fine confuso, et multis aliis adversariis suis contritis, Frethericus in Parmenses et alios Ytalicos desevit et debacatur[e] et[h] in multos tirannizat vehementer. . . . . . .

cf. ib. p. 313 sq. De maximo honore, quem exhibuit Blanchia et postea papa comiti Ricardo. . . . Lugdunum venienti occurrit fere tota curia papalis. Et ipse sereno vultu illi applaudens dominus[i] papa, ipsum ad mensam invitavit, et coepulabantur immediate, [Apr. 3.] scilicet[k] octavis pasche. Eadem[4] die captus est rex Francorum, ut dicetur in sequentibus. Et facto negocio pro quo ierat, occulto tamen, rediit per Sanctum Dionisium. . . . Die vero [Apr. 25.] Lune proxima ante dies rogacionum venit prospere in Angliam. . . . . . .

cf. ib. p. 316. Frethericus Parmenses et multos rebelles oppressit. . . . Et per idem tempus Frethericus Parmenses et alios Ytalicos sibi rebelles vehementer, victo[2] Willelmo de Holandia, oppressit.

cf. ib. Mandatum flebile transmissum de Terra Sancta comiti Ricardo. Die [Aug. 1.] vero beati Kenelmi, videlicet Kalendis Augusti, comite Ricardo existente Londoniis et ad scaccarium sedente, venit ad ipsum nuncius quidam festinus et tristis, rumorum et literarum baiulus teterrimarum, huius sententie tenorem continentium: 'Totus excercitus christianus in Terra Sancta, constans[5] ex excercitu regis Francorum et quorundam Anglorum, Templariorum, Hospitalariorum, Theutonicorum et fratrum Sancti Lazari confusus, triumphantibus crucis hostibus, devictus occubuit**'. . . . . . .

De terremotu. . . . Factus[6] est etiam cum ipso terremotu tanquam terribilis tonitrus et mugitus subterraneus. Significare[2] igitur dicebantur vel futuram pestem non minimam vel regnorum immutationem vel mortem alicuius principis famosissimi.

*) *In marg. inf. depictum est* Scutum Petri de Genevre *inversum nigrum, quod exhibet leonem erectum argenteum; sed inferius aliud scutum sine colore (id est argenteum. MADDEN) habet leonem erectum nigrum. In Libro addit. VI, p. 473. eiusdem* Scutum nigrum, leo argenteus *depicta sunt, sed leo habet duas caudas.*

**) *Ad calcem pag. depicta sunt sex scuta inversa; inter quae clipeus* Castellani de Sancto Ædemaro *caeruleus habet fasciam argenteam ad libram; clipeus* Castellani de Gant *ad libram dimidiatus parte superiore erminia (quod dicimus 'hermelin') et inferiore nigra constat.*

a) rex *suppl. videtur.* b) a. v. ac *in loco raso c.* c) P. *c.* d) ut d. *postea scr. c.* e) *sic c.* f) qui — fuit s. Edmundi *in loco raso c.* g) g. et h. *in loco raso et* gloria et honore *in marg. iterum scr. c.* h) et in m. t. *in loco raso c.* i) d. p. *in loco raso et iterum in marg. c.* k) scilicet — sequentibus *in marg. c.*

1) Cf. Sweetman, 'Calendar of doc. rel. to Ireland' I, p. 526. 2) Non e Cron. Mai. 3) Potius matris. 4) Potius Apr. 6. Cf. Cron. Mai. p. 317. 331. 5) Cf. Cron. Mai. ed. Lnard V, p. 196. 6) Similia ib. p. 187.

De[a] morte Fretherici. Obiit igitur eodem die maximus principum, mundi 1250. stupor, Frethericus in Apulia, absolutus a sententia qua innodabatur et . . .[b] habitu Cisterciensium cf. Cron. Mai. p. 319 sq. 322. . . .[c] Condidit nobilissimum testamentum, quo . . .[d] per ipsum dam . .[e,*] . . . .

Nota mirabilia, que in hac quinquagena annorum contigerunt. . . . cf. ib. p. 319 sq. Predicante magistro Olivero in partibus Germanie, apparuit omnibus manifeste in aere crucifixus[f] dominus noster Ihesus Christus. Recessit Greca ecclesia a subieccione Romane, Battacio[1] scismatizante[g]. . . . Otto et Frethericus imperatores Romanorum, pape rebelles, excommunicantur et cassantur et[h] turpiter obierunt. . . . In partibus Sabaudie 5 ville cum suis ecclesiis, domibus et incolis, montibus conglomeratis sunt subverse. . . . Item[i,2] in bello commisso apud Bovenas die 7 dormientium, scilicet dominica, imperator Otho[k] prostra- 1214. Iul. 27. tus[1] de equo et iterum vix insellatus[3], victus fugit cum omnibus suis, et Hugo de Boves cum omnibus suis ex alia parte, et cito post submersus[l] in mari; rex quoque Francorum Philippus equo prostratus, vix a mortis discrimine liberatus est, victor tamen et voti compos a campo recessit; capti vero ibidem sunt Saresbirie, Flandrie et Bononie comites preclari, et omnes complices regis Anglorum Iohannis[m] confusi; comes quoque Pelu et omnes qui venerant cum imperatore vel victi vel capti fuerant ignominiose. Concilium generale bis celebratum est, Rome silicet et Lugduni; in ultimo cassatus est imperator Frethericus. In mari, non procul a Ianua captus est Otto cardinalis, quondam legatus in Anglia, cum pluribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatis et clericis quam plurimis necnon et Ianuensibus multis ducatum prestituris. . . . Rex[4] Henricus III. bis[5], ut iura sua ultramarina adquireret[n], transfretavit; sed[o] Fretherici[l] falsis promissionibus delusus, nihil profecit. . . . In partibus autem aquilonaribus ampla pars Frisie et Ruscie per regem Dacie Æthelmarum christianis inhabitatur, expulsis infidelibus. Papa velut exul et profugus, persequente imperatore Fretherico, et expulsus ab Urbe, latitans nunc Agnanie[p], nunc Perisii[p], nunc aliis commoratur civitatibus. Imposuit enim ipse[q] imperator Frethericus[r] pape, quod, cum Deo in Terra Sancta militaret, sibi imperium niteretur subiugare. Templarios quoque de prodicione acusatos[p] idem imperator persequebatur[6]. Post obitum Gregorii pape vacavit sedes papalis per annum et 9 menses. Tres apostolici viri sederunt infra duos annos. Unus quoque cardinalis omnibus prestancior, Anglicus nacione, magister scilicet Robertus de Sumercote, dum[s] de[t] eleccione tractaretur, in palacio quod dicitur Regia-solis obiit, ut dicitur, pocionatus; ceptis tamen residui insistebant. Tandem electus Sinebaldus cardinalis, qui et dictus Innocencius IIII, sequens sui predecessoris vestigia, ipsum imperatorem Frethericum[r] excommunicavit et persequebatur; fugiensque de loco ad locum, tandem Lugdunum pervenit, ubi concilio generali celebrato, ipsum deposuit. Et post[u] eiusdem Fretherici[r] deposicionem elegit ecclesia dominum andegravium de Duringia et postea Willelmum comitem Holandie nitebatur subrogare; sed uno mortuo, alio victo, minime adhuc

*) *In marg. scutum inversum aureum, quod aquilam bicipitem nigram exhibet, depictum est; subscr. rubra:* Scutum imperatoris Fretherici[r]; *ab utroque latere corona inversa apposita est, altera* Corona Ierusalem, *altera* Corona Sicilie *inscr.; quibus add.:* Hee sunt adepte. *Sub his imaginibus iterum depictae sunt tres coronae inversae cum hac rubra*[1]*:* Triplici corona coronatur imperator Romanorum: Aurea ratione imperii Romani, quod quasi aurum toti mundo. Argentea ratione Alemannie[7], que nummismate[p] argenteo ditatur et habundat commerciis, necnon est famosa, unde vulgariter dicitur imperator Alemanie; argentum enim sonorum est. Ferrea ratione Ytalie, que armis et communitis[v] urbibus roboratur[8]; ferrum namque pro armis accipitur, scilicet materia pro materiato. . . .

a) *hoc caput in marg. manu scribae additum, cuius verba quaedam radendo deleta sunt.* b) *rasura c.;* assumpto *Cron. Mai.* c) *rasura c.* d) *rasura c.;* ecclesie *Cron. Mai.* e) dampnificate *Cron. Mai.; reliqua iam non legi possunt in c.* f) *postea suppl. c.* g) *in schedula agglutinata c.* h) et t. ob. *in loco raso c.* i) Item — ignominiose *in marg. inf. c.* k) *corr. ex* Ottho *c.* l) est *supplendum.* m) I. *c.* n) adquireret — profecit *in loco raso c.* o) per imperato *add. c., sed expunct.* p) *sic c.* q) *bis scr., sed alterum linea subducta del. c.* r) F. *c.* s) dum — insistebant *in loco raso c.* t) *superscr. c.* u) post — dominum *in loco raso c.* v) commu] *c., syllabis quibus sequens linea incipere debuisset omissis.*

1) Non e Cron. Mai. 2) Cf. supra p. 45 sqq. 117. 371. 398. 3) Cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 375. 4) E Cron. Mai. ed. Luard V, p. 193. 5) A. 1230. 1242; de legatis a. 1242. e Wasconia imperatori missis cf. Michel, 'Rôles Gascons' I, nr. 313. 324. 6) Cf. supra a. 1229. 7) Errat Matheus; Pusikan, 'Vierteljahrschr. für Heraldik' IX, p. 119, quem cf. de imperatoris scutis s. XIII ex. in ecclesiis Eboraci et Westmonasterii depictis. 8) Potius quia clavum s. crucis continere dicebatur.

cf. Cron. Mai. p. 320. profecit in proposito. . . . Fratres* Predicatores et Minores ex precepto domini pape urgente et obedientia cogente officium subeunt in negociis papalibus peragendis; quibus[1] a domino papa conceditur potestas supra precellentes ecclesiarum tam cathedralium quam conventualium prelatos; quod paucis elapsis annis, videlicet triginta, non credidimus posse evenire. . . . Sancta Elizabeth in Alemannia, filia regis Hungarie, vidua, necnon et sancta Hildegardis prophetissa signis insignibus decorantur. Insuper in eisdem partibus ecclesia militans sanctas nove religionis quasdam mulieres producit, quas populus nominat Beguinas, continentie, orationum et ieiuniorum virtutibus insignitas. . . . Albigensium, Iovinianorum et multorum Ytalicorum hereses que pullulaverant diligentia[a] vigilantissima prelatorum, fratrum[1] Predicatorum et Minorum necnon[1] et[b] miraculis, quibus choruscabant qui in hac diligentia predicando, disputando, convertendo et docendo fideliter decertarunt et pro eadem causa feliciter occubuerunt, exuflantur[b]. . . . [Tepuit[c] fidelium omnium tam cleri quam populi devotio, immo potius exasperatum est odium contra Romanam ecclesiam, adeo quod Fretherícus, licet suspecta in fide persona, omnium fere christianorum favorem habuerit in odium Romane curie]. . . .

cf. ib. Operis huius finalis conclusio. Hic terminantur fratris Mathei Parisiensis, monachi Sancti Albani, cronica. Que — — deleret literis commendavit. . . .

cf. ib. Versus. Virginis — — hic est.

Terminantur hic Mathei
Cronica, nam iubilei
Anni dispensacio
Tempus spondet requiei.
Detur ergo quies[d] ei
Hic et celi solio!

Hucusque scripsit frater Matheus Parisiensis[e].

Siste tui metas studii, Mathee, quietas,
Nec ventura petas que postera proferet etas!

1251. cf. ib. p. 320 sq. Anno Domini 1251. . . . De quibusdam factis in imperio[f]. Tempore quoque sub eodem tres vel quattuor ad[1] minus de qualibet civitate Ytalie et aliqui de civitatibus Apulie[g] Fretherico adversantibus in carceribus[h] sunt detenti, quos omnes proditores suos et rebelles vocare solebat. Mortuoque[i] Fretherico, missi sunt omnes ad Palernam civitatem Sicilie, ut ibi tucius custodirentur a Conrado, filio Fretherici[k]; et hoc de consilio patris, dum in extremis ageret. Aliqui tamen captivorum dati sunt Henrico[l], filio Fretherici[k] et nepoti domini regis Anglie, quos tradidit Conrado custodiendos. Inter quos incarceratos fuit filius marchisii Montis-ferrati, qui commutabilis fuit pro Ensio, filio Fretherici[k], quem Bononienses adhuc captivum retinebant. Ceperunt igitur filii et amici Fretherici[k] roborari et roborati calcaneum contra papam levare; et sic, amputato uno capite, more ydre, quam Hercules occidisse dicitur, multa capita succreverunt. Erat autem Conradus, quia filius fuit filie regis Ierusalem Iohannnis de Bresne, militis invictissimi, et ipse Conradus[m] miles strenuissimus, omnibus de imperio formidabilis. Et Henricus, frater[n] eius, quia filius fuit ymperatricis[o] Ysabelle, omnibus amabilis et nepos christianissimi regis Anglie, universis imperialibus extitit carissimus. Erat insuper uterque elegans et[p] speciosus;

papa vero tum propter curie sue[q] avaritiam, tum propter sui generis aviditatem exosus omnibus[2] habebatur;

Henricus[r] autem secundum sue etatis exigentiam prudens[1] et civilis et nobilium amator specialis;

unde ecclesia, multiplicatis persecutoribus, non mediocriter periclitabatur, dampna multiformia tolerando. Eratque preteritorum infortuniorum recordacio quasi spina in oculo

cf. ib. p. 320. *) Plurimorum ordinum fratres floruerunt: Predicatores, Minores, Cruciferi, Carmeliani, Begewini *ad calcem pag. stilo plumbeo c.*

a) diligentia — exuflantur *in schedula superfixa c.* b) *in marg. c.* c) Tepuit — curie *sub schedula agglutinata a Madden lecta.* d) ques *c.* e) Pariensis *c.* f) De statu imperii *rubra add. in marg. inf. c.* g) *corr. ex* Apilie *c.* h) ibus sunt *in loco raso c.* i) que *in marg. c.* k) F. *c.* l) Henrio *c.* m) *sic iterum scr. c.* n) f. e. *in loco raso c.* o) *sic c.* p) pro sua etate *in marg. add., sed abrasa sunt.* q) *hoc Madden vix legere potuit.* r) Henricus — specialis *in schedula agglutinata, sub qua* papa — habebatur *Madden legit.*

1) Non e Cron. Mai. 2) *imperialibus* add. Cron. Mai.

omnibus pape consencientibus. Henricus enim Raspe andegravius Duringie, quem papa 1251. proposuerat in imperatorem sullimare et pro cuius promocione infinitam effuderat pecuniam, periit in mortem precipitatus. Post mortem cuius in loco eiusdem Henrici[a] electus est comes Gelrensis; sed mortem ignominiosam prioris considerans, recusavit. Post hunc dux Brabantie, qui et Lotharingie, sed et ipse refutavit[b]. Post hunc comes Ricardus, frater domini regis Anglie, qui et onus renuit et pericula. Post quem elegit papa Willelmum Holandie comitem. Qui temere consensit et iam, omnibus amissis, ad suam terram, quam fratri suo reliquerat et dederat, est[c] repulsus; unde muscipulas et promissiones papales detestans, mendicare cogebatur. . . . . . .

Huius[1] quoque mors significata est comiti Ricardo[2], ut prescriptum est[c]; sed[3] modus mortis ipsum latuit atque causa. . . . . . .

P a p a P e r u s i u m v e n i t e t i b i m o r a t u r. Papa a Mediolano recedens Perissium- cf. Cron. Mai. p. 321. que[d] perveniens, ibidem morabatur, quia datum fuit illi intelligi, quod, si Romam perveniret, Romani exigerent ab eo inestimabilem pecuniam quasi debitam, quia[3] immutabiliter steterant[e] cum eo contra Frethericum et sic multum thesaurum exposuerant.

I n s i d i a n t u r m u l t i r e g i F r a n c o r u m. Pisani et Ianuenses insidiantur regi cf. ib. p. 321 sq. Francorum, quem credebant per mare in Franciam rediturum. Quia, cum primo in Damiatam intrassent et eius magnam partem occupassent, Franci supervenientes eosdem occuparunt[f] et procaciter affugarunt[d] et que adquisierant violenter abstulerunt[g]; et sic adversitates diverse regem afflixerunt. . . . . . .

Ne videretur dominus papa in sterili litore sine messis utilitate seminasse, ilico exegit cf. ib. p. 323. a rege provideri filio regis[h] Burgundie cuidam puerulo in redditu marcarum quingentarum. . . . . . .

L i t e r e p a p a l e s o p p r e s s i v e. Tempore quoque sub eodem transmisit dominus cf. ib. p. 324. papa abbati Sancti Albani literas sub hac forma: *Innocentius IIII. episcopus* etc. *dilectis filiis* 1250. *abbati et conventui Sancti Albani Lincolniensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Cum dilectus filius Iohannes de Camezana — — Lugduni* 2. *Idus Decembris.* . . . . . . Dec. 12.

R e c e s s i t p a p a a L u g d u n o. Eodem anno, arridente verna serenitate, dominus 1251. cf. ib. papa recessit a Lugduno, comitantibus cardinalibus et eius familiaribus. Philippus quoque Lugudunensis[d] electus ipsum papam cum ingenti armatorum[i] comitatu salvo conduxit propter Frethericalium laqueos absconditos et insultus. . . . . . .

C r u d e l i t a s a d t e r r o r e m. . . . Dominus papa excommunicavit die cene solempni- cf. ib. p. 326. Apr. 13. ter nimis et nominatim[k] Conradum, filium Fretherici, et omnes eiusdem Fretherici fautores. Sciendumque, quod die Mercurii in ebdomada paschali expense pape, quas adinvenit Philippus Apr. 19. electus Lugdunensis, ut sub manu armata tucius conduceretur, ad plus quam ad trium milium marcarum precium ascenderunt. Recessus igitur pape a Francorum finibus et absentia cornua dederunt popello illi qui Pastores[4] in Francia dicebantur in periculum fidei catholice et ecclesie non minimam lesionem. Isti nempe iam adeo multiplicati[5] et roborati sunt, ut plus quam quingenta signa, que vulgariter vexilla vel banere dicuntur, in suo deferent[d] comitatu, et[3] cuilibet signo 40 vel 50 ex ipsis intendebant. Civitates igitur et civitatum universitates ipsos iam mediocriter formidabant, ita ut viderentur Antichristi tempora suscitari. . . . . . .

D e q u i b u s d a m d e c r e t a l i b u s. Diebus quoque sub eisdem[l] dominus papa cf. ib. quasdam novas composuit decretales, quas sedulus indagator in libris legistarum[6] poterit reperire.

E p i s c o p u s L i n c o l n i e n s i s . . . improbos autem Romanos literas provisionis cf. ib. p. 327. afferentes quasi venenum respuit aspidale[7]. . . . . . .

A n n a l i s c o n c l u s i o. Transiit ergo annus ille . . . domino vero pape et curie Romane cf. ib. p. 328.

a) H. *c.; quod Madden sine causa* Henricus *legens ad comitem Gelrensem refert.* b) *in loco raso c.* c) *superscr. c.* d) *sic c.* e) *corr. ex* steterunt *c.* f) occupare, o *abrasum est, et spatium trium litterarum vacat c.* g) obstulerunt *c.* h) comitis *corr. Madden ex Cron. Mai.* i) *corr. in marg. ex* armatura *c.* k) nominatum *c.* l) eidem *c.*

1) Nodjmeddin Ajub soldani Aegypti. 2) Epistola supra p. 316. laudata. 3) Non e Cron. Mai. 4) Roberto filio Iohannis comitis. 5) *Ad centum milia* Cron. Mai. Cron. Mai. 6) *In Libro additamentorum* 7) Aspidis.

laboriosus, sumptuosus et propter transmigracionem periculosus, Francie et Anglie sub pace pendula suspiciosus, Romanis autem, Ytalicis, Germanicis, Siculis, Appulis et Calabribus adhuc acephalis minime securus. . . . . . .

1252. cf. Cron. Mai. p. 328. Anno Domini 1252. . . . **Creantur multi cardinales.** Verno quoque tempore iminente, ut serenitate anni respiraret ipsa ecclesia, [papa[a]] septem Perisii[b] creavit cardinales provisionibus[1] inhiantes.

cf. ib. **Depauperatur Willelmus de Holand.** Eodemque tempore per varios martis eventus minoratus et depauperatus[1] est tam fama quam pecunia Willelmus de Holand rex Alemannie.

cf. ib. **De primis bubalis in Angliam missis.** Missi sunt comiti Ricardo de partibus transmarinis bubali utriusque sexus, ut huiusmodi animalia in partibus nostris multiplicentur. . . . . . .

cf. ib. p. 329. **De mortibus quorundam.** . . . Et sub eodem tempore obiit magister Ricardus de Wendovre, ecclesie sancti Pauli canonicus, phisicus preelectus. Qui . . . ecclesie Sancti Albani quandam crucem legavit et spontanea contulit devocione, in qua plures reliquie continentur, prout tituli earum protestantur. Hec crux, que[2] eburnea est, quandoque fuerat pape Gregorii et eidem carissima. Et cum memoratus magister Ricardus[c] eius phisicus extitisset, papa moriturus carissimum sibi carissimo, scilicet illam crucem duxerat conferendam. . . . . . .

cf. ib. p. 329. **Wasconia donatur Edwardo, filio regis.** Rex . . . contulit Edwardo, filio suo, Wasconiam, nulla facta mencione de comite Ricardo, fratre suo. . . . . . .

cf. ib. p. 331. Nov. 11. **Venit magister Albertus in Angliam.** Circa festum sancti Martini venit magister Albertus, pape notarius, in Angliam, qui iam elapso biennio prevenerat, quando scilicet parabatur transfretare rex Francorum, ex parte domini pape prohibiturus, ne rex Anglie terras regis Francie peregrinantis impeteret[d]. Nunc autem venit, ut offerret cf. ib. p. 332. 345. 380 sq. comiti Ricardo regnum Apulie. Cui respondit comes: 'Dominus papa mihi dat quod optinere non valet. Nonne vivit Conradus, filius Fretherici, qui regnum illud optinet? Verumtamen, si papa me de thesauro suo iuvet, exponens quantum ego expositurus forem, et michi conferat castrorum aliqua, precipue de suis, ut ibi habeam receptacula et tuta refugia, et[1] salvum conductum de rege Francie ut securus ego et mei omnes eundo et redeundo optineam, impetret et super hiis omnibus me per salvos obsides securum faciat, faciam quod hortaris'. Magister autem Albertus respondit, quod hec omnia sine pape assensu minime auderet[e] promittere, sed super hoc, misso festino nuncio, papam consuleret. Et cf. ib. p. 331. dum nuncium idem magister expectaret, negocio proprio vigilanter intendebat, postulando redditus ecclesiasticos ab abbatibus maxime et religiosis aliis, ita ut, qui macer venerat, parvo tempore habundavit saginatus.

cf. ib. p. 332. **Mandatum Conradi comiti Ricardo.** Interim Conradus, huius rei non ignacf. ib. p. 345. rus, literatorie comiti Ricardo significavit, ne permitteret se fallacibus promissis pape vel papalium circumveniri, qui plus pecunie sue quam honori inhiabant, nec[3] se periculis sterlingorum[f] confisus multitudini[g]; quia plus habundavit ipse Conradus aureis quam comes argenteis, materia, numero et pondere prestancioribus et colore rubicundis. Dicebantque[1] comiti amici eius, quod aer et cibaria nobis occidentalibus sunt insoliti[b] et nocivi[b], incole autem suspecti, poculis utentes venenatis, quibus Siculi et Apuli sunt imfames[b]. Unde cor comitis penitus ab illis est aversum. Cum autem predicta pape nunciarentur, corrugans nares, ait: 'Nolo ipsum comitem thesaurum meum exponendo iuvare nec in aliquo de cf. ib. p. 332. premissis'. Et sic remansit comes indempnis. Albertus vero multis ditatus redditibus, et refertis nummismate clitellis, recessit. Cogitavit autem extunc papa domini regis simplicitatem circumvenire, cum non poterat comitem circumspectum illaqueare.

cf. ib. p. 331. Nov. 18. In octavis autem sancti Martini applicuit in Anglia archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius[h]. . . . . . .

a) *suppl. ex Cron. Mai.* b) *sic c.* c) R. *c.* d) impetere *c.* e) audere *c.* f) sterligorum *c.* g) exponeret *suppl. videtur.* h) B. *c.*

1) Non e Cron. Mai. 2) *Crucis imago eburnea* reiecto gratias egerit, a. 1254. scripsisse dicitur Cron. Mai. 3) Conradus haec in epistola (forte a Matheo conficta), qua Ricardo de papae dono supra p. 345.

**Computatum est et compertum, quod iste papa Innocentius IIII.** 1252. **plures redditus contulit quam omnes predecessores sui.** Diebus sub cf. Cron. Mai. p. 332. eisdem episcopo Lincolniensi computante, compertum et probatum est, quod iste papa, scilicet Innocencius quartus, plures redditus extortos ad suam contulit voluntatem quam omnes eius predecessores. . . . . . .

**Annalis conclusio.** Transiit annus ille . . . turbulentus. . . . Imperium[a] Roma- cf. ib. norum quasi ratis gubernaculo vacillat viduata; . . . Flandria inquietatur[1]; Alemania[1] perturbatur; ecclesia[1] multipliciter dampnificatur.

Anno Domini 1253. . . . Et tunc temporis quidam frater de ordine Predicatorum, 1253. cf. ib. dum predicasset Mediolani et civium non palpando redarguisset errores[b], preventus ipsorum Mediolanensium insidiis, peremptus est. Qui quoniam martir extitit[c], testificantibus miraculis manifestis, canonizatus est.

**Romani constituunt sibi senatorem triennalem.** Romani quendam cf. ib. civem Bononiensem sibi elegerunt in senatorem. Qui noluit consentire, nisi constitueretur triennalis contra Romanorum antiquam consuetudinem et secundum rigorem iusticie puniret delinquentes; et hoc ut[d] ratum haberet, exegit obsides frugales a nobilioribus Urbis. Que omnia concessa sunt illi; senator igitur constitutus est. Nomen autem illi Brancaleo. Ipso non fuit aliquis senator nostris temporibus iustior aut in execucione[e] ulcionis in sontes rigidior[f]. . . . . . .

**Magister Albertus Romam rediit.** Magister Albertus expectans mandatum cf. ib. domini pape et non suscipiens, repatriavit. Non enim prevaluit negocia sua erga comitem Ricardum expedire, nec voluit papa peticioni comitis satisfacere ad hoc, quod ipse comes pape vellet consentire. . . . . . .

Quarto Nonas Aprilis obiit episcopus Cicestrensis magister Ricardus de Wiz, vir cf. ib. p. 333. Apr. 2. eminentis scientie et eximie sanctitatis beatique Edmundi Cantuariensis archiepiscopi clericus quondam. . . . Huius autem assertionibus necnon et magistri Roberti Bacun fratris de ordine Predicatorum certificatus, frater Matheus Parisiensis vitam memorati archiepiscopi scripsit et que a fide dignis didicit diligenter digessit. . . . . . .

**Rogatus est dominus papa, ut Romam veniret.** Per idem tempus, cum cf. ib. dominus papa diucius extra Romam moraretur, Romani, missis nunciis solempnibus, rogaverunt eum, ut Romam rediret, more boni pastoris gregem suum minaturus. Et cum venire cf. Ioh. 10, 11. distulisset, iterum vocabant eum sub hac forma, ut scilicet tunc veniret vel nunquam. Volens igitur eisdem satisfacere et periculum in mora protrahenda evitare, illuc properavit reverenterque susceptus est, ut decuit. . . . . . .

Concessa est Magna carta, et sententia datur super hoc. *Tertio igitur Idus Maii in maiori aula regia Westmonasterii sub* cf. ib. Mai. 13. *presentia et assensu domini H. III, Dei gratia regis Anglie illustris, et dominorum R. comitis Cornubie, fratris sui, et . . . aliorum optimatum regni Anglie nos B., divina miseratione Cantuariensis archiepiscopus, . . . in transgressores libertatum ecclesiasticarum*[g] *. . . excommunicationis sententiam solempniter tulimus.* . . . . . .

**Rex transfretat in Wasconiam.** Octavo[h] vero Idus Augusti, vento arridente, Aug. 6. cf. ib. rex, constitutis comite Ricardo et regina regni custodibus, navem ascendit[i] apud Portesmue. . . . . . .

**Littere episcopi Lincolniensis Roberti ad papam.** . . . Cum vero ista cf. ib. p. 335. littera ad noticiam papalem perveniret[k], ipse papa non se capiens pre ira, ipsum[l] cogitavit in tantam confusionem precipitare, ut toti mundo stupor foret et exemplum formidabile; cf. Deut. 28, 37. sed tamen consilio cardinalium emollitus, sub dissimulacione permisit transire, ne super hoc tumultus excitaretur. . . . . . .

**Discordia inter scolares et fratres Parisius.** Suborta est tunc discordia cf. ib. p. 330. magna inter universitatem Parisiacensem et fratres Predicatores, qui in tantum multiplicati sunt et exaltati, ut approbatis consuetudinibus et iuribus scolarium renuissent subiacere.

a) Imperator *c.; corr. ex Cron. Mai.* b) *manu coaeva in marg. suppl. c.* c) exitit *c.* d) *superscr. c.* e) exc. *c.* f) *desinit manus socii Mathei, incipit is scriba coaevus Albanensis qui extremam partem (a. 1258 sq.) Cron. Maiorum exaravit.* g) et ecclesiasticorum *c.* h) *in loco raso c.* i) dit *in loco raso c.* k) *corr. ex* pervenirent *c.* l) mittentem *add. Abbr. Cron.*

1) Non ex Cron. Mai.

1253. Scolares igitur, destinatis nunciis discretissimis, et articulis contra fratres compositis, Romanam curiam super hoc certificarunt; fratres vero econtra miserunt. Effusa igitur multa pecunia et labore hinc inde consumpto, mutatis consuetudinibus quibusdam, pax reformata est. . . . . . .

Annalis conclusio. . . . Annus iste Terre Sancte extitit exicialis, Flandrie et confinibus eius cruentissimus, Francie dampnosus et probrosus, pape et papalibus arctus et angarialis, Anglie turbulentus in spiritualibus temporalibusque bonis inclinativus[a].

# EX LIBRO DE GESTIS ABBATUM SANCTI ALBANI.

Secundum[b] antiquum rotulum Bartholomei clerici, qui cum domino Adam cellarario diu fuerat serviens ei, et ipsum rotulum sibi retinuit, de scriptis suis hoc solum eligens.

Hic[c] prenotantur nomina abbatum ecclesie Sancti Albani. . . . . . .

cf. Reg. Wend. a. 793. Rex illustris Offa Romam[1], ut ecclesiam suam[2] privilegiaret, petiit . . . et a Romano pontifice, qui tunc temporis presidebat, Adriano scilicet primo, favorabiliter optinuit libertates multas et privilegia, insuper ad ea que ipse contulerat robur et munimenta per immortalia secula duratura. [Preterea[d] preter pratum, quod obiter inventum in usus peregrinorum transeuncium comparaverat, Rome scolam peregrinorum pie constituit[3], ut ibidem peregrini, qui ad Romanam ecclesiam et curiam confluxerant ex diversis mundi partibus barbari vel votive orationis gratia vel expediendorum negociorum neccessitate, linguas quas non noverant addiscerent[e]. Que scola propter peregrinorum confluxum ibidem solacia[f] suscipientium versa est in xenodochium[g] quod[h] Sancti Spiritus dicitur[4]. Ad quod exhibendum rex Offa[1] ex regali munificencia et pietatis affectu denarium qui dicitur sancti Petri de maxima parte regni sui concessit, optinens iccirco, ut nullus Angligena extra Angliam antidotum[i] penitentie mendicaret; sane retento censu de tota terra Sancti Albani, ecclesie Sancti Albani futuris temporibus die sancti Petri ad Vincula persolvendo, in testimonio recognicionis sempiterne, quod, ut ecclesiam liberam redderet et non obligatam, Romam petierit. . . .] . . .

Successit abbas Frethericus. Iste ex Veteribus[5] Saxonibus claram ducens originem et Dacis, Cnutoni regi fuit consanguineus et linealiter descendendo propinquus. . . . . . .

1070. cf. Rad. Dic. Quarto vero anno regni sui . . . vocavit rex[6] Lanfrancum abbatem Cadomensem in Angliam, virum litteratissimum et in agendis tam secularibus quam ecclesiasticis negociis arduis strenuissimum, ut ipsum in archipresulatum Cantuariensem sullimaret. . . . Et ilico archiepiscopus[k] transalpinans et ducens secum commonachum suum ac propinquum, consanguineum suum Paulum, ut sibi pallium adquireret a papa Alexandro, qui quandoque ipsius Lanfranci discipulus extiterat et in scolis auditor diligens, magnifice ab omnibus honorabatur. Unde intranti papale palatium dominus papa reverenter assurrexit, suscipiens eum in osculo et salutacione primitiva, dicens: 'Assurgo tibi tanquam magistro et deosculor tamquam pedagogum et non tamquam archipresulem'. Quo audito, archiepiscopus, incurvans se humiliter, cf. Act. 9,17. pedes papales deosculabatur, dicens: 'Et ego te, pater[l], humiliatum sicut Ananias Paulum, Sixtus Laurentium, merito veneror et honoro'. . . . . . .

Tempore quoque huius abbatis Pauli[7], visa eius religione et strenuitate, plura huic ecclesie beneficia sunt collata: . . . tres virgate terre in Pottona[8], quas R. Flandrensis tenuerat. . . . . . .

Gaufridus abbas[9]. . . . Calicem . . . abbas Gaufridus misit Romam pape Celestino, ut ipsius sedaret avariciam, volentis ecclesiam hanc apporriare[m, 10]. Tabulam quoque unam ex auro et argento et gemmis electis . . . in igne[n] conflavit et in massam redegit, quam

a) *desinit Hist. Angl.; sequitur in codice tertia Cron. Mai. pars inde ab a.* 1254, *supra p.* 337, *n.* b. b) Sec. — eligens *(rubra) in marg. sup.* 1. 2; *des.* 4. c) *prooemium deest* 4. d) *uncis inclusa des.* 1; Denarius sancti Petri *manu s. XIII ex. in marg.* 2; De denario sancti Petri *rubra* 4. e) *corr. ex* addiscerant 2. f) solatium 4. g) zenod. 4. h) q. S. Sp. d. *alia manu coaeva* 2. i) antitodum 4. k) t. a. 4. l) patrem 2. m) apporiare 4; appropriare *perperam Wats.* n) *ita (ex* 1?) *Wats;* ignem 2. 4.

1) Cf. de hac fabula supra p. 7; Matheus haec e Wendoverio vel ex Fundatione perdita, eius fonte, hausit; sed ipsa verba raro retinuit. 2) Scil. sancti Albani. 3) *Que tunc floruit* rectius Wendov. et V. Offae. Hoc mendacium de suo fundatore Matheus alioquin (supra p. 107) non habitum senex adinvenit; cf. Cron. Mai. a. 1256, supra p. 359. 4) Cf. Ann. Wav. a. 1213, SS. XXVII, p. 460; cf. ib. p. 416. 5) i. e. Germaniae; cf. SS. XIII, p. 815. Editores habent *veteribus;* sed Matheus suum populum Anglos, non Saxones, vocavit. De Friderico v. supra p. 3, n. 13. 15. 6) Willelmus. 7) A. 1077—1093. 8) Potton in com. Bedford. 9) A. 1119—1146. 10) i. e. pauperare.

dedit comiti de Waranna[a,1] et Willelmo de Ypre[2] et comiti de Harundel[b,3] et Willelmo Martel, temporibus regis Stephani[4] villam Sancti Albani volentibus concremare*. . . . . .

Radulfus 17.[5] . . . Precepto abbatis sui[6] Alexandro episcopo Lincolniensi[7] adherens baiulique officium excercens, magistri Wodonis[8] Itali in Scripturarum sanctarum[c] doctrina auditor exstitit fructuosus. Extunc . . . tempore regis Stephani hanc ecclesiam suscepit gubernandam. . . . Galliam adiens, dominum papam Eugenium Altissiodorensi[d] 1147. commorantem[9] invenit et privilegium[10] huic ecclesie iuxta tenorem privilegii[11] Celestini pape ab eo optinuit. . . . 2. Non. Iulii ex hac vita subtractus est anno gratie 1151. 1151. Iul. 6.

Robertus 18. . . . [e]Huius quoque tempore[12] quidam clericus nomine Nicholaus, de quodam viculo abbatis[13], scilicet Langele[14], oriundus, congnomento Brekespere[15], in arte clericali satis supinus, etate adolescens, corpore elegans, venit ad abbatem Robertum, postulans humiliter habitum sibi concedi religionis. Qui cum examinatus et[f] insufficiens inveniretur, dixit ei abbas satis civiliter: 'Expecta, fili, et adhuc scolam excerce, ut apcior habearis!' Unde ipse clericus verecundus, reputans talem dilacionem repulsam, abiit et Parisius adiens, ubi[g] scolaris vigilantissimus[h] omnes socios discendo superavit. Tandem canonicus factus apud Sanctum Rufum non procul a Valentia, Romam pro quibusdam agendis destinatus, strenue negocium consummavit, et iterum melius, et tercio missus, electus est in cardinalem et postea in papam. . . . . .

[i]Post paucos[k] autem hos dies obiit papa Anastasius; cui Nicholaus tunc episcopus 1154. Albanensis successit, vocatus dein[l] Adrianus IIII, vir quidem religiosus et nacione Anglicus, qui fuerat prius abbas canonicorum Sancti Rufi[m] in Provincia. Et quia non videtur penitus alienum a materia mea, de serie vite eius summam opusculo huic duximus interserere[n]. Hic Nicholaus, de quo prelibavimus paucula, filius fuit cuiusdam Roberti de[o] Camera[16], qui honeste vivens in seculo, litteratus aliquantulum, habitum religionis in domo Sancti Albani suscepit, et filium suum memoratum Nicholaum, clericum et scolarem, in claustrum attrahere volens, interpellavit abbatem pro ipso, ut eundem in monachum susciperet. Abbas autem concessit, si ydoneus idem Nicholaus inveniretur. Sed examinatus insufficiens repertus[p] est. Recessit igitur confusus Nicholaus et abiens in Provinciam, in domo Sancti Rufi canonicus effectus est. Qui postea, meritis exigentibus, in eadem domo sortitus est[q] abbatis dignitatem. Et postea, cum[r] bene per aliquos annos vixisset et negocia domus prudenter pertractaret, Romam adiit pro quibusdam arduis sue domus negociis expediendis. Et cum ipsa in curia Romana efficaciter et prudenter consummasset, famosus effectus est; et cum vacasset sedes Albanensis, electus ipsam sortitus est. Qui[s] hic de magno maior effectus, diatim felix in omni virtute suscipiens incrementum[t,17], demum papali sede

*) Anno vero tertio regis Stephani abbas Gaufridus iterum est electus ad transalpinandum et 1138. excusandum prelatos Anglie a generali consilio[18] sub papa Innocentio secundo celebrato; . . . miraculose labor itineris relaxatur *in Actis ss. Rogeri et Christinae hic insertis leguntur* 4.

a) Warenna 1? 4. b) Harundell *(ex 1?) Wats*; Arundel 4. c) sacrarum 1? 4. d) *sic* 2 *et edd.* e) Adrianus *in marg. al. manu* 2; De origine Adriano *(sic)* papa (papa *in loco raso*) *rubr. add.* 4. f) *delendum ut infra l.* 27. g) ibique *(ex 1?) Wats*; *delendum.* h) effectus *add. (ex 1?) Wats.* i) De papa Adriano *in marg. al. manu* 2; Adrianus papa 4. k) Paucos post hos *(ex 1?) Wats.* l) deinde 1? 4. m) Ruphi 4. n) De papa Adriano *rubr. add.* 4. o) de C. *in marg. manu socii Mathei* 2. p) est r., *sed* est *in marg. suppl.* 4. q) est *in marg. alia manu suppl.* 2. r) *superscr.* 2. s) Quid 2. 4. t) *manu post. in marg. suppl.* 2.

1) Willelmo. 2) Cf. SS. XXVII, p. 4. 3) Willelmo. 4) Fere inter a. 1140, quando rebellio coepit, et a. 1146, quo Gaufridus obiit. 5) A. 1146—1151. 6) Gaufridi. 7) A. 1123—1148. 8) Hunc alibi non inveni. 9) M. Iul.—Oct.; Jaffé, Reg. pont. ed. 2. I, p. 45. 10) Nescio an eiusdem bullae Eugenii mentio fiat Cron. Mai. V, p. 177. 11) Non exstat. 12) Certe multo antea, cum Nicolaus Albanensis episcopus iam a. 1150, Ian. 30. bullae Eugenii III. subscripserit; forsitan Robertus cum Gaufrido abbate, avunculo eius, confusus est. 13) Cf. Rog. Wend. a. 1154. 14) Abbot's Langley, parochia a S. Albano versus meridiem et occidentem, ubi in Bedmond vico agellus Breakspearianus adhuc designatur. Fere saec. XIV. quendam Breakspear prope S. Albanum invenimus. [Ita scripsit Ioh. Evans, iam illius agelli possessor et 'praehistoriae' Anglicae peritissimus investigator, epistola v. d. S. S. Lewis ad meum usum benigne data]. 15) Quod cognomen nusquam alibi invenitur. 16) De matre Hadriani IV. cf. quae Ioh. Saresber. epist. 134. fere a. 1164. Thomae archiepiscopo Cantuariensi scripsit: *Cantuariensis „ecclesiae amator Adrianus, cuius mater apud vos algore torquetur et inedia.* 17) Mirum quod Matheus, paullo antequam haec scripsit e Norwegia reversus, nihil habet de Nicolao legato apostolico a. 1152. hierarchiam Norwegicam constituente; cf. Zorn, 'Staat und Kirche in Norwegen' p. 90. 18) Lateranensi II, a. 1139, Apr. 3.

1154. vacante, papa post Anastasium, ut dictum est, feliciter est sullimatus. Hic in tantum ecclesiam beati Albani dilexit, ut quicquid eiusdem ecclesie fratres ab eo petissent, sine difficultate consequerentur. Illius namque pater, ut pretactum est, monachus Sancti Albani quinquaginta annis et amplius vitam laudabiliter continuavit et felici fine terminavit. Unde in capitulo, tum propriis, tum filii sui domini pape meritis exigentibus, meruit sepeliri, non procul a tumulo[a] Ricardi abbatis, que[b] postea tegulis pavimentalibus est cooperta[b].

[c]Audita igitur apud nos promocione domini pape Adriani, exultans Robertus abbas, . . . 1155. Oct. 9. die igitur sancti Dionisii iter arripuit, Romam petiturus, illius comitatui adherentibus tribus episcopis, Cenomannensi[1], Luxoviensi[2] et Ebroicensi[3]. . . . Tandem Boneventum[d 4] ubi dominum papam inveniunt, pervenerunt. Qui eos sereno vultu et animo gaudenti suscepit et insolitum honorem exhibuit. Expediunt regalia pro libitu negocia. Remanente igitur abbate, recedunt episcopi, regi favorem papalem et diligenciam abbatis renunciantes. Dominus enim papa amicabiliter coegit abbatem remanere, ut propensius cum ipso colloquium continuaret, et eiusdem moram versus regem per episcopos excusavit. [e]Optulit igitur abbas domino pape[f] aurum et argentum non minimi ponderis et alia munera preciosa, mitras etiam tres et sandalia operis mirifici, que domina Christiana[5] priorissa de Markeyat[g 6] diligentissime fecerat. Et cum omnia serenissimo vultu intuitus est dominus papa, omnia acceptavit, sed non accepit preter mitras et sandalia, quia admirabilis operis. Multum autem devocionem et urbanitatem ipsius comendavit[h] et iocose ait: 'Abnuo recipere munera tua, quia me aliquando ad alas religionis domus tue confugientem et habitum monasticum caritative postulantem recipere renuisti'. Cui abbas: 'Domine, vos nequaquam potuimus recipere; voluntas enim Domini repugnavit, cuius providencia[i] vitam vestram direxit ad alciora'. Et respondit dominus papa: 'Eleganter et civiliter respondisti'; et complacuit ei responsionis verbum, et addidit: 'Abba[k] karissime, audacter pete quod vis, non poterit Beato Albano deesse suus Albaniensis'[7]. Tunc abbas in bonam spem erectus, circumspectus et prudens, de licencia domini pape omnia illa auri et argenti munera, que fere ad ducentas marcas estimabantur, cardinalibus et familiaribus domini pape, iocundos admiscendo sermones et sociales, liberaliter distribuit et preter hec iocalia desiderabilia, que Londoniis et Parisius comparaverat, munificentissime donavit, sciens, ipsos Romanos esse insaciabiles cf. Prov. 30,15. sanguissuge[h] filios, pecunie sitibundos. Quid plura? Extollitur nomen eius ad sidera, omnium adepto favore Romanorum[l 8]. . . . . . .

[m]Expeditis quidem negociis, pro quibus abbas Robertus Romam adierat, litterisque acceptis a domino papa specialibus regi atque legato[9] pro se et ecclesia sua directis, cum benediccione apostolica et omnium peccatorum suorum absolucione omniumque fratrum benivolencia remeavit. Iamque consumptis expensis omnibus, insuper 80 marcis, quas more 1156. Mai. 31. Romano a quodam mercatore mutuo acceperat, domum sanus et incolumis octavo die ascensionis dominice pervenit. . . . . . .

Abbas Robertus Romam mittere disposuit, . . . ut que[n] domino pape hoc petenti, cum adhuc Boneventum[d] esset, de duobus candelabris promissum effectui manciparet. . . . Papa immensas gratias eidem abbati et fratribus pro talibus exeniis multiplicavit. Que statim ob honorem et reverentiam beati Albani Anglorum prothomartyris, cuius se ministrum, immo servum, palam professus est, beato Petro apostolorum principi sollenniter ac devote optulit, ut essent in eius ecclesia dicti martyris perpetuum memoriale. [o]Expositis itaque negociis, quicquid postulabant celeri consequebantur effectu. Duo namque maxima privilegia adepti sunt. . . . Dominus autem papa, ut ipsius memoria semper haberetur in ecclesia

a) tumba *forte emendandum.* b) *sic* 2. 4; qui — coopertus *(ex 1?) Wats.* c) Abbas ad papam accedit *rubra* 4. d) *sic* 2. 4. *semper;* Benev. *(ex 1?) Wats.* e) Mutua collocucio pape (pape *in loco raso*) et abbatis *rubra* 4. f) papa 4. g) Markgate *(ex 1?) Wats;* Markyate 4. h) *sic* 2. i) prudentia *(ex 1?) Wats.* k) Abbas, *sed* s *expunctum est* 2. l) Privilegium *in marg. al. manu* 2; Privilegium Adriani pape *rubr. add.* 4. m) Abbas redit a curia *rubr.* 4. n) *delendum vel* promiserat (*pro* promissum, *l. sq.*) *legendum.* o) Nota de pontificalibus ornamentis *rubra in marg.* 4.

1) Willelmo. 2) Arnulfo. 3) Rotroldo. 4) Ibi Hadrianus IV. a. 1155, Nov. usque ad 1156, Iul. morabatur. 5) De hac sancta monacha reclusa, quae c. a. 1130—1140. floruit, multa habet interpolator Mathei (ed. Riley I, p. 98—105) ex *Vita s. Cristine que habetur apud Markyate;* cf. supra p. 435, n. *. 6) Market-Street in com. Bedford. 7) Papa priorem episcopatum significat. RILEY. Mihi potius locum natalem dicere videtur. 8) Sequitur caput de privilegio papae, *in quo nos ita liberos effecit, ut nullum episcopum preter Romanum pontificem habeamus;* Jaffé nr. 10113. 10117. 9) Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi.

beati Albani, per eosdem fratres eidem ecclesie misit reliquias de legione Thebea — propter quod postea statutum est in dicta ecclesia, ut eorum festivitas ampliaretur et duodecim lecciones propriaque legenda legeretur[a] — et insigne pallium, quod dominus imperator[1] ipsi miserat, et sandalia preciosa et anulum preciosissimum et alia*, que longum esset enarrare. Repatriantes igitur, die passionis beati Albani[2], non sine nutu Dei, domum [Iun. 22.] veniunt. . . . . . .

[b]Post hos autem paucos dies idem papa Adrianus, quia cuiusdam potentis civis Romani filium indignum in episcopum, timore repressus divino, creare et consecrare noluit, preventus insidiis, pocionatus veneno, infectus[3] et interfectus est. Qui Kalendis Septembris, sci- [1159. Sept. 1.] licet die sancti Egidii, martir Dei et confessor egregius ab hoc mundi exilio migravit ad celi patriam. Cui successit venerabilis Rollandus, domini pape Adriani[c] cancellarius — cui adiectum est hoc nomen: Alexander[d] III —, vir iustus et prudens. Adversus[e] insurrexit Octovianus scismaticus antipapa, se Victorem cognominans, binario[4] fultus cardinalium numero[f]. Unde versus:

*Guido[5] de Crema, Io-et-hannes[6] sunt anathema.*
*Nunquid[g] peccavi, numquid male gramaticavi[g],*
*Scismatici pravi si nomen scismaticavi?*

Idem tamen Octovianus paulo post miserabiliter defunctus, heredem habuit eiusdem vesanie [1164.] Guidonem Cremensem. Quos fovit Frethericus imperator, qui vir marcius et victoriosus Mediolanum septenni[7] obsidione fatigatum[h] tandem subvertit. [1162.]

[i]Audiens autem Robertus hos flebiles rumores, doluit nimis. Initoque consilio, magistrum Ambrosium[8], clericum suum legis peritissimum, Ytalicum[k] nacione, de primis tempore, scientia et moribus Anglie legis peritis, Romam ad dominum papam Alexandrum, quem iam rex Francorum et rex Anglie in patrem et pastorem animarum electum acceptaverant et defendendum spoponderant, celeriter destinavit . ... Dilexit enim papa Alexander ecclesiam sancti Albani gratia predecessoris sui pape Adriani, eiusdem martyris indigene et amatoris indefessi. Erant autem amici precordiales papa Adrianus et eius cancellarius Rollandus, iam papa Alexander; ipsique ambo personam domini abbatis Roberti supra omnes Anglie abbates, nec sine merito, specialiter dilexerant. Hiis igitur magister Ambrosius impetratis, moram in Ytalia[9] protrahebat. . . . . . [1161.]

Abbas[10] . . . dixit: 'Domine, que dicuntur cornuta[11] ad manum habemus privilegia; [1163.] . . . a domino[l] papa Adriano, indigena vestro, ecclesie sancti Albani, in cuius pago ipsum fuisse natum constat, me sunt ignorante transmissa. . . . Facta est autem hec transactio anno gratie 1163, mense Marcio. . . . . .

Alexander papa III.[m] ad Gallicanas partes devenit atque, universarum in circuitu regionum prelatis per nuncios suos citatis, apud Turonos[n] generale concilium celebrari constituit. Congregantur ergo apud predictam civitatem sub die statuto[12] etiam Anglicane ecclesie prelati, ut que pertinerent ad utilitatem Romane ecclesie cum ipso papa statuerent. Inter quos venerabilis abbas Robertus[o], de quo sermo continuandus est, vir, inquam, eloquentissimus, humanis divinisque legibus eruditus, affuit. Cui Iacinctus diaconus cardinalis Sancte Marie in[l] Cosmidin[13] supra omnes abbates Anglici regni primam sedem secundum privile-

*) *Cf. Lib. addit. VI, p.* 248: Papa Adrianus transmisit abbati et conventui Sancti Albani unum ciphum cum pede, quem adhuc[14] in memoria eius tenent reverenter, precepitque, ut eius memores ipso cipho uterentur in refectorio.

a) *sic codd.* b) Mors Adriani pape *rubra* 4. c) A. 2. d) *sic* 2; Alexandri *(1?) edd.*; Alexandr 4. e) quem *(e: 1?) add. Wats; suppl. Riley.* f) *manu post. in marg.* 2. g) *sic* 2. h) *ita (1?)* 4. *edd.*; fatigatam 2. i) Novum privilegium a novo papa concessum *rubra* 4. k) Yt. — peritis *in marg.* 2. l) *deest* 4. m) IIII. 4. n) Turones *(ex 1?) Wats.* o) R. 2.

1) Fridericus I. 2) A. 1157—1159. 3) Cf. supra p. 394, n. 4. et infra Abbr. Cron. a. 1159, et Chron. Ursperg., SS. XXIII, p. 352: *Cum hausit de potu, musca os eius intravit.* 4) Ita scripsit Alexander III. Jaffé nr. 10584 sqq. 5) Paschalis III. antipapa. Haec versuum forma propius ad Chron. Basil., SS. XXIV, p. 147, quam ad Rad. Dicet., SS. XXVII, p. 289, accedit. 6) Calixtus III. antipapa. 7) Error. 8) De terra quam *magister Ambrosius de abbate de S. Albano tenuit* v. Thomae de Walsingham G. abb. S. Alb. III, p. 10. 9) A. 1161; nam [a. 1162] *Ianue* 17. *Kal. Aprilis* scripsit Alexander Roberto: *Cum anno preterito nuncius vester ad nostri apostolatus presentiam accessisset* etc. Jaffé nr. 10703. 10) Robertus in curia Westmonasterii Henricum II. allocutus. 11) De mitra. 12) Mai. 19. 13) Postea Coelestinus III. papa. 14) Haec a. 1253. scripta sunt.

1163. gium domini pape Adriani quarti assignavit. . . . Quot vero expensas in eundo et in
redeundo exposuerit, quotve munera domino pape et cardinalibus et aliis in curia munifi-
centia liberali contulerit, perlongum foret enarrare. . . . Hiis ita peractis, abbas Robertus
post aliquot dies, soluto concilio[a], a domino papa licenciam accepit remeandi. . . . . . .

1183. Garinus 20.[b] Garinus huic successit, de Canbrugia[c][1] stirpe mediocri oriundus.
. . . Hic cum fratre suo[d] similibus dotibus, etsi non tantum, insignito, magistro Matheo[2],
in physica apud Salernum eleganter atque efficaciter erudito, in claustro Sancti Albani habi-
tum religionis suscepit. . . . Habuerunt etiam hii duo, scilicet abbas et prior[3], quendam
nepotem, magistrum videlicet Garinum, in decretis lectorem nominatissimum. . . . Iste[e]
magister Garinus et frater eius magister[f] Matheus et eorum nepos magister Garinus et duo
eorum discipuli et socii Fabianus[4] et Robertus de Salerno[5] voverunt se fore apud Sanctum
Albanum habitum religiosum suscepturos. . . . . . .

1193. Quod[g] calices redemit. . . . Cum enim magnifice recordacionis dominus rex[h]
Ricardus[i] in Alemannia, Deo irato, infeliciter captus fuisset[k], pro redempcione sua
inestimabiliter taxata omnes calices Anglie exegisset, ipse abbas Gwarinus, ut erat regi
amicissimus, 200 marcis[l] pro omnibus[m] omnes huius ecclesie calices prompta liberalitate
redemit. . . . . . .

1215. Iohannes I. 21.[n][6] . . . Incipiente enim tunc guerra, constitutus est Robertus[7] dux
excercitus insurgentium in regem, unde in titulo litterarum suarum se Constabularium ex-
cercitus Dei nominabat. Et tunc in multa incidebat pericula; sed ad hoc[8] stimulavit et
animavit ipsum et omnes suos sequaces multum varius papa Innocentius III. Sed postquam
1213. rex Iohannes, ut se vindicaret, turpiter succubuit se reddendo memorato pape infeliciter
1215. tributarium, idem papa versa facie Robertum et omnes eidem adherentes persequebatur,
factus adiutor sui vassali[o] et defensor. . . . . . .

1214. Willelmus[p] abbas 22. . . . Aderat tempus, quo omnes prelati christianitatis gene-
raliter ad concilium sub Innocencio III. papa celebrandum convocarentur. . . . Cum igitur
1215. presidente papa iam plenum concilium[q] celebraretur, omnibus prelatis convocatis, cum
inter sermocinandum tempus ydoneum expostulasset, abbas erectus in medio, satis modeste
et eleganter exorsus est coram papa et toto concilio suam sic in
propatulo questionem: 'Sancte pater, nos qui alicuius sancti corpus
in ecclesiis habere dinoscimur, licetne nobis in secreto misse inter alios quos invocamus
suffragatores nomen ipsius recitare? Desideramus super hoc certificari; quia, quod in hoc
sacro concilio difinitur[o], scimus, quod robur optinebit perpetue firmitatis'. Ad quod in
audientia omnium respondens papa, non tamen precipitanter, sed circumspecte, dixit:
'Videtur michi dignum iurique consonum, ut devote in secreto misse, videlicet in serie
primo nominatorum, sanctus cuius corpore aliqua gratulatur ecclesia nomen[s], eiusque
suffragium in loco suo proprio merito postuletur'. Et quievit abbas super hoc certificatus,
quia tunc de missa et de pertinentibus misse ante hoc verbum diligens in concilio tractatus
habebatur. Et preceptum est abradi quedam que diu ante ea[t] fuerant usitata. . . . . . .

Nota[r], quam magnanimus fuerat abbas Willelmus.

Idem etiam abbas Willelmus, cum, soluto concilio, accepta licencia cum benediccione pape[u] vellet recedere, papa[v] in muneribus non respecto, dixit ei papa[v]: 'Nonne tu es abbas Sancti Albani, qui tot privilegiorum beneficia a nostra sede tociens optinuisti? Siccine decet talem ac tantum virum, me papa[v] non respecto, recedere?' Et cum optulisset 50 marcas, amice redargutus coactus est, antequam exisset a camera pape[v], in quam penituit

a) consilio 4. b) De Garino abbate *rubra* 4. c) Cantebrugia *(ex 1?) Wats.* d) mag. Matheo *iam hic habet* 4. e) Iste — suscepturos *ad calcem pag. manu Mathei* 2. f) *deest (1?) Wats.* g) *rubra deest* 4. h) *bis scr., alterum linea perducta del.* 2. i) qui *suppl. Riley.* k) *delendum vel* et *supplendum.* l) marcas *(ex 1?) Wats, qui* exponens *supplendum proponit.* m) datis *forte suppl.* n) De Iohanne abbate *rubra* 4. o) *sic* 2. p) De prefeccione et moribus Willelmi de Trumpyngtone *rubra* 4. q) consilium 4. r) Nota — Willelmus *des.* 4. s) nominetur *emendandum proponit Riley.* t) *deest* 4. u) *erasum* 2; *post. manu add.* 4. v) *erasum (a Protestante quodam?)* 2.

1) Cambridge. 2) Litteras quibus eum frater Ricardo priori de S. Victore commendavit v. ap. Bulaeum, Hist. univ. Paris. II, p. 304. 3) Matheus. 4) Postea a. 1214. supprior; G. abb. I, p. 254. Codex aedis Christi Oxoniensis (catal. cur. Kitchin) nr. 97 (saec. XIII, non XIV), Ruperti librum de ecclesiasticis officiis continens, inscriptus est: *Hunc librum dedit dominus Fabianus supprior B. Albano.* 5) Nota usum quo Normanni Angliae et Siciliae tunc coniungebantur. 6) A. 1195—1214. 7) Filius Walteri. 8) Potius ad resistendum regi ante a. 1213.

eum intrasse, non sine turpi convicio coactus[a] pape super solucione[b] centum marcarum 1215.
satisfacere, quas mutuo ab usurariis[1] curie non sine duris accepit condicionibus. Levius tamen hoc tulit abbas et equanimius, quia hoc idem fecit papa prelatis universis. . . . . . .

Cum[c] magister Hugo[2], nascione Ytalicus, ecclesiam de Hertteburne[d, 3] per intrusionem Romane curie violenter optinuisset, cavens consciencie sue, quam graviter lesam senserat, venit ad abbatem Willelmum[e] et dixit ei cum lacrimis: 'Domine, . . . resigno'. Cui abbas miseratus et misertus respondit: 'Non inveni tantam fidem in aliquo Transalpino'. . . . Quod audiens papa cum suis cardinalibus, factum quam plurimum laudavit; sed similia facere recusavit. . . . . . .

Iohannes 23. . . . Primus[4] erat in abbatem creatus[f] post concilium Lateranense 1215.
generale a papa Innocencio tercio celebratum, in quo constitutum erat, ut abbates exempti ab ipso papa confirmarentur. . . . Vocatis igitur ad consilium conventus priore de Dunestaple[g] Ricardo de[h] Mores et Thoma de Thynemue[i] canonico de Meretona[k], magistris sol- 1235.
lempnibus, qui et Bononie et alibi, precongnita ad plenum logica, in iure et canonum rexerant sanccionibus, . . . tucius processerunt. . . . . . .

Et cum ad curiam Romanam, que tunc Perusii fuerat, pervenissent[5], ut promciorem[l] a domino papa[6] gratiam optinerent, pecunie quandam summam papalibus pedibus optulerunt. Quam statim gratanter receptam iussit dominus papa cuidam fratri Minori, thesaurario ac cubiculario[m] suo, illam pecuniam in gazophilacium suum deportare. Et accumulatis illis denariis aliis candidis esterlingis, noluit frater vel etiam forulum[7] nunciis resignare, nec dominus papa, quem civilem et dapsilem fore deceret, ad prandiolum[n] invitare. Respectis igitur ianitoribus et ministris papalibus in muneribus — quia sic oportuit, cum patulis rictibus ipsis donis inhiarent —, recesserunt, in crastinum, prout eis dictum erat, redituri. Et cum tunc[h] advenissent, ostendentes regios apices[8] domino pape, tum propter ipsos, tum propter serotinum xenium, aliis etiam epistolis, quas secum amicis domini regis detulerant, adminiculantibus, gratiam ab illa venali curia optinuerunt. Respexerant[o] enim amicos regis, quibus eius litteras attulerant, donis uberrimis, qui solas litteras steriles et infructuosas sine muneribus concurrentibus parvipendunt. Eleccione igitur confirmata, cum benediccione apostolica, quam satis[p] comparaverant, gaudenter sunt reversi. Nec unquam postea ipsam curiam diligere aut comendare[q] potuerunt. Approbata vero quam plurimum fuit ab ipso domino papa et a cunctis fratribus cardinalibus et maxime a domino Ottone[9], qui verba optima fecit pro domo Sancti Albani, forma eleccionis. . . . . . .

Professio[10]. *Ego Iohannes, monasterii Sancti Albani abbas, ab hac hora in antea fidelis et obediens*[r] *ero Sancto Petro sancteque apostolice Romane ecclesie; . . . apostolorum limina singulis trienniis visitabo.* . . . Et cum rogasset abbas ab episcopo Londoniensi Rogero[11], quid Rome faceret, episcopus, sicut iocundus extitit, iocose respondit subridens et ait: 'Amice, ut offeras'. Et veritas in verbo latitavit. . . . Iste Iohannes II. . . . primo invitus et dolens Romanorum iugum subiit servitutis, ut scilicet de triennio in triennium vel per se vel per alium limina adiret apostolorum, sicut in subdola professione eiusdem continetur, in magnum ecclesie dampnum et gravamen et insaciabilis Romane curie emolumentum voluntarium et iniuriosum. Primus quidem fuit in abbatem creatus post concilium Lateranense generale sub papa Innocencio IIII.[s, 12] celebratum, in quo illud continetur[t] cum aliis gravaminibus; . . . pre omnibus Romanorum oppressionibus novis et inauditis cepit[t] molestari. . . . Bis supra ecclesiam beati Albani visum est fulgur usque ad incendium ceci-

a) *sic iterum* 2. 4; c. p. *des. (1?) Wats.* b) *sic* 2; solutionem *(ex* 1. 4?) *edd.* c) *in marg. post suppl.* 4; Cum — recusavit *ad calcem pag.* 2. d) Hertburne 4. e) W. 2. f) futurus electus p. consilium 4, *ubi hinc ordo capitum immutatus est, quibusdam prorsus omissis.* g) Dunstaple 4. h) *deest* 4. i) Thin. 4. k) Meritona *(ex 1?) Wats*; Mertona 4. l) *al. manu corr.* prompc. 2. m) cubilario 2. n) prandium 4; eos *supplendum.* o) Respexant 2. p) care *supplendum.* q) *sic* 2. r) Ubi est rex? *post in marg. scr.* 2. s) *sic codd. et edd.* t) *in marg.* 2.

1) De argentariis Italicis monachi saepe conquerebantur; cf. Contin. G. abb. p. 381. de *mercatore Senensi aut Florentino.* 2) *De Florentino* vocatur a Continuatore p. 346. 3) Hartburn in Northumbria. 4) Scil. successor Willelmi a. 1235. mortui electus. 5) Fratres, qui impetrarent, ut papa electum S. Albani confirmaret. 6) Gregorio IX. a. 1234, Sept.—1235, Sept. Perusii morato. 7) i. e. forulos, 'Kasten, Börse'. 8) D. a. 1235, Apr. 1; omnes has epistolas de confirmando abbate scriptas hic attulit Matheus. 9) Diac. card. S. Nicolai in Carcere Tolliano. 10) Lecta cum Sept. 9. apud S. Albanum consecratus est. 11) Consecratore. 12) Potius tertio.

disse; quod se meminit nullus previdisse nec audivit evenisse. Et sicut non prodest sanctorum inniti privilegiis aut indulgentiis, sic non obstitit fulguri impressio papalis cerea, in qua agnus Dei figuratur, que in summitate turris nostre[a] collocatur, que, ut dicitur, contra tales procellas abigendas virtutem habet et potestatem. . . . . . .

Abbas Iohannes . . . bona ecclesie sue numquam dissipavit, a tempore dico sue crea-
1255. cionis usque in annum sue prelacionis vicesimum; quo scilicet hec pagina a fratre Matheo scripta est Parisiensi[b], qui de futuris non presumit diffinire[c] *.

*) *Ex Continuatione paullo post a.* 1300. *composita, a Thoma de Walsingham c. a.* 1400. *excepta, pauca hoc loco ex cod.* 4 *subiungimus:*

1253. Huius quoque tempore sopita est lis anceps et periculosa nimis de ecclesia sancti Petri que est in villa Sancti Albani sita[d] . . . coram magistro Petro de Northhamptona, domini pape nuncio[1] ad provisiones faciendas specialiter destinato a domino papa in Angliam. . . . . . . Persolvebantur 80 marce pro expensis domini Willelmi de Sancto Edmundo monachi nostri, qui tanquam expertus in pericia transalpinandi — quia alia vice ad curiam Romanam[e] extiterat pro negocio de Wymundham[2] expediendo — fiducialiter destinatus est cum magistro Willelmo de Sancto Edwardo[3] pro negocio de ecclesia sancti Michaelis[4] exequendo. . . . . . .

1254. Mart. Anno Domini 1253. accidit in quadragesima, quod dominus rex fuit in Vasconia et commiserat custodiam terre sue domine regine[5] et Ricardo comiti Cornubie. . . . In hiis exequendis laboravit cellararius noster[6], . . . nec potuit ad predicta scripta[7] pervenire, per que illesa remaneret libertas nostra, nisi clam centum memoratas libras comiti Ricardo numeraret. . . .

Magister Iohannes de Camesane[8], capellanus domini pape, in ecclesia de Wyngrave[9] presentacioni nostre spectante per provisionem apostolicam fuerat promotus seu pocius intrusus[10]. . . .

Excogitaverat nempe papa[11] extorquere collectam generalem decimarum quasi in subsidium
1256. Terre Sancte et adiutorium comitis Ricardi nuper in imperatorem electi et redempcionem accipere ab hiis qui votum peregrinacionis fecerunt versus Terram Sanctam et illud implere corporaliter noluerunt. Fratres[12] autem, hiis et aliis acceptis mandatis, in nocumentum omnium ecclesiasticorum superbire ceperunt et ab omnibus propter potestatis habundanciam timebantur. . . . . . .

1259. De preconiis[f] et obitu Mathei Parisiensis[13] monachi Sancti Albani, historiographi tempore abbatis prenotati. Eodem quoque tempore floruit et obiit dominus Matheus Parisiensis monachus ecclesie beati Albani, vir quidem eloquens et famosus, innumeris virtutibus plenus, historiographus ac cronographus magnificus, dictator egregius, corde frequenter
cf. Eccl. 33, 29. revolvens: *Ociositas inimica est anime.* Quem quidem ubi nunquam fecerat presencia cognitum, partibus remotis fama reddiderat divulgata commendatum. Hic vero a multis retroactis temporibus usque ad finem vite sue cronica diligenter colligens, gesta magnatum tam secularium quam ecclesiasticorum necnon casus et eventus varios et mirabiles in scriptis plenarie redegit mirabilemque ad posterorum noticiam preteritorum reliquid certificacionem. Inerat ei tanta subtilitas in auro et argento ceteroque metallo, in sculpendo et in picturis depingendo, ut nullum post se in Latino orbe creditur reliquisse secundum. Igitur exemplo ipsius operibus insudemus salubribus incessanter, ut cum ipso premiis remuneremur celestibus! Amen. . . . . . .

1260. De miseriis tempore obitus predicti abbatis regno et ecclesie Anglicane contingentibus. Rex magnatibus et ecclesie prelatis libertatem Magne carte et alia iusta et sancta petentibus adversabatur. Papa vero et rex peccunie inhiantes, per exactiones iniustas et inportabiles, nunc pro subsidio Terre Sancte, nunc pro guerris suis in Wallia, Wasconia et Apulea sustentandis, nunc pro filio eius Edmundo in regem Apulee coronando, nunc pro comite Cornubie, fratre regis, in regem Romanorum coronando, nunc pro prodigalitatibus eorum manutenendis[g] prelatos ecclesie multipliciter vexabant[14]. . . . . . .

a) nostri 4. b) Pariensi 4. c) *desinunt G. abb. auct. Matheo; in cod.* 2 *sequitur Liber additamentorum.* d) *in loco raso* 4. e) missus *supplendum proponit Riley.* f) huius *add., sed expunct.* 4. g) manutendis 4.

1) Capellano Iohannis presb. card. S. Laurentii in Lucina, a. 1252. Sequitur tabula e Libro additamentorum sumpta. 2) Wymondham in Norfolk com. 3) Clerico; hos duos *in Romana curia nostros procuratores* vocat Continuator p. 350. 4) Prope S. Albanum. 5) Alienorae. 6) Willelmus de Hortune. 7) Cf. Cron. Mai. supra p. 341. 371; Lib. add. VI, p. 293. 8) *Samesane* p. 350; *Camecana* supra p. 324. 9) Wingrave in Buckingham com. 10) Omisi quae de papae nuntiis tributum Anglis imponentibus excerpsit Continuator ex Mathei Par. Cron. Mai. 11) Alexander IV. 12) Minores. 13) Ex cuius Cron. Mai. a. 1256—1259. hucusque Continuator permulta excerpsit quae 70 paginas occupant, cum quae ipse 30 annis sequentibus retulit tantum 90 paginas complectantur. 14) Hinc usque ad a. 1300. Germanicas res frustra quaesivi.

# EX VITA STEPHANI ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS*.

**De[a] quodam demoniacho mundato et liberato per signum crucis.** 1215.

Contigit, quod, cum[1] archiepiscopus Cantuariensis Stephanus, postquam papalem offensam propter tributum Anglie[2], cui constanter contradixerat[3], incurrisset, Romam peteret, citatus[4] ab ipso papa sub terribili comminacione[b], unde quasi[c] inter duas contritus molas, hinc nocivas magni adversarii Innocencii pape, inde tirannicas regis Iohannis sustinens persecuciones, usque ad amaritudinem spiritus torquebatur. Sed vir sanctus, fidelis regni Anglie cf. Iob 7, 11. advocatus, de causa[d] confidens, auxilium consolacionis a Deo incessanter orans et lacrimans flagitabat. Et cum transalpinasset, cogente quadam infirmitate, ut a labore itineris respiraret, moram per aliquot dies in quodam prioratu, qui in quadam civitate est, cui nomen Thusicano[5], moram continuavit. Quadam autem[e] [die], dum ibidem perendinaret, ductus est ante eum quidam demoniacus, miserrime et miserabiliter a demone vexatus et prodigialiter exagitatus; erat quippe propter immanem furorem vinctus et compeditus. Et pecierunt qui ipsum adduxerant, archiepiscopum, ut orans pro eo liberaret precibus pacientem. Habebatur enim in omnibus partibus illis pro sancto et nominis erat celeberrimi ipse archiepiscopus et predicando multos informarat[f]. Inquirenti autem sancto, quonam genere dementie et qualiter vexaretur, responderunt custodes: 'Graviter et incessanter, nec cibum benedictum vult[g] quomodolibet, licet per multos dies ieiunet, comedere, sed ad nares ponens, quasi fetidum abicit'. Certificatus igitur, quod ab iniquo demone vexaretur, imperavit in virtute sancte Trinitatis, ut exiret. Cui ille cachinnans et frendens dentibus et torve respiciens respondit lingua patria et ait: 'Nun pas pur toi[6], Cristianelle'. Quod archiepiscopus, erumpentibus singultibus et lacrimis, graviter accipiens, respondit dicens: 'O demon, non credidi, te tam bene velle dicere aut sic verum loqui, cum sis mendax et pater cf. Ioh. 8, 44. mendacii. Vere enim Christianellus sum, hoc est christianus parvus, diminutus et mutilatus et, vereor, imperfectus'. Et ilico intravit in oratorium; ubi prostratus in oratione devotissime ac propensius lacrimans et suspirans, Deum oravit, ut Dominus in ipsum respiciens, suam suppleret in fide et moribus misericorditer imperfeccionem, simulque curaret demone laborantem. Nec potuit nec voluit tota nocte sequenti nec in crastino ab oratione vel vigiliis impediri. Et doluerunt super hoc capellani, clerici et ministri eius, ne pro labore lederetur in capite, vehementer formidantes. Tercia vero die quidam vicinus de civibus attulit senescallo archiepiscopi[h] pro civili xenio pruna pulcherrima; quod acceptans senescallus, optulit domino suo, dicens: 'Domine, de hoc fructu novello, qui placidissimus est, potest bene quis

*) *Monachus anonymus Cantuariensis Gervasio coaevus controversiam inter regem Iohannem et Stephanum archiepiscopum ortam annalibus inde ab a.* 1205. *incipientibus descripsit. Nisus est epistolarum amplissima collectione, quam narrationi ipse subiunxit. Cuius operis fragmenta quae usque ad a.* 1211. *pertingunt s. XVI. exarata in codice unico Cottoniano Cleopatra E* I *exstant, unde a v. d. W. Stubbs inter notas ad Gervasium Cantuariensem II, p. LIV. primo evulgata sunt; ex quibus haec excerpsimus:*

1207. . . . Archipresul[7] . . . universis Christi fidelibus in Anglia constitutis epistolam exhortatoriam transmittit, in qua . . . de pertinacium quoque et impenitentium perditione subiungens, 1207. refert, qualiter imperator Fredericus, qui sanctam ecclesiam diu impugnarat, cui tamen tandem 1190. exhaustis viribus obedivit, quia nocendi desiderium non amisit, iusto Dei iudicio in modico aque, ubi puer septennis vadare poterat, est submersus. . . . Et hoc rescriptum epistole memorate omnibus Anglis a domino Cantuariensi destinate: *Stephanus . . . Imperator Fredericus, sui temporis potentissimus, potenter sacrosanctam ecclesiam impugnarat, cui tandem exhaustis viribus obedivit; quia vero nocendi desiderium non amisit, in se Dei iustitiam provocavit, unde in modico aque, ubi puer septennis vadare poterat, est submersus.* . . . . . .

a) *hoc caput exstat in Libro additam. (Cott. Nero D* 1*) f.* 196. b) *sic sententia non finita c.* c) si i. duas *in schedula glutine superfixa c.* d) sua *forte supplendum.* e) *signo ad marg. refertur, ubi* die *exstitisse suspicor, iam schedula superducta est.* f) *corr. ex* informaret *c.* g) vult — abicit *alia m. in marg. c.* h) *in marg. c.*

1) Mense Sept. a. 1215; cf. Walt. Coventr. II, p. 225. 2) A. 1213. a papa imperatum. 3) Ita quoque Cron. Mai. IV, p. 479, Hist. Angl. II, p. 507; cum antea in Cron. Mai. II, p. 546. III, p. 208, Hist. Angl. II, p. 146 sq. haec alio modo narrasset. 4) Potius *suspensus* (quia sententiam a papa in barones Magnam chartam defendentes latam publicare noluit; Cron. Mai. II, p. 630) *ad concilium properans, se preceptis apostolicis rebellem ostendit*, Cron. Mai. (ex Wendoverio) II, p. 633. 5) Fortasse Toscanella prope Viterbo. 6) Sunt formae linguae Franciae septentrionalis. 7) Stephanus Cantuariensis.

1215. ieiunus comedere, decet enim, ut a ieiuno pruna comedantur. Timemus enim, ne hoc continuum ac diuturnum ieiunium cum labore caput vestrum non mediocriter debilitaverit'. Erectus igitur archiepiscopus ab oratione et fletu, quibus incubuerat, inquisivit, si adhuc esset in curia sua demoniacus memoratus. Responsum est ei: 'Utique adhuc retinuerunt eum custodes eius, aliquod sperantes remedium illi celitus destinandum'. Et quia archiepiscopus antea audierat et expertus fuerat, dictum demoniacum quicquam cibariorum oblatorum, cui benediccio infusa esset, licet per plures dies preieiunasset, nolle quomodolibet gustare, immo omnia gustanda olfactu narium more simie pretemptare et benedicta, quod mirum est dictu, quasi fetida respuere, iussit archiepiscopus afferri sibi quoddam vasculum arctum et profundum. Et attulerunt quoddam quippe vas predicti scematis, videlicet unam situlam parvam quam broc vulgariter appellant[1] vel brochet. Et unum illorum prunorum benedixit devotissime et posuit illud in fundo vasis superposuitque alia non benedicta. Et iussit advocari demoniacum et offerri eadem pruna eidem ad edendum. Ipse igitur unum prunorum arripiens et suis apponens, prout consuevit, naribus et olfactui et sentiens[a] illud non benedictum, iniecit ori suo avide nimis et vix dentibus contritum ilico deglutivit. Inde aliud consequenter raptim accipiens, apposuit naribus ut prius, et nec inveniens illud benedictum, patulis[b] rictibus iniectum devoravit; et sic tercium et quartum. Et sic credens omnia ipsa pruna non benedicta, perpropere[c] et inordinate omnia, sine apposicione ad nares facta, reliqua comedit universa, ita scilicet, quod ipsum benedictum comedit ante expectatum cum non benedictis. Omnibus igitur prunis comestis, stetit quasi attonitus et deceptus et velut ad se reversus, emisso rugitu horribili, in hunc clamorem erupit: 'Heu mihi, heu mihi misero! Iste sacerdos fraudulenter et prodiciose me decepit et prodidit intoxicando'; et quasi piscis ab aqua extractus se huc illucque distorquens, in terram tandem corruit; et ilico in dulcem sompnum resolutus, qui insompnis ante ea per plures noctes et dies clamosus extitit[d] et ieiunus, per aliquot horas placide requievit. Et cum a sompno surrexisset, omnino sanus effectus, flexis genibus et iunctis manibus et abortis[e] lacrimis, gratias suo reddidit liberatori. Quod videntes Ytalici, licet duri ac semichristiani, sancti archiepiscopi piam laudabant decepcionem, humilitatemque eius attollentes, caritatis commendarunt sinceritatem. Porro ipse liberatus a demone nunquam postea quicquam edulii sumere voluit nisi benedictum et, si posset, ab aliquo sacerdote. . . . . .

Nota piam decepcionem!

Qualiter[f] archiepiscopus Stephanus mundavit in magna parte ab usuris Ytaliam et Franciam, secundum[g] magistrum Gervasium de Melkeleie[2].

1216. Rediens autem Stephanus[h] archiepiscopus Cantuarie per partes Ytalie versus partes Anglicanas[3], tot errores infidelium quos Bugaros[4] vulgariter appellamus predicando, disputando, exhortando et pro eis[i] Deum exorando a cordibus periclitantium expulit, ut[k]
cf. Matth. 25, 27. tot animas perituras a faucibus diaboli liberaret, ut sic a Deo sibi commissa talenta propensius multiplicasse videretur. In partibus autem Cisalpinis et in regno Francorum, maxime apud Atrabatum et Sanctum Aodemarum et in[l] partibus Flandrie, iuvante eum quodam profundi pectoris magistro, videlicet * Roberto de Curcun[5], viro scientissimo[m], ecclesie Romane cardinali[6], adeo usuras eliminando usurarios persequebatur, ut illius turpissimi questus, in utroque Testamento prohibiti, usum radicitus extirparet et regnum Francorum ab illa eluvie mirabiliter emundaret[n]. Cuius sermones, parabolas et virtutes, quas Dominus pro eodem

*) *Cf. Cron. Mai. V, p.* 404. *inter verba quae a.* 1253. *Robertus Grosseteste Lincolniensis moribundus dixisse fertur haec:* '. . . Usurarios[o], quos . . . magister Iacobus de Viteri, Cantuariensis archiepiscopus Stephanus exulans, magister Robertus de Curcun predicando a partibus Francie . . . eiecerunt, iste papa[7]
cf. Lev. 25, 36. suscitavit et protegit; . . . usura detestabilis habetur in utroque Testamento. . . .'

a) *in marg. c.* b) patilis *c.* c) perproprie *c.* d) extit *c.* e) *sic c.* f) *hoc caput ex cod. Cotton. Vesp. B XIII. folio postremo.* g) s. m. G. de M. *in marg. c.* h) arch. C. St., *sed corr. c.* i) eo *c., sed o partim eras.* k) ubi *c.* l) *superscr. c.* m) scit. *c.* n) emundare *c.* o) usurarii *c.*

1) Iterum Francogalli, minime Itali. 2) *Astrologum* (Hist. Angl. II, p. 232) et poetam (Cron. Mai. III, p. 43. IV, p. 493; Stubbs, Gerv. Cantuar. I, p. XXXVII). 3) Reversus est a. 1218, m. Maio; Chron. Melros. p. 196. 4) Cf. Hahn, 'Gesch. der Ketzer' I, p. 49. 5) Cf. de eo Cron. Mai. III, p. 40. IV, p. 270; cum Stephano et Innocentio III. Parisiis litteris studuerat; inde ab a. 1213. in Gallia contra haereticos crucem praedicavit; sed a. 1216 sq. in Flandria non fuisse videtur; cf. Potthast, Reg. Pontif. I, p. 465. 678. 6) Presb. S. Stephani in Coelio. 7) Innocentius IV.

archiepiscopo et magistro Roberto memorato necnon et magistro Iacobo de Vitriolo[a] [1], que speciales exigunt tractatus, qui[b] legere desiderat, Librum additamentorum[2] annalium que apud Sanctum Albanum sunt, adeat inspecturus. . . . . . .

a) fecit *suppl. videtur.* b) *supplevi.*

# EX ABBREVIATIONE CRONICORUM ANGLIAE.

## HEC EST ABBREVIACIO COMPENDIOSA CRONICORUM ANGLIE AB ANNO INCARNACIONIS DOMINICE MILLESIMO. . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1005. Henricus Romanum adeptus imperium imperavit annis 22. . . . . . . Cron. Mai.

1012. . . . In villa quadam Saxonie chorea in vigilia nativitatis Domini in cimiterio sancti Magni martiris miraculose continuatur. . . . . . .

1029.[3] Cnud Romam ponpose[a] perrexit, ubi elemosinam que Romescot dicitur, et quam Offa rex, fundator nobilis cenobii Anglorum prothomartiris Albani, preconcesserat[4], confirmavit. . . . . . .

1039. . . . Hardecnutus rex Danorum ad Emmam, matrem suam, in Flandriam devectus, cum ipsa apud Berges moram fecit. . . . . . .

1040. . . . Henricus Romanum adeptus est imperium. . . . . . .

1047. Stigandus duos ex dispensacione papali optinuit episcopatus[b]. Extunc Romana curia pecunie inclinare cepit manifeste[5]. . . . . . .

1053. . . . Marianus Scotus veracissimus historiographus obiit[6].

1058. . . . Eodemque tempore civis quidam Romanus iuvenis liberatus est a demone eum vendicante mirabiliter; historie[7] autem docent quomodo. . . . . . .

1067. Edgarus Etheling, videns regnum Anglie in precipiti positum et cor regis in arcum pravum conversum, navem conscendens, dum conaretur in Hungariam reverti, conpulsus[a] est una cum sorore sua Margareta in Scocia applicare. . . . . . . Hist. Angl.

1070. . . . Lanfrancus, monachus Beccensis et post abbas Cadomensis, in archiepiscopum Cantuariensem consecratur. . . . . . .

1074. . . . Gregorius sedit in cathedra Romana annis 12 et 3 diebus; iste[c] papa, sinodo congregata, symoniacos excommunicavit. . . . . . .

1077. . . . Henricus imperator, collecto Warmatie[d] multorum episcoporum concilio, — — devastavit. . . . . . .

1079. . . . Imperator Henricus in concilio — — designavit. . . . . . .

1082. Marianus Scotus — — multum laborans, ut errorem de annis Domini corrigeret, qui in ciclo Dionisii invenitur, hinc positis annis Domini ab eo secundum ciclum Dionisii, altrinsecus iuxta veritatem euvangelii. Sed hoc facit magnorum numerorum limitacio, que parvum numerum deficientem vel supercrescentem non reputat. . . . . . .

1084. Henricus in imperio constituitur et a papa Clemente benedicitur Romanorum patricius. . . . . . .

1087. . . . Berengarius Turonensis — — extersit. . . . . . .

1094. . . . Exulavit archiepiscopus Cantuariensis Lamfrancus[8] precepto regis irrediturus. Transfretans igitur et Romam veniens, a papa Urbano reverenter est susceptus. Deinde Lugdunum veniens et ibi moram continuans, exilium diutinum patienter toleravit. . . . . . .

1095. . . . Papa Urbanus Anselmi instinctu apud Clarum-montem Alvernie civitatem concilium celebravit, ubi multos nobiles cruce signavit, Petro heremita previo, prout historia prolixa[9] super hoc confecta plenius manifestat. . . . . . .

1099. . . . Sigebertus monachus hucusque cronica digessit[10]. . . . . . .

1101. . . . Henricus Romanum adeptus imperium, annis 35 imperavit. . . . . . .

1104. . . . Anselmus a Roma rediens, versus Angliam ne procederet, a rege Henrico[e] I. prohibitus est; perveniens autem Lugdunum, ibi resedit. . . . . . .

1109. . . . Filia regis Henrici Matildis maritatur Henrico imperatori. . . . . . .

1112. Facta est contencio Rome — — imperatori.

1113. . . . Fuit terremotus in Roma[11]. . . . . . .

1121. Rex Henricus duxit Adeliciam, ducis Lovanie[f], causa sue pulchritudinis. . . . . . .

1126. Henricus Romanorum imperator presulatum Ravenne Aernulpho viro elegantis[g], eo quod accusatus,

a) *sic c.* b) *in marg. c.* c) inde *c.* d) et *add. c.* e) *in loco raso c.* f) filiam *ex Hist. suppl.* g) contulit *ex Hist. suppl.*

1) Iacobus de Vitriaco, Hist. Hierosol. II. in usurarios invectus, Stephanum et Robertum praedicatores laudavit; ipse fere ab a. 1210. contra haereticos Gallicos, postea etiam contra Belgicos, sed non eodem tempore quo Stephanus in Flandria, immo a. 1216 in. Mediolani praedicavit; cf. Matzner, De Iacobi Vitr. vita (Diss. Monast. 1863) p. 43. 2) In cod. Cotton. Nero D I non exstant. 3) A. 1031. Cron. Mai. 4) V. supra p. 434. 5) Similiter auctor saepe in avaritiam Romanorum invectus est; quae abhinc omisi. 6) Error e Cron. Mai. verbis a. 1052: *seculum reliquit.* 7) Cron. Mai., supra p. 110. 8) Corr. *Anselmus.* 9) Cron. Mai. supra p. 110. vel Hist. Angl. supra p. 390. 10) In Hist. Angl. hic duo folia abscissa sunt, unde nescio, utrum auctor eam an Cronica hic secutus sit. 11) E Cron. Mai. verbis *urbis Mamistre,* fecit scriba Hist. Angl.: *Urbis manifeste;* unde hic error.

Hist. Angl. quod quadam nocte dormierat cum quadam sua concubina, imperatori, iussit igitur[a] imperator, ut legeret sibi[b] euvangelium; quod et ipse renuit, nec potuit ulla ad hoc trahi compulsione; unde imperator eum dignum censuit presulatus[c]. Ipse autem imperator quadam noctium clamdestinam fugam arripiens et fugiens, ponpam[d] mundi fastidivit et voluit paupertatis humilitatem experiri. Evanuit igitur ab hominum visu et congnicione; unde uxor eius imperatrix Matildis usque ad mortis angustias contristata[e], quo diverteret, ignoravit. Et quia ab aliquibus improperatum fuit ei, quod viro suo venenum propinasset, fugit de nocte, versus partes tendens occidentales, ut ad patris, scilicet Henrici[f] regis, alas fugeret protegenda.

1125. Pio igitur Henrico imperatori successit Lotharius, qui 12 annis imperavit. Diligebat — — specialiter. . . . . . .

1130. Innocencius papa expulsus a Romanis, Anacleto intruso, se contulit ad Cisalpinos; veniensque in Galliam — — recepit eundem apud Rothomagum. . . . . . .

1138. Conradus Romanum adeptus est imperium. . . . . . .

1146. . . . Eugenius papa venit Parisius. Imperator magnus Conradus peregrinaturus duxit — — memorato. Et cum in remotas partes pervenissent, tradidit omnes illos imperator Constantinopolitanus in manus soldani Yconie, ita ut de tanta multitudine occulto Dei iudicio vix decima pars evaderet. Imperator tamen vix evasit.

1147. Imperator Achon applicans Frethericus[1], Ierosolimam profectus, a rege Baldewino honorifice susceptus est post dolorem, et oratione perfecta, recessit. . . . Post vero imperator et reges Francorum et Ierusalem, ne nil ageretur, [g]obsederunt. Et cum prosperatum fuisset opus marcium in manibus eorum, ita ut pateret, ortis destructis, capcio civitatis, corrupti auri et argenti multitudine infinita, pacifice, sed turpiter recesserunt. Proh pudor, immo proh dolor! infideles fidelium detestabantur infidelitatem, teporem et avariciam. Extunc igitur diatim tepuit et languit christianorum devocio circa liberacionem hereditatis Crucifixi. . . . . . .

1151. . . . Conradus imperator, vir pius et prudens, diem clausit extremum; cuius facta laudabilia in libro Cronicorum[2] plenius poterunt reperiri. . . . . . .

1154. . . . Defuncto papa Anastasio, successit Nicholaus, propria industria promerente, de teritorio[d] Sancti Albani oriundus. . . . . . .

1159. . . . Defuncto papa Adriano et, ut dicitur, pre invidia a Romanis pocionato[3], oritur scisma inter duos, Alexandrum et Octovianum. Imperator — — Alexandrum. Tandem Alexander papatum optinuit. . . . . . .

1163. . . . Papa Alexander Turonis concilium congregavit. . . . . . .

1165.[4] . . . In confinio[5] annorum illorum defuncto Octoviano — — pontificem. . . . . . .

1168. Rex Anglorum Henricus[f] . . . Reginaldo Coloniensi archiepiscopo, scismatico et hosti pape publico, consensit, scribens eidem amicabiliter in hec verba: *Desideravi iustam habere occasionem* etc.; respice Epistolarum librum[6]. . . . . . .

1173. Rex Anglorum Henricus Iohanni, filio suo, — — sponsam dedit. . . . . . .

Comes etiam Legrecestrie et comitissa cum suis Flandrensibus captus est.

1174. . . . Comes Flandrensis Philippus multa regi Henrico[f] patri nocumenta machinatur. . . . . . .

1175. Rex Francorum Ludowicus et comes Flandrensis retrocesserunt, iuvene rege rogante ea que pacis sunt a patre suo. . . . . . .

1176. . . . Iohanna, filia regis, Siculorum regi nupta[h] traditur. . . . . . .

1177. . . . Frethericus imperator humiliatus, satisfaciens de offensa, ablata pape restituit. . . . . . .

1179. . . . Habitum Rome concilium — — Alexander tertius. . . . . . .

1182. . . . Dux Saxonum Henricus — — habundantur[d]. . . . . . .

1184. . . . Ducissa[7] autem peperit filium Wintonie, quem vocavit Willelmum. . . . . . .

1185. . . . Dux Saxonum reconciliatur imperatori, suo contentus patrimonio. . . . . . .

1186.[8] . . . . . .

| | |
|---|---|
| Mortuo[i] Urbano papa, successit Gregorius. Qui cum paucis temporibus sedisset, potionatus defunctus est; cui Clemens III. subrogatur. . . . . . . Scribit[9] Frethericus[k] imperator Saladino; rescribit Saladinus. . . . . . . | Mortuo Urbano succedit Gregorius, qui parvo tempore sedens obiit potionatus; cui Clemens subrogatur. . . . . . . |

1188. Imperator Frethericus, pacem cum iam inierat cum papa Alexandro[l], cruce signatus est. Scribit Saladino; Saladinus rescribit; in Historiis Sancti Albani[10] reperies epistolas. . . . . . .

1189. . . . Frethericus Romanorum imperator iter arripit Ierosolimitanum cum numeroso exercitu et forti; sed[11] in parvo flumine periit submersus. . . . . . .

1190. . . . Rex Francorum Philippus 16. Kal. Octobris apud Messanam applicuit. Rex Ricardus — — Mategrifun appellavit. Illi vero Grifones humiliati postea de pace ei observanda iurantes, obsides tradiderunt. . . . . . .

1191. . . . Papa Celestinus consecravit imperatorem Henricum, filium Fretherici.

Comes Flandrensis Philippus obiit in Terra Sancta. . . . . . .

1192. . . . Ipsis diebus, cum lis oriretur de hospiciis capiendis inter previos marescallos ducis Austrie et cuiusdam[m] armigeri Normanni, et querimonia ad aures regis[n] commoti ex dictis Normannorum reboantium[12],

a) renuit cum iussisset imp. *vel similiter emendandum.* b) e. s. *corr.* s. e. *c.* c) presula *c.* d) *sic c.* e) contristatata *c.* f) H. *c.* g) Damascum *suppl. Madden ex Hist.* h) nuptura *Hist.* i) *haec Madden sub schedula agglutinata legit, in qua altera columna exhibita exstant.* k) F. *c.* l) A. *c.* m) armigerum c. militis *Hist.* n) pervenisset *suppl. videtur ex Hist.*

1) *Conradus* recte Hist. 2) *S. Albani* addit Hist. p. 392. 3) Haec auctor in G. abb., supra p. 437. legisse potest. 4) A. 1164. recte Hist. et Cron. 5) Potius Apr. 20. 6) *In Cronicis Magnis* (supra p. 393) recte Hist., ubi haec verba partim erasa sunt. 7) Saxoniae Matilda. 8) A. 1187. recte Hist. 9) A. 1188. recte Hist. et infra l. 50; fortasse ut hoc mendum corrigeret, auctor hunc locum immutavit. 10) Hist. supra p. 394. 11) A. 1191. Hist.; potius a. 1190. 12) Praeter Hist. auctor hoc loco adhibuisse videtur Cron., supra p. 113 sq.

rex precipitanter precepit, ut vexillum ducis in cloacam proiceretur. Et sic privatus est dux hospicio, probris Normannorum lacessitus[a]. Dux igitur cito postea iratus et tristis, reposita super hiis Deo querimonia, ad propria remeavit. . . . . . . 1192. Hist. Angl.

Rex Ricardus per emptores suos linguam patrie ignorantes[1] in Austria captus est. Suam igitur probitatem rex videns non prevalere, cessit capcioni. Duci igitur — — custodiendum. . . . . . .

1193. Rex Ricardus — — custodiri. Imperator autem in multis eum graviter acusavit[b]; sed hec omnia in Historiis[2] reperiuntur. Tandem pro redempcione sua centum quadraginta milia librarum imperatori numeravit ad pondus Coloniensium; pro qua redempcione omnes episcopi, clerici, comites et barones, abbacie sive prioratus, quartam partem reddituum suorum ad regis redempcionem contulerunt. Insuper ad hoc calices Anglie sunt collati; Warinus vero abbas Sancti Albani omnes sue ecclesie et diocesis de suo adquietavit, centum marcas regiis ministris persolvendo. . . . . . .

1194. Rex Ricardus iam maxima sue redempcionis parte soluta, obsidibus datis pro residuo, liber permissus est repatriare. Qui matre sua Alienora[c] comitante, beatum Thomam devotus adiens, gratias Deo et martiri egit de liberacione sua. Fuerat enim tempus, quo credidit in frusta pro iniuria, quam duci Austrie prepropere in Terra Sancta fecerat, detruncari[3]. . . . . . .

1195. Rex Ricardus per nuncios solempnes[d] pape destinatos gravem querimoniam de duce[e, 4] reposuit, quod ipsum Deo militantem et de peregrinacione sua tam laboriosa redeuntem cepit et indecenter afflixit imperatorique, acsi bos esset vel asinus, vendidit; per quod regnum depauperare cogebatur, ita quod gravior erat illi, quam si ipse Saladinus paganissimus[f] cepisset; quod et ipse Saladinus ante mortem protestatus est. Porro omnes peregrinantes ceperat ecclesia in eundo et redeundo, et maxime eos qui redire proposuerant, usque ad triennium sub pena excommunicationis protegendos. Papa igitur — — derivatus. Die vero sancti Stephani, dum dux[4] pergeret spaciatum, eius equus offensus tibiam eius cum pede ad arborem graviter contrivit. Unde cito post, igne ibidem percussus infernali, cum non posset cruciatum tolerare, pedem dolabro fecit amputari, et sic miseram animam exhalavit. Imperator Henricus subiugavit — — debebatur. . . . . . .

1198. Procurante rege Ricardo, Otto — — coronata. . . . Rex Ricardus treugas concessit[5] quinquennes ea intencione et condicione, ut papa promocioni Othonis diligenter intenderet et favorabiliter. . . . . . .

1199. . . . Venerunt interea ad regem Iohannem comes Flandrensis et multi nobiles de regno Francorum et pepigerunt cum eo fedus, lucris inhiantes; quod et rex Francorum moleste tulit. . . . . . .

Otto Romam veniens, ad imperium est promotus. . . . . . .

1206. . . . Iohannes Ferentinus veniens legatus in Angliam eamque perlustrans, magnam ex ea pecuniam congessit. . . . . . .

1207. . . . Otho venit in Angliam. Cui adventanti occurrit rex letabundus; et cum venisset Londonias, ornata est civitas coronis, lampadibus et olosericis. Et cum per — — subiugare. Unde idem — — marcas meruit reportare.

Sub eisdem temporibus fratres qui dicuntur Minores, favente papa Innocencio, inceperunt per loca domos edificare et eas in capitalibus civitatibus inhabitare et publice predicare. . . . . . .

1208. . . . Philippus dux Suavie, emulus imperatoris Othonis, interimitur. . . . . . .

Hoc quoque anno peperit Ysabella filium, et vocatus est Ricardus. . . . . . .

1209. . . . Dux Suavie venit in Angliam ex parte Othonis, ut[g] thesaurum ad opus ipsius Othonis thesaurum exacturus; unde quod postulavit reportans, repatriavit. . . . . . .

Otho consecratus est in imperatorem Romanum. Henricus dux Saxonie venit in Angliam, frater Othonis. . . . . . .

1211. . . . Reginaldus comes Bononie — — confugit ad alas regis Iohannis[h]; qui statim trecentas libratas terre cum donativis in odium regis Francorum eidem contulit preciosis. Comes autem regi homagium fecit et fidelitatem; recesserat autem a domino suo rege Francorum ob suam superbiam et contumaciam. . . . . . .

1213. . . . Fecit[6] etiam omnes sue naves potestatis, . . . etiam de Ianua et Pisa bellicosas conducticias, super mare versus Angliam congregare et congregatas frumento . . . communire. . . . Preterea nautis — — est. Comes[7] — — regi Anglorum hec omnia nunciavit, . . . ut sibi in arcto propter eum constituto suffragaretur, [illegible]ltare sibi presidium destinando. Hiis auditis, rex Anglorum misit in succursum comitis fratrem suum Willelmum, ducem vel comitem Holandie et Reginaldum — — caruisse. Exierant enim milites ad predandum in terra comitis[7]. Quod cum milites regis Anglorum cognovissent, ad arma prosilientes, trecentas ex eis frumento, vino et aliis victualibus et armis onustas — — possiderunt. Rex igitur Francorum cum suis confusus et inglorius est reversus. Rex igitur Anglorum, hiis auditis, mente respiravit,

*Ut*[8] *solet infuso vena redire mero;* Ovid. Ex Ponto I, 3, 10.

precepit multitudini — — rapinis. . . . . . .

Nicholaus Tusculanensis episcopus[9] . . . extortos igitur redditus ab Anglis suis[10] compatriotis dedit et consanguineis; unde qui nuper cum quinque equitaturis venerat et uno mulo macilentis, iam triginta vel pluribus stipatus incedebat.

1214. . . . Et[9] suis quos vocavit redditus[i] consanguineis, affinibus et compatriotis prorsus indignis et quam pluribus absentibus et ignotis redditus contulit opulentos, rege benigne hec acceptante. Unde unum casum huic pagine ridiculosum, licet videatur inutilis digressio, duximus annectendum. Reliquit idem Nicholaus quandam mulierculam, eidem

a) *hoc verbum supra p.* 394, *n.* g *supplendum erat.* b) *sic c.* c) A. *c.* d) solempnos *c.* e) Austrie *suppl. Madden ex Hist.* f) eum *suppl. videtur.* g) ut th. *delendum.* h) I. *c.* i) *delendum censet Madden.*

1) Econtra Cron. supra p. 36: *intelligebat.* 2) Hist., supra p. 395. 3) *Capite plectendus,* Gerv. Cant., SS. XXVII, p. 306. 4) Austriae. 5) Francis. 6) Philippus II. 7) Flandriae. 8) V. eundem versum ap. Math. supra p. 289. 9) Legatus apostolicus. 10) *Ecclesias vacantes clericis suis distribuit* Cron. (e Wendoverio) II, p. 571; Hist. II, p. 147.

1213. consanguinitate propinquam, gravidam et in proximo parituram. Cui recessurus a patria sua dixit: 'Redditum opimum me promitto certissime proli tue collaturum, filius si fuerit; sin autem, iterum ilico concipe, ut filium valeas generare, quem multis redditibus locupletabo. Vado enim legatus in Angliam'. Mulier autem filiam edidit nec unquam prolem edidit postea nisi femininam, quamvis postea immaturas filias tres vel quatuor generasset. Hec iccirco dixerim, ut sciat lector, quam indifferenter redditus Ytalicis indignis et aliqui-

Hist. Angl. bus nascituris conferuntur. Appellatum est contra huiusmodi legati tirannidem. . . . . . .

1214. Franci autem plus gaudebant super illo casu[1] quam unquam de alio qui eis contingebat, immo etiam de illo qui in Flandria evenit. Sed de illo in sequentibus declarabitur. . . .

His quoque diebus — — Philippus rex Francorum . . ., nec mirum, perteritus[a], invocato tamen Dei et sancti Dionisii suffragio, occurrit eis cum excercitu suo ad pontem de Bovines; — — Hugo de Boves, christianus umbratilis, non reputans diei solempnitatem violare, vocavit comitem Bolonie proditorem. At ille: 'Hodierna dies te, Hugo, proditorem et me probabit et fidelem experietur'. Exclamato igitur hinc: 'Regales, regales!' inde 'Montis-gaudium, Montis-gaudium[2]!' perstrepentibus[b.3] tubis et lituis, commissum est bellum cruentissimum. Et rex in medio acierum est prostratus; super quem quidam miles cadens, ut se hostium ictibus opponeret, Neuster natione[4], tandem interfectus est. Et rex vix super equum[5] elevatus, dum quidam alius[6] miles Francigena, qui armis regiis fuerat redimitus, hostium[c] turmis extitit impetitus, qui et tandem periit interemptus[d]. Tandem calore ascendente, ut solet in Iulio mense, opponuntur[e] hinc inde hii hiis hostiliter, vulnerantur, prosternuntur, occiduntur, capiuntur. Denuo prevaluit pars Francorum; et post conflictum gravissimum, in quo ipse fere occubuit imperator a[illegible] equo pulsus[7], clam se divertit cum suis quibusdam commilitonibus. Capti sunt ibidem ex parte regis Anglorum Willelmus[f] comes Saresbiriensis, comes Flandrie Ferrandus[g], comes quondam [illegible]lonie Reg[illegible], co[illegible] Fetu[7] Alemannie cum multis aliis preclaris et viris prepotentibus; qui in Franciam trahebantur i[illegible] [illegible] cantibus applaudentium splenduit serenata. Facta est autem hec belli congressio mense Iulio, 6. Kal. Augusti. . . . . . .

1215. . . . Et ex regionibus Lovanie et Braibantie caterve — — transmiserunt. Ad quos[8] ulciscendos[h] vocatus a rege venit de partibus transmarinis Hugo de Boves in una navi nobilissima a rege sibi missa, que vulgo husser[9] dicebatur; sed exorta tempestate, ipse cum tota sequela sua periit in profundo. . . . . . . Eodemque anno celebrata est Rome sancta et universalis sinodus in ecclesia sancti Salvatoris, mense Novembris; in quo — — duo, presidente papa Innocentio III. pontificatus sui anno 18. . . . . . .

1216. . . . Tunc vero solutum est concilium generale. Papa vero prelatis petentibus licenciam repatriandi minime concessit; immo a singulis auxilium peconiare exegit, quam[i] recessuri prius adquisiverunt; postea de viaticis sollicitabantur. Cogebantur autem hec omnia a mercatoribus, id est usurariis, Romane curie duris condicionibus mutuare[k]. Et sic cum benedictione papali satis empta[10] repatriarunt. . . . . . .

Tunc vero temporis venit Walo legatus[l] in Franciam. . . . Walo interea legatus in procurationibus suis et reddituum rapinis suos et quos voluit ditavit, metens quod non seminavit. . . . . . .

1218. . . . Subiugata autem turri Damiate, venerunt ad[m] passagium sancte crucis de diversis — — Romania multis. . . . . . . Walo legatus, refertis[n] sarcinis, Romam remeavit; Pandulphus, per ipsum sullimatus in episcopum Norwicensem, in eiusdem successit officium. . . . . . .

1221. . . . Cessavit legacio Pandulphi, ipso Romam non vacuis clitellis revertente. . . . . . .

1224. . . . Eodem anno quidam — — asserens, se fuisse Baldewinum comitem Flandrie, — — cadavera suffumigari. Si autem sophisticus fuisset ille senex vel non, veraciter non diffinimus.

1225. . . . Magister Otto, domini pape nuncius, in Angliam veniens pro ecclesie Romane negociis, regi literas presentavit. . . . . . .

1226. . . . Pullulante tunc temporis heresi Albigensium, rex Francorum Ludowicus super ipsos cruce signatus, die ascensionis excercitum suum et cruce signatorum congregavit, ut Christi iniuriam illuc hostiliter iturus vindicaret. Qui congregatus estimatus est ad 50 milia militum et equitum preter pedites innumerabiles. Legatus vero inprimis comitem Tholosanum et omnes eius fautores publice[o] excommunicans, totam terram suam supposuit interdicto, licet ipse comes omnimodam humiliter satisfactionem optulisset. Avinionem igitur perveniens rex cum excercitu, cum denegatus ei fuisset civitatis ingressus, iratus obsedit eam; ubi factus fuit assultus acerrimus. . . . . . . Et dum[11] regis[12] mors celaretur per 8 dies, legatus prodiciose civitatem intrans, sub dolo et mendacio eam Francis subiugavit. . . . . . .

Hoc etiam anno, 4. Nonas Octobris beatus Franciscus in civitate Assisii, de qua ortus est, migravit ad Christum. . . . . . .

1227. . . . Eodem anno defuncto papa Honorio — — *mori*. . . . . . .

Romanorum autem imperator — — prelatorum, Templariorum et Hospitalariorum odium et iram in se suscitavit, sicut sequens sermo declarabit.

Miracula per sanctum Franciscum crebrescunt. . . . . . .

1228. . . . Papa Gregorius — — publicari precepit. Imperator econtra per suas literas sese iustificando, de

a) perturbatus *c. ex Hist., sed erasum et in marg.:* perteritus. b) prestrep. *c.* c) *corr. in marg. ex* fustium *c.* d) *sic sententia non finita c.* e) opprimuntur *Hist.* f) W. *c.* g) F. *c.* h) ulciscen *c.* i) quod *emendandum.* k) cogebantur *iterum add. c.* l) *in marg. c.* m) d' *erasum c.* n) *corr. ex* refertus *c.* o) publi *c.*

1) De Iohanne per Ludovicum (VIII) a Rupe-monachi repulso. 2) Hunc clamorem attribuit Matheus civi Londoniensi, qui a. 1222. pro Ludovico VIII. seditionem movit, Cron. III, p. 72; Hist. II, p. 251. 3) Cf. Cron. ex Wend.: *perstrepentibus buccinis;* infra quoque ubi ab Hist. differt, auctor cum Cron. convenit, quae tamen certe non sola hic adhibuit. 4) Stephanus de Longo-campo; cf. SS. XXVII, p. 188. 5) Cf. Cron. ex Wend.: *equo suo.* 6) Petrus Tristanides(?), SS. XXVI, p. 311. 7) Ex Hist. a. 1250, supra p. 429. 8) Flandrenses regi stipendiatos, a baronibus Roffae obsessis interemptos. 9) 'Huissier', navis qua equi transvehuntur. 10) Cf. supra p. 439, l. 30. 11) Error; ut supra p. 53 sq. 12) Ludovici VIII.

ipso papa quam plurimum est conquestus, sententiam in eum fuisse latam iniuriose, hoc adiciens et exortans omnes orbis principes, ut contra incomparabilem Romane curie avaritiam et iniquitatem, que cotidie suscipit incrementum, sese prospiciant. Quia — — *ardet.* Et[1] si maximum christianorum presumunt conterrere[a] Romani, quid de aliis est sentiendum? Ex hac perturbacione motus imperator, excitavit contra papam — — significavit. Populus autem Romanus — — innodavit. . . . . . . 1228. Hist. Angl.

Eodem anno imperator — — sed ei consuluerunt Wintoniensis et Exoniensis episcopi[2] et omnes alii magnates et prelati eidem[b], ut pape satisfaciens, rediret humiliatus ad ecclesie unitatem. Quod — — constantem. Alii tamen non male illud[3] interpretabantur, quia re vera ante illos multos dies propter intermeantium institorum commercia mutua et donativa preciosa, unde pacifice licuit hinc indeque negociari, fuerant amicissimi, sicut et ipsorum patres et antecessores. Malingni — — civitatem. Innumera navium multitudo post longa tamen maris pericula cum victualibus Achon applicuit, ita quod in exercitu, qui apud Iopen, previo imperatore, iam profectus fuit, magna fuerat habundantia usque ad perfectam reedificacionem castri memorati. In qua episcopus Wintoniensis nulli fuit secundus. . . . . . .

1229. . . . Circa dies — — desperare. Decrevit[4] igitur illum ab imperiali culmine precipitandum et alium subrogandum. Constituit igitur — — collegit . . . pecuniam, licet[5] ab invitis et dolentibus prelatis maxime religiosis, stipendiariis distribuendam et in prelio exponendam, imprecantibus cunctis, ne bonum finem talis preda et pompa sortiretur. Invasit igitur — — omnia per celeriter intermeantes imperatori Deo in Terra Sancta militanti quantocius nunciabantur. . . . . . . cf. Ov. Am. 1, 10, 48.

Do[illegible] papa . . . rebellem imperatorem sicienter cupiebat deicere. . . . . . .

[illegible] autem congnovisset imperator, imperium suum patere discrimini, significavit soldano — — evitare. Quod cum soldanus audisset, gavisus omnia concessit; et sic feliciter factum est. Cum autem pax firmaretur, imperator, antequam transfretaret ad propria, voluit omnibus modis loca sancta oraturus visitare. Et cum pergeret ad fluenta Iordanis, significatum fuit soldano a proditoribus imperatoris, quod ibi leviter nudus, pedes[c] et in laneis capi potuit, nullo prohibente. Quod cum audisset soldanus, mirabatur de tante prodicionis immanitate. Qui autem honorem Templi et Hospitalis minime diligunt, hec illis imponunt mentientes; non enim credibile[6], ut a viris religiosis tantum nephas scaturiret, licet papam iuvare viderentur. Soldanus[d] in argumentum fidei literas illas detestabiles transmisit imperatori; unde omnibus vite eorum diebus fuerunt amicissimi. Gaudens igitur imperator, quod laqueos absconditos evasisset, remeando transfretavit. Verumtamen hoc fuit seminarium odii inter imperatorem et Templarios necnon et Hospitalarios. Magister Stephanus domini pape cancellarius mittitur in Angliam, magna armatus potestate ad colligendam decimam. . . . . . .

Imperator Frethericus[e] rediens applicuit prospere in Sicilia, cui sui fideles et naturales catervatim occurrerunt gaudenter dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini! Et confluebant undique ad eum, dicentes se excusando qui dispersi fuerant, quoniam papa et papales eos preocupatos seduxerat; quod de cetero non continget. Readquisivit igitur imperator una die vel una hora quicquid ei papa per plures menses[f], effusis infinitis quos ab ecclesia extorserat thesauris, cum hominum strage miseranda christianorum, quorum omnes qui imperatorem profitebantur dominum excommunicatos, quod est horribile dictu, papa animarum Christi prodigus ad tartara destinavit, ut timetur. Matth. 2, 19.

1230. . . . Tempore vero vernali arridente, imperator contra hostes suos ita, fuso multo sanguinis christiani profluvio, invaluit, quod castra sua et iura omnia ad imperium spectantia potenter revocavit. Et preter eos quos extra menia fecit trucidari, quoscunque in castris vel civitatibus de proditoribus suis pape[g] adherentibus poterat invenire, vel vivos excoriari vel in patibulis vento presentari. Inter quos quendam cepit domini pape fratrem, quem proposuit idem papa multis ditatum honoribus, ut dicebat, sullimasse, cum imperatorem deiecisset. Imperator vero, ne tanti viri prophetia careret veritate, fecit illum in quodam eminenti monte, patibulo longis trabibus ad hoc specialiter composito, suspendi ad magnam ecclesie et domini pape confusionem, obprobrium et ignominiam, nec manibus imperialibus redimi cumulata esterlingorum desiderabilium multitudine. Et factum est nomen imperatoris tirannizantis exosum nimis et cruentum in corde et auribus papalibus vehementer; unde ferventius ulcioni insistebat.

Iohannes de Bresne, princeps papalis excercitus et dux, horrens incidere in manus tirannicas, fugit in Galliam ad natale solum, dispersis commilitonibus stipendiariis, sed impregnatis eorum marsupiis et elitellis[7]. Mediantibus — — convenirent. Papa enim, offenso nimis imperatore[h], pelli sue formidabat. . . . . .

Dux Saxonum, regis Anglorum consanguineus, veniens in Angliam, de absentia regis dolens, quem credidit invenisse, cum honore a civibus Londoniensibus susceptus est; ubi adventum regis in domibus Veteris Templi[8] commorans expectabat. . . . . . . Hoc etiam tempore, mense videlicet Augusti — — confirmata. . . . . . .

1234. . . . Papa, orta sedicione in Urbe, apud Perusium moram facturus[i] discessit. . . . . . .

1235. . . . Imperator Romanorum Frethericus desponsavit Ysabellam, sororem regis Anglorum; cum qua data fuerunt 30[9] milia marcarum absque ornamentis neccessariis tantis nupciis, que[8] ad tria milia ascenderunt; que omnia per Angliam fuerant extorta et collecta.

a) conterere *em. Madden.* b) *delendum censet Madden.* c) ped˜ *c.* d) S, *spatio sequente c., alia m. post. suppl.* e) F. *c.* f) abstulerat *vel simile verbum suppl. videtur.* g) prope *c.* h) imperator *c.* i) feũturus *c.*

1) A. 1216. auctor Philippum II. dicentem facit: *Quanto papa magis ditatur et roboratur, tanto efficacior ad quos voluerit conterendum;* cf. Cron., supra p. 313, l. 10. 2) Haec duo nomina auctor ex Hist. capite praecedente, supra p. 402, collegisse potest. 3) Amicitiam soldani et imperatoris; cf. Cron. supra p. 192. 281. 4) Gregorius IX. 5) Ex Hist. II, p. 316. 6) Templariis hunc dolum attribuit Matheus supra p. 404. 7) Ex Cron. supra p. 126. 8) Hoc alibi non inveni. 9) Ita quoque Cron., supra p. 131.

1235. Hist. Angl. Per idem tempus ex partibus ultramarinis venerunt Londonias quidam ignoti, qui se esse domini pape mercatores vel scambiatores asserebant, cum tamen manifesti existerent usurarii, quorum usure durioris erant condicionis quam Iudeorum. Isti autem maxime religiosos suis debitis studuerunt illaqueare, quia illos literis papalibus pro voluntate impetratis poterant exagitare. . . . . . .

1236. Rex Henricus[a] III. anno regni sui 20. tenuit festum natalis apud Wintoniam, expectans ardenti desiderio suorum adventum nunciorum, quos in Provinciam destinaverat ad Reimundum Provincie comitem, a quo poposcerat filiam suam Alienoram, sororem videlicet regine Francorum natu consequentem, sibi matrimonio copulandam. Que in Anglia applicans et Cantuariam prospere veniens, desponsata est regi officio Cantuariensis archiepiscopi Edmundi. . . . . . .

Rex nimis et secus quam deceret, suis spretis et repulsis magnatibus naturalibus, electum Valentinum Willelmum, regine avunculum, qui cum ea venerat in Angliam[1], sequebatur — — emendacionem. . . . . . .

1237. Rex Henricus[a] III. . . . conquestus est enim graviter, quod sororis sue, scilicet imperatricis, matrimonium necnon uxoris sue regine ipsius thesaurum dissipaverat et ipsum miserabiliter depauperaverat. . . . . . . Imperator Fretthericus[b] omnes christianitatis principes apud Vaucolur vocavit congregandos, ut de statu omnium[2] regnorum contrectarent; sed rex Francorum noluit ad tale tam universale concilium venire nisi excercitu suo prudenter communito; unde res effectu caruit prelocuto. . . . . . .

Mediolanenses ausi exire hostiliter contra imperatorem Frethericum[b] victi sunt, et 10 milia eorum ceciderunt. Potestas eorum, scilicet filius ducis Venetorum, captus est et[3] suspensus. Et carrochium eorum captum est in magnam eorum confusionem et obprobrium; quia illud est Italicis pro standardo, quod cum amiserint, non poterunt aliud sibi recuperare, nisi per strenuitatem sibi readquirant, vel ex gratia imperatoris reconcedatur eisdem; quorum utrumque erat Mediolanensibus impossibile vel nimis difficile. . . . . . .

1238. . . . Natus est imperatori Fretherico[b] ex Ysabella imperatrice, sorore regis Anglie, filius et vocatus Henricus. Et[4] extunc magis ac magis imperator Anglicos diligebat, unde maiorem[c] spem amissa recuperandi super regem Francorum, prout idem imperator certissime promiserat, sed inaniter, conceperunt. . . . . . .

Eodem anno post pascha — —, premunivit. Hic[5], ut dicitur, pro[6] amore imperatoris Fretherici[b] — et ad hoc sicienter hanelavit idem Fretthericus[b] — baptismi suscepisset sacramentum, nisi parentum suorum minas et obprobria formidasset. . . . . . .

Eodemque anno 5. Idus Iunii obiit episcopus Wintoniensis Petrus; . . . hic laudabiliter . . . pacem inter papam et imperatorem reformavit. . . . Rex loco ipsius Willelmum Walentinum electum subrogare in episcopatu conabatur, licet paulo ante episcopatum Leodiensem sibi adquisisset[7]. . . . . . .

Diebus sub eisdem quidam de ordine Predicatorum Robertus, Bugre dictus eo quod aliquando hereticus et filius heretici extiterat, in partibus Flandrie multa milia hominum, auxilio fretus regali, fecit comburi. Tandem ipsemet iudicio confratrum suorum, qui neminem ad mortem condempnant, immuratus est, ut ibi de horribilibus commissis[d] suis[e] perpetuo penitentiam ageret. Tandem eo procurante non sine multe pecunie, ut dicitur, effusione, ex dispensacione papali apud Sanctum Victorem, ne maius scandalum per ipsum oriretur, in canonicum est receptus.

Fama imperatoris, forte per emulos suos dissiminantes[f], non mediocriter est obfuscata. Imponebatur enim ei, quod dixerit quedam deliramenta de sacramento altaris, que plus expedit reticere quam recitare. . . . . . .

1239. . . . Reddita est imperatori Fretherico[b] opulentissima insula, Sardanie scilicet regnum, contra pape voluntatem, dicentis illud regnum ad ius ecclesie pertinere. Fretthericus[b] vero asserebat, illud liquido ad imperium spectare et per Romane curie avariciam diu alienatum; sed tenebatur obligatus sacramento dispersa imperii et alienata revocare. Et ilico papa invito et contradicente, contulit illud Ensio, filio suo; unde rediit pristina ira cum incremento rediviva et odium inexorabile inter papam et imperatorem. . . . . . .

Excommunicatur imperator. . . . Imperator per totam christianitatem denunciatur excommunicatus. . . . . . .

Thomas comes Flandrie venit in Angliam pro suo comodo. . . . . . Obiit Willelmus electus Valentinus in partibus transmarinis in flore sue iuventutis[g], multis dignitatibus honoratus, immo pocius oneratus. . . . . . .

1240. . . . Imperator per epistolam mangnam[h] et elegantem reprehendit regem Anglie vehementer et acerrime, eo quod permisit tam frequenter terram suam per papam talliari et depauperari tanquam servilem et miseram. . . . . . . Consenserunt et oportunum censuerunt tam imperator quam papa et cardinales, ut concilium convocaretur generale apud Lugdunum[8], quo papa confugerat a facie imperatoris persequentis. Sed postquam papa convocarat ad idem quosdam Fretherici et eius imperii hostes[i] puplicos[h] concilium, obmurmuravit imperator renuens, ne inimici eius sui forent iudices; et premunivit eos, ne per[k, 9] suam dicionem transirent, per mare vel per terram. Econtra papa persuasit[l] et eosdem tam prelatos quam alios, ut venirent, animavit et in virtute obedientie imperavit, asserens plus debere obedire Deo quam hominibus. . . . . . . Imperator Fretthericus[b], timens, ne in concilio[m] celebrando, quia illuc veniebant hostes[n], aliquid contra eum statueret papa[10], qui ipsum persequebatur[o], prohibuit prelatis et aliquibus magnatibus, causam

a) H. *c.* b) F. *c.* c) marem *c.* d) *corr. in marg. ex* commisso *c.* e) suo *c.* f) *sic pro* dissem: *c.*; calumnias *forte supplendum.* g) iuventis *c.* h) *sic c.* i) ho[s] *c.* k) in perdicionem suam *Hist.* l) persuavit *c.*; eis *forte supplendum.* m) concil *c.* n) hostis *c.* o) persequabar *c.*

1) Fortasse ex Cron., supra p. 132. 2) Hist.: *imperii.* 3) Hist. add.: *postea.* 4) Similia apud Matheum supra p. 131. 143. 201. 429, l. 21. 5) *Soldanus Babilonie.* 6) *pro — Fretthericus* e Cron. supra p. 144. 7) Cf. Hist. supra p. 412. 8) Ita Innocentii IV. concilium Lugdunense cum synodo a Gregorio IX. Romam convocata, ad quam ne praelati proficiscerentur imperator interdixit, confundere potuisse equidem Matheum non duco. 9) Legit igitur auctor Historiam (supra p. 413, n. l) nondum correctam. 10) Haec ex Cron. p. 198 sq.

eis manifestans, ne ad suspectum concilium convenirent, et paravit eis impedimenta qui prohibicioni[a] eius non obsecundarunt. . . . . . . Hist. Angl.

1241. . . . Petrus de Sabaudia venit in Angliam; cui rex gaudenter occurrens, ilico contulit comitatum sive honorem de Richemund cum multis aliis donativis. . . . . . . 1241.

Capti sunt in mari quam plures prelati ab Ensio, imperatoris Fretherici[b] filio, qui ad concilium secundum mandatum pape properabant; quos tamen papa minime liberavit. . . . . . . .

Die autem invencionis[c] comes[1] rediturus navem ascendens, apud Trapes in Sicilia applicuit; ubi[d] malos rumores audivit de . . . capcione prelatorum in mari. Occurrit ei gaudens imperator; et locutus est comes cum imperatrice, sorore. Missus est comes inter ipsum imperatorem et papam, ut pacem reformaret, pluries, sed frustra laboravit. Sicienter enim desideravit liberare captivos citra mare, sicut liberaverat ultramarinos. . . . . . .

Obiit papa Gregorius IX, etate centenarius. . . . . . .

Impedita fuit eleccio papalis pro multiformi desolacione ecclesie Romane. . . . Cardinales pauci — — cardinalis. . . . . .

Obiit quoque Ysabella imperatrix Romanorum, soror regis Anglorum, gloria et spes Anglorum, in partus discrimine.

1242. . . . Obiitque unus filiorum imperatoris longo carcere maceratus.

1243. . . . Prelati incarcerati postulabant instantissime, ut imperator liberos eos permitteret saltem per tantum tempus abire, donec providissent ecclesie de pape substitutione, promittentes fideliter, quod talem eligerent in papam, qui paci profecto consentiret. Quibus verbis fidem adhibens imperator, ipsos liberos abire permisit. . . . . . .

Per idem tempus rex Francorum — — apostolatum accepit citra montes populum Deo acceptabilem adquirendi. Unde ipsi cardinales, licet adhuc ficti et desides et cordibus divisi[e.2], tam imperatoris quam regis supradicti stimulis agitati[f], die nativitatis sancti Iohannis baptiste Sinebaldum cardinalem in papam creaverunt, imperatori prorsus exosum et eidem plane adversantem, postquam vacaverat sedes per annum et 9 menses. Die vero apostolorum Petri et Pauli confirmatus est, et vocatum est nomen eius Innocentius IIII. Et ilico confirmavit sententiam in imperatorem latam a predecessore suo; unde imperatoris ira iam in furorem et odium est conversa. Et iamiam penituit eum graviter prelatos a carcere liberos dimisisse. Posuit igitur in exitibus et introitibus urbium et viarum arctas custodias, ne bullarum portitores libere transmearent, sciens, quod exinde non minimum emolumentum tam papa quam cardinales reportarent. . . . . . .

Templarii fratres Theutonicorum ecclesie sancte Marie in contumeliam imperatoris infestabant; unde ipsi etiam infideles gaudentes cachinabant[g] et eorum religionem deridebant. . . . . . .

Comes Ricardus desponsavit Cinciam, sororem regine, die sancti Clementis, celebratis nupciis apud Westmonasterium cum honore incomparabili. Rex — — possessionibus ampliavit.

Fama imperatoris, etiam in fide vacillantis[h], ut dicebatur, non mediocriter denigrata est. Suadente et urgenter stimulante papa, eligitur in regem Alemannie, quasi in arram culminis imperialis, andegravius de Duringe, vir elegans et genere preclarus et sanctissime Elizabeth sanguine propinquus[3]. Unde libencius fecerunt ei homagium magnates Alemannie, et maxime prelati, instinctu papali, nomine Fretherici, quem iam[1] nemo imperatorem ausus est dicere vel affirmare vel nominare, fetente. Cui Conradus, Fretherici filius, potenter se opposuit[4], et sic orta est guerra exicialis per totam Alemanniam, et effusus sanguis non modicus hinc inde christianus. Tandem humiliatus imperator pacem optulit, sed papa noluit assentire, nisi vellet absolute stare censure ecclesiastice. Imperator autem noluit inimici sui gratiam experiri. Et sic, impediente humani generis inimico, ira et guerra gravius solito horruit rediviva.

Otto, quondam legatus in Anglia, factus est episcopus Portuensis.

Imperator fecit arctius omnes vias transalpinas custodiri, ne papa ditatus xeniis et preciosis muneribus cisalpinorum, maxime Francorum et Anglorum, ut consuevit, habundaret. Unde infinitam pecuniam, quam papa ab Anglia per diversas tallias extorserat, in suum imperator thesaurum accumulavit[5]. Et scribens[6] regi Anglorum, ipsum de talis ac tante pecunie collectis redarguit castigando. Rex autem dissimulans, obaudivit.

Numerus quarundam mulierum, quas Beguinas vulgus nominat, in Alemannia precipue, usque ad milia milium incredibiliter multiplicabatur[i], que castitatem[7] profitentur et sequuntur, de manuum suarum laboribus vitam exilem protrahentes. . . . . . .

1244[k]. . . . Ad natale Domini fuit apud Walingefordiam conviva comitis Ricardi . . . comitissa Provincie Beatrix. . . . Ipsa Provincie comitissa ad propria remeavit.

Magister Martinus a novo papa Innocentio IIII. mittitur in Angliam ad colligendum pecuniam ad opus pape, quem imperator Fretthericus[b] confundere nitebatur. Et sine difficultate[l] concessa est ei licentia a rege, maxime quia idem imperator, quando postulavit sororem[m] regis Ysabellam in uxorem et cum ipsa quadraginta milia marcarum accepit, promisit efficax auxilium se regi impensurum contra regem Francorum ad iura sua ultramarina potenter readquisitura; nichil tamen fecit de promissis. . . . . . .

Temporibus autem sub eisdem — — quia ibi[8] vel non procul natus fuit et eadem civitate a primis

a) prohibucioni *c.* b) F. *c.* c) sancte crucis *suppl. Madden ex Hist. p.* 414. d) ub *c.* e) *in loco raso c.* f) agiti *c.* g) *sic c.* h) *corr. ex* vacillans *c.* i) multipli *c.* k) 1254. *c.* l) diffult. *c.* m) *bis scr. c.*

1) Ricardus Cornubiensis. 2) Cf. Cron. supra p. 227.
3) Henricus Raspo erat frater Ludovici IV, mariti s. Elisabethae. 4) Recte a. 1246. haec posuit
Matheus, supra p. 421. 281. 285. Cron. supra p. 234.
5) Cf. Cron. supra p. 245. 6) Supra p. 419. 7) Fortasse ex 8) Ianuae Innocentius IV.

1244. Hist. Angl. annis educatus. Et tunc pro vicissitudine beneficii et servicii tanti promisit conferre illis et eorum consanguineis, affinibus et amicis multa ecclesiarum beneficia. Quo congnito, obstupuit imperator, et dolens se in suo impio deceptum proposito, ad alia se convertit ultionis argumenta. Fecit igitur vias custodiri et transitus, ne ad ipsum ferentes munera[1] et habentes negocia expedienda, ex partibus maxime Occidentalibus, possent aliquatenus pervenire, perpendens, quod non ob aliud applaudebant ei Ianuenses, nisi ut ab eodem ditarentur[1]. Extunc igitur magis papa lesus et provocatus, fecit papa[a] acclamari, imperatorem esse manifestum ecclesie persecutorem. Animantibus papa et Mediolanensibus et aliis imperatoris rebellibus, andegravius Duringie, multis papalibus ditatus thesauris, consilium habuit solito urgentius, ut regnum Alemannie, quod est quasi arra Romani imperii, sibi assumeret cicius adquirendum. Qui consilio papali
cf. 1. Petr. 1,14. fultus[b] et auxilio, adminiculantibus Alemannie prelatis[2], qui fere omnes tanquam filii obedientie[c] parti ecclesie faventes, imperatori ac Conrado, filio suo, et omnibus eorum complicibus viriliter restiterunt, magnatibus tamen adhuc aliquibus pape resistentibus. Ipso quoque tempore, ut partem suam magis roboraret, imperator nuptui dedit cuidam Grecorum potentissimo nomine Battacio, Romane ecclesie exoso et rebelli atque cismatico, filiam suam speciosam cum thesauro impreciabili. . . . . .

Ut igitur accinctus ad ulcionem rex Anglie ipsum regem Scocie potencius impeteret, vocavit in sui adiutorium comitem Flandrie Thomam, regine avunculum. Qui mandatis regiis obtemperans, in Angliam cum milicia venit congregata, et regem iam versus Scociam lora dirigentem et vexilla pedetentim sequebatur.[1] . . . . . .

Interim misit imperator — — si quem Anglicum in potestate sua[3] inveniret, sive prelatum sive alium, gravi puniret ulcione. . . . . . .

Obiit comitissa Flandrie, uxor comitis Thome, ratione cuius Flandrie comes extiterat.

1245.[d] . . . Tempore sub eodem fecit dominus papa excommunicare imperatorem Frethericum et fecit ipsum publice[e] excommunicatum enunciari per universam christianitatem. . . . . . .

Anno eodem circa medium quadragesime auditum est in Anglia mandatum papalo de concilio generali convocando et celebrando apud[4] Lugdunum, quo[5] papa cum magna iam venerat difficultate. Eo tempore, dum minus caute ministri papales ignem custodirent, incendio repentino combusta est camera pape. Ministri autem, ut suam excusarent desidiam et ebrietatem, dicebant incendiarios occultos missos ab imperatore ignem occulte domibus supposuisse, ut sic papam combussisset[f]. Fuerunt qui dicerent quedam domino pape carissima[6] ipso igne fuisse consumpta et ipsam infelicem cartam, que confecta fuit de tributo Anglie. Doluit enim papa supra modum et ingemuit usque ad lacrimas super combustione memorata, cum tamen domus ille sue proprie non fuissent. . . . . . .

Fecit[7] eo tempore rex per singulos Anglie comitatus[g] summam reddituum Romanorum et Ytalicorum, quos Romana auctoritas violenta ditaverat. Et inventa est ad plus ascendere quam redditus totius regni merus Anglicani, exceptis redditibus, donativis et[8] diversis transalpinorum emolumentis, que recipiunt de cameris episcoporum et abbatum, que ad multa milia marcarum ascendere reperiuntur. Confecta est igitur carta querimonialis[h] super[7] talibus oppressionibus intolerabilibus et precipue de carta tributi[9] tempore belli extorta, ad concilium deferenda[6] et in propatulo relegenda. Franci quoque similiter pro iniuriis et oppressionibus, quibus per papam et transalpinos auctoritate papali opprimuntur, quandam conficiunt prolixam epistolam et elegantem, lugubres querimonias continentem, ad concilium transmittendam, pape et toti concilio querimonialiter presentandam. Quas epistolas alibi scriptas hic scribere pretermittimus propter earum prolixitatem, sed alibi illas poterit sedulus indagator[i] reperire, scilicet ad hec signa ✡. ⊠. . . . . . . .

Alcius — — celebraturi. Cuius concilii acta, que[k] speciales exigunt tractatus, alibi annotantur. . . . . . .

Item imperator Frethericus[l] ab culmine imperii ignominiose precipitatus est. Cuius rei series, quia autentica, alibi[10] plenius enucleatur. . . . . . .

Episcopus insuper Berithensis Waleramnus cartam legit . . . de infortunio[m] quod ibidem[11] accidit per Chorosminos, occulte imponens causam huius rei pape, qui[12] thesaurum a rege Francorum Philippo legatum, qui papam summum inde constituit executorem, nescitur qualiter, alienavit, necnon[13] crucesignatos ad succursum Terre Sancte succinctos[n] et eorum viatica laicis personis vendidit et a succursu Terre Sancte in Christi contumeliam alienavit; et imperatorem Frethericum[1], qui omnia certissime restituere promisit[14], quia hoc ipse solus potuit, quantum potuit, prout nunc apparet, ut solus regnaret et dominaretur, indefesse infestavit. . . . . . .

Scutum . . . prostratum est . . . in Provincia amici Anglie, comitis Provincie Reimundi, qui eodem anno sublatus est de medio. . . . Obiitque Galfridus de Trane cardinalis, pape merito specialissimus. . . . . . .

1246. . . . Temporibus quoque sub eisdem Frethericus, quem imperatorem nominare prohibemur, ut suam famam,

a) *sic bis scr. c.* b) est *suppl. Madden.* c) obedienti *c.* d) 1215. *c.* e) enunciari *c., sed erasum et corr. in marg.* f) combussissent *sine causa corr. Madden.* g) inquiri *ex Cron. supplendum.* h) querimonialibus *c.*, bus *erasum.* i) indegator *c.* k) *bis scr. c.* l) F. *c.* m) infornio *c.* n) prohibuit *supplendum.*

1) Ex Cron. supra p. 248. 2) Fort. ex Hist. supra p. 421. 3) Fortasse ex Cron. supra p. 245: *in ditione sua.* 4) Ex Cron. supra p. 248. 5) Ib. p. 250. 6) Hic apparet, auctorem priorem Historiae formam vidisse. 7) Ex Cron. supra p. 251. 8) Ib. p. 262. 9) Ex Cron. p. 261. 10) Cron. supra p. 259 sqq. 11) *Iuxta Gazeram* Hist. 12) Ex Hist. a. 1223, supra p. 400. 13) Cf. Cron. a. 1239, supra p. 178. 14) Ex Cron. p. 274.

que longe lateque fetorem teterrimum exalavit, restauraret, precipue quam de heresi contraxerat, unam epistolam Angliae duxerat transmittendam: *Fretherícus* etc. — — *preloquium* etc. Quere in libro Historiarum ⁘. Papa vigili sollicitudine causam suam contra Frethericum cupiens promovere et ipsum irremediabiliter conterere, procuravit, ut andegravius Duringie, qui iam in regem Alemannie exaltabatur, multo ditaretur thesauro. Frethericus igitur, positis insidiis, omnia ei transmissa cepit et suo erario prudenter cumulavit[1]. Et eo tenus odii venena processerunt, ut alter alteri procuraret mortiferas pociones[2]. Donis autem corrupti papalibus corrupti[a] sunt multi de Alemannie optimatibus, ita ut in die belli terga dantes facti sunt de amicis inimici; unde Conradus victus ad patrem inglorius remeavit. 1246. Hist. Angl.

Reimundi comitis de Provincia iam defuncti filia natu minor maritata est Karolo, fratri regis Francorum iuniori, cum tota Provincia, que sue cessit dicioni.

Comes Sabaudie — — fecit homagium et fidelitatem domino regi Anglie. . . . . . .

1247. . . . Rex fecit maritari quasdam puellas ultramarinas, quas Petrus de Sabaudia adduxit, nobilibus adolescentibus, quos rex in custodia sua educaverat[3].

Mittuntur duo fratres de ordine Minorum in Angliam, scilicet frater Iohannes de Cantia cum socio suo Alexandro[b], de precepto domini pape, urgente virtute obedientie, ad negocium suum exequendum de subvencione pecuniari eidem facienda contra Frethericum, validum ecclesie persecutorem. Unde non minima facta est pape contribucio et efficax collatum auxilium; fama enim referente, nitebatur idem Frethericus[c] tocius ecclesie statum concutere[4] et etiam fidei constanciam enervare. . . . . . . .

Diebus sub eisdem missi sunt subdoli sicarii et pocionatores ac iugulatores more Assesinorum[d], et etiam, ut dicebatur, piper infectum ab institoribus, inter papales et Frethericales, ut, aliquibus interemptis, alteruter triumpharet, papa scilicet vel Frethericus. Unde dominus papa timens sibi, latuit inclusus in arcto conclavi, armatis custoditus, vix ausus in populo apparere vel eidem verbum Dei predicare, ut decuit, in publico et manifeste. . . . . . .

Obiit andegravius de Duringe, in[5] cuius sinu reposita fuit spes papalis et confidentia. In cuius casu tocius thesauri pecunia inestimabilis, quam dominus papa undecunque adquisierat, in Caribdim perdicionis irrestaurabiliter est submersa[6]. . . . . . .

Willelmus comes Holandie, papa procurante, in regem Alemannie, ut sic in imperium promoveatur, eligitur. In cuius promocionem papa thesauros inpreciabiles, quos ab ecclesia emuncsit[d], Anglicana precipue et Gallicana, congessit. Set omnia quasi in pelagi voratrum vel pocius baratrum irrecuperabiliter sunt proiecta, sicut sequens sermo plenius suo tempore declarabit[7], ut luce clarius pateat omnibus, tales ecclesie guerras et sanguinis christiani profluvia Domino excercituum maxime displicuisse.

Applicat in Anglia episcopus Sabinensis[8], apostolice sedis cardinalis, de licentia domini regis iturus in partes boreales, videlicet Norwegiam et Sueciam. . . . Et[9] cum ad se vocatos illius regionis Nigri ordinis monachos minus inveniret habitu, moribus et gestu ordinatos, ita ut paucos professos nullumque silencium observantem, promisit eisdem visitatorem et informatorem auctoritate papali transmittendum. . . . Et missus est Romam[10] ob hoc abbas de Holm, Nidrosiensis diocesis, et Hernisius, monachus eius, cum literis ipsius legati ad dominum papam, ut aliquem ydoneum visitatorem et informatorem, monachum Nigri ordinis, ad reformandum Norwagensium monachorum ordinem, per negligentiam prelatorum deformatum, illuc destinaret. Quod et factum est, prout in sequentibus dicetur[11]. . . . . . .

Festo beati Vitalis — — educaverat. . . . . . .

Frethericus cisalpinans versus partes festinavit Lugdunenses cum excercitu copioso; unde vehementer timebatur, ne in ipsam personam papalem irrueret truculenter, tanquam propter induratum et inveteratum odium obstinatus, cum, prudenter procurante eodem domino papa, civitas Parmensis cepit hostiliter recalcitrare et se contra Frethericum marcialiter communire. Quod cum audisset Frethericus[c], omnes vires suas in preparacionem obsidionis contra Parmenses regressus . .[e]; et obsidens eandem civitatem, aliam tanquam castrorum disposicionem edificavit, quam Victoriam iussit appellari. Que postea, Thadeo interfecto, consiliario suo, dissipata est; unde quidam papalis [illegible]:

'Ad nutum[12] Christi Victoria victa fuisti'.

In crastino vero sancti Micaelis[d] magnates Alemannie electo suo Willelmo comiti Holandie homagium, suadente papa, fecerunt et liganciam; et omnem adhibuerunt diligentiam, ut apud Aquisgrani, ubi[13] reges Alemannie coronari consueverunt, solempniter coronaretur; set Frethericales viriliter obstiterunt. . . . . . .

1248. . . . Beatrix, relicta comitis Provincie Reimundi, mater scilicet regine, comitante — — recessura. . . . . . .

Parmenses fortuitam et fortunatam comperientes Fretherici absentiam[14], et quod ad horam, vocanti-

a) *sic bis scr. c.* b) A. *c.* c) F. *c.* d) *sic c.* e) *spatium vacat c.*; congregavit *ex Hist. suppl. Madden.*

1) Ex Cron. supra p. 281. 285. 2) Cf. Cron. p. 287. 307. 3) Balduini Devonensis uxor non erat Avicia, Thomae comitis Sabaudiae filia, ut supra p. 368. a Guichenon et 'L'art de vérifier les dates' seductus annotavi, sed Margareta; Wurstemberger, 'Peter von Savoyen' I, p. 106; II, p. 118. 4) Cf. Cron. supra p. 286. 5) Ex Cron. p. 289. 6) Cf. Hist., supra p. 422 (n. †) sq. 7) Haec post Willelmi interitum scripta esse (v. infra p. 453), iam hoc loco indicari videtur. 8) Willelmus, de cuius itinere quaedam alibi non inventa hic affert auctor. 9) Cf. Cron. et Lib. add. supra p. 302 sq. 10) *Romanam curiam* recte Matheus p. 303. 11) P. 452. 12) *laudem* Cron. supra p. 297. 13) Ex Hist. supra p. 424. 14) Ex Cron. supra p. 296.

1248. Hist. Angl. bus arduis negociis, in remotis agebat, cito tamen rediturus, in Victoriam civitatem sibi adversantem repentino impetu irruerunt; et[a], pretactum est, dissipatis omnibus, victores in suam se receperunt civitatem. Quod cum audisset Fretherieus[b], non se capiens pre furore nec se moderans pre dolore, obsidionem iussit acrius continuari. . . . . .

Conradus sicut et pater eius Fretherieus[b] uxores ducunt[c] potentum, ut partem[d] roborent contra papam. Item Fretherieus[b] filiam suam dat nuptui Thome de Sabaudia, quondam comiti Flandrie, civitatem Taurinam[1] cum quibusdam castris et honoribus conferendo, ut [non[e]] tantum ipsum, sed totum genus suum, quod est preclarum, sibi conciliet contra omnes in amicitiam. . . . . .

Capitur[f] Aquisgrani, et Willelmus, novus electus, in regem ibidem, invito Fretherico[b] et omnibus Fretheriealibus, coronatur et rex in publico aclamatur[g] Alemannie die omnium sanctorum. . . . . .

Eodem tempore in partibus Sabaudie, videlicet in vallibus Moriani, quedam ville cum suis habitatoribus et ecclesiis, scilicet 5, obrute sunt et absorte[g]; unde circiter 7 milia hominum cum tribus domibus religiosorum miserabiliter perierunt. . . . . .

Eodemque anno frater Matheus Parisiensis, huius opusculi compositor, monachus ecclesie Sancti Albani, ex precepto domini pape, prout legatus missus in Norwegiam eidem pape, ut pretactum
1247. est[2], suggesserat, missus est in Norwegiam — — anno 5. . . . Et tunc temporis scripsit dominus rex Francorum dicto fratri Matheo in Norwegiam profecturo, postulans, ut talem literam regi Norwagie ex parte sua deferret patentem, peregrinari preparato — quod et ipse rex Norwagie antea postulaverat —: *Ludowicus Dei gratia Francorum rex* — — *Actum apud Sanctum Germanum in Laia anno Domini* 1247. *In*[3] *cuius rei testimonium huic scripto patenti sigillum*
1248. *meum apposui.* Dictus autem frater Matheus officium sibi iniunctum perfecit. . . . . .

1249. . . . Illis quoque temporibus improbitas leonina[h] Fretherici multis eum privavit[i] amicis et benevolis. Desevit enim in personas ecclesiasticas nec pepercit viris religiosis nec etiam fratribus Predicatoribus vel Minoribus. Inter quos suspendi[k] Marcellinum Arethinum episcopum, titulis martirum ascribendum. Et quia ad patibulum fratres Minores venientes[l], ut tollerent corpus et tamquam sanctum in ecclesia sua reverenter sepelirent, punivit eosdem. Et hoc ante exterminium Victorie tercia die evenit non sine miraculo manifesto. . . . . .

1249. Tunc quoque temporis, cum Fretherieus infirmatus purgatione medicinali et balneo indiguisset, procurantibus Petro de Vineis, consiliario suo specialissimo, et eiusdem Fretherici[b] phisico, in quibus maxime confidebat anima eius, intoxicata fuit medicina et balneum. Super quo premunitus, Fretherieus[b] fecit duos reos mortis et morti addictos potionem haurire et balneo ablui memorato; qui ilico expirarunt. Fecit igitur iudicialiter erui oculos
Cron. Mal. convictorum. Et tunc Fretherieus[b,4], pre spiritus amaritudine lacrimans precordialiter, quod se quis[m] nunquam meminit previdisse, ad se ipsum reversus, conqueri cepit et verba, querulis singultibus prorumpentibus et manibus complosis, ait: 'O me miserum, immo[5] miserrimum, quanta pacior pro imperii iuribus conservandis! O quam melior est pauperum vel mediocrium condicio quam imperatorum, regum vel principum! Pugnant contra me viscera mea, et anima mea mihi insidiatur animato. Ecce Petrus de Vinea, in cuius sinu requievit anima mea, ecce medicus[n], cuius custodie corpus meum commiseram, vite mee laqueos tetenderunt! Quid adhuc protelatur anima mea, quia ab hoc misero non recedit domicilio[5]?' Et desiderabat pro vehementia doloris exanimari[o]. Et tunc[6] humiliatus optulit pape humilitatem magnam et iacturarum restauracionem plurimarum et totam Terram Sanctam. Set eius peccata pristina et consuete fallacie ipsum reddiderunt incredibilem, nec meruit exaudiri; unde hinc inde induratis cordibus solis intendebant ulcionibus.

Hist. Angl. Rex Francorum . . . cum Ciprum pervenisset, . . . misit . . . ad Venetos et ad insulas vicinas, petens ab eis subsidium victuale; qui et miserunt ampliora quam postulavit, quia, que venalia postulavit, gratuita destinarunt. Fretherieus autem, ne illis parcior vel inferior videretur, transmisit eidem uberiora. Unde rex Francorum, ne ingratus videretur, ad supplicationem eiusdem[p] Fretherici[b] scripsit pape humiliter et devote, ut paci consentiret competenti, ne peregrinacio sua assimilaretur medicine vulneris, in quo[q] iaculum infectum latitat intromissum. Sed papa tirannizanti noluit humiliari, nisi ecclesia ad votum triumpharet.

Per idem tempus Henricus, filius imperatoris, literatorie supplicavit humilime[g] regi Francorum, ut redderet regi Anglorum, avunculo suo, iura sua que in regno suo ipsum contingebant — que etsi pater suus propter suam contumaciam amiserat, ipse nunquam, ira traduce, non demeruit —, sicut desideravit iura Ihesu Christi sibi[r] ab infidelibus restitui christianis; indigne enim a Deo postulat quilibet christianus quod proximo denegat postulanti. Christianissimus autem rex Francorum precibus graciosi pueri inclinasset, sed consilio procerum suorum obviasse videretur. . . . . .

Parmenses, ut partem suam contra Fretherieum[s] roborarent, Bononiensibus sunt confederati. Qui[7],

a) ut *suppl. Madden.* b) F. *c.* c) filias *ex Hist. p.* 424. *suppl. videtur.* d) suam *ex Hist. suppl. videtur.* e) *suppl. Madden.* f) civitas *sine causa suppl. Madden.* g) *sic c.* h) leonica *c.* i) privivavit *c.* k) iussit *suppl. ex Hist. p.* 425. *Madden.* l) venerunt *emendandum.* m) qm̄, *sed* m̄ *postea eras. c.* n) dicus *c.* o) exaniamari *c.* p) eiudem *c.* q) qua, *sed corr. in marg. c.* r) *delendum.* s) Frthricum *c.*

1) Ex Cron. supra p. 295. 2) V. supra p. 451, l. 36. 3) Haec sententia deest Cron.; cf. supra p. 295, n. 4. 4) Hinc auctor manifesto Cron. supra p. 308. exscripsit. 5) Hic ea quae Matheus Cron. supra p. 346. Conradum IV. exclamasse dixit repetere videtur auctor. 6) V. Cron. supra p. 310. 7) *Ensius, adiunctis Cr.* Matheus p. 427, quae auctor pervertit.

1249. Hist. Angl. Cron. Mai. coniunctis Cremonensibus, dum iter agerent per confinia Bononie, facto impetu in Ensium, filium Fretherici, regem[a] Sardinie, et eius excercitum iuxta quendam pontem, qui dicitur Pons Sancti Ambrosii, per quem ipse Ensius[b] erat transiturus[c], captus est, et eius excercitus dissipatus, et multi ex commilitonibus Ensii, precipue de Cremonensibus, occupati et cum suo Ensio Bononiam tracti ad ipsorum Bononiensium arbitrium interemendi[c], incarcerandi vel graviter redimendi. Unde **Parmenses letificati respirarunt**, et Fretherícus doluit consternatus. Hist. Angl. Conradus insuper, alius filius suus, iam de regno Alemannie precipitatus, Martem in sua guerra sibi senserat adversantem. Ipse insuper Frethericus in proprio corpore particulari percussus paralisi, non iam poterat equo vehi bellicoso vel saltem palefrido, sed curru vel carpento. . . . . . .

Damiata[d] . . . capta est et cultui christiano, primo[1] intrantibus Ianuensibus et Pisanis, mancipata. . . . . . .

Obiit quoque quidam alienigena Petrus de Genevre, quem rex in Hibernia multum locupletaverat. . . . . .

1250. . . . Comes Ricardus[2] . . . Lugdunum pervenit, ubi tunc papa morabatur; et venienti omnes fere cardinales reverenter occurrerunt. . . . . . .

Tempore sub eodem devicto et affligato[e] Willelmo de Holandia rege Alemannie, licet eum papa multum ditaverit[f], Fretbericus in multos sibi rebelles desevit triumfando **et[g] ad tempus multos conterendo peremit secundum illud[h]: *Ante ruinam exaltabitur cor.*** Prov. 16,18.

Cron. Mai. Tempore sub eodem cum venisset comes Ricardus Lugdunum, ut predictum est[3], papa ipsum cum summo honore suscepit, supplicans, ut cum eo pranderet, et refecti sunt in una mensa papa et comes Ricardus collateraliter. Hoc autem factum est ante dies rogacionum. . . . . . .

Hist. Angl. Die . . . sancte Lucie circa horam terciam factus est terre motus in Anglia . . . et mugitus subterraneus; que dicebantur vel futuram pestem non minimam vel regnorum immutacionem vel mortem famosi principis presignare[i]. Obiit igitur eodem[k] die maximus principum, mundi stupor[l], Frethericus. . . . . . .

In hac ultima quinquagena . . . novitates admirande evenerunt: . . . Predicante magistro[m] Olivero in partibus Germanie, apparuit toti populo manifeste in aere dominus noster Iesus Christus crucifixus. . . . . . . Otto et Fretbericus, pape rebelles imperatores, confunduntur; **quibus prostratis, culmen emarcuit imperiale. Papa duos in apicem imperii promovere conabatur, sed antequam elevarentur, elisit eos Dominus,** cf. Iob 30,22. **videlicet[n] andegravium de Duringe, qui[o] vocabatur Henricus Raspe, et[p] Willelmum comitem de Holandia; Willelmus tamen cepit imfra memoratam quinquagenam elevari, sed cito post periit interfectus.** . . . . . . Et[q] imperator Otto et omnes qui cum dicto rege Iohanne[r] erant 1256. ad pontem de Bovines victi fuerant, capti vel per fugam elapsi. Concilium generale bis celebratum est, Rome scilicet et Lugduni, in ultimo imperator Frethericus excommunicatus et cassatus. Non procul a Ianua, videlicet in mari, multi prelati capti sunt et nonnulli submersi. . . . . . . Papa velut exul et profugus et ab Urbe expulsus fugit a civitate in civitatem, locis plurimis latitando, persequente[s] Fretherico ipsum Innocencium[t] IIII. Qui tandem Lugdunum veniens, **ibi tucius latitavit. Iste tamen nullatenus flagellum Domini castigantis recongnoscens, ecclesiam plus gravabat quam antecessores eius universi.** Tres apostolici sederunt imfra[c] duos annos. Vacavit sedes papalis per annum et 9 menses. . . . . . . Ordines multiplicantur[u]: . . . in Alemannia et Francia mulieres que se Beguinas nominant. . . . . . . Choruscat miraculis . . . Cron. Mai. in Alemannia sancta Elizabeth andegravia de Duringe. . . . . . . Et in[4] Sabaudia civitatum, villarum, montium, Hist. Angl. castrorum, ecclesiarum et multorum milium hominum absorcio[v] terribilis et inaudita. . . . . . .

Hic quoque proposuit frater Matheus Cronica[w] sua terminare **propter iminentia quedam pericula[5]. Si enim de potentibus vera dicantur et scripture comendentur, bella parantur ei; si taceantur, vel bona pro malis annotentur, mutilabitur, et de blandimentis, adulacionibus et falsitatibus graviter opus totale condempnabitur et redarguetur. . . . Dictus autem frater Matheus[x], dum in proposito fuisset historialem librum suum terminare, sic ait:**

*Terminantur — — etas.*

1251. . . . Mortuo, ut predictum[y], Frethericus, omnes captivos, quos idem Frethericus in vinculis tenuerat, fecit filius [illius[z]] Conradus ad ulteriora terre transferri et ad Palermam vel alias Sicilie civitates, ut securior esset de illis, transmitti; aliqui[a] tamen eorum concessi[b] Henrico, filio Imperatoris Fretherici[c] et nepoti regis Anglorum, **redimendi vel aliter ad arbitrium suum tractandi.** . . . . . .

**Fretthericales recalcitrant. Memfredus[6], filius Fretherici[d] imperatoris naturalis, respirans insurgit contra papam. Nuchera civitas, in qua plus quam 30 milia Sarracenorum habitant, quam construxit Frethericus[d] imperator, non destruitur, sed a Memfredo protegitur.** . . . . . .

a) regis *c.* b) E. *c.* c) *sic c.* d) Damiatam *c.* e) affugato *corr. ex Hist. Madden.* f) ditaverat *Park.* g) et — cor *in loco raso c.* h) id *Park.* i) presagire *Park.* k) anno et *add. Park.* l) imperator *add. Park.* m) *deest Park.* n) *ita Mathei Westm. codd. (infra p. 459 sqq. laudati)* 1. 2. 7. 8; *sententia deest* 4. 6 *et primae ed. Parker;* vid. Henricum de Raspen landgr. Hassie et Thur. *Parker ed. II.* o) qui v. H. R. *in marg. c.; des. Math. Westm.* p) et comitem Swartzemburgi ac W. c. Holandie, filium Florentii quarti ducis et Mathildis, filie Henrici ducis Brabantie *interpolavit Park. ed. II.* q) Et — elapsi *des. Park.* r) I. *c.* s) p. F. i. *in loco raso c.* t) Innocium *c.;* Innocentem *Park.* u) multiplicabantur *Park.* v) *sic c.;* fuit et *add. Park.* w) Commentaria *Park.* x) Parisius *add. Park.* y) est *add. Park.* z) *rasura c.; suppl. ex Park.* a) aliquos t. illorum concessit *Park.* b) sunt *suppl.* c) F. *c.* d) F. *c.; deest Park.*

1) Ex Hist. p. 431. 2) Hinc Flores historiarum qui Mathei Westmonasteriensis dicuntur ex Abbreviatione cron. sumpti sunt; quos contuli ex ed. Parker a. 1601. 3) L. 12. 4) Ex Hist. a. 1248, p. 424. 5) Fortasse ex Cron. supra p. 347; cf. p. 87, n. 4. 6) Cf. Cron. a. 1254 sq., supra p. 348 sq. 351.

1251. Cron. Mai. Papa venit Perusium vix. . . . . . .

Rumor increbruit in partibus occidentalibus, quod Frethericus[a] imperator obierat die sancte Lucie. . . . . . .

Papa recessit a Lugduno, venit, sed vix, Mediolanum. . . . Papa novas condit decretales. . . . . . .

1252. . . . Conradus[1] prosperatur in guerra contra papam; nec prosunt pape rapine consuete. . . .

Eodemque anno venit[2] magister Albertus, domini pape clericus specialis et notarius, offerre comiti Ricardo regnum Apulie. Sed cum comes exigisset[b] securitatem, videlicet quedam castra domini pape et obsides, ut esset in possessione et aliqua saltem securitate de papali promisso, respondit Albertus, se papam super hoc[c] convenire. Albertus interim multa sibi beneficia adquisivit[d]; quibus adquisitis, transalpinavit. Et audita dominus papa[e] comitis responsione, noluit aliquod[e] propositum continuare de promissis. . . . . . .

1253. . . . Frater quidam de ordine Predicatorum Petrus nomine a Mediolanensibus, pro assertione veritatis et fidei defensione eorum vicia, errores et hereses redarguens, latenter interemptus est; quem dominus papa A.[f,3] miraculorum indiciis manifestatum martirem duxit magnifice canonizandum.

Civis quidam Bononiensis Brancaleo nomine creatus est in senatorem Romanum; qui, potestate suscepta, iusticiam in omnibus terribilem exercuit et, suspensis malefactoribus, commissam sibi Urbem et populum laudabiliter gubernavit. . . . . . .

Hist. Angl. Cum ecclesia Romana sui presulis et pastoris diucius viduaretur presencia, rogatus est dominus papa solempniter a Romanis, ut Romam rediret, gregem suum more pastoris minaturus[g]; qui tamen retardans, iterum vocatus est et solempnius[h], hoc adiuncto, ut scilicet tunc veniret aut nunquam. Quo audito, dominus papa de mora timens trahere[i] periculum, a Perusio[4] recedens, Romam usque properavit. Et[a] licet in multa tenebatur pecunia eisdem, quam pro eo contra Fredericum expenderant, gaudenter tamen[k] et reverenter ab omnibus susceptus est. . . . . . .

Cron. Mai. 1254. . . . Dominus papa, considerans, liberales artes iam in mecanicas fuisse pene conversas propter lucrum, adolescentesque etate et scientia satis simplices cathedras ascendere indigne magistrales, ut elevati tumeant[l] et facti venerabiliores sine fundamento ad culmina scandant celsiora, scripsit elegantem[m] super hoc epistolam ad omnes prelatos in regnis Francie, Anglie, Scocie, Wallie, Hispanie et Hungarie constitutos, salubre providens consilium et conveniens[n] contra huiusmodi indiscretam presumptionem, quam alibi[5] sedulus poterit indagator reperire.

Cogitante papa Innocentio, ut generaliter dicitur, ossa episcopi Lincolniensis[o] Roberti extra ecclesiam proicere, nocte sequenti apparuit ei idem episcopus, ut dicitur, pontificalibus redimitus, vultuque severo et intuitu austero ac voce terribili ipsum papam affatur, pungens ipsum in latere cuspide baculi pastoralis, et dixit: 'Senebalde papa, proposuistine ossa mea in mei et ecclesie Lincolniensis opprobrium extra ecclesiam proicere? Unde hec tibi temeritas? Nullam potestatem in me habere te Dominus amodo pacietur. Scripsi tibi in spiritu humilitatis, ut errores tuos corrigeres[p], sed tu monita salubria contempsisti. Ve qui spernis, nonne et tu sperneris?' Et[k] sic recedens, ipsum papam quasi lancea transverberatum dereliquit cum suspiriis ingemiscentem. . . . . . .

Commissum est tunc temporis bellum cruentissimum in confinio Flandrie et Braibancie inter Francos et Flandrenses ex una parte et comitissam Flandrie et eius complices, videlicet Willelmum de Hoilande regem Alemannie et multos alios magnates Braibancie et Alemannie, ex altera[q] pro duobus filiis dicte comitisse de viris duobus progenitis. In quo certamine lamentabili[r] ceciderunt bellatores strenuissimi, ita ut de una civitate Flandrie iacerent[s] ad decem milia interempti. Tandem cessit victoria Willelmo de Hoilande, regi memorato, et Alemannis; Franci autem victi, vulnerati et pro maiori parte trucidati deteriorem calculum subierunt. In abissum igitur desperacionis et desolacionis Franci precipitati, significabant domino regi Francorum in partibus adhuc transmarinis commoranti post redemptionem suam, ut ad propria quamtocius rediro properaret, addentes, qualiter corona Francie titubaret[t] per superbiam muliebrem, comitisse scilicet[u] Flandrie, que duobus innitens filiis et duobus viris, totum regnum Gallie replevit angustiis.

Ipso tempore missus erat pro negociis regis Anglie ad partes illas dominus Iohannes[v] prior de Neuburgo[w]; qui super hiis casibus certificatus, hec scripture plenius et processive commendabat. Captorum autem et occisorum magnatum, militum, serviencium[x] et de communiis[y] armatorum in illo prelio ad plus quam centum[z] milia dicitur numerus ascendisse. . . . . . .

Irrupcio alia hostilis[a] facta est inter Francos et Alemannos. Frisones, qui neutraliter se habebant, a Willelmo de Holande hostiliter impetuntur. . . . . . .

Mense Maii obiit spes Anglorum et gloria, adolescens mire speciei et desideriorum, Henricus*, filius imperatoris Fretherici. Interiit autem, ut asseritur, ipso rege[b] Conrado procurante. Quod non est credibile nec videtur, cum idem rex post predictam mortem nunquam ut ante[c] vultum ostendit serenum. Sed re vera quidam flagiciosus, Iohannes Maurus, ipsum pocionatum et adhuc sub morte palpitantem quodam manutergio suffocavit.

Orta est gravissima dissensio[d] inter dominum papam et Conradum regem Siculorum; accusavit enim eum papa in multis, de[e] heresi scilicet et homicidio. Ille autem singulis respondit, constanter inficiando. . . . . . .

Rex Francorum . . . cum prospere applicuisset in partibus Marsilie, . . . ad Franciam venire festinabat, quia

*) Scutum Henrici, filii imperatoris *inversum depictum est in marg. pag. praecedentis c., quod exhibet in dextro campo rubro tres leones aureos et in sinistro aureo aquilam biciptitem nigram, omnia animalia sunt dimidiata; cf. supra p.* 341, *n.* *.

a) F. *c.* b) *sic c.* c) hec *Park.* d) adquisit *c.* e) *in loco raso c.* f) *sic c.;* a *Park.;* A[lexander] *Madden.* g) gubernaturus *Park.* h) solenniter *Park.* i) p. t. *Park.* k) *deest Park.* l) timeantur *Park.* m) s. hoc eleg. *Park.* n) connue *c.; corr. ex Cron. Madden;* et conv. *des. Park.* o) Lincolnie *Park.* p) *ita Cron. Park.;* corriges *Madden.* q) parte *add. Park.* r) lamentabiliter *Park.* s) iacert *c.* t) tutubaret *c.* u) videlicet *Cron. Park.* v) I. *c.* w) Novoburgo *Park.* x) *in loco raso c.* y) copiis *Park.* z) centena *Park.* a) hostiliter *Park.* b) *deest Park.* c) antea *Park.* d) contentio *Park.* e) scil. de h. *Park.*

1) Ex Cron. a. 1253, supra p. 336. 2) Ex Cron. p. 331 sq. 345. 3) Nomen deest Cron. supra p. 332; erat autem Innocentius IV, papa. 4) Ex Cron. p. 333. 5) Cron. supra p. 337: *In Libro additamentorum.*

vix breves treugas rex Alemannie Willelmus predictus Francis concessit seu tenuit. Veniens igitur rex 1254. Cron. Mai.
memoratus in propria, ilico tractavit, qualiter prefatam[a] dissensionem, advocationis sue causam, mediante iusticia pacificaret. . . . . . .

Cum magister Albertus ad Romam reversus responsum comitis Ricardi domino pape nunciasset, missis iterum[b] papa secretis nunciis ad regem Anglie, optulit ei et concessit regnum Sicilie et Apulie ad opus Edmundi[c], filii sui, ut videlicet ipse eas adquirere festinaret regaliter; et[d] iuvamen prestaret[e] quale sine gravamine posset[f]. Rex autem de promisso adeo exhilaratus est, ut predictum Edmundum iam regem Sicilie palam vocaret, credens profecto se iam subarratum de regno. Rex igitur quicquid pecunie habere poterat[g] misit domino pape, ut Conradum et omnes suos Siculos et Appulos expugnaret. Papa autem non modicum congregans[h] exercitum et eis neccessaria copiose distribuit; cumque defecissent expense, regi significavit. Qui mittens ei litteras patentes obligatorias, omnia promisit adquietare. Papa autem mandatis huiusmodi adquiescens, recepto ab usurariis[1] infinito[i] thesauro, innumeros ad exercitum suum congregavit. Quorum multitudo parum papali comodo vel regali profecit. Rex igitur Conradus irrupciones perpessus hostiles, comminaciones, obprobria et diffamaciones, gravi cepit dolore contabescere et letali lecto decumbere, dicebatque: 'Ve mihi misero! Ut quid me genuit pater meus? Imperium, quod usque nunc floruit, modo marcescit'. Maledicens igitur[k] diei nativitatis sue, miser migravit a corpore*. Papa autem hoc audiens et ad ulteriores partes Apulie se transferens, totum fere regnum usurpavit. Quod videntes optimates regionis, indignati sunt; et suscitantes quendam filium Fretherici naturalem nomine Memfredum, adheserunt ei, facientes ei homagium**; et sic factus est novissimus error peior priore. . . . . . .

Circa festum sancti Nicholai obiit papa Innocencius IIII. apud Neapolim, duplici dolore sauciatus. Postquam enim eum episcopus Lincolniensis Robertus cuspide baculi pupugerat, languore continuo laborabat; et postquam exercitus suus dissipatus est et victus, ipse vix postea remanserat semivivus. Eadem vero septimana facta est visio quedam in sompnis cuidam cardinali de eo, quod coram quodam[l] iudice sedente pro tribunali incurvatus idem papa, graviter accusatus est a quadam matrona nobilissima; unde ipse veniam super hoc deprecans, villicacionis sue mercedem sortitus est finalem. Hanc vero visitacionem[m] plenius narravit evigilans, et publica facta est in partibus illis. Successit autem ei alius, vir satis[n] benignus et bene religiosus, episcopus videlicet Hostiensis, nepos Gregorii pape; vocatus est autem[l] Alexander IIII***. In principio autem creacionis sue scripsit cunctis ecclesiarum prelatis, postulans humiliter, ut orarent pro ipso, ut Dominus daret ei potestatem, gratiam et voluntatem ecclesiam Dei congrue gubernare et vicarius Dei et Petri successor competenter appellari. Hic nempe quorundam consilio et persuasu predecessoris sui Innocentii guerram inchoatam contra Frethericales et precipue Memfredum, filium Fretherici naturalem, continuavit, et ne rex Anglie de spe fraudaretur concepta, de promissione sibi facta de regno Sicilie. . . . . . .

Advenerunt etiam ei[2] obviam regina Francorum et sorores sue, comitisse Andegavie et Provincie, ut sororibus suis, scilicet regine Anglie et comitisse Cornubie simul cum rege advenientibus, occursarent. Fuerat autem mater earundem ibi presens nomine Beatrix, que et[t] Provincie comitissa vocatur. . . . . .

Incipit annus gratie 1255. . . . Eodem anno in quadragesima, ut pro vero accepimus, visio quedam nocturna contigit pape Alexandro de novo creato, eadem fere que prius contigit cuidam cardinali, ut prescriptum est[3], de Innocentio papa[o] nuper defuncto. Iussit igitur pius papa Alexander[p] elemosinas pro ipso erogari et missas celebrari. . . . . . .

Dominus papa Alexander Octovianum cardinalem destinavit cum maximo[q] exercitu ad destruendam civitatem Nucheram cum Memfredo rege ibi[r] latitante. Cum igitur Octovianus dispositis agminibus cum quodam ingenioso et potente bellatore marchisio ad civitatem fere pervenisset, irruit terror super hos et illos, ita ut nec cives advenientes, nec advenientes cives auderent hostiliter impetere. Tandem autem ille[i] marchisius dixit Octoviano: 'Domine, recedat tertia pars nostri[s] exercitus; sunt enim quasi obsessi et inclusi Memfredus et eius exercitus, non enim audent exire'. Iterum autem idem marchisius exercitum minuit, ita quod[t] vix 12 milia de 60 milibus remanerent. Quo facto, proditor ille marchisius predictum Memfredum secrete adivit et omnia hec per se facta quasi per amicum Fretherici fidelissimum intimavit. Exiit igitur Memfredus et eius exercitus, et exercitui papali appropinquantes, Octoviano vix evadente, omnes quasi aviculas illaqueaverunt, preter familiam marchisii omnibus trucidatis. . . . . . .

Episcopus Herefordensis Petrus de Egeblanche . . . Romam adiens, dominum papam invenit mestum et debitis non modicis irretitum. Cui episcopus: 'Pater sancte, . . . licentia vestra liceat mihi prosequi quod corde concepi!' Quo annuente[u]

*) Scutum Conradi regis Siculorum *inversum (aureum, exhibens aquilam bicipitem nigram cum luna crescente rubra superposita) et corona inversa depicta sunt ad calcem praecedentis pag. c.; cf. supra p.* 346, *n.* *.

**) *Ad calcem pag. c. scutum aureum, exhibens aquilam bicipitem nigram, in medio trabe argentea in transversum posita sectum, depictum est; rubro superscr.:* Memfredus creatus est.

***) *Ad calcem pag. c. binae cruces mitraeque depictae sunt; alteris inversis rubro subscr.:* Obiit papa Innocentius IIII; *alteris erectis* Creatus est Alexander IIII.

a) prefata *c.* b) a *sine causa suppl. Madden.* c) Eadm. *Park.* d) *post del. c.* e) *corr.* prestare *c.* f) possit *Park.* g) potuit *Cron. Park.* h) congregavit *ex Cron. p.* 345. *corrigendum.* i) *deest Park.* k) ergo *Cron. Park.* l) *deest Cron. Park.* m) visionem *Cron. Park.* n) satisque *Park., ubi* ben. et *des.* o) papa n. def. *des. Park.* p) A. *c.; deest Park.* q) magno *Park.* r) ibidem *Park.* s) e. n. *Park.* t) nec *add. Park.* u) *sententia ita abrupta, reliqua pag. et 2 foliis vacuis, desinit Abbr. Cron.; sequitur a.* 1256. *Park.*

1) De Henrico III, Edwardo I, II, III. a papae argentariis, imprimis Tuscis, pecunias mutuatis v. Bond, 'Extracts from the Liberate-rolls, relative to loans supplied by Italian merchants to the kings of England' in 'Archaeologia' XXVIII, p. 207, ubi fere centum gentes *mercatorum de Sena, Florentia, Luca, Pistoria, Plasentia* commemorantur. 2) Henrico III. Carnoti. 3) Supra l. 21 sqq.

# EX FLORIBUS HISTORIARUM QUI MATHEI WESTMONASTERIENSIS DICUNTUR.

*Flores historiarum ab origine mundi usque ad a.* 1250, *Matheo Parisiensi adhuc superstite*[1] *et operis suscipiendi fortasse duce et rectore*[2], *in S. Albani*[3] *monasterio conditi*[4], *tum, Matheo paullo ante mortuo, ibidem usque ad a.* 1264. *perducti, postea Westmonasterii*[5], *non uno ductu et fortasse a compluribus auctoribus coaevis, ab a.* 1265. *usque ad a.* 1307.[6] *continuati, saec. XIV. nomine Mathei Westmonasteriensis*[7] *falso inscripti sunt.*

*Scriptor Florum imprimis Mathei Cronicorum*[8] *codicem P* 1[9] *usque ad a.* 1066. *transcripsit; inde praeter illum*[10] *Historiam quoque Anglo-*

1) Codex 1 (v. notas ap. Luard in Mathei Par. Cron. I, p. 19. 73. 129. 134. 223. 270. 343. 516) praebet lectiones pristinas, postea a Matheo in suo libro mutatas; tempore igitur quo hic nondum calamum deposuerat inceptus est. Accedit, quod Continuator Albanensis primus, qui res a. 1259—1264. narratas ipse vidit, opus ad suum aevum perductum (itaque aliquot annis ante conditum) in manibus habuit. Quin etiam ipsius Mathei manus forsitan est quae per annales 1241—1250. septem fere locos in codicis 1 marginibus correxit. (Hoc ac quaedam alia quae animadverteram V. Cl. Luard benigne mihi confirmavit). 2) Imprimis annales 1241—1250. Matheo dirigente compositi videntur; at eum integrum opus ipsum conscripsisse, Hardy et Luard recte refellerunt. 3) Ibi codex 1 usque ad a. 1250. exaratus est; compilator et continuator libris apud S. Albanum scriptis usi, Librum additamentorum (cf. infra p. 477, n. 7) laudaverunt et eius conventus sodales se fuisse prodiderunt. Posteriores Albanenses historici c. a. 1300. ex Floribus partes quasdam (velut Willelmus Rishanger, De proelio Lewensi ed. Halliwell p. 11 sqq., a. 1263 sqq., et auctor Operis cronicorum a. 1261 sqq.) exscripserunt. 4) Errant qui Waltero Albanensi, quem Pits solus inter aevi XII. scriptores commemorat, operis initium vel quendam eius nucleum attribuunt. Nam a. 261. 386. 448. 450. ea recepta sunt quae Matheus in codice P 1 (de quo v. supra p. 18. 103) postea inter lineas adiecit; et a. 1179. fit mentio concilii Lateranensis IV. 5) V. p. 447. 450. in ed. Parker (1601). 6) V. infra de codicibus 4. 6—8; eodem verbo *postulati* atque hi desinunt codices Bodleianus Hatton nr. 53, Coll. Arm. Arundel 20, Lambeth. 419, Coll. Trin. Cantabr. R. 5, 41. 7) *Secundum M. W.* codices Norwicenses, scil. 8 et (inde?) Bodleianus Fairfax nr. 20. saec. XIV ex. inscribuntur. Matheum Westmonasteriensem umquam vixisse, primus negavit Palgrave ('Quarterly Review' a. 1826, nr. 34); antiquarii Mathei nomen inter illius aevi Westmonasterienses frustra quaesierunt. Itaque illa inscriptione Parisiensem operis conditorem dici, et nomen monasterii, in quo adauctus sit liber, adiectum esse, censet Madden. Similiter eodem aevo Martini nomen cronicis a posteris retractatis inscriptum est; cf. Lorenz, 'Deutschlands GQ.' 1, p. 3. 8) Sed errant qui Florum autographum perditum Matheo usui fuisse opinantur [cf. Math. Paris. a. 867 (ex Malmesbur. Pontif. 79: *Aethelwulfi segniciem*): *seniciem*, ubi Flores perperam: *seviciam*; a. 445. Wendov. et Matheus Par. habent e Galfr. Monmouth.: *Vortigernus astutus et sapiens*, ubi Matheus *et s.* in P 1 expunxit, quae verba Floribus desunt; cf. supra n. 4]. Neque Wendoverius ad illud, quod falso olim extitisse contendunt, Florum volumen accessit [cf. I, p. 85: Wend. (e Petro Com.): *Ciliciam*, ubi Matheus Par. et Flores perperam: *Siciliam*]. 9) Codicem P 2 quoque ei usui fuisse, ex eo vix concluserim, quod a. 1198 (ed. Parker p. 262) cum illo codice praebet *Cisterciensem*, ubi Wend. et P 1 recte *Certeseiensem* legunt; talis enim error facile a duobus scribis committi potuit. 10) A. 1242: *permissi sunt transfretare;* a. 1243 (l. 5—9. ap.

*rum*[1] *et interdum Wendoverii*[2] *codicem perditum*[3] *(ϱ aut autographum*[3]*) adhibuit, sed etiam libros qui his usui fuerant denuo evolvit — velut Henricum de Huntingdon*[4]*, Herbertum de Bosham*[5]*, Rogerum de Hoveden*[6]*, Radulfum de Diceto*[7]*, Miracula s. Amphibali*[8]*, Decreta Innocentii III.*[9] *— et quaedam ex Annalibus Waverleiensibus*[10] *sumpsit*[11]. *— Annales* 1250—1255. *cum Abbreviatione cronicorum*[12] *conveniunt; inter ea quae inde usque ad a.* 1259. *sequuntur pleraque iterum e Mathei Cronicis Libroque additamentorum*[13] *excerpta, partes nonnullae, velut litterae Parmensium*[14] *de Friderico II. victo, ex eisdem tabulis, e quibus Liber additamentorum compositus est, sumptae sunt.*

*Ab a.* 1066. *auctor ordinem quidem rerum a prioribus S. Albani scriptoribus institutum plerumque secutus est, sermonem vero eorum suo modo in breve coactum libere mutavit; interdum non tam selecta capita ex illis excerpsit quam quae legerat memoriter retinens iterum narravit. Cum diversos locos, quibus Matheus Parisiensis unam rem vel bis narraverat vel in multas partes diviserat, in unum caput contraheret*[15] *et memoria quaeque dignissima etiam ultra veritatem efferret*[16]*, non mirum, quod saepe in errores inciderit*[17].

*In curiam Romanam pecuniae*[18] *potestatisque avidam, utpote quae principes saeculares ad sacerdotium infestandum stimularet, in Henricum III, qui eam alienigenasque*[19] *colens, 'naturales' Anglos a se alienaret*[20]*, eadem audacia qua Matheus, cuius acrem orationem sibi usurpavit*[21]*, immo vehementiori ira invectus est*[22]. *Sed non solum quae ille descripserat quasi suo colore amplius illustravit*[23]*, sed etiam quaedam nova*[24] *nonnullius momenti addidit. Quibusdam quoque locis certa ratio dicendi*[25]*, quae a Mathei sermone discrepat, inveniri mihi videtur.*

*Auctorem hunc ipsum quinque post a.* 1259. *annales adiecisse, probatu quidem est difficile; neque vero loco quo Parisiensis desinit ulla incisio in Floribus apparet*[26]*, neque iudicia, sermo, narrandi ratio*[27] *a.* 1259. *mutata videntur. Certe quicumque Continuator primus annales* 1259—1264. *scripsit, Matheum imitatus, in S. Albani*[28] *monasterio res ipso quo gestae sunt tempore*[29]

Hardy III, tab. 18) ex Cronicis proveniunt. Quaedam Mathei additamenta (velut *id est Saete* ed. Luard III, p. 174), sed minime omnia e P 1 auctor Florum transsumpsit. 1) Ab eius initio, a. 1067; cf. a. 1243: *contritus et spiculo; habebatur certificati*, verba ex Hist. Angl. hausta quae Cronicis desunt. 2) A. 352 (ed. Luard I, p. 164) Flores cum Wendov. et Malmesb. Reg.: *Romanorum*, ubi P 1: *paganorum;* cf. p. 5, n. 4. 34. 222. 268; excerpta a. 1193; Wendoverio (supra p. 73, l. 35 sq.) debentur versus a. 1249. inserti. 3) Nam codd. Wend. 1 et 2 multo post saec. XIII med. exarati sunt. Ex perdito illo Wend. codice forsitan p. 3, caput IV. (ed. Parker) et meliores aliquot lectiones (ed. Luard I, p. 18. 34. 64. 68. 86) proveniunt. (At Luard auctorem ad [Iohannis de Cella abbatis? cf. supra p. 8] compilationem Albanensem saec. XII ex. compositam, sed iam perditam accessisse censet). 4) A. 1119. 1128 sq. ap. Hardy III, p. 427. 5) V. excerpta a. 1164. 6) Ib. a. 1196. 7) Ib. a. 1167. 8) A. 1178. 9) A. 1179. 10) V. excerpta a. 1214. 11) A. 1136. Ann. Rading., quos Matheus Par. quoque adhibuit, legisse videtur. 12) V. supra p. 452, n. 5. 13) Velut Ricardi regis Romanorum epistola; v. supra p. 372. 14) V. excerpta a. 1248. 15) A. 1247. de Willelmo rege electo quinque capita in unum collegit. 16) V. excerpta a. 1168. 17) Ib. a. 1244. 18) Cum *infamia Romane avaritie totum mundum usque ad fines orbis terrarum maculasset*, Iohannes Presbyter fidem catholicam recusasse dicitur a. 1181; cf. excerpta a. 1198. 1210, p. 469, l. 30, ubi laudi cardinalium detraxit et spem de Innocentio IV. pravas consuetudines abolituro frustratam dixit. 19) A. 1238. 20) Electum Anglicum reiecit, *sicut iam ei moris erat;* cf. a. 1243. de Iohanne Mansel. 21) *Vulpecula astucior, Westmonasterii deliciis gratulatus* (rex); *treuge subarrate.* 22) Econtra a. 1259. Mathei vituperationem in Mendicantes paullo mitigavit. 23) V. excerpta a. 1245. 24) A. 1237. de comite Britanniae pirata; a. 1243. de Quinque-Portensibus stipendia postulantibus; cf. excerpta a. 1230. 1235. 1241. 1243 sq. Sed quae a. 1230. Friderici II. bullae adiecit ex Matheo confinxisse videtur. 25) Velut a. 1240. auctor patrimonium Petri duobus locis *dotes ecclesie* vocat. 26) Immo p. 367, l. 53. *illi nuncii* dicuntur qui supra eodem anno e Parisiensi nominati sunt. 27) *Conclusio anni, Liber additamentorum* laudatus id probant. 28) A. 1259. Henrici III. *transfretationis propositum est prepeditum, unde defecit et oratio repromissa*, scil. Aug. 20. ab Albanensibus pro itinere eius. 29) A. 1260. hieme Ricardum regem in Germaniam profecturum esse speravit (v. excerpta) — id quod non evenit —; cf. ib.: *Cum rex in*

*litteris mandavit, forsitan idem qui magistri Cronica continuaturus*[1], *quominus se, tanti historici successorem, nominaret, nimia modestia prohibitus est.*

*Qui, ut opus sincera et alta disciplina quam in schola S. Albani didicerat dignum ederet, res memoriae tradendas considerate selegit*[2] *et, quamvis baronum partibus*[3] *faveret, tam integro aequoque iudicio studuit, ut reginam, quae contra illos e Gallia odiosa auxilia advocaret, magnanimam laudaret*[4].

*Alter monachus Albanensis coaevus inde ab a.* 1256. *Flores multis additamentis auxit*[5]. *Qui cum annum a paschate inciperet*[6], *quasdam res*[7] *annali eum in quo a compilatore Matheum secuto positae sunt antecedenti inseruit. Etiam eodem annali*[8] *una res bis et diverso modo, itaque a duobus auctoribus, narrata reperitur.*

*Post a.* 1264. *vestigia Albanensium non iam inveniuntur, indicia autem abundant, quibus annales Westmonasterii compositos esse apparet*[9]. *Ubi, cum non ipso quo Albanensis desierat anno, sed demum fere a.* 1278.[10] *Westmonasteriensis continuator primus opus reciperet, non mirum, quod in primis quos scripsit annalibus*[11] *ordinem temporum plus uno loco perturbaverit. Quae deinde sequuntur ipso quo gesta sunt tempore vel paullo post, itaque non uno ductu composita sunt*[12]. *Et cum complures codices*[13] *ante initium saec. XIV. desinentes etiam ante hunc terminum exarati videantur, alii autem longe inter se differant, aut Continuatorem Westmonasteriensem opus amicis iam traditum iterum continuasse diversoque modo retractasse*[14], *aut annales* 1265—1307. *a compluribus Westmonasteriensibus scriptos esse censuerim, quamvis certos locos, a quibus singuli auctores scribere inceperint*[15], *indicare non ausim.*

*Angliam redire disponeret, instillata sunt ei sinistra de filio Eadwardo et nobilibus. Quae quia carebant, ut dicitur, veritate, nequaquam presumo nominatim proferre. Rex licet falsissima pro veris tamen attendens, de armatorum universitate sibi providere precepit.*
1) V. supra p. 389. 2) *Articulos culparum* (baronum a. 1260) *non arbitror annotare; qui audire desiderat a mendacibus mendacia, me relinquens, alium relatorem exquirat.* A. 1264. de proelio Lewensi *varios licentiosus poeta vel longius prosequatur eventus; nos brevitas lege artiori continet, nec qualiter, sed quid acciderit, dixisse indulget.* 3) A. 1261. *Rex statuto magnatum neglecto et consilio deceptus adulatorio;* a. 1263: *Simon de Monte-forti fere proditus, nutu Dei de manu hostili ereptus est.* 4) Nescio an Continuator I. historiam de bello civili etiam usque ad a. 1267. perduxerit, cuius operis perditi vestigia apud Willelmum de Risbanger (De bellis Lewensi et Evesham. ed. Halliwell) inveniantur. Willelmus enim priorem partem, a. 1258—1264, e Matheo Parisiensi et Continuatore I, posteriorem, a. 1265 sqq., ex libro perdito hausit, cuius auctor eodem quo Continuator I. animo ductus eodemque ingenio praeditus certe ipso aevo apud S. Albanum scripsit, forsitan igitur ipse Continuator I. fuerit. 5) V. a. 1260. seditionem Edwardi, quam primus Continuator ut falsum rumorem exponere noluerat. 6) A. 1262 sq. ex. commemorantur quae a. 1263 sq. in. gesta sunt. 7) Inter excerpta v. a. 1258. adventum Ricardi; a. 1264. successionem Clementis IV. 8) A. 1262. de concilio Londoniensi, de Gallicis stipendiariis. 9) Fere totum a. 1270. Westmonasteriensia occupant. 10) Iam a. 1272. opus Norwici adhibitum esse, ut Barthol. Cotton. p. XXXVIII. dixerat, se iam non contendere, Luard benigne mecum communicavit. A. 1265. 1267. lector ad res a. 1271 sq. gestas remittitur; auctor annalium 1274 sq. quae a. 1275 sq. acta sunt novit et sub a. 1276. Nicolaum III. (a. 1277 ex.) papam creatum esse, commemoravit. Tamen a. 1275. *Dei providentia* matrimonium Alienorae de Monte-forti impeditum esse, auctor vix dixisset, si id quod a. 1278. factum est evenisse iam novisset et Statutum Westmonasteriense a. 1275. 'primum' vocasset, si haec post a. 1285. scripsisset, quo *condidit rex Statuta que Westmonasterii II. dicuntur;* quae de Ottobono a. 1265 sqq. narrat, antequam hic a. 1276. papa creatus est, scripsisse videtur. 11) A. 1267 sqq.; v. excerpta de Conradino et de Henrico, filio Ricardi regis. 12) Scripta sunt enim quae dicit a. 1279: *inter reges Francie et Anglie omnis discordia sopita* ante bellum Gallicum a. 1293; verba a. 1284: *diadema imperii expectando* ante obitum Rudolfi (a. 1291); a. 1294: *Willelmus thesaurarius ecclesiam offendens caveat sibi ab anathemate s. Pauli* ante huius mortem (a. 1302); a. 1301. *Henricus III, pater istius* antequam Edwardus I (a. 1307) obiit. Tamen ad a. 1288. res a. 1290, a. 1299. res a. 1300. medio gestae commemorantur. 13) 2. 3. Sed Laudianus nr. 572, cuius extrema pars ab a. 1296. periit, codici 4 affinis est, cum Commendationem Edwardi contineat. 14) Interdum codices qui ordinibus diversis attribuendi sunt inter se conveniunt (v. a. 1273), id quod ex eo explanari possit, quod auctor in marginibus quaedam mutaverit, quae alii scribae receperint, alii neglexerint. 15) Rubrae ab a. 1288. versu hexametro Leonino conceptae unius scriptoris manum prodere videntur.

Praeter rotulos publicos[1] Westmonasterienses eisdem quidem litteris quibus alii quoque eius aevi scriptores[2] usi, vix tamen ullum historicum librum expilandum aliunde mutuati sunt. Inter quos monachos unum tantum auctorem nominare possumus. Scriptor enim qui saec. XIV in. in eodem Westmonasterio Flores retractavit, loco cuidam[3] de confratribus in carcerem inclusis omisso haec substituit: Sequitur passio secundum Iohannem[4]. Quo nomine quin Iohannes de London dictus le Bevere, a. 1303.[5] et 1310.[6] monachus Westmonasteriensis[7], indicetur — forte idem qui fere a. 1307 ex. Commendationem Edwardi [I][8] scripsit[9] —, non video cur dubitem; sed quanta Florum pars ei attribuenda sit, haud apparet. Quodsi quis uni codici 6 Cronica de edicione Iohannis Bevere inscripsit, nescio utrum editoris titulum illi imponere voluerit qui annales 1265—1307. composuit, an illi qui librum terminavit, an forte illi qui hunc codicem permultis locis, imprimis initio, ab aliis discrepantem confecit.

Ad ea quae Edwardus I. posteriore regni parte in Britannia gessit cognoscenda scriptores Westmonasterienses nova non pauca attulerunt; de rebus autem Flandriae et paparum, quae, cum Germanicas neglexerint, solae ad nostrum propositum spectant, fere nihil nisi quae alibi etiam relata sunt, eaque monachorum ordinis S. Benedicti Anglorum satis angusto animo[10] ducti, tradiderunt. Qui igitur altum gradum inter Anglos coaevos rerum scriptores obtinent, Albanensibus vero praecedentis aevi longe inferiores fuerunt.

Iam ipso saec. XIII ex. Flores ab auctoris fratribus Albanensibus[11], a monacho Nigro Norwicensi[12], Cisterciensi Waverleiensi, tum saec. XIV in. a Nicolao Triveto Praedicatore adhibiti, deinde per duo saecula prae ceteris chronicis Anglicis crebro transsumpti, retractati, notis domesticis diversarum ecclesiarum, quarum codices fuerunt, adaucti sunt.

Inter multos qui exstant codices[13] hos inspexi:

1) Mancuniensis bibliothecae Cheethamianae nr. 6712, mbr., fol., 2 coll., usque ad a. 1250. apud S. Albanum[14] saec. XIII med. a diversis scribis exaratus imaginibusque[15] illius scholae ornatus, inde ab a. 1241.[16] manum socii Mathei Parisiensis et in margine, ni fallor, Mathei ipsius notulas paucas exhibet. Neque tamen compilatoris Albanensis autographus habendus est, cum errores eius ex aliis codicibus emendari possint[17]. Fortasse codex ad fratrum Westmonasteriensium usum[18] conditus, certe paulo post

1) Imprimis de rebus Scoticis, v. excerpta a. 1291. 2) Velut de Edwardi I. morte cum Waltero de Hemingburg conveniunt. 3) V. excerpta a. 1303. 4) Ita codd. 1. 4. 7 et Londoniensis (iam Lambethanus 1106, saec. XIV in., de quo cf. Stubbs, 'Chron. of Edward I.' I, p. CXXIX). 5) Rot. Patent. a. 31. Edw. I. ap. Hardy III, p. 325. 6) Tunc eum excommunicavit *archidiaconi Londoniensis commissarius* ib. p. 282; cf. Madden, Math. Par. Hist. Angl. I, p. XXV. 7) Cave ne eum confundas cum Iohanne Bevere a. 1401. sacrista S. Albani, de quo cf. G. abb. S. Alb. ed. Riley III, p. 420. 480. 485. 8) *Commendatio lamentabilis in transitu magni regis Edwardi quarti secundum Iohannem de Londonia* Floribus in codd. 4, Bodleianis Laud. nr. 572, Hatton. nr. 53. adiecta est et edita a Stubbs, 'Chronicles of Edward I.' II, p. 3. Quae cum in codicibus 1—3, 5—8 non exstet, huius operis pars non habenda est. 9) Ita Hardy III, p. 309; tamen Commendationis auctorem monachum vel Westmonasteriensem fuisse, probari non posse, hoc ab Hardy coniectatum esse, monet Stubbs p. XIII. 10) Heroum Scotorum necem non abhorrent; cum Flandria contra Franciam, cum nobilibus et praelatis Anglicis contra regem et curiam Romanam (cf. p. 434, l. 4; p. 453, l. 43), cum sacerdotio contra laicos (a 1301: *malitia laicalis ecclesiasticos accusare*), cum papa contra Philippum IV. stant; de Edwardo I. tamquam sancto a. 1304. miracula referunt. 11) V. supra p. 456, n. 3; 458, n. 4. 12) Cf. Luard, Barthol. Cotton p. XXXVIII. 13) De quibus cf. Hardy III, p. 313; Madden I, p. LXXI; Luard Math. Cron. I, p. XVI. 14) Menda in Mathei codicibus usitata in hoc quoque occurrunt, velut *diverculum* pro *diverticulum*. 15) Postrema est *Coronatio regis Iohannis*. 16) V. Hardy III, tabulam 18. 17) V. excerpta a. 1229, n. *h*; a. 1241, n. *i*; cf. Luard I, p. 130; p. XVIII (a. 259); p. XIX, n. 1. 18) Locis rasis quibusdam Westmonasteriensia superscripta, Albanensia in reliquis codicibus retenta hic omissa sunt;

*saec. XIII med. apud hos asservatus est*[1]; *fol.* 1. *inscribitur* Iste liber est ecclesie b. Petri Westmonasterii[2]. *Continuatio a.* 1251—1326. *compluribus manibus characteribus c. a.* 1300. *usitatis exarata est. A.* 1307. *nulla incisio apparet. Ne Westmonasteriensem quidem operis partem hic codex integram, immo ab a.* 1290. *fere nihil nisi frustula excerpta praebet*[3]. *Tamen codex* 1 *ex schedis autographis descriptus videtur, certe ex libris quos inspexi*[4] *non derivatus est.*

*Omnes qui sequuntur codices fortasse ex uno libro perdito* (β) *transscripti sunt, qui, quamquam autographus* (α) *non fuit, multas lectiones codice* 1 *meliores praebuit.*

2) *Musei Britannici Arundel nr.* 96, *saec. XIII ex., desinit a.* 1284.

3) *Musei Britannici Cottonianus Vespasianus E IV*[5], *fol.* 196' *sqq., olim monasterii Waverleiensis, saec. XIII ex., exhibet Florum a.* 1274—1285[6].

4) *Musei Britannici Cottonianus Nero D II, f* 1—199, *mbr. fol., saec. XIV in., Roffae primo ad a.* 1272, *manu posteriore ad a.* 1307. *perductus*[7], *notisque Roffensibus*[8] *adauctus est*[9]. *Multa in breve coacta, Albanensia et Westmonasteriensia praesertim omissa sunt.*

*Cum codices* 2 *et* 4 *eisdem mendis*[10] *a ceteris libris differant, nec tamen alter ex altero descriptus sit*[11], *ex uno codicum ordine* (γ) *provenerunt.*

*Ex* β *etiam* δ, *exemplum quod* 5 *et* 6 *secuti sunt*[12], *manavit*[13].

5) *Collegii Etoniensis nr.* 38, *olim Mertonensis*[14], *mbr. fol., saec. XIV in. compluribus manibus exaratus est. Ex Albanensi operis parte alia melius quam in* 1 *retenta*[15], *alia omissa*[16], *alia, imprimis a.* 1244—64, *in breve coacta, alia aut ex editoris ingenio aut pristinis Albanensium auctoribus*[17] *iterum evolutis correcta, alia ex eisdem*[18], *alia aliunde*[19] *addita sunt. Anno* 1265. *inserta est Epistola de bello civili Anglico, tractatus non vilis pretii, a scriptore, qui Minoritis popularibusque infestus, regi favit, Henrico III. adhuc superstite compositus. Ab a.* 1266—1306, *quo mutilus desinit,* 5 *integriores ceteris codicibus*[20] *Flores servavit.*

cf. a. 1049 (p. 222). 1118. 1246. 1249. 1260 [p. 371, l. 56: *Simon comes Leicestrie . . . veniens ad S. Albanum* (in codd. 2. 5. 7. 8) desunt 1. 4. 6]; ubi a. 1259. auctor lectorem ad *Librum additamentorum* remisit, in marg. hic appositum est: *Vacat.* 1) A. 1268. ad calcem paginae: *Hoc eciam anno factum est pavimentum porphiricum ante magnum altare Westmonasterii.* 2) Haec in compluribus foliis repetita sunt. 3) V. excerpta a. 1291. 4) Velut excerpta a. 1292. quae 1 habet etiam Etoniensi desunt. 5) Fons Annalium Wigorniensium et Waverleiensium; cf. 'Anglonorm. GQ.' p. 173; SS. XXVII, p. 449. 451. 470. 6) 3 non ex 1 provenire potuit, cum huic p. 409, l. 1 sqq. desint quae 3 exhibet; sed fortasse cum 2 e communi fonte manavit, cum a. 1284. postrema verba in 2 et 3 omissa sint. 7) Ed. Parker p. 457, l. 52. post verbum *postulati* alia manus addit quaedam de a. 1307 [ed. Stubbs, 'Chron. of Edw.' II, p. IX] diversa ab eis quae Parker edidit; f. 199. sequitur Commendatio Edwardi priore manu scripta. 8) Has collegit Henr. Wharton, Anglia sacra I, p. 341; cf. p. XXXI. 9) Postea continuatio brevis usque ad a. 1377. addita est. 10) V. excerpta a. 1260, ubi 2 et 4 *eo quod* pro *eoque* habent et a. 1269, ubi *vir* omissum est. 11) V. excerpta a. 1267, ubi 4, non 2, et 1274, ubi 2, non 4, quaedam verba desunt. 12) Errant qui 5 e 6 vel 6 e 5 transcriptum esse putant; a. enim 1295. loco quinque verborum, quae in 5 aeque atque in 1 et 4 leguntur, *applicuit* posuit codex 6; attamen hic a. 1292 ex. postremam sententiam longi capitis in 5 omissi, quod 1. 4. 7 exhibent, retinuit. 13) Ex δ codices 1, γ, ε non provenerunt, cum illi a. 1292. finis desit (cf. etiam a. 1295); neque δ e β, γ, ε derivari potuit, cum 1 et 5 in fine a. 1284. sententiam quae ceteris deest habeant. 14) Prioratus canonicorum in Surrey. V. excerpta a. 1292; in marg. a. 1296. nota de priore Edmundo [Mertonensi; Monast. Angl. VI, p. 246] minio scripta est; a. 1278. nomini Walteri de Merton s. XV. apposita sunt haec: *Fundator de Merton-Hall* (Oxoniae). — Postea codex erat Ricardi St. George. 15) Velut a. 678. verba de Agathone papa, ex Mathei Cron. Mai., quae 1 desunt. 16) P. 15, l. 17. 17) A. 551: *Ibe* cum Sigeberto, ubi Wend., Paris., alii Mathei Westm. codd.: *ibi.* 18) A. 314. ap. Hardy III, p. 401. 19) A. 998. e Will. Malmesburiensi; a. 914. 935. e Catalogo paparum. 20) Codex 1 etiam ea parte qua integrum hoc opus transcriptum est, menda habet, quae ex 5 corrigi possunt; cf. in-

6) *Musei Britannici Harleianus nr.* 641, *saec. XIV*, Cronica de edicione domini Iohannis dicti Bevere[1] monachi Westmonasterii; de libraria monasterii S. Augustini Cantuariensis, *a Bruto usque ad a.* 1306 *(i. e.* 1307 *in.*[2]*) una manu diligenter exaratus et in margine correctus est.*

7) *Musei Britannici Regius* 14 *C VI, olim S. Benedicti Hulmensis*[3], *c. a.* 1400. *transscriptus*[4] *et ab a.* 1307.[5] *alia manu usque ad a.* 1323. *continuatus est. Qui multis additamentis, quae Nicolao Triveto vel communi auctori debentur, auctus est.*

8) *Musei Britannici Cottonianus Claudius E VIII, saec. XIV ex.*[6], *olim Henrici episcopi Norwicensis a.* 1406. *mortui, postea Stow antiquarii, praebet Mathei Westmonasteriensis nomen*[7]. *Manu a.* 1307.[5] *mutata, pauca*[8] *de eodem anno ab altero scriba addita sunt. Provenit ex nullo codicum* 1—7[9]. *Potius codices* 7 *et* 8[10] *ex uno exemplo* (ε) *derivati esse mihi videntur, quod ordini* γ[11] *attribuerim.*

*Omnium Albanensium operum primi 'Flores historiarum per Matthaeum Westmonasteriensem collecti ab exordio mundi ad a. D.* 1307' *prodierunt cura M. Parker archiepiscopi Cantuariensis Lond. a.* 1567. 4°[12]. *Qui tunc plerumque, sed non ubique*[13], *codicem* 5 *secutus*[14], *postea codicibus Laudiano,* 4, 6[15], 7[16], 8[17] *frustulisque quae ex aliis libris prorsus alienis*[18] *collegerat cum priore editione confusis, omni ratione critica destitutus, alteram editionem a.* 1570. *Lond.* 4°.[12] *evulgavit; quae Francofurti a.* 1601. *fol.*[19] *recusa est. Unde iam in libris Westmonasteriensis nomine inscriptis imprudenter inserti non pauci inveniuntur loci Pseudo-Turpini*[20], *Hugonis Floriacensis*[21], *Willelmi Malmesburiensis*[22], *Mathei Parisiensis*[23] *ex eius diversis codicibus*[24], *eiusque alterius Continuatoris*[25], *Martini Oppaviensis*[26], *Nicolai Trivet*[27] *illorumque monachorum qui c. a.* 1300. *Roffae*[28] *et Norwici*[29] *opus transscribentes interpolaverunt, qui neque a Florum auctore neque a Continuatoribus Albanensi vel Westmonasteriensibus scripti sunt*[30]. *Econtra omisit Parker quaedam in Florum codicibus inventa, utpote quae alibi ederet, verbis* quaere in Math. Par.[31] *substitutis*[32].

fra a. 1272. 1284. 1: *comitates, in altum,* ubi 5 recte *coitates* (i. e. communitates), *in Alemannia.* 1) Cf. supra p. 459. 2) Desinit *postulati;* v. supra p. 460, n. 7. 3) A. 1275: *Abbas Ricardus istius monasterii* [Hulmensis; Monast. Angl. III, p. 64] *ex hoc seculo migravit ad Dominum; cui successit Nicholaus de Walsham;* cf. a. 1286. 1289. 4) Certe non e δ provenit (cf. p. 460, n. 13), neque ex 1 (v. excerpta a. 1303), neque ex 4 (v. ib. a. 1306), quocum tamen saepe communia menda (v. a. 1302) praebet. 5) A verbo *postulati;* v. supra n. 2. 6) Series priorum Norwicensium ad a. 1344. deducta est. 7) V. infra p. 462, n. *b.* 8) Quae a Parker differunt. 9) Non ex 1. 4. 6, vide p. 459, n. 18; neque ex 2. 3 multo prius desinentibus; neque ex 5, vide p. 460, n. 13; neque ex 7, vide a. 1303. 10) Qui a. 1296. conveniunt, ceteris discordantibus; neque 7 ex 8 descriptus est; v. a. 1260. 11) Saepe enim ε cum 4 concordans vel a 1 vel a δ discrepat. 12) Hoc exemplum non vidi. 13) A. 309. Mathei Par. Cron. Mai. exscripsisse videtur. 14) Inde p. 13, l. 27 sqq. sumpsit, p. 16, l. 23 sqq. omisit. 15) V. p. 424. in marg. e 6: *al. infecto;* a. 1299. in marg. e 6: *satellites,* in contextu e 4: *exercitus.* 16) V. a. 1306. 17) V. a. 1304. 18) Etiam tabulas a. 1291. fortasse ex rotulo originali correxit, cum lectiones Florum codicibus 4. 5. 6. meliores praebeat; quas ipse in linguam Latinam vertisse videtur. 19) Eius laudo paginas. 20) A. 814. 21) A. 842. 22) A. 979. 1035. 1094. 23) Cf. supra n. 13. Inde de Sibylla, Carolo M., Adriano III, Offa. 24) A. 1072. ex Cron. Mai. codice P 3. 25) A. 1259, p. 370, l. 44—50. certe non ex codicibus 1—6, sed fortasse ex Continuatione Willelmo Rishanger (ed. Riley p. 2) attributa provenerunt, ex qua Parker duas sententias (ib. p. 12) etiam in Mathei Par. Cronica a. 1259 (ed. Wats p. 982) inseruit. 26) A. 984. 1033, SS. XXII, p. 433. 466. 27) V. excerpta a. 1276. 1285. 1290, quae etiam codici 7 desunt. 28) A. 1238. 29) A. 1150. 1168. 1201. 30) Forsitan alios quoque libros expilavit; sed cum non omnes quos Florum codices adhibuit viderim, id non pro certo affirmarim. 31) A. 1247. 1253. 32) Finem a. 1307, in codicibus 1—6. 8 non (vel non ita) repertum, evulgavit e 7, ubi tamen loco quo Parker desinit nulla apparet incisio.

*Ex Parkerii editione librum hunc in linguam Anglicam vertit C. D. Yonge, 'The flowers of history by Matthew of Westminster' 2 voll. 8°. Lond. 1853.*

*Locis qui ex Mathei Parisiensis operibus vel ad verbum vel sermone paulo immutato sumpti sunt omissis, reliquos imperii res attingentes usque ad a.* 1250. *ex* 1 *edidi. Inde* 2. 4. 5, *interdum quoque* 6 *et* 8, *ab a.* 1302. *etiam* 7 *contuli. Quae scribae addiderunt notis deputavi. Inde autem ab a.* 1294. *duabus columnis codices* 1 *et* 5 *nimis inter se discrepantes distinxi. Ubi plerumque quidem* 5 *opus integrum,* 1 *fragmenta inde excerpta praebere, nonnullis tamen locis*[1], *quibus ceteri codices cum* 1 *conveniunt, editor ordinis* δ *a priore lectione deviasse mihi videtur. Certe additamenta huius ordinis minime simplici librario, sed rerum cuidam scriptori haud imprudenti, vel etiam ipsi auctori iterum opus retractanti, attribuerim.*

*Quamvis multo cum labore haec congesserim, non tamen sine haesitatione ea hic profero; nam, quin V. Cl. Luard*[2] *Flores mox editurus permulta ad propositas quaestiones solvendas allaturus sit, non dubito.*

*Berolini mense Oct.* 1884/6. ***F. L.***

## INCIPIT[a] PROLOGUS IN LIBRUM QUI FLORES HYSTORIARUM INTITULATUR[b].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Math. Cron. Anno gratie 1154. . . . Defuncto papa Anastasio, successit Nicholaus Albanensis episcopus, et vocatus est Adrianus[c], vir quidem iustus et religiosus, natione Anglicus, de territorio quidem Sancti Albani, a viris nobilibus[3] ducens originem. . . . . . .

ib. Herb. Bosh. V. Thomae. Anno gratie 1164. . . . Thomas Cantuariensis archiepiscopus . . . exilium subiit. . . . Comes Flandrie[4] et comes[d] Bononie[5] paraverunt[e] eidem[d], machinante rege[6], insidias[7]. Set, Deo protegente, omnes evasit. . . . . . .

Rad. Dic. Anno gratie 1167. . . . Matildis quoque[f], filia regis Henrici, nupsit Henrico duci Saxonum. . . . . . .

Math. Hist. Math. Cron. Anno gratie 1168. Rex Henricus, cuius ira in odium versa[g] est contra beatum Thomam et contra papam, qui partem beati Thome fovit, misit ad imperatorem Frethericum, significans ei, quod[8] adiutor eius foret ad eiciendum de dignitate papatus Alexandrum[h], eo quod adversarius suus factus fuit [et[i] quia] proditoris sui ac fugitivi Thome, [qui[k]] quandoque Cantuariensis[l] archiepiscopus fuerat, causam contra ipsum[m] regem fovit. Et[9] fecit rex abiurare[n] in Anglia obedientiam pape[o] Alexandri a puero duodennii[p] ad hominem senem. . . . . . .

ib. Anno gratie 1188. . . . Circa dies illos Fretherícus imperator scripsit Salaadino epistolam elegantem, comminatoriam tamen; et ipse consimilem nichil veritus rescripsit. Continebatur autem in epistola diffidatio et editio[q] belli. . . . . . .

Rog. Wend. Anno gratie 1193. Sufficienter purgata est fama super inventis accusationibus[10] obiectis regi Ricardo, lecta epistola quam iam transmiserat Vetus de Monte imperatori et[11] duci Austrie. Ammoniti sunt a domino papa[12], ut in pace dimitteretur rex Ricardus, tam dux quam imperator; set noluerunt ullo modo tam opimam predam amittere. . . . . . .

Rog. Hov. Anno gratie 1196. . . . Obiit[r] predictus imperator[13], qui regem Ricardum emptum[14] vendidit, et iccirco vinculo anathematis obligatus, si clam penitentiam egerit absolutus, nescitur.

Math. Cron. Anno gratie 1198. Otho, nepos — — successit Innocentius III, in die cathedre sancti Petri papa consecratus et in Petri[s] cathedra collocatus, utinam Petri vestigia secutus! . . . . . .

a) Inc. — intitulatur *rubra* 1. b) secundum Matheum Westmonasteriensem *add.* 8. *et cod. Fairfax saec. XIV.* c) IV. *add. editio Parker.* d) *deest* 6. e) paraverant *Park.*; insidias paraverant m. r. 6. f) *deest Park.* g) versum 1. h) papam *add.* 6. i) *ita* 6. *Park.*; *des.* 1. k) *ita* 6. *Park.*; *deest* 1. l) f. C. a. 6. *Park.* m) *deest* 6. *Park.* n) abiurari *Park.* o) debitam p. Alexandro 6. *Park.* p) duodeno 6. *Park.* q) indictio *Park.* r) *haec sententia deest* 6. s) c. P. 6.

1) Quos in notis infra indicavi. 2) Cui maximas gratias ago, quod a. 1886, Aug. 16. Sept. 6. ut codices 1 et 5 in villa sua ad Sevenoaks (Kent) legerem, benigne permisit et a. 1884. aliquos locos in usus nostros cum cod. 1 contulit. 3) Hoc compilator, ut civem Albanensem extolleret, adinvenit; cf. de humili Hadriani IV. origine supra p. 435. 4) Philippus. 5) Matthias. 6) Henrico II. 7) Eundem locum adhibuit Math. Cron. a. 1160. 8) Ex epistola supra p. 32 = 112. 9) Haec veritatem excedunt; cf. SS. XXVII, p. 31. 10) Has ex Mathei Cron. repetiit auctor a. 1192. 11) *sive* rectius Rog. Wend. 12) Coelestino III; fortasse haec collegit compilator ex Mathei Cron. a. 1193 sq. et ex Rog. Hov., SS. XXVII, p. 161. Litterae non exstant; cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 277. 13) Henricus VI. 14) Fortasse ex Mathei Cron., supra p. 68 = 427.

(Math. Cron. a. 1202.) Anno gracie 1201. . . . Innocentius papa, cum ab ordine Cisterciensium pecuniam ad iter crucesignatorum violenter exigeret, a beata Maria, eiusdem ordinis advocata, nimis acriter correptus, ab hac quievit exaccione. . . . . .

(ib.) Anno gratie 1206. Rex Iohannes . . . ad Montem Albani, castellum nobilissimum, . . . pervenit, . . . quod septenni obsidione Karolus Magnus non posse[a] sibi subicere[b], Gesta[1] scribentes asseverant. . . . . . .

(Math. Hist. — Math. Cron.) Anno gratie 1207. . . . Imperator Otho venit in Angliam; in cuius adventu tota civitas Londonie induit sollempnitatem pallis[c] et aliis[d] ornamentis circumornata. Et habito — — quinque milibus marc. argenti. . . . . . .

(Math. Hist.) Anno gratie 1209. . . . Henricus dux Saxonum, frater Othonis, venit in Angliam. Eodemque anno Otho — — 4. Non. Octobris. . . . . . . .

(ib. — cf. Ps. 101, 11.) Anno gratie 1210. . . . Papa Innocentius excommunicavit — — Othonem — — absolvit; unde a multis instabilis et mutabilis diiudicabatur, eo quod eodem tempore elevans allisit eum. . . . . . .

(Ann. Waver. — Math. Hist. — Abbr. Cron. — Math. Cron. — Abbr. Cron. — Math. Cron.) Anno gratie 1214. . . . Hoc etiam anno ante purificationem beate Marie comes Flandrie cum quibusdam magnatibus transmarinis applicuerunt in Anglia[e], facientes ligantiam[f] et homagium regi Iohanni in civitate Cantuarie. Postea cum Willelmo comite Sarum revertentes, magnum exercitum de conducticiis[g] stipendariis, distribuentes regium thesaurum prodigaliter, conflaverunt, propositum habentes, ut[h] regem Francorum Philippum die dominica, non consuetum tali die arma capessere[i, 2], subito invaderent et confunderent. Habuerunt etiam insuper[k] spem magnam et confidentiam de consilio et auxilio Othonis imperatoris, qui certamen quasi exerto[l] gladio expectabat. Exclamato igitur signo 'Regales, regales!' et ex alia parte 'Montis gaudium, Montis gaudium!' commissum est bellum[m] de Bovines in Flandria, et decertatum est hostiliter utrobique. In quo conflictu rex Francorum ab equo suo prostratus est et ab hostibus undique impetitus, frustatim detruncaretur, nisi quodam[o] milite Normannico, qui cum corpore proprio protexit et pro eo et super eum multis confossus lanceis[p], protegeretur[q]. Ipso etiam die eviscerati et enervati sunt sub[r] eodem rege tres equi probatissimi[3]. Triumphum inopinabilem tamen de inimicis suis ea die, Deo propiciante, reportavit. Unde super hoc pius rex scribens[4] universitati Parisiace[s] ait: 'Laudate Deum[t], karissimi, quia numquam tam gravem afflictum evasimus'. Primo igitur fugiente a bello Hugone de Boves[u], qui dux omnium videbatur[v], capti sunt multi[w] magnates, tam de imperio quam de regno Anglie. Imperator autem[t] Otho cum suis qui aderant paucis elapsus est; nec[x] umquam postea est fama sua redintegrata[y]. . . . . . .

(Math. Hist. et Cron. — cf. Cron. — cf. Math. Hist. — Abbr. Cron. — Cron. et Hist.) Anno gratie 1229.[5] . . . Eo[z] tempore papa Gregorius moleste ferens[a], quod imperator Fretherieus[b], quasi spreto timore sententie sue, negocia[c] ecclesie in Terra Sancta amplectebatur, desperansque[d], quod ad unitatem ecclesie non rediret, decrevit, ipso depulso, alium in culmine imperiali subrogare. Constituit igitur Iohannem de Bresne[e] ducem papalis exercitus et eidem quicquid ecclesia Romana potuit adiutorii impendere in thesauro[f] et armis et indulgencia[g] de peccatis et admonicionibus ad prelatos habundanter impendit. Quod cum imperatori significaretur, facta pace cum soldano festinanter[6] et caute, ne ad eum iste sinister rumor [perveniret[h]], ad ecclesiasticum honorem et profectum cum eodem trengam diuturnam et pacem constituit. Acceptaque corona regni [Ierusalem[i]], naves paravit ad repatriandum; Terreque Sancte valedicturus[k], orandi gratia ad flumen Iordanis cum omni humilitate inermis et paucis stipatus perrexit, ubi a domesticis, quos putabat amicos, paratas insidias, muniente[l] Babilonie soldano, evasit. Unde semper postea quasi suspectas personas Templarios exosos et soldanum habuit amicissimum, fidelitatem sentiens in infidelibus et fidelium detestans infidelitatem. Et ascendens navem[m], in terra[n] sua prospere applicuit susceptus[o] cum gaudio, et adherentibus sibi fidelibus suis, sibi subreptas terras in brevi imperio restituit viriliter universas, de invasoribus condignam capiens ulcionem. Per idem tempus magister Stephanus, domini pape capellanus, ad restaurandum[p] pape thesaurum perditum et ad dictum imperatorem Fretherieum deiciendum omnes decimas rerum ecclesiasticarum, [non[q, 7]] deductis expensis, in tota Anglia[r], Hybernia et Wallia exegit et, permittente rege, extorsit. . . . . . .

(Math. Cron. 1229.) Anno gratie 1230. . . . Eodem anno restituta civitate Ierusalem imperatori Fretherico et populo christiano cum corona regni Ierosolimitani, qua[s] coronatus est in ipsa civitate, de modo et tempore regem Anglorum et alios principes[8], ut eos exilararet, per elegantes epistolas auro bullatas certificavit, in quibus conti-

a) *sic* 1. 6; posset *Park.*; potuit *Wend. Math.* b) ut *add.* 6. *Park.* c) palliis *Park.* d) o. [ornamenta 6] a. 6. *Park.* e) Angliam *Park.* f) ligationem 6. g) conductiis 6. h) in 6. i) portare 6. *Park.* k) *deest* 6. *Park.* l) ex certo 1. 6. m) prelium 6. n) precipitatus 6. o) quidam miles Normannicus *Park.* p) concidit *suppl. Park.* q) *deest Park.* r) ab 6. s) Parisiensi *Park.* t) *deest* 6. u) Boumes *sive* Bovines 6; Boives *Park.* v) esse *add.* 6. *Park.* w) magn. multi 6. x) ut [et 6] numquam 6. *Park.* y) redintegra 6. *Quae Parker de Friderico II. a.* 1220. *coronato habet des.* 1. 2. z) Eodem 6. *Park.* a) gerens 6. b) Fredewicus 6. c) sua *add.* 6. d) desperans 6. e) Breusne 6. f) thesauris 6. *Park.* g) indulgentie 1. 6. h) *sic Park.* 6; rumor. Et ad 1. i) *ita* 6. *Park.*; *deest* 1. k) valde dict. 1. l) muniante *Park.* m) suas *add.* 6. n) terram suam 6. o) suspectus 6. p) restaurum 1. 6, *corr. s. XIV*, restaurandum 1. q) *deest* 1. r) et *add.* 6. s) qui 6. *Park.*

1) Carmen de Gestis; cf. supra p. 41, n. 14. 2) Similia dixit Matheus de comite Bononiensi et Anglis. 3) Hoc dixit Math. Cron. (ex Rog. Wend. supra p. 47) de Ottone IV. 4) De tali epistola nihil aliunde novi; sed cf. de gaudio scholarium Will. Brit., SS. XXVI, p. 317. 388. 5) A. 1228. de Friderico II. excommunicato et in Palaestinam profecto narravit compilator secundum Mathei Hist. Angl. 6) Cf. p. 464, l. 5. 7) *non d. e.* fortasse ex Abbr. Cron. 8) Cf. Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, nr. 1738. 1765.

Luc. 1, 78. 1229. nebatur quod hic summatim perstringitur[a]: *Soldanus*[1] *— — in Ierusalem coronam portavimus.* ***Et***[2] ***sic visitavit nos oriens ex alto. Set quia mundus iste semper amara dulcibus consuevit permiscere, cum ad imperium nostrum redeundo veniremus, aditu ad propria vix patente, inimicos***[3] ***nostros, quos papa, pater noster, in detrimentum nostrum***[b] ***exaltaverat, contrivimus et motam***[c] ***vix sedavimus***[d] ***seditionem. Et nisi nos sub tanta festinacione***[4] ***negocium hoc revocasset, ecclesie status Dei gratia solidaretur mirabiliter exaltatus***[e]. Cumque hoc mandatum ad aures principum perveniret et postea in populis disseminaretur, Deum glorificaverunt, qui Math. Hist. 1230. non permittit sibi famulantes impediri vel confundi. Eodemque anno, tempore quadragesimali dominus imperator, omni perturbacione complanata, hostibus suis nec[f] pape pepercit consanguineis, quos imperio invenerat rebellantes. Quod videns Iohannes de Bresne, timens incidere in manus imperiales[g], fugit in partes cisalpinas; nec potuit eum papalis instantia revocare. Intermeantibus igitur sollempnibus amicis, sedata est discordia inter summum pastorem et summum principem, que nimis fuerat ecclesie dampnosa. . . . . . .

ib. Circa idem tempus dux Saxonum[5], miles elegantissimus, quem dominus papa in imperium proposuit sullimare[6], fugit[7] a facie imperatoris[h] Fretherici persequentis et venit Londonias, ubi adventum regis de Britannia expectabat. . . . . . .

ib. Eodem tempore dominus imperator Romam veniens, cum omnem thesaurum domini pape exhausisset, sollempniter est absolutus; et eodem die simul in uno palacio coepulabantur cum gaudio et hilaritate. . . . . . .

Math. Cron. Anno gratie 1234. . . . In confinio imperii partes Alemannie contingenti, non procul a mari, victi sunt quidam novi heretici dicti Catini[i] et desub celo penitus in ore gladii sunt deleti. . . . . . .

Ipso quoque tempore orta dissensione gravissima inter papam et Romanos, idem papa cum suis cardinalibus recessit Perusium, ubi per aliquod tempus morabatur. . . . . . .

Math. Hist. Anno gratie 1235. . . . Post pasca[8] imperator Fretherícus missis nunciis in Angliam peciit a domino rege Henrico, Isabellam sororem suam sibi dari in uxorem. Consilio itaque[k] super hoc cum suis habito[l], eam cum nunciis[m] suis[n], viris spectabilibus, eidem imperatori destinavit, quam quidem venerabiliter Mai. 27. acceptam desponsavit die[9] pentecostes, 6.[o] Kal. Iunii. Eodem anno misit rex sollempnes nuncios in Provinciam, ut nomine suo Alienoram, filiam comitis Provincie, ipsi ducerent[p] in uxorem. Qui, sponsalibus inter eos contractis, fecerunt per Robertum Muchegros[10] mili- Nov. 23. tem nomine regis per verba de presenti die sancti Clementis apud Tarascum contrahi Dec. 15. matrimonium; quod postmodum apud Vienniam 18. Kal. Ian. fuit innovatum. . . . . . .

Math. Cron. Anno gratie 1236. . . . Per idem tempus orta est discordia nimis dispendiosa inter dominum imperatorem Fretherícum et viros Ytalicos, qui communiter ad imperium ab antiquo spectare dinoscuntur. Et quia dominus papa parti Ytalicorum favit manifeste, precipue Mediolanensium[q], quorum fama super multis[r] heresibus, usuris et symoniis[s] laboravit, multorum fidelium diatim amisit devotionem. . . . . . .

ib. Illis quoque diebus facta est strages maxima Iudeorum in partibus Ytalicorum[11], ita ut multi eorum in Franciam et Angliam ad refugium convolarunt[t]. . . . . . .

Necnon sub eisdem temporibus dominus imperator Fretherícus ad regem Anglie nuntios sollempnes destinavit, pecuniam non minimam, quam ei cum sorore sua rex promiserat, instantia magna postulantes. . . . . . .

ib. Anno gratie 1237. . . . Quod[12] audientes magnates, regiis preceptis continuo paruerunt, credentes, se papalia vel imperialia mandata communem statum contingentia contractare; . . . surrexit in medio Willelmus de Rale, regis clericus familiaris, in cuius ore rex verba sua posuerat magnatibus suis proponenda, et ait: 'Mandat vobis dominus rex, quod sine thesauro est; . . . multa enim exposuit in expensis sororis sue imperatricis'. . . . . . .

ib. Eodem anno dominus imperator Fretherícus ad impetus seditiosos, qui frequenter[u] in urbe Romana solent oriri, alterum senatorem creari[v] constituit. Et circa illa tempora dominus papa vocavit comitem

a) perstringam *Park.* b) *deest* 6. c) v. m. 6. d) sedit. sedav. 6. e) exaltata 1. 6. f) ñ 1. g) de manu imperatoris 6. h) F. i. *Park.* i) Cathini 6. k) igitur 6. l) inito 6. m) s. n. 6. n) *deest Park.* o) 6. K. I. *des.* 6; *post* Iunii *sententiam finiunt codd. et Park.* p) ducerē 1. q) Mediolensium 1. r) militis 6. s) sim. 6. t) convolarent 6. *Park.* u) frequente 1. v) creatori 1.

1) V. supra p. 64, l. 7 39; omissa sunt *hoc — recedant*, l. 12—16. 2) Sicut compilator iam antea verba epistolae temere mutavit, haec quae sequuntur ex Matheo confecta adinvenisse videtur. 3) Cf. quae Fridericus scripsit Ficker nr. 1764: *redeuntes de inimicis nostris triumphavimus.* 4) Cf. supra p. 463, l. 35. 5) Otto de Lüneburg. 6) Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p. 320 sq. 7) Error; Fridericus II. laudavit Ottonem, *quod nunquam per eum fuerit offensum imperium*, Ficker nr. 2103a. Sed fortasse Ottonem a. 1227 sq. Danis coniunctum Henrico (VII) restitisse, novit aut eum cum Henrico Leone avo confudit auctor. 8) Iam antea; cf. supra p. 70. 9) Potius Iul. 15. Verba *die — Iunii* forte ad sequentem sententiam referenda sunt. Cf. quae Henricus III. Iun. 22. Amadeo comiti Sabaudiae, Alienorae avunculo, de isto matrimonio contrahendo scripsit ap. Rymer I, p. 217. 10) Fortasse legit noster tabulas Henrici III. (Rymer I, p. 219), quibus designat *Robertum Mucegros* inter *procuratores quibus concedimus potestatem, ut consensum domicelle* (Alienorae) *in nos per verba de presenti recipiant*, 15. *die Oct.* Cf. Math. Paris. (V, p. 535) a. 1255: *Robertus Muscegros regine senescallus obiit.* 11) *Transmarinis, precipue in Hispania* Math. Cron. III, p. 369. 12) *Ut in oct. epiphanie Londonias convenirent* ad parliamentum.

1237. Math. Cron.

Britannie ad suum consilium, sciens illum bellicosum et in guerre dolis versutum et ingeniosum. Sed cum idem comes thesauro papali vacuos loculos replevisset, quesivit diverticula[a], asserens non audere imperatorem sapientissimum et potentissimum infestare, ne magnitudinis sue mole premeretur; sed, si dominus papa ipsum vellet mittere ad expugnandum crucis inimicos, ut potius deberet desiderare, paratus erat patris sui preceptis obedire; erat autem cruce signatus, et oportuit eum ex crucis accepte voto transfretare. Quod cum papa comperisset, dissimulans se laici muscipulari fallaciis, dimisit eum in pace. . . . . . .

Anno gratie 1238. . . . Dominus rex Anglie misit presidium militare Fretherico imperatori ad sibi[b] subiugandum rebelles suos in Ytaliam[c] sub ducatu Willelmi electi Valentini, Henrici de Trubluville[d], militis preclari, et Willelmi Hardel clerici; sub quibus exercitus Anglorum domino[e] imperatori per totam estatem, non sine magno dampno Lumbardorum imperio rebellium, strenue a rege stipendiatus militavit. Unde papa maximam[f] contra Anglos concepit indignationem. ib.

Eodemque tempore soldanus Persarum[g.1], potentissimus et domino imperatori amicissimus, de quo certe sperabatur, quod quandoque baptismi susciperet sacramentum, viam universe carnis est ingressus. . . . . .

Circa idem tempus domino imperatori circa Mediolanum obsidionem continuanti omnes fere mundi principes, exemplum[2] a rege Anglie accipientes, presidium militare destinarunt. Sed infecto negotio, ad Brixentium[h], qui Mediolanensibus indeficienter auxiliabantur, transtulit obsidionem. . . . . . .

Sed monachi[3], videntes, ipsum esse alienigenam et nobilibus regni suspectum posseque de facili nocere ipsi regno[4], cum frater eiusdem electi comes sit Flandrensis[5], et, si forte in subversionem regni conspirarent, alter alteri efficaciter[i] auxiliaretur, noluerunt aliquo modo consentire. . . . . . .

Circa eadem tempora electus Valentinus Willelmus[k] Romam adiit, vocante eum domino papa, ad quem fama ipsius pervenerat, quod vir erat in negociis bellicis strenuus et circumspectus. Et procurante eodem papa, in curia Romana postulatus est in electum Leodiensem, et[l] nichilominus tamen ut electus Valentinus diceretur et esset, mutato solummodo nomine, scilicet ut diceretur electus Leodiensis et procurator Valentinus, ut abusio vocabulorum vitaretur. O monstruosa humane cecitatis ambicio! Adhuc et ad Wintoniensem[m], non habito[6] tamen respectu ad officium pontificale, sed emolumentum temporale, rege favente, totis nisibus aspirabat. . . . . . . ib. Math. Hist. Math. Cron.

Anno gratie 1239. . . . Eodem vero anno dominica palmarum excommunicatus est imperator Fretherieus a papa [Gregorio[n] III.[o] propter] quasdam certas et scriptas causas; quam[p] sententiam cum suis causis in cunctis regionibus per universos prelatos, in singulis ecclesiis sibi subiectis cum sollempnitate, pulsatis campanis et candelis accensis, precepit dominus papa promulgandam. Ipso quoque anno obiit electus Valentinus et Leodiensis apud Viterbium in reditu a curia Romana. . . . . . .* ib.

Scripsit et[l] eodem anno dominus imperator senatoribus et populo Romano asserens, quod quam plurimum mirabatur super hoc quod permiserunt ipsum, precipuum principem principum, in Urbe excommunicari. Scripsit etiam epistolas elegantes et prolixas cardinalibus et omnibus magnatibus christianis, precipue tamen regi Henrico et fratri suo Ricardo comiti Cornubie, sororiis suis, se in multis excusans[q] rationibus et dominum papam multipliciter accusans et asserens, quod, cum paratus[r] esset per omnia iuri parere promptus et paratus et legatos sollempnes hec oblaturos destinasset, papa hec presciens, precipitanter ante adventum legatorum in ipsum ex industria sententiam fulminavit. . . . . . .

Per idem tempus scripsit dominus papa Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis prolixam nimis epistolam, conquerens graviter de enormitate imperatoris[s], imponens ei crimen hereseos. Scripsit autem tam legato quam dictis archiepiscopis[t], ut ipsam epistolam per omnes sue ditioni vel legationi terras[u] spectantes publicarent, addens[v], quod ipse Frethericus dictus imperator iam dotes ecclesie hostiliter invadens, eas sibi ausu temerario manciparet tanquam inimicus ecclesie manifestus.

Et ipso anno congregati sunt crucesignati, precipue de regno Francorum exercitus numerosus ex nobilioribus regni, apud Lugdunum, tractaturi, quam viam magis expediret tenere, tendentes apud[w] Terram Sanctam; et inito consilio, pars per maritima[x] navigio a Marsilia versus orientem iter arripere tucius ac compendiosius censuerunt. Quod cum cognovisset dominus imperator, scripsit eis persuadens amicabiliter, ut non videretur eis grave expectare, donec[7] pacificasset rancorem et discordiam motam inter eum et patrem suum, dominum papam, et rebelles Ytalie iustificasset. Proposuit enim, ut[y] firmiter asserebat, esse ipsis dux et capitaneus, solatium efficax et auxilium ipsis impensurus. Sed ipsi,

*) Hoc autem tempore floruit cardinalis Ostiensis[8], qui librum qui Copiosa vocatur composuit *add.* 8.

a) divercula 1. b) *deest* 6. c) Italia 6. *Park.* d) Trublevilla *Park;* Turbevile 6. e) per t. est. d. imp. 6. f) c. A. max. 6. g) Babilonie *Math. Hist.* h) Brixensium obs. se contulit *Math.* i) *deest Park.* k) W. 1. l) ut *add.* 1. 6; impetravit *supplendum.* m) episcopatum *e Matheo supplendum;* Wintoniam 6. *Park.* n) G. III. p. *des.* 1. o) *sic* 6 *e Matheo;* IX. *Park.* p) quas 6. q) r. e. 6. r) *delevit Park.* s) *bis scr.* 1. t) episcopis 6. u) terram 6. v) addentes 6. w) *sic* 1. 6; ad *Park.* x) parsque *add.* 6. y) et *Park.*

1) Potius Aegypti. 2) Hoc adinvenit auctor, ut regem suum efferret. 3) Wintonienses, a quibus rex petiit, ut Willelmum de Sabaudia episcopum eligerent. 4) Hoc argumentum alibi frustra quaesivi. 5) Thomas. 6) Cf. Math. Cron. supra p. 280. 7) Legit quidem auctor Mathei Cron. supra p. 178. 181, quae tamen paullo in favorem imperatoris consulto immutasse videtur. 8) Reinaldus, postea Alexander IV, tunc Ostiae praefuit.

1239. more Francorum impetuosi et magniloqui, noluerunt imperalibus[a] consiliis obsecundare vel a proposito iam inchoato resilire, quia victualia sibi congesserant, naves iam conduxerant, amicis valedixerant. Quod comperiens imperator, irrevocabilem voluntatem[b] Francorum egre tulit. Iussit[1] tamen omnes portus et transitus per dicionem suam eis libere patere nec aliquod eis impedimentum inferri. . . . . . .

Math. Cron. Ipsis[c] diebus Sardania insula opulentissima cessit in ditionem imperatoris, quam idem imperator dedit filio suo. . . . . . .

Ipso anno dominus imperator iter versus urbem Romanam[d] direxit et cepit Viterbium et multas partes adiacentes; peciitque[2] convocari generale concilium, in quo possit[e] suam palam innocentiam manifestare[f] et suam famam purgatam restaurare[g].

ib. Anno gratie 1240. . . . Ipso quoque tempore imperator se in ira magna accingens ad ultionem super diffamatione magna, qua nomen suum dominus papa in universis [finibus[h]] christianorum denigraverat, Rome appropinquans in manu forti, cepit Viterbium cum partibus adiacentibus et dotes[i] ecclesie Romane[k] sue subdidit dicioni; unde ecclesia[l] magnam induit cum desolatione confusionem.

Eodem[m] quoque tempore venit in Angliam Thomas comes Flandrie, avunculus regine; cui rex occurrens, statim cum magna alacritate contulit annuum redditum multi census annui pro homagio suo. . . . . . .

Math. Cron. et Hist. Imperator scribit[n] regi[o] elegantem epistolam, in qua increpat regem, quod in perniciem regni sui et imperii terram suam per papales questionarios depauperari et ipsum sollempniter [excommunicari[p]] permittit, qui magis rationabilem[q] quam alii principes christiani haberet[r] excusationem huic precepto domini pape resistendi, eo quod sororius existit domini imperatoris.

Math. Cron. Rex Francorum cum summo honore suscipit comitem Ricardum et exhibet in[s] omnibus necessariis magnifice transeuntem et apud[t] Marsiliam[3] cum suo comitatu salvo perducit; ubi etiam contra prohibitionem pape naves ascendit.

Convocatur concilium generale in proximo pascha celebrandum. . . . . . .

Comes Provincie Reimundus, pater reginarum Francie et Anglie, occurrens cum gaudio comiti Ricardo, impendit ei transfretaturo auxilium, quoad[u] potest, liberaliter et consilium. . . . . . .

Et circa idem tempus magister Albertus[v], natione Coloniensis, apud Westmonasterium consecratus est in archiepiscopum Armachanum. . . . . . .

Circa dierum eorundem curricula venit in Angliam domini pape familiaris et consanguineus magister Petrus Rubeus. Qui cito transiit Angliam, et in Scociam[4] veniens, ibidem vicesimam ad opus pape non segniter abrasit. Et[w] eodem tempore magister Petrus de Supino in Hyberniam missus, ut ibidem vicesimam vigilanter meteret, et[w] quicquid poterat inde, non fictus pape questionarius, apportavit[x]. Que preda ad numerum mille et quingentarum marcarum et amplius dicitur ascendisse; collecta autem Petri Rubei, quam a Scotorum finibus emuncsit[y], hanc summam creditur dupplicasse. . . . . . .

Ipso tempore revocatus est legatus per autenticum papale, multum admonitus, ut adventum suum ad Romanam curiam maturaret et concilium generale anticipando preveniret, ut fratres, prehabita morosa deliberatione, tractatum haberent simul cum eo de iminente eiusdem ruina et periculo irrestaurabili, imperatore iam dotes ecclesie invadente. . . . . . .

Sub eisdem diebus[z] videns imperator, quod papa concilium convocaverat ad deieccionem ipsius, per hoc quod idem dominus[a] papa seculare brachium et precipue hostium imperii publicorum in auxilium eius advocavit et formam convocationis secus quam prelocutum fuerat alteravit, penituit eum in hoc consensisse[b], ut concilium convocaretur. Et resiliens significavit regi Anglorum, ut muniret omnes[c] regni sui prelatos ex parte imperatoris, ne venirent ad illud generale concilium, in personis et rebus securitatem in ditione sua penitus denegantis et nolentis, ubi presidebit inimicus eius capitalis[d], causam committere dubio foro tam excellentem. Dominus papa econtra scripsit significans eisdem prelatis, ut, humanis minis[e] postpositis, patri suo spirituali obedienter obsecundarent nec omitterent, quin ad concilium communiter venire[f] ad terminum statutum properarent. Unde episcopi fluctuantes in proposito, quid agendum foret, dubitabant. . . . . . .

Sarraceni . . . ceperunt nimis prudentiam et potentiam comitis[5] formidare, tum quia hoc nomen Ricardus adhuc[6] Sarracenis inimicum ipsum intitulavit[7], tum quia auro et argento habundavit, tum quia sororius erat imperatoris et amicissimus. . . . . . .

Consecratur Londonie apud Sanctum Paulum magister Petrus de Egeblanche in[g] ipso tempore in episcopum Herefordensem. . . . . . .

ib. Anno gratie 1241. . . . Petrus de Sabaudia, avunculus regine, venit in Angliam. . . . . . .

Dominus imperator timens de periculo sibi iminente, si examen pape sibi nimis infesti[h] subiret in concilio quod iam iminebat in proximo, mutato consilio, scripsit principibus diversis, familiarius tamen regi Anglie, ut premuniret, exhortans diligenter prelatos terre sue, ne venirent ad concilium[i] sibi suspectum,

a) *sic* 1. b) F. v. 6. c) psis, *spatio* I *initialis rubricatori vacuo relicto* 1. d) Rome 6; Romam *Park.* e) p. s. *des.* 6. *Park.* f) manifeste 6. g) restauraret 6. *Park.* h) *ita* 6. *Park.*; *deest* 1. i) dot *spatio vacuo relicto* 1, *in quo manu post. scr.* ibus. k) et *add.* 1. l) Romana *add.* 6. *Park.* m) Eodemque 6. n) scripsit 6. *Park.* o) Anglorum *add.* 6. p) *suppl. e Matheo Park.* q) causam haberet *add.* 6. r) h. exc. *des.* 6. s) omnia necessaria m. transeunti 6. *Park.* t) ad *Park.* u) quod 1. v) Aldelinus 6; Andelmus *Math.* w) *deest* 6. *Park.* x) asp. *Math.* y) *sic* 1. z) temporibus 6. *Park.* a) *deest Park.* b) concessisse 6. c) r. s. omnes 6. d) in capite 6. e) nimis 1. f) venirent 6. g) in i. t. *des. Park.* h) infeste 6. i) consil. 6.

1) Cf. Schirrmacher III, p. 348. 2) Fort. ex Matheo supra p. 167. 3) *Rodanum* rectius Matheus p. 195, l. 5; iam huc retulit compilator locum ib. l. 43. sequentem. 4) Cf. ib. p. 196. 5) Ricardi Cornubiensis. 6) Scil. a tempore Ricardi I. regis Angliae. 7) Haec ex Matheo ed. Luard IV, p. 62.

1241. Math. Cron.

scientes liberum transitum per ditionem imperialem tam per mare quam per terras in personis et possessionibus sibi penitus denegari. Quibus prelatis scripsit efficaciter dominus papa, ut, spreto timore minarum[a] imperatoris excommunicati, ad concilium audacter properarent.

Interim Fabentia[b] civitas opulentissima, quam ipse imperator iam per annum obsederat, violenter capta est. . . . . . .

Ipsis quoque diebus fecit rex personam Bonefacii electi de Baleis[1] magnificando commendari[c], ut dignus esse[d] videretur, vel ad archiepiscopatum Cantuarie vel episcopatum Wintonie[2] quod[e] promoveretur. Set res effectum non sortita, eadem facilitate evanuit, licet multorum prelatorum testimoniis tituli ipsius roborarentur.

Iminente tempore estivali Otho, quandoque legatus in Anglia, et qui legatus fuerat in Francia[3], infinitam secum prelatorum trahentes multitudinem, naves ascenderunt apud Ianuam civitatem, ut sub ducatu Ianuensium salvo ad concilium pervenirent. Ad quos animandos papa unum legatum[4] destinaverat, qui ab eodem papa potestatem acceperat omnes iminenti periculo se oppposituros ab omnibus peccatis suis absolvendi. Sed cum omnes vasto mari se commendassent, venerunt eis obviam pirate imperiales, qui omnes sub captione miserabili concluserunt et multos ex eis vel submerserunt vel irreverenter trucidarunt[f]. Quos autem vivos acceperunt, per longos tractus[g] maris sub caumate intollerabili adustos, sub vinculis et arcta custodia usque Neapolim, ubi ex precepto imperatoris carceri sunt addicti, in totius ecclesie dedecus et ignominiam pertrahuntur[h]. Facta autem fuit hec infausta navalis congressio die[5] sancti Marci euangeliste. Apr. 25.

Interim duo papales exactores, Petrus videlicet Rubeus, domini pape consanguineus et familiaris — talis enim erat titulus epistolarum suarum —, et[i] Petrus de Supino per Angliam, Scotiam et Hyberniam pecuniam infatigabiliter ad opus domini pape exquisitis argumentis abradere non [cessant[k]], rege[l] hec omnia malo nimis consilio permittente. . . . . . .

Ipso tempore comes Ricardus feliciter ac magnifice consummato negotio Terre Sancte, firmatoque federe pacis et treugarum per cartas et iuramenta utrobique, naves, ut rediret[m], ascendit et post diuturna maris discrimina apud Trapes in Sicilia applicuit. Cui veneranter occurrentes imperatoris officiales et portuum custodes, ipsum cum magna veneratione susceperunt; habebant enim[n] tale preceptum a domino suo imperatore. . . . . . .

In[o] ipsis quoque diebus Gregorius III.[p] papa, quasi conceptos dolores ex undique auditis casibus, quos sibimet suscitaverat, impotens sustinere, 11. Kal. Septembris diem clausit extremum, etate fere centenarius.

Ipso tempore Franci per comitem Ricardum liberati et in equitaturis[q], vestibus ac viaticis honorifice exhibiti[r] ad propria cum gaudio revertuntur. Comes vero[s] cum domino imperatore gratia mutue visitationis et confabulationis diu preoptate corpus et cor recreando commorabatur, et nisi mors dominum papam de medio surripuisset, pacem[6] gratiosus in ecclesia composuisset.

Dum autem cardinales[t], ut moris[u] est, de electione papali inclusi tractassent, obiit magister Robertus de Sumerkote cardinalis. Electus est[v] autem in papam Galfridus Mediolanensis, quem[w] vocabant Celestinum; qui cum vix 17 diebus sedisset, viam universe carnis est ingressus. Die vero sancte Fidis passus est sol eclipsim, quasi viderentur celestia statui ecclesie concordare. . . . . . .

Eodemque[x] anno in partus discrimine obiit Ysabella Romanorum imperatrix, soror regis Anglie, Anglorum spes et gloria singularis, Kal. Decembris. Quod cum imperator per quandam lugubrem epistolam domino regi Anglorum nuntiasset, in fine, quasi dolorem temperavit[y], ipsius epistole dicens sic: *Restat[z] de Omnipotentis dono regia[a] soboles, de qua in conspectu patris rex et regina consurgunt, sue indices genitricis.* Susceperat[7] enim imperator prolem[b] ex ea prosperam, filium scilicet[c] et filiam.

Transiit igitur[d] annus ille . . . ecclesie Romane virulentus et hostilis adeo, quod, mortuo papa, et iterum alio electo et infra paucos dies ab hoc seculo rapto, omnes fratres corporibus et cordibus atque diversis locis dissipati, sese invicem infestabant.

Anno gratie 1242. . . . Et eodem tempore unus filiorum imperatoris Fretherici nomine Henricus, qui exigentibus meritis suis diuturno carcere, iubente patre, detinebatur, miseram animam exalavit. Perhibetur enim se ipsum ex tedio vite manu propria nimis infeliciter peremisse[e]. . . . . . . ib.

Regina Alienora proxima partui apud Burdegalim commorabatur, nec inde recessit, donec peperisset, videlicet[f] filiam; et vocatum est nomen eius Beatrix, comitissa[8] Provincie, que Beatrix vocabatur, sic procurante. . . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . imperio formidabilis[9], toti ecclesie turbulentus, sede papali adhuc vacante, fratribusque tam locis quam cordibus invicem dissipatis, ita ut vix 7[10] vel 8 Rome commorarentur.

Anno gratie 1243. . . . Ipso quoque tempore congregati[g] sunt cardinales, ut papam eligerent, significa- ib.

a) *deest* 6. b) Falencia 6. c) commendare 6. *Park.* d) v. e. *Park.* e) quo *Park.* f) trucidaverunt 6. g) m. t. 6. *Park.* h) pertrahunt *Park.* i) *deest* 1, *ubi* §. k) *ita* 6. *Park.*; *deest* 1. l) vero *add. Park.* m) et *add.* 1. n) autem 6. *Park.* o) *deest Park.* p) *sic e Matheo* 1; IX. *Park.* q) equituris *Park.* r) attribiti *Park.* s) Ricardus *add.* 6. t) cardinalis 6. u) mos 6. v) a. est 6. w) q. v. C. *add. alia manus coaeva* 1; q. C. v. 2. 4. 8; *des.* 6. 7. x) *incipit manus socii Mathei Parisiensis* 1. y) imperavit 6. z) Extat *Math.* a) s. r. 6. b) ex ea pr. 6. c) *deest* 6. d) *deest Park.* e) terminasse 6. f) *deest* 6. *Park.* g) congretati 1.

1) Belley. 2) Primum Wintoniae, tunc Dunelmi sedem Bonifacio conferre frustra conatum, regem denique, ut Cantuariensis archiepiscopus eligeretur, a. 1241. impetrasse, rectius narravit Matheus. 3) Iacobus. 4) Gregorium de Montelongo. 5) Potius Mai. 3; Apr. 25. praelati a Genua profecti sunt. 6) Ricardum *ut pacem reformaret pluries frustra laborasse*, compilator ex Math. Hist., supra p. 414, novit. 7) Hoc ex Friderici II. epistola conclusisse potest compilator. 8) *Sicut mater ipsius comitisse vocitatur* Math. Cron. IV, p. 224. 9) Forte ex Hist. Angl. 10) 6 *vel* 7 Math. supra p. 226.

1243. Math. Cron. bantque[1] imperatori, quod iam non leviter per totam christianitatem famam suam denigraverat. Sparsim enim dictum fuit, quod ipse imperator electionem papalem et ecclesie promocionem impedivit, cardinalium aliquos et prelatos quosdam incarceratos retinendo. Et in calce mandati addebant[2], quod ipsos quos sic tenebat dimitteret, precipue cardinalem Othonem, ut interesset eleccioni, et fieret ad votum suum eleccio et ad imperii honorem, pacem et exaltacionem. Quibus verbis fidem adhibens imperator, dictum Othonem[a] cardinalem simul et prelatos, quos temere tenuerat, liberos[b] abire permisit. Cum autem ad fratres idem Otho ipsum expectantes pervenisset[3], et simul omnes de eleccione pape contrectassent, seminante discordiam Sathana, non poterant convenire nec in unum assentire. Unde Otho[a] cardinalis, pudore confusus, proposuit ad carcerem imperatoris redire, eo quod transgressi sunt cardinales que promiserant incarceratorum liberatori. Quod cum imperatori innotuisset, acceptans Ottonis fidelitatem, significavit ei, ut[c] non tantum pro liberato, immo pro amico ipsum habuit et habiturus erat[d]. Congregato igitur copioso excercitu, imperator Albaniam civitatem, ad ecclesiam Romanam specialiter spectantem, depopulans, comminabatur[e] cardinalibus, ut[f] omnia que ecclesie Romane essent solo tenus complanaret[g], nisi concorditer sine impedimento papam elegissent. Mandavitque senatori Urbis et aliis amicis suis, ut conclusos electores artissime in[h] manu armata custodirent nec exire[i] permitterent, donec papam creassent. Insuper rex[4] Francorum cum tota regni sui universitate epistolam efficacissimam, preces armatas et imperiosas continentem, per sollempnem nuncium transmisit cardinalibus, persuadens, ut ecclesie providerent sine more dispendio. Talia igitur mandata formidantes, consilium inierunt, ut iterum congregati, invocata Spiritus sancti gratia, die statuto non moroso, electionem[k] sine impedimento diabolico papalem celebrarent.

Nota. Dierum illorum curriculis quia[l] multi dubitabant, si[m] papalis potestas, sede vacante, ad cardinalium universitatem devolveretur an non, per quasdam literas abbati de Wardune[n] transmissas plenius certificamur sic incipientes: *Miseracione divina*. . . . . .

Eodem anni[o] tempore, videlicet die[p] nativitatis sancti Iohannis baptiste, post multas deceptaciones et[q] varias ecclesie Romane tribulaciones, mortem pape Gregorii[r] repentinam, mortem quoque nimis lugubrem magistri Roberti de[s] Somercote cardinalis et alias varias fortune adversantis tunsiones cardinales in unum propter metum imperatoris congregati, elegerunt Senebaldum cardinalem in papam, Ianuensem[5] nacione[t], virum in decretis et iure canonico eleganter eruditum, pecunie tamen non contemptorem. Creatus autem[u] est Anagnie, et vocatum est nomen eius Innocencius IIII[v], et die apostolorum Petri et Pauli confirmatus est, et confirmatus confirmavit statim sententiam latam a predecessore suo Gregorio in imperatorem Frethericum. Unde imperator, cum contrarium sue spei reperisset, in iram vehementissimam excandens[w], significavit Romanis, quod in magnum eorum preiudicium creatus est papa alibi quam in Urbe, et in maius, quod sententiam Gregorii pape confirmaverat. Unde statim imperator[6] novo pape moliebatur gravamina et insidias preparavit posuitque in transitibus[x] viarum et portuum artas custodias et per mare galeas, ne bullarum[y] portitores transmearent et pecuniam in nocumentum sui ei reportarent, ita ut nec Predicatoribus nec Minoribus scripta vel intersigna[z] vel nuntia baiulantibus severitas parceret imperialis. . . . . .

Circa illos[a] dies, videlicet[b] Kal. Decembris, mater reginarum Francie et Anglie Beatrix, uxor comitis Provincie, mulier singularis speciei, venit in Angliam, rege vocante; . . . die vero sancti Clementis comes Ricardus desponsavit uxorem suam memoratam Cinciam[c], filiam Reimundi comitis Provincie[d] et dicte comitisse Beatricis[e]. . . . . .

Eisdem temporibus pro imperialibus ministris nimis Biterbienses opprimentibus ipsa tota civitas Biterbii cum partibus adiacentibus per[f] Reinerum de Biterbio cardinalem conversa est ad Romanos, qui partes pape confovebant.

Et eodem tempore recesserunt ab imperatoris fidelitate multi nobiles et potentes; qui igitur oderunt eum, extollentes caput, comminati sunt ei, quod ipsum usque[g] internecionem persequerentur. Humiliatus igitur imperator secundum illud Daviticum: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine*, formam pacis optulit ecclesie, videlicet[h] ut iuraret, se libenter stare censure ecclesiastice, de iniuriis ei illatis satisfacturum, ita scilicet ut precognosceret in quibus, et previsa via et omnibus precongnitis[4]. Quod cum denegaretur ei, magis solito desevit in ecclesiam et viros ecclesiasticos[i]. Fecit etiam[k] inter alias suas tyrannides duos fratres de ordine Predicatorum et tot de ordine Minorum incarcerari, quia[l] epistolas inter principes et magnates in imperatoris et imperii detrimentum deprehensi sunt baiulasse; qui in carcere ob immanitatem pressure defecerunt. . . . . .

Et eisdem[m] sub diebus quidam, in Alemannia precipue, se asserentes vitam et habitum religionis elegisse, in utroque sexu, set maxime in muliebri, continentiam cum vite simplicitate profitentes, se voto privato Deo obligarunt. Mulierumque quas Biguinas[n] vulgariter vocamus adeo multiplicate[o] sunt, quod earum numerus in una civitate, videlicet Colonia, ad plus quam mille asseritur ascendisse.

a) O. 1. b) *bis scr.* 6. c) quod *Park.* d) erit *Ann. Lond. (ed. Stubbs, 'Chron. of Edward I.' I, p. 39.)* e) cominando 6. f) quod 6. *Park.* g) complanare 6. h) in m. *des.* 6. i) ire 6. *Park.* k) *deest* 6. l) quod *Park.* m) num *Park.* n) Wardon' 6. o) anno 6. *Park.* p) *deest* 6. *Park.* q) ac 6. *Park.* r) G. 1. s) *deest Park.* t) natione Gen. *Park.* u) est a. *Park.* v) tertius 6. w) incandens 6. *Park.* x) transibus 1. y) p. b. 6. z) intersignia 6. *Park.* a) d. i. 6. *Park.* b) *sic* 1. 2. 7. 8; v. K. D. *des.* 4; 18 *add.* 6; *cf. p.* 228, *n. e.* c) Senchiam *Park.* d) Reimundi *iterum add.* 1. e) B. 1. f) per R. de B. c. *in marg.* 1. g) ad *add.* 6. *Park.* h) scil. 6. *Park.* i) eccast. 1. k) igitur 6. l) qui 6. m) sub e. 6. *Park.* n) Begynas 6; Bigrinas *Park.* o) *sic codd.*; numerus multiplicabatur *Math.*

1) Hoc potius *imperator significavit cardinalibus*; ib. 2) *Postulabant* ib. 3) Haec ad a. 1241. narrat Matheus p. 222 sq. 4) Forte ex Hist. Angl. 5) *I. n.* ex Hist. Angl. 6) *Et Romani* addit Math.

Et tunc temporis[1] in partibus maxime ultramontanis multiplicati sunt heretici, precipue illi quos Paterinos appellamus, qui temporibus retroactis latuerunt et deprehensi gravi morte puniebantur, iam non erubescentes neque punicionem nec[a] censuram ecclesiasticam formidantes, in publicum erecta[b] cervice proruperunt. . . . . . 1243.

Transiit ergo annus ille ecclesie periculosus, . . . Ytalicis preliosus. . . . . . . Math. Cron.

Anno gratie 1244. . . . Beatrix Provincie comitissa . . . antequam apud Doveram navem ascendisset, ne mundana gaudia impermixta arrideant mortalibus, occurrerunt ei lugubrium rumorum portitores, nunciantes, Reimundum comitem Provincie, maritum suum, irremediabili morbo percussum solum expectare sepulchrum; qui in omni tribulacione efficax Romane ecclesie exhibuit patrocinium et imperatori nocumentum. . . . . .

Cepit igitur memoratus magister Martinus[2] . . . a prelatis exigere . . . prebendas preelectas. . . . Inter quas dum prebenda opima quedam Sarum vacaret, . . . contulit ipsam cuidam adolescentulo[3], domini pape nepoti. Similiter et alias ipsius pape consanguineis, quibus idem papa mirabiliter habundavit, collegit dictus magister Martinus indefessus, non sine multorum peritorum stupore; credebant enim multi et credentes sperabant, quod Romana curia, multipliciter a Deo flagellata, freno moderaminis suam avariciam solitam aliquantulum saltem coherceret.

In octavis vero purificacionis beate[c] virginis obiit vas superbie et omnis fomes contumelie[d] inter dominum papam et imperatorem exorte Iohannes de Columpna[e] cardinalis Rome. Qui, vir marcius et genere preclarus, inter omnes cardinales, castris[4] et palaciis necnon et thesauris et redditibus instauratus, claruerat potentissimus. . . . . . .

Ipso tempore Octo cardinalis, qui aliquando legatus fuit in Anglia, factus est episcopus Portuensis. . . . . .

Romana enim[f] curia, rubore deposito, tempore novi pape nostri Innocentii IV. secus quam speravimus non cessabat per provisiones cotidianas redditus impudenter[g] extorquere, a via antecessorum suorum non exorbitando, immo manum super omnes aggravando[5]. . . . . . .

Has igitur dum annalis orbita temporales mutaciones transcurreret, imperator Frethericus, superbie stimulis exagitatus[h], penitere cepit, quod se unquam ecclesie humiliasset, et pape insidiarum laqueos[i] tetendit, quos dominus papa aliquociens premunitus prudenter declinavit[k]. Et ut partem suam caucius roboraret, quia paucos sue sollicitudinis et laboris habuit participes, decem in parvo tempore creavit cardinales, videlicet magistrum Iohannem[l] congnomento de Toleto, Cisterciensis[6] ordinis monachum, nascione Anglicum, literatura eleganter eruditum, et quosdam alios plus[7] generositate quam virtute morum vel scientie preditos, quorum nomina longum esset scripto inserere ac[m] indignum. Octavo vero[n] die ante festum nativitatis sancti[o] Iohannis baptiste accessit dominus papa ad Civitatem Castellanam, que ab Urbe 18 distat miliaribus, ut ibidem vicinius[p] imperatori[q] efficacius de pace tractaret; que tamen suspecta, immo pocius sub desperacione ex iam auditis erat suspensa. Vigilia autem apostolorum Petri et Pauli venit ad Sutrium civitatem. Imperator autem iam recalcitrans, significavit ei, quod nihil faceret de conventis, nisi literis absolucionis[r] prius habitis. Et cum papa respondisset et diceret, hoc fore rationi dissonum, orta est contencio inter nuncium imperialem[s] et ipsum[t] papam. Papa igitur extunc quasi sue presagus perturbacionis, repentinam et clamdestinam fugam arripere satagebat, nullo tamen conscio, ne fugienti dominus imperator repagula prepararet. Fuerunt tamen qui dicerent, hoc ipsum cogitasse, ut venientibus munerum portitoribus occurreret, quia qui pecuniam portabant non ausi erant ad ipsum propter custodias imperatoris pervenire. In hora igitur primi sompni in vigilia apostolorum Petri et Pauli dominus papa, relictis papalibus ornamentis, se levibus armis armavit et ascendens equum velocissimum, manu non vacua, quodam vix cubiculario conscio, clam subitoque[u] discedens solusque[v], equinis lateribus et calcaribus acutis non pepercit, ita quod ante primam pocius raptus quam vectus 34 miliaria pertransivit, nemine comitante vel ipsum sequi potente. Media autem nocte clamor est in curia: 'Ecce papa sic recessit'. Assertive quoque dixerat[w] papa[x] die antecedenti, se omnia negocia[x] in curia expedienda in crastino[y], videlicet die apostolorum, pro[z] amore et honore eorundem benigne expediturum, ut sic omnes, 1244. Iun. 29. se talia non facturum, redderet cerciores. Et venit ipso die ad castrum supra mare quod dicitur Civitas[a]-vetus. Cui venerant ibidem in occursum 23 galee armis et armatis bene communite de Ianuensibus, parentibus suis, qui prompti erant ipsum assumere et in suam ducere civitatem illesum et indempnem[b] propter retribucionem[c]. Et ante noctem, qui festine sequebantur, venerant ad eum 7 cardinales; et sero intravit[d] dominus papa cum illis 7 cardinalibus et paucis clericis unam illarum galearum; et in triduo per multa pericula maris propter Pisanos et alios ei insidiantes venit ad Portum-Veneris[e]; inde tercia die venerunt Ianuam letabundi. Occurrentes vero cives se fere omnes suos esse[f] parentes vel affines iactitabant. Hinc[8] est, quod, quia[f] ipsi[g] tam prompti[h] in occursum ei Ianuenses ad[i] Civitatis-veteris portum pervenerant[k] premuniti, non

a) neque 6. *Park.* b) et recta 6. *Park.* c) Marie *add. Park.* d) contumulie 1. e) Calumpnis *Ann. Lond.* f) igitur ecclesia *Park.* g) imprud. *Park.* h) agitatus 6. i) postea *add.* 6. *Park.* k) evasit 6. l) de *add.* 6. m) ac i. *des.* 6. n) *deest* 6. *Park.* o) b. *Park.* p) securius 6. q) et *add.* 6. r) absolucio 1. s) imperatoris 6; imperatorium *Park.* t) *deest* 6. u) subito 6. v) solus 6. w) dixit 6. x) se *add.* 6. y) *corr. ex* crastina 1. z) pro a. *des.* 6. *Park.* a) V. C. *Park.* b) indepn. 1. c) redempcionem 6. d) d. p. i. 6. *Park.* e) Veteris Civitatis 6. f) *superscr.* 1; *deest* 6. g) i. Genuenses t. p. in o. ei ad *Park.* h) propti 1. i) apud 6. k) prev. 6.

1) Ut haec hoc loco insererentur, forte Ivonis Narbonensis epistola, supra p. 230, effecit. 2) Nuntius Innocentii IV. 3) *Puero* Matheus. 4) Fort. ex Mathei Cron. p. 223. 5) Invehi pergit auctor in praebendarios Italicos. 6) Fort. ex Math. Cron. p. 330. 7) *moribus et sanguine preclaros* Matheus supra p. 242. 8) Ex Mathei Cron. p. 243.

1244. Math. Cron. erat[a] hoc factum pre timore imperatoris, imo pocius ut occurreret pecuniam afferentibus[b], asserunt quidam[c] argumentosi[1]. Acclamantibus autem omnibus civibus utriusque sexus et applaudentibus in clangore tubarum et classico campanarum in civitate[d] qua natus fuit papa, promisit[2] eos indubitanter se de redditibus, precipue Anglicanis, et[d] esterlingis[e] desiderabilibus ditaturum; nec fefellit eos promissio. Cum autem domino imperatori hoc innotuisset, more satirico infrenduit et ait: '*Fugit impius, nemine persequente*, et timet sibi conscius, nemine accusante. Luce clarius video[3], quare fugit, videlicet ut occurrat[f] Francis et Anglis pecuniam ipsi[g] presentaturis'. Doluit tamen imperator super hoc et obstupuit vehementer et suorum portuum et[h] civitatum custodes desidie redarguit et prodicionis. Fecit igitur in circuitu Ianue[i] precipue versus Galliam exitus viarum, ne ad papam pecunia portaretur, in quam[k] solum confidebat, vel bullata litera reportaretur[l], in qua gloriabatur, artissime custodiri, ita ut iam erat domino pape Ianua pro carcere et patria pro exilio.

Ipso quoque tempore, ut partem suam magis roboraret, imperator nuptui tradidit quandam filiam suam cuidam Grecorum principi potentissimo nomine Battacio[m], ecclesie Romane inobedienti et ideo cismatico, in domini pape detrimentum et contumeliam. Et sic diatim, Deo[n] irato, malorum cumulus suscepit incrementum. . . . . . .

Misit igitur rex, quod tamen non oportuit[3], pro comite Flandrie, ut ei veniret in adiutorium contra regem Scocie guerram sibi commoturum. . . . Memoratus igitur comes Flandrie vocatus cito venit, ducens secum Flandrenses, predam et rapinam, ut moris[o] est eis, avidissime sicientes, videlicet[p] 60 milites et 100 servientes regis[q] denariis inhiantes. . . . . . .*

Et eodem tempore se transtulit dominus papa clam[r] custodibus imperalibus[s] ad Astensem civitatem. Et cito post raptim[t] et de[u] noctibus Lugdunum se contulit. Extunc igitur cogitavit concilium generale[v], ut[w] precipue imperatorem deponeret, ut[x] ibi vel in inferioribus Francie[y] partibus ignominiose eum[z] ab imperiali culmine precipitaret. Rex[4] autem Francie[a] comperiens, quod dominus papa[b] regno suo appropinquavit, sciens, quia de adventu suo nihil boni regi vel regno proveniret[c], convocavit magnates suos, consulens eos, quid super hoc[d] foret agendum. Et cum convenissent, ecce peticio[e] papalis directa ad ipsum regem et proceres, ut liceret ei ad Remensem[5] civitatem, que tunc suo antistite viduabatur, se transferre. Quod cum Franci attoniti audissent, statim constanter responderunt, hoc[f] se nullo modo velle tolerare. Rescripsit ergo dominus[g] rex Francie[a] domino pape moderate, proceres suos nullatenus velle consentire, ut in Franciam veniret; timebant enim, ne quasi mus in pera, anguis in sinu hospites suos remuneraret, nec permitterent duo magna luminaria in suo climate apparere[h], ne uno aliud eclipsis[i] fieret absorbente; nec[6] valuit verborum elegantia in epistola papali composita vel exemplum de felicis memorie papa[b] Alexandro[7] sumptum constantiam Francorum enervare. Dicebant enim: 'Quantum[k] dissimiles[l] hic[m] vir et[n] iste puer!'

In crastino autem animarum convenientes omnes Anglie magnates, regi instantissime auxilium pecuniare ab eis sibi concedi postolanti tociens lesi et illusi contradixerunt in facie.

Eodemque[s] anno significaverat dominus imperator regi Anglie et eius magnatibus per specialem suum nuntium et consiliarium[o], videlicet Petrum de Vinea[9], ut non sinerent regnum Anglie depauperandum amplius pecunia sua spoliari et papam ex ipsa inaniter saginari; et ipse dominus imperator Angliam a tributo liberaret. Asserebatque memoratus Petrus, omnem pecuniam, quam Anglia refuderat[p] in usus pape, dominum imperatorem in usus suos suscepisse, ut, que in imperii detrimentum donabatur, in eiusdem successus proveniret. . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . ecclesie Romane nubilus et infamis, . . . universali ecclesie suspectus, Ytalicis bellicosus et timendus.

Anno gratie 1245. . . . Ipso[q] quoque anno, videlicet iminente[r] tempore quadragesimali, fecit dominus papa iterato excommunicare imperatorem Frethericum per totam Franciam et Angliam, ut nominis imfamia[s] per totam plus feteret[t] christianitatem, quia novas in consanguineos suos et personas[u] fecerat invasiones. . . . . . .

*) Hiis temporibus papa Innocencius imperatorem Fredericum fugiens, pervenit Lugdunum. . . . *add.* 6, *ubi reliqua desunt quae* 1 *et Parker ad a.* 1244. *afferunt. Etiam* 5 *ab editione a.* 1570. *discordat. Cum codex* 6 *sequentes annos in breve coactos haberet, contuli* 4.

a) erant 6; fuisse *Park.* b) offer. 6. c) in *add.* 6. *Park.* d) *superscr.* 1; *deest* 6. e) sterl. *Park.* f) occurreret 6. *Park.* g) sibi 6. *Park.* h) cust. et civ. 6. i) Genue *Park.* k) in quam — reportaretur *des.* 6. *Math.* l) dep. *Park.* m) Bathacon 6. n) Domino *Park.* o) mos 6. *Park.* p) scil. 6. *Park.* q) regiis 6. *Park.* r) a *Park.* s) *sic* 1. t) raptum 4, *ubi* et *deest.* u) noctu *Park.* v) *sic* 1. 7. 8; celebrare *post suppl.* 2, *in contextu add.* 4; congregare *add. Park.* w) p. ut *Park.* x) et *Park.* y) Gallie *Park.* z) *deest* 4. a) Francorum 4. b) *deest* 4. c) provon. 1. d) his 4. e) pap. pet. d. est ad *Park.* f) haec *Park.* g) *deest Park* h) apparare 1. i) abs. ec. f. 4. k) Quam *Park.* l) dissimilis 4. *Park.* m) ille 4. *Park.* n) huic puero *Park.* o) consiliatorem 4. p) effuderat *Park.* q) Ipso — utilior *des.* 6, *ubi tamen rubra:* De consilio Lugdunensi generali et de excommunicatione Frederici et de finali eius privacione imperii. r) i. t. q. *des.* 4. s) *sic* 1. t) volaret *Park.* u) *bis scr.* 1; et p. *des. Park.*; ecclesiasticas *ex Matheo supplendum.*

1) Idem infra p. 471, l. 14. 2) Cf. Mathei Cron. p. 247. 3) Ex Math. Cron. p. 248. 4) Cf. Math. Cron. p. 250. 254. 5) Haec apud Matheum non inveniuntur. 6) Cf. Math. Cron. p. 247. 252. 7) A. 1162. 8) Ib. p. 221. 238. 245. 9) *Walterum de Ocra* recte dicit Matheus.

Anno eodem circa medium quadragesime venerunt cursores domini pape in Angliam, de convocando concilio generali preceptum eius baiulantes sub hac forma: *Innocentius* etc. *Dei virtus*. . . . . . . 1245 Math. Chron.

Ipso[a] eodem tempore obiit Galfridus de Trane cardinalis, quo non erat aliquis alius domino pape familiarior vel utilior. . . . . . .

Domino[b] papa Lugduni[c] commorante, camera ipsius combusta est cum omnibus in ea contentis. . . . . .

Rex . . . fecit igitur per singulos comitatus Anglie inquiri summam redditum Romanorum; et inventum Summa redditnum Ytalicorum. est, quod ad tantundem[1] pecunie ascendit, quantum redditus ipsius, videlicet[d] sexaginta milia marcarum meri redditus, exceptis aliis variis emolumentis. . . . . .

Anno quoque eodem, cum[g] dominus papa, qui Lugdunum advenerat et iam per aliquod tempus moram protraxerat, graviter conquestus est quibusdam magnis prelatis, maxime Cluniacensi et Cisterciensi abbatibus, quod ecclesia Romana multum arctabatur ere alieno pregravata; unde ab ipsis tanquam a filiis karissimis et specialibus subsidium pecuniare instanter postulavit. Abbas[f] autem Cluniacensis, impetrata licentia ac potestate cellas suas depauperandi[2], ut papam ditaret, tots munera, tot xenia in equis desiderabilibus et preciose faleratis pape contulit, quorum etiam aliqui pecunia fuerant onerati — similiter et abbas Cisterciensis —, ut videretur et a multis et[h] certissime diceretur, ut papa pocius dona afferentibus[i] occurrisset, quam a facie Fretherici persequentis aufugisset. . . . Archiepiscopus vero Lugduni, nolens aliquatenus, ut papam saginaret, suam ecclesiam destruere, immo pocius dolens, quod papa totam christianitatem et universalem ecclesiam turbaturus illuc adventasset et suum archiepiscopatum onerasset sua presentia et ad concilium prelatorum advenientium, omnia in manus pape sponte resignavit. Cuius loco, papa procurante, vir bellicus et secularibus negociis aptior quam spiritualibus subrogatus est Philippus de Sabaudia, frater archiepiscopi Cantuariensis Bonifacii[k], ut sic papa tantis viris et tam generosis suam partem caucius roboraret et genus eorum Romane curie astucius confederaret, curam animarum non sine multorum iustorum oblocucione postponendo. Electus igitur Lugdunensis Philippus memoratus ex papali indulgentia opimos redditus, quos in Anglia habuit et multis aliis locis, licenter retinens, ut forcius et efficacius papalibus intenderet ac secularibus negociis, suam diu distulit consecracionem, nec officium episcopale curabat excercere. Similiter et frater eius Cantuariensis archiepiscopus Bonifacius[k], sue immemor ecclesie nec recolens sanctitatis suorum in ecclesia Cantuariensi predecessorum, quasi nauta navem, curam omisit pastoralem et se per multum tempus in partibus Lugdunensibus multum a Cantuaria distantibus commorans absentavit; unde ecclesia Anglicana[l], que per ipsum speraverat respirasse, pro consolacione induit cum confusione desolacionem.

Cum autem iam festum nativitatis beati[m] Iohannis baptiste advenisset, congregati sunt Lugduni prelatorum innumerabilis multitudo, concilium generale celebratura. Multos tamen, ne advenirent, impedivit imperator Fredericus[3], presciens, quod ad suum impedimentum et dedecus ipsos papa convocarat. . . . Imperator vero presciens, graves fore questiones movendas — nec immerito — contra ipsum, necnon et papalem iram diutinam iam versam[n] in odium, discretos ac sollennes ad concilium suos[o] procuratores et prolocutores destinavit, videlicet Thadeum de Suessa, Petrum de Vinea et magistrum Walterum de Ocra[4], clericos facundos et discretos, et cum eis milites nobiles et disertos. Congregata vero sancta et universali sinodo in ecclesia sancti Iusti apud Lugdunum, proposuit in medio dominus papa graves contra Fretbericum querimonias, ita ut intelligerent liquido omnes, maxime propter hoc concilium[5] fuisse convocatum. Inter quas graves querimonias gravissima contra imperatorem Fretbericum[p] resonabat, quod prelatos in mari truculenter invasit, submersit, cepit[q] et incarceravit. Procuratores vero, prout causa eorum toleravit, satis prudenter ad obiecta responderunt. Sed cum raciones papales prevaluissent, omnes fere in ipsum imperatorem frenduerunt. Anglici tamen, dolentes de sua confusione propter affinitatem, que inter dominum ipsorum regem Anglie et ipsum imperatorem contrahebatur, et fedus amicicie inter ipsos initum et[6] prolem, quam ex Ysabella[r] imperatrice imperator susceperat, diu dissimulantes siluerunt. Invaluerunt tamen undique insurgentes imperatoris adversarii; nec poterant imperiales nuncii vel exaudiri vel etiam audiri; unde Thadeus, videns dampnacionem domini sui iminere, ait: 'Vere dies ista dies ire, calamitatis et miserie!' Magister vero Willelmus de Powic[s], . . . volens hec predicta per interrupcionem differre, surgens in medio, gravamina regis et regni Anglie proponens satis eleganter, conquestus est. . . . . . .

Altiori igitur insistens negocio dominus papa, postquam se talia[t] provide promiserat correcturum, in dominum imperatorem Fretbericum sine aliqua palpacione, dissimulacione vel dilacionis indultu sententiam depositionis[u] in pleno concilio, licet Thadeus et eius socii constanter reclamassent, plenam satisfaccionem[v] pollicentes, terribiliter fulminavit. Quam, quia nichil tam arduum nostris temporibus est attemptatum[w], huic libello duximus annotandam:

a) Ipso — utilior *des.* 4. b) Comburebatur c. domini pape apud Lugdunum 6. c) Lugduno 4. d) vid. — emolumentis *in marg. (manu Mathei?)* 1. e) *delendum.* f) Abbas — aufugisset *des.* 6. g) multa m. multaque x. *Park.* h) *superscr.* 1. i) pocius *iterum add.* 1. k) B. 1. l) *corr. ex* Anglica *(manu Mathei?)* 1. m) In festo sancti I. b. convenit multitudo maxima prel. ad conc. L., in quo dominus papa Innocentius imperatorem Fredericum, quod [*emenda* per] procuratores, clericos et milites reclama[ntem], perpetuo anathemate innodavit et privavit finaliter imperio, regno, dominio et honore . . . 6, *ubi reliqua a.* 1245 *des.* n) *deest Park.* o) suum 4. p) F. 1. q) c. et *des.* 4. r) Yseb. 1. s) Poywic 4. t) t. p. se 4. u) deposionis 1. v) et emendam *add.* 4. w) tentatum *Park.*

1) *Plus* Math. supra p. 261; cf. p. 251. 2) Ib. p. 272. 3) Forte ex Matheo p. 257. 4) Fort. ex imperatoris epistola ib. p. 277. 5) Ib. p. 260, l. 14. 6) Forte ex p. 238, l. 39. 261, l. 20.

1245. Math. Cron. Sentencia lata in imperatorem Frethericum. *Innocencius* etc. *Sacro presente — — viderimus expedire. Datum Lugduni* 17. *Kal. Augusti, pontificatus nostri anno* 3.

Hec igitur in medio concilio prolata cunctis non mediocrem timorem incusserunt. Thadeus igitur et alii imperatoris procuratores confusi recesserunt. De reparacione autem Terre Sancte et de execucionibus[a] iusticie multa in eodem concilio duxit statuenda, que diligens indagator poterit scripta reperire[1]. Hec tamen predicta non arbitror pretereunda, ut plenius sciantur cause, quare dominus papa Innocentius IIII. Frethericum ab imperii solio precipitavit. Hec cum ad noticiam Fretherici pervenissent, indignatus quam plurimum, scripsit quandam epistolam domino[b] regi Anglorum et regi Francorum et multis aliis principibus, in cuius epistole fine dedit intelligi manifeste, quod sua fuit intencio nobilitatem et dignitatem universalis ecclesie annullare et ipsam[2] ecclesiam ad statum reducere pristine paupertatis et humilitatis primitive. In quo verbo se volens excusare, impudenter[c] acusavit[d]. . . . . . .

Circa[e] eadem tempora Reimundus comes Provincie*, pater reginarum Francorum et Anglorum, humane nature debita persolvit. Qui[3] de filiabus magnifice nimis maritatis stuporem toti mundo dereliquit. . . . . . .

Dominus etiam rex Francie ab ecclesia in regno suo ex permissione et indultu domini pape de omni proventu universaliter decimam partem ad promocionem sue peregrinacionis[f], cum[g] autem dominus papa[h] pro retribucione tanti beneficii ad sustentacionem andegravii[i], quem iam elegerat, ut succederet Fretherico in imperio, et ad expuognandum ipsum Frethericum, quem deiecerat, ab eodem regno Francorum vicesimam postulavit. . . . . . .

Interea dominus papa quicquid pecunie ex omnibus regnis et ecclesia et personis maxime ecclesiasticis abradere potuit misit andegravio Duringie ad eius guerram contra Conradum, filium Fretherici, sustinendam. Iamque ipsi[k] andegravio archiepiscopus Colonie et alii prelati nobiles et potentes cum multis Alemannie magnatibus ipsi andegravio memorato papali pecunia saginati adheserunt, ita ut, debilitato iam ipso Conrado, totum fere Alimannie[d] regnum ipsi andegravio ceperat inclinare.

Anno gratie 1246. . . . Intumuit enim et excanduit ira papalis contra miseros Anglos, eo quod ausi erant de oppressionibus et iniuriis sibi diatim illatis conqueri in concilio. . . . Unde fertur dixisse: 'Expedit[4], ut componamus cum principe', id est cum Fretherico, 'ut conteramus illum regulum Anglie, vasallum nostrum, iam recalcitrantem'. . . . . . .

[l]Eodem[m] anni tempore Conradus, Fretherici[n] filius, contra archiepiscopum Coloniensem et alios Alemannie nobiles andegravio[o] et ecclesie firmiter adherentes guerram continuans, dum impetum[p] in eos faceret forte[q] repentinum[5], victus recessit et[r] confusus. Quidam[s] enim potentes Alemanie[d] duces, in quibus confidebat in arcto belli periculo, censu papali corrupti, ipsum Conradum[t] reliquerunt et adverse parti faventes et[u] ad ipsius Conradi[t] inimicos nequiter transmigrarunt. Unde ipse Conradus[t] in[6] belli discrimine periculose constitutus, dum poterat, sese viriliter defendit; tandem cede multorum cruentus, vix se per fugam cum paucis a morte liberavit.

Eodemque tempore Frethericus aliquantulum ad se reversus, humiliatus est, forte perterritus[v] et[w] insurgentium insultus pertimescens. Optulit igitur domino pape suorum excessuum facere satisfaccionem competentem. Super quo negocio constituit procuratorem et mediatorem[x] dominum regem Francorum; qui[y] perturbacionem[z] imperii et ecclesie miseratus, partes suas pietatis intuitu interponens, provinciam Lugdunensem, ubi tunc dominus papa cum suis cardinalibus morabatur, adiit, non parcens expensis et laboribus. Sperabat enim certissime[a] rancorem papalem mitigare, et[b] Frethericum, tantum principem, relevans, ipsum ecclesie reconciliaret. Dominus autem papa ob reverentiam et honorem tanti regis ipsi adventanti usque Cluniacum ocurrit. Et cum convenirent et tractatum super premissis haberent diligentem, efficaciter fecit dominus rex verba pro ipso Fretherico[c]. Optulit enim[d] idem Frethericus[c], ut peregre in Sanctam Terram abiret[e] irrediturus, in tota vita sua ibidem Deo militaturus, filio suo pro eo et loco eius in imperio constituto. Ad quod papa: 'Ha quociens talia ab ipso oblata sunt, nunquam fidem sortita!' Et rex: 'Nonne, pater mi, scriptum est in euvangelio, quod, si peccaverit frater tuus[f] in te, dimittendum[g] est ei usque septuagesies sepcies?' Et[h] papa: 'Fili, induratum est cor ipsius, alter Pharao est; in omnibus [se[i]] reddidit incredibilem'. Cum autem nullam gratiam poterat rex Francie piissimus in oculis pape, quam speraverat, invenire, cum indignacione et ira recessit, eo quod in servo servorum nullam reperit humilitatem. Unde[7] volenti ingredi regnum Francie[k], ut ibidem tucius commoraretur, domino pape rex Francie introitum denegavit, dicens: 'Christi piissimi vicarius nequaquam Christi sequitur vestigia. Dixit enim Christus:

*) *In marg. depictum*[a] *est scutum rubrum inversum, quod exhibet tres palos aureos* 1.

a) executione *Park.* b) dominis 4. c) imprudenter *emendandum.* d) *sic* 1. e) *quae hoc anno sequuntur des.* 7. f) *sic* 1; impetravit *alia m. suppl. in marg.* 2, *in contextu add.* 4; procuravit *suppl. in marg.* 8. g) item *fort. e Matheo, supra p.* 280, *emendandum.* h) quasi *add.* 4. i) andregr. 1. k) i. a. *h. l. delevit Park.* l) Qualiter imperator petiit reconsiliari *(sic)* ecclesie et non optinuit *rubra* 6. m) Eodem — liberavit *des.* 4. n) f. F. 6. o) andegravio, quem papa proposuerat in imperio substituere Frederico *add.* 6. p) in eos imp. 6. q) *deest* 6. r) miserabiliter 6. s) Quidam — humi. est, forte (*l.* 36) *des.* 6. t) C. 1. u) *delendum* v) Quapropter pater ipsius perteritus *(sic)* 6. w) et — constituit *des.* 6. x) suum pro pace ecclesie impetrandam *(sic)* dominum Lodowicum r. F. apud Lugdunum summo pontifici destinavit. Qui nullam gratiam a domino papa eo poterat impetrare 6. y) qui — conculcaret *des.* 6. z) perturbationi i. et e. misertus *Park.* a) e., quod r. p. mitigaret 4. b) ut *emend. Park.* c) F. 1. d) eidem 4. e) iret 4. f) tutus 1. g) dimittentum 1. h) Et p. *des.* 4. i) *suppl. e Matheo p.* 274. k) Francorum 4.

1) Mathei Cron. p. 268. 2) Ex epistola p. 270. p. 285. 3) Cf. Math. Cron. supra p. 132. 4) Ex Matheo 271. 275. 274. p. 254. 5) *Incaute* epist. supra p. 284. 6) Supra 7) Haec composita sunt ex Matheo p. 254. 8) Ex Matheo p. 272. 421.

*Omne quod dat mihi pater ad me veniet; et eum qui venit ad me non eiciam foras.* Iste autem 1246. Ioh. 6, 37.
humilianti se sinum non aperuit misericordie[a]. Et sic mala malis accumulabantur.

Eodemque anno maritata est filia Reimundi comitis Provincie iunior cum comitatu Provintie Karolo, fratri domini Math. Cron.
regis Francorum iuniori. Emitque idem dominus rex et regno suo addidit comitatum Masconie. Et sic felix suscepit incrementum ipsum regnum memoratum. . . . . . .

Anno quoque sub eodem quidam potentissimus de Apulia nomine Theobaldus Francus, adiunctis quibusdam sibi complicibus, ipsum Fretbericum, quem dominus papa nuper dampnaverat et[a] a culmine deiecerat imperali[b], prodiciose disposuit interficere. Qui antequam scelus preconceptum posset consummare, Fretbericus feliciter per fideles suos premunitus, laqueos evasit insidiantium. Super quo casu scribens domino regi Anglie et multis aliis orbis principibus[1], asseruit, ipsos facinorosos, morti iuxta merita sua addictos, confessos fuisse, hoc se, domino papa procurante et eos animante, ausos fuisse infeliciter attemptasse. Unde non mediocriter fuit fama domini pape denigrata. Igitur recesserunt multorum corda a dileccione pape, tum propter odium inexorabile, quod contra[c] Fretbericum[d] obstinate gerebat, etiam humiliatum, tum propter[e] manifesta indicia avaricie sue insatiate; et in periculum animarum filialem, quam singuli adversus eum ferre debuerant, devocionem in maledicciones et odium convertebant[2]. . . . . . .

Diebus itaque sub eisdem dominus papa vehementer cepit formidare, ne canonizacionem beati Aedmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris, quam diu sibilis obloquentium in dies protraxerat, idem graviter ulcione manifesta puniret. Intrans[3] igitur clanculo dominus papa in oratorium suum, cum consueta passione, videlicet yliaca, calculo meatus urinales opturante[b], torqueretur, flexis genibus, obortis lacrimis iunctisque manibus oravit dicens: 'Domine sanctissime, confessor Christi, beate Aedmunde, . . . me ab instanti sanes — vel saltem eam mitiges — gravissima passione!' Quo dicto, statim divinum sensit medicamen. . . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . ecclesie nocivus universali, adversarius imperio, Romane curie imfamis[b] et inimicus. . . . . .

Anno Domini 1247. . . . Multi quoque nobiles de regno Francorum contra papam et ecclesiam universalem 1247.
conspirabant, . . . ita quod iam videretur scisma in ecclesia manifeste suboriri. Cuius conspiracionis tenor et modus Gallice conscriptus ad multorum noticiam, etiam extra regnum Francie sponte ab ipsis conspiratoribus missus et publicatus, pervenit. . . , Huius autem tenor epistole multos exterruit, qui credebant mutuum consensum esse inter Fretbericum et Francos, presertim cum ultima huius epistole clausula concordet epistole Fretberici, cuius finalis sententia est hec: *Semper*[4] — — *subiugare*. . . . . . .

[f]Tempore quoque sub eodem, ne terremotus supra memoratus minaci careret significacione, andegravius, quem dominus papa in imperium promovere desideravit, et in promocione cuius infinitum[5] thesaurum undique extortum inaniter effuderat[5], turpiter victus, viam universe carnis ingressus, imfamis[b] et exosus curiam Romanam confusam reddidit ac verecundam. Et sic feda relinquens vestigia, tam regnum Alemannie quam imperium salutavit.

Mittuntur legati per diversas mundi partes in gravamen Fretherici. Hoc autem cum audisset dominus papa, tactus dolore cordis intrinsecus, cardinales legatos sollempnes per diversa mundi climata plenitudine potestatis sibi concesse transmittit armatos, ut ipsum Fretbericum et filium eius Conradum, qui ipsum andegravium usque ad ignominiosam mortem infatigabiliter persequebantur, pro posse gravarent et thesaurum ad expugnacionem eorum[g] a[h] viris ecclesiasticis, maxime religiosis, abradere non cessarent. Destinavit igitur dominus papa unum, Octovianum[i. 6] nomine, in Alemanniam, alium in Ytaliam, alium in Hispaniam, alium vero[h], Sabinensem[k] episcopum, in Norwegiam, de quo plenius supra[l. 7] dicetur, et preter hos multos fratres ordinis Predicatorum et ordinis[h] Minorum magna potestate roboratos, ut universum mundum commoverent contra memoratos ecclesie Romane rebelles et hostiles.

Fretbericus fecit omnes[m] Calabres, Appulos et Siculos facere homagium Henrico[n], filio suo puero[h]. Dum vero horum temporum curricula revolverentur, suspecte memorie Fretbericus, quem imperatorem nominare vel dicere prohibemur, fecit omnes Calabres, Appulos et Siculos facere homagium dilectissimo filio suo Henrico, quem de gremio sibi carissime[o] imperatricis Ysabelle, sororis videlicet domini regis Anglie, susceperat, ad imperii robur et munimen. Audiens quoque idem Fretbericus, quod in diversas partes legati a domino papa ad lesionem fame sue et status mitterentur, scripsit Ensio regi Sardanie, filio suo naturali, ut diligenter Ianuensibus, domini pape consanguineis et amicis, et[h] legato suo ad illas partes destinato efficaces pararet laqueos cum insidiis; quod et ipse vigilanter adimplevit, ne patri videretur inobediens. Similiter quoque significavit Conrado[8] regi Alemannie, ut et[h] ipse legato[9] in Germannie[b] provincias transmisso et archiepiscopo Colo-

a) et a c. d. i. *des.* 4. b) *sic* 1. c) propter 4. d) F. 1. e) m. p. *corr.* p. m. 1. f) Qualiter Coradus *(sic)*, filius Frederici, a regno Alemannie deicitur *rubra* 6; De morte andegravii novi electi in regem Alemannie *rubra* 4. g) coram 4. h) *deest* 4. i) O. n. *in marg. (manu Mathei?)* 1; u. in Al. O. no. 4. k) S. e. *in marg. (manu Mathei?)* 1. l) *sic* 1. 4. m) omnes — facere *des.* 4, *ubi* fieri. n) Henrio 1; f. suo Henrico 4. o) i. kar. 4.

1) V. supra p. 283, n. 1 sq. 2) Haec verba ap. Math. ed. Luard IV, p. 590, alio autem loco atque isto, exstant. 3) Haec fortasse ex Vita et mirac. s. Edmundi a Matheo conscriptis (de quibus v. supra p. 333) proveniunt. 4) V. supra p. 286. et postrema verba p. 270. 5) Ex Mathei Hist. supra p. 423. 6) V. supra p. 291, n. 10. 7) Potius infra, ed. Parker p. 338 (ex Matheo p. 291). Etiam Matheus plus uno loco *supra* pro *infra* dixit. 8) Litterae a Friderico II. Conrado IV. datae non exstant. 9) Forte ex Matheo p. 292.

1247. niensi[1] et omnibus eis auxilium, consilium aut etiam favorem impendentibus[a] potenter prudenterque resisteret et clitellas thesauro, quem[1] a viris ecclesiasticis abstulerant, vacuaret. Similique modo omnibus amicis verba transmisit consolatoria et admonitoria, que Math. Cron multi eorum toto conamine festino effectui mancipare studuerunt. Hec cum domino innotuissent[b] pape ac cardinalibus, commota est curia non mediocriter. Papa vero iram ire et odium odio stomachatus coacervans, ipsum Fretthericum[c] die parasceues adeo sollempniter ac horribiliter excommunicavit, ut audientibus et videntibus non tantum timorem, sed etiam horrorem incussit vehementem. . . . . .

Dominus[d] rex pro arduis negociis statum tocius regni contingentibus miserat dominum abbatem Westmonasterii et dominum Iohannem Mansel[e] tanquam speciales consiliarios suos in partes Alemannie[2]. . . . . .

Conrado rege Alemanie[f] cassato, eligitur Willelmus comes Holandie[g] in regem Alemannie. Eisdemque diebus dominus papa, infinita pecunia promissa nobilibus Alemannie ad deieccionem Fretherici et filii eius Conradi regis Alemannie, procuravit diligenter, ut, cassato ac reprobato Conrado, Fretherici filio, rege Alemannie, loco illius[h] eligeretur et substitueretur Willelmus comes Holondie, archiepiscopo Coloniensi amicicia indissolubili confederatus, episcopo autem Leodiensi consobrinus, nepos[i] ducis Braibancie et multis Alemannie magnatibus sanguine, affinitate vel amicicia coniunctus, adolescens etate, viribus integer et secundum id[k] etatis milicia[3] illustris, moribus compositus, consilio circumspectus. Quod cum Fretherico ac filio suo Conrado innotuisset, missa[4] expedicione militari non minima ad civitatem Aquisgrani[l], ubi de consuetudine antiqua coronantur reges Alemannie, fecit eam[m] arctissime communiri, ne novus electus quomodolibet in ipsam intraret coronandus.

1248. Obsidetur Aquisgrani. Archiepiscopus igitur Colonie et[n] archiepiscopus Moguntie[o, 5] et episcopus Leodiensis cum catervis legati crucesignatis et aliis Alemannie magnatibus ipsam civitatem circumvallantes obsidione, non[p] cessarunt petrariarum[q] et iaculorum immissione vigilanter et potenter infestare et obsessis omne genus victualium precludere. . . . . .

1247. Maritate sunt quedam puelle quibusdam nobilibus Anglie adolescentibus. . . . Maritate sunt due puelle ultramarine, de partibus Sabaudie vel Provincie oriunde, per providentiam et procuracionem Petri de Sabaudia, qui propter eas illuc perrexerat, Aedmundo comiti Lincolnie et Ricardo de Burgo. . . . . .

Quomodo[r] Fretthericus quasdam Ytalie civitates in motis guerris infestavit, e quibus Parma obsidetur. Cum vero sol ad equinoccium vergeret autumpnale, Fretthericus cisalpinans, versus Lugdunum, ubi dominus papa morabatur, cum innumerabili exercitu properabat. Unde vehementer timebatur, ne in papalem personam et cardinales et alias personas ecclesiasticas hostiliter irrueret, cum, prudenter procurante domino papa, qui Parmenses animaverat et non minimam pecuniam in eorum iuvamen eis promiserat, ipsa civitas tota Parmensis, que antea firmiter cum ipso Fretherico[c] steterat, preparavit se constanter ad resistendum eidem, Mediolanensibus et aliis qui eundem Fretthericum[c] oderant subito confederata. Quo audito, idem Fretthericus[c] pre furore vix se capiens, totus accenditur ira vehementi, eo quod a proposito per rebelles revocabatur. Reversus est igitur cum omni exercitu suo, ut ipsos Parmenses obsidione vallatos et violenter occupatos gravissima tamquam nequissimos proditores plecteret ulcione. Papa igitur a timore vehementissimo quo perurgebatur aliquantulum respiravit. Obsessa igitur civitate, terribiliter cepit edificare extra eam quasi quandam civitatem grandem et populosam, ut et ipsi Parme parificari videretur, et vocavit castrorum ipsorum construccionem Victoriam; iuravitque, se non inde recessurum, donec obsessos violenter ac viriliter occuparet. Ceperunt igitur cives nimis coartari et dicere inter se: 'Merito hec patimur, dominum nostrum in nos confidentem prodiciose nimis impugnantes. Punimur etiam nec immerito; iminetque civitas nostra discrimini, in qua quondam sanctus ille episcopus Londoniensis Rogerus, quem Dominus iam, ut dicitur, manifestis honorat miraculis, dum versus curiam Romanam peregrinaret, viatico suo et aliis caris sibi rebus ac neccessariis truculenter et sine aliqua restitucione spoliatus recessit; unde in recessu suo civitati huic cum suis civibus maledixit'.

Nota de miseria Parmensium ex imprecacione et malediccione Rogeri episcopi Londoniensis, qui ibidem pecunia sua spoliabatur.

Willelmus[k] comes Holandie electus est in regem Alemannie. Sub illius anni profluvio, in crastino videlicet sancti Michaelis[s], magnates Alemannie, ad quos ius spectat eleccionis, pro maiori parte elegerunt sibi in regem Alemannie Willelmum comitem Holondie, hoc procurantibus cum summa diligentia domino papa et archiepiscopo Coloniensi et legato et aliis emulis[t] Fretherici. . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . ecclesie spoliator, Ytalie cruentus, imperio suspectus, Alemannie marcius. . . . . .

1248. Anno Domini 1248. . . . Venit Beatrix, mater regine, in Angliam. Eodem quoque tempore Beatrix, mater regine, venit in Angliam, dominum regem et filias suas visitatura, comitante Thoma de Sabaudia, quondam comite Flandrie. . . . . .

De confusione Fretherici et liberacione Parme[6]. Fortuna igitur mundanis eventibus dum sic illuderet, Parmenses, qui miserabili obsidione undique opprimerentur[u], concione facta, sese Deo et beato Rogero episcopo Lundoniensi, quem enormiter, ut dictum est[v], offenderant, feliciter humiliaverunt. Una igitur dierum cives audientes[w], quod obsessor eorum et oppressor continuus et protervus Fretthericus propter quippiam negocii sese absentaverat, relinquens Thadeo, iudici sui palacii, custodiam excercitus sui et thesauri imperialis et aliis suis principibus in obsidione commorantibus — cives igitur, invocato de supernis auxilio, in excercitum Fretherici audacter exeuntes, repentinum impetum facientes, ad votum triumpharunt. Cuius rei series haec[x] epistola scire volentibus plenius dilucidabit:

a) impudentibus 4. b) p. i. 4; p. et c. i. *Park.* c) F. 1. d) Dominus — Alemannie *des.* 4. e) *superscr.* (*manu Mathei?*) 1. f) *sic* 1. g) Holl. 4, *ubi* in r. A. *des.* h) eius 4. i) quoque *add.* 4. k) *deest* 4. l) *postea corr. ex* Aquigr. 1. m) eum 4. n) et a. M. et e. L. *in marg.* 1. o) Mag. 4. p) n. c. *des.* 4. q) peccariarum 4. r) *hoc caput deest* 4. 6. *Park.* s) *ita* 1. 4. *Math.*; assumptionis *Park.* t) F. e., *corr.* e. F. 1. u) opprimebantur *Park.* v) *superscr.* 1. w) a. q. *in loco raso* 1. x) *sic corr. ex* hac 1; hac 4.

1) Forte ex Matheo p. 292. 2) Ib. p. 291. 294. v. ap. Ficker, Reg. V, nr. 4919. 6) Ex Matheo 3) Ib. p. 294. 358. 4) Ib. p. 300. 5) Ib. p. 300, p. 293 sqq. l. 45; tabulam ibi a Sigfrido a. 1248. Iun. 1. datam

Litere super premissis. *Strenuis*[1] *— — detinebat. Valete! Nunciate hec amicis nostris* 1248. Math. Cron. *et vestris, ut gaudium nostrum quod est plenum omnibus pateat amicis nostris.* . . . . . .

Rex Francorum transfretat peregrinus. Equinoccio autem autumpnali temperiem gratam ministrante, dominus rex Francorum . . . per Lugdunum, ubi papa morabatur, transitum faciens, ipsum humiliter ac devote salutans, obnixius[a] deprecabatur, ut, salvo in omnibus honore ecclesiastico, Fretherico tam bene humiliato et veniam postulanti gratiam concederet reconciliacionis et Christi in hoc, cuius vicarius esse dinoscitur in terris, vestigia sequeretur et paterne pietatis sinum[b] panderet penitenti, saltem ut pateret via tucior peregrinanti. Ad quod cum cerneret dominum papam vultum contradiccionis protendentem, dominus rex tristis recessit. . . . Recedens a curia Romana versus Marsiliam lora direxit et vexilla. Et cum Avinioni appropinquaret, cives ex antiquo odio scintillas adhuc accensas reservantes, ipsi regi paratis insidiis, que poterant nocumenta machinabantur. Similiter nacta occasione parva, cives Marsilie et conpatriote impedimenti repagula eidem maliciose procurabant. Rex autem, vix sedato tumultu, ad mare progressus, in crastino sancti Bartholomei, assumptis secum non omnibus qui eum sequebantur, sed preelectis, navem ascendit, versus Ciprum vela dirigens sinuosa, ut in ea, veluti fertili et temperata, quiecius hiemaret.

Capitur civitas Aquisgrani, et coronatur in regem Alemannie Willelmus[c] comes Holandie. Et dum brumalis frigiditas algenti mundo durius imineret, artabantur obsessi in civitate Aquisgrani vehementer. Denegabatur enim illis undique exitus et introitus et omnium collatio victualium, solaque eos sustentabat umbratilis Conradi consolacio. Cogebantur enim[d] neccessario se qualiquali condicione hostibus mancipare et eorum arbitrio pertractari. Civitatem igitur iam captam victores leti ingrediuntur[e], et Willelmus comes Holandie in regem Alemannie per manum Conradi archiepiscopi Coloniensis die omnium sanctorum solempniter coronatur. Conrado ad succursum obsessorum properanti quidam magnates Alemannie, filii ecclesie, potenter restiterunt; unde ille victus recessit et confusus. . . . . .

Transiit igitur annus ille . . . Ytalie inimicus, . . . Germanie exicialis, Sabaudie horribilis, curie Romane imfamis. . . . . . . .

Anno Domini 1249. . . . De particulari terre motu in partibus Sabaudie. . . . Quedam ville in parti- 1249. bus Sabaudie non procul a communi strata[2], que est per valles Moriani, circiter[f] 12 ville cum duabus[g] domibus religiosorum a vicinis montibus sese revolventibus et horribiliter corruentibus cum suis incolis, qui bene ad decem[h] milia sunt recensiti, obrute perierunt. . . . . . .

Dedita est nobilis civitas Vercellis Fretherico[3]. Diebus quoque sub 1248. eisdem nobilis civitas Ytalie Vercellis cum partibus circumiacentibus sedicione civium, qui sese odio intestino persequebantur, in Fretherici cessit dicionem. Quod cum audisset dominus papa, doluit inconsolabiliter et tota curia Romana; horribili igitur anathemate sollempniter et frequenter innodavit omnes illos qui[4] in dicta civitate sedicionem moverant aut prodicionem perpetraverant, per quam ipsa a fidelitate ecclesie sequestrabatur, ut ceteri similia perpetrare formidarent.

Quomodo roboratus est Fretherícus[5]. Et dum temporum istorum volumina prolaberentur, Fre- ib. thericus, ut partem suam undique adversariis vallatam roboraret, per matrimonium sese filiumque suum Conradum, qui filiam ducis Baivarie[i] desponsavit, prudenter studuit communire et federe matrimoniali multis magnatibus indissolubili amicicia copulari; filiam namque suam eisdem diebus nuptui dedit Thome de Sabaudia, quandoque comiti Flandrie, custodiamque Vercellis et parcium adiacentium commisit et multas terras contulit et redditus opulentos, ut sic sibi totum genus suum sibi[k] redderet gratum et in vicissitudine Abbr. Cron. oportuna firmius obligatum[l]. . . . . .

Fluxit igitur annus ille . . . Romane curie infamis. . . . . . . . . .[m] . . . . . . . . . . . . . . .

Anno gratie 1256. . . . In crastino natalis Domini electus est dictus[c] Ricardus comes Cornubie a[m] Teu- 1256. Math. Cron. tonicis in regem Alemannie. . . . . . .

Anno gratie 1257.[n] Henricus[o] rex Anglie anno regni sui 41. curiam suam sollempnem 1257. tenuit apud Westmonasterium ad pascha[7] generaliter cum omnibus regni maioribus, ubi Apr. 8. interfuerunt nuncii proceres celeberrimi, mole corporea et cultuum splendoribus excellentes, ex parte magnatum Alemannie pro domino Ricardo comite Cornubie, germano eiusdem regis Anglie, quem in regem, ut predixi, elegerant Romanorum. Qui, acceptis obsidibus, statuto tempore, tanto dignus[p] ministerio, pervenit Aquisgranum cum honore et gloria die[q] Veneris proxima ante festum ascensionis dominice, occurrentibus eidem ante civitatis ipsius Mai. 11. introitum omnibus nobilibus et maioribus universaliter, clericis et laicis civitatis eiusdem, qui eum magnifice et honorifice cum magno tripudio et iubilo susceperunt. Tandem in die

a) obnoxius 4. *Math.* b) suum p. p. salutem 4. c) *deest* 4. d) igitur 4. e) igne diruunt *Park.* f) citer — cum *in loco raso* 1; quinque *Math.* g) 3 *ib.* h) 9 *ib.* i) Biv. 4. k) *sic bis scr.* 1. l) *paullo post desinit manus socii Mathei; incipit manus s. XIII ex.* 1. *Hinc contuli* 2. m) in r. A. a T. 4. n) De coronatione Ricardi regis Romanorum *rubr. add.* 4. o) Rex H. 4; tertius *add. Park.* p) digno 2. q) die — dominice *des.* 4.

1) Haec epistola hic melius quam in Libro addit. supra p. 297. servata est; v. notas ibidem. 2) Forte e verbis *transientes, proficiscentes* supra p. 301. 3) Cf. Ficker nr. 3724a. 4) Duce *Petro Beccherio*, Ann. Plac. 5) Ex Matheo supra p. 295. 298, ubi cf. quae annotavi. Cf. Potthast nr. 13109. 13138. 13155. 13158. 6) Flores a. 1250—1255. ad verbum conveniunt cum Abbreviatione Cronicorum supra p. 453 sqq., ubi eos contuli. 7) Idem error qui SS. XXVII, p. 455; cf. Ficker nr. 5292a.

1257. Mai. 17. ascensionis dominice, presentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus et ducibus, comitibus, baronibus et nobilibus regni innumerabilibus, in sede Magni Karoli, sancti[a,1] unctionis[b] crismate more regio delibutus, sceptrum[c] Romani regni suscepit et coronam, karissima[d] consorte sua secum sollempniter[e], ut[f] decuit, coronata. . . . . . .

1258. Anno gratie 1258. Quidam magister Arlotus vocabulo a papa Alexandro missus post[2]
Mart. 24. pascha venit in Angliam ad eam excoriandam. . . . . . .

1259. Febr. 2. Circa purificationem[3] beate virginis Ricardus rex Alemannie, frater regis Anglie, rediens applicuit Dovorie[g] cum sua regina, decimo[h] se militum[i]. Qui iurare fecit in animam suam unum de militibus coram rege nostro et suis novis consiliariis ceterisque magnatibus regni apud Cantuariam, se ad honorem Dei et utilitatem regis Anglie necnon et[k] heredum suorum pariturum ordinationi et stabilimentis consiliariorum regis nostri ad hoc iuxta provisiones Oxonie specialiter iuratorum.

1258. Dec. 25. Anno Domini 1259, qui[l] est annus[m] regni[k] regis Henrici III.[k] 43, fuit idem rex ad natale Domini Londonie, ubi
Math. Cron. magna est tractatum solicitudine de rege Alemannie Ricardo, qui sicienter desiderabat in Angliam venire. . . . . . .

1259. Mittuntur[n] nuncii in occursu regis Alemannie. Circa festum sancti Hylarii habito diligenti consilio super adventu[o] regis Alemannie, barones[p] nuncios sollempnes in occursum suum destinarunt[q]. . . . . . .

Rex[n] occurrit regi Alemannie. . . . Rex Alemannie venit in Angliam. Idem vero rex Ricardus, comi-
Jan. 27. tante regina, in Angliam velificans, die sancti Iuliani applicuit apud Doveram et sic, remissa numerositate, quam congregaverat, cum privata familia et[r] castigata intravit. Cui[s] applicanti occurrit rex Anglie, eidem vehementer applaudens, cum non modica multitudine. Convivantes autem cum archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio[t], dies festivos alacriter peregerunt congaudentes.

Febr. 2. De[n] ornatu civitatis Londonie. Die vero purificationis evenerunt[u] reges et regine eorum cum multitudine nobilium Londoniam. Que in adventum tantorum principum mundata, multis honoribus et variis ornatibus splenduit serenata, occurrentibus eisdem adventantibus civibus gaudenter[v] innumeris. . . . . . .

Obiit[n] Thomas comes Flandrie. Ipso tempore obiit Thomas, quandoque comes Flandrie, qui non pauca milia marcarum a simplicitate regis et regine optinuerat; ecclesiamque[w] sancti Albani sine causa nuper ledebat, dum discordiam inter eam et regem impudenter[x] seminabat. . . . . . .

1258. Obiit[n] comitissa Bononie, et rex cepit comitatum. Ipso quoque anno prima quindena quadragesime obiit comitissa Bononie, per cuius[4] tirannidem tot milia hominum paucis annis iam elapsis interfecta occubuerunt. Cum igitur nostri nuncii prefati in partes pervenissent transmarinas, rex Francie illuc pervenit, ut illos comitatus vacantes sive[y] litigiosos, videlicet Bononie, Flandrie[4] et Henhensem[z,4] in suam reciperet potestatem.

Novi[a] senatores creantur Rome. Prostratis turribus Urbis[b], congregati sunt tunc temporis Romani cum indignatione et furore, creantes sibi duos novos senatores, qui conflantes copiosum exercitum, insurrexerunt in senatorem nuper creatum, avunculum scilicet Branchaleonis, ipsum[c] in castro quodam Rome obsidentes. Ipse tamen confidens de iuramento sibi facto fidelitatis et de obsidibus quos habuit in sua civitate, scilicet Bononie, unde erat oriundus, se strenue defendit, ne a nobilitate sui nepotis et predecessoris deviaret. Et sic in se confusa est civitas et in magna parte consumpta. . . . . . .

1259. Rex[a] Alemannie vocatur ad imperium recipiendum. Interim dum rex Alemannie Ricardus in pace in Anglia moraretur, paratum est ei iter ad imperium libere recipiendum, domino papa hoc, set sub silencio, callide procurante, ne manifestus videretur adversarius regi Hispanie ad hoc anelanti existere. Rex autem Alemannie, ut se thesauris ad hoc sufficientibus premuniret habundantius, adhuc in Anglia latitavit secretius. . . . . . .

Qualiter[a] rex[d] Alemannie Ricardus[e] vocatur ad imperium. Eodem[f] tempore applicuerunt in Angliam nuncii sollempnes domini pape, duo scilicet fratres Minores una cum duobus magistris, cancellario scilicet regis[g] Alemannie[5], qui in curia Romana diucius exstiterat[h] prepeditus, alioque incognito, sed nobili et discreto; qui papali[i] ex precepto veneranter administrati regemque Alemannie tunc in Anglia commorantem specialiter

a) sanctae *Park.* b) unctione crismatis *emendandum ex epistolae exemplari* R. de Clare comiti Gloucestrensi et Herefordensi *[lege* Hertf.*] dato in cod. Bodlei. Wood 5, fol.* 1. c) septr. 1. d) *ita* 1. 2. 4; Senchis *Park.* e) ut dec. sol. *Park.* f) prout 4. g) apud Doveriam *Park.* h) d. se m. *des. Park.* i) quinto Kal. Febr. *(non ex 1–8) add. Park.* k) *deest Park.* l) anno regni 6; a. 43. 4. m) annis 1. n) *rubra deest Park.* o) adventum *Park.* p) *in marg.* 1. q) destinaverunt *Park.* r) et c. *des.* 4. s) Cui — innumeris *des.* 4. 6. t) B. 1. u) ven. *Park. Math.* v) gaudentibus *Park.* w) ecclesiam *Park.* x) imprudenter *Park.* y) sū 1. z) *ita* 1. 2. 4, Henhonie *Park.* a) *rubra deest Park.* b) Rome *add.* 4. c) ipsumque *Park.* d) R. rex A. 4. e) R. 1. f) *omnia haec quae hoc anno sequuntur des.* 5. g) Rego, *ultima littera fere abrasa* 2; Rog'o 4. h) perstiterat, *superscr.* ex *et* per *expunct.* 1; experstiterat 2. 4. i) ex pr. pap. *Park.*

1) Hic apparet compilatorem Ricardi regis epistolam melius servasse quam supra p. 373. 2) *Septimana proxima ante* Matheus p. 379. 3) Haec alteri auctori, qui annum a paschate incepit, deberi videntur, cum infra l. 15. a. 1259. eadem res ex Matheo p. 387. narrata sit. 4) Error; v. supra p. 388. 5) Arnoldum protonotarium (cf. Ficker, Reg. V, p. 993), fortasse ex Alexandri IV. epistola d. Apr. 30, SS. XXVII, p. 482, quam cf. de aliis nuntiis, dicere videtur auctor. Laurentium *Roffensem episcopum Romani imperii negotiis occupatum* fuisse, apparet etiam ex Potthast nr. 17538.

allocuturi, litteras eidem papales tulerunt et mandata super imperii dignitate Romani sibi 1259. sine contradiccione concessa et conferenda. Consimilia vero super eodem negocio exhortatoria ad omnes Alemannie magnates[1] habuerunt mandata, ut scilicet regem suum iuxta beneplacitum apostolicum ad promocionem inperialem[a] festinare inducerent; et, ne Menfredus princeps, ad hoc sicienter anelans[2], eum preveniendo supplantaret[b], ipse secundum Romane sedis favorem et auxilium se preferendo imperio sibi[c] oblato viriliter investigaret. Quibus honorifice a rege susceptis ac reverenter regraciando exauditis, remisit eos idem rex in regnum suum Alemannie, ut, sibi iniuncta uberius adinplentes[a], cum suis ibidem magnatibus super papali[d] mandato diligenter tractarent, certificatis ipsomet[e] ad tam laboriosum iter inproviso[a] arripiendum et ob plura adversantia inconsulto fortunali se[f] rote tradere supponendum. Adquievit tamen prout potuit apostolico obtemperare mandato et tam excellenti, maxime pro proprio honore, adherere consilio.

Non diu vero post . . . provisum est, ut, quia[g] alias predictum vacillavit negocium[3] ob utrorumque regum absentiam, subsequenti tunc autumpno dominus rex cum suis magnatibus quibuscumque una cum domino[h] Ricardo[i], fratre suo, rege Alemannie transfretaret[k] et ad parlamentum apud Abbeville[4] prefixum, presente rege Francie cum suo consilio, presencialiter interesset[l]. . . . . . .

Frater quidam de ordine Minorum nomine Walaschus, associatis sibi et aliis, specialiter est ad hoc a latere domini pape destinatus, habens super hoc preceptum et potestatem, predictum clericum[5] in episcopatum[6] et omnia alia ablata, si verum est ut asseruit, autoritate papali instituere. . . . . . .

Sub eisdem diebus facta est quedam generalis colleccio pecunie ab universo clero Anglie; . . . de cuius collectione litteras papales et episcopales ab uno ad alterum transmissas qui videre desideraverit[m], in Libro additamentorum[7] ad hoc signum[n] invenire prevalebit[o]. . . . . . .

Anno Domini 1260.[p] . . . In crastino[q] vero sancti Valentini martyris consecratus 1260. Febr. 15. est electus Londoniensis[r] dominus[s] Henricus[t] de Wengham[u] ab archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio[v] in ecclesia sancte Marie de Suthewerc, presentibus . . . rege Alemannie Richardo[a] et aliis . . .; remanserunt cum consecrato omnes in mensa, videlicet prefatus rex Alemannie, archiepiscopus et episcopi prenominati cum multitudine infinita, unde computari nequibant hinc inde oblata exennia nobilissima.

De[w] Romanis interfectis Londoniis. In crastino vero sancti Mathie apo- Febr. 26. stoli factum est Londonie homicidium. . . . Processum linialiter[x] transscripsi: *Cum pie recordationis dominus Fulco, quondam[8] episcopus Londoniensis, prebendam quandam[9] in ecclesia[y] sancti Pauli Londonie iam dudum contulisset cuidam magistro Rustando, nuncio domini pape in Anglia tunc[10] moranti, eoque[z] postea, suscepto habitu fratrum Minorum, ingruente egritudine de medio sublato[11] in partibus transalpinis, . . . destinatus est in Angliam procurator quidam Iohannes le Gras[a] nomine, clericus nobilis et scriptis papalibus munitus ad predictam domini pape collationem nomine procuratorio suscipiendam[12].* . . . Similiter et factum est alii eius socio; . . . indignabantur enim Anglici, Romanos tot et tam sepe Anglicano ditari beneficio. . . . . . .

a) *sic* 1. b) suppl'aret 1; suppleret 2. 4. c) *sic Park.*; se 1. 2. 4. d) m. p. *Park.* e) ipsemet 8; *sententia deest* 6; *i. e.* tutis redditis papae mandato. f) r. se *Park.* g) aliter *add. Park.* h) fr. suo d. R. 4. i) R. 1. k) transfretavit *Park.* l) interfuit *Park.* m) iuraverit 1; desiderant *Park.* n) Vacat *add. m. s. XIV. in marg.* 1 *ad verba* qui — prevalebit, *quae* 2. 3. 4. 6. 7. 8. *des.* o) Eodem tempore regis fatuitate et desidia in multis opprimebatur Anglia dominatione Pictaviensium et Romanorum et . . . Petri de Sabaudia, avunculi regine *add. Park. non e* 1– 8, *forte ex Mathei Paris. Continuatione Albanensi II, falso Willelmo Rishanger attributa.* p) *omnia quae hoc a. exhibemus des.* 5. 7. q) *ita* 8. *Park.*; *deest* 1. 2. 4. r) episcopus *add. Park.* s) *deest* 4. t) *ita* 1. 8; Hugo 2. 4. 6. u) Wengam 1. v) B. 1. w) *rubra deest Park.* x) *sic codd.* y) ecclesiam 1. z) eo q 2. 4. a) legras 2. 4.

1) Forte ex eadem epistola; cf. Potthast nr. 17550. 2) Forte ex Matheo Par. supra p. 382. 3) Pacis inter Angliam et Franciam restituendae; cf. Math. Paris. supra p. 389. 4) Eo loco tractatum non esse, docuit Bémont, 'Traité d'Abbeville' in 'Bibl. de l'éc. des chartes' XXXVII, p. 255. Henricus III. Nov. 14. ad homagium Ludovico IX. faciendum Parisios profectus est. 5) Aimarum de Lusignan, Henrici III. fratrem uterinum, a baronibus Angliae expulsum. 6) Wintoniensem. 7) A. 1259, Dec. 22; cf. Math. Par. ed. Luard VI, p. 512. 8) A. 1244–1259. 9) Rugmere; cf. supra p. 374. 10) Inter a. 1255. et 1258; cf. de eo SS. XXVII, p. 311. 477 sq. 511; supra p. 353. 11) Itaque a. 1258 ex. vel 1259. 12) Hic interfectus est Londinii.

1260. Discordia[a,1] generalis inter magnates terre; et de rege Alemannie. Tunc temporis seminata fuerat[b] letalis discordia inter quam plures regni principaliores, videlicet inter regem et Edwardum[c], filium suum; . . . nisi dominus Ricardus rex Alemannie, tunc[2] in Anglia perhendinans, se diligenter pro pace interposuisset, concussio non modica succrevisset. . . . Paratus est idem Eadwardus se omnium obiectorum probare immunem et ad duorum regum, scilicet patris sui et avunculi, provisionem in emendatione facienda se dare tractabilem. . . . . . .

De[d] perhendinacione regis Alemannie in Anglia, et[e] de discordia
Iun. 17. quorundam magnatum. Subsequenti vero die sancti Botulphi[3] dominus Ricardus[f] rex Alemannie, cum per annum et[g] fere dimidium in pace perhendinasset in Anglia, quosdam ibidem prediscordes concordans quosdamque[h] sub certa forma pacis constituens, papali sepius advocatione premonitus, imperium recepturus, Romam[4] tetendit quamtocius. Qui Londonie navem conscendens, usque ad Gravesende[5] velificavit; deinde cum regina sua sibi occurrente et mediocri comitatu arreptum iter transcurrere properavit. Quo absente, quam plures fluctuabant sub ambiguo; quippe cum eius nuper presencia imminentem[i] guerram prepedisset, formidabant, quod pax prelocuta, absente illo, nullius stabilitatis existeret. . . . . . .

De[a] reditu regis Alemannie in Angliam et adventu magistri Alberti,
Oct. nuncii domini[k] pape. Mense vero Octobri[l,6] dominus Ricardus[m] rex Alemannie, papali frequenter advocatione ad imperium invitatus, cum nuper ab Anglia Romam petiturus secessisset, clamdestino[i] et inopinato recursu mox rediit, ita quod minoratis clientela et pompa omnibus tam citra mare quam ultra admirationem ingessit. Dictum est enim, eum cum paucis hominibus equisque paucioribus, prolongatis dietis depositisque[n] regalibus pompis applicuisse, sed postea, cito subsequentibus hominibus suis, solito circumdari[o] honore. Unde quam plures asserebant, eum, a Menfredo principe Romano[p,7] et aliis anelantibus ad imperium precluso itinere[8], spoliatis thesauris et effugatis fuisse[q] servientibus prepeditum, hoc adiecto, quod, si ulterius presumeret Alpes transcendere, quam cicius posset cum sequela periculo subiacere; nec est mirum, quod, super hoc[r] non provisus nec premunitus, inimicos declinans, lora retraxit quam cicius. Alii vero dixerunt, quod magnatum suorum de Alemannia consilio premonitus et prepeditus, nec vult nec expedit hoc[9] instanti tempore hyemali tam periculosum iter et longum transcurrere, sed poterit[8], transacta hyeme, sub diebus serenioribus securius pertransire, hoc adiecto, quod regnum suum Alemannie et omnes incolas habet et habebit in pace et sibi coadiutores in predicto negocio sine omni senciet fictione; ille vero adquiescens mox[s] Angliam rediit, ut predictum est, ut terras suas et possessiones ibidem minus rite dispositas, prout sibi et Henrico[t], filio suo, expediret, disponeret; et sic, adveniente tempore congruo, minime rediturus transfretaret. Item dixerunt alii, quod papali est admonicione reversus, ut scilicet magister Albertus, nuncius suus multas ob causas in Angliam destinatus, secrecius contra baronum provisiones[10] intraret, tam magnum sequens ductorem; et sic, expedito papali negocio, idem rex eum sentiret sibi in predicto negocio suo favorabiliorem[u]. . . . . . .

Istis etiam diebus et mense venit rex Scocie[11] Londoniam; . . . interfuerant autem tunc Londonie reges Anglie et Alemannie. . . . Tunc simul fuerant ibi tres reges et totidem[v] regine[12], de quorum apparatu et nobilitate quis poterit sine admiratione cogitare? . . . . . .

a) *rubra deest Park.* b) disc. f. let. *Park.* c) Eadw. *Park.* d) Rex Alemannie recessum suum ab Anglia parat *rubra 4; rubra deest Park.* e) et de d. q. m. *des.* 2. f) R. 1*; deest Park.* g) fere et *Park.* h) quosdam *Park.* i) *sic* 1. k) domino 1. l) Octobris 2. 4. m) R. 1*; deest* 2. 4. n) depositis *Park.* o) circumdati 2. 4. p) Roñi 1. 2. 4*; forte cum Park.* princ. et a. a. ad i. Romanum *emendandum.* q) s. f. *Park.* r) *deest* 4. s) in *add. Park.* t) H. 1. 4. u) favorabilem 4. v) totidem, *postea corr.* totidemque 1, *et sic* 2.

1) Praecedit caput (in 1. 2. 4, sed non ap. Park.) inscriptum: *Seminata est discordia inter regem et Edwardum [Eadw. 4]*, ubi eadem seditio, sed alio modo, a priore, ut videtur, continuatore, narrata est. 2) Tempus est paulo antequam Henricus III. Apr. 23. ex Gallia rediit; cf. Ficker nr. 5365 a. sq. 3) Eundem diem praebet Th. Wykes, SS. XXVII, p. 494. 4) De Ricardo expeditionem Italicam tunc molito cf. Ficker nr. 5373 a. 5382. 5386 b. 5) *Apud Doverium* Wykes l. l., Lib. de ant. legibus infra. 6) Oct. 24; SS. XXVII, p. 494, ubi in marg. sic corrigas. 7) Cf. Ficker nr. 5386 b. Manfredus demum a. 1261. senator electus esse dicitur ib. nr. 4730 a. 8) Ricardus aestate a. 1260. non ultra Wormatiam versus austrum profectus est. 9) Ipso a. 1260 ex. haec scripta videntur, cum a. 1261. et 1262 in. Ricardus in Anglia moratus sit. 10) Oxonienses. 11) Alexander III. Oct. 30; cf. Lib. de antiq. leg. p. 45. 12) Alienora Angliae, Sanchia Romanorum, Margareta Scotorum.

Anno[a] Domini[b] 1261, regis vero Henrici III.[c] 45, tenuit idem rex natale suum apud 1260. Dec. 25. Wyndesore[d]. . . . Fuerat etiam ibidem tunc[e] rex Alemannie Ricardus, qui nuper insperata velocitate redierat in Angliam; sed regina eius continuam simpliciter tenuit tunc apud Berchanstede[f] perhendinationem. . . . . . .

De[g] concilio pape Rome celebrato. Circa idem tempus dominus papa cum 1261. nuper decrevisset concilium suum generale in quindena pasche Rome celebrare, archiepi- Mai. 8. scopo super hoc Cantuariensi, ut dicebatur, premunito[h], audito tandem viciniore incursu Tartarorum in christianos, predictum tunc distulit decretum; et fratrem Walterum de Reigate in Angliam misit, super hoc et alia salubriter provisurum. Postea vero audiens idem papa predictos Tartaros usque ad 52 milia in Hungaria[i] trucidatos, timensque residuos sibi ceterisque christianis in brevi nocituros, summoneri fecit[1] omnes prelatos transalpinos et viciniores, ut[k] citra festum apostolorum Petri et Pauli Rome conveniant, provisuri, qualiter Iun. 29. predictis caucius inimicis resistant. . . . . . .

[l]Eodem anno, in festo[m] scilicet sancti Urbani pape et martyris, quod fuit 8. Kal. Iunii, Mai. 25. obiit papa Alexander IIII; et cessavit Romanorum pontificatus tribus mensibus et binis circiter ebdomadis. Cui tandem successit patriarcha Ierosolimitanus[2]; et vocatus est Urbanus. . . . . . .

Hoc anno obiit* Senchia regina Alemannie et sepulta est apud Heyles[n], in monasterio, quod dominus suus rex fundaverat[3]. . . . . . .

Anno[o] gratie 1262.[p] . . . Ricardus Romanorum rex rediit[4] in Alemanniam. . . . 1262.

Ricardus rex Alemannie, exhausto solito more[q] in Theutonicis[r] thesauro suo, Angliam 1263. repeciit[5]. De cuius adquisicione pecunie vere dici potest:

*Non habet eventus sordida preda bonos*[6]. . . . . . . Ov. Amor. I, 10, 48.

Anno dominice incarnationis 1263.[p] . . . Fuit autem convocatio magna pontificum[s] et cleri Anglie post festum sancte Trinitatis apud Westmonasterium ad mandatum domini Mai. 27. pape summonita coram Leonardo et Berardo, nuntiis eiusdem, ad extorquendam pecuniam ab Anglis ad opus imperatoris Constantinopolitani[7] a suo imperio iam dudum eiecti. . . . . . .

Barones Anglie** . . . in omnes alienigenas, quos rex et regina necnon et Edwardus, filius eorum, plus equo diligentes ac, spretis indigenis, eos in altum nimium hucusque provehentes[t], guerram movent. . . . Unde et Petrus Herefordensis episcopus, natione Burgundus, captus est in ecclesia sua cathedrali et ductus ad castrum de Erdesleye[8], thesauro[u] quem habuit habundanter et prediis direptioni datis et confusioni. Sed et canonici seculares, compatriote ipsius[9], quos in eandem introduxerat ecclesiam, similiter conprehensi[t] mittuntur cum eodem custodie mancipandi. . . . . . .

Ac Londonienses[10] cum innumera multitudine ab urbe sua irrumpentes, predia et pos- 1264. sessiones regis Alemannie atque Philippi Basset aliorumque plurium regi adherentium destruxerunt et combusserunt. . . . . . .

Anno[v] Domini 1264.[p] circa mediam quadragesimam, habito tractatu rex Anglie cum Mart. 30.

*) Obiit inclita domina, soror regine Anglie, Senchia regina Alemannie 5.

**) Anno gratie 1263. Maxima pars baronum Anglie . . . insurrexerunt in dominum suum regem, et alienigenas ab Anglia[w] expellentes, episcopum Herefordie in carcerem detruserunt. . . . 5.

a) Anno regni regis H. 45. *in contextu, et* 1261. *minio in marg. scr., et sic semper* 4; *quae hoc anno exhibemus des.* 5. b) gratie *Park.* c) *deest* 2. 4. *Park.* d) Wind. 2. 4; Windeshores *Park.* e) *deest Park.* f) *sic* 1. g) *rubra deest Park.* h) premonito *Park.* i) Hungariam *Park.* k) et 2. l) Obiit papa Alexander, successit Urbanus *in marg.* 4, *ubi folium quod sequitur alia manu s. XIV ex. scriptum est.* m) sc. in f. 4. n) Hayles *Park.* o) A. g. *des.* 4. p) *quae hoc anno exhibemus omnia des.* 5. q) *deest* 4. r) Teutonia *Park.* s) pot. 1. t) fovebant *supplendum.* u) thesaurus, *sed* 9 *in loco raso* 1. v) *prior manus iterum pergit* 4. w) Anglie 5.

1) Potthast Reg. nr. 17964. 2) Iacobus. 3) Cf. Ficker nr. 5389 a. 4) Iun. 22; SS. XXVII, p. 495. Hoc anno data est epistola quam ab editore seductus supra p. 348, n. 6, a. 1254. collocavi; cf. Ficker nr. 4737 a. 5) M. Febr. in.; cf. ib. nr. 5421 a. 6) Eundem versum saepissime, velut p. 347, laudavit Matheus Paris. 7) Balduini. 8) Eardisley, com. Hereford. 9) Iacobus de Aqua-blanca erat a. 1255. archidiaconus Salopiensis et a. 1257. reginae thesaurarius (Hardy, Fasti eccl. Angl. I, p. 482), Iohannes de Aqua-blanca a. 1278—1320. decanus Herefordensis (ib. p. 476), Eymericus de Aqua-blanca a. 1263 sq. praecentor (ib. p. 485), postea a. 1281—1285. cancellarius (ib. p. 491), Petrus de Sabaudia praebendarius a. 1288 (ib. p. 504); cf. etiam (ib. p. 480): *mag. Guillelmus de Cumflens, dudum* (ante a. 1255) *archidiaconus Hereford., est in Gebennensem episcopum consecratus a.* 1287. 10) 1264, Mart. 31; cf. Ficker nr. 5431 c; SS. XXVII, p. 495. falso indicatur prima dies Lunae quadragesimae (Mart. 10), ubi in marg. falso Apr. 1.

1264. proceribus regni apud Oxoniam, adierunt ipse et Ricardus Romanorum rex, frater eius[a], Norhamptonam[b] cum exercitu admirabili; . . . tandem confracto muro, intravit excercitus
Apr. 5. . . . sabbato[c] primo passionis dominice. . . . . . .

Hanc autem epistolam baronum suorum[1] contempnens rex, ad bellum totis affectibus exardescit ac talem eis diffidationis responsalem misit: *Henricus — — Teste me ipso apud*
Mai. 12. *Lewes* 12. *die Maii, anno regni nostri* 48.

Qualiter[d] regi assistentes barones tanquam hostes publicos diffidaverint. *Ricardus*[2], *Dei gratia Romanorum*[e] *rex semper augustus, et Edwardus*[f], *illustris regis Anglie primogenitus, ceterique barones omnes et nobiles predicto*[g] *regi*[h] *Anglie constanter sincere*[i] *fidei et devocionis operibus adherentes Symoni*[k] *de Monte*[l]*-forti, Gilberto*[m] *de Clara*[n] *ceterisque*[o] *universis et singulis perfidie sue complicibus. Ex*[p] *literis vestris, quas illustri regi Anglie, domino nostro karissimo*[q], *transmisistis, accepimus, nos esse*[r] *diffidatos*[s] *a vobis*[t], *quamvis*[u] *huiusmodi*[v] *verbalis*[w] *diffidatio satis fuit*[x] *ante*[y] *nobis realiter vestra hostili*[z] *in rerum nostrarum incendiis et bonorum nostrorum depopulationibus persecucione*[a] *iam*[b] *probata*[c]. *Nos igitur vos*[d] *scire volumus, vos a nobis universis et singulis tanquam hostes publicos ab hostibus*[e] *diffidatos; qui deinceps personarum*[f] *vestrarum et rerum dispendiis, ubicunque nobis ad hoc facultas affuerit*[g], *totis viribus*[h] *insistemus. De*[i] *hoc autem*[b] *quod falso*[k] *nobis inponitis*[l], *quod nec fidele nec bonum consilium ipsi*[m] *regi*[n], *domino nostro*[o], *damus, nequaquam verum dicitis. Et si vos, domine Symon*[p] *de Monte-forti*[q] *vel Gileberte*[r] *de Clara*[s], *velitis*[t] *hoc*[u] *idem in curia domini*[v] *regis asserere, parati*[w] *sumus vobis*[m] *secure*[x] *ad*[y] *veniendum ad dictam curiam procurare conductum et nostre super*[z] *hoc innocencie veritatem*[a] *et*[b] *vestrum*[c] *sicut perfidorum*[d] *proditorum mendatium declarare per alium*[e] *nobilitate et genere vobis*[f] *parem. Omnes autem*[g] *nos contenti sumus predictorum dominorum sigillis, videlicet Romanorum*[h] *regis et domini Edwardi*[i]. *Datum*[k] ut prius.

De miserabili conflictu[l] inter regem Anglie et barones suos facto apud Lewes. Cum igitur eorum concordie minime assentiret Deus, commissum est
Mai. 14. bellum inter eos apud Lewes 2. Idus Maii. . . . Barones, Deo[m] volente, sagatius[n] agentes circa dedicionem regis Anglie ac captionem regis Alemannie ceterorumque, totis viribus congrediuntur[o]. . . . Rex[p] autem Romanorum captus est[*,3]. . . . . . .

Rex vero Alemannie captivus ponitur in Turrim Londonie. . . . . . .

Comes vero Leycestrie festinavit ad mare contra alienigenas, quorum adventus in multitudine maxima et fortitudine nimia, ductu regine et Petri comitis Sabaudie aliorumque plurium, quasi tocius Europe maiorum, plurimum in Anglia metuebatur. . . . . . .

*) Tandem rex Anglie Henricus et frater eius Ricardus rex Alemannie et eorum primogeniti Edwardus et Henricus, milites in armis experti, multique alii nobiles, proh[q] pudor! capti sunt ab adversariis et carcerali custodie mancipati. . . . 5.

a) ad *add. Park.* b) Norhañ 1. c) sabb. — dom. *des.* 4. d) Item rescripcio ad barones ex parte regis Alemannie et Eadwardi *rubra* 4; *deest rubra Park.* e) rex Rom. *Tr. Ri.* f) Eadw. *Park.* g) *deest Le.* h) regni *Le.* i) scinc. 1; sincera fide et o. *Tr.*; adh. fide sincera et op. *Ri.*, *quibus* dev. *deest.* k) S. 1. *Le. Ri.*; Sim. *Park.* l) M. f. *Le.* m) G. 1. 2. 4. n) Clare *Park. Le. Tr.* o) ac ceteris *Tr. Ri.* p) et *Park.* q) *deest Tr. Ri.* r) *deest Park.* s) deff. *Le. [in cod. Claud. DVI].* t) et *add. Le.* u) licet *Ri.* v) hi' 1. w) verba vel defidacio *Le. [in cod.*; desideratio *est error edit.].* x) fuerit in nos real. ante vestra (manu *Ri.*) host. *Tr. Ri.* y) a *add., sed expunct. Le.* [autem *est error edit.*]. z) hostilita *Le.* a) pros. *unus Ri. codicum.* b) *deest Tr. Ri.* c) *corr. ex* probat² 1; probatur *Le.* d) s. vos *Tr. Ri.* e) hoste defid. *Le.* f) rer. et pers. vestr. *Le. Ri.* g) fuerit *Tr. Ri.* h) et nisibus *add. Tr.* i) Et *Ri.* k) falsa *Tr. Ri.* l) *sic* 1. m) *deest Park.* n) dom. n. *(deest Ri.)* r. da. *Tr. Ri.* o) vestro *Park.*; *deest Ri.* p) S. *Le.* q) M. *Le.* r) Gilb. *Park. Le. Tr.* s) Clare *Park. Le.* t) hoc i. in c. [d. *Ri.*] regis volueritis ass. *Tr. Ri.* u) hoc i. *des. Le.* v) *deest Tr.* w) paratissimus vobis *Le.* x) *deest Le.*; securum *Park. Tr.* y) veniendi *Park.* z) s. hoc *des. Tr. Ri.* a) *ita quoque codex Le.*; necessitatem *error edit.* b) utriusque *add. Tr. Ri.* c) vestri *Ri.* d) et *add. Le.*; perfidi proditoris *Tr. Ri.* e) aliquem *Tr. Ri.* f) nobis *error editoris Le.* g) *deest Tr. Ri.* h) domini r. Rom. *Tr. Ri.* i) Eadw. *Park.* k) Data uti p. *Ri.*; D. ut p. *des. Tr.* l) De m. et horrendo bello a. L. commisso *rubra Park.* m) Deo v. *in loco raso* 4. n) *sic* 1. o) *in marg.* 1. p) Ricardus a. Rom. rex captus *Park.* q) puī 5.

1) Quae praecedit: *securitatem corporis vestri volumus observare, inimicos nostros et vestros et regni gravare proponentes.* 2) Contuli (Le.) Willelmi Rishang. Lewense bellum (ed. Halliwell p. 29, qui p. 128. alios codices, ubi hae litterae exstant, laudavit) et (Tr.) Nicolaum Treveth, quem (Ri.) Mathei Continuatio Albanensis II, falso Willelmo Rishanger attributa, ed. Riley p. 24, plerumque secuta est. 3) Carmen Anglicum de Ricardo capto, SS. XXVII, p. 496. laudatum, iam edidit Böddeker, 'Altengl. Dichtungen' p. 96.

Regina vero Anglie cum exercitu, quem habuit, collecto[a] plurimarum nationum, tot 1264.
ducum, tot comitum tantique navigii, quod vix credibile cuiquam videatur, perstitit in Flandria interim apud Bruges, classi illa pergrandi in portu quidem Dam[b] collocata[c]. Qui Angliam intrandi[d] cotidie minabantur; . . . tandem autem omnis illa congregatio nobilium innumera tam militum stipendiariorum quam aliorum, qui ad propria fuerant stipendia, parentes et amici regine, ad propria revertuntur, voto suo, Deo dante, penitus frustrati. Fuerunt qui dicerent, robur eorum et numerum exercitus agnoscentes, quod, si liberi applicuissent, terram hanc pre nimia multitudine sua et fortitudine ditioni sue procul dubio subiugassent. . . . . . .

Summus itaque pontifex Urbanus instinctu stimulatus[e] adverso, in partem alteram declinando, favorem et animum convertit adversum barones, ire et indignacionis immense[f] occasione spoliacionum personis ecclesiasticis illatarum trahens incentivum; fertur autem dixisse, eum non plus velle vivere quam quod Anglos subiugasset; unde et legatum direxit versus Angliam, virum summum, dominum Sabynensem[g] episcopum cardinalem[1]. . . . . . .

Iam enim omnis illa regio maritima[2], immo omnis fere Gallia usque Alpes, instigantibus rege Francie, Petro comite Sabaudie, Bonefacio archiepiscopo Cantuariensi et electo Lugdunensi[3] ceterisque parentibus regine nobilibus, in Anglos conspiraverant, contra regem Henricum puta consistentes[h]; sed et alia pars Europe, scilicet Britannie Minoris, Wasconie necnon et Hyspanie, cuius terre regis[4] sororem duxerat Eadwardus, simili sedicione commoti adversus eos odio exarserunt et indignatione vehementi. Attamen inclitus ille comes Andegavie Karolus[i] parti comitis Leycestrie favebat, frater suus, ut dicebatur, fidei iuramento astrictus.

At vir apostolicus prenominatus Urbanus, antequam votum complevisset, quod Anglicis dudum promiserat, diem clausit extremum[5], tempore eis oportuno[f] valde. . . . . . .

Robertus Walerand[k] et Warinus de Bassingeburne, custodes Bristolli[l], armata manu venientes diluculo[6] ad castellum de Walengforde[m], in quo Ricardus rex Alemannie captivus et Edwardus[n], filius regis Henrici, obses[o] tenebantur, insultum dederunt acriter, ut eos raperent a custodia. Set nichil profecerunt; nam[p] castellani quamtocius expergefacti eos repulerunt. . . . . . .

Mortuo[7], ut dictum est, papa Urbano, successit[8] ei Guydo[q] Sabinensis, qui[r] fuerat 1265.
legatus nuper in Angliam destinatus; et vocatus est Clemens quartus. . . . . . .

Anno[*] Domini 1265. Urbanus[s] obiit[5] papa IIII; cui Clemens papa[t] IIII. successit.

*) *Hoc loco codex 5 haec praebet:*

De bello Eveshamye[9]. Anno gratie 1265. . . . Pridie igitur Nonas Augusti in campo Aug. 4.
extra Evesham comes Leycestrie et sui complices sunt occisi; et rex Anglie remediabiliter vulneratus per filium subtrahitur a prelio et sanatur.

Regnante siquidem gloriosissimo principe et illustri Henrico tercio, Dei gratia rege Anglie, regnum eius diutius siluit et quievit, fines eius pacem princeps pacis Dominus posuit et frumenti cf. Ps. 147, 14.
adipe satiavit. Sed introductis in regnum Gallicis, Pictavensibus[10] et Sabaudis[11], quos dicti regis consanguinitas, affinitas et liberalitas avexerunt[t], ipsisque, prout regiam magnificentiam decuit, sine iuris alieni preiudicio sublimatis, quia omnis potestas consortis existit inpatiens, inter ipsos cf. Lucan. I, 93.
consanguineos, affines et incolas orta est[12] contencionis materia, quis eorum videretur esse potencior, et quis maior. . . . In diebus illis provisionum apostolicarum in ecclesiasticis beneficiis Anglie multitudo succrevit et pro commercio regni Apulie[13] exactionis debiti tam mercatorum quam Romane ecclesie iugum grave. . . .

Sed dominis rege Alemannie et Petro de Sabaudia et quibusdam solempnibus nuntiis illustris 1260.
regis Francie mediantibus, dicto filio regis ad gratiam dicti regis admisso[14], expulsus est dictus

a) collecta 1. *Park.* b) Dau 1. c) collata 4. d) ingredi *Park.; deest* 4. e) stum. *(sic) bis scr.* 1. f) *sic* 1. g) Sabieñ 2. 4; Sabin. *Park.* h) resist. *Park.* i) *deest Park.* k) Walerandus *Park.* l) Bristollie *Park.* m) Walingeford 2. 4; Wallingford *Park.* n) Eadw. *Park.* o) obsides *Park.* p) nam — repulerunt *des.* 4. q) Guido 2; Gwido 4. r) qui — destinatus *des.* 4. s) *sic* 2; U. p. cum iam prius obierat *in loco raso m. post.* 1; P. U. quartus obiit *Park.* t) *sic (pro* advex.) *sive* anex. 5, *sed in marg. manu s. XV:* evex. *et sic Park.*

1) Guidonem; cf. Potthast, Reg. nr. 18718. 2) Bononiensis. 3) Philippo de Sabaudia. 4) Alfonsi X. sororem Alienoram. 5) A. 1264, Oct. 2. 6) A. 1264. fere medio, ut videtur; cf. Ficker nr. 5433 c. 7) Alius fortasse auctor hanc sententiam inseruit, utpote qui annum a paschate inceperit. Quae sequuntur Westmonasterii scripta videntur. 8) Febr. 5. electus. 9) Incipit 'epistola' (v. p. sq., l. 39) alius, ut mihi videtur, auctoris qui cum rege stetit, ab origine belli civilis iterum exorsa. 10) Fere a. 1232. et iterum ab a. 1242. 11) Fere ab a. 1236. 12) A. 1252; cf. Math. Par., supra p. 331. 13) Inde ab a. 1254. 14) V. supra p. 479.

1264. Qui nuper in minori officio constitutus, Guydo cardinalis Sabinensis vocatus, a papa Urbano in Angliam destinatus[1], ut ibidem legacionis officio fungeretur, iuxta mare in villa que nuncupatur Bolonia traxit moram, eo quod terram ingredi non poterat Anglicanam propter manifestam contradiccionem baronum et episcoporum responsionem[a] sophisticam, sentenciam[b] excommunicacionis protulit in rebelles et ad curiam Romanam, unde venerat, est

---

1259. comes Glocestrie a capitaneorum numero. . . . Cum . . . per adventum regis Alemannie et
1260. Petri de Sabaudia predictorum dictus rex Anglie contra sibi rebelles inciperet prevalere, dictus
1261. comes Leycestrie de sue presumptionis negocio desperatus, ad partes se transtulit Gallicanas[2].
Et interim revocatis in Anglia Burgundionibus, Gallicis et Campanis, quos Provisiones Oxonie[3]
exules reddiderunt, dictus regis primogenitus ipsos pre suis familiaribus Anglicis honoravit;
illis castrorum suorum custodiam, illis maiorum domus sue ministeria delegavit. Quam ob rem
1262. quidam strenui milites . . . dictum comitem Leycestrie ad partes Anglicanas revocarunt. Qui
1263. statim . . . dominum Herefordensem episcopum[4], quem ecclesiarum et monasteriorum Anglie pro regno Apulie obligatio et subditorum suorum oppressio reddiderunt omnibus Anglicis odiosum, ab eclesia[c] extrahi fecit et carcerali custodie mancipari, ipso et ceteris omnibus tam indigenis quam alienigenis dicti regis familiaribus et amicis per diversos eius excercitus[c] bonis omnibus spoliatis. . . . . . .

Videntes[5] autem dominus rex Alemannie et regis Anglie primogenitus et ceteri regis Anglie consiliarii et amici, per oppressiones, rapinas et depredaciones huiusmodi[d] factas prelatis et subditis, clericis et laicis indistincte, confusionem ipsius regis et regni pariter imminere, procurarunt dictum regem Anglie a parlamento Westmonasterii usque ad Winlesore clanculo se transferre, receptis in eius gratiam domino Henrico, filio regis Alemannie, Iohanne comite de Warrennia. . . . . . .

1264. Prelioque[6] commisso, captisque dicto rege Alemannie, Iohanne Comyn, Philippo Basset, qui pre commilitonibus suis strenue dimicavit, et omnibus aliis maioribus ex parte regis Anglie memorati, factaque multorum strage, quos pars utraque duxerat ad conflictum, reversus est dictus rex Anglie ad prioratum Lewensem. . . . Omnes et singulos dicti comitis Leycestrie calliditas circumvenit: per quosdam enim fratres Minores dicto regi Anglie et eius filio nunciavit, quod pacem et benivolenciam dicti regis et suorum affectans, ne plus humani sanguinis funderetur, causam suam supponerent libenter arbitrio quorumcunque, quos idem rex duxerit eligendos. Et si dicti rex et eius filius oblivionis huiusmodi[d] moderamine non contenti vellent congredi cum eisdem, ipsi dictos regem Alemannie, Iohannem Comyn, Philippum Basset et ceteros captos in prelio trucidarent, capitibus eorum levatis in lanceis pro vexillis. Quam ob rem rex et eius excercitus moti visceribus pietatis, a suo proposito destiterunt. . . . Sicque rex suis hostibus se committens, et dicti hostes cum eo primo[e] Cantuariam et, dictis obsidibus missis ad castrum Doverie, demum Londoniam pervenerunt, dictis rege Alemannie et ceteris captis in prelio in diversis castris carcerali custodie mancipatis. . . .[7] . . .

1265. Hec de Provisionibus, immo de prodicionibus, Oxoniensibus, Lewensibus et Londoniensibus
dicta sufficiant, . . . ne epistole prolixitas aures offenderet audientium. Set illud pre ceteris
oportet inserere, super quo regia celsitudo miratur, quod quidam[f, 8], quorum conversacio in
celis esse describitur, . . . in Petri successore Clemente[9] Christum Deum, suum principem, sunt
hactenus persecuti, . . . non attendentes, ut decet, quantis privilegiis et honoribus ipsos Romana
decoravit ecclesia, quam parvulam sui ordinis plantulam de valle Spoletana[10] translatam idem
rex ad perfectam et spaciosam vineam in tot castris et urbibus dilatatam fovit, coluit et rigavit.
cf. Sap. 4, 3. Utinam, precisis vitulaminibus spuriis, recipiant palmites incrementum et cultori suo[11] reddant
cf. Es. 5, 2. uvas de cetero, non labruscas! . . . . . .
1266. Hiis temporibus Guydo et Symon, filii comitis quondam Leycestrie, a carcere et custodia
evadentes, partes Gallie petierunt; . . . in vanitatibus et miseriis dies eorum, sicut patebit[12], defecerunt.

In hoc anno, quinquagesimo regni regis, qui merito dici poterit iubeleus[c], quidam eleganti stilo predictorum bellorum causas perstringens, dicebat: . . . *O Anglia, olim gloriosa!* . . . *Saphirum, carbunculum et smaragdum de paradisi derivata fluminibus tibi Pisani, Ianuenses et Veneti transtulerunt. Tibi in bysso*[g] *et purpura Asya,* . . . *in argento Germania servierunt. Tibi de tua materia vestes tua textrix Flandria texuit.* . . . *Heu, cur iam tanta gloria denudaris?* . . .[13]

a) *deest Park.* b) sententiamque *Park.* c) *sic* 5. d) hi⁹ 5. e) post 5, *sed in marg. scriptum erat verbum iam erasum.* f) quidem 5. g) abysso 5.

1) Bulla d. a. 1263, Nov. 22; sed adhuc a. 1264, Ian. 30. apud Urbem-veterem moratur; Potthast, Reg. p. 1541. 2) A. 1261, m. Aug. ex. 3) A. 1258. 4) V. supra p. 353. 479. 5) Fere a. 1263 ex. 6) Lewensi, Mai. 14. 7) Sequitur proelium Eveshamense a. 1265, Aug. 4. 8) Fratres Minores, Simonis de Monte-forti amicos, dicit auctor. 9) Clemens IV. favit regi contra barones. 10) Assisio. 11) Henrico III. 12) Infra a. 1271. 13) Finis 'epistolae'.

reversus. Factus igitur[a] pater patrum, petente rege Henrico[b], destinavit[1] in Angliam per 1265.
consilium cardinalium Ottobonum[2] Sancti Adriani diaconum cardinalem. . . . . .
Anno gratie[c] 1266. . . . Karolus[d], frater regis Francie[e], comes Andagavie[f] et Pro- 1266.
vincie, fretus auxilio patris patrum, Menfredum, filium imperatoris Frederici, devicit[3] et
regna Apulie et Cicilie subiecit ecclesie[g], in[h] regem Cicilie postmodum[4] coronatus.
Anno gratie 1267. . . . Legatus[i] siquidem tanquam bonus pastor a bono pastore 1267.
directus, veniens ad ecclesiam sancti Pauli Londonie, crucis negocium exposuit coram multis.
Quidam ergo corde compuncti, crucem protinus receperunt, inter quos fuerant Thealdus[k]
archidiaconus Leodicensis, papa[5] futurus, qui in Anglia[l] venerat cum legato, cui valedicens
iter versus Terram Sanctam arripuit, et nobilis vir Thomas de Clare. . . . . . .
Corradus, nepos Frederici imperatoris, de Theutonia venit in Appuliam[m] cum Henrico, 1268.
fratre regis Hyspanie[n], tunc senatore Urbis, et exercitu Romanorum. Quibus occurrit rex
Appulie[m] et Cicilie Karolus cum auxilio pape Clementis iuxta Neapolim et eosdem devicit.
Carolus postmodum per totam Romaniam et Tusciam optinuit principatum, qui Gwidonem[o]
de Monte-forti vicarium suum fecit. Hic Gwido[o] de consilio comitis Aldebrandini dicti
Rubei, cuius filiam[6] duxerat in uxorem, Romanis et Thuscanis[p] multas iniurias irrogavit. . .
Hiis temporibus Greci fidem ecclesie Romane tempore Clementis pape timore Caroli[q]
receperunt, a qua manifeste postmodum[7] recesserunt.
Anno gratie 1268. . . . Clemens[r] obiit[s] papa quartus*.
Anno gratie 1269. . . . Edwardus[t, 8] . . . civitatem Tunis[u] cum suis voluit expugnare. 1270.
Rex Karolus prohibuit eum, dicens, quod parati fuerant Saraceni satisfacere de[v] tributo[9],
quod sibi debebatur per 17 annos a tempore Frederici. . . . Carolus rex Cicilie Philippo,
cognato[w] suo, regi[x] Francie affuturo[y], usque civitatem Viterbiensium fecit conductum nec- 1271.
non et Henrico[z], primogenito regis Alemannie, quem predicti principes receperant com-
mendatum. Hunc[a] astantem missarum solempniis in ecclesia sancti Silvestri civitatis pre-
dicte Symon[b] et Guydo, duo filii Symonis[c], quondam comitis Leycestrie, gladiis[d] pereme-
runt[10]. Viterbienses in memoriam interfecti modum interfectionis in pariete depinxerunt,
quam picturam quidam versificator intuens, sic dicebat:

[e]Regis Teutonici Ricardi clara propago
Sternitur Henricus, velut[f] hec designat ymago,
Dum redit a Trapoli[g, 11], regum fultus comitiva;
In crucis obsequio patitur sub gente nociva.
Irruit in templum post missam stirps Guenelonis[12],
Perfodit gladius hunc Symonis atque Guydonis.
Disposuit Deus, ut per eos vir[h] tantus obiret,
Ne, revocatis hiis, gens Anglica[13] tota periret.
Anno milleno Domini cum septuageno[14]

*) circa festum sancti Andree[15] *add. Park. non ex codd.* 1—8. Nov. 30.

a) est 5. b) et *add. Park.* c) Domini 2. d) Karolus — coronatus *des.* 4. e) Lodowyci *add.* 5. f) Andeg. 5. g) Romane *add.* 5. h) postm. in r. Cic. cor. 5. i) Legatus — recesserunt *des.* 4. k) Theardus 2. l) Angliam *Park.* m) Apul. 5. n) Hisp. 5. o) Guyd. 5. p) Tusc. 5. q) Kar. 5. r) Ob. Cl. 5. s) p. q. o. 2. 4. t) Edw. — Frederici *des.* 4. u) *sic m. post. corr. ex* Tuni 1; Tuni 5; Tunicis 2; Thunetis *Park.* v) pro 5. w) n e p o t i 5. x) *ita* 5; rege 1. 2. 4. y) futuro *Park.* z) Henricum 5. a) Henricum *add.* 4. b) Sim. 5. c) de Monte-forti *add. Park.* d) *deest Park.* e) Nota versus de morte Henrici, filii Ricardi regis Alemannie *rubr. add. in marg.* 4. f) velit 5. g) *sic* 6. 7. 8; Tpoli 1. 2. 5; trop. 4; Tripoli *Mathei Par. Cont. II. Alban. ap. Riley, 'Rishanger' p.* 67. *Park.* h) *ita* 1. 5. 7. 8; *deest* 2. 4.

1) Mai. 4; Potthast, Reg. nr. 19123. 2) A. 1276. Hadrianum V. papam. 3) Beneventi, Febr. 26. 4) Iam Ian. 6. 5) Gregorius X. a. 1272—1276. Haec igitur non ante a. 1272. scripta sunt. 6) Margaretam; cf. SS. XXVII, p. 512. 7) Demum a. 1281. Martinus IV. Graecos tamquam schismaticos excommunicavit. 8) Postea I. rex, Francogallos adiuturus. 9) Quod acceptum in Siciliam translaturus naufragio perdidit. 10) Cf. Röhricht, 'Archives de l'orient latin' I, p. 621. Iohannes episcopus et universitas Paduae Apr. 17. a. 1271. testimonium dederunt, *cum Henricus per manus Simonis et Guidonis de Monte-forti fuerit interfectus, Amalricum de Monte-forti, pape capellanum, thesaurarium Eboracensem, germanum eorumdem, a triennio in studio Paduano conversatum, febri occupatum* fuisse; ed. Bémont, 'Simon de Montfort' p. 365. 11) Cum cruce signati non usque ad Tripolim venerint, fortasse *Trapano* emendandum est, ubi reges Tunicio reduces hiemaverant. 12) Id est proditoris; cf. supra p. 50. 13) Potius in Anglia quam Viterbii malos hos versus compositos esse coniecerim. 14) A. 1271, Mart. 13. 15) Nov. 29.

1271. Atque ducenteno Carolo[a] sub rege sereno
Urbe Viterbina fit in eius carne ruina.
Celi regina, precor, ut sit ei medicina!

Ossa[b] istius in monasterio de Hayles, quod pater ipsius a fundamentis in Anglia construi fecerat, sunt sepulta[1], cor vero ipsius in cuppa deaurata iuxta feretrum sancti Edwardi in ecclesia Westmonasterii honorifice collocatur[2]. Unus de interfectoribus suis Symon, filius[c] Simonis[d] de Monte-forti, in castro quodam iuxta civitatem Senensem obiit in[e] hoc anno[3],
cf. Gen. 4, 12. qui nuper tanquam Chaim[f] maledictus a Domino vagus fuit et profugus super terram. . . . . .

1272. Anno gratie 1271. . . . Ricardus rex Alemannie, frater regis Anglie, diem clausit extremum[*][4], sepultusque est in monasterio de Hailes, cuius patronus extitit et fundator.

Anno gratie 1272. . . . Post mortem pape Clementis per duos annos et decem menses[5]
1271. sedes apostolica vacans fuit. Igitur cardinales convenientes in unum, dominum Thealdum archidiaconum Leodicencem[g], qui commorabatur in transmarinis partibus cum Aedwardo, communiter elegerunt. Qui de sua electione auditis rumoribus, ad curiam properavit et
1272. summum sacerdotium est adeptus. De isto dicti fuerant isti versus:

*Papatus munus tenet archidiaconus unus,*
*Quem patrem patrum fecit discordia fratrum.*

Hic in creationis sue primordio mandavit[6] literas generales per singulas nationes de concilio congregando[h] Kal. Maii sub anno gratie 1274[i]. Unde dictum fuit[k] de illo:

*Gregorius denus colliget omne genus.*

Hiis diebus cum Edwardus in civitate Acon diucius expectasset, . . .[l] mare transiit, applicans in regno Cicilie; cui[m] cum honore rex Karolus obviavit, ipsum conducens usque Urbem-
1273. veterem, in qua Romana curia residebat. Pape Gregorio, modo[n] domino, nuper familiari suo[7], exposuit Edwardus pericula Terre Sancte. Peciit postea, quod sentencialiter condempnaret Aldebrandinum comitem dictum le Rus[o] et Guydonem de Monte-forti, qui Henricum[p], primogenitum regis Alemannie, cognatum suum, in Viterbio funestis gladiis peremerunt[q]. Papa protinus[r] hos mandavit[8]. Comes Rubeus se purgavit. Dominus papa Guydonem de Monte-forti[9] tam pro contumacia quam offensa anathemate perpetuo condempnavit[s], sacrilegii, homicidii, sicarii et[t] lese maiestatis reum pronunciavit sentencialiter et infamem, ita ut neque condere testamentum neque testimonium ferre neque preses, consul vel potestas esse poterit civitatis; hunc etiam ab omnibus officiis, dignitatibus seu etiam administracionibus civilibus aut publicis sequestratum et exheredatum usque in quartam generationem decrevit. Quod decretum iussit ab omnibus inviolabiliter observari, quousque idem Guido[u] ad curiam Romanam advenisset et se voluntati pape in omnibus submisisset. Preterea omnes illos, qui eum receptaverunt scienter, excommunicationis vinculo innodavit et terras eorum supposuit interdicto, mulieribus dumtaxat exceptis, penitenciis decedentium et baptismate parvulorum. Hiis rite peractis, Edwardus recessit[v] a curia; cui communitates[w] civitatum Tuscie et Ytalie cum magno tripudio tubis ductilibus obviarunt, communiter proclamantes: 'Vivat imperator Eadwardus!' Mediolanenses ei munera optulerunt equos electos coopertos sclavoniis[10] de scarleto, quos, illis cogentibus, invitus recepit. Recedens ab Italia[x] venit in Burgundiam, ubi quendam nobilem et[y] potentem, qui rapinis et spoliis intendebat, cum fortissimo castro suo comiti Sabaudie[11] reddidit vel invitum. Prius namque terrenum

*) mense Februario[12] *add. Park. non e codd.* 1—8.

a) Kar. 5. b) vero *add.* 4. c) f. S. *des.* 2. 4. d) Sym. 5. e) *deest Park.* f) Caym 5. g) *sic* 1. h) congregandi 2. 4. i) *ita corr. ex* 1264. 1; 1273. 2. 4; 1272. 5. k) *deest* 2. 4. l) *f.* 179. *ineunte iterum inc. manus saec. XIV ex., quae usque ad a.* 1307. *pergit. Prior manus amplius non apparet* 4. m) Qui 5. n) *deest* 5. o) Rous 4; Ros *Park.* p) H. 1. q) perim. 4. r) pronius 4; propter *add. Park.* s) et *add. Park.* t) ac 4. u) G. 1. v) cecessit 5, *m. rec. corr.* sec. *et sic Park.* w) comitates 1; coitates 5. x) Yt. 5. y) *sic* 1. 5. 7. 8; et p. *des.* 4. 6.

1) Cf. Ficker, Reg. nr. 5475 a. b. 2) Cf. Dante, 'Div. Comm. Inf.' XII, 118: Inter sanguinarios
*Mostrocci un' ombra dall' un canto sola,*
*Dicendo: 'Colui fesse in grembo a Dio*
*Lo cor che in sul Tamigi ancor si cola'.*
3) *In partibus Francie* Ann. Dunstapl. a. 1273; cf. Pauli, 'Simon von Montfort' p. 210. 4) A. 1272, Apr. 2. 5) A. 1268, Nov. 29 — 1271, Sept. 1. 6) Potthast nr. 20525 sqq. 7) Cf. ib. nr. 20663 sq. 8) Ib. nr. 20682. 9) Ib. nr. 20712; cf. Pauli, 'Gesch. von Engl.' IV, p. 6; Halliwell, Will. Rishang. p. XXXVII. 10) Tegumentum longius militum peregrinorum; v. Du Cange s. v. *sclavina.* 11) Philippo. 12) Error sicut Ann. Dunstapl., SS. XXVII, p. 512; cf. Ficker nr. 5483 a.

dominum non habebat, et[a] ideo [transeuntes[b]] liberius spoliabat, quia non erat qui excessus 1273.
corrigeret delinquentis[c]. . . . . . . Hiis diebus quidam clericus nomine Reymundus, Vasconi-
cus natione, a summo pontifice in Angliam fuit missus. . . . . . . .

Anno gratie 1274, Kal. Maii sub Gregorio[d] papa decimo apud Lugdunum fuit concilium 1274. Mai. 1.
maximum celebratum, quod a Kalendis predictis usque ad 16. Kalendas Augusti duravit[e,1]. . . . Iul. 17.

Edwardus . . . veniens ergo in partibus Bononie[f] super mare, pepigit[2] cum comitissa
Flandrie, que Anglicis[g] fecerat multa mala pro[h] peccunia, quam sibi regina Anglie debuerat,
mater sua. Sic rite cunctis peractis in partibus transmarinis, mare transiens, 8 videlicet[i]
Kal.[3] Augusti anno Domini supradicto, Angliam[k] est ingressus. . . .[l] . . .

Anno gratie 1275. . . . Undecimo Kal.[4] Ianuarii obiit Gregorius papa[m] decimus[n] apud 1276.
Arescium Tuscie civitatem. Post cuius transitum Petrus de Tarentesia de ordine fratrum
Predicatorum, quondam[o,5] Lugdunensis electus, cardinalis postea Ostiensis[p], in summum
pontificem est electus et appellatus est Innocentius papa[o] V. . . . . . . .

Anno gratie 1276. . . . Die sancti Albani in Urbe apud Lateranum obiit Innocentius Iun. 22.
papa[q] quintus. Cui successit in crastino translationis beati[r] Benedicti[6] Adrianus papa[o] Iul. 12.
quintus, qui quondam[7] in Anglia legationis officio fungebatur, vocatusque fuerat Octobonus
Sancti Adriani diaconus cardinalis. Iste 18. Kal.[8] Augusti diem clausit extremum. Cui suc- Aug. 18.
cessit Iohannes* XXI[s], qui similiter obiit in hoc anno[9]. Cui successit Nicholaus tercius 1277.
6. Kal. Decembris. . . . . . . Nov. 26.

Anno gratie 1278. . . . Archiepiscopus Cantuariensis Robertus per Nicholaum papam[t] 1278.
III. ab archiepiscopatus onere absolutus, vocabatur ad cardinalatus honorem[10]. . . . . .

Mense Augusti[u] rex Alemannie Radulphus in bello campestri regem Boemie[11], suum
adversarium capitalem, cum multis milibus hominum interfecit, regnum predictum sue
subiciens dicioni. . . . . . .

Anno gratie 1280. . . . 11. Kalendas Septembris obiit Nicholaus[v] papa tercius. Cui 1280. Aug. 22.
successit Martinus papa[o] IIII. 8. Kalendas Marcii[w]. . . . . . . . 1281. Febr. 22.

Anno gratie 1282. . . . Rex Apulie, Calabrie et Sicilie Carolus[x] die ascensionis[12] Domini 1282.
regnum Sicilie pro maiori parte amisit, de suis ex insperato multis milibus interfectis. Rex
Aragonum[13] regna[y] predicta pro suis heredibus iure hereditario vendicavit, eo quod filiam
Memfredi[z,14], predictis regnis per Romanam ecclesiam spoliati, duxerat in uxorem. Non ob-
stantibus igitur inibicionibus apostolicis[15], condixerunt prefati reges[16], quod[a] pro iure utro-
rumque ducenti milites dimicarent in planicie quadam[b] iuxta Burdegalim, diem partibus
assignantes. Quo die adveniente[17], evanuit condictum principum predictorum, quia rex 1283.
Carolus cum centum milibus occurrit regi Aragonum cum centum[c] militibus venienti. . . . . . .

Anno gratie 1284. . . . In[d] Alemannia apparuit Fredericus[18], quondam imperator 1284.
Romanus, secundum opiniones diversas sophisticus sive[e] verus. Antea namque secundum
quosdam per 32 annos mortuus dicebatur, secundum vero relationem aliorum[f] per tempus

*) Iohannes — anno *des.* 2, *ubi tamen haec in marg. s. XIV. inserta sunt:* Iohannes XXI, nacione 1276. Hyspanus, sedit mensibus 8, die uno. Et cessavit papatus post mortem eius mensibus 6, diebus 21. Cui successit

a) *deest* 5. b) *sic* 4—8; *deest* 1. c) delinquentium *Park.* d) p. G. *Park.* e) *quae in ed. Parker de Thoma Aquinate sequuntur e Nic. Triveto hausta codd.* 1—7 *desunt.* f) Bolonie 2. 5. g) Anglis *Park.* h) per [propter *Park*]. pecuniam 5. *Park.* i) *deest* 4. k) A. est ingr. *des.* 2, *ubi pagina* 127 *vacua relicta est.* l) *incipit* 3. m) d. p. *Park.* n) denus 4. 5. o) *deest Park.* p) Host. 5. q) q. p. *Park.* r) *in marg. al. m.* 1; *et sic* 2; sancti 5. s) qui prius vocatus fuerat Petrus de Hispania *add. Park. ex Nic. Triv.* t) III. p. *Park.* u) Augusto *Park.* v) p. N. *Park.* w) Maii 4; Simon antea dictus *add. ex Nic. Triv. Park.* x) Kar. 5. — assenc. 1. y) p. r. 5. z) de *add. Park.* a) *al. m. in marg.* 1. b) *deest* 5. c) tantum *add. Park.* d) In Alem. — anno *des.* 4. e) ut alii sentiunt *add. Park.* f) ipsius 5.

1) Sequuntur quaedam de Terra Sancta et litterae de Graecis ad fidem Romanam conversis. 2) Rymer, Foed. I, p. 513; cf. Varenbergh, 'Flandre et l'Anglet.' p. 139. 3) Potius 2. *die Aug.* Ann. Winton. et Waverl.; 4. *Non. Aug.* Walt. Hemingb.; *in crastino S. Petri ad vincula* T. Wykes et Ioh. Taxter. 4) *Die* corrigendum; potius a. 1276, Ian. 10. 5) A. 1272. 6) Potius Iul. 11. 7) A. 1265 sqq. 8) *Die* corrigendum est. 9) Potius a. 1277, Mai. 20. 10) Creatus est episcopus Portuensis. 11) Ottocarum, Aug. 26. 12) *Resurrectionis* corrigendum. Caedes quae Vespera Sicula vocatur die Lunae, Mart. 30. facta est. 13) Petrus. 14) Constantiam. 15) Cf. Potthast nr. 22005 sq. 16) V. litteras provocatorias ap. Rymer I, p. 620 sq. et Edwardi I, p. 626. 17) A. 1283, Iun. 1. 18) Haec et eadem narratio in Cont. Angl. Martini Opp., SS. XXIV, p. 252, ex eisdem litteris proveniunt. De litteris Pseudo-Friderici cf. 'Neues Archiv' IV, p. 23.

1284. predictum mundo incognitus latuit in habitu peregrino, nunc se imperatorem fuisse ostendens[a] argumento visibili et indiciis manifestis, imperialem vendicans dignitatem. Fredericus itaque dum imperio fungeretur et ecclesie adversaretur Romane, per ipsam privabatur imperiali nomine et honore, per universam[b] ecclesiam excommunicationis vinculo innodatus
1245. per Innocentium[c] papam quartum in concilio Lugdunensi. Post cuius deiectionem in regno Alemannie per electionem regnabant tres comites successive, videlicet[d] Willelmus Hoilandie[e], Ricardus Cornubie et Radulphus, qui in ista aparicione[e*] Frederici possessioni regni Alemannie incumbebat, vocationem suam ad diadema imperii expectando. [Inopinatum[f] fantasma apparens in Alemannia[g], Fredericus, qui[h] se dicebat[i] imperatorem fuisse, igne
1284. combustus periit[k] hoc anno]*. . . . . .

1285. Mart. 29. Anno gratie 1285. . . . Obiit etiam Martinus[l] papa IIII. 4.[1] Kal. Aprilis; cui post triduum[2] successit Honorius papa IIII.[m] . . . . . .

1287. Apr. 4. Anno gratie 1287, pridie Non. Aprilis[3] in urbe Roma obiit Honorius papa[n] quartus. . . .[4] . . .

*Frater Ieronimus Minor est mundi modo primus*[5].

1288. Febr. Anno gratie 1288, 15. die mensis Februarii frater Ieronimus de ordine fratrum Minorum, sed presbyter cardinalis[6], in summum pontificem consecratur et Nicholaus papa[n] quartus vocatur. Hic peritus in Greca lingua pariter fuerat et Latina.

In confinio Colonie Agrippine Iohannes dux Braybancie, cuius filius Iohannes[o] Margaretam, filiam regis Anglie, duxit postmodum[7] in uxorem, de comite Gerlie[8], viro utique nobili et potente[p] et dicti ducis adversario capitali, fortiter triumphavit. In quo conflictu archiepiscopus Colonie[9] fuit captus et armatus carcerali custodie mancipatus. Multi[q] insuper famosi milites Teutonici perierunt cum gladiis et fustibus artificialiter preacutis. . . . . . .

*) *Hic quaedam annectere libuit ex Annalibus Berlingensibus*[10] *s. XIII ex., qui a.* 1282. *desinunt*[11].

1252. Anno regis Henrici quarti[12] 36. orta est dissensio et mota guerra inter dominum papam[13] et Fredericum imperatorem, quia dominus imperator consuetudines et libertates, quas antiquitus Romana ecclesia pacifice possederat, conabatur adnichilare.

1253. Anno regis Henrici quarti 37. Fredericus imperator a Deo visitatus, corde compuncto accessit ad dominum papam[14], veniam postulans de commissis et emendationem promittens, penitentiam sibi iniungi exorans. Papa vero considerans contritionem cordis illius parvam, ut sibi videbatur, ei iniunxit penitentiam. Imperator vero penitentiam pro minimo reputans ait: 'Domine, si placet, confirma penitentiam, quam animo concepi!' Et ait papa: 'Que est illa?' 'Domine, sustinebo degens in heremo per 30 annos, sed oro, ut potestas mea sit reddita, peracta penitentia'. Qui concessit per litteras suas bullatas. . . . . . .

1257. Anno regis Henrici quarti 41. Ricardus comes Cornubie, frater eiusdem regis Henrici quarti, fuit coronatus in regem Alemannie. . . . . . .

1264. Anno regis Henrici quarti 48. . . . Item commissum est bellum grave inter regem Henricum, Edwardum, filium eius, Ricardum comitem Cornubie . . . et quosdam alios magnates de
Mai. 14. baronibus ex altera parte, die videlicet Mercurii proximo ante festum sancti Dunstani apud Lewes, in quo maxima multitudo ex utraque parte occiditur; et capti sunt in bello predicto rex Henricus et Edwardus, filius eius, comes Cornubie, qui dicebatur rex Alemannie, et multi alii. . . .

1265. Anno regis Henrici quarti 50. Octobonus cardinalis et legatus venit in Angliam. . . . . . .

1272. Anno regis Henrici quarti 55. obiit Ricardus rex Alemannie, comes Cornubie. . . . . . .

1274. Anno primo regis Edwardi. . . . Celebratum est concilium a domino papa Gregorio decimo apud Lugdunum Gallie. . . . . . .

a) ostendit *Park.* b) universalem 5. c) p. I. *Park.* d) scilicet 5. e) Hoyl. 5. e*) *sic* 1. f) illud *add. Park;* Inopinatum — anno, *forte postea addita, des.* 2, *qui hoc anno desinit,* 3. 7. 8. g) *sic* 5; altum 1. h) qui — fuisse *des.* 5. i) *bis scr.* 1. k) obiit 5. l) p. M. *Park.* m) cui pedum ac manuum fere officium abstulerat aretia[15] egritudo, unde sedendo in sella ad hoc artificiose facta missarum solennia celebravit *e Nic. Triv. add. Park.* — *Hoc anno desinit* 3. n) *deest Park.* o) d u x f u t u r u s *add.* 6. p) potenti *Park.* q) Ins. m. *Park.*

1) Potius 5. 2) Apr. 2. 3) Potius Apr. 3. 4) De rege Hungariae apostata eisdem verbis quibus Ann. Waverlei., SS. XXVII, p. 463. narratur. 5) Eundem versum v. ib. p. 464. 6) S. Pudentianae, a. 1281. episcopus Praenestinus, a. 1288, Febr. 22. papa consecratus. 7) V. a. 1290. 8) Gelriae, Reinaldo; prope Worringen, Iun. 5. 9) Sigfridus. 10) Barlings abbatia Praemonstratensis in Lincolniensi comitatu. 11) Cum prior pars ex auctoribus notis (postremo ex Annalibus Waverleiensibus) hausta sit, demum inde ab a. 1252. eos edidit Stubbs, 'Chron. of Edward I.' II, p. CXIII. e codice Coll. Magdal. Oxon. nr. 199, saec. XIII ex.. Alter codex Bodleianus Rawlinson. B 414. ab Hearnio transscriptus est e codice West iam combusto; ib. p. XXXVIII. 12) Henrici II. filius hic Henricus III. numeratus est. 13) Ordo temporum tam longe a vero discordat, ut nesciam, utrum Gregorius IX. an Innocentius IV. dicatur. 14) Hic Innocentius IV. dici videtur. Fabula quae sequitur forte ex eo provenire potuit, quod Fridericus II. se in Syria ecclesiae serviturum esse promiserat; cf. supra p. 274. 15) Arthritica, articularis morbus.

Inclita stirps regis sponsis[a] datur ordine legis. 1290.

Anno gratie 1290, mensibus[b] Maii[1] et Iulii[2] comes Glovernie Gilbertus Iohannam de Acon et Iohannes, filius ducis Braybancie, Margaretam, virgines[c] generosas[d], filias regis Anglie Edwardi illustris, in conventuali ecclesia Westmonasterii duxerunt[e] solempniter in uxores. . . . . .[f]

Anno gratie 1291. . . . [Die[g.3] Martis proxima post festum ascensionis Domini Flo- 1291. Iun. 5. rentius comes Hoylandie[h], Robertus de Brus, . . . singulariter ius hereditarium omnes in regno Scocie petentes[i] et clamantes, iurisdictioni, ordinationi et sententie domini Eadwardi illustris regis Anglie, tamquam summi domini prefati regni Scotie, unanimi consensu voluntarie[k] et[l] concorditer se submiserunt sub hac[m] forma: *Edwardus*[n] . . . *conventui de*[o] *Mertone** *salutem. Mittimus vobis . . . transcripta . . .: 'A touz*[p] *iceulx qui ceste presente*[q] *lettre verunt*[r] *ou orrunt Florence*[s] *counte de Hoilaund*[t] — — *Norham*[u] *le Mardi*[v] *prochein apres la*[u] *ascension l'an de*[w] *grace* 1291[x]. *A touz iceulx*[y] *que*[z] *ceste presente*[a] *lettre verrunt*[b] *ou orrunt*[c] *Florence*[d] *counte de Holland*[e] — — *Norham le Mecredie*[f] *prochein*[g] *apres l'*[h] *ascension l'*[i] *an* Iun. 6. *de grace* 1291[k]. *Eadem*[l] *faciatis in cronicis vestris ad perpetuam rei geste memoriam annotari.* . . : 9. *die Iulii anno regni nostri* 19]. Iul. 9.

Anno gratie 1292, tercio[m] Nonas Aprilis[4] Rome Nicholaus[n] obiit papa quartus, [cum[o] 1292. Apr. 3. sedisset] annis quatuor, mense uno[p], diebus 18; post[q] cuius obitum quidam versificator pro epitaphio sic dicebat[r]:

*Gloria, laus, speculum fratrum, Nicholae, Minorum,*
*Te vivente*[s] *vigent, te moriente cadunt.*

Cuius tempore fratres de ordine Minorum, papam pro sole habentes, lunam archiepiscopum Cantuariensem[5] nominantes, . . . monachos et professores patris beatissimi[t] Benedicti . . . infestabant, ibi ut adimpleretur prophetia[6] sancte virginis Hildegardis, que[7] in tempore beati Bernardi floruit Spiritu sancto plena; quo docente, exposuit et condidit multos libros, scilicet librum Scivias[u.8] Librumque vite meritorum ac Librum divinorum operum[9], omelias etiam et[v] Ignotam linguam[10] cum suis literis Celestemque armoniam[11] cum aliis scriptis non paucis atque Librum[w.12] simplicis medicine secundum[x] creationem, octo libros[13] continentem, Librumque composite medicine[14] de egritudinum causis, signis atque curis; qui omnes[15] recepti sunt et[y] canonizati[z] a papa Eugenio in concilio Treverensi[16], presentibus

*) *conv. ecclesie Roffensis* 4.

a) sponsus 5. b) mense Maio c. G. G. I. de A. et nono die Iulii (n. die I. *des.* 1—8) I. *Park.* c) virginem illustrem, filiam *Park.* d) illustres 5. e) duxit s. in uxorem *Park.* f) Tempore quadragesimali huius anni, cum Alexander rex Scotorum uxorem suam, filiam comitis Flandrie, . . . visitare voluisset, cespitante equo, lapsus et collisus graviter expiravit. Hic de uxore secunda nullam, de prima vero prolem geminam . . . genuit . . . *e Nic. Triveto hausta add. Parker.* g) *uncis inclusa (forte postea addita) des.* 1. 7. 8, *habentur in* 4 (*ubi tamen* Die — forma *des.*). 5. 6. h) de Hoylonde 6. i) petentes — Scotie *des.* 6. k) voluntate 6. l) *deest* 6. m) verborum *add.* 6. n) Eadw. 4; Edw. — transcripta *des.* 6. o) *ita* 5. p) touz ceus ke 4; tuz qui 6. q) *deest* 4. 5. 6. r) verrount 4. s) Florens 4; Florenz 5. t) Hoylaund 4; Hoylande 6. u) Norhamtone 6. v) Mardy procheyn a. le a. 4. w) du 4. x) Omnibus qui has literas visuri aut audituri sunt Florentius Hollandie comes — — Norhami die Martis post ascensionem proximo, gratie vero anno 1291 *(praecedentium litterarum versionem) add. Parker.* y) ceus ke 4; touz iceaus 5. 6. z) ke 5. a) *deest* 4. b) verront 4. c) orront 4. d) Florens 4; Florenz 5. e) Hoylaund 4; Hoilaund 5. 6. f) Mardy 4; Mekerdi 5. g) *deest* 5. h) le 4; la 6. i) le 4. k) Omnibus qui has literas visuri aut audituri sunt Florentius Hollandie comes — — Norhami die Mercurii post ascensionem proximo, gratie vero anno 1291 *(litterarum quae praecedunt versionem) add. Parker.* l) Eadem — 19. *des.* 6. m) IIII. 5; quarto videlicet 6. n) ob. N. p. 5. 6; ob. p. N. *Park.* o) *ita* 4. 5. 6; c. s. *des.* 1; qui sedit *Park.* p) et d. 18; et cessavit papatus 5, *ubi alia m. hoc anno haec add.:* Obiit Gilbertus prior *(Mertonensis)* XIII, cui successit Nicholaus XIIII, *ceteris omissis.* q) post — exemplar *des.* 6. r) dixit *Park.* s) veniente 1. 4. 7. t) *deest Park.* u) scimas 7. v) ad *codd. Park.* w) s. m. l. 4. x) rerum 4. y) atque *Park.* z) incanonizati *Park.*

1) Apr. 30; Ioh. Taxter. 2) Iul. 8; Pauli IV, p. 48. 3) Cf. SS. XXVII, p. 464. 470. 512. 4) Potius Apr. 4. 5) Iohannem. Hic a. 1281, Iul. 18. scripsit [Iohanni] *abbati Gandavensi: Intelleximus, quod b. m. d. R[obertus], predecessor noster, postmodum episcopus Portuensis, vobiscum quendam tractatum inierat de emendo locum vestrum de Levesham. . . . Obsecramus igitur, ne laicis concedatur* (Registrum Ioh. Peckham ed. Martin I, nr. 174); eidem inscripsit *Iohannes Bononiensis, notarius* eius, Summam notarie, ed. Rockinger 'Quellen zur Bayer. Gesch.' IX, p. 593. 6) Spuria; cf. Reuss ap. Migne, Patr. Lat. CXCVII, col. 143. V. Math. Par. p. 200. 234. 7) Haec fortasse collegit auctor ex inquisitione de virtutibus s. Hildegardis a. 1233. scripta, ap. Migne col. 131. Eisdem litteris Alb. Stad., SS. XVI, p. 330, et Alber. Tr. Font., SS. XXIII, p. 834, usi sunt. 8) Ed. Migne col. 383. 9) Ed. ib. col. 739. 10) De hac cf. Grimm, 'Ztschr. f. d. Alterth.' VI, p. 334. 11) *Hymnodia coelestis* cod. Mattiacensis saec. XIII in.; ib. 12) Jessen, 'Medic. nat. Werke der h. Hildegard' in 'Wiener SB.' XLV, p. 99. hunc locum ample exposuit. 13) Ita auctor primo diviserat opus; ib. 14) Ineditum, sed de codice cf. Jessen ib. p. 105. 15) 'Falsum; necdum inchoati erant illi libri a. 1148.' Acta SS., Sept. V, c. 190. 16) A. 1148 in. scripsit Hildegardi; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 9188, sed, ut Loewenfeld annotat, synodum non celebravit.

multis episcopis tam Francorum quam Teutonicorum et sancto Bernardo Clarevallensi abbate. Hec a tempore illo quo erat quinquennis spiritum habuit prophetie et prophetare incepit[a] tempore illo quo erat 42 annorum et 7 mensium. Unde inter cetera prophetie sue opera in libro secundo[b] Speculi temporum futurorum sive Pentacronon[c, 1] virginis Hyldegardis sub anno gratie 1142. in titulo de novis religionibus sic dicebat secundo[d] capitulo, quod sic incipit: ***De iminente luce — — vi rectitudinis persistent.*** Hic terminatur secundum capitulum secundi libri Pentacronon sive Speculi temporum futurorum beate virginis Hyldegardis. Hanc epistolam inseruimus huic operi, quia multi non habent libri superius annotati copiam vel exemplar, et ut intelligant hanc legentes, quod Spiritus ubi vult spirat
Ioh. 3, 8. et que ventura sunt annunciat. Per breve spatium temporis sequentis, sole fratrum Mino-
1292. rum obscurato per mortem pape, qui erat eiusdem [ordinis[e]], ut superius est expressum, luna patiebatur eclipsim; archiepiscopus namque Cantuariensis . . . obiit[2]. . . . . . .

1293. Anno gratie 1293. . . . Quidam nobilis, comes videlicet[f] de[g] Bar[3], cuius potestas ex parte magna ab imperio dependebat, pro domini regis Anglie primogenita [filia[h]] nomine Alienora sibi in[f] matrimonio copulanda non sine nobilium militum et aliorum multitudine copiosa advenit; quem rex honorifice suscipiens, secum[i] per dies aliquot circumduxit[*]. . . . . . .

1294. Anno gratie 1294. . . . . .

*Cod.* 1.

Rex Anglie destinat[4] archiepiscopum Dublinensem[5] et episcopum Dunelmensem[6] et aliquos milites prestanciores de regno suo ad regem Alemannie, ut, qui sibi affinitate non erat annexus, virtute[k] tamen crucis numismatis federe indissolubili uniretur. Et ancillante[l], immo principante summa 100000 librarum de sterlingis, omni difficultatis obice profugato, prosperabatur opus in manibus nunciorum.

*Cod.* 5.

Animadvertens autem rex Anglie potentiam regis Francie necnon Francorum fraudem, maliciam solitam et antiquam et cogitans apud se ea que securitatis sibi sunt vel esse poterunt in futurum, mittit legationes ad comprovinciales et circumadiacentes reges et principes, ut sibi in necessitatibus suis subveniant, cum locum et tempus viderint oportunum[7]. . . . . . .

Hiis ita transactis, Eadwardus rex Anglie destinavit archiepiscopum Dublinensem et episcopum Dunelmensem et quosdam validiores de regno[m] suo ad regem Alemannie cum regiis donariis et exenniis pretiosis, ut, qui sibi prius affinitate non erat annexus, indissolubili federe suis temporibus uniretur. Quibus illuc transvectis et[f] a rege honorifice susceptis, omni difficultatis obice profugato, prosperatum est opus in manibus eorum, pro quo venerant, satis bene. Sicque[n] factum est, ut, pacto inito et firmato[8], fierent amici et correlative dilecti rex Anglie et rex Alemannie, qui prius incongniti fuerant et invisi. Nuncii vero regis Anglie, regi Alemannie valefacto, in Angliam cum[o] gaudio revertentes, ea que facta[p] fuerant domino regi Anglie nunciarunt. . . . . . .

*) et post nativitatem Domini[9] eorum nupcias fieri procuravit *add. alia m. coaeva* 1.

a) coepit in t. *Park.* b) secundi *Park.* c) pentacro non 7. d) c. s. 4. e) *deest* 1. f) *deest* 6. g) Barrensis *Park.*; Bara 5. 6. h) *ita* 5. 6; f. p. *Park.*; *deest* 1. 4. i) per d. a. secum 5. k) *ita* 1. 4. 7. 8. l) *sic etiam* 4. m) *ita* 6; regni sui 5. n) Sicque — nunciarunt *des.* 4. 7. 8. o) c. g. *des.* 6. p) gesta 6.

1) Hoc ex Hildegardis operibus a Gebenone collectum dicitur a Dahl, 'Hildegardis' p. 23; adhibitum est etiam ab Alberto Stadensi. 2) Dec. 8. 3) Henricus. 4) Iun. 20; Rymer I, p. 803. 5) Iohannem. 6) Antonium, cuius *clerico et familiari, magistro Guillelmo de Ocham* (postea Ludovici IV. amico) scripsit Bonifacius VIII. a. 1302, Iul. 30, ap. Thomas, 'Lettrés à la cour des papes' p. 35. 7) Sequuntur quaedam de legatione Arragoniae gratissime ab Edwardo I. suscepta. 8) Aug. 21; cf. Barth. Cotton. infra. 9) Potius Sept. 20; SS. XXVII, p. 313. 470; vel Sept. 27; ib. 503.

*Cod.* 1.

Eodemque anno quidam monachus, Petrus de Murone dictus, ordinis sancti Benedicti, in solitudine heremi longissimis educatus temporibus, in civitate Aquile[1] electus et creatus est in summum pontificem [et[a] dictus[b] est Celestinus V]. Hic vir simplex et rectus virtutibus choruscabat. . . . . . .

Hoc[c] etiam anno lane a finibus Anglie in Alemanniam sunt transducte.

Hiis ita completis, vergente huius flebilis[d] anni cursu ad occasum[2], Celestinus papa contemplative vite cum Maria optimam partem eligens, cuius iam pastus dulcedine, haut modice saginatus est[e], in medio fratrum se obiciens, abrenunciando honori et oneri, recusabat prolixius Romanorum regere presulatum, asserens se ipsum minus ydoneum in[e] tanto[f] opere prosequendo. Ad cuius honorem provectus est alius nomine Benedictus Gagitanus, qui fuit primo procurator, deinde advocatus, postea notarius, consequenter diaconus cardinalis tituli[g] sancti Nicholai in Carcere Tulliani[h], denique[i] legatus[k] in regno Francorum, mutatoque nomine Benedicti, Bonefacius est vocatus]*. . . . . . .

*Cod.* 5.

Eodem quoque anno monacus quidam 1294. Petrus de Murone, ordinis sancti Benedicti, in solitudine heremi multis temporibus educatus, in civitate Aquileye[l] electus et creatus[m] est in summum pontificem in die decollatio- Aug. 29. tionis sancti Iohannis baptiste et Celestinus papa quintus nominatur. Hic vir simplex, rectus et timens Deum, virtutibus choruscabat[n]. Equum[o] vel mulum versus curiam ascendere non presumpsit, sed asinum; de quo cum descendisset et ecclesiam ingressus fuisset, clamavit[p] quidam contractus, ut ipsum desuper asinum, super quem papa sederat, imponerent[q] intuitu caritatis. Et qui presentes erant[r] increpabant eum, ut taceret. Ipse[s] vero multo magis clamabat, amore filii David, qui super pullum asine Ierusalem val- cf. Iob. 12,15. vas sanctificando intraverat, quatinus ipsum supra dorsum asini levarent. Res mira! Inpositus contractus ilico recepit sanitatem, et consolidatis basibus[t] et plantis, exilivit qui cf. Act. 3,7. claudus[u] fuerat, laudans Deum in servi sui meritis Celestini. . . . . . .

Vergente huius flebilis anni cursu ad occasum, Celestinus papa contemplative vite cum Maria optimam partem eligens, cuius cf. Luc. 10,42. iam pastus dulcedine, haut modice saginatus, in medio fratrum se obiciens, piretum[v, 3] et pallium exuens, abrenunciando honori et honeri, favori et discrimini, propter mundanarum rerum curas recusabat prolixius[w] presulatum regere Romanorum, asserens se ipsum minus idoneum in[x] tanto opere prosequendo. Profecto enim filii huius seculi pru- cf. Luc. 16,8. dentiores filiis lucis in generacione sua sunt[y]! Verumptamen adiuravit eos in nomine sancte ac individue Trinitatis, ut sine omni dissensionis[z] intercapedine eligerent virum industrium et utilem, qui ad honorem Dei et propriam[a] salutem hoc honus susciperet gubernandum. Requisitusque a fratribus de assensu et iudicio alicuius digne persone, quoniam tanquam virum iustum et sanctum ipsum habuerunt, nominavit quendam nomine Benedictum, virum solertissimum, pre ceteris in curia Romana sepius conversatum. Erat namque iste Benedictus Gagitanus primo procura- 1295. Ian. 23.

*) 10. Kal. Februarii *add.* 4.

a) et — V. *alia manu superscr.* 1. b) C. V. vocatur 4. c) 4 *quoque haec habet.* d) a. f. 4. e) *deest* 4. f) tantopere 1. g) titulus 1. h) *sic* 1. 4. i) deinde 4. k) l. in r. F. 4. 7. 8. *quoque habent.* l) *sic* 5. 6. m) consecratus 6. n) choruscavit 6. o) Equum — Celestini *forte inseruit* 8. p) q. contr. cl. 6. q) int. car. imp. 6. r) fuerant 6. s) Ille 6. t) balibus 6. u) planduss 6. v) paretum 6. w) diutius *Park.* x) *deest Park.* y) *deest* 6. z) dissensione 6, *ubi* int. *deest.* a) proprii 6.

1) Perusiae electus, Aquilae Aug. 29. coronatus est. 2) Dec. 13. 3) Capitis tegmen, pontificum proprium.

*Cod. 1.*

Iul. 1. Anno gratie 1295, Kal. Iulii duo cardinales[*][1] a latere domini pape in Angliam mittebantur, ut unitatem et concordiam inter duo regna[2] formarent. . . . Postulantibus cardinalibus formam pacis, fuit responsum, hoc minime fieri posse, regis Teutonicorum beneplacito inconsulto. Rursum petierunt sperande pacis treugas; quibus nec datis, postularunt denuo, ut nautica manus procellosa sileret. Neque super hoc sunt effectum aliquem consecuti. . . . . .

Dec. 25. Rex Edwardus tenuit natale suum apud Sanctum Albanum, preordinatis apud Westmonasterium nunciis sollempnibus destinandis in villam que Kaumbray dicitur pro pacis concordia reformanda. . . . . .

1296. Mart. 12. Die sancti Gregorii cardinalis presul Albanensis cum quibusdam nunciis de Kaumbray regressi, apud Dovoriam ventorum pulsu

Mart. 18. celeriter sunt transvecti. Die ramis palmarum cardinale apud Novum Templum Londonie hospitante, lite mota inter suos et Templariorum scurras, ultro[a] se immiscens nepos cardinalis, occubuit sauciatus. Ipse quidem ad tempus iram deferens, usque[b] Scociam properavit, regi consilium de Kaumbray, quod vel quale fuerit[c], ostensurus. . . . . . .

Anno gratie 1296. . . .

*Cod. 5.*

tor, deinde advocatus, postea notarius, consequenter diaconus cardinalis tituli sancti Nicholai in Carcere Tulliani[d]. Tunc[e] fratres, viso, quod recte iudicasset, exaltatum Benedictum

1295. Ian. 13. in festo sancti Hillarii[3] in seniorum cathedra locaverunt; nomine Benedicti de bono mutato in melius, Bonefacius est vocatus[**]. . . . . .

Anno gratie 1295, biduo post festum apostolorum Petri et Pauli missi sunt duo cardinales a latere domini pape, ut regna Francie et Anglie inter se intestinis odiis adhuc tumescencia pacificando sedarent. . . . Petentibus cardinalibus formam pacis, fuit responsum, hoc minime fieri posse, regis Teutonicorum beneplacito inconsulto. Rursum pecierunt sperande pacis treugas nec eas optinuerunt; tercio, ut tempore medio manus nautarum procellosa sileret. Neque super hoc effectum aliquem[f] sunt consecuti. . . . Proinde[g] cardinales, imperfecto[h] negocio pro quo venerant, ad Galliam remearunt. . . . . . .

Rex Edwardus tenuit natale suum apud Sanctum Albanum, preordinatis apud Westmonasterium nunciis sollempnibus in villam que Kambray dicitur destinandis, que[i] sita est inter marchiam Francie et Alemannie, pro pacis concordia reformanda. . . . . .

Die sancti Gregorii pape cardinalis Albanensis presul[k] cum quibusdam nunciis de Kambray regressus[l], apud Doveriam ventorum[m] pulsu celeriter est evectus. Die dominica in ramis palmarum cardinale apud Novum Templum Londonie hospitante, lite mota inter suos et Templariorum scurras, occisus est nepos cardinalis. Ipse vero ad tempus iram deferens, usque Scotiam properavit, regi Anglie[k] concilium de Kambray, quod vel quale fuerit, ostensurus. . . . . . . .

Anno gratie 1296. . . . Dominus[n] Beraldus cardinalis de Scocia regressus, factis emendis apud Westmonasterium ad scacca-

1295. Iul. 1. *) *Ann. (London.) Paulini e cod. Lambeth.* 1106. *ed. Stubbs, 'Chron. of Edw. I.' I, p. cxxix*: Eodem anno Geraldus[o] episcopus Albanensis et Symon episcopus Pelestrinus cardinales per papam Bonifacium mittebantur in Angliam in crastino commemorationis sancti Pauli ad tractandum de pace inter reges Anglie et Francie.

1294. **) Eodem anno dux Brabantie[4], vir magni nominis, fecit rotundam tabulam in partibus suis, ubi interfuerunt ex Anglis, Francis et aliis nationibus milites infiniti. Et ipse dux in primo congressu a quodam milite Francie[5] lancea percussus, obiit ipso die[6] *add. Parker, non e codd.* 1—8, *sed ex Ann. Dunstapl. (SS. XXVII, p.* 513) *vel ex eorum fonte.*

a) u. se im. *habent etiam* 4. 7. 8, *des.* 5. 6. b) ad *add.* 4. c) fuerat 4. d) *sic* 5. 6. e) Tunc — locaverunt *forte inseruit* δ. f) aliquod *Park.* g) Proinde — remearunt *des.* 4. 7. 8. h) infecto 6. i) que — Alemannie *forte inseruit* δ. k) *deest* 6. l) *ita* 6; regressis 5. m) applicuit 6, *ubi* vent. — evectus *des.* n) Dominus — transfretavit *des.* 4. 7. 8. o) Beraldus *emendandum.*

1) Beraldus Albanensis et Simon Praenestinus episcopi, Febr. 19 (Potthast nr. 24027) missi, Edwardum I. mense Aug. viderunt. 2) Franciae et Angliae. 3) Ian. 23. consecratus est. 4) Iohannes apud Barrum-ducis vulneratus, a. 1294. Mai. 3. mortuus est. 5) *Pierre de Baufremont*, 'Istore et Cron. de Flandres' ed. Kervyn de Lettenhove I, p. 192 sq. 6) Error; cf. ib. et SS. XXVI, p. 690.

Cod. 1.

Comes de Hoyllandia, soluto fidelitatis vinculo, quo regi Anglie preannexus fuerat[1], dum se regis Francie obtemperaret consiliis, a propriis domesticis est occisus. Cuius filius et heres Iohannes Elysabeth[a], filiam regis Anglie, sibi in matrimonio copulavit. . . .

Sub eisdem quoque temporibus comes Flandrensis[2] iterato a prisona libere progrediens, ad proprium rediit comitatum. Et[b] irrogatis[c] sibi per regem Francie[d] iniuriis quasi inportabilibus relevari cupiens, subdendo se et sua, a rege Anglie remedium postulavit; formatoque[e] modo pacis, inter utrumque populum per[f] Angliam unitas proclamatur, insuper datis comiti 15000 libris[g] argenti ad sua[h] oppida munienda.

Cod. 5.

rium domini regis de Templariis super nepotis sui occasu, ad regem Francie una cum thesaurario[3] domini regis Anglie iterum transfretavit[4]. . . . . . . 1296.

Consimiliter comes de Hoylandia[i], soluto fidelitatis sue freno, quo regi Anglie preannexus fuerat, dum se regis Francorum obtemperaret consiliis, a propriis domesticis est occisus. Cuius filius et[k] heres Iohannes filiam regis Anglie Elizabeth[l] sibi in[m] matrimonio copulavit. . . . . . .

Illo etiam tempore comes Flandrensis a prisona Francorum liber egrediens, ad proprium rediit comitatum. Cuius[n] arestationis extitit ista causa. Ante inicium huius guerre 1294. pepigerant[5] rex Anglorum et comes predictus, ut filius regis[6] et filia comitis[7] legittimo matrimonio unirentur. Iccirco prefatus comes ad Francorum curiam citabatur; requisitusque super huiuscemodi contractu respondit, rei geste vinculum non posse dissolvi. Timens autem rex Francie huiusmodi confederationem sibi fore nocuam, cogitavit callide divorcium faciendum, precipiens, ut suis conspectibus et sue tutele predicta filia traderetur[8]. Cui alter abhorrens excommunicationis sententiam illatam in perturbatores matrimonii, respondit, postulata se minime impleturum. Imperatur ergo liberali custodie corpus eius. Aderant tunc[m] statim qui manucaperent virum senem, respuente quippe rege Francorum omnem manucaptionem pro eo. Videns comes non aliter quam modo dicto evadere, predictam filiam illis amaro animo commendavit, sicque liber egredi est permissus. Qui reversus in terram suam, 1295. vocatis commilitonibus suis iniuriam quam pertulerat patefecit. Cui respondit plebs eius: 'Domine, mercatores sumus et sine adventatione Anglorum in Flandriam et sine transitu Flandrensium in Angliam negociari profectualiter non valemus. Fiat pax inter gentem vestram et suam, cuius suffulti auxiliis iniurias regis Francie illatas et alias, si quas derogaverit[o], aspernamur!' Hiis[p] gestis per solempnes nuncios regi Anglie relatis, pollicitis securitatis vinculis, pax inter utrumque populum per Angliam publice acclamatur. Associantur ergo nuncii regis, videlicet thesaurarius de scaccario et alii quam plures nobiles, adducturi obsides

a) Elis. 4. b) Et — munienda *habent etiam* 4. 7. 8. c) irrogatus 1. d) Francorum 7. e) firmatoque pacto inter eos inter p. p. A. pacis un. 7. 8. f) per A. *des.* 4. g) marcis 7. 8. h) o. sua 4. i) de Hollandie *Park.* k) et h. *des.* 6. l) Elyz. 6. m) *deest* 6. n) Cuius — aspernamur *forte inseruit* 8. o) irrogaverit *emendandum.* p) itaque *add.* 6.

1) Cf. Pauli IV, p. 48. 2) Guido. Cuius *filia Margareta,* a. 1282. Alexandro, Alexandri III. regis Scotiae filio, qui a. 1283. obiit, nupta, et huius viduae relictae frater *Iohannes Leodiensis episcopus* et posterior maritus *Renauls cuens de Ghelre et ducs de Lemburg* de dote illi in Scotia collata multas a. 1286. 1292. dederunt tabulas, ed. Stevenson, 'Documents ill. of the hist. of Scotland' I, p. 5. 9. 12. 306; cf. p. 310. et Potthast, Reg. nr. 22594. Litterae a Guidone et Philippo IV. rege mercatoribus Scoticis in Flandria protegendis a. 1293. 1295. datae exstant ap. Stevenson I, p. 399; II, p. 4. 83. De Flandrensibus et Hannoniensibus tunc in Scotia moratis cf. Burnett, Rotuli scaccarii regum Scotorum I, p. LXXXI. De commercio Iohannis Balliol regis cum Flandria habito cf. Stevenson I, p. 399. 403. 419. 421. 3) Waltero, de quo cf. paullo supra a. 1295 [id est a. 1296 in.]: *Lichefeldensis episcopus successit Walterus de Langtona, in transmarinis partibus per regem cardinali nuncius assignatus, a quo fuerat consecratus.* 4) Cf. Edwardi I. litteras d. Mai. 12. ap. Rymer I, p. 838. 5) Cf. Rymer I, p. 803. 6) Edwardus, postea rex II. 7) Philippa. 8) Comes cum filia Philippum IV. adierat.

| | Cod. 1. | Cod. 5. |
|---|---|---|
| 1296. | huius rei, datis comiti ad inforcianda castella[l] sua 15 milibus libris[m] argenti[6]. . . . . . . | |
| 1297. | | Anno gratie 1297. . . . Rex[n] petit alta freta, recipit quem Flandria leta. |
| Apr. 23. | Anno gratie 1297. . . . Illo tempore proclamatum fuit per Angliam voce preconaria, ut possessores lanarum exponerent ipsas venditioni infra mensem in civitatibus assignatis, alioquin tanquam forisfactura cederent ipsi regi. Que quidem in die sancti Georgii[a, 1] quasi modo prelocuto callide congregate, pro forisfactura regis in Flandriam sunt transvecte. . . . . . . | Illo tempore voce preconaria clamatum fuit per Angliam, ut possessores lanarum exponerent ipsas venditioni infra mensem adductas[o] civitatibus assignatis, alioquin tanquam forisfactura cederent ipsi regi. Que quidem in die sancti Georgii quasi modo prelocuto callide congregate, pro forisfactura regis in Flandriam sunt[o] transvecte. . . . . . . |
| | Dixerunt quidam[2], non fore proficuum regi in Flandriam transfretare, neque ipsos sibi illac servitia ab antecessoribus suis insueta exhibere. . . . . . . | Dixerunt quidam[2], non fore proficuum regi in Flandriam transfretare, neque ipsos sibi illac servicia ab antecessoribus suis insueta prebere. . . . . . . |
| Aug. 23. | Cernens ipse, mora sua amicis[b] suis in transmarinis partibus suum adventum prestolantibus[c] periculum imminere non modicum, in vigilia sancti Bartholomei apostoli, paratis quingentis navibus, equitibus mille ac ferme octingentis, ingreditur turgida terga maris[3]. . . . . . . | Cernens ipse, mora sua amicis suis in transmarinis partibus eius[p] adventum expectantibus periculum imminere non modicum, in vigilia sancti Bartholomei apostoli, paratis quingentis navibus cum coessenti populo, equitibus scilicet mille ac ferme octingentis, peditibus vero quasi inestimabilibus, ingreditur secundis velis turgida terga maris. . . . . . . |
| Nov. 5. | Eadwardus, filius regis, locum eius tenens, patre absente, Magnas cartas de libertatibus et de foresta ac quasdam alleviaciones de iugo patris sui renovavit, consilio senum usus, easdem confirmante patre suo apud Gandavum 5. Idus[d] Novembris[4]. . . . . . . | Edwardus, filius regis, locum eius tenens, patre absente, Magnas cartas de libertatibus et de foresta ac quasdam alleviaciones de iugo patris sui Londoniis renovavit[q] consilio senum usus, easdem confirmante patre suo apud Gandavum 5. die Novembris. . . . . . . |
| 1298. Ian. 6. Mart. 21. | Porro rege[d*] Anglie mare transito, applicuit apud le Escluse[e] venitque ad Bruges, civitatem[f] famosam. Quo pernoctante, premunitus de insidiis Francorum, caute exivit urbem[f] predictam, subintrando Gandavum. Medio autem tempore Wallenses comitati[g] regem Anglorum, coadunatis[f] sibi[h] quibusdam aliis predonibus Anglicis, apud le Dam et in Gandavo[f] et locis aliis[h] predam magnam fecerunt; de[i] quibus plures ibidem suspendio perierunt. Tandem acceptis treugis[k, 5] inter reges Francie et Anglie et sibi confederatos per biennium, rediens rex Anglie de Flandria, | Rege[r] autem transito mare[s], applicuit apud[t] Escluse venitque apud Bruges. Quo pernoctante, premunitus de insidiis Francorum, in crastino caute[o] exivit villam predictam, subintrando Gandavum. Medio quidem tempore Wallenses comitati regem Anglie, stragem ac predam magnam apud le Dam et aliis[u] locis regi Francie[7] deditis perpetrarunt. Tandem acceptis treugis et concessis inter reges utriusque terre et sibi confederatos ab epyphania Domini per biennium, rediens rex Anglie de Flandria, 12. Kal. Aprilis applicuit apud Sandwycum. |

a) Gregorii 4. b) eius amicis 4. c) *ita* 4. d) die *corrigendum ex* 5. 6. d*) *sic* 1. e) Ecl. 4. f) *sic quoque* 4. g) comiti 1. 4; comitantes *Park.* h) *deest Park.* i) de — perierunt *des.* 4. 6. k) iudiciis (*lege* induciis) *Park.* l) castalla 5. m) librarum, *al.* marcarum *Park.* n) *sic quoque* 4; *rubra deest* 7. 8; De transfretacione regis Edwardi in Flandriam et de aliis incidentiis *rubr.* 6. o) *deest* 6. p) adv. suum 6. q) relevavit, revocavit *in marg. Park.* r) *sic* 5; rex 6. s) mari *Park.* t) quod Eastluse 6. u) alios locos *Park.*

1) Ita Stubbs, 'Const. Hist.' II, p. 134. 2) Barones Angliae. 3) Cf. Lucan. V, 565: *Terga maris;* Hor. Carm. I, 3, 19: *Mare turgidum.* 4) Rymer I, p. 880, Nov. 5. 5) Rymer I, p. 879. 6) Cf. foedus a. 1297, Ian. 7. inter Flandriam et Angliam ictum ap. Rymer I, p. 850. 7) *Anglie* corrigendum videtur (cf. Pauli IV, p. 132. 135), ni forte *regi F. d.* verba postea mendose adiecta sunt.

*Cod.* 1.

12.[a] Kal. Aprilis[1] applicuit apud Sandwycum.

Obiit dominus Nicholaus de Longespeye episcopus Sarisburiensis; cui successit magister Symon de Gandavo[2], editus Londonie, vir in arte theologie peritus. . . . . . .

Anno gratie 1298. . . . In vigilia quoque apostolorum Petri et Pauli[3] Rome per papam Bonefacium pax inter reges Francie et Anglie formabatur, que[b] adhuc non fuerat totaliter solidata. . . . . . .

Adolphus rex Alemanie, vacuus amicus fiduciam in se habentibus et, quod[c] nequius est referendum[d], regis[e] Anglie pactum prevaricans, orta dissentionis materia inter se et Albertum, filium Radulphi[f] ducis Austrie, belloque indicto, iuxta Maguntinam corruit sauciatus; et regnavit idem Albertus pro eo. . . . . . .

Et in festo sancti Andree Rome terra tremuit per triduum. . . . . . .

Anno gratie 1299. . . . Philippus rex Francie[4] in manu forti Flandriam ingressus, villas et opida ocupans, comitem eiusdem filiosque[5] eius acriter insequebatur. Comes vero grandevus et imbellis cum filiis fugit Gandavum, sperans civitatem inexpugnabilem. Quod videns gens sua, que[g] aliquando regi Anglie, quandoque proprio comiti adheserunt, nunc relicto[h] spretoque proprio domino, regi Francie, hosti in capite, se miserrime reddiderunt. Igitur ingruente regis Francorum terrore, dictus comes filiique eius in desperationem lapsi, Karolo, regis[i] Francorum [germano[k]], inter angustias se reddiderunt[6] sub iureiurando, ne incarcerarentur nec exhereditarentur. Cui pacto obvians rex Francie, ipsos incarcerari propugnaculaque civitatum, que contra se rebellasse noverat, subverti precepit, ut proprius dominator, eosque sub novis legibus coegit militare.

Eodem tempore dominus papa, fidei et orationum oblitus, non viduis et orphanis, sed

*Cod.* 5.

1298. Mart. 21.

Obiit dominus Nicholaus de Lungespei episcopus Saresbiriensis; cui successit magister Symon de Gaunt, editus Londoniis, vir in arte theologie peritus. 1297.

Anno gratie 1298. . . . In vigilia quoque apostolorum Petri et Pauli Rome pax per dominum papam Bonefacium inter regem Anglie et Francie conformatur. . . . . . . 1298. Iun. 28.

Adolphus rex Alemannie, vacuus amicus fidem[l] in se habentibus et precipue regis Anglie pactum prevaricans, orta dissensionis materia inter se et Albertum, filium Rodulphi[m] ducis Austrie, belloque[n] indicto, iuxta Maguntinam corruit sauciatus; et regnavit idem Albertus pro eo.

In die sancti Andree apostoli factus est terre motus per triduum apud Romam. . . . . . Nov. 30.

Philippus rex Francorum in manu forti ingressus Flandriam, cepit guerrare[o] Flandrenses, occupans villas et oppida eorum[o], ipsum comitem et eius filios acriter[p] insequendo. Comes autem, iam grandevus et inbellis, suique filii ad civitatem[q] Gandavum fugerunt, sperantes eam inexpugnabilem esse. Interim gens Pharisayca[r] vere, quia in se divisa[7], iuxta Domini sententiam desolatione digna, quippe que aliquando regi[s] Anglie se submittentes[t], aliquando naturali comiti adherentes[u], demum spreto[h] proprio[v] domino, regi Francorum, hosti in capite, se[q] miserrime reddiderunt[w]. Igitur ingruente terrore regis Francorum, in desperacionem lapsi, comes et filii sui Karolo, regis germano, sub iurisiurandi condicione, ne incarcerarentur nec exhereditarentur, inter angustias misere se dederunt. Cui pacto contradicens rex Francie ipsosque carceri concito[q] mancipatos ac, subversis civitatum propugnaculis, que contra se noverat rebellasse, sub novis eos, utpote[x] proprius dominus, coegit legibus militare. (1299. — 1300. — cf. Matth. 12,25.)

Illis etiam diebus dominus papa[q], fidei et orationum beati[y] Petri oblitus, assumens (cf. Act. 3, 6.)

a) *al.* 11. Martii *Park.* b) que — solidata *habent etiam* 4. 7. 8; *des.* 5. 6. c) *sic quoque* 4. d) dicendum 4. e) rex 4. f) Rod. 4. g) qui 4, *ceterum hic nunc cum* 1, *nunc cum* 5 *conveniens.* h) spr. et derelicto 4. i) rege 4. k) *deest* 1. l) fiduciam *Park.* m) *alia m. superscr.* 5. n) bello 6. o) illorum 4. p) graviter 6. q) *deest* 6. r) Phariseica 6. s) se r. A. 4. t) submittens 6. u) adherens 6. v) ligio 6. w) reddidit 6. x) coegit m. l., utp. p. dominator 4. y) *deest* 4.

1) Potius Mart. 14; Rymer I, p. 889. 2) Antea archidiaconus Oxoniensis. 3) Potius Iun. 27; cf. Potthast nr. 24706. 4) Potius Karolus de Valesio. 5) Robertum et Guillelmum. 6) Cf. litteras a Karolo de Valesio Gandavensibus a. 1300, Mai. 8. datas, 'Ordonn. des rois' XII, p. 340. 7) Secundum interpretationem nominis, v. Du Cange, Gloss.

*Cod.* 1.

1299. militibus bellicosis aurum et argentum erogavit contra scema quorundam cardinalium[1], eos denique degradando ac contra regem Cicilie[2] movendo guerram. Sed dicti regis excercitus de galleatis turmis domini pape plura milia necaverunt. . . . . . .

Eodem anno fratres Minores, tocius ecclesie exploratores, ad illicita legis sue aspirantes, obtulerunt domino pape quadraginta milia florenorum aliamque pecuniam nimiam pro terris ac prediis licite optinendis. Quibus papa: 'Ubi', inquid, 'est illa vestra pecunia?' Dixerunt[a]: 'In manibus mercatorum'. Et papa, absolutis mercatoribus a depositi custodia, precepit sub interminatione anathematis pecuniam ipsam eius necessitatibus custodiri, respondensque fratribus, regulam sancti Francisci canonizatam se nolle aliquo sensu[b] violare, nec fratres ab ea aliquando declinare. Et sic que iniuste mali adquisierant equissime perdiderunt. . . . . . .

Obierunt . . . episcopus Lincolnie[3] et dominus Iohannes comes Hoilandie, gener regis Anglie, toxicatus. Cuius relicta[4], negata sibi dote, ad thalamum paternum remeavit.

*Cod.* 5.

que non erant eius, aurum videlicet[f] a viduis[g] et orphanis quam argentum, non viduis et orphanis, sed militibus bellicosis illud erogare curavit contra scema quorundam cardinalium[1], eos denique degradando et contra regem Cicilie guerram movendo. Sed dicti regis exercitus[h] de galeatis turmis domini pape multa milia viriliter necaverunt. . . . . .

Hoc itaque anno Iohannes comes Hoylandie[i], gener regis Anglie, hausto veneno per suos familiares[5], proch nefas! et affines sibi dato, occubuit. Cuius relicta, negata sibi dote sua, ad talamum[k] remeavit paternum. . . . . .

Sub hoc etiam anno fratres qui dicuntur Minores seu [quod[l] latius publicatur et nequius comprobatur, totius ecclesie exploratores, ad illicita legis sue aspirantes], optulerunt summo pontifici quadringenta[m] milia de florenis aureis et pecuniam multam nimis pro terris, prediis redditibusque licite optinendis. Quibus dominus papa: 'Ubi est' inquit, 'illa vestra pecunia?' At illi dixerunt: 'In manibus mercatorum'. Et datis fratribus induciis trium dierum responsionis habende, absolutis mercatoribus a depositi custodia, precepit dominus papa sub interminatione anathematis, pecuniam ipsam eius necessitatibus custodiri. Responditque fratribus, regulam sancti Francisci canonizatam se nolle sensu aliquo violare, nec fratres ab ea aliquando declinare, sed secundum eam degere[n] semper debere. Sicque factum est, quod iniustius adquisierunt, equissime amiserunt. . . . . . .

1301. Anno gratie 1301. . . . Consequenter orta est dissensio inter papam et ipsum regem Francie[c], utroque confidente de potentia sua; nam papa respondit nuncio regis Francie Petro de Flote: 'Nos habemus utramque potestatem'. Et ille pro domino suo: 'Utique, domine! Vestra tamen potestas verbalis est, nostra realis'. Statim incanduit ira pape in tantum, ut diceret se movere contra eum celum et terram. . . . . . .

Anno gratie 1301. . . . Hoc anno orta est dissensionis materia inter papam et regem Francie, utroque confidente de sua potentia magna; ita ut dominus papa diceret nuncio regis Francorum Petro de Flote: 'Nos habemus utramque potestatem'. Et ille pro domino suo respondit: 'Utique, domine! Sed vestra est verbalis, nostra autem[o] realis'. Et in tantum excanduit ira domini pape, ut diceret, movere se velle contra eum celum et terram. . . . . . .

1302. [Pauci[d] Flandrite infinitos Francos ceperunt et occiderunt].

Anno 1302. Interim Flandrenses onera gravia a biennio[e] sibi imposita ulterius non

Pugnat[p] lanificus[6], Gallus ruit hinc[q] inimicus.

Anno gratie 1302. alteri filii Israel, burgenses civitatis Brugensis[r] in Flandria ulte-

a) Dex. 1. b) censu 1. c) *ita* 4—8; Anglie *in loco raso* 1. d) Pauci — occiderunt *m. s. XIV. in marg.* 1. e) bienni 1. f) *deest* 6. g) avidius 4, *ubi* et orph. *des.* h) *al.* satellites *Park. et sic* 6. i) Hol. *Park.* k) regium *add.* 6. l) quod — aspirantes 4. 8; *des.* 5. 6. 7. m) *sic* 5. 6. n) dirigere *Park.* o) *deest Park.* p) Gaudet 4; *rubra deest* 8; *loco huius rubrae habet* 6: De bello Flandrensium iuxta Curtray; De miserabili bello apud Curcraky 7. q) hostis iniquus 4. r) Bruggens. 4 *semper.*

1) Gentis Columnae. 2) Fridericum. 3) Olivarius. 4) Elisabeth, filia Edwardi I. 5) Iohannem de Avesnes; sed de veritate huius suspicionis dubitatur. 6) Textor Flandrensis.

*Cod. 1.*

ferentes, oppressores eorum, ministros regis Francie, omnes pariter occiderunt. Hinc commotus idem rex misit flores milicie christianitatis, ut eos perderet. Quo audito, Flandrenses ducem sibi ac preceptorem constituerunt Petrum le Coning, qui eos more[a] Moisy in certamine precederet. Egressi itaque Brugensem civitatem, obviam Francigenis processerunt. Sed visa Francorum multitudine, obstupuerunt; animas tamen suas Deo commendantes, dixerunt: 'Domine, tuum est bellum atque in pluribus vel in paucis salvare. Nos iam, Domine, eligentes pro patriis legibus servandis liberaliter mori quam serviliter diucius[a] vivere, in tuo sancto nomine hostes superabimus'. Et commisso bello, ceciderunt Francorum quinque comites, quadraginta baneretti, una cum Radulpho de Nel et Gwidone de Nel, Petrusque de Flote — constabularius[b], marescallus et consiliarius regis Francie — et populo[b] infinito. Miroque modo equites peditibus, acies loricata textoribus, regnum municipio non valebat resistere. Acta iuxta Curtray *5. Idus Iulii. Hac audita victoria, compatriote, eliminatis civitatibus eorum Francorum preceptoribus, naturalibus civibus adheserunt. Proinde rex Francie tirannizans, congregato exercitu militum copioso a mari Greco usque ad Occeanum, presente rege predicto, processit Flandrenses debellare. Ceteri vero ad defendendum natale solum, non impugnandum alienum, apostolica benedictione admoniti, aciem direxerunt contra eos. Dispositoque bello, et parum distantibus ab invicem partibus, rex Francie in Flandriam descendere non audebat, Flandrensibus patria sua egredi nolentibus, populo quoque Francorum de itinere fatigato ac nimia fame macerato, per longum tempus rege Francorum apud civitatem Atrabatensem commorante, abierunt furtive retrorsum[c] plus quam[d] milia virorum. Tandem et ipse rex Francie cum tota sequela sua inglorius recessit et confusus ac ineffabili ignominia ad propria repedavit *9. die Octobris. Predicta quidem non [ad[e]]

*Cod. 5.*

rius sustinere non valentes seu[f] nolentes 1302.
punctiones scorpionum, exactiones vectigalium, imperia[g] luti et lateris[h], quibus op- cf. Exod. 1, 14.
presserant eos ministri regis Francorum, novi Pharaonis, resumpto[i] spiritu, consilio[k] preambulo, in[l] oppressores suos unanimiter insurrexerunt, omnes pariter occidendo. Hinc commotus rex Francie, ut olim rex Babilonie, ut ille solus Deus diceretur[m] in cf. Iudith 1, 4.
terra, et iste solus rex in universis gentibus dominaretur, misit Olofernem principem mili- ib. 2.
cie sue, comitem[n] videlicet de Artoys[1], nominatissimum inter[o] christianos bellatorem, cum ducibus, comitibus, baronibus, magistratibus aliisque potestatibus, quasi cum infinita sequela belligeratorum equestrium loricatorum, instructos ad pugnam, florem militie christianitatis, ut putabatur, ad Brugensis civitatis[p] exterminium. Et quasi cooperientes ib. 2, 11.
superficiem terre in equis[q] et curribus, incusserunt timorem magnum, ad quas devenerant[r] civitates, resistere non audentes. Porro Brugenses[s] pro achephalis[t] habiti, constituerunt sibi ducem et preceptorem nomine Pe- *Iul. 11.
trum le Coning[u], qui eos vice[v] Moysi in certamine gubernaret. Egressi ita[w] urbem[x], obviam processerunt Francigenis. Visaque[y] eorum[z] multitudine indicibili[a], obstupuerunt et animas suas Deo commendantes[b] dixerunt[c]: 'Domine, tuum est bellum tuumque in[d] cf. 1. Mac. 3, 18.
pluribus vel in paucis salvare'. Et eligentes pro patriis legibus servandis[e] libere[f] magis mori quam[g] serviliter nimis vivere, discrimini se dederunt. Commissum est[h] igitur bellum, et ceciderunt de Francigenis comes de Artoys, comes de Albamarla[2], comes de[i] Eu[3], comes de Dru[k, 4], comes de[l] Bolonia[m, 5], Radulphus de Neel constabularius Francie, Guydo[n] de Neel marescallus Francie, Petrus de[o] Flote, consiliarius regis[p] Francie velud alius Achitophel, filius[6] comi- 1. Par. 27, 33.
tis[7] de Henaud ac quadraginta baneretti[q] cum populo infinito. Miroque modo pedestris[r] equestri[s], domini subditis, lanarum textoribus acies loricata, firmamentum formidini, *Oct. 9.

a) *sic quoque* 4. 7. b) *sic* 1. c) retros 1. d) *numerus deest* 1. e) *deest* 1; *suppleri e* 4—8. f) seu n. *des.* 6. g) *ita* 5. 6; imperationes 4. 7. h) latere 7. i) s. r. 6. k) *ita* 5. 6; consilioque 4. 7. l) insurr. in oppr. eorum omnes pariter 4. m) in t. dic. 4. n) v. c. 4. 7. o) bell. inter omnes chr. 4. 7. p) e. c. 4. q) equibus 4. r) devenerunt *Park.* s) burgenses 4. t) azephalis 6. u) Conyng 4. v) more 4. 7. w) itaque 7. x) propriam *add.* 4. 7. y) Visa 6. z) ind. m. ipsorum 4. 7. a) *deest* 6. b) committentes 4. 7. c) dixerunt — salvare *des.* 6. d) est salv. in pl. vel in p. 4. 7. e) l. s. 6. f) liberaliter 4. 7. g) quam diutius turpiter et s. vivere 4. 7. h) ig. est 4. i) deu 4; de eu 7. k) dreu 4; Vreu 7. l) Bolonie *Park.* m) Sancto Paulo[8] 4; comes de S. Paulo *add. Park.* n) Guydo — cons. r. Fr. *des.* 6. o) de F. *des.* 7. p) regni 4. q) *ita* 5. 6. 7; barenecti 4; baronetti *Park.* r) *sic* 5. 6; pedestri 4. 7; pedestribus *Park.* s) equester 4. 7; equestres *Park.*

1) Robertum. 2) Iohannes. 3) Iohannes. 4) Iohannes, sed hic evasit. 5) Robertus. 6) Iohannes. 7) Iohannis. 8) Guido comes evasit; sed Iacobus, frater eius, occubuit.

*Cod. 1.*

1302. plenam gestorum historiam, sed ad memo-
Iul. 11. riam perstrinximus futurorum. . . . . . .

*Cod. 5.*

regnum municipio non[a] valebat[b] resistere. Acta sunt hec *5.[c] Idus Iulii iuxta Curtray*.

*) *Cf. carmen ipso, ut videtur, anno lingua Anglica meridionali compositum e cod. olim Leominster abbatiae in Herefordensi comitatu sitae, iam* Musei Britannici *Harleiano nr.* 2253, *saec. XIV in. exarato fol.* 73; *ed. Wright, 'Polit. songs' p.* 187; *Ritson, 'Ancient songs' I, p.* 51; *Böddeker, 'Altengl. Dichtungen' p.* 116[1]:

Lustneþ, lordinges, boþe ȝonge[2] ant olde,
of þe Freynsshe men þat were so proude ant bolde,
hou þe Flemmysshe men bohten hem ant solde
1302. Iul. 11. upon a wednesday.
Betere hem were at home in huere londe
þen forte seche Flemmyshe by þe see stronde,
whare þourh[d] moni Frenshe wyf wryngeþ hire honde
ant singeþ 'Weylaway!'
1300. Þe kyng of Fraunce made statuz newe
in þe lond of Flaundres, among false ant trewe,
1301. þat þe commun of Bruges ful sore con arewe,
ant seiden amonges hem:
'Gedere we us to gedere hardilyche at ene,
take we þe bailifs[3] bi tuenty ant by tene,
clappe we of þe heuedes an onen o þe grene,
ant caste we y þe fen!'
Þe webbes ant þe fullaris assembleden hem alle
ant makeden huere consail in huere commune halle;
token Peter Conyng[4] huere kyng to calle
ant beo huere cheuenteyn.
Hue nomen huere rouncyns out of þe stalle
ant closeden þe toun wiþinne þe walle;
sixti baylies ant ten hue maden adoun falle
ant moni anoþer sweyn.
Þo wolde þe baylies þat were come from Fraunce
dryue þe Flemisshe þat made þe destaunce;
hue turnden hem aȝeynes wiþ suerd ant wiþ launce,
stronge men ant lyht.
Y telle ou for soþe: for al huere bobaunce,
ne for þe auowerie of þe kyng of Fraunce,
tuenti score ant fyue haden þer meschaunce
by day ant eke by nyht.
Sire Jakes de Seint Poul yherde hou[e] hit was,
sixtene hundred of horsmen asemblede o þe gras;
he wende toward Bruges 'pas pur pas'
wiþ swiþe gret mounde.
1302. Þe[5] Flemmysshe yherden telle þe cas,
agynneþ to clynken huere basyns of bras,
ant al hem todryuen, ase ston doþ þe glas,
ant fellen hem to grounde.

*Audite, domini mei, et iuvenes et senes, de Francicis viris qui erant tam superbi et audaces, quomodo Flandrenses viri emerint eos et vendiderint die quodam Mercurii. Melius eis fuisset domi in eorum terra quam quaerere Flandrenses ad maris litus; quam ob rem multae Francicae mulieres torquent suas manus et cantant: 'Vae, vae!'*

*Rex Franciae fecit statuta nova in terra Flandriae, inter quae falsa et recta, ita ut communia Brugarum pergraviter inciperet dolere; et dicebant inter se: 'Conveniamus una audacter statim, capiamus ballivos vicenos et denos, abscidamus capita statim in prato et abiiciamus in paludem!'*

*Textores et fullones congregati sunt omnes et fecerunt suum consilium in sua communi aula, posuerunt Petrum Conyng suum regem[4] appellandum et suum capitaneum. Ceperunt runcinos suos ex stabulo et clauserunt urbem intra vallum; 60 ballivos et 10 prostraverunt et praeterea multos calones (homunciones).*

*Tunc voluerunt ballivi qui venerant e Francia propellere Flandrenses qui fecerant seditionem; se convertebant contra eos cum gladio et cum lancea, graves[6] viri et leves [armatura]. Dico vobis veraciter: in omni iactantia sui, quamvis eos rex Franciae protegeret, 400 et 5 calamitatem ibi passi sunt die ac nocte.*

*Dominus Iacobus de Sancto Paulo audivit quomodo gestum esset, 1600 equites contraxit in campo; incessit versus Brugas certo gradu[7] cum permagna manu. Flandrenses audiverunt narrata haec gesta, incipiunt aera concrepare et omnes eos contundere, ut lapis vitrum, et prosternere eos humi.*

a) nec audebat nec v. 7; non audebat nec v. *Park.* b) valebant 4. c) undecima die 7. d) rourh *c.* e) hout *c.*

1) Metrum explicuit Schipper, 'Engl. Metrik' I, p. 361. 2) ȝ i. q. nostris j. 3) Scabinos. BÖDD. Mihi potius magistratus a Gallis instituti dici videntur. 4) Nota agnominationem; *koning* Flandrensibus i. q. rex. 5) Hinc demum de clade illa quae vespera Brugensis dicitur (Mai. 14) refertur. 6) 'stark und behend'. Zupitza. 7) Pedetentim, secundum ordinem militarem.

*Cod.* 5.

Hac ergo audita[a] victoria, compatriote sui[1], eliminatis Francorum pre- 1302.
ceptoribus ab eorum civitatibus, naturalibus civibus adheserunt. Pro-
inde tyrannizans rex Francie[b] congregavit exercitum multum nimis velud cf. Gen. 22, 17.
arenam que est in litore maris, a mari Greco usque ad mare Occeanum
ad debellandas[c] virorum[d] Flandrensium potestates, in[e] quibus affuit
idem rex Francorum. Ceteri vero ad defendendum natale solum, non
ad impugnandum alienum, apostolica benedictione[f], admoniti, direxe-
runt aciem contra eos. Disposito quoque bello, et parum distantibus ab
invicem, non[g] ausus rex Francie in Flandriam descendere, Flandrensibus
vero nolentibus[h] egredi de patria sua, fatigatoque populo Francorum de
itinere ac fame nimia exinanito per longum tempus, necnon[i] rege Fran-
corum morante apud Atrabatensem civitatem, abierunt furtive retror-
sum plus[k] quam quinquaginta milia virorum[l]. Tandem et ipse rex
Francie inglorius cum tota sequela sua ineffabili ignominia ad[m] sua
repedavit 9. die mensis Octobris. Hec non ad plenam gestorum histo- Oct. 9.
riam, sed ad memoriam perstrinximus[n] futurorum, ut[o] meminerint posteri,
quomodo conditorum Gubernator potentes de se nimium presumentes
non desistit humiliare.

---

Sixtene hundred of horsmen hede þer here fyn,
hue leyzen y þe stretes ystyked ase swyn;
þer hue loren huere stedes ant mony rouncyn
þourh huere oune prude.
Sire Jakes ascapede by a coynte gyn
out at one posterne, þer me solde wyn,
out of þe fyhte hom to ys yn
in wel muchele drede.
Þo þe kyng of Fraunce yherde þis, anon
assemblede he is dousse pers eueruchon,
þe proude eorl of Artoys[2] ant oþer monyon,
to come to Paris.
Þe barouns of Fraunce þider conne gon,
in to þe paleis þat paued is wiþ ston,
to iugge þe Flemmisshe to bernen ant to slon
þourh þe Flour de lis[3].
Þenne seide þe kyng Phelip: 'Lustneþ nou to me,
myn eorles ant my barouns, gentil ant fre!
Goþ, faccheþ me þe traytours ybounde to my kne
hastifliche ant blyue!'
Þo suor þe eorl of Seint Poul[4]: 'Par[5] la goule Dé!
we shule facche þe rybaus wher þi wille be
ant drawen hem [wiþ[p]] wilde hors out of þe countre
by þousendes fyue'.

*1600 equitum habuerunt ibi suum exitum, iacuerunt in viis iugulati ut porci; ibi amiserunt suos dextrarios et multos runcinos sua propria superbia. Dominus Iacobus evasit astuta arte per posticum, ubi vendebant vinum, e pugna domum ad hospitium suum cum permagno timore.*

*Cum rex Franciae haec audivit, statim convocavit suorum 12 parium unumquemque, superbum comitem Atrebatensem et multos alios, ut venirent Parisios. Barones Franciae eo venerunt, in palatium lapide stratum, ut damnarent Flandrenses ad cremandum et occidendum per Florem lilii.*

*Tunc dixit Philippus rex: 'Me iam audite, comites mei et barones mei, generosi et liberales! Ite, arcessite mihi proditores illos vinctos ad genu meum festinanter et propere!' Tunc iuravit comes Sancti Pauli: 'Per gulam Dei! Accersemus nequissimos illos pueros ubicumque tua voluntas sit et extrahemus eos equis feris e patria quina milia'.*

a) audacia 7. b) Francorum 4. 7. c) debellandum 6. d) *deest* 6. e) inter quos 4. 7. f) a. b. 4. g) a. non 7; est *supplendum*. h) volentibus 6; non volentibus 4. i) *deest* 4. 6. k) virorum plus q. q. milia 7. l) mortis rei *add.* 7. 8. *Park.* m) rep. (remeavit 7) ad propria 4. 7. n) perstrix. 4; perstringimus 6. o) ut — humiliare *etiam* 6, *fortasse a* 8 *inserta, cum desint* 4. 7. p) *suppl. edd.*

1) Praecipue Gandavenses. 2) Robertum. 3) Signum Franciae. 4) Guido. 5) Sunt verba Gallica, quae animum nobilitatis Franciae ferocem lingua populo Anglico odiosa manifestent.

*Cod.* 5.

1302. Ad alia regem[a] Anglorum tangentia revertamur! Rex itaque Anglie, gestiens pacem bonam, . . . super hoc tenuit rex parliamentum

'Sire Rauf de Nel[b, 1]', sayþ þe eorl of Boloyne[2],
'nus[3] ne lerrum en vie chanoun ne moyne —
wende we forþ anon riht[c] wiþoute eny assoygne! —
ne no lyues man.
We shule flo þe Conyng ant make roste is loyne —
þe word shal springen of him in to Coloyne,
so hit shal to Acres ant in to Sesoyne —
ant maken him ful wan'.
Seuene eorles[d] ant fourti barouns ytolde,
fiftene hundred knyhtes, proude ant swyþe bolde,
sixti þousent swyers, among ȝunge ant olde,
Flemmisshe to take.
Þe[4] Flemmisshe hardeliche hem come toȝeynes,
þis proude Freinsshe eorles, huere knyhtes ant huere sweynes
aquelleden ant slowen by hulles ant by pleynes,
al for huere kynges sake.
Þis Frenshe come to Flaundres so liht so þe hare;
er hit were mydnyht, hit fel hem to care;
cf. Eccl. 9,12. hue were laht by þe net, so bryd is in snare,
wiþ rouncin ant wiþ stede.
Þe Flemmisshe hem dabbeþ o þe het bare;
hue nolden take for huem raunsoun ne ware,
hue doddeþ of huere heuedes, fare so hit fare,
ant þareto haueþ hue nede.
Þenne seyþ þe eorl of Artois: 'Y ȝelde me to þe,
Peter Conyng, by þi nome, ȝef þou art hende ant fre,
þat y ne haue no shame ne no vylte,
þat y ne be noud ded'.
Þenne swor a bocher: 'By my leaute
shalt þou ner more þe kyng of Fraunce se,
ne in þe toun of Bruges in prisone be:
þou woldest spene bred!'
Þer hy were knulled y þe putfalle,
þis eorles ant barouns, ant huere knyhtes alle[e] —
huere ledies huem mowe abide in boure ant in halle
wel longe;
for hem mot huere kyng oþer knyhtes calle,
oþer stedes taken out of huere stalle —;
þer hi habbeþ dronke bittrere þen þe galle,
upon þe drue londe.

*'Domine Radulfe de Nesle', ait comes Bononiae, 'non relinquemus viventem canonicum nec monachum — progrediamur statim sine ulla mora! — nec ullum hominem viventem. Deglubemus illum Conyng[5] (cuniculum) et faciemus assari eius lumbum — fama de eo transsiliet usque ad Coloniam, aeque atque ad Acconem et in Saxoniam — et faciemus eum perpallidum'.*

*Septem comites[6] et 40 barones numerati[7], 1500 equites, superbi et audacissimi, 60000 scutarii, pueri et senes, ad Flandrenses capiendos. Flandrenses audacter eos aggressi sunt, hos superbos Gallicos comites, eorum equites et eorum pueros trucidarunt et occiderunt per colles et per plana, omnes ob regis eorum causam.*

*Hi Franci venerunt in Flandriam pernices ut lepus; antequam fuit media nox, id eis evenit in angorem; erant capti in rete, ut avis est in laqueo, cum runcino et cum dextrario. Flandrenses eos percutiunt super caput nudum; nolebant accipere pro eis redemptionis pretium nec pecuniam, amputant eorum capita, eveniat quodcumque evenit, et eius rei habent causam necessariam.*

*Tunc dicit comes Atrebatensis: 'Me reddo tibi, Petre Conyng, per tuum nomen[8], si tu es honestus et liberalis, ut non [inde] habeam ignominiam neque infamiam, ne iam occidar'. Tunc iuravit lanius aliquis: 'Per meam fidem, tu numquam posthac regem Franciae videbis nec in urbe Brugarum in carcere eris: [ibi] consumeres panem!'*

*Ibi sunt detrusi in foveam hi comites et barones et eorum equites omnes — eorum dominae eos expectent in camera et in aula diutissime; loco eorum opus est ut eorum rex alios equites convocet, alios dextrarios extractos ex eorum stabulo —, ibi biberunt amarius felle in arida terra[9].*

a) *al.* gentem *Park.* b) Deuel *edd.* c) riþt *c.* d) wente *supplendum proponit Zupitza.* e) *versus* 103 *sq. loco* 99 *sq. posuit Bödd.*

1) Hunc, comitem-stabuli, ut praesidem tribunalis militaris alloquitur. 2) Robertus. 3) Versus Gallicus, ut p. 497, n. 5. 4) Hinc de pugna Curtracensi Iul. 11. commissa agitur. 5) Iterum agnominatio; Flandrensibus enim *konijn* cuniculus est. 6) *Missi sunt* supplet Böddeker, *ierunt* Zupitza. 7) Ita Wright; 'im ganzen' Zupitza. 8) Scil. regis; cf. supra p. 496, n. 4. 9) Fortasse ironice paludes dicuntur.

*Cod.* 5.

suum apud Westmonasterium Kal. Iulii. Et recitatis frustratoriis dilacionibus et dilatoriis machinacionibus[1], rursum illuc ipsos nuncios, divulgata iam triumphali victoria per Flandrenses de Gallis, remittere curaverunt. . . . . . . 1302. Iul. 1.

When þe kyng of Fraunce yherde þis tydynge,
he smot doun is heued, is honden gon he wrynge,
þourhout al Fraunce þe word bygon to springe;
wo wes huem þo!
Muche wes þe sorewe ant þe wepinge
þat wes in Fraunce among olde ant ȝynge;
þe meste part of þe lond bygon forte synge:
'Alas ant weylawo!'
Awey, þou ȝunge pope[2]! whet shal þe to rede?
Þou hast lore þin cardinals at þi meste nede,
ne keuerest þou hem neuere for nones kunnes mede,
for soþe y þe telle.
Do þe forþ to Rome to amende þi misdede,
bide gode halewen, hue lete þe betere spede!
Bote þou worche wysloker, þou losest lond ant lede,
þe coroune wel þe felle.
Alas, þou seli Fraunce! for þe may þunche shome,
þat ane fewe ffullaris makeþ ou so tome:
sixti þousent on a day hue maden fot lome[3],
wiþ eorl ant [wiþ[a]] knyht.
Herof habbeþ þe Flemyssbe suiþe god game,
ant suereþ bi seint Omer ant eke bi seint Jame,
ȝef hy þer more comeþ, hit falleþ huem to shame
wiþ huem forte fyht.
I[4] telle ou for soþe: þe[b] bataille þus bigon
bituene Fraunce ant Flaundres, hou hue weren fon;
vor Vrenshe þe eorl of Flaundres in prison heden ydon
wiþ tresoun untrewe.
Ȝef[c] þe prince of Walis his lyf habbe mote,
hit falleþ þe kyng of Fraunce bittrore[d] þen þe sote:
bote he þe raþere þerof wolle do bote,
wel sore hit shal hym rewe.

*Cum rex Franciae audivit hunc nuntium, demisit caput suum, suas manus incepit torquere; per omnem Franciam fama incepit transilire; vae erat eis tunc. Magna erat tristitia et ploratio quae erat in Francia inter senes et pueros; maxima pars terrae incepit lamentari: 'Eheu et vae!'*

*Recede, tu papa pusille! Quid tibi erit consilio? Amisisti tuos cardinales in tuis summis angustiis; non recuperas eos umquam pro ullius generis pretio, veraciter tibi dico. Proficiscere Romam ad emendanda malefacta tua; ora bonos sanctos, ut permittant tibi res melius succedere! Nisi sapientius agis, amittis terram populumque, corona facile tibi excideret.*

*Eheu, simplex[5] Francia! nam tibi potest videri ignominia, quod pauci quidam fullones reddunt vos tam cicures: 60000 una die fecerunt pedibus claudos cum comite et cum equite. Inde habent Flandrenses optimum ludum et iurant per sanctum Audomarum necnon per sanctum Iacobum: si illi eo iterum veniunt, evenit eis in ignominiam cum eis pugnare.*

*Narro vobis veraciter: bellum ita coepit inter Franciam et Flandriam, quomodo hostes facti sunt: Franci enim comitem Flandriae in carcerem miserant proditione perfida. Si princeps Walliae vitam habebit, evenit regi Franciae amarius fuligine; nisi quantocius inde velit facere emendam, pergraviter eum poenitebit.*

a) *suppl. edd.* b) houe hue w. fon; b. F. ant F. þe þus bigon *mutat Bödd.* c) ȝe *c.* d) blakkere *(nigrius) em. Bödd.*

1) Quibus Franci Anglorum nuncios vere a. 1302. in Gallia moratos eluserant. 2) Philippus IV. irridetur. Papae iam tunc — ut aevo recenti — inter Anglos cognomen infame fuisse, id quod Böddeker intellexit, vix probarim. Forsitan potius audaciam regis, aliquot cardinalibus sibi coniunctis, ipso anno 1302. papae resistentis carpere voluit poeta, tamquamsi ille se papam fecisset. 3) Ut numquam surgerent, i. e. occiderunt. 4) Versus qui sequuntur postea adiectos esse censet Böddeker, cum alia belli causa atque supra v. 9 sqq. et ultor iniuriae Guidoni comiti Flandrensi illatae futurus Edwardus (postea II. rex) dicatur. Sed revera tunc etiam pro comite arma ceperant minores (populares), et Edwardo Guidonis filia a Philippo IV. capta nuptura fuerat. 5) 'simple' Wright; 'thöricht' Bödd.; sed saec. XIII. verbum adhuc ut olim vocis 'selig' nonnumquam vim habebat, quamquam interdum iam erat i. q. Anglis recentibus 'silly' (insipidus). Nescio igitur an Francia 'beata' ironice dicatur.

Cod. 1. | Cod. 5.

1302. **Papa[g] Bonefacius moritur, sequitur Benedictus.**

*Cod. 1.*

1303. Apr. 25. Anno gratie 1303. . . . Die sancti Marci euangeliste Guido, filius comitis Flandrie, cum mille viris ingressus Selandiam, non veritus multa milia hominum sibi occurrencium, pedester viriliter dimicavit, hostibusque triumphatis, optinuit comitatum. Et quam sepe addidit furor regis Francie irasci et armatum militem contra Flandrenses emittere, non est nostrum hic illud inserere, sed quociens miserit[a], quia aut in acie corruerunt aut de acie ignominiose et inglorii redierunt. Et inclinata[b] est eorum superbia, ut pro magno haberetur, si cum Flandrensibus usque ad certum tempus Francia pascisceretur. Adeo ut dicere possent Franci: 'Fugiamus Flandren-
cf. Exod. 14,25. ses, Dominus enim pugnat pro eis!'

*Cod. 5.*

Anno gratie[h] 1303. . . . Die[i] sancti Marci euangeliste Guydo, filius comitis Flandrie, cum mille viris ingressus Selandiam, non veritus multa milia hominum sibi occurrencium, pedester viriliter dimicavit, hostibusque[k] triumphatis, optinuit comitatum. Et quam sepe addidit furor regis Francie irasci et armatum militem contra Flandrenses emittere, non est nostrum hic illud inserere; sed quociens miserit, constat, quod tociens perdiderit, quia aut in acie belli[l] corruerunt aut de[m] acie ignominiosi[n] et inglorii redierunt. Et in tantum[o] inclinata est Francorum[p] superbia, ut pro magno haberetur, si cum Flandrensibus usque ad certum temporis[q] Francia pacificaretur[r]. Adeo ut dicere possent Franci: 'Fugiamus Flandrenses, Dominus enim pugnat pro eis!'

*Cod. 1.*

Sept. 7. In vigilia nativitatis beate Marie papa Bonifacius derobatus fuit[c] in Campania, Anagnie civitate. . . . . . .

*Cod. 5.*

In vigilia nativitatis beate Marie papa Bonifacius, procurante, ut dicitur[s], rege Francorum Philippo, inter quos horrenda dissencionis per longum tempus exstitit materia[t], atrocissime** irreverenterque depredatus fuit in Campania. . . . . . .

*Cod. 1.*

Papa Bonifacius spoliatus fuit omnibus bonis suis. Obiit[d] itaque[e] papa Bonifacius
Oct. 8. 8.*[1] die Octobris. Et sepultus fuit in cra-
Oct. 9. stino in ecclesia beati Petri in mirifico sepulcro, quod sibi preparaverat adhuc vivens.

*Cod. 5.*

Papa Bonifacius[u] spoliatus fuit omnibus[v] bonis suis***. . . . Papa vero Bonifatio, dignitate papali non obstante, in preiudicium totius ecclesie immisericorditer omnibus bonis suis, ut premissum est, depredato et in carcere per triduum custodito, pre irreverencia ecclesie Romane et sibi, Dei vicario, illata tactus dolore cordis et angustia, infra breve temporis spacium vitam finivit. De[w] quo quidam versificator sic scripsit:

*Ingreditur vulpes, regnat leo, sed canis exit;*
*Re tandem vera si sic fuit, ecce Chimera!*†

*Cod. 1.*

Oct. 13. Quo sepulto[f], in crastino convenientes in unum cardinales, elegerunt[2] episcopum
Oct. 22. Hostiensem[3] de ordine Predicatorum; et 10. die post creatus est in summum pontificem

*Cod. 5.*

Quo defuncto[x], in crastino convenientes in unum cardinales, elegerunt episcopum Hostiensem de ordine Predicatorum; et decimo die post creatus est in summum pon-

*) *in loco raso* 1; 12. 7.

**) a quibusdam inimicis suis et specialiter a quodam Sarra[4] de Campania atr. irr. depr. fuit in palatio suo Anagnie civitatis *Park.*

***) et in carcere per triduum custoditus. Postea rediit Romam *(hucusque forte ex Mathei Par. Cont. Alban. II)*, et ibi tactus dolore cordis et angustia, infra breve temporis spatium vitam finivit *add. Park. non e* 1–8.

†) *Parker add. haec:* Alter vero sic: *Vulpes intravit, tanquam leo pontificavit,*
*Exiit utque canis, de divite factus inanis.*

a) *supple* c. q. t. p. *ex altera recensione.* b) inclinati 1. c) der. — Campania *etiam* 4; der. — civitate *etiam* 7. 8. d) Obiit — vivens *des.* 4. e) *deest* 7. *Park.* f) *sic quoque* 4. 7. g) Papa — Bened. *des.* 4. 6; Qualiter papa Bonefacius, procurante rege Francie, depredatus fuit *rubr.* 6. h) Domini 7. *semper.* i) autem *add.* 4. k) dimicatis vel *add.* 4. l) *deest* 4. 7. m) in 7. n) ignominiose 4. 7. o) dno (*i. e.* Domino) 4; *deest* 7. p) eorum 4. 7. q) *sic* 5. 6; tempus *Park.* r) pascisceretur 6. 7. s) creditur *Park.* t) sue *add.* 6, *sed expunct.* u) *una linea vacua rel.* 6. v) bonis s. o. *Park.*; *quaedam verba de Edwardo I. add.* 6. w) De — Chimera *des.* 4. 6–8, *forte a* 5 *solo inserta.* x) *ita* 5. 6; def. et sepulto *Park.*

1) Potius Oct. 11. 2) Oct. 22. 3) Nicolaum, qui Oct. 27. coronatus est. 4) Sciarra de Columna; hoc nomen Parker in Mathei Par. Cont. Alb. II (ed. Riley, 'Will. Rishanger' p. 216) legisse potest; haec enim de Bonifacio VIII. ad a. 1294. 1303. multa non levis momenti habet, quae ex litteris *De insultatione Bonefacii pape* (ed. Riley l. l. p. 483. ex codice Musei Britannici Regio 14 C I, saec. XIV medio apud S. Albanum exarato) ante a. 1304. scriptis proveniunt.

*Cod. 1.*

et Benedictus XI. est vocatus[*]. Subsequitur[a] passio monachorum Westmonasterii secundum Iohannem[1], cuius copiam non habentes querant et invenient et postulantes[b] accipient.

Anno gratie 1304, qui est annus regni Edwardi 32[c], papa Benedictus, dum apud Perusium[d] verbum Dei populo predicaret, inter cetera deploravit abhominabile excicium in vicarium Iesu Christi et Petri commissum. . . . . . .

*Cod. 5.*

tificem et Benedictus XI. est[i] vocatus.

Anno[k] gratie 1304, qui est annus regni 1304.
regis Eadwardi 32, papa Benedictus, dum apud Perusium verbum Dei populo predicaret, inter cetera deploravit abhominabile excicium in vicarium Iesu Christi et Petri commissum. Nec tantum casum persone deflevit, quin immo ipsum Christum a militibus Pilati iterum spoliari asserens, captum, cf. Matth. 27, 35. 64.
dampnandum et tanquam remortuum planxit in carcere[l], velut in sepulcro triduo a militibus custoditum, non ut dicit apostolus: *Christus resurgens* Rom. 6, 9.
*ex mortuis, iam non moritur* etc. — verum est in carne iam glorificata —, set sicut dixit dominus[m] Iesus Christus Petro interroganti: *Domine, quo* Apocr. A. apost.
*vadis?* ait: *Venio Romam iterum crucifigi*, intellexit[n] hoc Petrus de sua dictum passione, quod in ea Dominus esset passurus, qui patitur in sanctis misericordie pietate[o]. Et sicut idem alio loco dicit: 'Quod uni cf. Matth. 25, 40.
ex minimis meis fecistis sive honoris sive dedecoris, hoc noveritis me passurum'. Cumque hec et plura hiis similia de occasu pape Bonifacii recitaret, spoliatores eius vel omnes ipsis assentientes vel quos[p] huic conscios[q] exstitere duplici contritione anathematis irretivit, insistens et inmoratus quam plurimum huic verbo: *Siquidem in viridi[r] ligno hec* Luc. 23, 31.
*fecerunt, in arido quid facturi[s] sunt?*

*Cod. 1.*

Cumque divinam ultionem flagiciosos viros inopinate occupare assereret et se ad hoc electum, ut annunciaret populo scelera eorum, diceret, ut resipiscerent[e], satisfaciendo commonuit de commissis; alioquin ad radicem maledictionis et stirpis pestifere securim amputacionis et evulsionis se asserit necessario et[f] quam citius positurum. Huiuscemodi igitur interminacionibus exterriti, venefici cum alio Caypha captantes consilium, expedire[g], quod unus homo moreretur, quam tota gens vel tribus Columpnensium deleretur, corrupto per pecuniam pincerna domini pape, inpocionatus[2], non post[h] dies 15 supervixit. Obiit ergo papa Benedictus in civitate Perusii septimo die mensis Iulii, cum sedisset mensibus octo, diebus 15. Post cuius decessum oritur inter cardinales seva dissensio, ita ut

*Cod. 5.*

Cumque fulgura et choruscationes divine ultionis flagitiosos viros inopinate occupare assereret et se ad hoc electum et in cathedra seniorum collocatum, ut annunciaret populo scelera eorum, diceret, ut resipiscerent, satisfaciendo de commissis, commonuit[t], alioquin ad radicem maledictionis et stirpis pestifere cf. Matth. 3, 10.
securim[u] amputacionis et evulsionis se positurum necessario, preconizat. Huiuscemodi igitur interminacionibus exterriti, viri venefici cum alio Caypha captantes consilium, quod cf. Ioh. 18, 14.
unus homo moreretur[v], quam tota gens vel tribus Columpnensium deleretur, corrupto per pecuniam pincerna domini pape, inpocionatus, non per[w] dies 15 supervixit. Obiit ergo papa Benedictus in civitate Perusii septimo die mensis Iulii, cum sedisset men- 1304. Iul. 7.
sibus octo, diebus 15. Post cuius decessum

*) *Cf. Mathei Par. Contin. Alban. II. (ap. Riley, 'Will Rishanger' p. 221)*: De isto Benedicto quidam sic ait:

*A[3] re nomen habe: benedic, benefac Benedicte!*
*Aut rem perverte: maledic[x], malefac maledicte!*

*In cod. Musei Britannici Harlei.* 200, *f.* 140, *c. a.* 1400. *scripto, exstant hi* Versus de papa Benedicto XI^mo, qui fuit frater et sedit in apostolatu non plene per unum annum — sed absit, quod diucius sedisset! —: *A re — — maledicte.*

a) *ita* 1. *Lambeth.*; Sequitur 4. 7; *haec* — accipient *des.* 5. 6. 8, *sed in* 7. 8. *Park. et partim in* 6 *praecedit locus* — *sine dubio ab auctore in authentico scriptus* — *de* monachis incarceratis. b) postulantesque *Lamb.* c) 31. *in loco raso* 1. d) Petrus. 1. e) resup. 1. f) et q. c. *etiam* 8, *des.* 4—7. g) *ita* 1. 8; *deest* 4—7. h) *ita quoque* 8. i) v. e. 7. k) 1304. *in marg.* 4, *ubi* gratie — annus *des.* Qualiter papa Benedictus impocionatus est et *[suppl.* de*]* aliis incidentiis *add. rubr.* 6. l) carne 4. m) d. I. *des.* 4. n) ergo 4. o) pietatem 5. 6. p) *sic* 4. 5. 6; qui h. conscii *Park.* q) conticos 4. r) l. v. *corr.* 5, *et sic* 4. s) fiet 4. t) commovit 6. u) securrim 5. v) pro populo *add.* 4. w) *ita* 4—6. x) maledic e.

1) V. supra p. 459. 2) Aliam historiolam de Benedicto XI. veneno interfecto praebet Ioh. Villani VIII, 80. 3) Eosdem versus in Anglia transscriptos habes e Martini Opp. continuatione 'N. Archiv' V (1880), p. 643; exstant quoque in Ranulfi Higden Polychron. ed. Lumby VIII, p. 292.

*Cod.* 1.

de eligendo per menses novem[1] de ipsis cardinalibus non poterant concordare. . . . . .

*Cod.* 5.

oritur inter cardinales seva dissensio, ita ut de eligendo pontifice per menses 9 de ipsis cardinalibus non poterant concordare. . . . . .

Papa[f] prius moritur, hic Clemens papa creatur.

*Cod.* 1.

1305. Anno gratie 1305. . . . In illis itaque[a] diebus cardinales Romani, dum ad invicem dissentirent, a longe iniecerunt mentis aciem ultra Alpes ad archiepiscopum Burdegalensem Bertrannum de Angeous[2], ipsum in summum Iun. 6. pontificem die pentecostes unanimiter[b] eligentes[a]; et Clemens papa V. vocatur. . . . . .

Interea constituit papa diem coronacionis Nov. 14. et solempnitatis sue crastino sancti Bricii apud Lugdunum. Quo convenerant singuli cardinales, exceptis[a] duobus, qui non venerant pre nimia senectute, et duo alii in itinerando mortui sunt. Mox igitur[a] ipso die dominico creavit alios cardinales, sex de Vasconia, et vicecancellarium suum constituit abbatem Sancte Crucis iuxta Burdegalim[3] de ordine sancti Benedicti, concreatum[a] simul[a] cardinalem, duosque[a] de Francia et unum de Anglia. Et Petrum et Iacobum de Columpna depositos per Bonifacium papam VIII. de novo cardinales creavit. Hinc[c] aliqui e fratribus murmurarunt. Cumque post missarum solempnia equitaret de ecclesia ad palacium, quidam murus lapideus et luteus, vetus et semirutus, cui incumbebat populus multus, ut papam viderent, repente corruit super turbam et duos comites, qui mulam pape per frenum ducebant, unum oppressit, videlicet Andegavensem[4], alterum Britannie[5] interemit et bis[a] binos viros inclitos, multis aliis sauciatis. Sed papa mirabiliter salvatus est. Quod infortunium aliquid futuri mali pronosticum Nov. 23. plurima gens notavit. Die sancti Clementis cum papa primo missam[a] celebrasset, post prandium orta lite et[d] mota pugna inter clientes pape et cardinalium, unus de fratribus[6] summi pontificis in[e] occisis. Alterum fratrem[7] suum cinxit rex Francie balteo militari et multam aliam honorificentiam[a] in civitatibus et castellis suis contulit pape rex Fran-

*Cod.* 5.

Anno gratie 1305. . . . Illis autem[g] diebus cardinales Romani, dum ad invicem dissentirent super electione apostolica, tandem aspicientes a longe, iniecerunt mentis aciem ultra Alpes ad archiepiscopum Burdegalensem Bertrannum de Angeous, ipsum in summum pontificem die pentecostes unanimiter elegerunt; et Clemens papa V. vocatur. . . . . .

Interea constituit papa diem coronationis et solempnitatis [sue[h]] in crastino sancti Bricii apud Lugdunum. Quo convenerunt singuli cardinales preter duos, qui non venerant pre nimia senectute, et duo alii itinerando mortui sunt. Mox ipso die dominico creavit alios cardinales, sex de Vasconia*, et[i] vicecancellarium suum constituit abbatem Sancte Crucis iuxta Burdegalim de ordine sancti Benedicti, creatum similiter cardinalem, et duos de Francia et[i] unum de Anglia. Et Petrum et Iacobum de Columpna depositos et predampnatos per Bonifacium[k] papam VIII. de novo cardinales creavit. Cumque post missarum solempnia equitaret de ecclesia ad palacium, quidam[l] murus lapideus et luteus, vetus et semirutus, cui incumbebat populus multus, ut papam videret, repente corruit super turbam et duos comites, qui mulam pape per frenum ducebant, unum oppressit, videlicet Andegavensem, alterum Britannie interemit et quatuor viros inclitos, multis aliis sauciatis. Sed papa mirabiliter salvatus est. Quod infortunium aliquid[m] futuri mali pronosticum plurima gens notavit. Die sancti Clementis, cum papa primo missarum solempnia celebrasset, post prandium orta lite inter clientes pape et cardinalium, unus de fratribus summi pontificis occisus est. Alterum fratrem suum cinxit[n] rex Francie baltheo militari et multam munificentiam in civitatibus et castellis suis contulit pape rex Francorum, per quod in omnibus negociis

*) Vasconia, duos de F., un. de A., scilicet Thomam fratrem ordinis Predicatorum; et Petrum abb. S. C. i. B. ordinis s. B., cr. s. c., vicec. s. constituit. Petrum *Parker partim ex codd.* 1—8, *partim fortasse ex Bernardo Guidonis.*

a) *sic quoque* 4. b) unamiter 1. c) Hinc — murmurarunt *habent* 4. 6. 8; *des.* 5. 7. d) et m. p. *etiam in* 4. e) est occisus 4, *et sic emendandum.* f) *rubra deest* 7. 8; P. Cl. eligitur 4; Qualiter p. C. constituit curiam suam apud Burdegalim 6. g) tamen 6. h) *ita* 4. 6; *deest* 5. i) *deest* 4. 6. k) p. B. *Park.* l) quidem 6. m) aliqui 5. 6. n) unxit 6, *ubi* rex *deest.*

1) Potius 11. 2) De nomine *lo Got,* parochiae prope Bazas, ita corrupto cf. Rabanis, 'Clément V', p. 13. 3) Petrum Arnaldi; Bern. Guid., SS. R. Gall. XXI, p. 716, ubi vide reliqua nomina. 4) Carolum. 5) Iohannem. 6) Duos quos novimus fratres papae etiam postea superstites fuisse, constat; cf. Rabanis p. 37. 7) Arnaldum Garsiam duobus vicecomitatibus donavit; ib. p. 36.

| *Cod. 1.* | *Cod. 5.* |
| --- | --- |
| corum, per quod in omnibus negociis suis expediendis gratiam multam promeruit et favorem. | suis expediendis gratiam multam promeruit 1305. et favorem. |
| Rex autem Anglie misit domino pape singula utensilia, quibus ministraretur ei in camera et in mensa, omnia ex auro puro, per episcopos regni sui, videlicet Lichefeldensem[1] et Wygorniensem[2] et comitem Lincolniensem[3]. Ad eandem vero sollempnitatem de Anglia plures viri egregii abierunt. Porro episcopum Dunelmensem dominum Antonium de Beek creavit papa patriarcham Ierosolimitanum et electos Eboracensem[4] et Londoniensem dimisit ad propria confirmatos. Papa quidem constituit celebrari curiam suam apud Burdegalim. | Rex autem Anglorum misit ei omnia utensilia, quibus ministraretur ei in camera et in mensa, [omnia[b]] ex[c] auro purissimo[d], per episcopos regni sui, videlicet Lichefeldensem[e] et Wygorniensem et comitem Lincolniensem. Ad eandem[f] vero solempnitatem de Anglia plures viri egregii abierunt. Porro episcopum Dunelmensem dominum[g] Antonium de Beek[h] 1306. propter dapsilitatem et magnificentiam cordis, quam in eo[i] invenit, patriarcham[k] Ierosolimitanum creavit et electos Eboracensem et Londoniensem dimisit ad propria confirmatos. Papa quidem constituit celebrari curiam suam |

apud Burdegalim. Erat[l] autem in principali porta civitatis prophecia hec scripta in duobus[g] versibus aureis literis et Latinis, sed per pulverem incedentium fuerant obfuscati, ita ut non apparerent nisi hee [due[b]] dictiones: *Altera Roma.* Verum constituta ibi curia, viri civitatis, diducto pulvere, invenerunt sic scriptum:

*Dic tu qui transis et porte limina tangis:*
*'Altera Roma, vale! Nomen geris imperiale'.*

Scribebantur[m] autem ibi hii versus antea[n] mille annis.

| | |
| --- | --- |
| Porro senatores Romani miserunt ad papam. Noluit papa adquiescere postulantibus[a], set dixit se missurum illuc quempiam, qui eis satisfaceret vice sui. . . . . . . | Porro senatores Romani miserunt ad papam, ut veniret ad[c] Romam et statueret curiam suam ibi, sicut[o] predecessores sui, summi pontifices, consueverant. Noluit papa |

adquiescere postulatis, sed dixit se missurum illuc quempiam, qui eis satisfaceret vice sui. . . . . . .*

| | |
| --- | --- |
| Anno gratie 1306. . . . Iohannes comes de Aceila[5] . . . captus erat. Quo audito, rex Anglie[6] . . . dicebat: '. . . Suspendatur pro scelere!' . . . . . . | Anno gratie 1306**. Iohannes comes de Asceila[p] . . . captus erat. Quo audito, rex Anglie . . . dicebat: '. . . Suspendatur pro scelere! Nec[q] vos[r] latet, quociens voluit pro- |

didisse[s] nos in Anglia, in Scocia et in Flandria'. . . . . . .

Rex[7] . . . Flandrensibus edixit, ut tributum quod illi debebant solverent adauctum tripliciter. Qui responderunt: 'Non[t] amplius conferemus; quod quicquam contulimus, hinc dolemus. Restituat nobis rex collata, aut vi conquiremus extorta'.

*) *Park. add. non ex 1—8. hos versus:*

Ecclesie navis titubat, regni quia clavis
Errat; rex, papa facti sunt unica capa;
Hoc faciunt 'do des!' Pilatus hic, alter Herodes.

**) *Parker add. haec non ex 1—8, sed fortasse ex Nicolao Triveto* Clemens papa Burdegali[u] existente, episcopum Pictaviensem[8], qui sibi dum archiepiscopus fuerat adversabatur, a pontificali deposuit dignitate. Primatum etiam Aquitanie de Bituriensi[v] ad Burdegalensem ecclesiam transtulit. . . . . . .

a) postulantis 1. b) *ita* 4. 6. 7; *deest* 5. c) *deest Park.* d) puro 6. e) Lychesfeld. 4; Licheldens. 6. f) hanc 4. g) *deest* 6. h) Bek *Park.* i) eum 4. k) cr. p. 1. 4. 6. l) Erat — imperiale *e* 4—8. m) Scrib. — annos *des.* 4. 8. n) ante m. annos *Park.* o) sicut — consueverant *des.* 4. 6. p) Aceyla 4; Asceyla 6. q) Nec — extorta *etiam in* 4. 6. r) nos 4. s) prodisse 5; nos pr. 4. t) Nom 4. u) *sic Park.*; curiam transtulit de Lugduno in Burdegalam, ubi episcopum *Trivet.* v) Bituricensi *Trivet.*

1) Walterum. 2) Willelmum. 3) Henricum. 4) Willelmus Eboracensis et Radulfus Londoniensis a. 1306, Ian. 30. Lugduni consecrati sunt. 5) Atholl in Scotia, adversarius Edwardi I. 6) Iudicibus palatinis suis. 7) Franciae. 8) Walterum.

*Cod. 1.*

1306. Eodem quoque anno quidam hereticus, apostata et pseudopropheta surrexit in Venesia[1] nomine Doucinius, predicans plurima contra fidem, utpote de imperio suscipiendo[2], de omnium morte cardinalium et pape Clementis[3] infra hunc annum; et finem mundi infra triennium tunc instare, fallaciter ut veraciter predicavit, coadunans secte sue uniuscuiusque[a] ordinis gentes apostatrices, asserens inter cetera sue predicacionis nephanda, hominem[4] quemvis cum muliere quavis comiscere[b] non esse peccatum, et mulierem renuentem cuiusvis hominis amplexum dignam ignibus concremari. Plura enormia evomendo asseruit, que, quoniam a fide discrepant ortodoxa, scribere perhorresco. 1307. Mart. 23. Qui non diu post, die cene Domini, captus a Christi fidelibus, ignibus est combustus*. . . . . . .

Febr. 22. Circa festum[c] cathedre sancti Petri venit quidam cardinalis Sabiensis[b], magister Petrus Hyspanus, missus a latere pape in Angliam. . . . . . .[d]

*Cod. 5.*

[e]Illo[f] quoque anno quidam hereticus, apostata et pseudopropheta surrexit in Venecia, nomine Dulcinus[g], predicans plurima contra fidem, utpote de imperio suscipiendo, de omnium morte cardinalium et pape Clementis infra hunc annum; et finem mundi infra triennium nunc instare, fallaciter ut veraciter predicavit, coadunans secte sue uniuscuiusque ordinis gentes apostatrices, asserens inter cetera[h] sue predicacionis nephanda, hominem quemvis cum muliere quavis commiscere non esse peccatum, et mulierem renuentem cuiusvis hominis amplexum dignam ignibus concremari. Plura enormia evomendo asseruit, que, quoniam a fide discrepant orthodoxa, scribere perhorresco. . . .[i]

*Codd. 4. 6.*

Anno gratie 1307, circa festum cathedre sancti Petri venit quidam cardinalis Sabinensis, magister Petrus Hispanus, missus a latere pape in Angliam. . . .[k] . . .**

*) Rex Francorum a domino papa ossa Bonefacii predecessoris sui petiit ad comburenda[l] tanquam heretici instantia opportuna. Petiit etiam, sanctorum catalogo ascribi fratrem Petrum de Murone, qui quondam fuerat papa dictus Celestinus V. *add.* 7. *Park., quae cum Nic. Triveto fere conveniunt.*

**) *Hoc loco subiunxi pauca ex opusculo*[5] *cui inscribitur:* Commendatio lamentabilis in transitu magni regis Edwardi IV. secundum Iohannem de Londonia[5].

. . . Inclitus autem rex[m] Anglie Ricardus . . . notam[n] dedecoris in presumptione audacie sue captus a duce Austrie, pro nephas! passus est. . . . Non sic Edwardus rex noster. . . . Hic rex Edwardus super omnes reges adauxit[o] gloriam militarem[p], edicto[q] lato in Francia, in Flandria, in Aquitannia, . . . ut quotquot militare vellent armis secularibus, ad regem venirent, de sua garderoba cuncta militaria ornamenta effluentissime admissuri. . . .

a) uniusque 1. b) *sic* 1. c) sancti Petri *add., sed* Petri *del.* 1. d) *narratione a.* 1306. *finita, desinunt Flores in* 1, *spatio complurium linearum vacuo relicto, sequitur Continuatio usque ad a.* 1326. e) De pseudopropheta Doncyno *rubr. add.* 4. f) Eodem 4. 6. g) Doncymus 4; Dunsinus *Park.* h) *ita quoque* 4. 6; neph. cet. sue pr. 5. i) *paucis lineis post mutilatus desinit* 5. k) *eodem anno, paucis lineis post desinit post verbum* postulati 6, *ubi aliae manus incipiunt* 4. 7. 8; *Edwardi I. morte narrata, desinit ed. Parker; quibusdam de eodem a.* 1307. *additis, quae a Parkeri ed. differunt, desinit* 8; *incipit priore manu scripta* Commendatio Edwardi I. (*v. supra l.* 28) 4; *continuatio usque ad a.* 1323. *sequitur* 7. l) comburendum *Trivet.* m) *deest* 4. 5. n) notatum 5. o) audaxit 4. 5; adduxit 2. p) inclitarem 4. 5. q) edito 4. 5.

1) A. 1303. Gattinarae prope Vercellas. 2) A Friderico Siculo a. 1303; cf. Krone, 'Dolcino' p. 32. 3) Potius Bonifacii VIII. 4) De his calumniis cf. Krone p. 37; Mariotti, 'Dolcino' p. 190. 5) V. supra p. 459. Ed. Stubbs, 'Chron. of Edward I.' II, p. 3. e codd. 1. Lambeth 419, 2. Nero D II, 3. Coll. Armorum London. XX, 4. Laud. 572, 5. Bodl. Hatton 53.

# EX CRONICIS IOHANNIS DE WALLINGFORD.

*Iohannes de Wallingford*[1] *monachus Sancti Albani a.* 1231, *Oct.* 9. *susceptus*[2], *sacerdos*[3] *et infirmarius*[4] *ante*[5] *a.* 1250. *creatus est. A.* 1252 *sq.*[6] *procurator abbatiae contra clericum ex Romanorum curialium familia ad praebendam Albanensem obrepentem causam egit. Postremo vitam in cella de Wymondham*[7] *degit, ubi a.* 1258, *Aug.* 14. *obiit*[3].

*Ad cuius prioratus usum*[8] *a.* 1256 *sqq.*[9] *exiguis, sed distinctis characteribus scripsit*[3] *codicem Musei Britannici Cottonianum Iulius D VII.*[10] *Inter*[11] *tabulas quae Angliae geographiam*[12], *genealogiam*[13], *leges*[14] *illustrant et S. Albani calendaria, obituarium*[15] *aliaque quae ad cultum divinum pertinent et imagines pictas*[16] *et versus memoriales*[17], prefaciuncula[18] in cronicis fratris Iohannis de Walingeforde *f.* 46'. *praemissa, exstant f.* 61: Cronica ab origine mundi.

*Auctor historiam universalem, non abbatiae suae res domesticas, scribendam sibi proponens*[19], *plerumque simpliciter Mathei Parisiensis*[20] *Historiam*[21], *in*

1) Cave, ne eum cum Iohanne priore Wallingfordensi (cf. supra p. 8, l. 20) confundas. Alter quoque *Iohannes de Walingeford sacerdos* inter S. Albani monachos in Mathei Par. Necrologio (ed. Luard VI, p. 274) a. 1236. defunctus notatur. 2) Cod. Iul. D VII, f. 112': *Hic scribuntur nomina fratrum de professione Sancti Albani defunctorum a susceptione fratris Iohannis de Walingef' in eodem ordine, videlicet a die sanctorum Dionisii, Rustici et Eleutherii anno ab incarnatione Domini* 1231. 3) Ib. add. alia manu coaeva: [1258] 19. *Kal. Septemb. apud Wymund' obiit Iohannes de Waligford'* (sic), *sacerdos, dominus et scriptor huius libri.* 4) Ib. f. 42'. monacho depicto superscripsit Mathei Parisiensis rubricator [cuius manui alias quoque rubras codicis attribuerim]: *Frater Iohannes de Walingeford, quandoque infirmarius.* 5) Math. Par. Add. ed. Luard VI, p. 202: *Opera Ricardi pictoris usque ad a. D.* 1250: . . . *Tabula in infirmaria per fratrem Iohannem de Walingeforde.* 6) Adhuc infirmarius erat; lis fusius narratur in G. abb. S. Albani contin. ed. Riley I, p. 330. 7) Sive Windham, a Norwich versus occ. 8) A. 1139. in marg.: *Obiit Willelmus pincerna regis, fundator cenobii de Wymundeham;* ad calcem pag.: *Capella s. Thome apud Wymund' fabricata est.* A. 1174: *Obiit Willelmus primus comes Arundellie, filius fundatoris de Wymund'*, 4. *Idus Oct.* F. 41: 8. *Kal. Ian. Obiit Willelmus comes Arundelle II. advocatus de Wimund'.* Cf. excerpta a. 1226. 1244. 9) F. 129. postquam scriptor ad calculos vocavit, quotus sit a. 1256. post mundum, Henricum III. regem, Alexandrum IV. papam creatos, pergit ita: *Nunc autem, . . . a. D.* 1257, *elapsi sunt a passione b. Albani* 970 *anni.* A. 1251 (e Mathei Cron. V, p. 264): fulguris cadentis super S. Albanum *vestigia multis annis postea in muris apparuit* (sic). 10) F. 1'. rubr.: *Hic est liber fratris Iohannis de Walingeforde.* 11) Haec farrago iam aevo XIII. medio congesta erat; cf. a. 1256: *In fine libri invenies canticum hoc anno Gallice compositum super desolacione ecclesie Anglicane,* et fol. penultimo: *Or est acumpli a men acient* (sic), de quo carmine cf. supra p. 84, n. 13. 12) F. 10: *Descriptio Britanie.* 13) Inter Henrici III. liberos iam *Katerina*, a. 1253 ex. nata, dicitur f. 59'. Hanc quoque genealogiam e Mathei Cron. cod. 1, vol. I, fol. 4. sumptam esse, monet Madden, Math. Hist. I, p. LV. 14) F. 122': *Magna carta* et aliae s. XIII. tabulae publicae; f. 127': *Expositio Anglicorum nominum in cartis secundum consuetudinem scacarii.* 15) Cf. supra n. 2 sq. Ibi (fortasse exscripta ex Matheo VI, p. 274. 277) habentur haec: [1236] *E.* 2. *N. Maii Rogerus de Wendovre;* . . . [1247] *F.* 2. *N. Febr. Bartholomeus scriptor;* cf. supra p. 8. 10. 16) Cf. supra p. 100, l. 16. et n. 4. 17) F. 14': *de sancto Kenelmo* (minime Albano, ut supra p. 8, l. 22. scripsi); cf. n. 11. 18) Initium ex eodem Mathei Cron. codice 1 repetitum est; Madden l. l. 19) A. 1257: *Quia tantummodo illud negocium tangit ecclesiam Sancti Albani, . . . ad generaliora transeamus.* 20) Eum laudat inter excerpta a. 1250. 21) Iam correctam; v. a. 1245.

*extrema parte Cronica, raro tantum 'Librum additamentorum'*[1] *expilavit*[2]; *saepe nonnisi Mathei rubras conservit, interdum etiam scribae errores*[3] *socorditer transsumpsit. Ubi suis verbis usus est, de papa, imperatore, rege suo eadem quae Matheus iudicia tulit. Perpauca igitur novi ad res Germanicas cognoscendas praebet, tamen, cum quae postremis annis gesta sunt quin ipse viderit, fieri non potuerit, ut testis, qui fidem Matheo habendam quodammodo confirmet, laudandus est. — Etiam* Excerpta de gestis abbatum ecclesie Sancti Albani, *f.* 115', *e Matheo hausta sunt.*

*Iohannem exscripserunt saec. XIII ex. Annalistae Hulmensis et Norwicensis*[4].

*Gale, SS. Angl. XV, p.* 525, *tantum aevi Anglosaxonici partem*[5], *a.* 449—1035. *complectentem*[6], *edidit, ubi auctor e diversis fontibus veritatem indagare frustra conatus, rebus et temporibus fabulose confusis, in pueriles errores incidit*. Haecce excerpta e codice primus exscripsi.* ***F. L.***

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1201. Math. Cron. Anno gratie 1201. . . . Circa dies istos ad instanciam domini Innocentii pape data est quadragesima pars omnium reddituum ecclesiarum ad subventionem Terre Sancte. . . . . . .

Anno gratie 1207. . . . Otho imperator venit in Angliam, et acceptis a rege quinque milibus marcis argenti, repatriavit. . . . . . .

Anno gratie 1208. Ysabel regina peperit regi Iohanni filium, quem vocavit Ricardum. . . . . . .

Anno gratie 1211. . . . Rex Francorum Reginaldum comitem Bononie exulavit. . . . . . .

Anno gratie 1214. . . . Nicholaus Tuscalensis[a] episcopus et apostolice sedis legatus in die apostolorum Petri et Pauli in ecclesia cathedrali Londoniensi sententiam interdicti solempniter relaxavit. . . . . . .

Math. Hist. Anno gratie 1215. . . . Celebratum est concilium generale Lateranense a papa Innocentio. . . . . . .

Rex innumerabilium alienigenarum, quos advocaverat, agmine stipatus, castrum illud[7] cum ipsis militibus, qui se in ipso receperant, obsidione repentina vallavit. . . . . . Veneruntque ex Brabancia, Flandria et Lovania Walterus le Buc, Girardus de Sottingi et Godescalc. Preter istos venit Hugo de Boves; ingressus igitur navem in multitudine gravi, suborta tempestate horribili, sumersus[a] periit cum tota familia sua. . . . . . .

Anno gratie 1217. . . . Papa Innocentius, qui vere stupor mundi erat et immutator seculi, . . . viam universe carnis ingressus est. . . . . . .

Anno gratie 1218. . . . Walo legatus, refertis sarcinis inestimabili pecunia, recessit ab Anglia. . . . . . .

Anno gratie 1219. . . . Sancta Elizabet, regis Hungarie filia, miraculis floruit. . . . . . .

Anno gratie 1223. . . . Obierunt magister Simon[b] de Apulia episcopus Exoniensis et Willelmus de Cornhulle episcopus Cestrensis. . . . . . .

Anno gratie 1225. . . . In die purificationis beate Marie Ricardus, frater regis Anglie, donatus est cingulo militari, et 10 nobiles cum eo, qui ad eius sunt obsequio[c] deputati. Qui postea vernali tempore a rege cum Willelmo comite Saresburiensi et Philippo de Albineto militibusque 40 in Wasconiam missus, apud Burdegalim est appulsus. Qui omnes ipsum gaudenter suscipientes, regi Anglie per ipsum subiectionem fecerunt. Dederat itaque eidem Ricardo[d] ante recessum suum comitatum Cornubie cum tota Pictavia; unde ab omnibus comes Pictavie vocabatur. Militia magna, quam rex Francorum misit contra Ricardum in succursum Pictavensium, confusi vincuntur, capiuntur et interficiuntur. . . . . . .

Otto domini pape nuntius in Angliam venit. . . . . . .

Anno gratie 1226. . . . [Obiit[e] Willelmus[f] IIII. comes[8] Arundellie Non. Augusti].

Hoc etiam anno 4. Non. Octobris beatus Franciscus in civitate Assisji, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Portiuncula, ubi etiam ordinem fratrum Minorum ipse inchoaverat, migravit ad Christum.

Math. Cron. Versus. *Sanctus Franciscus, Romana spretus in urbe,*
*Dia serit volucrum sermonis semina vite.*

*) *Haec cum cod. f.* 13. *collata (Gale p.* 529) *tibi sufficient:*

Solent autem de isto Offa multa narrari[9], que etiam relinquimus pro incertis et apocriphis, ea tamen in cedulis notavimus, ut, si quando vera possint vel probari vel certe deprehendi, maiori operi commendemus. Fuit autem iste contemporaneus[g] Pipini[10] regis Francorum, patris Magni Karoli; factaque est hiemps maxima[h] et memorabilis eius regni 7. anno; et rex Pepinus
768. obiit regni eius anno 12. Successitque Karolus filius anno ab incarnatione Domini 769. Porro iste sicut alia regna sic et Angliam tempore huius regis Offe sibi subegit[11]. . . . . . .

a) *sic c.* b) S. *c.* c) *sic c.;* obsequium *Math.* d) R. *c.* e) Ob. — Aug. *alia manu coaeva suppl. c.* f) W. *c.* g) contempareneus *c.* h) max et m::orabil' *macula partim deleta c.*

1) Cf. infra sub a. 1257, et p. 505, n. 15. 2) Tamen a. 1247. aliam novae monetae imaginem depinxit; cf. Madden III, p. 27. 3) Excerpta a. 1229. 1245. 4) E quibus infra quaedam excerpta dabimus. 5) Sed multa, imprimis vitas sanctorum, omisit. Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 149, pauca e prologo, nomine auctoris omisso, excerpsit. 6) De qua cf. Hardy I, p. 626; Lappenberg, 'Gesch. v. England' I, p. LXVI. 7) Roffense. 8) De Sussex; e gente fundatorum de Wymondham; cf. p. 505, n. 8. 9) Auctorem Vitam Offae a Matheo editam nondum legisse apparet; cf. supra p. 97, n. 15. 10) Rectius *Karoli*. Math. Par. supra p. 359. 11) Similem fabulam v. ap. Walt. Map, SS. XXVII, p. 69.

Anno gratie 1227. . . . Defuncto papa Honorio — de quo ante mortem eius, cum mortuus crederetur, nec erat, et exhaustus et semivivus populo Romano in res papales debacanti[a], quod viveret, per altam fenestram monstraretur, ait quidam: 1227. Math. Hist.

*O pater Honori, multorum nate dolori,*
*Est tibi dedecori vivere, vade mori!*

— isto[a] Honorio successit Gregorius. . . . . .

Negotium crucis per imperatorem Frethericum fuit impeditum, unde, Deo irato, multiplicate sunt[b] ei mala et angustie ab illa hora, sicut sequens sermo declarabit. . . . . .

Anno gratie 1228. . . . Circa dies istos papa Gregorius, cum imperatoris contumatiam[a] simul et Crucifixi contemptum impuniter diutius distulisset, ipsum excomunicavit[a] et latam sententiam per apostolicas litteras in diversis mundi partibus publicari precepit. Imperator vero Frethericus[c], sicut papa per litteras suas sententiam fecerat publicari, ita dictus imperator scripsit universis regibus et principibus christianis, conquerens sententiam in eum fuisse latam iniuriose. In conclusione hoc adiecit, exhortans omnes orbis principes, ut contra incomparabilem Romane curie avaritiam et iniquitatem sese prospitiant, quia tunc saltem sua res agitur, paries cum proximus ardet. . . . . . .

Imperator Frethericus[c] in Terram Sanctam veniens, negocium crucis magnifice promovit et propositum peregrinorum quam plurimum approbavit. . . . . . .

Anno gratie 1229. . . . Circa dies istos papa Gregorius nimis moleste ferens, quod imperator Frethericus, spreto papali consilio, excommunicatus ad Terram Sanctam transierat, decrevit eum, quem contumacem vidit, ab imperiali culmine precipitare. Tandem constituit[d] principem tocius militie sue Iohannem de Bremes[e], quandoque regem Ierosolimitarum, et collegit pecuniam magnam in diversis mundi partibus stipendiariis distribuendam. Sed hec et multa alia et vera imperatori Deo in Terra Sancta iam potenter militanti nuntiabantur. . . . . . . Eodem tempore dominus Iesus Christus, humilium consolator, civitatem sanctam Ierusalem et terram totam populo christiano, specialiter imperatori restituit Fretherico. Frethericus[c] imperator ingressus[f] sanctam civitatem; patriarcha cum episcopis et aliis Domini fidelibus mundificavit templum Domini cum aliis locis[g] sanctis, abluentes pavimentum et parietes aqua benedicta et agentes processiones in himnis et canticis, reconciliaverunt Deo loca sancta, diuturnis infidelibus[h] sordibus profanata. Magister vero Walterus, frater quidam de ordine Predicatorum, Anglicus natione, qui a domino papa officium predicationis in excercitu Christi susceperat, celebravit divina in ecclesiis suburbanis, quia, quamdiu imperator[i], excommunicatus fuerat, intra urbis menia moram fecit, nullus eidem missam celebrare presumpsit. Hiis igitur, Deo dispensante, ordinatis, imperator, ut vestigia Christi plenius adoraret, disponit pedes adire loca sancta terre illius et precipue in laneis et ieiunio flumen Iordanis, in quo Christus baptizatus erat. Antiquo autem scismatum seminatore Sathana procurante, incole Terre Sancte, sancti[k] scilicet Templarii et Hospitalarii[l], invidentes magnificis factis imperatoris, ex odio papali sibi cornua assumpserunt. Volentes igitur hec omnia sibi ascribi, significarunt subdole et proditiose[m] nimis soldano Babilonie, quod imperator proposuit adire flumen Iordanis, quo beatus Iohannes Christum baptizavit, adoraturus humiliter pedes, ieiunus et in laneis, et ibidem posset eundem imperatorem vel capere vel trucidare; addentes, quod ipse circumvenit soldanum ipsum in treugarum forma, quia non iam imperator erat, sed excommunicatus et iam ab imperio deiectus. Quod audire soldanus cum abhorruisset, detestatus est christianorum versutiam, invidiam et proditionem et maxime eorum qui videbantur habitum religionis cruce signatum baiulare. Suspectis[n] litteris, post diligentem deliberationem misit dictam epistolam cum signo aderenti[o] imperatori et omnem dolum prelocutum eidem denuntiavit. Gaudens igitur imperator et gratias Deo agens et soldano, quod laqueos absconditos evasisset[p]. Hoc vero fuit odii seminarium inter imperatorem[q] et Templum.

Per idem tempus magister Stephanus, domini pape nuntius, . . . exigebat decimas omnium rerum mobilium . . . ad guerram suam contra imperatorem sustinendam. . . . . . .

Imperator Frethericus[c] rediens de Terra Sancta applicat in Sicilia, retrocedentibus[r] papalibus, ita quod, quicquit[a] per unum mensem ante amiserat, una die recuperavit. . . . . . .

Anno gratie 1230. . . . Imperatore bene prosperante, quoscumque de proditoribus suis comprehendit, vel vivos excoriari vel patibulis fecit suspendi. Iohannes de Bremes, qui ipsius imperatoris post papam hostis erat capitalis, fugit ad Gallias. . . . . . .

Pacificati sunt papa et imperator. . . . . . .

Anno gratie 1234. . . . Orta est gravis discordia inter papam et Romanos. . . . . . .

Anno gratie 1235. . . . Imperator Frethericus duxit in uxorem Ysabellam, sororem regis Anglie. . . . . . .

Anno gratie 1236. . . . Rex Henricus[s] III. desponsavit Alienoram, filiam comitis Provintie. . . . . . .

Anno gratie 1237. . . . Magister Otto venit legatus in Angliam. . . . . . .

Transiit annus iste . . . Ytalie, Alemannie . . . martius et turbulentus.

Anno gratie 1238. . . . Natus est imperatrici filius et vocatus est Henricus. . . . . . .

Obiit soldanus[t] Babilonie Fretherico imperatori amicissimus[u]. . . . . . .

Anno gratie 1239. . . . Sardania reddita est imperatori Fretherico[c] contra domini[v] voluntatem et prohibitionem. . . . . . . Excommunicatur Frethericus[c] imperator. . . . . . .

Transiit annus iste curie Romane inimicus, Ytalie . . . nocivus. . . . . . .

Anno gratie 1240. . . . Magister Petrus de Egeblanc in episcopum Herfordensem consecratur. . . . . . .

Magister Aldelmus, Coloniensis natione, consecratur in archiepiscopum Armarchane[a] ecclesie, que est tocius Hibernie metropolitana. . . . . . .

Triste pronosticum, scilicet discordie inter sacerdotium et imperium, interpretatum est de piscibus in mari pugnantibus.

Temporibus sub eisdem floruerunt in Alemannia fama et miraculis sancta Elizabet et sancta Hildegardis. . . . . . .

Anno gratie 1241. . . . Petrus de Sabaudia, avunculus regine, venit in Angliam; cui rex comitatum Richemundie contulit. . . . . . .

Capti* sunt ex precepto Fretherici[c] imperatoris in mari prelati versus concilium venientes; inter quos erat Otto, qui aliquando legatus in Anglia extiterat. . . . . . .

*) *Ad calcem pag. c.:* Omnes prelati, papa mandante vocati,
Et tres legati veniunt, huc usque ligati.

a) *sic c.* b) e *add. c.* c) F. *c.* d) constult *c.* e) Bresne *Math.* f) est *e Matheo suppl.* g) aliis *iterum add. c.* h) infidelium *Math.* i) qui *e Matheo suppl. est.* k) sci *c. sicut Math.* l) Hospitil. *c.* m) prodiose *c.* n) Inspectis *Math.* o) *i. e.* adhaerenti. p) dissimulabat *etc. add. Math.* q) T. et i., *corr.* i. et T. *c.* r) retrocend. *c.* s) H. *c.* t) *corr. ex* sald. *c.* u) amacis. *c.* v) pape *ex Matheo supplendum.*

1241. Math. Hist. Comes[1] . . . in Sicilia, in portu de Trapes prospere applicuit. Cito vero occurrit imperator, faciens comiti inauditos honores; et locutus est cum imperatrice sorore sua, quod multum desideraverat. . . . . . .

Obiit papa Gregorius IX. . . . Impedita fuit electio papalis pro multiformi desolatione Romane ecclesie. Eligitur in papam magister Galfridus Mediolanensis, vir scientia preditus, sed annosus; unde, cum iam vix 17 diebus sedisset, prematura morte preocupatur. . . . . . .

Obiit nobilis imperatrix Ysabella. . . . . . .

Anno gratie 1242. . . . Transiit annus . . . imperio turbulentus, ecclesie inimicus. . . . . . .

Anno gratie 1243. . . . Prelati incarcerati per imperatorem liberi permittuntur abire, ut libere eleccionem de papa celebrarent. . . . Sinebaldus cardinalis, natione Ianuensis, creatus est in papam, postquam vacaverat sedes per annum et 9 menses, et vocatus est Innocencius IIII; et statim confirmavit sententiam in inperatorem latam a predecessore suo; unde imperatoris ira in odium est conversa. . . . . . .

Comes Ricardus desponsavit Sintiam, sororem regine Anglie, die sancti Clementis apud Westmonasterium cum honore maximo. Rex nimis honoravit Beatricem comitissam Provintie, matrem scilicet regine.

Otto cardinalis factus est episcopus Portuensis. . . . . . .

Transiit annus iste ecclesie periculosus, imperio flagitiosus, . . . Ytalicis adversarius, Germanie turbulentus. . . . . . .

Anno gratie 1244. . . . Dominus novus papa Innocentius IIII. misit in Angliam magistrum Martinum ad colligendum pecuniam. . . . Interim misit dominus Fretthericus[a] imperator nuncium suum regi Anglie et barnagio, magistrum Walterum de Ocra, literas imperiales deferentem. Quarum summa talis est: 'Supplicamus, admonemus, prohibemus, ne in dampnum nostrum et vestrum aliquid pape contribuatis'. Sub eisdem diebus aplicuit[b] comes Flandrie Thomas cum centum militibus et 200 servientibus in succursum regis Anglie Scotiam expungnare proponentis. . . . . . .

Obiit comitissa Flandrie, uxor comitis Thome. . . . . . .

In[c] hoc anno obiit Hugo quintus comes Arundellie[2] 2. Non. Maii.

Anno gratie 1245. . . . Tempore sub eodem dominus papa fecit excommunicare[d] Frethericum[a] imperatorem per totam Franciam et Angliam.

Mandatum domini pape venit in Angliam de convocando concilium[b] generale apud Lugdunum. . . . . . .

Fecit insuper rex per singulos Anglie comitatus summam reddituum Romanorum[e] et virorum Ytalicorum[f]; et inventa est summa meri redditus, exceptis his que de multorum prelatorum cameris recipiunt premiis et donativis, ad plus ascendisse quam reddituum summa quam dominus rex de toto regno percipere consuevit. Summa[g] Ytalicorum et Romanorum excedit 42[3] milia marcarum. . . . . . .

In concilio generali imperator Frethericus[a] ignominiose depositus est. . . . . . .

Anno gratie 1246. . . . Maritata est filia Reimundi comitis de Provintia Karolo, fratri regis Francorum, cum tota Provintia. Comes Sabaudie Amideus fecit hominium et fidelitatem regi Anglorum. . . . . . .

Transiit annus iste . . . sancte ecclesie nocivus, imperio adversarius, . . . Germanie bellicosus. . . . . . .

Anno gratie 1247. . . . Frethericus[a] fecit omnes magnates de Calabria et Appulia iurare fidelitatem Henrico[h], filio suo. Willelmus comes Holandie eligitur in regem Alemannie per dominum papam. . . . . . .

Magnates Alemannie Willelmo comiti Holandie, quem elegeraut in regem, homagium et liganciam fecerunt. . . . . . .

Obierunt eo anno andegravius Duringie, qui electus fuit in regem Alemannie, Fulco de Novo-castro miles. . . . . . .

Transiit annus iste . . . Ytalie cruentus, Alemannie turbulentus. Frater[4] Matheus Parisiacensis monachus Sancti Albani missus est in Norwegiam ex precepto domini pape, monachos Nigri ordinis visitaturus.

Anno gratie 1248. . . . In valle Moriani quedam ville cum suis inhabitantibus obrute sunt, montibus per particularem terre motum super eas cadentibus. . . . . . . Transiit annus iste . . . Ytalie inimicus. . . . . . .

Anno gratie 1249. . . . Rex Francorum in Cypro hiemans magnam penuriam patiebatur; sed cum Frethericus[a] imperator[5] hoc audisset, transmisit eidem uberiora in[6] frumento, vino, carne, ficubus, amigdalis et aliis victualium generibus. . . . . . .

Obiit archiepiscopus Maguntinus, vir maxime auctoritatis in Germanie partibus et indefessus Fretherici inimicus. . . . . . .

Capitur Ensius, filius Fretherici, a Bononiensibus. . . . . . . Obiit . . . Petrus de Genevre. . . . . . .

Fluxit annus ille . . . curie Romane inimicus, ecclesie turbulentus, . . . Ytalie et Germanie depredator inmisericors.

Anno gratie 1250. . . . Comitissa Cornubie domina Cincia peperit comiti Ricardo filium apud Berkamstede, et vocatum est nomen eius Edmundus. . . . . . .

Regina Francie domina Blanchia . . . congessit honores in comitem Ricardum. . . . Et Lugdunum venienti occurrit fere tota curia papalis; et ipse sereno vultu illi applaudens dominus papa, ipsum ad mensam invitavit, et coepulabantur inmediate, scilicet octavis pasche, eadem die quo[h] captus est rex Francorum. . . . . . .

Frethericus Parmenses et multos rebelles sibi, Willelmo de Holandia victo, viriliter oppressit. . . . . . .

Factus est etiam cum ipso terremotu tanquam terribilis tonitrus et mugitus subterraneus; significare igitur dicebantur vel futuram pestem non minimam vel regnorum immutacionem vel mortem alicuius principis famosissimi. Eodem die sancte Lucie maximus principum, mundi stupor, Frethericus imperator obiit in Apulia. . . . . . .

Evenerunt . . . novitates insolite . . . in hac ultima quinquagena. . . . Si quis eas inspicere desiderat, querat in cronicis domini Mathei Parisiacensis apud Sanctum Albanum, in anno scilicet 1250.

Conclusio[7] cronicorum Mathei Parisiensis: Hic terminantur[7] — — celi solio. Explicit.

Anno gratie 1251. . . . Innocencius IIII. papa recessit a Lugduno, procurans modis quibus poterat omnibus, ne quis in imperatorem amplius promoveretur, ut de cetero, nullo contradicente, sola curia Romana dominaretur, que iam doluit, quod Willelmum de Holondia de imperio subarrantes[i], regnum Alemannie sibi iam subiugaverat. Festivitate[k] autem, ut dictum

a) F. *c.* b) *sic c.* c) In — Maii *alio atramento add. c.* d) excoicare *c.* e) Romon. *c.* f) inquiri *sicut in Mathei Hist. Angl. ex Mathei Cron. suppl. videtur.* g) Summa — marc. *in marg. c.* h) H. *c.* i) subarraverat, qui *corr. vid.* k) Festū *c., sed ultima littera abrasa est.*

1) Cornubiae. 2) V. supra a. 1226. 3) 40 Math. Cron., post mutatum in 60; 60 Hist. 4) A. 1248; Math. Par. 5) Titulum Matheus hic omisit. 6) Haec Venetos misisse dicit Matheus. 7) Haec quoque ex Hist. Angl. exscripta sunt.

est[1], sancte Lucie proximo preterita obierat domitor ecclesie Romane Fretherícus. Quem 1251. etiam mortuum iterato dominus papa ad terrorem cum suis fauctoribus terribiliter excomunicavit. . . . Math. Hist.

Imperium Romanum, quod a multis annis ante Christi incarnationem sumpsit exordium et viguit continuatum, procurante curia Romana, ut sola dominaretur, suspenditur desperatum. Quin immo penituit eam Willelmum de Holandia in regnum Alemannie sublimasse, qui iam sic videbatur in imperium iam arram suscepisse. . . . . . .

Dominus papa recessit a Lugduno, Romam tendens. . . . Conradus, filius Fretherici quondam imperatoris, prosperatur in guerra valde mota contra papam et multis casibus invalet expunguando. . . . . . ib.

Transiit annus iste . . . domino pape et curie Romane laboriosus, sumptuosus[a] et post[b] transmigracionem periculosus, Math. Cron. . . . Romanis, Ytalicis, Germanicis, Siculis, Appulis et Calabribus decapitatis et adhuc acephalis minime securus. . . . . . .

Anno gratie 1252. . . . Eodem anno in quadragesima missi[c] comiti Ricardo de partibus transmarinis bubali. . . .

Confertur Wasconia Ædwardo, primogenito regis. Quod cum comes Ricardus cognovisset, iratus valde, in continenti tam mente quam corpore a curia[d] recessit. . . . . . .

Magister Albertus, domini pape notarius, venit in Angliam. Causa autem adventus sui hec fuit: Dominus papa, sciens, comitem Ricardum, fratrem domini regis, pecunia magna abundare, satis astute providit, ut ipsum ad regem Apulie, Sicilie et Calabrie eligeret et vocaret. Sed non credebatur aliquatenus[e] comes papalibus promissionibus pluribus de causis. Et quia, ut moris est dicere, quod stulte orat qui orando sui obliviscitur[f] et qui alieno comodo intendens sui extat immemor, dictus magister Albertus Londoniis commorans, donec de mandato domini pape, quia comes suspensum protelaverat, certificaret[g]. Interim significavit multis Anglie prelatis, supplicans, ut hic palefridum, hic beneficium ecclesiasticum illi conferret, et alia, si qua dona gratanter offerrent, ne videretur contemptus, minime refutaret.

In octavis beati Martini applicuit in Anglia Bonefacius archiepiscopus Cantuariensis. . . . . . .

Conclusio anni. . . . Imperium quasi ratis sine gubernaculo periclitatur. . . . . . .

Anno gratie 1253. . . . Venerunt nuncii domini regis et quorundam magnatum, nuntiantes, quod quidam frater de ordine Predicatorum, dum predicasset Mediolani pro assertione veritatis, ab eisdem interemptus est. Retulerunt insuper, quod Romani elegerunt sibi novum senatorem civem Bononiensem nomine Brancaleonem, virum iustum, rigidum iurisque peritum. Stabilitus igitur est senator triennalis contra statutum urbis Rome et ad hoc sacramentum cum obsidibus[h] ab omnibus recepit. . . . . . .

Magister Albertus circa festum sancti Mauri, cum suum proprium negocium fructuose perfecisset et desiderium domini pape plenius comiti Ricardo exposuisset, sine certa spe recessit. . . . . . . Oct.

Transiit annus ille . . . Flandrie et provintiis conterminis cruentissimus et probrosus, pape et papali curie artus et angarialis, Wasconie marcius et exterminatius[i]. Inceperunt enim hoc anno contradictiones contra papam a christianitate et maxime ab episcopo Lincolliensi, licet filialiter; et hec fiunt initia Math. dolorum.

Anno gratie 1254. . . . Commissum est prelium cruentissimum in confinio Flandrie et Brabancie inter Francos et Flandrenses et eorum fautores ex una parte et comitissam Flandrie et eius complices. Tandem cessit victoria Willelmo de Holandia et suis fautoribus. Franci autem victi, vulnerati et pro maiori parte trucidati irremediabile dampnum et opprobrium subierunt. . . . . . .

Comes Ricardus fecit comburere sua primo retia[k], que kidellos vulgariter appellamus, de quibus mentio fit in Magna carta[2], ut sic aliorum retia liberius concremaret. . . . . . .

Obiit Henricus[l], mire speciei filius Fretherici[m] Romanorum imperatoris. . . . . . .

Circa idem tempus venit rex Francorum de Terra Sancta et pacificavit illud maledictum discidium, quod infeliciter muliebri procatia in finibus Flandrie ortum est. . . . . . .

Circa festum sancti Nicholai obiit papa Innocencius IIII. . . . Post papam Innocencium IIII. successit papa Alexander. . . . . . .

Conclusio. Transiit igitur annus ille . . . Italicis, Flandrensibus . . . marcius et inimicus. . . . . . .

Anno gratie 1255. . . . Comes Ricardus non minimam pecuniam domino regi comodavit, unde Iudeorum suscepit custodiam. . . . . . .

Dominus papa Alexander petiit orationes a viris ecclesiasticis[n], ut vacilantis ecclesie status feliciter inter tot pressuras, Deo favente, reformaret. . . . Dominus papa Alexander destinavit ad partes Anglicanas magistrum Rustandum de Wasconia, subdiaconum suum et capellanum. . . . Dedit etiam eidem idem papa potestatem absolvendi dominum regem cruce signatum a voto suo, ne iret ad terram Ierusolimam, ita tamen, quod, recepto ab eo sacramento per episcopum Boloniensem specialiter ad hoc destinatum, quod[o] voto transmutato iret dictus rex in Appuliam contra Manfredum et alios adversarios ecclesie expungnandos. Dictus episcopus detulit anulum regni Appulie, per quem filium regis Aedmundum de Appulia per dominum papam investivit[3]. . . . . . .

Anno gratie 1256 . . . Captus est Thomas de Sabaudia a Thorinensibus. . . . . . Archiepiscopus Cantuariensis in partibus remotis et ultramarinis commorans, gregem suum rictibus luporum dereliquit. . . . . . .[p]

Pax, sed suspecta, post multam hominum stragem inter Alemannos, Flandrenses et Francos est reformata. In qua strage a Frisonibus perimitur Willelmus de Hoilonde rex Alemannie, pro cuius creatione papa expenderat trecenta milia librarum. . . . . . .

Menfredus, filius imperatoris Fretherici, triumphat ad votum de adversariis suis, scilicet papalibus, captis etiam et contritis, recuperat quicquit[q] in Apulia papa Innocencius IIII. adquisivit, pecunie fusa infinitate. . . . . . .

a) supt. *c.* b) propter *Math.* c) sunt *e Matheo suppl.* d) aruria *c.* e) ut consentiret *add. Math.* f) oblivicitur *c.* g) *sic sententia non finita c.* h) obsibus *c.* i) exterminativus *forte emendandum.* k) reticia *c.* l) H. *c.* m) Frethereci *c.* n) eccliast. *c.* o) *delendum.* p) *paullo ante mutatur atramentum c.* q) *sic c.*

1) P. 508, l. 56. 2) A. 1215. art. 33; a. 1225. art. 23. Anglis 'kiddle', i. q. 'fischwehr'. 3) Pergit Matheum secutus narrare, quomodo Ricardus comes regi fratri auxilium ad Apuliam adquirendam negaverit.

1256. Math. Cron. Eligitur comes Cornubie Ricardus in regem Alemannie, et rex cum gaudio consentit. . . . . .

Devotio populi tepet circa fratres[1], nec erogantur elemosine consuete, ut videatur prophetia[2] sancte Hildegardis de Alemannia iamiam verificari. . . . . .

Circa festum sancte Katerine redierunt in Angliam, relicta obsidione civitatis Taurinensis, et consumpta inestimabili pecunia, Bonefacius archiepiscopus Cantuariensis et Petrus de Sabaudia[3], respirantibus civibus Taurini; et firmius suum incarceratum, scilicet Thomam, fratrem eorum, tenuerunt. . . . . .

1257. Anno gracie 1257. . . . Item venit in Angliam archiepiscopus Messanensis, frater de ordine Predicatorum, cum magno comitatu et apparatu et potestate magna a domino papa concessa.

Sciendum, quod frater Iohannes de Dia de ordine Minorum[4], magister Rustandus, domini pape subdiaconus et capellanus, magister Bernardus canonicus Senensis, domini pape subdiaconus et capellanus, una cum fratre Iohanne de Cancia, fratre Minore, nuncio domini pape in Anglia, quorum[a] quilibet habuit potestatem a domino papa recipiendi procurationes suas a viris religiosis et aliis clericis de regno, et receperunt. . . . . .

Mart. 18. Eodem anno in medio quadragesime factum est parlamentum generalissimum, ubi rex instanter exegit sibi pecuniam ad promovendum filium suum Ædmundum in regnum Appulie[b] infinitam, videliced[b] centum milia marcarum et postea 40 milia marcarum et postea 40 et 1 milia marcarum et 35 marc.; et hec omnia postulavit urgenter exiberi sibi Sept. 29. ante festum sancti Mikaelis. Quod cum abhorrerent auditores, nec valuerunt nec voluerunt regio desiderio satisfacere, respondentes, quod ad eorum presidium confugeret, quorum consilio incurvabatur.

Intruditur quidam Romanus in decanatum Eboracensem, invito et ignaro archiepiscopo, per dominum papam. . . . . .

Archiepiscopus Coloniensis et quidam alii magnates Alemannie venerunt Londoniis ad consolandum et animandum comitem Ricardum, ne pusillanimis esset ad recipiendum regnum Romanorum, ad quod rite eligebatur; et fecerunt ibi ipsi homagium. Recessit ad pascha dictus archiepiscopus et[a] transfretans in galea, adventum comitis Ricardi[c] in Alemannia planum et tutum paraturus. Mittunturque comes Gloucestrie et dominus Iohannes[d] Mansel ad explorandum omnia, antequam comes exponat se ambiguis casibus. Qui renuntiaverunt, quod bene et secure poterat illuc transmigrare. Cum igitur per multos dies apud Gernemuth ventum pro- Lib. add. Apr. 29. sperum expectasset, divina providente clementia, 3. Kal. Maii[5] navem ascendit et cum eo uxor sua domina Sincia. Tandem cum gaudio in die apostolorum Philippi et Iacobi in Holandia applicuerunt et inde Math. Cron. conductu comitum et magnatuum[b] pervenerunt apud Aquisgranum; ubi cum summo gaudio et honore coronatus est in regem Romanorum, et uxor eius in reginam; die scilicet ascensionis; sed et Henricus, filius eius, balteo Lib. add. cinctus est militari. Interfuerunt dicte festivitatis celebracioni archiepiscopi[e] et episcopi decem, duces et comites viginti[f], et tria[6] milia, secundum estimationem, ordinis militaris; de aliis personis utrius- Math. Cron. que sexus et conditionis nulla fuit estimatio. Et obstupuerunt Alemanni, quoniam numquam tam solempne festum convivale previdentes[b]. . . . . .

Eodem anno magnates Alemanie, inito consilio, dixerunt domino suo regi Ricardo: 'Domine, nos gratuita dilectione te rite in dominum et regem nostrum elegimus. Nos igitur te, quem gratis elegimus, fideliter custodiemus et devote serviemus. Ammoveantur[g] igitur, quos huc adduxisti, Anglici et alii qui nobis sunt alienigene[7], ut familia tua sit inpermixta, et consilium tuum archanum unanime'. Quod rex acceptavit tanquam sanum et salubre consilium et ammovit fere omnes, quos secum adduxerat, Anglicos. Addideruntque Alemanni: 'Nolumus, ut vestigia fratris tui regis Anglie, qui suis naturalibus hominibus alienos preponit, sicut in regno suo iam manifeste apparet iam perituro, sequaris'. Perpendens rex huic verbo inesse veritatem, dixit: 'Et ego me penitus per omnia vestris dedo consiliis'. Extunc paraverunt Alemanni custodiam armate manus non modice ad custodiendum corpus regis sibi plus et plus diatim dilecti. . . . . .

Rex, audito infortunio, quod accidit in Wallia, tum propter illud dampnum et dedecus, tum propter regnum Apulie, quo se iam defraudatum formidavit, . . . in tantam precipitatus est tristiciam, quod in febrem tercianam in fine Maii, que per multos dies duravit, est prolapsus. . . . . .

Eodem etiam anno venit mandatum scriptum[8], quod tantum continet littere quantum continere creditur unum psalterium, de vita et moribus Tartarorum, ad comitem Legecestrie Simo-

a) *delendum.* b) *sic c.* c) R. *c.* d) I. *c.* e) duo *fort. suppl. e Libro add.* f) 30 *Liber add.* g) ammoveanur *c.*

1) Praecedunt quaedam de Euangelio aeterno a papa condemnato. 2) Cf. Mathei Cron. supra p. 234. 3) Ib. p. 359. 362. 4) Cf. Mathei Cron. supra p. 381. 385. 5) *Dominica post b. Marcum* Lib. add., supra p. 372. 6) Cf. Ficker, Reg. nr. 5293f. 7) Haec forsitan e brevi Mathei sententia supra p. 375, l. 6. fusius commentus est Iohannes. 8) Matheus quoque a. 1257. ad litteras de Tartaris *apud S. Albanum* requirendas lectorem remisit, ubi Luard (V, p. 655) epistolam Ungari episcopo Parisiensi a. 1240 ex. datam (v. supra p. 207, n. 7) dici censet. Quam cum Albanensibus forsitan Simon communicavit.

nem de Monte-forti, et de eorum fortitudine et guerra et de adquisicionibus. Quod qui inspicere desiderat, apud Sanctum Albanum in Libro additamentorum poterit reperire. . . . . . 1257. Math. Cron.

Eodem quoque tempore rex Yspanie audiens, quod comes Ricardus in regem Alemannorum vel Romanorum iam esset creatus, iratus est valde, asserens, quod prius ad illam dignitatem electus fuisset, et procurante rege Francorum, qui Anglos non consuevit diligere, suscitavit novo regi Ricardo inimicos, in capite videlicet archiepiscopum Treverensem[1], et corrupit ducem Lovanie[2], ut non staret firmiter cum dicto rege Alemannie. . . . . .

Eodem tempore transfretat magister Rustandus Romam aditurus, multiplicatis reditibus et pecunia magna ditatus. Et negocium regni Appulie suspenditur, multiplicatis debitis cum usuris, ita quod audientes obstupuerunt. . . . . . .

Et circa idem tempus transvecta est non minima pecunia[3] de thesauro regis Alemannie Ricardi, ita ut videretur Anglia penitus argenti inexhaustus[a]. Et per certam computacionem conputabatur tesaurus[b] comitis Ricardi, antequam iter arripuit versus Alemanniam, ut per 18 annos cotidie posset expendere 200 marcas, qui penitus in uno anno exhaustus est. Deficientibus igitur nummismate, blado et quolibet genere fructuum, cepit Anglia miserabiliter egere et affligi. Contulit etiam idem rex Ricardus Henrico, filio suo, Knareburc[4] et quedam alia que habebat in Anglia; iussit etiam idem rex nemora sua vendi et quecumque alia fuerant in Anglia venalia et precium sibi transmitti; per quod perpendi potuit, quod totam pecuniam suam in avaricia Alemannorum exposuerat; veruntamen quasdam civitates ab antecessoribus suis inpignoratas liberavit. ib.

Quidam vero miles strenuus[c] in armis et dives de confinio Wallie, Iacobus scilicet de Audolee, qui nuper de Alemannia[d], ut castra sua restauraret et defenderet, Walenses hostiliter impotens, ipsos non mediocriter dampnificavit.

Eodem anno rex Hispanie postulavit a rege Anglie sibi efficax prestari auxilium contra inimicos suos, quorum maximus fuit occupator regni sui, comes Ricardus, frater eius, quasi ad hoc tenebatur idem rex Anglie secundum tenorem carte nuper inter eos confecte pro Wasconia. Cui rex Anglie respondit: 'Inhonestum mihi foret fratrem meum, regem novum et auxilio indigentem, expungnare. Sed et tu pocius mibi potenter succurre et auxiliare, ut fratris mei hostes, qui et mei sunt, valeamus edomare!' Et sic succrevit discordia inter eosdem. Significavitque rex Hispanie regi Alemannie Ricardo, ut a reguo cederet, quia in[e] eo ius non habuit. Ad quod rex Alemannie Ricardus respondit, quod nullatenus cederet, sed impetus suos aut minas vel etiam bellum, ad quod Franci eum animaverant, alacriter inperterritus[f] expectaret. Rex tamen Hispanie in titulo literarum suarum se regem Romanorum palam nominavit. . . . . .

Anno gratie 1258, qui est annus domini regis Henrici[g] III. 42, fuit idem rex ad natale Domini Londoniis. . . Ubi[5] etiam commorans — et propter festivitatem sancti Aedwardi, ut ibidem interesset — audivit, quod Iohannes de Avennis, valde qui necessarius regi Alemannie extitit, et episcopus Treverensis, eidem regi inimicissimus, obierunt. . . . . .

Tres regine prodierunt a comite et comitissa Provincie, Francie scilicet, Anglie et Alemannie. . . . . . .

Eodem quoque tempore facta est gravis dissensio et cruenta sedicio in urbe Roma. Potenter enim Brancaleone per populum Romanum a carcere liberato et substituto[h] in dignitate pristina, videlicet senatoria, cassatur alius intrusus, invitis Rome nobilibus et Hanebalensibus et omnibus aliis qui incarcerationem suam procuraverant. Liberatus igitur duos nepotes Ricardi Hanibalensis videlicet cardinalis suspendit. Quo audito, papa non mediocriter perturbatus, migravit a Biterbio[6] ad Assisium. Comminatus est tamen teribiliter[b], quod tales perturbatores excomunicaret[b]. Sed populus Romanus, asserens ab antiquo privilegium optinuisse, quod papa talem non habet potestatem, comminaciones[i] papales chachinnantes contempnebant. . . . . .

In dominica palmarum proximo sequens[b] episcopus Northwicensis[7] celebravit suum festum[k]. 1258. Mart. 17.

a) puteus *supplendum.* b) *sic c.* c) strenus *c.* d) venerat *suppl. e Matheo.* e) *bis scr. c.* f) inpit' *c.* g) H. *c.* h) substituta *c.* i) comicones *c.* k) *desinunt Cronica.*

1) Arnoldum. 2) Henricum; cf. Ficker nr. 5498. Iohannes haec fortasse ex Matheo supra p. 376. 379. 381 sq. collegit. 3) Cf. Math. supra p. 377. 4) Knaresborough in Eboracensis com. parte orientali. 5) Nuntios de his mortuis Matheus quoque notavit, sed, ubi vel quando advenerint, non dixit, nisi forte haec loco iam raso (ed. Luard V, p. 661) exstiterunt. Treverensem languisse, sed non obiisse, noster ap. Matheum supra p. 382. iam non legisse videtur. 6) Alexander IV. ab a. 1257, m. Maio ex. ad a. 1258, m. Oct. Viterbii moratus est. Auctor, Matheo supra p. 377. velocius lecto, in errorem incidit. 7) Simon, ad cuius dioecesim pertinet Windham, Mart. 10. consecratus; Math. Par. ed. Luard V, p. 667.

# EX LIBRIS DE REBUS SAECULI XIII. EXEUNTIS APUD S. ALBANUM SCRIPTIS.

## EX WILLELMI DE RISHANGER OPERIBUS.

*Studium historiae scribendae per unum fere aevum*[1] *inter Albanenses extinctum c. a.* 1300. *Willelmus de Rishanger*[2], quam plurimorum consuetudine qui scripta cronicalia parvipendunt[3] *reiecta, novo ardore accendit*[4]. *Qui, Rishangles*[5] *fortasse loco, a.* 1250. *natus, S. Albani monasterium a.* 1271. *intravit*[6]. *In utroque quod exstat opere* cronigraphum[6] *quidem sive* cronicatorem[7] *se dixit, regis autem historiographus — minus recte, utpote qui cum baronum partibus steterit — recenti demum aevo*[8] *appellatus est. Obiit post a.* 1312.[9]

*I. Narrationem de bellis apud Lewes et Evesham, de a.* 1258—1267.[10] *Willelmus certe compluribus annis post id tempus*[11], *immo etiam, ut videtur, non ante Gesta Edwardi I. post a.* 1307. *composita*[12], *uno ductu*[13] *scripsit. In quo fontes adhibuit Mathei Cronica*[14], *Librum additamentorum*[15], *a.* 1260—1264.

1) Ab a. 1267. 2) Ita n. 6. et excerpta; sive *Rissang'* (v. excerpta), *Rysanger* (infra n. 9), *Risangre* (infra n. 4. et p. 513, n. 18). 3) Verba prologi Narrationis de bellis, quae de Mathei Parisiensis aevo minime dici potuissent. 4) Albanenses, qui saec. XV in. in tractatu qui *De monachis S. Albani* inscribitur (ap. Riley, Ioh. Amundesham II, p. 303) haec notaverunt: *Post Matheum Willelmus Risangre, Henricus Blankfrount* [Blaneforde, ed. Riley a. 1866], *Symon Bynham* [cuius mentio ante a. 1326. et post a. 1335. ap. Thom. Walsingham., G. abb. ed. Riley II, p. 131. 305. fit] . . . *cronica successive scripserunt*, in historicorum confratrum serie enumeranda certe duorum, scilicet Contin. I. Mathei (v. supra p. 457) et Iohannis de Trokelowe (saec. XIV in.; ed. Riley a. 1866) obliti sunt. 5) Prope Eye in Suffolk com. 6) *Memorandum, quod ego frater Willelmus de Rishanger cronigraphus die inventionis sancte crucis* [Mai. 3] *anno gratie* 1312, *qui est annus regis Edwardi, filii regis Edwardi, quintus, habui in ordine* 41 *annos et in etate* 62 *annos. Hic est liber Sancti Albani*, inscr. saec. XIV in. cod. Claud. D VI, f. 97; specimen scripturae ap. Halliwell, 'Will. Rishanger'. 7) V. excerpta. 8) Baleus et posteri laudarunt (vel legisse videntur) cod. Coll. Corp. Chr. Cantabrig. 110, p. 131, ubi quidam saec. XVI in. Edwardi I. litteras de Scotia vindicata Bonifacio VIII. datas e codd. Regio 14 C I et Claud. D VI, quibus Rishangerii nomen inscriptum est, transsumpsit et haec addidit: *Willelmus Rishanger et alii colligunt quam plurima regnum Scotie concernentia et eius subiectionem regno Anglie*; Halliwell p. XI; Riley p. XIX. 9) V. n. 6; quae qui eum a. 1312. obiisse dicunt negligentius legisse videntur. Quodsi scriba Albanensis saec. XIV. cod. Regii 13 E IX et (inde?) c. a. 1400. Thomas de Walsingham (ed. Riley) de rebus a. 1322. gestis ad *Cronica Willelmi Rysanger apud S. Albanum* lectorem remiserunt, nescio an huic ut codicis Claudius D VI primo conditori opus Iohannis de Trokelowe, posterioris confratris, ascripserint. Neque ullo argumento fultus est Baleus, qui Rishangerio attribuit Mathei Parisiensis Continuationem Albanensem II (— a. 1306; ed. Riley, Will. Rishang. p. 1), fere inter a. 1323. et 1350. ex libris Albanensibus, Nicolao Trivet, Floribusque historiarum Westmonasteriensibus confectam. 10) Opus ultra perducere in animo habuisse videtur, cum dixerit p. 47 (a. 1265 ex.): *Guido de Monte-forti evasit, de quo postea dicetur*, ab eo Henricum de Alemannia a. 1271. trucidatum esse, narraturus, ut coniicio, quamvis de eo infra nihil legatur. 11) V. supra n. 3; cf. p. 25: *Comes de Leycestria exemplum relinquens Anglicis, qualiter circa castrorum assultationes agendum sit, qui penitus huiusmodi diebus illis fuerant ignari*, quae verba post Stirling a. 1304. expugnatum scripta videntur esse; p. 59: Henricus III. *festum s. Edwardi, sicut ei moris erat, solempnizavit*. 12) V. infra p. 513. 13) Lectorem saepe ad posteriores operis partes remisit; cf. p. 6. 10. 16. 21. 24. 31. 39. 47. 14) P. 4. e Cron. V, p. 739. hausit. 15) P. 9. e Matheo Par. VI, p. 405.

*Continuatorem*[1] *I. Albanensem. Multa quoque quae de a.* 1265 *sqq. accuratissime exposuit fortasse huius continuationi iam perditae, certe coaevo monacho Albanensi debuit. Praeterea litteras nonnullas*[2], *velut de pugna Beneventana Roberti Flandrensis epistolam*[3], *fere ad verbum transsumpsit. De hominum*[4] *moribus et Angliae conditione et S. Albani*[5] *rebus domesticis quaedam sibi adolescenti visa ipse addere potuit*[6].

*Qui quod ab annalistarum coaevorum ratione longe diverso consilio unum idque gravissimum reipublicae discrimen explicandum sibi proposuerit quod Simonem de Monte-forti, clarissimis Sacrae Scripturae viris comparatum*[7] *heroem, quasi primas partes egisse*[8], *atque instituta civilia quo nexu inter se cohaererent*[9], *bene perspexerit atque exposuerit, laudandus est. Ordinem autem temporum in narrando minus curavit.*

*Unicus codex, quo liber exstat, Musei Britannici* C o t t o n i a n u s *Claudius D VI*[10], *f.* 97—114, *olim S. Albani, perverso ordine*[11], *mendose*[12] *nec sine lacunis*[13] *saec. XIV in. vel medio exaratus est; quem iterum evolvi.*

*Libellum hunc accurate edidit et amplissimis notis illustravit J. O. Halliwell, 'The Cronicle of William de Rishanger'. Lond. Soc. Camden.* 1840. 4°.

*II. Alter vero Willelmi libellus, cui inscribitur Recapitulatio*[14] *de gestis Edwardi, multo minoris pretii est, cum nihil fere nisi res apud omnes pervulgatas brevissime perstrictas praebeat. Ubi temporibus non notatis*[15], *nec iudicia proferre ausus, regem, etiamsi cleri privilegia violaverit, aperte vituperare noluit.*

*Codicis altera pars in Musei* B r i t a n n i c i *libro Regio* 14 *C* 1[16], *f.* 4, *altera in* C o t t o n i a n o *Claudius D VI. supra dicto, f.* 189. *exstat. Qui, saec. XIV in. vel medio in monasterio Albanensi, eadem manu, ut videtur, quae etiam partem Belli Lewensis scripsit, exaratus, a H. T. Riley, Willelmi Rishanger Chronica, in Serie quae Rotulorum vocatur Lond.* 1865. 8°, *p.* 411 *sqq. editus, a nobis iterum collatus est.*

*De advocatia Tynemouthensi ab Edwardo I. a.* 1293. *adversus S. Albanum vindicata Rishangerium scripsisse, posteri Albanenses contenderunt*[17]; *sed hac de re in libris iam ei attributis nihil invenitur. Alia vero opera multa quae ei vulgo attribuuntur, imprimis Mathei Parisiensis Continuationem Albanensem II, Willelmo abiudicanda esse censeo*[18]. ***F. L.***

1) P. 10—17. 20—41. fere omnino cum Floribus historiarum a. 1263 sq. conveniunt; cf. supra p. 458, n. 4. 2) Nescio an e 'volumine de statutis' (v. infra n. 15) hausta sint p. 37. Misa de Lewes, p. 39. Appellatio cleri Angliae contra legatum, p. 51. Deditio Simonis de Monte-forti, p. 60. Responsa cleri in parliamento S. Edmundi, p. 62. Exheredatorum Eliensium defensio. Etiam carmen coaevum de Angliae statu a. 1264 in. inseruit p. 18. 3) V. infra p. 517. 4) Velut Simonis comitis Leicestriae. 5) P. 24. 48 sqq. 6) *Gesta regum Anglie*, quae p. 22. laudat, nescio an sint Will. Malmesbur. G. pontif. 178. 7) Iosiae p. 7, Iohanni baptistae p. 46, apostolis p. 44. 8) P. 6: *de ipso comite nostre narrationis materia sumit initium.* 9) P. 17: *Statuta Oxoniensia (ad exaltationem ecclesie et utilitatem regni* p. 2*) super (Magnam) cartam fundata fuerant.* 10) Vide specimen scripturae ap. Halliwell. 11) Quem editor partim restituit. 12) Nomina persaepe corrupta sunt; velut infra p. 514, n. f; p. 515, n. d; p. 20. *Sadonor* (Radnor). 13) V. p. 35. et infra p. 517. Auctor p. 21. 47. se res 'postea' narraturum esse promisit, quas frustra quaesivi. 14) Ab initio operis auctor (de quo v. Albanensia p. 417) eventus a. 1307 (v. infra p. 518, l. 12) novit neque infra p. 519, l. 28. in errorem incidisset, nisi compluribus annis post a. 1307. scripsisset. Quae 'inferius' narrare voluit (infra p. 519, n. 2) desunt. Cum a. 1297, paucis tamen praemissis, inciperet, eum Opus cronicorum (infra p. 520), quod a. 1296. desinit, continuare voluisse, censet Riley, 'Ioh. Trokelowe' p. XI. 15) Etiam *Statuta que inseruntur in alio volumine de littera curiali* (p. 418) omisit. 16) Specimen scripturae vide ap. Riley; minime autographi Memorandi (supra p. 512, n. 6) est manus. 17) Ap. Riley p. IX. 18) Cf. supra p. 512, n. 9. Annales Edwardi II. inde a saec. XIV medio Rishangerio, iam autem Iohanni de Trokelowe attributos edidit Riley a. 1866 (ubi cf. de origine illius erroris p. XVII). Qui Mathei Paris. Gesta abbatum S. Albani (II, p. X) a Rishangerio continuata esse censuit, eo solo argumento (alterum enim nihil valet) fultus, quod saec. XIV ex. locum inde excerptum annotator cod. Coll. Arm. 3, f. 194. laudavit *ex cronicis Risangre.*

# EX NARRATIONE DE BELLIS APUD LEWES ET EVESHAM.

## INCIPIUNT CRONICA FRATRIS WILLELMI DE RISHANGER.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Floruerunt[1] autem illis diebus . . . Petrus de Sabaudia[2], domine regine avunculus, et alienigene quam plures, dicti regis consiliarii pre omnibus indigenis et naturalibus regni secreciores ac specialiores. . . . . . .

Dominabantur etiam sub diebus eisdem in Anglia Romani et eorum legati, multimoda gravamina tam laicis et magnatibus super advocationibus ecclesiarum et elemosinis, ab eis et eorum successoribus in usus pauperum regni et sustentacionem[a] religiosorum pie datis, quam clericis et viris religiosis super beneficiis suis inferendo[b]. . . . . . .

1263. Barones . . . Romanorum audaciam reprimebant et eos[c] per triennium a regno exclu- 1265. debant, donec per lamentabilem comitis Leycestrensis[d] interitum, qui clavis erat Anglie portus maris[e] claudens et nullis Romanis aperiens, eis et ceteris alienigenis liber patebat introitus.

Math. Cont. I. 1263. Insurgunt barones in eorum adversarios. . . . Unde et Petrus Herefordensis episcopus, nacione Burgundus, captus est in ecclesia sua cathedrali et ductus est ad castrum Ordeleye[f], thesauris suis et prediis direpcioni datis et confusioni. . . . . . .

1264. Ian. 23. Igitur in crastino beati Vincencii martiris congregato Ambiani populo innumerabili, rex Francie Lodowicus, coram episcopis, comitibus, baronibus et aliis Francie proceribus, propositis rationibus a partibus utrisque ac intellectis, protulit dictum suum[3] et sentenciam solempniter pro rege Anglie contra barones. . . . Ab hoc tempore cf. Matth. 27, 64. factus est novissimus [error[g]] peior priore.

Multi etenim magnates, sedicionis maculam incurrendo, a fidelitate, qua comiti Leycestrie tenebantur astricti, spreto iuramento, recesserunt et exercitui regis, non sine donis 1263. et amplis promissionibus, se sociaverunt. Henricus, filius regis Almannie[4], quanto magis spes comitis in illo posita fuerat, ut opus inceptum bono fine concluderet, tanto amplius famam suam vel tunc vel post denigrabat sua conversio; accepto namque honore de Tykehille[5] a domino Edwardo sibi collato, accessit ad consulem, dicens: 'Domine comes, non habeatis pro malo, licenciam a vobis accipio, ut ita verbis utar communibus. Contra patrem meum regem Almannie[h] et avunculum meum regem Anglie et affines meos non possum amplius militare; licenciatus a vobis recedo. Verumptamen contra vos nunquam arma portabo'. Cui consul hillariter respondens, ait: 'Domine Henrice, non propter arma, sed quia constantiam de vobis specialem sperabam, vestram personam precordialiter habui commendatam. Ite et cum armis vestris redite! Ea non formido'. . . . . . .

1264. Anno gratie 1264. . . . Ad quod parleamentum[6] cum venissent rex Almannie, dominus Edwardus, comites et barones in multitudine mangna loricatorum et diversorum apparatuum, dum super iminenti neccessitate prolixius tractassent, visum est eis felicius et expediencius percurrendo castra, civitates[i] et municiones sibi rebelles potenter subiugare. Ad iter ergo se accingentes, universi versus Norhamtonam cum omni alacritate suas dirigunt expediciones; et per Walingeford dietas duas perficiendo, Oxoniam pervenit[k]. . . . . . .

Math. Cont. I. Londonienses cum innumera multitudine ab urbe sua irruentes, predia et possessiones regis Almannie et Philippi[l] Basset aliorumque[m] adherencium combusserunt; clericos regis et barones de scaccario et insticiarios de banco ceperunt et incarceraverunt[7]. Abhinc rex Almannie de feroci factus ferocior[8], nimis indingnans, quod Londonienses primo in eum insurrexerunt, manerium[n] suum non longe[o] a Londoniis com-

a) sustant. *c.* b) inferendis *c.* c) eas *c.* d) Leyē *c. semper.* e) marie *c.* et nll' *c.* f) Erdesleye *Mathei Cont. I.* g) *suppl. e Mathei Cont.* h) Almen *c.* i) civtates *c.* k) rex *supplendum.* l) P. *c.* m) regi *add. Mathei Cont.* n) manium *c.* o) a longe *add., sed del. c.*

1) Enarrat auctor causas turbationum civilium a. 1263 sqq. 2) De quo Matheus supra p. 201. permulta habet. 3) Ed. Stubbs, 'Select charters' p. 406. Inter partes Henrici III. *compromisso Henricus, filius Ricardi regis Alemannie,* consensit, et *confectioni instrumenti* (Dec. 16. a. 1263) *interfuit mag. Ernfoldus] cancellarius regis Alemannie.* 4) Ricardum adhuc Sept. 16. Urbanus IV. hortatus est, ut Henrico III. potenter assisteret. De filio (a. 1263) *Bononie a procuratore regine* capto, tum de *forma pacis inter regem et barones facta, quod H., filius regis Almannie, per regem et reginam liberetur,* Willelmus (ed. Halliwell p. 12 sq.) e Mathei Cont. I. (Math. Westm. ed. 1601, p. 383) narravit. Haec igitur ante l. 18. ponenda erant; Henricum iam Dec. 1263. regi adhaesisse apparet ex iis quae n. 3. adnotavi. 5) Tickhill in Eboracensis comitatus parte occidentali. 6) Scil. *apud Windeshore;* mense Febr. 7) Mart. 31. 8) De 315 *sagittariis decollatis* Mai. 3. v. SS. XXVII, p. 503.

burendo, missis de suis, circumquaque precepit, ut quecumque in burgo vel extra burgum 1264.
invenirentur de civibus Londoniensibus, inmisericorditer caperentur. . . . . . .

Cum moram per aliquot tempus seu dies protraherent apud Oxoniam[1] rex Anglie et rex Almannie cum exercitu suo, iam ad assiliendum[a] civitatem Norhamptunnie*) parati, accedunt aliqui specialiter a priore[2] Norhamtunnie ad hoc destinati, qui regi[b] innotescunt, qualiter civitatem predictam sine alicuius contradictionis obstaculo ingredi et subpeditare potuissent. . . .

Die igitur statuto post mediam quadragesime profecti sunt dominus rex Anglie et rex Almannie cum Mart. 30.
exercitu magno et mirabili, vexilla explicantes[c], venientesque ad civitatem predictam, eam vallaverunt. . . . Capta est igitur civitas in vigilia[3] passionis Domini anno gratie 1264. . . . . . . Apr. 5.

Qualiter rex Alemannie et Edwardus et regi assistentes diffidaverunt barones. *Ricardus* Math.Cont.I.
*Dei gratia Romanorum rex — — Edwardi*[4]. *Datum* ut prius[5]. Mai. 12.

Supplicant barones, ut pax vera formetur; sed omnino de pace desperati, procedunt ad bellum. Mittuntur[6] insuper pacis mediatores optimi et ecclesiastici fervidi honoris zelatores, Henricus de Londonia et Walterus de Cantelupa Wigorniensis[d] episcopi, pro depredacionibus per rengnum factis 30 [milia[e]] libr. ex parte baronum domino regi offerentes, salvis tamen per omnia statutis Oxonie; qui sine difficultate regis Anglie animum ad mansuetudinem inclinassent, nisi regis Almannie reclamacio restitisset[7]. Iste quidem cum tanta nobilitate polleret[f], ut nullus in terra videbatur ei similis, indignans, quod aliquis in ipsum insurgere presumebat, pro direpcionibus sibi factis[8] pacem tunc temporis perturbavit et de gentis sue innumerositate confidens, dictum comitem et eius complices, sicut per litteras suas supra[g] annotatas manifeste aparet[h], diffidavit necnon, ut Edwardus[i] eosdem diffidaret, callide procuravit, ad ultionem in barones exercendam totis conaminibus insistens. . . . . . .

De miserabili conflictu apud Lewes**). . . . Barones circa dedicionem regis Anglie et capcionem regis Mai. 14.
Almannie totis conaminibus[k] instabant. . . . Rex igitur Anglie, equo sub se confosso, redditus est eis, rex Almannie captus et ad M.[h] ducitur. . . . Nocte vero sequenti pax quedam inter barones et regem reformata.

*) *Codex Londoniensis Hospit. Lincoln. Hale* 68 *(73), ap. Halliwell p.* 125, *haec habet:* Rex vero Henricus IIII, secum illustres habens principes Ricardum, germanum suum, regem Alemannie, ac filium suum Edwardum, . . . cum exercitu progrediens, villam de Northamtone obsedit, quam dominica in Apr. 6.
passione, effracto muro, intravit. *Quae partim ex Floribus historiarum, supra p.* 480, *proveniunt.*

**) *Codex Oxoniensis Bodl.* 91, *f.* 138, *ap. Halliwell p.* 137: Item memorandum, quod die Mercurii, scilicet Mai. 14.
14. die Maii anno predicto factus fuit conflictus apud Lewes inter dominum regem et barones, ubi . . . rex Alemannie, dominus Edwardus et alii plures capti erant.

*Poeta coaevus [Ramseiensis?], ib. p.* 140, *de Simone dixit:* Hic fuit Anglorum dux et protector eorum, | Namque duos reges cupientes vertere leges | Anglorum vicit.

*Cf. quae Liber Henrici de Silegrave*[9] *(inceptus Henrico III. superstite*[10], *terminatus Edwardo I. rege, iam codex Cottonianus Cleopatra A XII. c. a.* 1300. *scriptus, ed. C. Hook, Lond. pro Soc. Caxton.* 1849. 8°, *p.* 103) *praebet:* De rege Henrico III. . . . Anno igitur coronationis sue 20. cum Elianora, comitis 1236.
Provintie filia, contraxit[11]. . . . Sancto igitur Edmundo Cantuariensi archiepiscopo ad celestia 1240.
translato, ad instanciam regine rege procurante et agente, electus est Bonifacius ad archiepiscopatum Cantuariensem et Lugduni a summo pontifice tunc ibidem commorante consecratus 1245.
est; avunculus enim regine fuerat. Archiepiscopus igitur et regina, consentiente rege et permittente, multos de patria sua convocari fecerunt, quibus reditus, terras et ecclesiastica beneficia contulerunt. Unde factum est, ut, comitibus, baronibus et indigenis a consilio regis expulsis, rex eisdem totaliter adhesit. Super quo facto indignati sunt comites et barones Anglie. . . .

Rex autem et frater eius Ricardus dictus rex Alemannie excercitum adunantes non minimum, 1264.
apud Lewes baronibus occurrunt, et literas[12] sibi invicem de diffidatione mittentes, anno regni dicti regis Anglie 48. facto belli congressu, excercitus regis victus est. . . . Capitur ergo rex et frater eius. . . . . . .

a) assiliand' c. Norhamtupñ *c.* b) rei *c.* c) explicatos *c.* d) Winton. *h. l., sed mox infra recte* Wigorn. *c.* e) *deest c.* f) pollens et *c.* g) super *c.* h) *sic c.* i) Edwardum *c.* k) ornaminibus *c.*

1) Mense Martio. 2) S. Andreae, cellae Cluniacensis. 3) Fortasse ex Mathei Cont. I. verbis *sabbato primo passionis*, supra p. 480. 4) Lectiones Rishangerii iam notavi supra p. 480. sigla *Le.* 5) *Apud Lewes* 12. *die Maii* data est epistola Henrici III, quae praecedit. 6) Hos legatos regi antea baronum epistolam, cui hic et Ricardus (supra l. 10) responderunt, detulisse, censet Prothero, 'Simon de Montfort' p. 272. 7) Triginta milia librarum Ricardus antea a baronibus postulasse videtur; cf. Ficker nr. 5432. et carmen a. 1264. compositum (ap. Wright, 'Political songs' p. 69), e quo iam SS. XXVII, p. 496. quaedam excerpsi:

*The kyn of Alemaigne bi mi leauté*
*Thritti thousent pound askede he*
*Forte make the pees in the countré.*

8) V. supra p. 514. 9) *Liber prioratus de Dovere* manu ipsius scribae inscriptum est p. 1. 10) P. 36: *Restat, ut ab hoc Egberto . . . gradatim ad nostrum regem veniamus, Henricum, filium Iohannis;* sed iam a. 1216, p. 102: *Henricus obiit a.* 1272. 11) Henricus III. 12) V. supra l. 10.

1264. est, et Edwardus, patre annuente, et Henricus, filius regis Almannie, dati sunt obsides pacis et ad tempus etiam custodie mancipantur[a]. . . . . . .

Eodem tempore comes Warenne[1], Hugo Bigot, Willelmus de Walence et fratres eius ceteri, qui cum eis de bello Lewensi[b], sicut predictum est, fugiendo discesserunt, tam neccessitate coacti quam hostili manu subsequencium perterriti, transfretantes nunciaverunt regine, que tunc temporis in partibus morabatur transmarinis, omnia que facta sunt, similiter et regi Francie et eius fratri domino Karolo, regum[c] Anglie et Almannie captionem intimantes, supplicantes pro succursu et eorundem liberacione. Sed hac vice sua
Math.Cont.I. peticione frustrati[d] recesserunt. Regina vero et Bonefacius archiepiscopus Cantuarie, Petrus de Sabaudia ceterique parentes eius consilium inientes, congregaverunt principes, duces, comites et barones et quasi tocius Europe[e] fortitudinem, proponentes Angliam hostiliter invadere, persistentesque in Flandria et in locis conterminis iuxta mare, cotidie Angliam ingredi minabantur[f], coadunata secum tanta navigii[g] multitudine, quod vix cuiquam erat credibile[2]. . . . Tandem illa congregatio nobilium dissipata, tam milites stipendiarii quam parentes et amici regine, qui ad propria stipendia fuerunt, voto suo penitus frustrati, per aliam viam in regionem suam reversi sunt. Fuerunt qui dicerent, robur eorum et numerum[h] exercitus agnoscentes, quod, si libere applicuisset[i], terram hanc pre nimia multitudine sua et fortitudine ditioni sue subiugasset[k]. . . . . . .

Nomina mangnatum qui venturi erant in Angliam etc. Isti, immo omnis illa regio et terra usque ad Alpes instinctu regine Anglie, Petri[l] de Sabaudia, electi Lugduonensis[m], Bonefacii archiepiscopi Cantuarie et ceterorum[n] parentum nobilium regine contra Anglicos conspiraverant. . . . Attamen ille inclitus comes Andegavie Karolus, filius regis Francie, parti comitis Leycestrie favebat, frater suus, ut dicebatur, fidei iuramento astrictus. . . . . . .

Missus est igitur in Angliam dominus Sabinensis episcopus a latere domini pape legatus cardinalis, ut regis et magnatum corda ad pacem inclinaret. . . . Alexandro[3] papa debitum universe carnis[o] persolvente, dictus legatus, modo predicto passus[p] repulsam[4], remeans, in summum
1265. Febr. 5. pontificem extitit electus, videlicet die sancte Agathe virginis, et die dominica ante carni-
Febr. 15. privium[q] insingniis[r] papalibus honorifice redimitus[5]; qui postea Ottobonum[6] cardinalem apostolice sedis legatum in Angliam direxit, de quo inferius[7] dicetur. . . . . . .

ib. 1264. Robertus Walrand et Garrinus de Bassinggeburne, custodes Bristollie, armata manu venientes diluculo ad Walingeforde, ubi rex Almannie et Edwardus obses[s] captivi[t] tenebantur, insultum dederunt acriter, ut eos raperent de custodia. Sed nichil profecerunt[u]; nam castellani quamtocius expergefacti eos repulerunt. . . . . . .

1265. Dec. 13. Anno gratie 1265. . . . Ad festum sancte Lucie virginis eiusdem[v] anni convocavit rex exercitum suum apud Norhamtonam, [ut[w]] Symonem[x] de Monte-forti iuniorem ceterosque mangnates [in[w]] insula de Axyholm[8] latitantes hostiliter impeteret. . . . Existentibus ibidem regibus Anglie et Almannie, regina etiam et legato[9] cum exercitu mangno et formidabili, procurantibus illis qui pervigili studio circa pacem formandam solicitabantur, mittuntur etiam viri providi, qui Simonem cum spe salutis ad dedicionem invitarent. Ille vero, licet primo reniteretur[y], novissimo tamen victus amicorum suorum persuasionibus, arbitrio[z] legati, regis Almannie, avunculi sui, et Philippi[a] Basset se submittens, eorum disposicioni stare spopondit[10], salva[b] vita, et privacione membrorum, perpetua quoque incarceracione excepta. Et sic acceptis obsidibus, presencie regis apud Norhamtone se presentavit. Quo cum pervenisset[11], procedens rex Almannie, coram rege Anglie Symoni de vite sue salvacione regraciavit, nemini inputans, quod a morte fuisset ereptus[c], nisi Deo et ipsi soli; audito quidem comitis[d, 12] occasu in castro de Kenilvurze, cogitabant qui ibidem erant ipsum in spiritu furoris sui iugulasse, nisi protectio Simonis impedimentum intulisset[13]. Ob quam causam a rege Anglie in osculo pacis mansuete susceptus, et plenitudinem gratie sue

a) *quae f. 105', col. 2. in cod. sequuntur, ab editore recte post p. 47 (nostri contextus l. 30) posita sunt; pars hic in ed. p. 35. sequens initio est mutila.* b) Lewensis *c.* c) regi *c.* d) frustim *c.* e) Eusope *c.* f) imitab. *c.* g) navagii *c.* h) mum. *c.* i) applicuissent *Mathei Cont.* k) subiugassent *ib.* l) P. *c.* m) *sic c.* n) ceterum *c.* o) carni *c.* p) passus *c.*; perpessus *Hall.* q) carniprivi *c.* r) insingnis *c.* s) obsides *perperam mutavit Halliwell.* t) captivis *c.* u) profereit *c.* v) eidem *c.* w) *deest c.* x) S. de M. f. *c.* y) remitteret *c.* z) arbito *c.* a) P. *c.* b) salvis *c.* c) areptus *c.* d) comite *c.*

1) Iohannes. De litteris in Franciam missis, quibus Simon de Monte-forti aestate a. 1264. impedivit, quominus Alienora cum auxiliis Gallicis in Angliam appelleret, cf. Bémont, 'Simon de Montfort' p. 221. 2) Sequuntur quaedam de Anglis ad patriam defendendam paratis. 3) Potius Urbano IV. 4) Guido, scil. a baronibus, ne Angliam intraret. 5) Clemens IV. 6) Diac. S. Adriani, Mai. 4; cf. Potthast, Reg. nr. 19123. 7) L. 34. 8) Axeholme in Lincolniensi comitatu, a Trent flumine versus occidentem. 9) Ottobono; cf. supra l. 26. Hic a. 1268, Apr. 30. *cum Percivallus, frater noster, domini pape subdiaconus et capellanus, Eboracensis et Riponensis ecclesiarum canonicus, in servitio regis, turbationis procella nuper contra ipsum exorta, multas expensas fecerit*, ne idem ad decimam regi solvendam cogeretur, prohibuit; ap. Raine, 'Northern Registers' p. 13. 10) Cf. tabulas ap. Bémont p. 246. 11) Paullo post natale. 12) Simonis Aug. 4. prope Evesham occisi. 13) De Ricardo e Kenilworth Sept. 6. libero dimisso cf. SS. XXVII, p. 463. 497.

mangnifice optinuisset, si sevicia comitis Glovernie[1] ceterorumque marchionum[2] permisisset. . . . . . .

Secunde[a] aciei[3] prefuit rex, habens secum omnes Francigenas, comitem de Wendosme[4] 1266. et Henricum de Seuly[5]; tercie aciei preerat Robertus, filius comitis Flandrie[6]; in quarta fuerunt Romani et alii de Campania; post illos veniebant illi de Pyregord[7] et balistariorum magna multitudo. Prima acies, quam rexit Philippus[b] de Monte-forti, obviavit comiti Iordano[c. 8]; qui erat consiliarius et solacium Menfridi, prevalens et preminens omnibus qui cum illo erant, et captus est vivus[d]; ceteris alium bellum faciebat comes Gawanus[9], avunculus illius, qui[e] erat maior omnibus et potencior. Illi obviavit rex cum sua acie et contrivit eos. Menfridus retro autem morabatur quantum ad tractum baliste, habens ante se omnes pedites et sagittarios, et processit obviam regi. Rex vero properans ad Menfredum[10], penetravit omnes pedites et pertransivit. Quo viso, Menfredus nimis confusus terga vertit[f]; quem fugarunt per totam villam de Bonevente et ultra. Tanta facta est interfectio in illa fuga, et tot abducuntur[g] captivi, quod non erat numerus. Capti sunt in illo conflictu comes Iordanus et filius eius[11], qui strenue egit in illo bello et pre ceteris omnibus partis adverse laudabilius dimicavit. Capti sunt tot comites, barones et medie manus milites, quod estimabatur redempcio eorum ad centum[h] libras et amplius. Audita tali victoria, illi de Capua et de Naples et tota terra Calabrie se subdiderunt regi Karolo. Illi vero de Cicilia fugaverunt de finibus suis illum capitaneum, quem ex parte sua constituit Menfredus. Commissum[i] illud bellum die Veneris ante medium sexagesime[12]. In crastino inventus est equus Menfredi[13], Febr. 26. quem armiger unus habebat, dicens, quod ille qui insederat mortuus est, ad mensam[k]. Et interrogatus[l] armiger, si sciret, ubi corruit, respondit, se scire; et ducti sunt illuc comes de Caserte[14] et frater eius comitis Iordani, qui congnatus fuerat germanus illius, et agnitus est ab eis et reportatus[m] est ad exercitum regis et agnitus a comite[n] Iordano et ab omnibus qui prius eum cognoscebant[o]. . . . . . . comiti de Flanderes filius eius Robertus, qui in predicto bello tertiam aciem regebat. Que quidem litera statim in Angliam ad regem et legatum transmittitur. . . . . . .

Anno gratie 1267. . . . apud Sanctum Eadmundum[15] . . . ad parliamentum . . . primo 1267. et principaliter rex et legatus articulos subscriptos exigebant a clero: . . . Item[16] ut clerus communiter daret domino regi ad relevandum statum suum 30 milia marcarum sine antedictis decimis, quas quidem decimas legatus vendicabat ad opus Romane curie propter debita Cecilie, Pulie et Calabrie in nomine Edmundi, filii[p] regis. Ad hoc responderunt, quod nichil darent, quia omnes huiusmodi taxationes et extorsiones per regem facte tempore priori nuncquam in utilitatem regis vel regni converse sunt. . . . . . .

Exheredati latitantes in insula de Ely* ammoniti sunt per nuncios legati, ut reverterent

*) *Cf. de a.* 1267, *fere m. Martio Chron. de Barnwell*[17] *ap. Halliwell p.* 148, *ex cod. Harleiano nr.* 3601, *saec. XIV. exarato:* Audiens autem rex, quod insulares[18] multa mala facerent in circuitu, venit cum magno excercitu ad villam Cantebrigie et ibi hospitabatur. Rex vero Alemannie Ricardus, scilicet frater regis, hospitabatur in prioratu de Bernewelle. . . . Revertentes[19] autem milites[18] per prioratum de Bernewelle, inierunt inter se consilium, [ut] . . . totum prioratum concremarent, et aulam precipue, ubi rex Alemannie hospitabatur. Hoc vero consilium duravit fere per duas horas.

a) *nullo spatio interiecto, praecedit narratio de Henrico III. a.* 1266 *in.* regresso Londonias *c.* b) Ph. de M. f. *c.* c) Iordino *c.* d) rinius *vel* nnius *c.; omisit Hall.* e) que *c.* f) vertitur *c.* g) aduc., *corr. alia m.* abd. *c.* h) milia *forte supplendum.* i) est *supplendum.* k) *sic vel* meusam *corrupte c.; forte* predam *legendum.* l) interrogatus — Iordani *(l. 23) post* cognoscebant *(l. 25) scripta in c.* m) reptatus, *postea corr.* reptatus *c.* n) coite *c.* o) 4 *fere verba erasa c., forte supplendum:* De quo bello scripsit [literam misit *suppl. Hall.*]. p) filio *c.*

1) Gilberti. 2) Baronum confinii Wallensis, qui Montfortensibus cum Lewellino Wallensi foedere coniunctis infesti erant. 3) Scil. Karoli Andegavensis in proelio Beneventano, Febr. 26. Sub finem capitis laudat noster epistolam, qua haec legit, quae cum Andreae Ung. Descr. victoriae, SS. XXVI, p. 575. convenit; immo fortasse huic usui fuit. 4) Burcardum V. 5) *Suliaco* Andr. Ung.; Sully (Loiret, arr. Gien). 6) Guidonis. 7) *Quarta Petrogorisentium, quinta Romanorum, Campanorum* Andr. 8) De Sancto Severino. 9) Galvanus Lancia. 10) De Manfredi interitu alii alio modo narrant; cf. Schirrmacher, 'Hohenstaufen' p. 532. 11) Bartholomaeus Simplex, quem Carolus rex in epist., SS. XXVI, p. 578, nominat, non erat Iordani filius; v. tab. 2. ap. Schirrmacher. 12) A. 1266. erat pascha Mart. 28, sexagesima Ian. 31, media sexagesima Febr. 28. 13) De hac re cf. Caroli epistolam l. l. 14) Ricardus. Cf. Caroli epist.: *comiti Casertano, Iordano et Bartholomeo olim comitibus et fratribus eorum.* 15) Ibi Febr. 21. dedit rex tabulas Rymer p. 472. 16) Adhibet auctor tabulas publicas. 17) Ad portam Cantabrigiae. 18) Barones in insula Eliensi. 19) Cantabrigia, quam depopulati sunt, rege, cum Londinium urbem a comite Gloverniae (Apr. 10) occupatam esse audiret, reverso.

1267. ad fidem sancte ecclesie et ad obbedienciam curie Romane et ad pacem regis. . . . Proponit[1] rex etiam contra exheredatos[a], dicens, quod iuste exheredati sunt et privati terris suis et tenementis, quia in plena curia sua[2] et iudicio parium suorum, scilicet magnatum terre. Respondent barones, dicentes, quod illud iudicium eis nocere non debet, quia in iudicio illo non concordabat curia, quoniam maiores et discretiores, scilicet rex Alunannie[3] et Philippus[b] Basset et dominus marescallus[4] et terre[c] ceteri quam plures, a curia recesserunt, contradicentes et reclamantes. . . . . . .

EXPLICIT NARRATIO DE DUOBUS BELLIS APUD LEWES ET EVESHAM. . . .

# EX WILLELMI DE RISHANGER GESTIS EDWARDI I.

## QUEDAM RECAPITULATIO BREVIS DE GESTIS DOMINI EDWARDI REGIS CUM QUIBUSDAM ALIIS ACCIDENTIBUS IN TEMPORE SUO.

cf. Eccl. 4, 2. Quoniam Sancta Scriptura dicit: *Lauda post mortem, predica securum*, post obitum domini Edwardi, illustris regis Anglie, recapitulando in genere et compendiose concludendo frater Willelmus* de Rissanger cronicator de multis pauca tangendo ad Dei honorem et anime regie recommendacionem redigit in scripturam. . . . . . . .

1293. Cum ergo conventum fuisset inter reges pro bono pacis, quod dictus rex Anglie sororem domini regis Francie dominam Blanchiam sibi duceret in reginam ac propterea possideret predictas terras[5] et dominium, et ipsa recusavit, que postmodum[6] matrimoniali federe copulata fuit duci Austrie[7], rex Francorum seisinam[8] suam inde plene et hostiliter retinuit cum dolo. . . . . . .

1297. Rex transivit in Flandriam*. Memoratus igitur dominus rex, nimium commotus, cum modico exercitu mirabiliter et precipitanter in Flandriam transfretavit. Quidam autem comites et barones indignanter ferentes, quod rex noluit eorum voluntati adquiescere super confirmatione Magne carte et Carte de forresta, prout pecierunt, in auxilium suum se tepide paraverunt. Transierunt[9] autem cum domino rege venerabilis pater Antonius episcopus Dunelmensis, dominus Eimerus de Valencia, dominus Hugo Dispensarius cum paucis aliis nobilibus, ibidem moram fere per annum trahentes. Declinans autem ad villam de Gaunt, pro iustitia sua et hereditate salvanda contra regem Francie bellum movit. Comes autem loci illius[10] cum ipso domino rege Anglie tenuit.

1298. Rex exiens fores civitatis[d] excludebatur. Quadam autem die[11], cum contigisset regem Anglie cum dicto[e] comite et aliis paucis, quia populares tenuerunt cum rege

*) Anno gratie 1297. Rex petit alta freta, recipit quem Flandria leta *ex Albanensi chronico rhythmico (vel fortasse rubrarum inscriptionum catalogo; cf. supra p. 492, l. 4) saec. XIV in. vel medio scripto et codici Claudius D VI. subiuncto ap. Riley p.* 431.

a) heredatos *c.* b) P. *c.* c) *sic c.;* magnates *suppl. videtur.* d) fuerat *add. c., del. Riley.* e) et *add. c.*

1) Fere m. Apr. a. 1267. Hic quoque ipsius instrumenti verba retinuisse videtur auctor. 2) Wintoniae, a. 1265, Sept. 8; cf. Pauli III, p. 798. 3) Ottobonus legatus a. 1267, Febr. 6. mandat Waltero *archiepiscopo Eboracensi et magistro S[tephano?] archidiacono Cantuariensi, ad dispensandum decimam regi Anglie concessam a sede apostolica deputatis: Quam primum magistro Sinicio, camere domini pape clerico, de arreragiis census debiti ab ipso rege Anglie domino pape fuerit facta solutio, regi Alemannie* 2000 *marc. de pecunia dicte decime iuxta regis litterarum continentiam persolvatis;* ap. Raine l. l. p. 7. Cf. Rot. Lit. Pat. Henr. III. a. 52: *Rex omnibus etc. salutem. Sciatis, quod magister Gifferus, camerarius venerabilis patris O. Sancti Adriani diaconi cardinalis, apostolice sedis legati, per preceptum nostrum recepit* 500 *marcas ad opus dilecte nobis filie Thome quondam comitis Sabaudie, quas sibi concessimus ad se maritandam. . . . Apud Westmonasterium* 10. *die Maii* [a. 1268]; ap. Stapleton (De antiquis legibus liber p. xxxv), qui Margaretam, Balduini comitis Devoniae viduam, tunc Roberto Aguillon nuptam, quae minus recte ab aliis (sic quoque supra p. 368, n. 11) Avicia vocetur, dici censet. 4) Rogerus Bigod, comes de Norfolk. 5) Wasconiam. 6) A. 1300. 7) Rudolfo. 8) Possessionem. 9) Inter nobiles Scotiae, qui se Edwardo I. submiserunt, promisit *Esmon Comyn de Kylebryde chevaler: que je ovesque le dit roy passerai de la mer es parties de Flaundres . . . contre le roi de Fraunce,* a. 1297, Aug. 9; ap. Palgrave, 'Documents illustr. the hist. of Scotland' I, p. 189. A. 1306, m. Oct. ab Edwardo I. Clementi V. missi sunt *Articuli proponendi contra episcopum* [Robertum] *Glasguensem: . . . Quant le dit nostre seignur le roy d'Engleterre . . . fu a la mer d'Engleterre en alant vers Flaundres, le dit evesque de Glasgu abbetta Robert de Brus;* ib. p. 343. 10) Guido. 11) 1298, Febr. 3; cf. Pauli IV, p. 135.

Francie, foris exiit[a] ad spatiandum, illi de villa se excluserunt. Quod audientes Wallenses, 1298. qui foras fuerunt, cum omni festinacione quasi furiosi et indomabiles convenerunt et ineffabiliter super lanceas suas cum alterutro iuvamine ripas transierunt; civitatemque ingressi, se deverterunt ad portas clausas et eas igni[b] succenderunt. Rediensque dominus rex, cum antedicto comite ingressus est, huiusmodi factum quam plurimum admirando. Quadam autem die unus de familiaribus regis, equitans prope eum in vico, tractu arcubalistarii interfectus est; unde suspicabatur, eum velle occidisse regem; qui ignem ibidem iussit accendi.

Walenses contra voluntatem regis depredati sunt confinia cir- 1297. cumquaque. Prefati quidem Wallenses quasi bestie ferales circumquaque depredationem fecerunt[1], contra voluntatem domini regis cum aliis de curia regia inceperunt depopulari et devastare confinia ad modum guerre communis; quos potestas regia non[c] potuit impedire. Quidam igitur, facta inquisicione, qui convicti fuerant, erant suspensi, alii capti et incarcerati; quos Wallenses, fracto ergastulo, extraxerunt et super humeros suos propria auctoritate et voluntate deportaverunt salvandos ubi voluerunt. Unde rex ad tantam iram provocatus, proposuit[d] illos, congregato exercitu suo, omnes occidisse; sed sanum consilium suum impedivit. Verumptamen talem opem[e] naturalem et fidem postmodum in Scocia perdiderunt[f], sicut inferius breviter tangendo patebit[2]. . . . Habuit etiam rex in exercitu[g] multos de Hibernia pedites.

Rex festinavit redire in Angliam. Cum igitur huiusmodi[3] rumores veraces 1298. pervenerunt ad notitiam domini regis, festinanter rediit in Angliam in succursum populo suo fideli. . . . . . .

Item filias habuit quinque, de quibus hic fit mencio, videlicet dominam Alienoram, 1293. quam comes de Bars[4] duxit. . . . Dominam Margaretam duxit dux Braibansie*[5]. . . . 1290. Dominam vero Elizabet duxit comes Hollandie[6] puer; quo mortuo[7], rediit[8] in Angliam et 1297. maritata fuit per consilium domini regis Hunfrido comiti Herefordie. 1302.

De prole secunde regine Margarete[9]. . . . Cuius quidem maritagii occasione et aliorum negociorum magister Petrus Hispanus cardinalis[10] et unus episcopus in 1307. comitiva sua cum maxima familia venit in Angliam et moram traxit fere per annum. . . . . .

Iratus est rex[h]. Dominus rex Francie maximam concepit indignacionem erga comitem Flandrie, pro eo quod adhesit domino regi Anglie durante discordia inter ipsos. 1297.

Comes Flandrie captus est et incarceratus. Cepit ergo dictum comitem 1300. et filium suum[11] custodieque mancipavit carcerali, proponens devastasse totam Flandriam. Sed quia dicitur: *Vi vim repellere licet*, Flandrenses** contra regem Francie cum omni- 1302. potencia Dei mirabiliter, quin pocius miraculose, per industrias et machinationes[i] varias et inauditas comitem de Artoys[11] et multos alios nobiles de exercitu Francie morte afficientes, quam plurima bella vicerunt. . . .[k] . . .

*) *Ib. p.* 431: Anno gratie 1290. Inclyta stirps regis sponso datur ordine legis; *cf. supra p.* 486, *l.* 23.
**) *Ib. p.* 432: Anno gratie 1302. Pugnat lanificus, Francus ruit hinc inimicus; *cf. supra p.* 494, *l.* 46.

a) exivisse *corr. Riley.* b) *sic c.* c) *superscr. c.* d) proposu *c.* e) opē *c.;* operuere *Ri.* f) *sic c.;* prodid. *ed.* g) exercituo *c.* h) Francie *suppl. Ri.* i) imachinationes *c.* k) *paullo post desinit c. Reg.* 14 *C I, f.* 6'; *incipit Claud. D VI. f.* 189.

1) Apud Damme; cf. ib. p. 132. 2) Infra haec non exstant. 3) De Willelmi Wallace seditione. 4) Henricus. Eorum filiam Iohannam a. 1306 [ita 'Chron. of Edward I.' ed. Stubbs I, p. 146] *Iohannes de Warenna, comes Surreie, in minori etate et in custodia E.* [Edwardi I] *regis Anglie constitutus, ad compulsionem magnatum regni* in uxorem duxit; ex tabula de causa divortii eius a. 1314. acta ap. Raine, 'Northern Registers' p. 228. 5) Iohannes. *Compotus I. de Brabantia,* a. 1292. *usque pentecosten* [1293, Mai. 11] prodiit, ed. Burtt, in 'Camden Society, Miscell.' a. 1853. 6) Iohannes; pecuniam *Florentio comiti Hollandie pro maritagio Iohannis, primogeniti sui, ad opus Elyzabethe, filie nostre,* solvi iussit Edwardus I. a. 1292. Iun. 20, ap. Stevenson, 'Docum. of Scotland' I, p. 374. 7) A. 1299. 8) *Titulus de provisis pro rege Edwardo et pro ducissa Brabantie et comitissa Hollandie, filiabus regis, contra passagium earum versus partes proprias* [a. 1297] prodiit ap. Stevenson II, p. 134. 9) Philippi IV. sororis, quae a. 1299. Edwardo I. nupserat. 10) Episcopus Sabinae, potius *tractaturus cum magnatibus regni de maritagio inter dominum Edwardum, filium regis E., et Ysabellam, filiam regis Francie;* Ann. Wigorn. a. 1307. 11) Robertum.

# EX OPERE CRONICORUM.

*Monachus anonymus*[1] *S. Albani, demum saec. XIII ex.*[2], *ut videtur, natus,* ad instantiam Iohannis abbatis huius ecclesie[3] *(a.* 1301—1308*) Opus vel potius Librum*[3] *cronicorum de rebus a.* 1259[4]—1296.[5] *gestis uno ductu*[6] *conscripsit. Qui eventus quidem causasque rerum prudenter inter se coniunxit et vivide, interdum inflatiore sermone*[7], *descripsit, sed, quibusdam rebus maximi momenti minus accurate vel etiam fabulose*[8] *traditis, ordinem temporum omnino confudit*[9]. *Prima operis parte Simonem de Monte-forti, altera Edwardum I. summis laudibus extulit.*

*Quem libellum, iam a coaevo fratre Continuatore II. Mathei Parisiensis adhibitum*[10], *e codice* ***Cottoniano*** *Claudius D VI, f.* 115 *sqq., saec. XIV med. negligenter exarato, edidit H. T. Riley, 'Ioh. de Trokelowe' in serie quae Rotulorum vocatur* 1866. 8°, *p.* 1 *sqq.; perpauca quae ex hac editione excerpsi iterum cum codice contuli.* ***F. L.***

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1264. R e x  c a p t u s  e s t  a  b a r o n i b u s. . . . Predictus comes[11] precepit regem illesum asservari cum fratre suo rege Alemannie et cum suis commilitonibus. . . . . . .

1272. Anno Domini 1272. . . . Rex autem Cicilie Edwardum cum magno onore[a] suscepit, ipsis convivantibus et regale convivium celebrantibus. Tandem rex ait Edwardo: 'Domine, non ero tibi boni nuncii baiulus, quod egre sustineo. Dominus rex Anglie, pater tuus, et dominus rex Alemannie, avunculus tuus, et dominus Iohannes[12], primogenitus tuus, viam universe carnis ingressi sunt'. . . . . . .

1236. Eo tempore accepit idem rex Henricus tercius nobilissimam mulierem Alienoram nomine legitimo matrimonio, filiam comitis de Saveia[13]. . . . . . .

1288. P r e l i u m  i n  A l e m a n n i a. Eodem tempore factum est prelium magnum[14] in Alemannia, ubi occubuerunt dominus Henricus de Lucinburne[15] et frater eius[16] et populi ad numerum 10 milium. Ibi captus fuit archiepiscopus de Colonia[17]. . . . . . .

De hoc rege, scilicet Edwardo, non solum invalida apud Anglos[b] fama disserit, verum etiam per universum Latinum orbem preconium publicatur et predicatur. . . . Felices se reges[18] alienigene pro magno munere ferebant, si vel affinitate vel muneribus eius amicicias mercarentur. . . . . . .

1294. Postea vero simultas inter eos[19] exorta est pro eo, quod comes Flandrie[20] decrevisset filiam suam[21] filio regis Anglie[22] dare legitimo matrimonio. Diu ex parte utriusque regis[c]

a) *manu post. corr.* hon. *c.* b) *corr. ex* angelos *c.* c) regi *c.*

1) Minime Will. de Rishanger, quippe qui Edwardum I. numquam tertium appellaverit, quamquam Opus in eodem codice (v. supra p. 513) exstat; fortasse autem, ut Riley, Ioh. Amundesham II, p. LXVI. suspicatur, Symon Bynham, de quo cf. supra p. 512, n. 4. 2) Die proelii Eveshamensis factam *obscuritatem a veridico relatore didici* (p. 19); vix igitur ipse vidit; econtra in prol. p. 4: *de recentioribus etatibus . . . , ipse vidi.* 3) Ed. p. 4. 4) Ab hoc anno exorsus esse videtur, ut Mathei Cronicorum continuationem conscriberet. 5) De continuatione v. supra p. 513, n. 14. 6) De a. 1272 (v. infra l. 29) et 1291 (p. 50) post a. 1307, de a. 1273 (p. 38) post a. 1301, de a. 1269. et 1293 (p. 27. 53) post a. 1298. narravit. 7) Non desunt orationes longae (p. 18. 31) nec flosculi poetarum (p. 42). 8) De Lewellino p. 40. 9) Initio operis duobus annis rectum numerum egressus, sub fine Iudaeos a. 1294. expulsos esse falso retulit, quod a. 1290. factum est. Tabulas ne quidem scriniis S. Albani servatas evolvit. Sed statuta quaedam excerpsit. 10) Cum enim quae Mathei Continuator II. ex Nic. Trivet hausit omnia Operi cron. desint, apparet huius auctorem non Continuatore, sed hunc Opere cron. usum esse. Accedit, quod Opus cron. quasdam notas temporum, velut *circa pascha, festum pentecostes, s. Laurentii* p. 8 sq. 28, praebet, quae a Continuatore omissae sunt. 11) Simon de Monte-forti post proelium Lewense. 12) Obiit a. 1271. 13) Potius Reimundi comitis Provinciae et Beatricis Sabaudiensis. 14) Prope Woeringen. 15) Luxemburg. 16) Walramus. 17) Sigfridus. 18) Velut Adolfus rex Romanorum; v. supra p. 490. 19) Philippum IV. et Edwardum I. Classi Gallicae praefuit Benedictus Zachariae Ianuensis, cuius 'Mémoire sur les moyens d'équiper une flotte' a. 1295, v. ap. Boutaric, 'Notices et Extraits des Mss.' XX, 2, p. 112. 20) Guido. 21) Philippam. 22) Edwardo, postea II. regi.

labores viarum consumpserunt nuncii, ut dignarentur reges pacificare. . . . Emensa yeme, 1294.
rex Anglie consilium habuit a familiaribus suis, ut expeditius ad partes Wasconie tenderet. Cum exercitu suo Wasconie applicuit[1]; . . . aderat et regis Alemannie exercitus. . . . . .

# EX COMMENTARIIS ALBANENSIBUS DE EDWARDO I. REGE COLLECTIS.

*Annales regni Scotiae, quos Riley editor*[2] *sic vocavit, tabulis constant quae de Scotia ab Edwardo I. arbitro, comite Hollandiae ac reliquis hoc regnum sibi vindicantibus reiectis, Iohanni regi adiudicata a.* 1291, *m. Iunio et* 1292, *m. Oct. sq. datae sunt. Quae compluribus quidem Angliae conventibus servandae transmissae sunt, sed, si Rotulum Scotiae magnum*[3] *excipis, nusquam tam integrae in lucem prodierunt quam ex S. Albani codice* C o t t o n i a n o *Claudius D VI, f.* 135, *saec. XIV in. vel medio negligenter exarato*[4]. *Ubi brevi narratione praemissa, quae fortasse monacho Albanensi debetur, reliqua, inter quae non pauca quae Rotulo illi publico desunt*[5], *ex instrumentis a curiae regalis notario Gallico*[6] *confectis collecta esse videntur.*

*Quae in eodem codice proxime f.* 163—174. *sequuntur, cum summa pagina incepta, altera manu exarata sint et praeter Scoticas etiam alias res attingant, Annalium Angliae et Scotiae a.* 1292—1300. *titulo indito, a Riley*[7] *tamquam separatum opus edita sunt. Auctor, monachus S. Albani*[8], *ut tabulas praecedentes, fortasse ab ipso collectas, continuaret*[9], *paullo post a.* 1300.[10] *scripsit.*

*Etiam quod Riley Annalium Edwardi fragmentum I. vocavit et alio loco*[11] *edidit, equidem, cum eiusdem codicis folio* 175. *proxime sequente incipiat et ab eodem a.* 1300.[12] *narratio pergat, quamvis novo lemmate inscripta et manus iterum mutata sit, nihil nisi eiusdem*[13] *Albanensis*[14] *operis saec. XIV in.*[15] *confecti continuationem esse statuerim. Quae, rebus a.* 1301. *narratis, f.* 182. *media pagina abrumpitur*[16].

*F. L.*

## DE CONTROVERSIA HABITA SUPER ELECCIONE REGNI SCOCIE.

Ad regie celcitudinis[a] Anglie magnificenciam ac perpetuam rei geste memoriam sub 1291.
anno gratie 1291. hoc contigisse declaratur: . . . . . .

a) *sic c.*

1) Error; Edwardus rex non est profectus cum exercitu a. 1294. m. Oct. in Wasconiam misso. Cui expeditioni auxilia Germanica, ab Adolfo rege Aug. 21. promissa, affuisse, alibi non narratur. 2) Vol. cui Will. Rishanger. (cui tamen hos Commentarios recte [v. infra n. 8] p. XXXIII. abiudicavit) inscribitur p. 231—368. 3) Ed. Rymer I, p. 762; qui plerumque meliores lectiones multaque ab Albanensi omissa praebet. Partes e quibus hic Rotulus confectus est adhuc in commentariis autenticis de hoc arbitrio conscriptis singulae exstant; cf. Palgrave, 'Docum. ill. of the hist. of Scotland' I, p. XXII. 4) P. 387. spatia vacua reliquit scriba ubi auctoris verba legere nequivit. 5) Cf. Riley p. XXVII sq. 6) A Iohanne Erturi Cadomensi (*Johan de Caam* ap. Palgrave I, p. 298), ut Riley coniicit. V. infra p. 522, l. 31. 7) L. l. p. 371. 8) Edwardum I (quem cum auctore Operis cron., unius Eadwardi Anglosaxonici regis oblitus, secus ac Rishangerius *tertium* p. 371. vocavit) a. 1299. apud S. Albanum vidit; infra p. 526. 9) Quod Riley verisimile esse dixit, sed potius pro certo habendum videtur, cum scriptor exorsus sit verbis: *Mox idem Iohannes.* 10) Verba a. 1297: Scotorum *posteri lugebunt, videbunt Anglicanos eorum possessiones obtinere* non post a. 1314. scripta videntur; cf. a. 1299: *si bene commemini,* et n. 8. Iam ante saec. XIV med. in Mathei Par. Cronicorum Cont. II. et G. abb. Alb. cont. (p. 398) adhibitus est. 11) P. 437. 12) Quamvis res initio positae potius a. 1299. narrandae fuissent. 13) Quamvis p. 372. idem Horatii versus qui in Opere cron. p. 10. laudetur, et p. 378. de Edwardo idem dictum Gen. 16, 12. quod in Opere cron. p. 26. afferatur, et rex hac quoque parte Edwardus III (v. supra n. 8) vocetur, haec argumenta nos inducere non possunt, ut utrumque opus uni auctori attribuamus. 14) P. 455. 15) Eo nisus est auctor codicis Regii 13 E IX, quem Thomas de Walsingham exscripsit. 16) Dimidia Bonifacii VIII. epistola d. a. 1300, Potthast nr. 24937, transscripta, reliqua pagina vacat.

1291. *A*[1] *touz ke ceste lettre verront ou orrent Florenz counte de Hoilande** — — *Norham le*
Iun. 6. *Mecredy*[a] *apres la ascension le an de grace* 1291. . . . . . .

Quomodo Edwardus rex Anglie constituit Iohannem de Balliolo regem Scocie. *In nomine Domini Amen. Conventientibus*[b] *apud Norham . . . Edwardo*
Mai. 10. *rege Anglie illustri, episcopis etiam . . . anno Domini* 1291, *. . . decima die intrante mense Maii, in presencia mei, notarii, et testium subscriptorum nobilis vir dominus Rogerus Brabazon,*
Iun. *predicti domini regis iusticiarius, . . . dixit: . . . . . . . . . . Convenientibus*[b. 2] *iterato episcopis, prelatis, comitibus, baronibus, magnatibus et nobilibus ius ad regnum vendicantibus antedictum*[3] *ac popularium utriusque regni multitudine copiosa in Scocia prope flumen de Tueda*[4] *ex opposito castri de Norham in area viridi sub divo, in parochia ville de Upsetelintone*[5], *Sancti Andree diocesi, venerabilis in Christo pater dominus R.*[6] *Bathoniensis et Wellensis episcopus, in cuius ore predictus dominus rex Anglie, me, notario infrascripto, et . . . aliis presentibus et audientibus, verba sua posuerat, predictis episcopis, prelatis, comitibus et nobilibus ius ad dictum regnum Scocie vendicantibus ac communitati eiusdem regni specialiter exponenda, eis sibi imposita et iniuncta dixit: '. . . . . . . . . Item a vobis, domino Florencio comite Holandie, qui in successione prefati regni Scocie inter alios qui ius succedendi in idem regnum asserunt se habere ius vobis competere dicitis, ex parte predicti domini nostri regis Anglie et de suo speciali mandato querimus et vos interrogamus in presencia episcoporum, prelatorum, comitum, baronum, magnatum et communitatis utriusque regni hic existencium, an super peticione vestra ad succedendum in regnum predictum coram prefato domino nostro rege tanquam coram superiore seu directo domino regni Scocie iuri stare velitis et ab eo et coram eo petere, respondere et accipere super hoc iusticie complementum?' Ad que predictus comes finaliter et expresse coram episcopis, prelatis, comitibus, baronibus, magnatibus et communitate predictis, et nullo contradicente vel reclamante, respondit, quod predictum dominum regem Anglie in superiorem seu directum dominum regni Scocie publice recognoscit et aperte concedit stare iuri coram eo super iure successionis, quod sibi ad prefatum regnum Scotie competit quoquo modo, et etiam ad petendum, respondendum et recipiendum ab eo et coram eo sicut*[c] *a superiore et directo domino regni Scocie, ut premittitur, complementum iusticie in hac parte. . . . . . Supranominati nobiles ius in successione dicti regni Scocie vendicantes prefato domino Edwardo regi Anglie illustri super recognicione superioritatis seu directi dominii memorati regni Scocie litteras patentes*[6*] *fecerunt fieri et sigillorum suorum munimine roborari. . . . Ego Iohannes Erturi de Cadamo*[7], *apostolice sedis auctoritate notarius publicus, qui premissis omnibus interfui, ea de mandato domini regis Anglie prout processerunt et facta fuerunt propria manu scripsi et ad evidenciam pleniorem rogatus mei signi annotacione in hanc publicam formam redegi***.

*) *Inter Rotulos scaccarii Anglici a.* 1291. *de iure petitorum Scotiam vindicantium haec exstant, ed. Palgrave, 'Documents illustr. the hist. of Scotland' I, p.* 20:

Memorandum, quod comes de Holand processit de sorore[8] domini regis Willelmi[9]; et cognitum est per anticos[10] regni Scocie, quod totus comitatus de Ros collatus fuit in maritagio cum predicta sorore domini regis Willelmi; et predictus comitatus elongatus fuit a predicto comite de Holandia sine aliqua racione et sine forisfacto[d] suo vel antecessorum suorum et iniuste, sicut recognitum est. Et est memorandum, quod similiter recognitum est per anticos regni Scocie, quod, si casu contingente de heredibus David comitis de Huntingtune[11] aliquo modo deficiat[12], ita quod non possunt hereditare in Scocia, recognitus est predictus comes de Holand pro iusto herede et propinquiori ad regimen regni Scocie optinendum racione predicte sororis domini regis Willelmi.

*Cf. ib. p.* 124: *Edwardo Dei gratia regi . . . Willelmus abbas de Sautre*[13]. *. . . Successit in regnum David. . . . David genuit . . . filiam, que nupta fuit comiti Holandie iuxta Alemanniam.*
Apr. 21. *. . . In vigilia pasche anno regni regis Edwardi* 19.

**) *Cf. ib. p. VII. vindicias coram Edwardo I. exhibitas a.* 1291, *Aug.* 3. *apud Berewicum super Twedam. . . .: Inprimis ex parte nobilis viri domini Florencii comitis Holandie fuit pro iure suo propositum, nar-*

a) Mecedy *c.* b) conventibus *c.* c) ut *add. c.* d) merito, *sed deletum et* for. *superscr. c.*

1) V. supra p. 487. Easdem litteras prioribus de Lewes et Eliensi et decano Eboracensi transmissas v. ap. Palgrave l. l. I, nr. 41. Edwardus I. Florentio *litteras de conductu usque ad festum s. Michaelis* 8. *die Martii* a. 1291. dedit (quas vide ap. Stevenson, 'Docum. . . . of Scotland a. 1286—1306.' I, p. 215). *Malefactores, qui servientes Florentii vulneraverunt et depraedati fuerunt,* puniri iussit 28. die Iunii (ib. p. 237). 2) *intrante mense Iunio* (infra, ed. Riley p. 252), post *trium hebdomadarum* indutias (p. 242). 3) Scotiae. 4) Tweed. 5) Upsetlington. 6) Robertus. 6*) V. supra l. 1. 7) Hic Edwardi I. negotia in Anglia, Arragonia, Wasconia inter a. 1288. et 1305. gessit; cf. Riley p. XXXI. 8) Ada. 9) Leonis. 10) Testes in inquisitione iuratos; non seniores, 'ealdormen', cum Palgrave p. XVIII. interpretandum. 11) Fratris Adae. 12) V. infra p. 523, l. 21. 13) Sawtry in com. Huntingdon.

. . . Anno[1] regni regis Edwardi 20. apud Berwic super Tuedam . . . die Veneris pro- 1292. Oct. 24.
xima ante festum apostolorum Simonis et Iude . . . iidem[2] requisiti per regem, per quam viam deberet procedere ad iudicium reddendum inter dictos Robertum de Brus et Iohannem de Balliolo in hoc casu, an per leges imperiales[3] seu per leges et consuetudines regni Anglie vel regni Scocie, . . . episcopus Bibliensis requisitus etc. dicit, quod dominus rex secundum leges per quas iudicat subiectos suos debet procedere et iudicare in casu isto, quia hic censetur imperator[4]; . . . dicunt . . . alii precedentes, quod dominus rex debet procedere in hoc casu secundum leges et consuetudines regni Anglie et nullo modo secundum leges imperiales. . . . . . .

Die sabbati sequenti, proxima ante festum sancti Martini . . . Florentius comes Holan- Nov. 8.
die[5] et Iohannes de Balliolo venerunt, et coram consilio ac auditoribus supradictis lectis peticionibus, responsionibus et racionibus ipsorum comitis et Iohannis prius factis, datus fuit eis dies usque ad diem Lune proximum sequentem, et quod illo die Lune darent in Nov. 10.
scriptis responsiones et raciones suas predicto domino regi repetendas etc. . . . . . . Die Veneris sequenti venerunt predicti Florentius comes Holandie et Robertus de Brus per Nov. 14.
attornatos suos . . . et liberaverunt raciones et responsiones suas precise in scriptis. . . . . .

Raciones comitis Holandie date die Lune in vigilia beati Martini Nov. 10.
contra Iohannem de Balliolo, Robertum de Brus et Iohannem de Hastinges. *A queu jour le dist counte de Holand par son attorné J. de Wossemarmut dist, com avant aveit dist, ke les avantdiz Johan de Balliol, Robert de Brus, Johan de Hastinges rens de dreit del reaume de Escoce parmi le avantdist David*[6] *pöent demander: kar iceli David fust felon. . . . La secunde reson ke dist est: David relessa, resigna e pur lui et pur ses heires par son escrist graunta au rey Willem, son frere, ke lui ne ses heirs ne nul en son noun dreit ne cleim en la reaume de Escoce demandereit. . . . Le dit rei ordina, purvist e establist que, si il moresist saunz heir de son cors engendré, ou si les heirs de lui issaunz deviassent saunz heirs de eaus issaunz, donkes Ade, sa soer, lur dame teinssent, si ele vesquesit, e si ele fust morte, les heirs de lui issanz. E a diz ordenaunces, purveaunces e establimenz affermer e a touz jors ferm aver, comanda son baronage illoques present a la dite Ade fere feance; les queus pleinement fesoynt e jurerent, ke, si dit rei e ses heirs de luy engendrez morsisent saunz heirs de eaus issanz, ke a la dit Ade e a ses heyrs le dit reaume gardereient e sauvereint. Dunt avys est a dit counte, que il est e estre deyt en meme le estat ke Ade eust esté, si dit rei eust mort saunz heir de sei tost apres cele feaunce a la dit Ade fete. . . . . . E pur ceo que le attorné*

---

*ratum et petitum in hunc modum: Florencius comes Holandie petit a domino rege Anglie, supe-* 1291.
*riori et directo domino regni Scocie, hereditatem suam dicti regni sibi liberari, tanquam heredi propinquiori, eo quod Margareta, filia regis Norwegie*[7]*, consanguinea ipsius comitis, cuius heres ipse est, fuit seisita in dominico suo et*[a] *de feodo de predicto regno Scocie tempore pacis, tempore domini Edwardi regis Anglie, superioris et directi domini regni Scocie, et inde nuper obiit seisita. Et de predicta Margareta, quia obiit sine herede de se, resorciabitur feodum et dominicum et debuit resortire cuidam Ade, ut consanguinee et heredi sororis Willelmi quondam regis Scocie, tritavi predicte Margarete. Et de ipsa Ada descendit feodum et dominicum et debuit descendere cuidam Florencio*[8]*, ut filio et heredi. Et de ipso Florencio descendit feodum et dominicum et descendere debuit cuidam Willelmo*[9]*, ut filio et heredi. Et de ipso Willelmo descendit feodum et dominicum et descendere debuit isti Florencio, ut filio et heredi, qui nunc petit. Et quod ipse est heres ipsius Margarete propinquior, paratus est ostendere prout debet, salvo sibi beneficio addendi, mutandi et minuendi, prout melius viderit expedire.*   a) ut c.

1) Quae sequuntur utrum e tabulis accurate transcripta sint, an oratio ab Albanensi monacho mutata sit, ignoratur, cum ap. Rymer haec non habeantur. 2) Consiliarii curiae Edwardi I, qui placitum de corona Scotiae examinarent. 3) Ad ius civile iam Alexandro II. rege, forte primo in Scotia, in causa de successione regni acta appellabatur; Palgrave, 'Docum.' p. XVII. 4) Cf. tabulam ap. Palgrave p. 29: *Sire Robert de Brus prie nostre seigneur le roy . . . come son sovereyn seigneur e son emperëur, qe il voille son dreyt trier*; et ib. p. 39. 43: *Les resons sire Johan de Baillol contre sire Roberd: . . . ke droit li soit fait . . . non pas par ley emperial, desicome le reaume d'Escoce est tenue . . . de nul empire; qar ceo [porroit,* membrana pertusa*] estre en prejudice de la coroune nostre seigneur le roi, si par ley imperiale en sa court lay fié seit jugé.* 5) A. 1292, Iun. 14. conventum est inter Florentium et Robertum de Brus, ut, si alter regnum Scotiae recuperaverit, alter tertiam Scotiae partem in feodo de rege Scotiae teneret; Stevenson I, p. 319. 6) Supra p. 522, l. 42. 7) Erici. 8) Florentius IV. cum Willelmo I. patre, filio Adae, confusus videtur. 9) Regi Romanorum.

1292. *le counte est alien e ad mester de greinur avisement, prie que sauve lui seit a plus dire pur le estat son seignur, quant mester serra.*

Nov. 10. **Prime raciones et responsiones Iohannis de Balliolo et Iohannis de Hasting date die Lune in vigilia beati Martini contra comitem Holandie.** . . . *En tant que il[1] dit, ke David relessa e quiteclama, est supposé, que il fust de tel estat, que il poeit lui e ses heirs barrer e autres eneriter; e en tant que il dit, que il fust felon, suppose il, que il ne poeit a nuly estat afermer ne autres enheriter: la quele contrarieté est aperte. . . . L'avantdit Ade . . . ne avereyt — ne ele uncore ne ad — reson ne dreit a regner, si W.[2] ne morisist sanz heir de son cors; le quel cas point avint. . . . David morust en la fei e en la homageri le rei de Engleterre. . . . A la feuté que Florenz ad chalangé que deust aver esté fete a Ade par le comandement W., son frere, vus dient J.[3] e J.[3], que il serreit mester, que il meist avant fet e especiauté de l'assignement e du comaundement e du graunt, par quei les tenanz se aturnereient a cele Ade, en departant de W. ou de ses heirs: le quel il nient fet mustré. . . . . . .*

Nov. 14. **Ultime raciones Iohannis de Balliolo date die Veneris proxima post festum beati Martini contra comitem Holandie.** . . . *Par la ley de Escoce e de Engleterre, que assez se acordent en taunt, qui quitecleime son dreit pur lui e pur ses heirs a tuz jors ou felonie fet, de quele il est ateint, forclost ses heirs come freres e soers e le issue de eus ausi bien come fiz e files. . . . E si serroit Ade, auncestre le avantdit conte de H.[4], forclos. . . .*

**Ultime raciones et responsiones comitis Holandie contra Iohannem de Balliolo date die Veneris proxima post festum sancti Martini[5].** . . . *E prie son seignur le rei, que il eyt regard de ceo que il est estraunge e alien, e sire Johan de Balliol ad mouz de fauturs e meintenurs encontre lui. . . . . . .*

*Johan de Hastinges . . . dit, que acouns reis sont qui regnent[a] sugez pur les leis de l'empire; mes le rei de Engleterre ne est a nulli lei suget, mes est auctur e fesur de lei. . . . . .*

Nov. 13. **Raciones et responsiones Iohannis de Balliolo date die Iovis[b] proxima post festum sancti Martini.** *A la demaunde sire Johan de Hastinges de la tierce partie du reaume de Escoce, pur ceo que . . . le reaume de Escoce est tenu de nostre seignur le rei de Engleterre, e pur ceo que il ne avoit unques rei de Escoce enoynt ne coruné, . . . dist il, que il sont plusurs rois qui regnent qui ne sont pas coronez, come . . . le rei de Saierme[c, 6] e le roi de Vaxen.[d], qui tient lur reaume du roi de Alemaigne, e ausi le rei de Aragoun, les queus touz tienent lur reaumes noun partables. . . . . . .*

Nov. 17. Coram[7] predicto domino rege ad diem Lune sequentem . . . dies est assignata Erico regi Norwagie, Florentio comiti Holandie, Iohanni de Balliolo et omnibus aliis petentibus regnum Scocie ad audiendum iudicium super peticionibus antedictis. Die Lune sequenti proxima post festum beati Martini apud Berewik super Twedam in aula castri eiusdem, anno regni predicti domini regis Edwardi 20, coram eodem domino rege Anglie, . . . dicta die assignata Erico regi Norwagie, Florentio[e] comiti Holandie, Iohanni de Balliolo et omnibus aliis petentibus predictum regnum ad audiendum iudicium super peticionibus suis predictis, vocatisque et publice proclamatis omnibus petentibus supradictis, predictus dominus rex per Rogerum de Brabazun, iusticiarium suum, iudicium suum fecit in hunc modum proferri:

'Constat vobis omnibus et constare debet, qualiter Ericus rex Norwagie, Florentius comes Holandie . . . peticiones suas de regno Scocie et raciones suas, per quas asserebant se ius ad idem regnum habere, . . . proposuerunt. De quibus petentibus antedictis Robertus de Pinkeni . . . et Florentius comes Holandie peticiones suas retraxerunt. Propter quod dicit eis dominus rex per iudicium, quod nihil capiant per peticiones suas de eo quod petunt[8] . . .' . . .[f] . . . . . .

a) regnegnent *c.* b) Sabbati *corr. Riley p. XXIX.* c) Sai'me *c.*; Saverne *Riley.* d) Vaxeñ *c.* e) F. *c.* f) *f.* 163. *manu mutata, quae sequuntur Annales Angliae et Scotiae vocantur ap. Riley.*

1) Florentius. 2) Willelmus. 3) Iohannes. 4) Holandia. 5) Germaniam non attingunt. 6) De Sabaudia Riley minus recte cogitavit. Intelligantur oportet regna Bohemiae et Poloniae aut Hungariae. Robertus de Brus, ut suum ius probaret, adduxit exemplum e comitatu *[Sau]veye [Sabaudie* Rot. Scotiae mag.*], ke procheynté en puisnesce ad forclos plus loynteyn degré en eynesce,* ap. Palgrave p. 39; sed membrana hoc loco mutilata est. 7) Paullo antea iterum pergit Rotulus a Rymer editus, unde haec ad verbum e tabulis publicis transcripta esse novimus. 8) Sequitur de Iohanne de Balliolo rege Scotiae instituto relatio.

**Quomodo comes Flandrie*** **peciit auxilium regis Anglie contra incursum regis Francie, qui eum impungnare nitebatur.** Anno ab incarnacione Domini 1297, qui est annus regni regis Edwardi 25, prelocucio facta fuit, quod comes Flandrie daret filiam suam[1] filio regis Anglie legitimo matrimonio. Quod cum cognovisset rex Francie, moleste sustinuit et indignabatur; mox insidias paravit dicto comiti, ut eum vexaret;[a] quia tunc temporis discordia erat commota inter regem Francie et Anglie, ut auxilium et consilium ei impenderet, ut facilius et felicius[b] eius insidias et invasiones declinaret. Succedente postmodum tempore rex Anglie, collectis magnatibus suis, consilio eorum tractaturus, qualiter dictum comitem iuvare posset, mandaverat itaque eos[c], quod secum transfretarent ad protegendum dictum comitem. Convocatis ergo proceribus, cum id indicatum fuisset, assensum prebuerunt omnes, ut ea condicione adquiescerent, si rex illis concederet veterem[2] cartam diu concupitam cum contentis. Rex autem tunc peticioni eorum non adquievit, sed cum magna indignacione abcessit[c]. 1297.

**Quomodo Edwardus rex Anglie se paraverat in subsidium comitis Flandrie.** Emenso[d] deinde uno mense[3], rex, assumptis secum episcopo Dunelmense[4], domino Hugone Dispensatore et domestica familia tantum cum triginta milibus pedestribus Wallensium, viginti militibus comitatus, venit tandem in Flandriam et a dicto comite honorifice susceptus est. Rex autem Hispanie[e, 5], cum cognovisset, ipsum absque comitatu baronum suorum inter hostes suos presumptuose advenisse, non modicum vilipendens, acriori ira accensus et[f] addidit, quoniam, si cum commilitonum suorum suffragio adventasset, superbiam Gallorum debilitasset. Qui tamen ceptis suis desistere nolens, sed ipsos paucos qui ei aderant pluribus modis inanimans — metuebat enim Gallorum invasionem —, ad tuciorem locum se intromisit; confestim versus Gaunt iter arripuit. Cum illuc sine offensa declinasset, currebant[g] ad eum ab omnium generum militibus et a levis[h] armature hominibus, maxime ex Flandria et Wallia. Erat genus hominum rapacissimum[i] et violentissimum, qui modicum pensi haberent, nec solum advene, sed etiam indigene[k] milites, qui pacem regis Francie oderant et victoriam regis Anglie preoptabant, quod sub ea tenui victu vitam transigebant. Hii omnes gratanter regi Anglie assenserant, quem levi negocio ad sua comoda inflectere possent, provincialium dispendio suas fortunas urgentes. . . . . .

Interea non multum post eodem anno Scoti, audito nuncio, quod rex Edwardus cum nuda manu et parvo comitatu Flandriam intrasset, deinde in Galliam, dessperati[c] sui reditus, incunctanter et plus solito iam secundo irruere in Anglicanos presumpserunt, . . . scientes, se non habere obstaculum ratione absencie regis tunc in Flandria moram trahentis. . . . . .

**Quomodo Petrus de Muroni[l] ad apicem apostolatus est electus.** 1294.
Eodem anno ad summum pastorale officium ex Spiritus sancti, ut creditur, inspiracione promeruit provei[m] Petrus de Muroni[l] mense Iunii[6], tunc Celestinus V. Qui festo beate Lucie Dec. 13.
sequenti, deposito diademate, papatum libere et spontanee resignavit; heremum, a quo[c]

*) *Cf. quae cardinali cuidam episcopi*[7] *Franciae scripserunt ap. Raine, 'Northern Registers' p. 124:*

*Dum enim diebus istis Parisius pro certis ecclesiarum nostre sollicitudini commissarum negotiis regalem presentiam adissemus, ecce, nobis omnibus fere presentibus, Flandrensis comitis ad eundem dominum nostrum regem nuntii venerunt et litere, nuntiantes, quod comes ipse ab omni vinculo, quo ditioni regie obligatus fuerat vel subditus, auctoritate propria se absolvens, pro absoluto et libero se tenebat; et, sicut crebris rumoribus, quos fide dignorum confirmat assertio, supervenit, idem comes, qui preter fidelitatis debitum, quo prefato domino regi tenebatur astrictus, in presenti guerra fideliter sibi servire iuraverat, cum nuntiis Alemannie et Anglie regum, dum ad prosecutionem tractatus pacis, quem pro ecclesie Romane reverentia predictus vero*[n] *noster rex benignus admittebat, venire se finxerunt, machinationibus prelocutis et confederationibus initis, ad recolligendum in terra sua, que in regni limitibus et quasi in faucibus hostium constituta dinoscitur, inimicos, qui sanguinem nostrum unanimiter sitiunt et ad depopulationem et finale excidium ecclesiarum et regni totis conatibus moliuntur, et ad nocendum et*[o]*, si valeat, per se ipsum diversos facit bellicos apparatus. . . . Data Parisius 2. Kal. Februarii, anno Domini 1296.* 1297. 1297. Ian. 31.

a) comes autem a rege Anglie petiit *vel similia suppl.* b) fecilius *c.*; *cf. infra, ed. Riley p.* 380: facilius et felicius. c) *sic c.* d) menso, *spatio litterae initiali vacuo c.* e) Hip. *c.* f) *delendum vel* est et *leg.* g) curebant *c.* h) alenis *c.* i) raptiss. *c.* k) indigne *c.* l) Mar. *c.* m) *i. e.* provehi. n) dominus *forte emendandum.* o) ei *forte em.*

1) Philippam. 2) Magnam. 3) Augusto. 4) Antonio. 5) *Alemannie* forte legendum. 6) Iul. 5. electus est. 7) Eorundem simili epistolae respondit Bonifacius VIII. Potthast nr. 24475; Raine p. 128.

1294. Dec. 24. assumptus fuerat, repeciit; et undecimo die sequente, scilicet vigilia natalis Domini, dominus Benedictus de Gaitan[a], tunc Bonefacius VIII, ad culmen summi apostolatus est electus et in
1295. Ian. mense Ianuarii aput basilicam prinsipis[b] apostolorum suam consecracionem fuit honorifice assecutus.

**Quomodo Bonefacius VIII. misit duos cardinales[1], unum in Franciam et alium in Angliam, ut, guerram inter dictos reges exortam adnichilantes, pacem et veram concordiam reformarent.** Set eorum adventus nihil profuit, licet de regnis predictis magnam pecuniam colligerent. Cardinalis enim missus in Angliam de qualibet marca quatuor denarios ab ecclesiis Anglie recepit per duos annos, et
1297. demum ad curiam Romanam rediens, in infirmitate gravatus, in itinere expiravit. . . . . . .

1299. Anno gratie 1299. . . . Quidam pontifex[2] Romanus a latere domini pape missus in Angliam aplicuit[b]. . . . . . .

Nov. 1. Die autem omnium sanctorum approximante, rex et regina, convocatis episcopo Norwicensi[3] et abbate Sancti Albani[4] et comite[c] de Saveia[5] et aliis non paucis, aput Langeleiam[6] solempnitatem omnium sanctorum cum laude dingnissima, ut decuit, celebrarunt. . . . . . .

---

## DE[7] TEMPORE REGIS EDWARDI VIDELICET III[8].

**De obitu comitis Holandie.** Diebus sub eisdem comes Holandie[9] diem extremum clausit, cui maritata fuit filia regis Anglie domina Elisabeth; cuius obitum tam Gallici
1300. quam Anglici moleste ferebant. Mox rex Anglie misit solempnes nuncios[10], quasi tocius regni peritissimos, ut filiam suam, dicti comitis uxorem, secundum consuetudinem Gallie rite dotari procurarent[d], deinde in Angliam adducerent.

**Quomodo rex Francie in comitem Flandrie impetum fecerit.** Eodem anno cum rex Francie a relatoribus didicisset, comitem Flandrie a se recessisse et regi Anglie tempore discordie[11] adhesisse et cum eo fedus firmissimum pepigisse, spreto homagio, quod ei, legitimo domino suo, fecerat, iratus est valde et quasi furibundus ipsum diffiducians, a curia sua confestim recedere precepit[12], et insequens, comitis terram igne ac ferro hostiliter cepit exterminare. Preterea nautis et classis sue custodibus, qui in ostio Sequane expectaverant cum armis et victualibus, signavit, quatinus versus Suyne[13], Flandrie portum, vela dirigerent et vexilla et ad eum illuc venire quantocius festinarent; quod et factum est. Erant enim insurgentes in eum Karolus, frater regis, et alii non pauci graves et famosi.
1300. Tandem captus[14] est dictus comes cum filio suo et in civitate Parisius diutina carcerali custodia mancipatus. Tunc penituit comitem de sue temeritatis presumpcione, quod regi
cf. Hebr. 6, 19. Anglie adhesisset, quia fraudatus est eius[e] adminiculo, in quo anchoram spei sue in necessitatis articulo frustra figebat. . . . . . .

**Nuncii regis missi in Franciam redierunt in Angliam.** Tunc temporis nuncii regis redierunt in Angliam, qui nuper missi erant in Franciam, quia[f] comite de Holondia viam universe carnis ingresso, qui quidem comes filiam regis Edwardi tertii Elysabet dessponsaverat[b]; que animo volenti in Angliam reversa est morandi gratia, domino rege, patre suo, iubente, et ipsa spontanea voluntate assensum prebente. . . . . . .

a) Gartan *c.* b) *sic c.* c) comiti *c.* d) *corr. ex* procrearent *c.* e) cius adminuculo *c.* f) *fort. delendum.*

1) Berardum Albanensem et Simonem Praenestinum episcopos, qui ambo in Angliam venerunt (cf. supra p. 490) et a. 1297. obierunt. 2) *Episcopus Romanus* paullo infra vocatur; erat Rainaldus Vincentinus. 3) Iohanne electo. 4) Iohanne III. 5) Amadei tabulam Edwardo I. Nov. 3. datam v. ap. Rymer I, p. 914. 6) Langley prope S. Albanum. 7) *Annales regis Edwardi I. Fragmentum I.* inscripsit Riley p. 437. 8) Cf. supra p. 521, n. 8. 9) Iohannes. 10) Rymer I, p. 918. 11) A. 1297. 12) Potius indutias dissolvit. 13) Zwin; Franci tunc Damme expugnarunt; cf. SS. XXVI, p. 696. 14) Sponte Parisios profecti, ibi a Philippo IV. capti, sed alio missi sunt Guido et filii eius Robertus et Willelmus.

# EX ARNALDI CRONICA LONDONIENSI.

*Postquam Radulfus de Diceto decanus ecclesiae cathedralis Londoniensis historiam scribere desiit, saeculo XIII. in monasteriis prope civitatem sitis usitato more annales compositi et continuati sunt, scilicet primo in Southwark*[1], *tum apud Westmonasterium*[2], *deinde in Cluniacensium prioratu Bermondseiensi, in ripa dextera Tamesis fluvii sito, a.* 1042. *usque ad annum* 1432 *(ed. Luard, Ann. Monast. III, p.* 423*), postremo a fratribus Minoribus 'Chronicle of the Grey Friars of London'*[3] *saec. XVI in. coeptum, inde ab a.* 1189. *usque ad a.* 1556. *perductum est*[4]. *Verum etiam cives saeculo XIII. eidem generi scribendi iam operam dare coeperant. Exstant enim aliquot codices, quorum unus, lingua Francogallica conscriptus et a G. J. Aungier sumptibus Societ. Camden. a.* 1844. *editus, annales* 1259—1343, *alter sermone Latino a v. d. Harris Nicolas a.* 1827. 4°. *editus, annales* 1089—1483. *continet. Alii nondum satis explorati sunt*[5].

*In archivo* ***G i l d h a l l a e L o n d o n i e n s i s*** *codex vetustus originalis superest, qui, ex more* Liber de antiquis legibus *vocatus, Cronica maiorum et vicecomitum Londoniarum inde ab a.* 1188. *usque ad a.* 1274. *a cive quodam insigni composita continet. Hunc librum, cuius apographum recentis manus in cod. chartaceo* ***H a r l e i a n o*** *nr.* 690. *exstat, multi posteri exscripserunt, in primis Robertus Fabianus ille, qui saec. XV ex. et saec. XVI in. chronica civitatis Londoniensis sermone Anglico composuit.* De antiquis legibus *librum Th. Stapleton sumptibus Societ. Camden. a.* 1846. *satis exacte edidit, H. T. Riley a.* 1863. *in sermonem Anglicum vertit atque commentariis illustravit.*

*Cuius libri auctor ille fuisse videtur, qui in ipso chronico*[7] *et in foliis*[8] *initio et calci voluminis additis multa de se ipso inseruit, Arnaldus filius Thedmari, Germanus genere, cuius avus Colonia, pater Brema*[9] *Lundinium venerant. Fuit*

1) V. SS. XXVII, p. 430. 2) Cf. supra p. 458. 3) Ed. Nichols pro Soc. Camden. 1852. 4°, ubi p. VII. complures chronicae Londonienses citantur. Est autem tam breve, ut duo saecula 5 paginis pertractet. P 1 haec habentur: *Kynge Rychard the furst . . . I. anno. Thys yere beganne the order of our Lady in Pruce;* cetera Germaniam non spectant. 4) Aliorum Ann. London excerpta vide infra p. 547. 5) Hardy, 'Descr. Catalogue' III, p. 243. chronica S. Pauli Londoniensis a. 1294. scripta laudat. 6) Multa de Germanis, imprimis Hanseaticis saec. XIV. in Anglia conversatis invenies inter Munimenta Gildhallae Londoniensis ed. Riley 4 voll. Lond. 1859—62. 8°, quae, cum legibus diplomatibusque constent, ad hanc scriptorum collectionem non pertinent. 7) P. 34. 37. 43. 115. 165. 8) V. infra p. 543. quae senex de se ipso paullo post a. 1272. scripsit. 9) A. 1265. *Hermannus de Brema servivit Arnaldo filio Thetmari;* 'Hans. UB.' ed. Höhlbaum I, p. 288.

*locuples et conspicuus inter cives atque e collegio aldermannorum; scrinium civitatis custodivit, de iusto usu ponderis et staterae publicae bene meritus, sed plebis inferioris vel opificum eorumque fautorum in odium venit, cum e gente aliena oriundus, tempore belli civilis fidelissime cum Henrico III. rege staret*[1]. *Fuit praeterea* aldermannus mercatorum Alemannie in Anglia venientium[2], *de quo Lappenberg noster, vir bonae memoriae, 'Urkundl. Gesch. des Hansischen Stahlhofs in London' I, p.* 15. 16. *II, p.* 13. *luculenter disseruit*[3].

*Codicem, quem propter statutum vel assisam de procedendo in placitis civium fol.* 45—48. *insertam, propter catalogos episcoporum, vicecomitum, maiorum, propter novas provisiones a.* 1267. *promulgatas et statuta de Iudaeis facta, quae in eo continentur, librum de antiquis legibus vocant, haud dubie Arnaldus filius Thedmari ipse instituit*[4]. *Multa vera et fabulosa de antiquis temporibus, pleraque e Willelmi Malmesburiensis Gestis regum Anglorum, colligens, etiam versus memoriales de pontificibus et imperatoribus Romanorum praefixit et quae de Henrico II, Ricardo, Iohanne, Henrico III. regibus Angliae in annalibus sui temporis, imprimis apud Radulfum decanum Londoniensem*[5] *et Southwarkenses, invenerat, breviata subiunxit. Praesertim vero res civicas, secundum seriem binorum vicecomitum et maiorum Londoniensium ordinatas, inde ab a.* 1188. *usque ad a.* 1211. *tenui filo ex Annalibus Suthwarkensibus contexuit, inde ab a.* 1240. *profusius enarravit. Et hanc extremam partem quasi ipsas inter gestas res scripsisse videtur (v. p.* 83. *a.* 1265: legatus Rome, qui nunc est papa, *videlicet Clemens IV, qui a.* 1268. *mortuus est*[6]). *Chronica, catalogus maiorum vetustior, documenta ab auctore de se ipso inserta a.* 1274. *desinunt. Notulae permultae de legibus et rebus gestis et regni et civitatis, de maioribus et vicecomitibus succedentibus, lingua Francogallica compositae locis vacuis temporibus Edwardi I. et Edwardi II. usque ad a.* 1326. *manibus variis inscriptae sunt*[7].

*Ex quo libro praeter versus illos memoriales excerpsimus quaecumque Arnaldus de Ricardo rege Romanorum eiusque itinerario, de Edwardo primogenito regis Henrici III. in Siciliam et Terram Sanctam profecto, de Rudolfo comite Habsburgensi rege Romanorum electo, de se ipso ieiune et accurate, nonnisi studio sincero rerum memoriae tradendarum ductus, conscripsit et saepissime documentis insertis auxit. Excerpta cum codice contulit V. Cl. J. H. Jeayes.* *R. P. et F. L.*

1) Tamen a. 1258. inter aldermannos Lundinii a rege depositos nominatur, infra p. 534. 2) Tabula a. 1251. inter alios testes confirmatur ab *Arnaldo Thedmar. aldermanno Teutonicorum;* 'Hans. UB.' I, p. 132. A. 1260. *Arnulpho filio Thedmari, aldermanno mercatorum Alemanie in Angliam veniencium, et eisdem mercatoribus* datur tabula ib. p. 190. 3) Cf. tractatum *de ecclesia Minorum Londoniae* apud Brewer, Monum. Franciscan. p. 514: *Arnaldus de Tedemar civis Londonie legavit in subsidium ecclesie predicte* 100 *libras sterlingorum de quadam domo vendita in Tamesestrete.* 4) Codicem non esse autographum, ex scribarum erroribus partim, fortasse ab auctore, correctis apparet; v. infra p. 542, notas c. d. b. 5) Ailredi Rievallensis Vitam Edwardi Confessoris adhibuit f. 41. 6) Tamen *memorandum* de a. 1268, infra p. 536, l. 45, non ante a. 1272. scriptum est. 7) Haec omisimus, cum nihil novi ad historiam Germanicam afferant.

INCIPIUNT VERSUS NICHOLAI MANIACUCII[a. 1] AD INCORRUPTA PONTIFICUM NOMINA CONSERVANDA, NE VIDELICET DICAMUS ELEUTHERIUS PRO ELEUTHER ET HYLARIUS PRO HYLARUS[b], ET AD SCIENDUM, QUI SUNT ANTIQUIORES. Cap. 9. f. 9.

Si vis pontifices Romane discere sedis,
Carminibus nostris perlectis scire valebis.
Primo[c] papatus Petrus est in sede locatus;
Qui consederunt Linus Cletusque fuerunt.
Hiis Clemens iunctus simili fuit ordine functus;
Disputat hinc mundus, sit quartus sitve[d] secundus.
Hinc Anacletus presedit, et hinc Euaristus;
Hinc Alexandro successit in ordine Syxtus[e];
Hos iuxta positus Thelesphorus est et Yginus.
Additur Anicitus[f] seu presul nomine Pius,
Sother et Eleuther*; quibus est Victor quoque mixtus,
Quos Zephirinus[g] habet comites martyrque Calixtus.
Urbanus turbe Christi prelatus in Urbe
Post hos papatus successit in arce locatus.
Hinc Pontianus, hinc Anteros[h], hinc Fabianus,
Cornelius, Lucius, Stephanus Sixtusque secundus.
Hos rutilas[i] iuxta, Dionisi, sede venusta;
Felix Romanus, cui iungitur Euticianus.
Hiis comites Caius[k] seu Marcellinus habentur;
Marcellus necnon Eusebius** annumerentur[l],
Melchiades etiam, post quem, Silvester***, haberi
Te Dominus papam decrevit in ordine cleri.
Marcus, cui Iulius succedit Liberiusque,
Felix [et[m]] Damasus[n], cleri speculumque decusque.
Exule Liberio, Felix in sede locatur.
Martyriumque subit, cum Liberius revocatur;
Quare Liberii Damasus successor habetur,
Sicut Ieronimi cronica narrante docetur.
Postea Syricium[o] numeramus Anastasiumque,
Hinc, Innocenti, te, qui comitaris utrumque.
Post Zosimum vero Bonifacius enumeratur;
Hinc Celestinus cum Syxto consociatur.
Hos autem iuxta Leo, vir doctissimus, extat,
Eloquium cuius, quantus fuerit, manifestat.
Ylarus hunc et Simplicius Felixque secuntur,
Post quos Gelasius[p] Anastasiusque leguntur.
Symachus[q], Ormisda[r] rutilant presulque Iohannes,
Quos sequitur Felix, Bonifacius atque Iohannes.
Agapitum cum Silverio tecumque, Vigili,
Pelagium legimus papali sede potiri.
Hos meriti magni pape premitto Iohanni.
Papam post istum papam[s] numero Benedictum.
Pelagium Rome prelatum postea prome!
Hinc tu, Gregori†, conformans cuncta decori,
Ecclesie Christi sal atque lucerna fuisti.
Post te[t] Bleranum[u] civem lego Sabinianum.
Hinc Bonefacius[v] et Bonefacius[v] annumerentur,
Deusdedit et quintus Bonifacius hiis[w] socientur[x].
Honorium cum Severiano teque, Iohannes,
Inter predictos celestes scribimus amnes.
Post hos Theodoro Martinum consociemus,
De quo, quid[y] fuerit per Grecos[z] passus, habemus.
Additur Eugenius, presul quoque Vitalianus;
Adeodatum cum Dono suscipiamus.
Scribitur hinc Agatho, Sicule regionis alumpnus;
Et copulatur ei prudens Leo papa secundus.
Hiis adiungatur Benedictus sive Iohannes,
Et[a] Conon tecum, Sergi, sextusque Iohannes.
Hinc alio papa gavisa est Roma Iohanne
Et te, Sisinni, genito genitore Iohanne.
Post Constantinum Gregorius alter habetur;
Tercius hiis eciam Gregorius associetur.
Hinc Zacharias, Stephanus Paulusque notentur;
Hinc Constantinus, Stephanus quoque connumerentur.
Post Adrianum Leo tercius esse videtur.
Post Stephanum quartum Pascalis presul habetur.
Eugenius vero pape subscribitur isti,
Cuius successor tu, Valentine, fuisti;
Gregorius quartus et Sergius†† et Leo quartus,
Pontificem dictum post quos legimus Benedictum.
Hinc, Nicholae, tuo [tua[b]] gaudet Roma decore;
Cuius Adrianus post mortem fulsit honore.
Octavi viguit post hos doctrina Iohannis,
A quo Marinus[c] perpaucis prefuit annis.
'Presulibus presul subnectitur hiis Adrianus, *f. 10.
Et Stephanus quintus, genuit pater hunc Adrianus.
Postea Formosum cathedram[d] legimus tenuisse,
Inde Bonifacium[e] papatum promeruisse.

*) Iste papa Eleuther fecit Lucium regem Britanniarum christianum[2] *in marg. c.*

**) Memorandum, quod omnes pape, qui fuerunt a passione Domini usque ad Eusebium papam, qui fuit tertius ante Silvestrum, fuerunt martires[3], numero scilicet 31 *in marg. c.*

***) Iste papa Silvester mundavit Constantinum Magnum a lepra[2] *in marg. c.*

†) Tempore istius Gregorii Augustinus convertit Anglicos ad fidem *in marg. c.*

††) Iste Sergius antea vocabatur Os-porci; unde post eum omnis papa mutat proprium nomen suum[2] *in marg. c.*

a) Mamacucii *c.*; Maniacutii *L. R.*; Nicholay Maniacucii *Ulisibon.* b) II. *R.* c) Primus *R.* d) *ita R.*; sitne *c.*; quisve *U.* e) Sixtus *R.*; Xixtus *U. et sic semper.* f) Anicius *R.* g) Zepher. *R. U.* h) Antheros *R. U.* i) *ita R. U*; rutilat i. Dionisius *c.* k) Gaius *R. U.* l) annumerantur *R.* m) *ita R. U.*; *deest c.* n) Damasius *c.* o) Sir. *R.* p) *ita R. U.*; Pelagius *c.* q) Sim. *R.* r) Horm. *U.* s) n. p. *R.* t) hunc *U.* u) Bleianum *c.*; Blerannum *R.* v) Bonif. *R. U.* w) *deest R.* x) associentur *R.* y) quod *R.* z) *ita R. U.*; gressus *c.* a) Ut *U.* b) *suppleri ex R. U.*; *deest c.* c) *ita R. U.*; Martinus *c.* d) l. c. *R.* e) Bonef. *R.*

1) Versus Nicolai Maniacutii, qui Alexandro III. pontifice canonicus S. Iohannis Lateranensis fuisse dicitur, usque ad Eugenium III. perductos ediderunt e Radulfi de Diceto cod. Lambethano, circa a. 1200. exarato (quem littera *R.* designo) Stubbs I, p. 259. et ex codice Udalrici Vindobon. (quem *U.* designo) Jaffé, Bibl. V, p. 461 sqq., et *ex archivio Lateranensi (L.)* Onuphrius Panvinius inter notas in Platinam (ed. a. 1572. p. 157; inde Acta SS. Maii V, p. 27, ubi multi loci correcti sunt). Exstant etiam in codd. Cottoniano Domitianus 13. et Ulisibonensi ('N. Archiv' VI, p. 396). 2) Ex Gilberti Chron., SS. XXIV, p. 122 sq., haec sumpta videntur. 3) Cf. Gotifr. Viterb., SS. XXII, p. 286.

Post Stephanum sextum Romanum perlege tandem,
Et post Theodorum nonum subnecte Iohannem!
Hinc, Benedicte, pater Leo tecum connumeretur,
De titulo Damasi Christoforus associetur.
Sergius hinc rutilans Anastasio copulatur[a];
Et Lando, vivens modicum, super astra levatur.
Omnibus hiis tandem decimum coniunge Iohannem!
Te Leo cum Stephano precedit papa, Iohannes.
Cui Leo seu Stephanus succedunt, docmate[b] grandes,
Necnon Marinus et Agapitus atque Iohannes.
Presulibus quintus coniungitur hiis Benedictus;
Cui Leo iungatur, Iohannes et Benedictus
Et Domnus necnon Bonifacius et Benedictus.
Et quartum decimum post istos scribe Iohannem,
*1261. Et quintum decimum post istos scribe Iohannem,
Et sextum decimum post istos scribe Iohannem!
*1265. Gregorium* quintum prius et post scribe Iohannem,
Post quem Silvestrum** prius et post scribe Iohannem;
Huic etiam nonum decimum subscribe Iohannem!
Sergius hinc quartus subnectitur et Benedictus.
*1272. Restat vicesimus Iohannes seu Benedictus —
Hunc nonum decimum depromunt scripta Iohannem;
Quod cur eveniat, dabit hoc cognoscere carmen:
Quendam Iohannem[c] si Mercurium[1] vocitamus,
*f. 10'. Istum, vicesimum, nonum decimum numeramus —.
f. 10. Silvester cum Gregorio***, Clemensque secundus
*Cum Damaso rutilat, Leo post Victorque secundus,
Stephanus hinc nonus necnon decimus Benedictus;
Et succedit ei[d] Nicholaus in ordine mixtus.
Alter Alexander et Gregorius† copulantur.
Victor et Urbanus cum Pascali[e] †† comitantur.
Gelasium mundo concessit postea Christus,
Cui decedenti successit papa Calixtus.
Honorius cathedram post omnes[f] hos decoravit;
Hinc, Innocenti, te papam Roma vocavit.
Post Celestinus, celesti dogmate functus,
Crismate leticie fit[g] pre consortibus unctus.
Lucius hinc, mundi cupiens obsistere morbis,
Est[h] raptus, tali quia dignus non erat orbis.
Tercius Eugenius Anastasiusque secuntur†††;
Tunc Adrianus Alexanderque leguntur.
Lucius, Urbanus post sacra sede fruuntur,
Gregorius, Clemens Celestinusque secuntur.
Hinc, Innocenti*†, te papam Roma creavit,
Honorium post te papali sede locavit.
Gregorius nonus predictis associatur;
Innocencius hinc in sacra sede locatur;
Tunc Alexander, tunc Urbanus cathedratur.
Adventus Christi tunc temporis extitit annus
*Mille ducentenus et sexagesimus unus,
Quando fuit quartus Urbanus papa creatus.
[*Post[i] ipsum quartus Clemens est papa vocatus.
Nullus papa fuit post hunc plus quam tribus annis.
Si pontifices prescriptos omnes numeretis,
Centum cum nonaginta tunc invenietis.
*Gregorius decimus post Clementem cathedratur].
In numero cleri quisquis probus optat haberi,
Est opus, ut scriptis iugiter meditetur in istis.

## *Cap.[k] 10.

Post Grecos primus Romane rexerat urbis
Imperium Iulius, et post hunc Octavianus,
Post hunc Tyberius, Gaius[l] et Claudius, et tunc
Nero, qui Paulum gladio necat et cruce Petrum.
Regnantes Galba[m], Vitellus et Otto per annum,
Bella moventes inter se, simul occubuerunt.
Post hos imperium suscepit Vespasianus[n],
Et successit ei Tytus, tunc Domicianus,
Tunc Nerva, tunc Traianus, post quem Addrianus,
Antonius Pius, Aurelio, Lucio sibi iunctis,

*) Iste Gregorius antea vocabatur Gracianus, de quo mencio facta est in hoc libro *in marg. c.*

**) Iste Silvester antea vocabatur Gerebertus *in marg. c.*

***) Hic arma undecumque et equos conquisivit, milites adornavit, et primum basilicam beati Petri preoccupans, raptores oblationum vel extinxit vel effugavit et predia omnia et oppida multis temporibus amissa in antiquum ius reformavit. Ita pax, per multorum segnitiem exulans, per unum hominem in patriam rediit. Unde Quirites rapto assueti sanguinarium illum vocabant. Cardinales etiam, cum beatus ille valetudine decumberet, ausu temerario eum ammonebant, ne se in ecclesia beati Petri cum ceteris apostolicis tumulari preciperet, quam tot hominum cedibus fedasset. Quibus ille: 'Omnia committamus divino examini. Corpus meum antecessorum more compositum ante ianuas ecclesie sistite! Ianue seris et repagulis dampnentur[o]. Si Deus voluerit, ut ingrediar, applaudetis miraculo; si minus, de cadavere meo facite, quod vestris[p] insederit animis'. Cum ille spiritum efflasset extremum, ante portas seris occlusas[q] exanimis presulis exuvias deportant; sed mox divinitus turbo emissus, omnia repagulorum obstacula dirumpens, valvas etiam ipsas vehementi patefactas impetu ad parietem impulit. Populus astans acclamat in gaudium, pontificis corpus cum patribus celebri veneratione locatur *in marg. add. R., quae Radulfus etiam in Abbrev. Chron., SS. XXVII, p.* 260, *ex Will. Malmesb. Gestis Regum II*, 201—203 *(SS. X, p.* 469*) extraxit.*

†) Iste Gregorius antea dictus est Hildebrondus, de quo mencio facta est in hoc libro *in marg. c.*

††) Istum Pascalem cepit rex Henricus cum tota curia sua, antequam fuit imperator, sicut notatur in hoc libro *in marg. c.*

†††) *R. U. L., codex Domit. sic:* Tertius Eugenius, qui nunc prelatus habetur,
Donec vult, vivat, demum super astra levetur[r. 2]!
Sunt centum quinque necnon et septuaginta[s].

*†) Temporibus istius Innocentii factus fuit tributarius Rome Iohannes rex Anglie *in marg. c.*

a) *ita R. U.*; copuletur *c.* b) *sic c.* c) *ita U.*; Iohanni *c R.* d) eis *R.* e) Paschali *R. U.* f) *ita R. U.*; hos omnes *c.* g) sit *U.* h) Ast r. statim q. *L.* i) Post — cathedratur *manu paullo post. add. c.* k) *hoc caput manu paullo post. scr. c.* l) Gayuus *c.* m) Gabba *c.* n) Vasp. *c.* o) damneatur *Will. Malm., forte corrupt. ex* claudantur. p) nostris *h. l. ed.* q) occlusis *h. l. ed.* r) Quartus Anastasius post ecclesiam viduavit, | Quam sibi mox copulans Adrianus clarificavit *add. U, hic desinens.* s) *hic desinunt cod. Dom. et, nominibus* Anastasius. Adrianus. Alexander. Lucius. Urbanus. Gregorius. Clemens. Celestinus. Innocentius *additis, R. Sequuntur* 5 *versus L.*

1) A. 532—535. 2) Eugenio III. superstite, itaque inter a. 1145. et 1153. haec scripta sunt.

Marcus[a] cum Lucio, set et Aurelio Comodoque[b].
Cum Lucio, set et Antonio Comodus dominatur;
Helius cum Severo; set tunc Carakalla
Antonius. Post quem Macrinus regna gubernat;
Tunc Alexander, tunc Maximinus cathedratur.
Tunc Gordianus, tunc rexit ceptra Philippus,
Tunc Decius, post quem Gallus[c] cum Vollusiano.
Post Valerianus regnavit cum Galieno.
Claudius imperium tenet, et post Aurelianus;
Tunc Tacitus, post quem Probus, et post hunc Florianus.
Tunc Carus cum Carino cum Numeriano,
Tunc Dioclicianus regnat cum Maximiano,
Valerius[d] cum Constante cum Licinioque.
Tunc Constantinus Magnus dominatur in Urbe;
Post illum Constantinus, qui filius eius,
Cui Constancius et Constans fuerant sociati.
Imperium post hos Iulianus Apostata rexit.
Tunc Iovinianus rex sublimatur in Urbe;
Valentinianus[e] post hunc cum fratre Valente.
Tunc cum Valentiniano simul et Gratiano
Regna Valens rexit, et post ipsum Gratianus,
Qui secum Theodosium regno sociavit.
Theodosius est rex post mortem Graciani.
Honorio secum tunc Arcadius[f] dominatur.
Post hunc Honorius cum Theodosio regnat.
Fit Theodosius rex cum Valentiniano.
Tunc Marcianus, secum Valentinianus,
Tunc Leo, tunc Zenon cum Basilio cathedratur.
Tunc Anastasius, Iustinus, Iustinianus,
Iustinus minor imperium tunc rexit, et post hunc
Cum Constantino fit Tyberius dominator;
Mauricius, Focaz, Eraclius — iste, perempto
Cosdroe, cum cruce christicolas captos liberavit —,
Heradonas[g], Constans[g*] Constantinusque notantur,
Tunc alter Constantinus, tunc Iustinianus,
Tunc Leo, Tyberius necnon et Iustinianus,
Philippus, Anastasius Theodosiusque,
Tunc Leo cum Constantino regnavit in Urbe,
Tunc Constantinus, Yrene secum sua mater
Et cum Pipino, qui[h] Gallica regna regebat, —
Patricius Rome fuit hic Pipinus efectus[i]. —
Postea per Francos reges Rome statuuntur,
Quorum primus erat a magnitudine Magnus
Rex Carolus dictus, et post illum Lodewycus;
Post hunc Lotharius, Carolus, Carolus, Lodewycus,
Tunc Berengarius[k], tunc Hugo Lothariusque,
Alberto secum tunc Berengarius alter.
Nunc ad Teutonicos[l] regalis electio transit.
Otto primus erat, et post hunc Otto secundus.
Imperio post hos successit tercius Otto.
Tunc Conradus, Henricus dominantur in Urbe.
Alter et Henricus et tertius anumerantur[i].
Tunc Lotharius et Conradus, tunc Fretherícus,
Et[m] tunc Henricus, tunc Otto, tunc Fretherícus;
Ierusalem, Rome fuit hic rex Cecilieque.
Usque vir hic obiit, fluxerunt mille ducenti 1250.
Et quinquaginta post partum virginis anni.
Tunc landegravius Thuringie Raspe vocatus
Fit rex Theutonie. Post illum rex fit ibidem
Willelmus comes Hollandie, sed tempore parvo.
Post hos Cornubie comes est Ricardus electus,
Ut decet, et fit rex in Aquensi sede locatus.
Iste[n] sui regni ter quinto transit in anno.
Mille ducentesimus et septuagesimus unus 1271.
Annus erat Domini, quando vir iste ruit.
Post hunc Theutonie Radulphus regna gubernat.

Cap. 11. Particule tractatus Willelmi[1], qui scripsit de gestis regum Anglorum. . . . . . . f. 11.

Cap. 25. . . . De Henrico rege secundo. . . . *Anno 14. regni sui Matildis, filia sua, nupsit Hendrico[i] duci Saxonie, de qua genitus fuit Otho, postea imperator Romanorum. . . . . . . f. 35. *35'. Rad. Dic. 1167.

Anno 22. . . . Anno sequenti Iohanna, regis predicti filia, scilicet Henrici[o] secundi, filii imperatricis, transfretavit, Willelmo regi Siculorum nuptura, 7.[p] Kal. Septembris. . . . . . . Ib. 1176.

De Ricardo rege. . . . Anno primo regni sui . . . obiit Fredericus imperator Romanorum in itinere versus Ierusalem. . . . . . . f. 36. 1190.

Anno 2. regni sui idem rex et rex Francie profecti sunt a Missena[i] versus Terram Sanctam ante dominicam palmarum. . . . Eodem anno coronatus est Henricus, filius predicti Frederici, in imperatorem a Celestino papa 15. Kal. Iulii[2]. . . . . . . A. Southw. 1191.

Anno sequenti predictus rex Ricardus rediens[q] a Ierosolimis, interceptus est in Allemannia a duce de Hostrice inter festum sancti Andree et natale Domini, et retentus ab imperatore Alemanie. Qui postea redemptus fuit pro 100000[3] marcis sterlingorum. Ad quam redemptionem perficiendam universi calices ecclesiarum per Angliam confracti sunt et conflati preter illos qui redempti sunt cum aliis thesauris ecclesiarum. . . . . . . f. 36'. 1193.

Postea anno 5. regni sui liberatus est predictus rex a potestate predicti imperatoris pridie Nonas Februarii 1194. et 3. Idus Marcii apud Sanwiz applicuit[4] et feria 4. post apud Londonias cum magno aparatu[i] receptus est. In kalendario dies fuit mala, quando iste rex fuit coronatus, dies mala, quando suscepit crucem, dies mala, quando exivit de terra sua versus Terram Sanctam, dies mala, quando captus fuit in Almannea, dies mala[5], quando liberatus est. . . . . . .

De Iohanne rege. . . . . . . A. Southw.
Anno predicti regis 9. natus est ei filius, scilicet in vigilia epiphanie, et vocatus est Ricardus. . . . . . . f. 37.

a) Malcus *c.* b) quomodoque *c.* c) Galluus *c.* d) *sic pro* Gal. *c.* e) Valentinius *c.* f) Arcasius *c.* g) *sic pro* Heraclonas *c.* g*) Custans *c.* h) que *c.* i) *sic c.* k) Bar. *c.* l) Tet. *c.* m) *hic versus falso post sequentem positus est in c.* n) Iste — gubernat *alio atramento post add. c.* o) H. *c.* p) 6. *Dic.* q) grediens *c.*

1) Malmesburiensis. 2) Potius Apr. 15. 3) Numerum, qui Ann. Southw., SS. XXVII, p. 431, deest, Arnaldus aut ex eorum fonte perdito aut ex Rad. Dic. novit. 4) Hic quoque Annalium Southw. melius quam quod exstat exemplum legisse videtur. 5) Cf. Rog. Hoved., SS. XXVII, p. 168.

## Cap. 43[1].

f. 63'. 1189. Henricus de Corenhell, Ricardus filius Reynerii: isti fuerunt primi[2] vicecomites Londo-
Sept. 29. niarum facti ad festum sancti Michaelis[3] anno gratie 1188, anno 1. regni regis Ricardi. . . . . .
A. Southw. 1192. Anno 1191. . . . Hoc anno captus est idem rex in Alemannia, dum redderet[a] a Terra Sancta; et redemptus
centum mille[4] marcis argenti.
1194. 1192. . . . Hoc anno liberatus est idem rex et 3. Idus Martii applicuit apud Sandwyz et feria quarta post
venit cum magno apparatu ad Londonias. . . . . .
f. 65. 1236. 1235. . . . Hoc anno Alianora, filia comitis Provincie, venit in Angliam et ibidem coronata est
regina. . . . . .
1242. Ian. 20. 1241. . . . Hoc anno rediit comes Ricardus, frater regis Henrici, in festo sanctorum
Fabiani et Sebastiani, anno regni eiusdem regis 26, a Terra Sancta in Londonias. . . . . . .
f. 66'. 1246. . . . Hoc anno ceperunt cives Londoniarum Ripam-regine[5] ad firmam pro
50 libris per annum reddendis comiti Ricardo et 60 solidis infirmis Sancti Egidii extra
Londonias. . . . . .
f. 68. De obitu Fretherici imperatoris. 1250. . . . Eodem anno obiit Fretherícus imperator Romanorum, qui
duxerat sororem regis Henrici, filii regis Iohannis, in uxorem. Et papa
recessit de Lugduno usque ad Mediolanum . . . . . .
1253. Mai. 13. 1252. . . . Eodem anno, die Martis, scilicet tertio decimo die Maii, archiepiscopus Can-
tuarie[6] et alii tresdecim episcopi, pontificalibus induti, et accensis candelis, in magna aula
apud Westmonasterium per assensum domini regis, in presencia sua et comitis Ricardi,
fratris sui, et plurimorum comitum et baronum, excommunicaverunt omnes illos qui aliquid
perquirerent vel facerent, per quod libertates in cartis contentas, quas fecerat baronibus
regni sui anno regni sui 9, in aliquo articulo infringerentur vel infirmarentur[b] post illum
diem. . . . . .
f. 69. 1254. 1254. . . . Capta est civitas[7] in manus regis. . . . Et hoc totum prelocutum fuit in
predicto parlamento[8], quia cives in se divisi noluerunt venire ibi coram comite Ricardo,
sicut ei promiserunt, ad terminandum hoc unde ipsi eum multociens ante rogaverant, sci-
licet de excambio. Postea cives accesserunt ad comitem ad impetrandam gratiam suam,
quibus ipse posuit diem apud Londonias, dicens, quod nichil inde faceret sine consilio regis,
Nov. 18. cui medietas exitus excambii pertinebat. Postea tercia die post festum sancti Eadmundi
archiepiscopi cives fecerunt finem apud Westmonasterium versus predictum comitem
Remissa[c] sunt amerciamenta[9] de escambio. coram consilio domini regis pro 600 marcis; et remisse sunt omnes
occasiones excambii, et maior et vicecomites in balliva sua sunt
restituti. . . . . .
f. 70. 1256. De electione Ricardi comitis Cornubie in regem Alemannie. 1256. . . . Memorandum, quod eodem anno in festo Inno-
Dec. 28. cencium in capella sancti Stephani apud Westmonasterium coram
domino rege et consilio suo prebuit dominus Ricardus comes Cornubie, frater dicti regis,
assensum electioni principum Alemannie, qui eum elegerant in regem eorum[10]. Eadem hora
illius diei fuit tempestas valida et tonitrua et choruscationes apud Londonias et alibi. . . . . .

f. 70'. 1257. Anno eodem, in quadragesima et in septimana pasce venerunt quam plures principes
Mart. Apr. Alemannie Londoniis, scilicet archiepiscopus Coloniensis[11] et alii episcopi, duces et comites,
qui omnes fecerunt homagium domino Ricardo comiti in presencia domini regis, fratris sui,
Apr. 12. quem elegerant in regem Alemannorum. Postea, die Iovis in eadem septimana, ipse recessit
a Londoniis, iter arripiens versus mare, et uxor eius[12] cum eo et Henricus, filius suus de
prima uxore sua[13], matre comitis Glovernie[14], et posuerunt se in mare apud Iernemue[15]
Apr. 27. Mai. 1. vicesimo septimo die Aprilis et applicuerunt in festo Philippi et Iacobi apud Thurdrakt[16],
Mai. 17. que sita est super aquam que vocatur Musele[17]. Postea in ascensione Domini coronatus
fuit, sicut patet in litteris subscriptis:

a) *sic c.* b) infirmer. *c.* c) Remisse *c.*

1) *Cronica maiorum et viceconitum Londoniarum* inscripsit editor. 2) Error. 3) Ab eo die annum computant cives Londonienses. 4) V. supra p. 531, n. 3. 5) Adhuc Queenhithe in Civitate. 6) Bonifacius. 7) Lundinii. 8) Mense Maio a. 1254. 9) Mulctae. 10) Cf. Ann. de Bermundeseia (in litore Tamesis australi, iam pars Lundinii) a. 1255: *Et eodem anno Ricardus, comes Cornubie et frater regis Anglie, eligitur in imperatorem Alemannie, nunquam tamen obtinuit;* ap. Luard, Annales Monastici III, p. 461. 11) Conradus de Hochstaden. 12) Sanchia. 13) Isabella. 14) Ricardi. 15) Yarmouth. 16) Dortrecht. 17) Alte Maas; Mosam cum Mosella confudisse videtur.

Littere regis Alemannie misse Londoniensibus.

*Ricardus*[1] *Dei gratia Romanorum rex semper augustus maiori* [f. 71. 1257.] *et civibus Londoniarum salutem et omne bonum. Libenter votivos et celebres nostre felicitatis eventus ad nostrorum specialium corda transferimus, credentes in vobis*[a] *tunc augmenta congaudii geminari, et precipue, cum ad aures vestras, quas ex fidei puritate et intime affectionis zelo circa nostrum statum attentas esse confidimus, leticie nostre tripudia*[b] *derivamus, illo procul dubio nostris affectibus inherente desiderio, quod delectaret nos pocius hec et quelibet alia festa presencialiter vobiscum peragere quam interpretis scripture ministerio nunciare. Sane ut plena omnium nostrorum letorum eventuum, qui nobis, postquam a vobis recessimus, acciderunt, et certa ad vos noticia perferatur, presentem paginam predictorum eventuum ostensivam ad vos duximus destinandam, vobis ad gaudium intimantes, quod, cum in die dominica proxima post festum beati Marci* [Apr. 29.] *euangeliste apud Iernemue navem cum*[c] *nostra concenderimus*[d] *comitiva, die Martis proximo* [Mai. 1.] *subsequenti, in die videlicet beatorum apostolorum Philippi et Iacobi, salvis per Dei gratiam omnibus et nostris et totius nostre familie ac*[e] *etiam comitive personis et rebus, venimus usque Durdreyth*[d], *in opido videlicet in medio comitatus Hoylandie constituto; indeque, mora ibidem ad capescendam requiem post labores biduana contracta, tertio die recessimus. Et continue per* [Mai. 3.] *Hoylandie et Gelrie comitatus transitum facientes, tandem die Veneris ante festum ascensionis* [Mai. 11.] *dominice pervenimus Aquisgranum, occurrentibus nobis in dicte civitatis introitu hominibus maioribus et melioribus, clericis videlicet et laicis, nobilibus, militibus et aliis omnibus civibus civitatis eiusdem, qui nos magnifice et honorifice cum maximo tripudio et iubilo leti et hyllares sine cuiuslibet difficultatis obstaculo susceperunt. Nec credimus, quemadmodum vulgaris in ista terra et communis fame testatur preconium, quod a ducentis annis citra aliquis imperatorum Romanorum vel regum in sue novitatis principio dictam civitatem Aquensem sine gravis offensionis seu contradictionis obice sit ingressus. Cumque post ingressum dicte civitatis moram in ipsa oporteret nos trahere longiorem, ecce rumores nostris*[f] *affectati desideriis occurrerunt, nobis hyllariter nunciantes, archiepiscopum Treverensem*[2], *nostri culminis inimicum, qui in nostri nominis et honoris dispendium nostrum castrum et pallacium Bopardiensia cum maxima multitudine armatorum vallaverat et ad expugnationem ipsius multas machinas instaurarat, a venerabili archiepiscopo Maguntinensi*[3], *dilecto principe nostro, assistente sibi de nostris fidelibus magna copia pugnatorum, ob nostri nominis reverenciam ad dicti castri liberacionem et in obsessorum subsidio properante dieque Mercurii post festum beati Iohannis ante portam Latinam cum* [Mai. 9.] *eodem Treverensi archiepiscopo viriliter confligente, non sine strage suorum, multis suis militibus et aliis complicibus captivatis, confectum in prelio, per dedecorose fuge presidium mortis supplicium seu periculosum captivacionis dispendium evitasse. Sic itaque dicto castro nostro per prefati archiepiscopi Maguntinensis ac aliorum fidelium nostrorum auxilium a pressuris obsidencium et ab inpugnancium insultibus feliciter liberato, ipsoque victualibus et aliis necessariis ac strenuis defensoribus egregie communito, idem archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad presenciam nostram venit; ubi in festo ascensionis dominice, ipso et archi-* [Mai. 17.] *episcopo Coloniensi presentibus multisque aliis episcopis, ducibus, comitibus, baronibus, magnatibus et nobilibus regni nostri nostrisque fidelibus, in sede Magni Karoli cum sollempnitate qua decuit, in illius nomine qui superbos deicit et ponit humiles in sublimi*[g], *sacri Romani regni* [cf. Iob 5, 11.] *ceptrum recepimus et coronam, karissima consorte nostra similiter eodem die nobiscum sollempniter, ut decuit, coronata. Denique festo coronacionis nostre cum magnis sollempnitate et gaudio celebrato, dilectorumque principum et aliorum nostrorum fidelium super agendis nostris communicato consilio, visum est nobis et eis exaltacioni nostre votive plurimum expedire, ut statim sine more dispendio humiliacioni nostrorum rebellium intendamus et precipue ac primo*[h] *ad*[i] *confringenda elati cornua Treverensis omnia nostra molimina convertamus, ut, sicut se primum in nostris negociis non tam iustum et rationabilem quam voluntarium constituit turbatorem, ita primo experiatur et discat, quid et quantum contra eum possit et valeat manus nostra. De hoc autem precipue certos esse vos volumus, quod tantam iam in auxilio nostrorum fidelium et fautorum in Alemannia habere confidimus potestatem, quod, eis*[k] *in fidei nostre cultu et in devocionis nostre zelo durantibus, nullius viventis sit nobis potencia formidanda. Data Aquisgrani* 18. *die Maii anno regni nostri primo.* . . . . . . . [Mai. 18.]

a) *ita Math. Burt.;* nobis *c.* b) trep. *c.* c) tota *add. M. B.* d) *sic c.* e) et *c.* f) nostri *c.* g) *corr. ex* sublimitate *c.* h) *ita corrigendi erant M. B.* i) ut *c.* k) eos *c.*

1) Eadem epistola ad alios data supra p. 372 sq. ex Mathei Libro add. et SS. XXVII, p. 479. ex Ann. Burton. edita est. 2) Arnoldum. 3) Gerhardo.

f. 71'. 1258. Febr. 10. 1257. . . . Et hoc duravit usque ad primam dominicam quadragesime, tunc temporis
Febr. 11. in festo sancte Scolastice virginis. . . . In crastino venerunt cives ad Westmonasterium,
. . . rege sedente ad scacarium. . . . Aldermanni et cives vocati venerunt coram rege.
Maior vero et predicti viri vocati fuerunt per se nominatim, et similiter Arnulfus Thedma-
f. 75'. rus et Henricus Walemound, qui antea non fuerunt in aliquo rectati. . . . Warda[1], que fuit
predicti Arnaldi filii Thedmari, remansit in manu maioris. Et sciendum est: predictus Arnal-
dus[a] de nichilo fuit rectatus nisi de statera; cuius modus ponderandi correcta[b] fuit per ipsum
et per alios, sicut in hoc rotulo prenotatur. Set ipse, plus odii fomite quam meritis suis
exigentibus, inter alios fuit deputatus, sicut patet in sequentibus. Nam postea, die ante
1259. Nov. 5. festum sancti Leonardi, anno domini regis 44, in pleno folkesmoto[2] ad Crucem Sancti Pauli,
coram domino rege et consilio suo domino Iohanne Maunsel attestante, regem esse certifi-
catum, ipsum Arnaldum[a] iniuste esse degradatum, et ipse fuit ad gratiam domini regis
revocatus et in statum suum restitutus.

1258. De fame. Hoc anno agricultura defecit; qua deficiente, fames secuta est ita, quod homines
de villis confluebant ad civitates pro cibo acquirendo; qua fame convalescente, multa milia
hominum perierunt[3]; et multa plura milia occubuissent fame, nisi tantum bladum venisset
tunc temporis de Alemannia. . . . . . .

f. 78'. 1259. 1258. . . . Hoc anno dominus Ricardus rex Alemannie, frater domini regis, cum
regina sua et liberis suis veniens per mediam Franciam, transfretavit et applicuit apud
Febr. 1. Doveriam et in vigilia purificationis beate Marie venit Londoniis, civitate[c] optime attornata
et curtinata. . . . . . .

f. 79. Nov. 5. 1259. . . . Eodem anno, die precedenti festum sancti Leonardi venit dominus rex ad
f. 79'. De revocacione Arnulfi[a] filii Thedmari in statum suum. Crucem Sancti Pauli. . . . Eodem die Iohannes Maunsel dixit pro
domino rege, quod ipse fuit certificatus, Arnulfum filium Thedmari,
de quo superius mencio facta est, nichil deliquisse, et quia iniuste fuit indictatus, revocavit
eum ad pacem et gratiam suam et precepit, ut ipse esset in statum suum restitutus.

Nov. 7. Hoc anno, in crastino sancti Leonardi recessit dominus rex a Londoniis versus mare;
Nov. 10. De transfretacione regis. et dictus Arnulfus die Lune sequenti in hustingo[4] positus fuit in sei-
sinam de warda sua, de qua antea depositus fuit. . . . . . .

f. 80. 1260. Anno eodem, cum provisum fuerit per dominum Edwardum, filium regis, et comitem
Glouvernie[5], qui tunc temporis erant ad invicem discordes, ad celebrandum generale parla-
Apr. 25. mentum apud Westmonasterium a die pasche in tres septimanas, et ipsi proposuerunt et
multi alii comites et barones et milites cum equis et armis infra muros civitatis hospitari,
et per hoc maximum dampnum et periculum civibus et civitati posset generari, venit domi-
Apr. 4–10. nus Ricardus rex Romanorum apud Westmonasterium in septimana pasche et, convocatis
maiore[6] et quibusdam discretis viris de civitate, coram ipso et capitali iusticiario[7] et domino
Philippo Basset habuerunt colloquium ad illud periculum evitandum, ita quod tunc pro-
visum fuit, quod nec dominus Edwardus nec dictus comes nec aliquis alius, de quo aliqua
suspicio haberetur, infra muros civitatis hospitaretur; . . . et quod predictus rex, predicti
iusticiarii et Philippus et quos ipsi vellent adducere, de quibus nulla fuisset suspicio, infra
civitatem fuissent hospitati, qui cum civibus civitatem, si necesse esset, custodirent.
Apr. 24. Postea secunda die ante festum sancti Marci euangeliste applicuit dominus rex apud Dove-
Apr. 29. riam, veniens a partibus transmarinis, et quinto die post predictum festum venit Londoniis
et hospitatus est in hospicio episcopi Londoniarum[8]. . . . Rex vero Alemannie hospitatus fuit
in domo sua apud Westmonasterium, quod necesse non fuit ipsum esse in civitate, cum
dominus rex ibi fuisset hospitatus. . . . . . .

Iun. 17. Postea recessit rex Alemannie de Londoniis versus mare, scilicet in festo sancti Botulfi;
Iun. 19. qui tertia die post dictum festum posuit se in mari apud Doveriam. . . . . . .

f. 80'. Oct. 29. 1260. . . . Postea in crastino Simonis et Iude rediens rex Alemannie de transmarinis
venit Londonias. . . . . . .

1261. Febr. 2. Eodem anno, post purificacionem beate Marie venit rex Londoniis et postea die dominica
Febr. 13. ante festum sancti Valentini fecit convenire folksmotum ad Crucem Sancti Pauli, ubi ipse
venit et rex Alemannie, archiepiscopus Cantuarie, Iohannes Mansel et multi alii. . . . . . .

a) A. c. b) *sic c.* c) civita *c.*

1) Custodia regionis urbis. Cf. infra Ann. Londonienses p. 552. 2) Conventu omnium civium. Cf. infra l. 21. 3) V. 'Gesch. v. England' III, p. 714. 4) Curia iudicii municipalis omni die Lunae habita. 5) Ricardum. 6) Willelmo filio Ricardi. 7) Hugone Bigod. 8) Henrici.

f. 82'. 1261. Oct. 13. 1261. . . . Hoc anno ante translacionem sancti Edwardi pacificata est predicta dissencio inter dominum regem et barones suos, predicto rege et regina sua[1] tunc hospitatis apud Sanctum Paulum, et rege Alemannie apud Sanctum Martinum Magnum; que pax non stetit. . . . . . .

1262. Iun. 21. Iun. 23. Hoc anno rex Alemannie recessit a Londoniis pridie ante festum sancti Albani. Qui tertia die post transfretavit. . . . . . .

f. 84'. 1263. Iun. 24. 1262. . . . Barones . . . miserunt breve civibus Londoniarum circa festum sancti Iohannis, . . . volentes certificari ab ipsis, an vellent observare dictas ordinaciones[2]. . . . Talis fuit peticio baronum: . . . Regnum de cetero per indigenas fideles et utiles sub domino (f. 85.) rege gubernetur — et non per alios —, sicut fit communiter in omnibus aliis mundi regnis. Quod vero mandatum cives ostendunt domino regi existenti apud Turrim, rege Alemannie, regina, domino Edwardo et Roberto Walram tunc ibi solummodo presentibus, et dixerunt, quod omnis communa[3] illa statuta, que sunt ad honorem Dei, ad fidem regis et ad utilitatem regni, volunt observare. . . . . . .

f. 88'. 1264. 1263. . . . Postea[4] Hugo le Despenser iustitiarius[5], qui tunc custodiebat Turrim, cum innumerabili populo Londoniensium exierunt a civitate, sequendo vexilla predictorum constabularii et marescalli[6], et nesciebant, quo ire deberent vel ad quid faciendum. Qui

De combustione de Ystleworthe.

ducti sunt usque ad Ystleworthe[7] et ibidem prostraverunt et combusserunt manerium regis Alemannie et omnia bona ibi inventa depredaverunt et molendina ac vivaria sua fregerunt et conbusserunt. . . . . . . Postea in septimana ante (Apr. 6–12.) ramos palmarum destructum est Iudaismum in Londoniis. . . . Tunc et[a] antea multi denarii Ytallicorum et Caurcinium, qui fuerunt deposititi in custodia in prioratibus et abbathiis circa Londonias, extracti sunt et ad Londonias deportati. . . . . . .

f. 89. Mai. 6. Postea in festo sancti Iohannis ante portam Latinam exierunt barones et Londonienses

De prelio Liewes.

a civitate adversus dominum regem, tunc existentem in partibus de Liewes, cum maximo excercitu. Illis[b] autem ibidem moram facientibus, barones miserunt litteras suas domino regi, et rex remisit eis litteras suas pro responso et similiter rex Alemannie et dominus Edwardus, quas litteras require in altera parte huius folii scriptas[8]. Et nono die (Mai. 14.) a die illa, tunc temporis die Mercurii, valde mane conflixerunt[c] partes extra villam de Liewes. . . . Et rex Alemannie captus est; et multi alii comites et barones vel reddiderunt se vel fuerunt occisi. . . . . . . Memorandum, quod nocte illa inter regem et barones et suos extitit provisum et ordinatum, quod providencie Oxonie starent inconcusse. . . . Et ad hanc provisionem fideliter observandam predicti duo reges suos primogenitos obsides et prisones baronibus tradiderunt. . . . . . . Postea die Martis ante ascensionem clamata (Mai. 27.) fuit pax regis et baronum in Londoniis; et in crastino venit exercitus baronum in Londoniis (Mai. 28.) et dominus rex cum suis et rex Alemannie et multi *prisones, qui capti fuerunt in prelio (*f. 89'.) predicto, domino Edwardo et domino Henrico de Alemannia, qui sunt obsides, ut dictum est, positis in custodia in castro Doverie. Rex vero Alemannie et quam plures alii prisones positi sunt in Turrim Londoniarum. Dominus autem rex hospitatus est apud Sanctum Paulum, et tunc quam plures de familia domus sue ab eo amoti. Et[d] tunc nichil allocatum[9] est ei vel regi Alemannie, quod[e] ipsi tradiderunt baronibus[f] obsides suos.

T r a n s c r i p t u m . . . l i t t e r a r u m q u a s r e x A l e m a n n i e e t E d w a r d u s r e m i s e r u n t b a r o n i b u s. (f. 90.) . . . *Ricardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Edwardus, illustris regis Anglie primogenitus, ceterique barones omnes et nobiles predicto regi Anglie constanter sincere fidei et [devotionis[g]] operibus adherentes Simoni de Monte-forti, Gilberto de Clare ceterisque universis et singulis perfidie sue complicibus. . . . Scire volumus vos a nobis universis et singulis tamquam hostes puplicos ab hostibus diffidatos. . . . Omnes nos contenti[h] sumus predictorum dominorum sigillis, videlicet Romanorum regis et domini Edwardi. Datum Lewes, 12. die Maii.* (Mai. 12.)

Postea rex Alemannie ductus est ad castrum de Berkamstede[10]. . . . . . . (f. 92'.)

De liberacione domini Edwardi et domini Henrici de Alemannia.

1265. Mart. 11. 1264. . . . Postea proximo die ante festum sancti Gregorii dominus Edwardus et Henricus de Alemannia, qui in prelio

a) et a. *post add. m. coaeva c.* b) Illis — scriptas *in marg. add. c.* c) conflierunt *c.* d) Et — tradid *in loco raso c.* e) quoad *emendat Stapl.* f) bor. *c.* g) *suppl. ex p.* 480. 515. *supra; deest c.* h) contempti *c.*

1) Alienora. 2) Oxonienses. 3) Lundinii. 4) Mart. 31. 5) Videlicet ex parte baronum. 6) Thomae et Stephani, quos cives sibi ipsi elegerant. 7) Isleworth, vicum ad Tamesim a Westmonasterio versus occidentem. 8) Infra l. 42. 9) Attributum (ex fisco). 10) Berkhamstead, com. Hertford.

1265. de Liewes posuerunt se obsides, quousque pax reformaretur in Anglia, liberati fuerunt domino regi liberi et quieti coram omni populo in magna aula Westmonasterii. . . . . . .

f. 94'. Postea auditis certis rumoribus de predicto prelio[1], omnes prisones, qui capti fuerunt in prelio de Liewes, . . . dimissi[a] sunt liberi et quieti sine omni redempcione. Similiter rex Alemannie liberatus est a castro de Kenelworthe et omnes alii prisones, qui capti fuerunt per predictum comitem Leicestrie et complices suos in predicta perturbacione regni Anglie. . . . . .

f. 96'. 1266. Anno 1265. . . . Littere domini regis, per quas remisit civibus indignacionem suam. *Henricus Dei gratia rex Anglie* etc. *omnibus hominibus* etc. *salutem. Sciatis, quod per finem[2] viginti mille marcarum, quem cives nostri Londoniarum fecerunt nobiscum pro redempcione sua occasione transgressionum seu excessuum nobis et regine nostre et Ricardo, illustri regi Alemannie, fratri nostro, et Edwardo, primogenito nostro, in turbacione in regno* f. 97. *nostro habita per ipsos factorum vel impositorum, omnes transgressiones . . . perdonamus. . . .* Ian. 10. *Teste me ipso apud Norhamptonam decimo die Ianuarii anno regni nostri quinquagesimo. . . . . .*

f. 97'. Postea Simon de Monte-forti iunior, quando dominus rex fuit apud Norhamptonam, posuit se in misericordia sua, standi arbitrio regis Alemannie et legati domini pape tunc existentis in Anglia et quorundam aliorum baronum Anglie. . . . . . .

f. 99. Iun. 4. Postea quarto die Iunii venit[b] Bonefacius archiepiscopus Cantuarie Londoniis a partibus transmarinis, ubi moram fecerat per totum tempus predicte turbacionis regni Anglie. . . . . .

f. 102. 1267. Anno Domini 1266. . . . Postea in septimana post festum sancte Trinitatis pax fuit for- Iun. 12. mata inter dominum regem et comitem[3] per regem Alemannie et dominum Henricum, filium suum, et Philippum Basset, qui multociens se intromiserunt, et per alios. . . . . . .

f. 103. Tunc ad instanciam regis cives promiserunt regi Alemannie mille marcas pro dampnis suis de Istleworthe.

Littere domini regis de remissione pro perhendinacione comitis Glovernie in civitate. *Henri par la grace Deu rey de Engletere, seniur de Hirlaunde* f. 104. *e duc de Aquitanie, a tuz ceus ke ceste lettre verunt ou orunt saluz. . . . En temöyne de ceste chose nus et nostre cher frere, sire Richard par la grace de Deu rey de Alemaine, a cest escrit* Iun. 16. *avum fet mettre nos siaus. Duné a Estratfor[4] le sezisme jur de Juin, le an de nostre regne cinquante primerein. . . . . . .*

Circa idem tempus, domino rege moram faciente apud Londonias, in parlamento apud Wyndleshores, existentibus ibidem domino rege Alemannie, domino Henrico, filio eius, domino Philippo Basset et aliis magnatibus regni Anglie, facti sunt concordes dominus Edwardus et comes Glovernie. . . . . . .

f. 108. 1268. Anno Domini 1267. . . . Carta domini regis, quam fecit civibus Londoniarum sub spe inveniendi ab eo meliorem gratiam. *Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus* f. 110. *suis salutem. . . . Hiis testibus: Ricardo rege Alemannie, fratre nostro, Edwardo primogenito* Mart. 26. *nostro, Edmundo filio nostro. . . . Datum per manum nostram apud Westmonasterium vicesimo sexto die Martii, anno regni nostri quinquagesimo secundo.*

Iul. 4. De recessu legati. Anno eodem legatus recessit a Londoniis versus mare 4. Nonas Iulii. . . .

Aug. 2. Postea eodem anno rex Alemannie in crastino sancti Petri ad Vincula recessit a Londoniis transfretaturus[c] in regnum suum. . . . . . .

f. 113. Nov. 30. Anno 1268. . . . Memorandum, quod circa festum sancti Andree proximo preteritum obiit[5] Clemens papa quartus; et post obitum suum remansit sedes Romana vacua per longum tempus, quia cardinales, ad quos pertinet electio, fuerunt discordes, ita quod nullus papa extitit per tres annos et amplius.

1269. Aug. 6. Memorandum, quod die Martis ante festum sancti Laurentii dominus Eadwardus recessit a Londoniis ad peticionem regis Francie, ut esset ad parlamentum suum in Francia. Qui f. 113'. cum venisset navigando apud Graveshend, invenit ibidem hospitatum regem Alemannie, avunculum suum, qui venerat de terra sua; unde dominus Eadwardus hospitavit se apud Nortflete[6]. In crastino vero predictus rex et predictus dominus Eadwardus[d] habuerunt inter se magnum et longum colloquium super transfretacione dicti Eadwardi[d] et rebus aliis. Postea

a) dimisi *c.* b) *bis scr. c.* c) transfeturus *c.* d) E. *c.*

1) Ad Evesham, Aug. 4. 2) mulctam. 3) Gilbertum Gloverniae. 4) Stratford prope Lundinium versus septentrionem et orientem. 5) Nov. 29. 6) Northfleet prope Gravesend versus occidentem.

dictus dominus Edwardus profectus est versus Doveriam. Dictus autem rex die Iovis 1269. Aug. 8. proximo sequente venit Londoniis et regina sua[1] cum eo, quam nuper desponsaverat in partibus Alemannie, filiam cuiusdam nobilis de terra illa. . . . . . .

De stateris et ponderibus mercatorum extraneorum.

1269. . . . Memorandum, quod secundum consuetudinem civitatis omnes mercatores ex- f. 117'. tranei venientes in Londoniis solebant hospitari cum mercimoniis suis in hospiciis civium, et averium[2] eorum quod venditur per centenarium, ut cera, alumen[3] et huiusmodi, ponderari per stateram domini regis. Alia vero averia que afforantur[4] per libras, ut piper, gingebet[a], brasilium[5], grana[6] et huiusmodi, solebant ponderari per ulnas, stateras, pleicias[7] hospitum vel per baskettum[b, 8] suum, ita quod emptor habuit ad quemlibet centinarium quattuor libras pro tractu, ponderato per medium clavum[9], sicut aurum et argentum. Postea Ytallici, Kaurcinii et mercatores de Provincia, in primis vero perpauci, venientes in civitatem cum mercimoniis suis eodem modo se gerebant; set processu temporis, cum quam plures mercatores de predictis partibus, qui erant valde divites, adduxissent in civitatem maximam copiam mercimoniorum, ut quantitas mercimoniorum illorum lateret civibus[c], noluerunt hospitari in hospiciis civium, set conduxerunt domos in civitate et in illis cum bonis suis manserunt per se. Et tunc quidem per stateras suas proprias f. 118. ponderando, vendiderunt mercimonia sua contra consuetudinem civitatis; et eciam quedam que vendebantur per centenaria, que scilicet deberent ponderari per stateram regis, ipsi ponderaverunt per stateras suas in preiudicium domini regis et ad dampnum et iacturam pesagii[10] sui; et sic faciebant per plures annos. Postea, cum dominus rex dedisset civibus unam novam cartam super libertatibus eorum, in qua[d] continetur, quod nullus[11] mercator extraneus emat vel vendat aliquod averium quod ponderari debeat vel tronizari[e], nisi per stateram et tronium[f, 12] domini regis, super forisfacturam[13] tocius averii, et hoc scilicet per totam civitatem proclamatum[g], illi mercatores nichilominus ponderaverunt sicut antea fecerunt. Quod cum datum fuisset intelligi domino regi et consilio suo, ballivi sui per preceptum suum ceperunt omnes stateras et pondera dictorum mercatorum et ipsos per salvos pleggios atachiaverunt[14]. Postea, hoc anno, die Iovis ante festum apostolorum Oct. 24. Simonis et Iude, fecit dominus rex venire coram se et consilio suo dictos mercatores apud Westmonasterium; et quia ipsi convicti sunt ponderasse per stateras eorum contra prohibicionem regis et post proclamacionem factam in civitate, et quia statere et pondera eorum, quando examinata fuerunt in escambio[15] regis, fuerunt falsa, ut[h] dicitur, inventa, ipsi adiudicati fuerunt in misericordia[16] et ad prisonem; qui statim, numero circiter viginti, adducti sunt ad Turrim et ibi imprisonati. In crastino autem statere illorum et pondera in West- Oct. 25. chep[17] fuerunt concremata, et quod per ignem non potuit consumi, malleis ferreis fuit fractum et penitus conquassatum. Et hoc factum fuit in absencia custodis et ballivorum civitatis, sed solummodo[i] per[k] Walterum Hervi. Tunc fecerunt predicti mercatores finem versus regem pro mille libris sterlingorum, et quasi coacti, quia in turpissimo carcere intrudi formidabant. . . . . . .

Dominus Edwardus et comes Glovernie posuerunt se in dictum regis Almannie.

Dominus Edwardus[l] et comes posuerunt se omnino super dictum regis Alemannie ad f. 119'. 1270. predictam contencionem[m] pacificandam. Quod dictum predictus rex Alemannie pronunciavit, sicut notatur in secundo folio. . . . . . . Die Martis ante pentecosten, tunc 27. die Maii, rex Alemannie f. 120. Mai. 27. pronunciavit dictum suum sub hac forma: . . . . . .

Hoc anno circa festum sancte Margarete obiit Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus f. 120'. Iul. 13. in patria nativitatis sue[n, 18]. . . . . . .

Quod comitissa Flandrie cepit bona Anglicorum.

1270. . . . Memorandum, quod circa festum sancti Egidii pro- f. 121. Sept. 1. ximo preteritum comitissa Flandrie[19] cepit omnia catalla[20] inventa

a) *i. e.* zingiber. b) balk. *c.* c) *sic c.* d) quo *c.* e) tronari *charta.* f) vel tronam nostram sub forisfactura averii predicti *ib.* g) fuisset *supplendum.* h) ut d. *in marg. c.* i) *in loco raso c.* k) *in marg. c.* l) E. *c.* m) contenciam *c.* n) sui *c.*

1) Beatrix de Falkenburg; cf. Ficker nr. 5620e. sqq. 2) 'Waare'. 3) 'Alaun'. 4) i. e. veneunt. 5) 'Brasilienholz'. 6) 'Kermes'. 7) 'Hohlmass'. 8) 'Korb'. 9) *Clove*, pondus 7—8 libr. 10) 'Wägegebühr'. 11) Verba *nullus — averii* sumpta sunt ex Henrici III. charta d. a. 1268, Mart. 26, ap. Riley, Munim. Gildhallae II, p. 254. 12) Stateram magnam publicam. 13) 'bei Strafe der Verwirkung'. 14) Vades acceperunt, ut illi in iudicio se sisterent. 15) 'Münzbank'. 16) i. e. bonis confiscandis vel mulcta, regis 'misericordia' statuta, redimendis. 17) i. e. forum occidentale, vicus Londinii, iam Cheapside. 18) Obiit Iul. 18. apud S. Helenam in Sabaudia. 19) Margareta. 20) Bona mobilia.

1270. in Flandria mercatorum Anglie, Wallie, Ybernie et eciam Vasconie occasione cuiusdam redditus annui, quem ipsa exigebat a domino rege Anglie; qui vero redditus a retro fuit per plures annos, ut ipsa dicebat. Et predicta catalla statim vendidit et denarios inde captos cepit ad opus suum[1], omnibus predictis mercatoribus a terra sua eiectis. Unde dominus Edwardus, qui adhuc fuit[2] in partibus Francie, proficissens[a] versus Terram Sanctam, quam cito audivit rumores de tali iniuria et crudelitate per comitissam hominibus patris sui et suis facta, scripsit domino regi, patri suo, et regine et domino regi Alemannie et omni consilio regis et regni, ut, quibuscunque modis possent, gravassent dictam comitissam et suos, ita quod omnia predicta bona a predictis mercatoribus capta eis fuissent plenarie restituta, et quousque domino regi de iniuriis sibi et suis illatis plenarie fuisset satisfactum. Tunc habito consilio, per preceptum domini regis omnia catalla mercatorum Flandrie fuerunt capta et arestata; que vero pauca fuerunt, quia ipsi antea per comi- *f. 121'. tissam premuniti, *fere omnia bona sua eiecerunt a regno. Et eodem tempore prohibitum fuit per breve domini regis missum ad Londonias et ad omnes portus maris, ne aliquis sive indigena sive alienigena aliquam lanam duceret extra regnum ad partes transmarinas. Et ita factum est usque ad parlamentum quod fuit apud Westmona- Oct. 13. sterium post festum translacionis sancti Edwardi; in quo parlamento provisum fuit et ordinatum, quod omnes mercatores, exceptis Flandrensibus, possint adducere lanam extra regnum ubicunque voluerint preter in Flandriam. Et tunc per preceptum regis omnes mercatores qui fuerunt in Londoniis comparuerunt apud Westmonasterium coram consilio suo et omnes ibi iuraverunt, quod nullam lanam ducerent in Flandriam nec ullam societatem haberent cum Flandrensibus nec ullam lanam eis venderent; et si quis contra hoc venire presumpserit, omnia catalla sua in Angliam venientia domino regi incurrantur[a], et ipse imprisonaretur; si autem talis se absentaverit, non veniens in Angliam, tunc compatriota suus, qui in Angliam venerit, dictam penam pro eo portabit. Et sciendum, quod catalla que predicta comitissa ceperat appreciata fuerunt plus quam ad f. 123. quadraginta mille marcas sterlingorum. . . . . . .

In quo parlamento ordinatum fuit de lanis.

1271. Mart. 22. Tales rumores venerunt die dominica ante anunciacionem[a] dominicam missi litera- *f. 123'. torie per quemdam qui fuit de excercitu christiano[3]: . . . Talis est pax *facta inter regem Cecilie et regem de Tunis, quod rex de Tunis tenebit regnum suum de rege Cecilie, reddendo inde ei quantum solebat reddere imperatori Fretherico et Manfredo, filio suo, et arreragia que a retro fuerunt post mortem dicti Manfredi, scilicet per quinque annos, dupplicabit. Insuper regi Francie[4] et regi Cecilie dedit maximam summam pecunie. . . . . . .

*f. 124. *Per prescripta[5] manifestum est, quod ille Karolus, tunc rex Cecilie, qui non longo tempore transacto illam terram occupavit, capiens verum heredem illius regni, scilicet Conradinum, filium Conradi, filii Fretherici[b] imperatoris, quem cum quindecim nobilibus de regno Alemannie in vinculis crudeliter interfecit, totum excercitum christianorum, qui preparati fuerant transfretandi in Terram Sanctam, graviter fecit errare et adduxit eos secum in predictam insulam[6], dans eis intelligere, quod ipse vellet Saracenos in eadem insula habitantes penitus destruere. Quod tamen non fecit. . . . . . .

Apr. 23. Memorandum, quod infra hunc annum venerunt rumores Londoniis circa festum sancti Mart. 13. Georgii, quod in crastino festi sancti Gregorii proximo precedenti Simon et Gwydo, filii Simonis de Monte-ffforti quondam comitis Leicestrie, interfecerant Hendricum, filium domini Ricardi regis Alemannie, dum fuerat in conductu Philippi, filii regis Lodewyci, regis Francie, subito et inopinate, dum predictus Henricus fuit in ecclesia divina audiendi causa in civitate Byterby prope civitatem Romanam.

Littere misse domino regi Alemannie post interfectionem filii sui[7]. *Philippus Dei gratia Francorum rex egregio principi, karissimo consangwineo suo et amico, Ricardo eadem gracia Romanorum et Alemannie regi illustri et comiti Cornubiensi salutem et sincere dilectionis affectum. Ad vestre serenitatis noticiam iocundiores libenter dirigeremus*

a) *sic c.* b) Frther. *c.*

1) Cf. Varenbergh, 'Flandre et l'Angleterre' p. 138. 208. 2) A mense Aug. ex. usque ad Sept. ex. 3) Ludovico IX. duce Tunicium aggresso. 4) Philippo III. 5) Scilicet quae Philippus III. et Karolus rex Siciliae cum rege de Tunis pacti sunt. 6) *insula que vocatur Tunis* supra f. 121. 7) Cf. epistolam, quam Karolus rex Siciliae Edwardo, regis Angliae primogenito, eodem die misit apud Rymer, Foedera I, p. 488.

*rumores, si nobis eos divina miseracio indulsisset; set nunc nova quedam molesta et tristia vobis* 1271. *compellimur nunciare, que nos, in crastino beati Gregorii existentes Viterbii et in ecclesia fratrum* Mart. 13. f. 124'. *Minorum Viterbiencium missarum solempnia audientes, ex relatibus quorundam fide dignorum didicimus, videlicet quod Gwydo et Simon de Monte-fforti milites in karissimum consangwineum nostrum, dominum Henricum, primogenitum vestrum, dum dictis die et hora in quadam alia capella Viterbii ante suum hospicium esset causa audiendi missam seu orandi, manu irruerunt armata et ibidem eum, instigante diabolo, occiderunt. Quod vobis referimus non absque vehementi cordis nostri amaritudine ac dolore; et quantum inde dolentes simus et fuerimus ac turbati, favente Domino, proponimus ostendere per effectum verum. Cum dilectus miles noster Florencius de Warenne, nostri navigii amirallus, quendam liberum suum cum liberis karissimi consangwinei nostri domini Edwardi, primogeniti illustris regis Anglie, habeat, ut intelleximus, commorantem, idemque Florencius pro parte domini Edwardi semper, ut intelleximus, fuerit contra Gwydonem et Simonem antedictos, ne eidem libero dicti militis nostri aliquod possit incommodum evenire, magnificenciam vestram, qua possumus affectione, rogamus, quatinus ad nos salvo et secure dicti amiralli et militis nostri liberum remittatis. Datum Viterbii in crastino festi predicti.* Mart. 13.

Tenor litterarum, quas rex Alemannie misit fratribus Minoribus Londoniarum pro filio suo. *Ricardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus gardiano fratrum Minorum Londoniarum et eiusdem loci conventui, dilectis devotis suis, salutem et sincere dilectionis affectum. Nova detestabilia et merore plena devocioni vestre cogimur nunciare, videlicet quod Simon et Gwydo, illius nequissimi proditoris quondam Simonis de Monte-forti filii, Sathane satellites, in crastino sancti Gregorii apud Vyterbium in dilectum primogenitum nostrum Henricum,* Mart. 13. *in quadam capella solempnia missarum audientem et oracionibus vacantem nichilque mali cogitantem, manu irruerunt armata et ipsum crudeliter interfecerunt. Quod vobis*[a] *non sine magna cordis amaritudine dolentes referimus, rogantes, quatinus exequias eiusdem devote celebrantes, apud Deum pro eo suppliciter intercedere velitis, ut vobis proinde ad condignas valeamus assurgere gratiarum actiones. Datum apud Istleworthe,* 24. *die Aprilis, anno regni nostri* 14. Apr. 24.

In crastino ascensionis Domini, scilicet tunc temporis 15. die Maii, venerunt ossa domini f. 125. Mai. 15. Henrici de Alemannia Londoniis et inde adducta[b] ad Heiles ad sepelliendum[c] in abbathia de Heiles Alborum monachorum, quam pater suus fundavit; et est prope Gloucestriam.

Transcriptum litterarum, quas dominus rex misit maiori[1] et vicecomitibus Londoniarum, ut fecissent proclamare per totam civitatem, sicut subnotatur. *Henricus Dei gratia rex Anglie* etc. *maiori et vicecomitibus Londoniarum salutem. Cum comitissa Flandrie*[2] *lanas, bona et diversa mercimonia mercatorum regni nostri infra terram et potestatem suam inventa non solum arestari, set, quod deterius est, in predictorum mercatorum dampnum*[d] *inrecuperabile et nostri vituperium vendi fecerit, ad innumerabilem pecunie summam denarios inde provenientes in proprios usus convertendo, propter quod nos, qui gravamini dicte comitisse pridie studuimus providere, mandavimus per totum regnum nostrum, quod omnia*[e] *Flandrensium, ubicumque locorum in regno nostro inventa fuissent, arestarentur et salvo custodirentur, donec aliud inde precepissemus, et nos postea ad clamorem tam mercatorum regni nostri quam Francie, Normannie et aliorum regnorum, qui pleggios et aliam securitatem per corporale sacramentum nobis invenerunt, quod ipsi lanas aliquas non ducerent ad partes Flandrie vel Hayonie*[c] *vel illas Flandrensibus aut aliis quibuscunque lanas huiusmodi mercatoribus*[f] *predicte comitisse vendere volentibus venderent vel per artem aut ingenium dimitterent, ipsis mercatoribus sub eadem forma dederimus licenciam ducendi lanas extra regnum nostrum ad partes transmarinas ad faciendum commodum suum, ac nos iam pro certo intelleximus*[g]*, quod lane predicte extra regnum nostrum de licencia nostra ducte dictis Flandrensibus prope partes suas*[h] *per predictos mercatores contra securitatem predictam venduntur ad libitum, quod diucius sustinere nolimus ullo modo: nos de consilio nostro statuimus, quod omnes lane regni nostri vendicioni exponende de cetero morentur infra regnum nostrum nec ad quascunque partes transmarinas aliqua racione ducantur citra*

a) *corr. ex* nobis *c.* b) sunt *forte supplendum.* c) *sic c.* d) dapn. *c.* e) bona *forte supplendum.* f) mercator' *c.* g) intellexerimus *forte emendandum.* h) sua *c.*

1) Cf. f. 120'. 121': *Ad festum s. Michaelis a. D.* 1270. *facti sunt vicecomites Gregorius de Rokesle, Henricus Wallensis. . . . Iterum electus est Iohannes Addrien maior.*

2) Cf. Höhlbaum, 'Hans. UB.' I, nr. 684. 707; III, p. 405.

1271. Iun. 24. *f. 125'. *festum sancti Iohannis baptiste proximo futurum. Et ideo vobis mandamus, *quod lanas aliquas extra regnum nostrum citra terminum predictum versus quamcunque terram minime ducatis vel per partes vestras duci permittatis, set, si quas per partes ducendas inveneritis extra regnum nostrum, eas arestetis*[a] *et salvo custodiatis ad mandatum nostrum, nisi predicta comitissa per procuracionem suam et interventum nunciorum suorum*[1]*, quibus diem prefiximus* Iun. 7. *coram nobis in instantibus octabis sancte Trinitatis ad tractandum nobiscum super negocio illo, nostre se coaptaverit voluntati, et vos aliud a nobis inde receperitis in mandatis. Et hoc, sicut vos et omnia que habetis in regno nostro diligitis et perpetuam indignacionem nostram vitare volueritis, nullatenus omittatis! Et scire faciatis omnibus de balliva vestra lanas vendendas habentibus, quod de vendicione lanarum suarum non desperent, quia mercatores regni nostri parati sunt nobis securitatem invenire, quod, nisi predicta comitissa de commissis medio tempore nostre satisfecerit voluntati, ita quod Flandrensibus lanas emendi et ducendi, sicut solebant, demus potestatem, ipsi mercatores omnes lanas quorumcunque ement et pecuniam inde solvent ad rectum et verum valorem earundem. Et ex causa illa vobis significabimus, qualiter inter nos et nuncios predictos tractatum erit in octabis antedictis. Proclamari etiam faciatis, quod omnes operatores et operatrices pannorum laneorum tam Flandrie quam terrarum aliarum secure veniant in regnum nostrum ad pannos faciendos ibidem, ita quod illi qui venerint et pannos operati fuerint sint quieti de theolonio et tallagio et aliis consuetudinibus dandis pro opere suo usque ad quinquennium proximo sequens completum. Teste me ipso apud* Mai. 18. *Westmonasterium,* 18. *die Maii, anno regni nostri* 55.

Mai. 21. Predictum mandatum domini regis fuit proclamatum per totam civitatem 21. die Maii. . . . . . .

Postea nuncii predicte comitisse[1] venerunt Londoniis ad diem eis prefixum, scilicet Iun. 7. f. 126. in octabis sancte Trinitatis; qui sperantes muneribus et promissis consilium domini regis corumpere[b], pecierunt ab eo, ut illud negocium positum fuisset in respectum usque ad festum Sept. 29. sancti Michaelis, et ut interim mercatores Anglie possent negociare in Flandria et Flandrences[b] in regno Anglie, sicut solebant. Que vero peticio valde fuit stulta et omni racioni contraria, quia interim possent ipsi omnia bona et catalla sua a regno Anglie eicere et tantas lanas emere et ad partes suas adducere, que sufficerent eis ad omnia agenda sua usque duos annos vel tres, mercatoribus Anglie, qui per comitissam Flandrie dampna reciperent[c], interim omnino bonis et catallis suis carentibus; quod eis penitus fuit denegatum. Set illis per tres septimanas moram facientibus apud Londonias, dictum est per regem et Iun. 30. consilium suum in festo commemorationis sancti Pauli precise, ut exeant a regno Anglie etc., sicut patet in litteris subscriptis:

*Henricus Dei gratia rex Anglie* etc. *maiori et vicecomitibus Londoniarum salutem. Cum comitissa Flandrie contra proprie debitum honestatis lanas et alia mercimonia ac bona tam nostrorum quam aliorum magnatum regni nostri mercatorum nuper infra terram et potestatem ipsius comitisse non solum arrestari, set, quod deterius est, in nostri et magnatum predictorum vituperium et contemptum vendi fecerit, totam pecunie summam inde provenientem in proprios usus convertendo, et ipsa comitissa per solempnes nuncios suos ad nos pluries transmissos de tractando nobiscum et cum consilio nostro de transgressione illa nullas competentes emendas inde nobis optulerit — propter quod nos per viam districtionis super ipsam et suos in regno nostro faciende, donec de eadem transgressione*[d] *nobis ad plenum fuerit satisfactum, ⁜ procedere provocamur —: habito super hoc cum consilio nostro diligenti tractatu, providimus et statuimus, quod omnia bona Flandrensium, Hanonensium et aliorum quorumcunque de potestate predicte comitisse existencium in regnum et potestatem nostram veniencia et ibidem nunc existencia simul cum arris et debitis ipsorum Flandrensium et Hanonensium, in quorumcunque manibus, sive religiosorum sive laicorum, inveniantur, arrestentur et salvo custodian-* f. 126'. *tur et postmodum in presentia dilectorum et fidelium nostrorum Nicholai Adele de la Pole, Alexandri le Riche de Andovere*[2]*, Rogeri de Dunstaple de Wintonia et Iohannis de Gernemuta, clerici nostri, quos ad appreciationem de bonis eisdem et inquisicionem de arris et debitis illis faciendam deputavimus, per sacramentum proborum et legalium hominum apprecientur ad verum et rectum valorem eorumdem, et quod universi et singuli Flandrenses et Hanonenses et alii de potestate predicte comitisse, sive mercatores sive alii, exceptis tamen operariis qui de*

a) *corr. ex* arestaris *c.* b) *sic c.* c) en *eras. c.; forte* receperunt *vel* receperant *legendum.* d) illa *add., sed expunct. c.*

1) Cf. salvum conductum ap. Rymer I, p. 489, d. Mai. 16. 2) Andover a Wintonia versus sept. et occ.

*licencia nostra pannos operaturi venient in regnum nostrum, et hiis similiter exceptis qui uxorati* [1271.] *sunt in regno nostro et terras et certa domicilia habent et pro maiori parte morantur in eodem, quos indigenas reputamus, sub periculo vite et membrorum et amissione omnium bonorum suorum citra diem Martis proximum post festum*[1] *apostolorum Petri et Pauli proximo* [Iun. 30.] *futurum exeant regnum nostrum, et quod omnes lane regni nostri morentur in eodem, donec aliud inde providerimus. Et ideo vobis mandamus, quod per totam ballivam vestram proclamari faciatis, ut*[a] *omnes et singuli Flandrenses et Hanonenses et alii de potestate dicte comitisse, exceptis predictis operariis et aliis uxoratis aut in regno nostro manentibus, ut predictum est, sub periculo vite et membrorum citra terminum predictum exeant regnum nostrum, vacuis manibus, salvis sibi necessariis expensis ad transfretandum, et nullus ipsos vel aliquem ipsorum ultra dictum terminum sub simili pena hospitetur vel receptet; et si quos de predictis Flandrensibus infra ballivam vestram post terminum predictum inveneritis, ipsos simulque eorundem receptores capiatis et in prisona nostra salvo custodiatis, donec aliud inde mandaverimus. Proclamari etiam faciatis, quod omnes et singuli mercatores regni nostri, quorum mercimonia et bona per predictam comitissam arestantur vel venduntur, ut predictum est, veniant coram nobis et consilio nostro in presencia prefatorum appreciatorum et inquisitorum nostrorum in octabis instantis festi sancti Edwardi, parati ostendere per sacramentum suum* [Oct. 20.] *et mercatorum suorum, que et cuiusnam*[b] *bona sua per predictam comitissam vendita sunt vel arrestata, et quantus extitit et rectus valor eorundem, et ad recipiendam recompensacionem, que sibi fieri poterit, de bonis suis venditis vel arrestatis, ita scilicet, quod, si de falsa suggestione vel exaccione super hoc postmodum convicti fuerint, amissionem omnium bonorum suorum incurrant; et quod universi et singuli religiosi, vel qui a predictis Flandrensibus, Hanonensibus* [f. 127.] *aut aliis de potestate dicte comitisse arras pro lanis et aliis bonis habendis receperint, et qui ipsis in aliquibus debitis tenentur, tunc sint ibi ad liberanda nobis ibidem arras et debita illa. Et nichilominus vos ipsos, quorum nomina dicti inquisitores nostri vobis scire facient, ad hoc per terras et catalla sua in balliva vestra distringatis*[2]*; et ad dictas appreciaciones et inquisiciones faciendas venire faciatis coram predictis appreciatoribus et inquisitoribus nostris ad certos diem et locum, quos iidem inquisitores vobis scire facient infra ballivam vestram, tot et tales probos et legales homines de balliva vestra, per quos bona predicta appreciari*[c] *et de omnibus aliis predictis rei veritas melius sciri poterit et inquiri; et ipsis inquisitoribus viriliter ad hoc insistatis*[d]*, prout ipsi vobis scire facient ex parte nostra; et taliter vos habeatis in hoc mandato nostro exequendo, quod vestram fidelitatem*[e] *exinde debeamus commendare! Teste me* [Iun. 28.] *ipso apud Westmonasterium* 28. *die Iunii, anno regni nostri* 55.

Predictum mandatum proclamatum fuit per civitatem Londoniarum in crastino com- [Iul. 1.] memorationis sancti Pauli. Et sciendum est, quod ille[f] dies Martis qui prefixus est Flan- [f. 127'.] drensibus exeundi regnum Anglie debet intelligi dies Martis proximus post festum commemorationis[g] sancti[h] Pauli, scilicet 7. die Iulii. [Iul. 7.]

Eodem tempore misse sunt littere domini regis sub eadem forma omnibus vicecomitibus regni Anglie; set tamen in litteris que misse sunt vicecomitibus in longinquis[i] partibus existentibus prolixior terminus datus est Flandrensibus exeundi a regno Anglie, scilicet usque ad crastinum sancte Margarete. [Iul. 14.]

Postea, post festum sancti Iohannis baptiste, rex Francie, dux de Branban[3] et alii prin- [Iun. 24.] cipes de partibus transmarinis miserunt litteras suas domino regi, petentes, ut mercatores eorum possent venire in terram suam morari et exire per antiquas consuetudines suas, sicut solebant, et sine impedimento possint lanas et alia mercimonia sua ducere extra regnum, cum ipsi nichil transgressi sunt versus regem vel suos; set puniatur comitissa [f. 128.] Flandrie solummodo, et illi qui sunt de potestate sua. Unde habito colloquio coram domino rege, provisum est, videlicet quod omnes mercatores, exceptis illis de potestate comitisse Flandrie, possint ducere lanas extra regnum in forma provisa in parlamento habito apud Westmonasterium in festo translacionis sancti Edwardi proximo preterito — que forma [1270. Oct. 13.] scripta est in sexto folio huius libri precedenti[4] —, sed tamen quod quilibet habeat breve domini regis ad hoc exequendum; ipsi vero qui sunt de potestate Flandrie remaneant et

a) et *c.* b) cuiusdam *c.* c) poterunt *forte supplendum.* d) assistatis *forte emendandum.* e) fidelitate *c.* f) illa *c.* g) commemor. *c.* h) sci *bis scr. c.* i) longquis *c.*

1) *Octavam* vel *(pro ap. Petri et) commemorationis sancti,* i. e. Iul. 7, fortasse scribi debuit; cf. infra l. 36. 2) Capto pignore compellatis. 3) Iohannes. 4) Supra p. 538.

1271. Mai. 31. sint in eodem statu sicut provisum fuit post festum preteritum sancte Trinitatis, scilicet sicut continetur in litteris domini regis que scripte sunt in folio precedenti[1], ubi inveneris talem figuram ⸎. . . . . . .

f. 128'. Oct. 13. Hoc[a] anno in parlamento apud Westmonasterium habito post festum translacionis sancti Edwardi venerunt coram consilio regis illi qui per preceptum suum missi fuerant per Angliam ad inquirendum de bonis et catallis Flandrencie[b], dicentes, quod bona per eos inventa in debitis et catallis ascendebant ad 8000 libras cum debito regis.

Tunc vero provisum fuit per consilium domini regis, quod omnes mercatores Anglie, quibus aliquid comitissa[c] Flandrie abstulerat[d], veniant apud Westmonasterium ad proximum 1272. Ian. 13. festum sancti Hillarii, ostensuri et certificaturi[e] consilium domini regis quilibet per se de valore catallorum que predicta comitissa ab eis ceperat, et tunc recepturi de predictis bonis Flandrencium quilibet suam porcionem. Et sciendum, quod catalla que comitissa ceperat ab Anglicis ascendebant ad 7000 libras sterlingorum, exceptis catallis mercatorum Hibernie, Scothie, Wallie et tenencium domini Edwardi.

Ian. 27. Postea[2], in parlamento[f] habito in quindena sancti Hillarii quidam quorum bona capta f. 129. fuerunt in Flandria, sicut prenotatur, et maxime Londonienses sub spe habendi aliquem denarium de debitis Flandrensium, que tunc colligebantur per Angliam, certificaverunt illos qui ad hoc per dominum regem et consilium suum attornati fuerunt, quilibet iuramento suo tertia manu sua[3], que bona comitissa ceperat ab eis et valorem[g] ipsorum. Tunc temporis omnes, de quibus compertum[h] fuit in inquisicione facta temporibus retroactis, quid habuerunt de bonis aut debitis Flandrensium —[i], iniunctum[k] fuit, ut ipsi habeant omnes dena- Mart. 13 19. rios inde provenientes coram consilio domini regis in prima septimana quadragesime. Et tunc, eodem tempore facta est inquisicio per singulas wardas civitatis et eciam per omnes mercatores extraneos in civitate existentes, qui[4] communicaverunt cum aliquibus de potestate[l] comitisse Flandrie vel vendendo vel emendo vel mutuando vel bona eorum receptando, et etiam qui[4] lanas adduxerunt[m] extra Angliam ad partes transmarinas contra prohibicionem domini regis. Tunc temporis plures Flandrenses inventi in civitate capti fuerunt et in custodia positi per aliquos dies; qui, ut deliberarentur a dicta custodia, abiuraverunt regnum Anglie, non reversuri, quamdiu predicta contencio duraret inter regem Anglie et comitissam Flandrie. . . . . . .

f. 129'. Anno septuagesimo secundo incipiente, in fine mensis Martii[5] obiit Ricardus rex Alemannie et comes Cornubie, frater domini Henrici regis Anglie, anno coronacionis sue 15; et sepultus est in abbathia Alborum monacorum de Heyles, quam ipse construxerat.

In eodem mense venerunt rumores Londoniis, quod novus papa creatus fuit apud Romam, cum sedes papalis antea fuit vacua per tres annos et amplius. Qui vero papa Mart. 27. vocatus est Gregorius, eiusdem nominis[n] papa decimus, consecratus 6. Kal. Aprilis, tunc temporis die[o] dominica.

Apr. 24. Hoc anno post pascha venerunt nuncii missi a comitissa Flandrie ad dominum regem, dicentes, quod ipsa vult satisfacere omnibus mercatoribus regni sui de omnibus bonis et catallis que capta fuerunt in terra sua, sicut prenotatum est, tali condicione, quod ipse rex obliget se per litteras suas patentes ad solvendum ei redditum quod ipsa exigit ab eo et eciam omnia debita que ipse[p] et regina sua debent Flandrensibus in tres annos proximo f. 130. sequentes, et, nisi fecerit, quod illa possit licite distringere omnes venientes in Flandriam de regno Anglie per corpora et omnia bona eorum, quousque ei satisfactum fuerit de eo quod a retro fuerit. Quod vero superbum mandatum rex cum consilio suo audiens et intelligens, indigne tulit et sprevit predictos nuncios, precipiens eis sub periculo vite et membrorum, ut exeant a regno Anglie infra tres dies proximo sequentes, et ne aliquis de pote-

a) Hoc — porcionem *(l. 12) alia manu scr. c.* b) *sic c.* c) *corr. ex* comitisse *c.* d) abstulerant *c.* e) certificari *c.* f) paral. *c.* g) valorum *c.* h) coop. *c.* i) *sententiam non integram esse patet. H.-E.* k) iniuct. *c.* l) poteste *c.* m) adduxe||, *syllaba qua nova linea incipere debuit omissa, c.* n) nomine *c.* o) dier *c.* p) ipsa *c.*

1) Supra p. 540. 2) A. 1272, Ian. 5. Walterus archiepiscopus Eboracensis scripsit haec: *Quanta dispendia, tedia et labores emerserint occasione contentionis inter dominum nostrum regem et comitissam Flandrie non solum in Anglia, sed etiam in partibus transmarinis, non sufficimus enarrare. Scitis insuper, quod dominus rex Francie mirabiliter commovetur pro eo quod preces sue in eodem negotio non sortiuntur effectum, et in agendis domini nostri gratiam subtrahit et favorem.* Ap. Raine, 'Northern Registers' p. 41. 3) 'Selbdritt', cum duobus consacramentalibus. 4) Est interrogatio. 5) Potius Apr. 2.

state dicte comitisse veniat in regnum Anglie sub eodem periculo. Actum 6. die Maii. Sed 127. Mai. 6. tamen per assensum consilii domini regis concessum fuit, quod lana duceretur extra regnum eodem modo quo fieri solebat anno precedenti, hoc scilicet addito, quod quilibet saccus lane signaretur signo domini regis, ita[a], si in aliqua navi mare transeunte fuisset aliquis saccus inventus sine tali signacione, fuisset forisfactus; et est talis illa signacio: scilicet in quolibet sacco cum rubea terra de longo in longum subter et supra fiat una crux depicta et eciam ex transverso subter et supra; et pro illa signacione dabit mercator de quolibet sacco unum obolum. Quod non stetit. . . . . .

f. 137. 1273. Sept. 8. 1272. . . . Littere subscripte lecte fuerunt in Gildhallia in festo nativitatis beate Marie, anno Domini 1273, et secundum tenorem illarum proclamatum[b] per totam civitatem:

De Flandrensibus. *Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie et dux Acquitannie, maiori et vicecomitibus suis Londoniarum salutem. Cum comitissa Flandrie et sui nobis et nostris iniurias et gravamina diversa in terra et potestate sua intulerint, propter quod nolumus, quod ipsi ulterius in regnum nostrum veniant aut in eodem morentur seu mercimonia vel negociaciones ibidem exerceant, vobis precipimus firmiter iniungentes, quod in civitate nostra Londoniarum publice proclamari faciatis, ne quis eorum sub forisfactura sui et bonorum suorum terram nostram ingredi aut ibidem morari[c] presumat; et, si forte aliquibus personis singularibus a domino Henrico rege, patre nostro, seu aliis antecessoribus nostris specialiter concessum fuerit, ut in terram nostram venire, ibidem morari et mercandias suas exercere possint, clamari faciatis, quod mercandias suas et debita sua citra festum natalis Domini proximo futurum* Dec. 25. *recolligant et tunc ad ultimum a regno nostro exeant, ibidem ulterius sub forisfactura consimili nequaquam reversuri. Datum per manum Walteri de Mertona, cancellarii nostri, apud Sanctum Martinum Magnum Londoniis, 8. die Septembris, anno regni nostri primo.* . . . . . . . Sept. 8.

f. 137'. Sept. 29. 1273. . . . Hoc anno, ante festum sancti Michaelis et post festum per preceptum constabularii de Dovere, propter iniurias quas comitissa Flandrie fecerat mercatoribus Anglie, sicut prenotatum est in hoc libro, homines de Quinque portubus in manu valida et armata cum navibus et galeis pluribus navigaverunt in mare et omnes naves quas invenerunt velificantes cum lanis versus Flandriam arestaverunt et omnia bona Flandrensium in mare[d] inventa ceperunt. Postea inhibitum fuit per dominum regem, ne aliqua lana duceretur extra regnum. . . .

f. 138. Sept. 29. De electione imperatoris. Hoc anno principes Alemannie circa festum sancti Michaelis preteritum, ad quos scilicet pertinet electio imperatoris, elegerunt quendam principem Alemannie Radulfum nomine de Havesberuth[d], qui infra eundem mensem ab archiepiscopo Coloniensi coronatus est in civitate Aquensi et ibi in sede Magni Caroli cathedratus. . . . . . .

f. 142'. 1274. Iul. 12. Postea, in vigilia sancte Margarete Gregorius[e] de Rokesle et quidam alii cives, sicut eis fuit iniunctum per ipsum dominum regem, profecti sunt versus mare ad tractandum de pace[1] inter ipsum regem et comitissam Flandrie ad tardius[2] apud Mustoroil[3] tertio die post festum sancte Magdalene. . . . . . . Iul. 24.

f. 143'. Iun. Iul. De sinodo celebrata apud Lugdonum per Gregorium papam decimum[f] anno Domini 1274, mensibus Iunii et Iulii: In principio ordinatum est de subsidio Terre Sancte dando. Item ea que facta sunt et ordinata in predicto concilio super electionibus, postulationibus et provisionibus. . . . . . .

---

f. 157. Fuit[4] vir quidam manens in civitate Coloniensi Arnaldus nomine, cognominatus de Greningge, qui habuit uxorem ortam in eadem civitate nomine Ode. Vita eorum more christiane religionis erat simplex et recta coram Deo et apud homines. Qui, per plures annos pie et iuste in coniugio manentes, sine sobolis procreacione permanserunt. Qui vero, auditis rumoribus, quot et quanta miracula[5] Deus fecerit in Anglia pro beato Thoma archiepiscopo Cantuarie, qui tunc temporis noviter ab impiis fuerat martirizatus[6], vota fecerunt proficisendi[d] in Angliam ad sepulcrum predicti martiris visitandum. Ipsi vero profecti, mare[d] transito, venerunt Cantuariam, ubi corpus predicti martiris requiescit; et adorato sancto, voverunt, si Dominus eis sobolem donaret, eam se Domini servisio[d] mansipaturos[d] et, si sexum[a] virilem, nomine martiris Thomam vocaturos et eum facturos monachum, ut in eadem

a) ut *supplendum.* b) fuit *forte supplendum.* c) moram *c.* d) *sic c.* e) G. de Rok' *c.* f) decimam *c.*

1) Höhlbaum l. l. I, nr. 735. 2) 'au plus tard'. 3) Montreuil-sur-Mer. 4) V. Lappenberg, 'Stahlhof' I, p. 12. 15. 16. II, p. 13. 5) V. Chron. Reg. Colon. p. 123. 6) A. 1170, Dec. 29.

ecclesia in religionis habitu Deo et beato martiri serviret omnibus diebus vite sue. Hiis factis, noluerunt repatriare, antequam venissent Londoniis, de qua civitate tam nobili et famosa famam audierant in terra sua. Qui venientes in Londoniis, ibidem sunt hospitati. Ipsis autem per aliquod tempus illuc existentibus, concepit mulier; et tunc sciens vir coniugem suam concepisse, propter periculum, quod ei contingere posset, noluit repatriare, donec pareret. Veniente vero tempore pariendi, peperit filium[1], et vocatum est nomen eius Thomas, sicut parentes eius voverunt. Et tunc propter inbecillitatem infantis sine repatriacione remanserunt in Londoniis, donec iterum concepisset et pareret filiam, que vocata est Iuliana. Interim autem defuncta est mater predicte Ode, quam[a] et vir suus pre omnibus notis et amicis suis et parentibus tenerime[b] diligebant; unde nuncquam postea ad terram suam redire curaverunt, set ementes sibi domicilium in civitate Londoniarum, facti sunt cives Londonienses. Thomas siquidem, filius eorum, non secundum votum parentum factus est
1190. monachus, sed tempore quo Ricardus rex Anglie et Philippus rex Francie cum innumerabili populo crucesignato profecti sunt in Terram Sanctam, quando Saladinus eam occupave-
*f. 157'. 1202. rat, comite vero Flandrie *Baudewyno nomine crucesignato iter arripiente versus Constantinopolim, quam ipse armis adquisivit et ibi factus est imperator, idem Thomas crucesignatus cum excercitu dicti comitis profectus est. Qui veniens apud Constantinopolim, viam[c] ibi clausit extremam. Predicta autem Iuliana, soror eius, desponsata fuit cuidam oriundo de Alemannia nomine Thedmaro, de civitate Bremensi. Qui pie et iuste in coniugio existentes habuerunt liberos 11, scilicet 6 filias et quinque filios. Quarum filiarum due obierunt infra annos nubiles, et quatuor alie satis nobiliter maritate sunt in civitate Londoniarum; de quibus orta est magna progenies, videlicet filii et filie, nepotes et neptes et alii consangwinei, quos numerare non potero. De quinque vero filiis predictorum Thedmari et Iuliane unus obiit infra etatem, et tres, cum ad etatem 24 annorum pervenerunt, mortui sunt. Quintus autem filius vocatus est nomine avi sui Arnaldus, qui post mortem omnium fratrum et sororum suorum vixit per longum tempus; de quo quod de eo contingebat scribere proposui. Videlicet cum mater illius adhuc eum gestabat in utero, sompniavit in hunc modum: Visum fuit illi, quod prior et fratres Hospitalis Ierosolimitani[d] extra Londonias miserunt pro trunco qui iacebat ad ignem in domo sua, sicut consuetudo est in domibus civium; quem portitores extra domum portaverunt. Et postea circa horam diei nonam iidem portitores tulerunt ibi unum truncum marmoreum, missum viro predicte mulieris a predictis priore et fratribus, et abierunt. Et statim postea visum fuit ei, quod predicti portitores reportaverunt predictum truncum ligneum, dicentes, quod ille truncus positus fuisset ad ignem,
*f. 158. quam diu posset durare, et quando totus devastatus fuisset, tunc *ille marmoreus loco suo poneretur. Istud vero sompnium quidam prudens ita exposuit, dicens predicte mulieri: 'Truncus ille ligneus significat virum tuum, et truncus marmoreus filium tuum qui de te nascetur. Quod truncus ligneus non fuit in domo, quando marmoreus circa horam nonam fuit ibidem missus, significat, quod vir tuus non erit[e] domi, quando filius tuus natus erit, qui nascetur ad horam diei nonam. Quod truncus ligneus postea reportatus est, ut fuisset positus ad ignem, significat, quod vir tuus statim, nato filio tuo, veniet domi et erit paterfamilias illius domus omnibus diebus vite sue, et post ipsum ille filius tuus succedet iure et hereditarie in predictam domum'. Ita siquidem contigit. Nam vir predicte mulieris, quando illa in partu laborabat, non fuit in civitate, set moram fecit extra civitatem, quousque uxor sua pareret, et statim, nato puero, qui natus fuit circa horam nonam, venit domi. Qui postea ibidem fuit paterfamilias omnibus diebus vite sue. Quo mortuo, predictus Arnaldus[f], filius suus, dictam domum de iure et hereditate possedit. De differentia autem, que est inter truncum marmoreum et ligneum, ille expositor predicti sompnii tunc temporis nichil exposuit, quod totum soli Deo sit commissum! Iste vero Arnaldus[f] natus fuit anno Domini
1201. Aug. 9. 1201, in vigilia sancti Laurencii ad horam diei nonam[g]. . . . . . .

f. 163 (ultimo). 1265. Memorandum, quod post turbacionem regni Anglie tempore comitis Leicestrie cives fecerunt finem versus dominum regem pro transgressionibus eis impositis et per quosdam

a) ipsa *supplendum.* b) *sic c.* c) diem *forte legendum.* d) Ierosolom. *c.* e) eri *c.* f) A. *c.* g) *f.* 158'—162'. *partim vacua relicta, partim carminibus modisque musicis occupata sunt.*

1) Inter a. 1173. et 1183, cum Thomas a. 1202. et Iuliana soror post eum nata a. 1200. adulti fuerint.

**factis ad bonam voluntatem suam habendam pro 20 mille marcis sterlingorum; et tunc in- 1265. iunctum fuit civibus, ut ipsi acquietarent[1] regem versus regem Francie cum festinacione de una magna summa pecunie. Et ipsi infra tam brevem terminum illam pecuniam non potuerunt equaliter et iuste super singulos cives assidere[2]. Per provisionem factam prestiterunt cives, quidam maius, quidam minus, ad illam pecuniam regi Francie cito persolvendam. Postea cives prestiterunt secunda vice et tercia vice pluries ad se acquietandum per particulas versus dominum regem. Postea, quia dominus rex voluit dare duci de Bruneswyc[3], qui tunc temporis desponsaverat consangwineam[a] regine[4], mille marcas[5], misit 1266. breve suum civibus, ut coram Iohanne Waleran, tunc custode Turris et civitatis Londoniarum, et Willelmo de Haselbech assessi fuissent mille et 500 libris. Et tunc iidem Iohannes et Willelmus fecerunt assidere super octo viros plus quam 500 et 60 libras sine visneto[6] illorum, sed per quosdam maliciosos de civitate, quos ipse Iohannes ad hoc eligerat[b]. Et postea quicquid per illud breve levatum fuerat, assessum[c] fuit per visnetum more debito. Et sciendum, quod tota illa assessio per predictum breve non ascendebat ad mille libras sterlingorum. Tandem provisum fuit per totam communem, ut per homines de visneto et per homines de officiis iuratos fuisset examinatum, qui fuissent temporibus retroactis gravati et qui deportati[7]; et super hoc fuisset illud tallagium ordinatum. In quo tallagio quam plures fuerunt quieti clamati et precipue de illis qui fuerunt coram predicto Iohanne et Willelmo talliati. Et tunc consideratum fuit de Arnaldo, filio Thedmari, sicut in hoc folio notatur:**

**Arnaldus Thedmarus. De eodem compertum est per vicinos suos et quosdam de aliis f. 163' (ultimo). wardis, quod idem Arnaldus nimis gravatur, eo quod idem Arnaldus ad redempcionem 20000 marcarum solvit primo 4 marcas et 40 denarios de domo, quam inhabitat; et postea 20 marcas per vicinos suos; item de augmento 5 marcas; et postea 100 marcas, que assesse fuerunt coram Iohanne Waleraund et Willelmo de Haselbech sine vicinis suis; postea dimidiam marcam et postea 15 solidos de redditu suo. Ideo consideratum est per iuratores, quod idem Arnaldus stet in pace et sit quietus de predicta redempcione et de fine mille marcarum versus dominum regem Alemannie.**

**Ista consideracio scribitur in rotulis civitatis et camerariorum.**

**Postea Walterus Hervi tempore maioratus sui[8], sumptis secum, quos voluit, de civibus, 1271/72. fecit venire coram se omnes rotulos de tallagiis antea factis in civitate et omnem pecuniam in illis contentam nitebatur a civibus extorqueri[b] et noluit alicui allocare, qui ultra modum fuerant gravati ultra facultates suas; cui relaxatum fuit per sacramentum visneti sui et per litteras domini regis, de hoc non curavit. Et tunc petita fuit de predicto Arnaldo Thedmar quedam maxima summa pecunie, que assessa fuit super eum more non debito sine aliquo iuramento, sicut prenotatum est[9]. Ipse vero accessit ad dominum regem Henricum, tunc viventem[10], et impetravit litteras suas maiori et civibus directas, ne ipsi contra**

---

a) consag. *c.* b) *sic c.* c) assesum *c.*

1) Solverent quae rex Ludovico IX. deberet. 2) Adsignare, statuere. 3) Alberto, Magno vocato. 4) Alesiam, coniugem alteram, Bonifacii marchionis Montis-ferrati filiam, de qua in Rotulis litterarum clausarum, in publico archivo Anglico asservatis, a. 47. Henr. III. membr. 3, inveni: *Mandatum est Rogerio de Leyburne, quod in instantibus nundinis S. Egidii Wintoniensis modis omnibus perquiri faciat unam garlandam auream precii 20 marc. ad opus markisie, neptis nostre, quam dux Bruneswic. in brevi ducturus est in uxorem, et regi de predictis 20 marc. responderi faciat. Teste ut supra* (apud Westmonasterium 7. die Sept. [1263]). 5) Rot. litt. claus. a. 51. Henr. III. membr. 12: *Willelmo filio Ricardi et sociis suis collectoribus finis Londoniensis salutem. Cum illustris vir A. dux Bruneswyk., consanguineus noster, Alesiam, neptem A. regine nostre, duxerit in uxorem, per quod dux in veniendo ad nos et ibidem morando multas fecit expensas occasione predicta et in pluribus debitis quibusdam creditoribus in civitate predicta et alibi iam tenetur, nos, ipsum ducem honorabiliter respicere volentes, vobis mandamus, quod de fine predicto eidem duci vel procuratoribus suis, quos ad hoc duxerit deputandum, mille marcas [solvatis* suppl.*] ad expensas suas inde acquietandum et ad satisfaciendum creditoribus suis predictis ita, quod prefatus dux promptitudine vestra reputet se contentum. Et hoc, sicut honorem nostrum diligitis et indignationem nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis! Teste rege apud Kenilworth 7. die Nov.* [1266]. 6) Iurata duodecim legalium hominum vicinorum. 7) Indulgentius tractati, tributo minore quam iustum fuit eis imposito. 8) Ab a. 1271, Sept. 29. usque ad Sept. 28. 1272, et iterum ab a. 1272, Nov. 17. 9) L. 12.' 10) Obiit a. 1272, Nov. 16.

irrotulacionem camerariorum civitatis in aliquo[a] gravare presumerent; et postea impetravit litteras domini Edwardi, filii sui, sub eadem forma. Ipse autem Walterus nichilominus, quamdiu fuerat maior, ipsum Arnaldum gravare non omisit, ut petendo ab eo illam summam pecunie vel partem.

1273. Postea[1] factus est maior Henricus le Waleis, qui, convocatis secum quibusdam civibus iuratis ad examinanda clara arreragia[2] civitatis[b], qui iterum quandam summam pecunie de predicta exactione ab eo petebant iniuste; qui iterum litteras domini Edwardi regis impetravit. Quibus lectis coram predictis maiore et civibus, ipsi prebuerunt assensum ad predictam irrotulationem observandam: Require in principio huius libri[3]!

f. 159. In hoc folio continetur que carte fuerunt in scrineo[c] civium anno Domini 1270, quod scrinium fuit tunc temporis in custodia Arnaldi Thedmari sub clavibus Roberti de Corenhelle et Roberti de Rokesle et Iohannis Addriani draparii.

f. 1. Transcripta litterarum domini regis Henrici et domini regis Edwardi, filii sui, de quibus mencio facta est in fine libri istius.

1271/72. *H. Dei gratia* etc. *Monstravit nobis Arnaldus filius Thedmari, concivis vester, quod, cum cives nostri Londoniarum finem nuper pro* 20000 *marcis nobiscum fecissent pro bona voluntate nostra habenda, idem Arnaldus occasione predicta per quosdam sinistram erga ipsum voluntatem habentes ad quamdam magnam pecunie summam minus iuste sine visneto suo ac ultra quam facultates sue sufficerent assessus fuit; de qua pecunie summa* 100 *marcas non sine magno gravamine persolvit. Et cum postmodum de speciali mandato nostro, dilecto et fideli nostro Alano le Zuche tunc custode civitatis et constabulario Turris nostre Londoniarum, per comunam[e] tocius civitatis predicte arcius inquisitum et consideratum esset coram ipso, quantum quilibet civis iuxta facultates suas solvere debuerit et quantum iam solverit ad contribucionem finis predicti, et iuxta consideracionem illam generale tallagium assessum esset super cives predictos, compertum fuit in inquisicione predicta per sacramentum proborum hominum de visneto predicti Arnaldi et aliorum, qui ad dictum tallagium assidendum deputati fuerunt, ipsum Arnaldum ultra vires facultatum suarum iam solvisse; propter quod per eosdem probos homines provisum fuit coram Alano predicto, quod dictus Arnaldus per predictas* 100 *marcas, quas una cum triginta duabus marcis alias sibi impositis plene persolverat, tam de fine predicto quam etiam de contribucione* 1000 *marcarum facta regi Alemannie, fratri nostro, quietus esset et esse deberet omnino; et ad hoc invocat testimonium rotulorum camerariorum civitatis predicte de predicto tallagio. Nolentes igitur dictum Arnaldum, qui semper nobis et nostris fideliter et constanter adhesit, indebite pregravari, vobis firmiter iniungentes[d], quod, scrutatis rotulis predictis, ab ipso Arnaldo ultra consideracionem et irrotulacionem predictam nichil penitus exigatis nec ipsum occasione finis predicti de cetero molestetis et, si quam districtionem sibi occasione ulterioris exaccionis huius fieri feceritis, eam penitus relaxetis. Teste* etc.[e]

1273. *Edwardus Dei gratia* etc. *maiori et vicecomitibus Londoniarum salutem. Monstravit nobis Arnaldus filius Thedmari, concivis vester, quod, cum cives nostri Londoniarum nuper finem fecissent pro* 20000 *marcis cum domino Henrico rege, patre nostro, pro bona voluntate eiusdem patris nostri habenda, idem Arnaldus occasione finis predicti* etc.

f. 1'. Pro[4] predictis litteris noluit Walterus Hervi tempore maioratus sui cessare a gravamine predicti Arnaldi contra irrotulacionem.

Postea factus est maior Henricus le Waleys, qui cum aliquibus civibus iuratis ad examinanda arreragia omnium tallagiorum, sicut predictum est, exigebant[o] ab eodem quandam pecunie summam contra predictam irrotulacionem; qui vero accedens ad curiam domini regis, impetravit[f] iterum litteras regis maiori et civibus directas. Quibus lectis et intellectis, concesserunt observare dictam irrotulationem, set tamen ipsi voluerunt, quod dictus Arnaldus iuvaret ad aurum regine[5] et ad alias expensas civitatis acquietandum; unde ita convenit inter predictos maiorem et cives ac predictum Arnaldum, sicut subnotatur, quod etiam scribitur in rotulo camerariorum:

a) cum *supplendum.* b) *sententia ex l.* 44. *corrigenda est.* c) *sic c.* d) mandamus *supplendum.* e) ut supra, mutatis mutandis *add. Stapl.* f) impe| *c.*

1) A. 1273, Oct. 28. 2) Debita reliqua. 3) Infra l. 43. 4) 'Trotz'. 5) Cum certae mulctae imperabantur, super 100 marcas argenti regi solvendas singulae marcae auri reginae dabantur.

1274. *Memorandum, cum quedam summa pecunie petita fuisset de Arnaldo filio Thedmari coram domino Henrico le Waleis maiore Londoniarum et quibusdam aliis civibus, quorum nomina subscribuntur, per totam communam civitatis attornatis*[1] *et iuratis ad arreragia omnium assessionum et tallagiorum antea factarum*[a] *in civitate examinanda, et super hoc inter predictos maiorem et cives ac predictum Arnaldum per aliquod tempus fuisset altercatum, quod tandem inter *predictos maiorem et cives ac predictum Arnaldum dicta contentio conquievit in forma* *f. 2. *subscripta, videlicet quod constabat predictis maiori et civibus per rotulos magni tallagii tempore domini Alani la Zuche, quondam custodis predicte civitatis facti, ipsum Arnaldum omnino esse quietum de redempcione* 20000 *et de fine mille marcarum versus dominum regem Alemannie facto pro* 132 *marcis, quas tempore eodem persolverat, prout dicti rotuli plene recordant*[2]. . . . . . .

a) *sic c.*

1) Procuratoribus constitutis. 2) Iure testantur.

# EX ANNALIBUS S. PAULI LONDONIENSIS[1].

*In capitulo episcopatus Londoniensis*[2] *saec. XIII ex. annales a.* 1064—1274, *scripti sunt. Quorum auctor Flores historiarum qui Mathei dicuntur*[3] *plerumque secutus*[4], *breves notas quasdam domesticas multo ante membranis mandatas*[5] *transsumpsisse, res fere ab a.* 1250. *gestas ipse vidisse, annales scribendos inter a.* 1260.[6] *et* 1267.[7] *incepisse videtur. De bello civili accurate narravit et satis aequo animo iudicavit, utpote qui, quamvis Simonem de Monteforti*[8] *admiratus et aulicis, imprimis alienigenis vel externis auxiliis nisis*[9], *infestus sit, summam tamen imperii potius regi quam baronibus superbis*[10] *concedere voluerit.*

*Codex Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis*[11] *nr.* 476, *nr.* 2, *c. a.* 1300. *negligenter*[12] *exaratus est. Ex meliore autem codice postrema operis pars fere integra in Annales Londonienses*[13] *recepta est.* *F. L.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Flor. hist. 1194. Rex Ricardus solutus a carcere, redemptus pro centum milibus[a] librarum[14], in octabis pasche apud Wyntoniam coronatur. . . . . . .

1205. . . . Otto rex Alemannorum in Angliam transvectus est. . . . . . .

1208. . . . Ricardus, filius regis Iohannis, postmodum rex Alemannie[15], natus est. . . . . . .

1226. . . . Lodowicus rex Francie, eversa[b] urbe Avinione, redire disponens, morbo Nov. 8. correptus obiit in Avernia[c.16] 6. Idus Novembris. . . . . . .

1228. . . . Venit[17] Stephanus, domini pape capellanus, in Angliam. . . . . . .

Dec. 6. 1250. . . . Obiit[18] Fredericus imperator circa festum sancti Nicholai.

Apr. 19. 1251. Recessit[d] dominus papa a civitate Lugdonie die Mercurii in septimana pasche. . . . . . .

Aug. 10. 1253. . . . Rex . . . ad festum sancti Laurencii[e.19] naves ascendit[e], iter[e] velaque direxit versus Burdegalam commisitque custodiam regni Anglie[f] regine et comiti Ricardo, fratri suo. . . . . . .

a) ͨ li' *c.* b) *ita Lond. ed. Stubbs;* everso *c.* c) Averina *c.;* Auvernia *Lond.* d) *haec des. Lond.* e) et *add. Lond.* f) sui *Lond.*

1) Ita hoc opus inscripsi, ut ab Ann. Londoniensibus (infra p. 552) et Ann. Paulinis (ed. Stubbs, 'Chronicles of Edward I.') distingueretur. 2) V. infra p. 549, l. 9. Ut librum Mertoniae falso attribuerent, viri docti forte annali 1117 *(Robertus prior cum paucis fratribus Meretoniam cepit inhabitare)*, ex S. Albani libris proveniente, seducti sunt. 3) Etiam ipsum Matheum Parisiensem adhibuisse videtur, ut VV. Cl. Lewis, Collegii Corp. Chr. Cantabrigiensis bibliothecarius, et Luard benigne mecum communicaverunt. 4) Inde proveniunt a. 1243 sq.; Flores nondum Westmonasterii continuati erant, cum eos adhibebat. 5) V. a. 1218: *Derekynus fulmine interfectus apud Stebenh'* [Stepney]. 6) V. supra n. 4; infra n. 15. 7) V. a. 1258 (Per Oxonienses *provisiones . . . Anglia, nisi Altissimus ei succurrat, imperpetuum erit confusa)* et infra p. 551, l. 24. 8) V. infra p. 550, l. 24. 9) A. 1264: *Quidam fugientes de exercitu regis . . . regem Francie necnon . . . Gallie magnates erga barones Anglie eorum nephandis mendaciis ad iram non modicam provocarunt.* 10) A. 1267: *Comitis Glovernie tam enorme delictum;* v. supra n. 7. 11) Olim fortasse Londoniensis; tabulae enim Annalibus subiunctae Lundinium attingunt. 12) V. infra p. 550, n. *r.* et p. 551, n. *i.* 13) Infra p. 552. Variantes lectiones eorum sigla *Lond.* designavi. 14) 140000 *marc.* Flor. hist. 15) Haec igitur post a. 1257. scripta sunt. 16) Cf. Ann. Dunstapl., SS. XXVII, p. 507. 17) A. 1229 in.; v. ib. p. 489. et supra p. 65. 18) Dec. 13. 19) Potius Aug. 6; Math. Par. et Rotuli ap. Pauli III, p. 688.

1254. . . . Obiit[a] Conradus, filius imperatoris Frederici, per fratrem suum[1] veneno[2] infectus. . . . . . .

1255. Dominus[b] rex transire mare disponens, pro defectu venti tenuit curiam suam 1254. Dec. 25. ad natale apud Bononiam[c]; et die sancti Iohannis[d] applicuit apud Doveriam mane[3], ubi eum Dec. 27. exspectaverant Ricardus comes Cornubie et alii multi magnates per tempora longa[e]. . . . . .

Obiit Innocencius papa[4]; et consecratus est Alexander[4]. . . . . . .

1257. . . . Ricardus comes Cornubie, frater domini regis Anglie, coronatus est in regem Alemannie apud Eyse-la-Chapele[f] die assencionis[g] Domini. . . . . . . Mai. 17.

Magister Walterus[h] de Salerne Londoniensis decanus apud[i] curiam Romanam de gratia domini pape in archiepiscopum Tuamensem consecratur[5]. Idem impetravit in dicta curia, ne precentor ecclesie Londoniensis contra dicte ecclesie consuetudinem regimen chori haberet. . . . . . .

1259. . . . Ricardus rex Alemannie venit Londoniam in vigilia purificationis sancte[k] Febr. 1. Marie. . . . . . .

1260. . . . Tandem[6], rege Alemannie et Cantuariensi archiepiscopo procurantibus, rex dominum Edwardum[l], filium suum, ad suam vocavit gratiam. . . . . . .

Ricardus rex Alemannie die sancti Botulphi versus Alemanniam iter arripuit. . . . . . . Iun. 17.

Ricardus rex Alemannie cum paucis militibus et familia exigua venit apud Westmonasterium de Alemannia in crastino apostolorum Simonis et Iude. . . . . . . Oct. 29.

1261.[m] Die sancti Urbani pape obiit Alexander papa. . . . . . . Mai. 25.

Cyncia, uxor Ricardi regis Alemannie, apud Berkhamstede die sancti Theodori[7] martiris Nov. 9. viam universe carnis ingressa, apud Heyles sepulta est. Patriarcha Ierusalem[8] die decollationis sancti Iohannis creatus est papa; cuius nomen Urbanus. Aug. 29.

1262. . . . Ricardus rex Alemannie cito post pentecosten transiit[9] versus Alemanniam. . . . . . . Mai. 28.

1263. . . . Ricardus rex Alemannie circa festum sancti Valentini rediit[10] de Alemannia. . . . Febr. 14.

1264. . . . Combustumque est per Londonienses Ystelwurth[11] manerium regis Alemannie decimo die Marcii. . . . Statuto parliamento apud Oxoniam 3. Kal. Aprilis, vocatisque omnibus cum armis et equitibus qui domino regi consilio et auxilio adherere volebant, missi sunt ibi ex parte baronum nuntii solempnes, videlicet Londoniensis[12], Wyntoniensis[13], Wygornensis[14], Cestrensis[15] et Cicestrensis[16] episcopi; . . . in presencia regis Alemannie et domini Edwardi in ecclesia fratrum Predicatorum Oxonie omnes pacis ecclesiastice violatores excommunicacionis sentencia innodaverunt. . . . . . . Mart. 10. Mart. 30.

Maiores et potenciores de Wynchelse[n] et aliorum portuum quorundam, estimantes se munera copiosa recepturos, ad[o] regem conversi sunt. Barones secum Londonienses assumentes, die sancti Iohannis ante portam Latinam versus regem moti[p] sunt. In crastino Mai. 6. vero sanctorum Iordani[q] et Epymachi inventus est rex apud Lewes. Igitur comes Leyce- Mai. 11. strensis, Gilbertus[r] de Clare ex parte sua et aliorum baronum die sanctorum Nerrei[g] et Mai. 12. Achilley[g] litteras ei direxerunt, eidem significantes, quod salutem et securitatem sui corporis totis viribus cum fidelitate sibi debita vellent observare. Ac eodem die per eundem nuncium revertentem a rege sunt diffidati; a rege etiam Alemannie et domino Edwardo diffidati, mendaces et perfidi proditores sunt vocati. . . . . . .

Die 14. Maii. . . . Die etiam eodem[s] motus est excercitus baronum versus quoddam Mai. 14.

a) *haec des. Lond.* b) *haec sententia* a. 1254. *habetur Lond.* c) Bolon. *Lond.* d) euangeliste *add. Lond.* e) *deest Lond.* f) Aquisgranum et in sede Magni Karoli in die ascensionis postea inunctus *Lond. ex Flor. hist.* g) *sic c.* h) Willelmus *(perperam)* de S. d. L. *Lond.* i) apud — Londoniensis *des. Lond.* k) beate *Lond.* l) E. *c.* m) *haec* — Marcii *(l. 28) des. Lond.* n) Wynclese *Lond.* o) et ad r. partim convertuntur, partim vero c. sunt ad bar. *Lond.* p) m. s. *des. Lond.* q) Gordiani et Epim. *Lond.* r) G. *c. et Lond.* s) id est 2. Idus Maii *add. Lond.*

1) Manfredum dicere videtur auctor. 2) Cf. supra p. 346. 3) Hoc non habetur in Floribus hist., qui cetera his similia ex Matheo Par. praebent. 4) Potius a. 1254, m. Dec. 5) Cf. Potthast, Reg. nr. 16850. 6) Sententia quae praecedit, regem *infra* [Apr. 25] *tres septimanas a die pasche* applicuisse, narrat auctor. 7) Ita quoque SS. XXVII, p. 495. 8) Iacobus. 9) Iun. 22. 10) Febr. 10; SS. XXVII, p. 495. 11) Isleworth prope Lundinium versus occidentem. Eundem diem habet Thomas Wykes (ubi corrige notam marg.). 12) Henricus. 13) Iohannes. 14) Walterus. 15) Rogerus. 16) Stephanus.

1264. molendinum[1] circa Lewes, ubi[a] dominum regem cum suo excercitu, dracone erecto, contra
eos venire inspexerunt[b]. . . . Et modico temporis spatio rex Alemannie cum Henrico, filio
suo, Philippus Basset, Robertus de[c] Breus et alii vexilliferi nobiles capti sunt. . . . . . .

Dominus Edwardus . . . conductus est ergo una cum filio regis[d] Alemannie apud castel-
lum Dovere, ibi sub custodia domini Henrici de Monte-forti, donec, quid[e] de eis sit agen-
dum, provisum fuerit, remansuri.

Iun. 16. Statuto parliamento apud Londoniam in crastino sancte Trinitatis, barones secum
Mai. 28. regem et[f] dominum ducentes, venerunt Londoniam 5. Kal. Iunii. Rex Alemannie in Turri
Mai. 30. Londoniensi custodiendus 3. Kal. Iunii domino Hugoni Despensatori liberatur[g,2], sed in
brevi tempore[h] una cum domino Edwardo apud Wallingforde[i,3] sub custodia comitisse Ley-
cestrie[k,4] commissus est. . . . . . .

Regina Anglie in partibus transmarinis moram faciens, in villa Sancti Omeri de con-
silio et auxilio Cantuariensis archiepiscopi[5], Petri de Sabaudia, Iohannis de Brittannia,
Iohannis de Warenne, Hugonis[l] le Bygote, episcopi Herefordensis[6] et Iohannis Maunsel[*] in
Aug. 1. festo sancti Petri ad Vincula copiosum collegit excercitum, Angliam devastare et sibi sub-
iugare proponens. Sed inaudita de omnibus partibus Anglie multitudine equitum et peditum
circa omnes portus maris collecta, dictus excercitus domine regine, infecto negocio, diebus-
que quadraginta transactis, reversus est. Circa istos dies missus est a curia Romana qui-
dam legatus cardinalis[7], qui pro metu baronum Angliam[m] ingredi non ausus, apud Boloniam
Oct. 2. moram fecit. Obiit Urbanus papa in crastino sanctorum Vedasti, Remigii et Germani; quod
cum legato innotuisset, versus curiam Romanam reversus est. . . . . . .

1265. . . . Idem legatus, quem versus Angliam Urbanus papa miserat, circa festum
Febr. 14. sancti Valentini creatus est papa, cuius nomen Clemens. . . . . . .

Ductus igitur mundo spiritu sepedictus comes Leycestrensis[k] . . . succubuit. . . . . . . .

Nov. 1. Applicuit domina regina Anglie[n] apud Doveriam circa festum omnium sanctorum.
Que tempore guerre, ut supra[8] dictum est, moram fecerat in partibus transmarinis. In
cuius conductu venit Octobonus[o] cardinalis Anglie legatus; cuius adventum clerus Londo-
niensis audiens, civitatem Londoniensem supposuit interdicto, eo quod tunc primo[p] pro
certo constaret, quod Sabinensis episcopus, alter legatus, ut superius[8] adiectum[q] est, ad
Angliam destinatus, licet ingredi non permissus, eam prius dudum interdixerat. . . . . . .

Sept. 19. 1266. . . . Die dominica post exaltacionem sancte crucis consecrati sunt magister
Nicholaus de Ely Wygorniensis et magister Iohannes[r] de Breuse Landavensis episcopi[s] in
ecclesia Christi Cantuarie a domino Bonifacio archiepiscopo, qui paulo ante in Angliam
venerat de partibus transmarinis. . . . . . .

Venit in Angliam dux de Brundewyco[t,9] cum magna familia variisque indumentis diva-

*) *Cf.* Exempla honestae vitae *auct. Iohanne de Garlandia ap. Hauréau in 'Notices et Extraits des MSS. de la bibl. nationale' XXVII, 2, p. 76:*

Dextra manus regis, Mansellus ad arma Ioannes
    Providus in factis consiliisque manet.
Illius auxiliis caste[u] rex peregrinis
    Confirmat tutam per sua sceptra viam;
Eius cautelis Germania bellica regem
1257. Fecit Ricardum preposuitque sibi.
Dum facit ex facili quod vatibus est labor, eius
    Ingenium promptum carmina pulchra probant.
Anglica sceptra ferunt rex et regina, coequat
    De iusto iustum sponsa proboque probam.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Dudum Parisius doctor, Manselle Ioannes[10],
    Fortius est nisu curia fulta tuo.

a) versus *Lond.* b) inspexerant *Lond.* c) le Brus *Lond.* d) Alemanni regis a. c. de D. *Lond.* e) prov. f., quid de eis sit ag., remansurus *Lond.* f) et d. *des. Lond.* g) deliberatur *Lond.* h) temporis spatio *Lond.* i) Walligf. *c.* k) Leic. *Lond.* l) H. Bigot *Lond.* m) Anglie *Lond.* n) in Angliam *Lond.* o) Ott. *Lond.* p) post *Lond.* q) dictum est, ad aulam *Lond.* r) Willelmus *emendandum ex Lond.* s) *deest Lond.* t) Brundewicn *Lond.* u) *verbum corruptum et versum claudicare animadvertit Hauréau; forte* Henricus *legendum.*

1) *Called king Harry's mill to this day* c. a. 1700. in marg. apographi Ann. London., codicis Musei Britannici nr. 5444, annotata. 2) 'Überliefert'. Haec alibi non habentur. 3) Ita quoque Ann. Dunstapl. 4) Alienorae, sororis. 5) Bonifacii. 6) Aegidii. 7) Guido episcopus Sabinae. 8) A. 1264. 9) Albertus; cf. Sudendorf, 'Welfen-Urkunden' p. 44. 109. 10) Obiit a. 1265, Ian. 20; Ann. London. ed. Stubbs p. 66.

ricata, et die omnium sanctorum filiam marchionis[1] cum domina regina commorantem apud Wyndelesores[a] celebri festo duxit in uxorem. 1266. Nov. 1.

Interficiuntur tres clerici domini legati apud Oxoniam die Iovis proxima ante natale Domini; factis tamen inde inquisicionibus diversis, de interfectoribus penitus ignoratur. . . . . . Dec. 23.

1267. Dominus rex de castro de Kenilwurthe[b] rediens cum victoria, natale Domini celebravit apud Oxoniam. . . . . . . Dec. 25.

Tali itaque conflictu[2] diu durante, tandem, interventu regis Alemannie et domini Philippi Basset mediante, predictoque comite[3] de commisso penitente et se ad satisfaccionem obligante[c], dominus rex ipsum in forma ad gratiam suam revocavit. . . . Idem rex cum legato, rege Alemannie, domino Edwardo, comite Sancti Pauli[4], comite Bolonie[5] totoque suo excercitu pacifice die sanctorum Marcelli[d] et Marcelliani civitatem Londonie gaudenter intravit. Necnon legatus in vigilia sancti Albani interdictum relaxavit. . . . . . . 1267. Iun. 18. Iun. 20.

1268. . . . Octobonus[e] in vigilia octabarum[f] Petri et Pauli versus curiam Romanam iter arripuit. . . . . . . Iul. 6.

Karolus rex Cicilie[g] ducem Austrie, Conradinum et Henricum urbis Rome senatorem in prelio devictos in carcere conclusit[h]. Idem Karolus de consensu populi Romani urbis Rome senator assumptus est. Clemens papa circa festum sancti Andree vitam finivit[6]. Nov. 30.

Circa istud tempus [obiit[i]] Petrus de Egebele[7] Herefordensis episcopus.

1269. . . . Ricardus rex Alemannie cuidam pulcherime[k, 8], licet non multum nobilis parentele, in Alemannia consorcio coniugali se copulavit. Henricus, eiusdem regis filius, filiam[9] Gastuni de Bierne[l, 10] desponsavit. . . . . . .

1270. . . . Tota letetur [Anglia[l]], specialius[m] tamen Cantuaria circa festum sancte Margarete a Deo visitata. In partibus enim transmarinis Bonifacius[11] eiusdem ecclesie minister inutilis[12] diem clausit extremum. . . . . . . Iul. 13.

1271. . . . Henricus, filius regis Alemannie, a Simone et Guidone, filiis Simonis de Monte-forti, apud Biterbe in quadragesima[13] interfectus est. . . . . . .

Theobaldus Legensis archidiaconus in Terra Sancta cum domino Edwardo commorans[n] die sancti Egidii electus est in[o] papam. . . . . . . Sept. 1.

1272. Hoc[p] anno Theobaldus circa quadragesimam[14] consecratus est papa, cuius nomen Gregorius decimus. Ricardus[q, 15] rex Alemannie circa idem tempus apud Berkhamstede[16] diem clausit extremum. . . . . . .

1274. . . . Gregorius papa[17] celebravit concilium mense Mayo apud Lugdunum. Ibi etiam conversi sunt Greci[r], et multi[s] sperabant de conversione[t] Tartarorum. In eodem concilio[u] itaque reprobati sunt omnes ordines mendicancium, excepto ordine Predicatorum[v], Minorum, de Monte Carmeli et sancti Augustini, ita quod nullus de cetero ordinem illorum ingrediatur, nec aliquem ad confessionem vel sepulturam admittant. . . . . . .

Dominus quidem Philippus rex Francie omnes terras . . . Gastuni[w, 18] seisivit[x], . . . donec gratiam coram facie domini regis Anglie valeret promereri[y].

a) Wyndeleshore *Lond.* b) Kenilworthe *Lond.* c) *ita Lond.*; obligate *c.* d) Marci *Lond.* e) Ott. *Lond.* f) *sic c.*; octavarum apostolorum *Lond.* g) Sic. *Lond.* h) incl. *Lond.* i) *ita Lond.*; *deest c.* k) *sic c.* l) Byerne *Lond.* m) specialiusque *Lond.*, *ubi* tamen *deest.* n) commoratus *Lond.* o) in p. *des. Lond.* p) H. a. *des. Lond.* q) Obiit etiam r. A. R. a. B. et *[hinc ex Flor. hist.] Lond. a.* 1271. r) ad fidem *add. Lond.* s) *ita Lond.*; intriti *vel* intrici *c.* t) barbarorum *add. Lond.* u) *hic demum sententia finitur Lond.* v) et *add. Lond.* w) G. *c.* x) seisiavit *Lond.* y) *desinit c.*

1) Bonifacii de Monte-ferrato, Adelheidam. 2) Inter comitem Gloverniae et aulam regiam. 3) Gilberto Gloverniae. 4) Guidone. 5) Roberto. 6) Nov. 29. 7) Aiguebelle in Sabaudia. Ab aliis *de Aquablanca* vocatur. 8) Beatrici de Falkenburg. 9) Constantiam. 10) Béarn. 11) Obiit Iul. 18. 12) De S. Paulo visitando eum cum capitulo Londoniensi rixatum esse narrat auctor a. 1250. 13) Mart. 13. 14) Mart. 27. 15) *Michaelem de Norhampton, executorem testamenti inclyte recordationis Ricardi illustris regis Allymannie,* Iohannes Peckham archiepiscopus Cantuariensis (Registrum ed. Martin I, nr. 140) *cancellario universitatis Oxonie* excommunicatum denunciavit a. 1281, Ian. 15. 16) Ita Ann. Winton., SS. XXVII, p. 456; Thomas Wykes, ib. p. 500; Ann. Hayles., SS. XVI, p. 483; Nic. Trivet. 17) A. 1275. Gregorius X. (cf. Potthast, Reg. nr. 21043. 21086) *destinavit Gerardum Verdunensem episcopum, tunc electum, ad partes regni Anglie pro negotio decime (ecclesiasticorum proventuum pro Terre Sancte subsidio)*; ex epistola Martini IV (ib. nr. 21811, iam ap. Martin, Registrum Ioh. Peckham I, p. 293). 18) De Béarn; cf. Pauli, 'Gesch. von England' IV, p. 10.

# EX ANNALIBUS LONDONIENSIBUS.

*Annales Londonienses post a.* 1289[1], *fortasse demum saec. XIV in., ex Rogero de Hoveden*[2], *Floribus historiarum Westmonasteriensibus*[3], *Annalibus S. Pauli Londoniensis*[4], *litteris in ipsa civitate scriptis*[5] *satis socorditer*[6] *confecti et usque ad a.* 1330. *perducti sunt. Codex* **Cottonianus** *Otho B III, nr.* 7, *saec. XIV in. negligenter exaratus, initio et annalibus* 1294—1300. *iam eo tempore caruit, quo pro J. Bridges (a.* 1724. *mortuo) accuratissime*[7] *transscriptus est. Cum a.* 1731. *flammis Cottonianis fere totus combustus sit, Annales nonnisi ex Bridgesii apographo, iam* **Musei Britannici** *nr.* 5444, *a v. d. Stubbs, 'Chronicles of Edward I.'* 1, *p.* 1. *editi sunt. Quanti sint momenti, iam olim b. m. Pauli*[8] *perspexit. Haec excerpta cum illo apographo contulit V. Cl. J. H. Jeayes. F. L.*

Rog. Hov. . . . posse[a] suo voluisset conari[b]; et[9] ideo in quantum potuit fuit contra liberationem fratris sui regis Ricardi[c] de prisona, ne exiret, et pro hoc optulit imperatori quinquaginta[10] milia marcarum. Et rex Francorum optulit predicto imperatori pro eodem centum milia marcarum, ne liberaretur.

Fl. Westm. Anno gratie 1195. dux Austrie, qui regem Ricardum ceperat, eo anno percussus, obiit excommunicatus, eo quod sepe ab ecclesia Romana admonitus, noluit regem Ricardum liberum dimittere.

Anno gratie 1196. . . . Henricus imperator divina ultione perteritus[d] legavit capitulo Cisterciensi redemptionem regis Ricardi ad thurribula facienda; sed abbates sub tali [forma[e]] recipere noluerunt; et cito in illo anno obiit predictus imperator, qui regem Ricardum vendidit, et iccirço vinculo[f] anathematis obligatus; si iam[g] penitentiam egerit absolutus, nescitur. . . . . . .

Ann. S. Pauli. Anno Domini 1205. . . . Eodem anno[11] Otho imperator in Angliam venit. . . . . . .

Anno Domini 1208. . . . Eodem anno Ricardus, filius regis Iohannis et postea rex Alemannie, natus est[12]. . . . . . .

Fl. Westm. Anno Domini 1235. . . . Fredericus imperator desponsavit Isabellam, sororem regis Anglie, die pentecostes. . . . Eodem anno misit dominus Henricus rex nuncios suos in Provinciam[h], ut nomine suo Alienoram, filiam comitis Provincie, ipsi ducerent in uxorem; quod et factum est. . . . . . .

Anno Domini 1239. natus est Edwardus primogenitus regis Henrici apud Westmonasterium in vigilia sanctorum Marcelli et Marcelliani ex Alienora, filia comitis Provincie[13], quam idem rex Henricus desponsaverat anno Domini 1236. Et nota, quod Reymundus comes Provincie dedit Margaretam, alteram filiam suam, regi Francie[14]. . . . . . .

ib. Eodem anno[15] obiit[i] Fredericus imperator quondam excommunicatus et degradatus per papam. . . . . . .

Anno Domini 1243. . . . Circa illos dies mater regine Anglie Beatrix, uxor comitis Provincie, venit in Angliam;

Nov. 22. duxit autem secum filiam suam Cyntiam, quam comes Ricardus, frater regis, die sancte Cecilie[k,16], desponsavit. . . . . . .

Anno Domini 1244. . . . Papa . . . decem creavit cardinales, quorum unus fuit magister Iohannes de Toleto[l], monachus ordinis Cisterciensis[m], natione Anglicus, qui communiter[n] appellatur Albus cardinalis. . . . . . .[17]

Anno Domini 1258. . . . Domini regis consilium decrevit . . . Iohannem le Mynur, Anulphum[d] Tedmar aldermannos[18] et Henricum Welemund[19] de balliviis et aldermanriis[o]

a) *ita medio a.* 1194. *incipit c.* b) coronari *emendandum videtur.* c) Richard., *ut recenti aevo antiquarii scribere solent, c. semper.* d) *sic c.* e) *suppl. e Westm.* f) vinculum *c.* g) clam *Westm.* h) suam *add. c.* i) est *Flores Westm.* k) Cic. *c.* l) Col. *c.* m) Cicestrensis *c.* n) communitus *c.* o) aldermannis *c.*

1) V. n. 3. 2) V. a. 1194. 3) Locos ex Floribus sumptos minoribus typis excudi curavit editor Stubbs. 4) Codice meliore eo qui nunc servatus exstat; v. supra p. 548. 5) A. 1215. 1221. 1226. 1230. 1245 sqq. 1251. 1258 sq. cum Arnaldi Cronica London. (supra p. 527 sqq.) conveniunt. 6) Multae res diverso modo et tempore bis narratae sunt (velut mors Friderici II. a. 1239. 1250, Innocentii V. a. 1262. 1276; adventus ducis Brunswicensis a. 1266 sq.). 7) Hoc Stubbs fragmentis cod. Cottoniani collatis affirmavit. 8) 'Gesch. von England' IV, p. 207. 717. 9) *Comes Iohannes* (postea rex) *pro fratre disposuit coronari* Math. Par. ex Rog. Wendov. 10) 30 Rog. Hov., SS. XXVII, p. 167. 11) Haec rectius iterum a. 1207. e Flor. Westm. narrantur. 12) A. 1226. 1228. Annales habent ea quae supra p. 548. ex Ann. S. Pauli excerpsi, ubi eos contuli. 13) Ex [illegible] Flor. hist. Westm. a. 1235 sq. 14) Fortasse ex Flor. Westm. a. 1240. 15) Rectius infra a. 1250; etiam sententia quae sequitur decennio ante rectum tempus posita est; et a. 1243. leguntur quaedam quae ad a. 1252. pertinent. 16) Ita Ann. Teokesbur., Waverl., Osen.; s. *Clementis* minus recte Flores hist. ex Matheo Paris.; cf. supra p. 229, n. 2. 416. 17) A. 1249 sq. 1253. 1255. 1257. proveniunt ex Ann. S. Pauli. 18) Lundinii. 19) *Walemound* Arnaldi Cron. Lond. supra p. 534.

esse derogandos, ita quod numquam de cetero aliquam in civitate habeant custodiam nec 1258. in electione alicuius ballivi vel aldermanni possint[a] vel teneantur esse presentes. . . . . . .

Anno Domini 1259. . . . Eodem anno rex Ricardus[1] Alemannie rediit in Angliam, qui iuraverat Pro- Fl. Westm. visiones[2] tenendas; qua de causa barones formidabant tam celerimum[b] eius adventum, intelligentes eundem vindictam sumpturum[c] in barones propter exilium fratrum regis uterinorum[3] predictorum, et repagula Provisionibus inponeret[b] contraria. . . . . . Ricardus[1] — — Marie. . . . . . Ann. S. Pauli.

Rex Anglie Henricus[d] cum consen. *t* fratris sui regis Alemannie, prelatorum et procerum regni Anglie quietum clamavit imperpetuum regi Francorum quicquid iuris requirebat in ducatu Normannie et comitatibus Andegavie, Cenomannie, Turonie et Pictavie[4]. . . . . . .

Eodem anno in quadragesima[5] duo Romani, se temerarie in ecclesia sancti Pauli in- 1260. stallantes, circa horam tertiam sunt interfecti*. . . . . . .

Fl. Westm. Anno Domini 1262. . . . Eodem anno[6], die sancti Albani apud Lateranum obiit papa Innocentius V[e], qui 1276. quondam vocabatur Octobonus et qui fuit in Anglia legatus; cui successit Iohannes XXI, qui eodem anno obiit; et successit Nicholaus III. 6. Kal. Decembris. . . . . . .[7]

Anno Domini 1264. Statuto parliamento apud Oxoniam — — remansurus. Rex vero Alemannie in Ann. S. Pauli molendino inventus capitur et in Turri Londoniensi ponitur. Statuto — — reversus est.

Anno Domini 1267. Die[8] omnium sanctorum dux de Brumeswiche[b] desponsavit filiam 1266. Nov. 1. marchisi[f] de Monte-ferato, cognatam regine, apud Kenelworthe. . . . Dominus — — relaxavit. . . .[9] Ann. S. Pauli.

Anno Domini 1271. . . . Henricus — — electus est. . . . . . . ib.

Obiit etiam rex Alemannie Ricardus apud[10] Berkhampstede, et apud Hailes, cuius patronus extitit, sepultus[11]. . . . Fl. Westm.

Anno Domini 1275. . . . Eodem anno, 11. Kal. Ianuarii obiit Gregorius papa X; cui successit Innocentius ib. 1276. papa V. Iste fuit primo vocatus Petrus de[g] Tarentesia de ordine fratrum Predicatorum et post Lugdunensis electus, tandem cardinalis Hostiensis. . . . . . .

Anno Domini 1279. . . . Eodem anno frater Robertus de Kelwardbi archiepiscopus 1278. Cantuariensis fuit electus cardinalis[12] per papam. . . . . . .

Anno Domini 1281. . . . Hoc anno, die sancti Petri in cathedra Martinus papa IIII. con- Febr. 22. secratur[13]. . . . . . .

Anno Domini 1287. . . . Eodem anno[14] obiit Honorius papa. . . . . . . Fl. Westm.

Eodem anno magister Hugo de Evesham cardinalis[15] Anglicus obiit apud Romam.

Anno Domini 1288. . . . Hoc anno, prima dominica quadragesime[16] Honorius papa IV. 1287. obiit; successit . .[h] de ordine fratrum Minorum 16. Kal.[17] Februarii et Nicholaus IV. vocatur. . . . . . . 1288.

Anno Domini 1290. . . . Eodem anno, 7. Ydus Iulii desponsata fuit apud Westmona- Iul. 9. sterium domina Margareta, illustris regis Anglie filia, Iohanni, filio ducis Brabanum[18], et data fuerunt pro dicta Margareta fratri[i] dicti Iohannis[k] 40 milia marcarum sterlingorum[19]; et in crastino dominus Otho de Grandissono adivit Ierosolimam. . . . . . .

Anno Domini 1291. . . . Ad festum pasche Edwardus rex fuit apud Novum-castrum Apr. 22. super Tynam versus Scociam propter electionem regis Scocie; et erat calumpnia[l] de regno et iure regni Scocie per dominos Iohannem[k] Baliol[m], Robertum de Brus, comitem Hoilondie[n] et Iohannem[k] de Hastinges propter proximitatem et successionem sanguinis. . . . . . .

Anno Domini 1292. . . . Eodem anno Nicholaus papa IV. obiit 3. Non. Aprilis[20]; qui Apr. 3. fuit primo frater Minor; hic fecit multa mala diversis ordinibus antiquis, pecuniam ab eis extorquendo et fratres sublimando, cum adiutorio fratris Iohannis[k] de Pecham archiepiscopi[o] tunc Cantuariensis, qui fuit primo frater Minor. . . . . . .

*) Eodem anno in quadragesima duo Romani, binas prebendas in ecclesia sancti Pauli Londonie 1260. vendicantes et ausu temerario alterutrum se installantes, circa horam tertiam in Londoniis sunt interfecti *cod. Lambeth.* 1106 *(Flores histor. Westmonaster. apud S. Paulum Londinii s. XIV in. adaucti) ap. Stubbs, 'Chron. of Edward I.' I, p. CXXVII.*

a) possunt vel teneant *c.* b) *sic c.* c) sumi, *sed* mi *in loco raso c.* d) Henr'iu concensu *c.* e) cui successit Adrianus V. *suppl. e Flor. Westm.* f) Mathei de M. feraco *c.* g) ad Car. *c.* h) *nomen deest c.*; Ieronymus *suppl. e Flor. Westm.* i) fratris *c.* k) I. *c.* l) calumpnum *c.* m) Baloil *c.* n) Hil. *c.* o) archiepo *c.*

1) Haec bis, ex duobus auctoribus, narrata sunt. 2) Oxonienses. 3) Filiorum Hugonis comitis de Marchia et Isabellae, matris Henrici III. 4) Mense Oct.; ex tabula ap. Rymer I, p. 389. 5) A. 1260. Cf. Flores Westm. supra p. 477. 6) Haec rectius infra a. 1276. e Flor. Westm. iterum narrantur. 7) A. 1264 sqq. v. supra p. 549 sq. 8) Haec auctor iam recte a. 1266. narraverat; v. supra p. 550. 9) A. 1268 sqq. v. supra p. 551. 10) *a. B.* ex Ann. S. Pauli a. 1272. 11) A. 1272. 1274. v. supra p. 551. 12) Episcopus Portuensis. Haec aliis verbis iam rectius a. 1278. exscripta erant e Flor. Westmon. 13) Corrige: *eligitur;* haec quoque iam a. 1280. e Flor. Westm. narrata sunt. 14) Apr. 3; v. infra a. 1288. 15) Presb. S. Laurentii in Lucina. 16) Error; v. supra a. 1287. 17) Potius Febr. 22. 18) Iohannis. 19) Cf. Rymer, Foed. I, p. 734. 20) Potius Apr. 4.

1301. Oct. 15. Anno Domini 1293. . . .[a] Eodem anno, die dominica proxima ante festum sancti Luce euvangeliste pronunciatus fuit dominus Robertus de Wynchilse archiepiscopus Cantuariensis denunciatus excomunicatus per omnes ecclesias civitatis Londoniarum auctoritate domini abbatis Sancti Michaelis[1] Verduniensis[b] dyocesis, executoris venerabilis viri domini Theobaldi de Barro[2], super quadam provisione falso impetrata pro ecclesia de Pageham[2] Cicestrensis diocesis[c], . . . . . .|.

a) *desunt a.* 1294—1300, *nullo intervallo interposito, c.;* a. D. 1301. *suppl. Stubbs.* b) Verdumensis *c.* c) *quae sequuntur, cum saec. XIV. attingant, omisi.*

# EX CHRONICO DE BELLO.

*Monachus de Bello[2*] saec. XIII med. vel ex. chronicon quod inscripsit Brutum abbreviatum ad Simonem de Monte-forti a.* 1265. *'martyrizatum' perduxit, quod in codice* **Bodleiano** *Rawlinson B* 150, *f.* 8 *sqq., saec. XIII, exstat. Postremam tantum partem publici iuris fecit V. D. Bémont[3]. Haec excerpta cum codice contulit V. Cl. G. Parker.* **F. L.**

f. 49. 1257. . . . Interim frater regis Anglie Ricardus comes Cornubie in regem Alemannie sub
f. 49'. 1258. spe tocius imperii eligitur. . . . Sentiens se tandem, infinita exhausta pecunia, delusum, in Angliam repedat, nullam diciorem aut fertiliorem terram suo proposito reperiens. Quo
1259. redeunte, omnia inter regem et barones inita infringuntur, rege per nuncios ad curiam
1261. Romanam directos a sacramento prestito absoluto[4] et postmodum cautiore effecto. Sed rege in arto posito pro quadam summa peccunie, quam ab eo dominus papa exigebat per dominum Harlottum[a, 5] ab eo in Angliam directum, videlicet 135 milibus et quingentis et 40 marcis, quas ei spoponderat pro regno Appulie ad opus filii sui Admundi, vocatis terre magnatibus apud Westmonasterium, dictum negocium eisdem proponit. . . . Acta sunt hec anno Verbi incarnati 1258, regni vero Henrici anno 43[b]. Exinde ad nutum baronum omnia regni nego-
1259. cia gesta sunt; . . . et hec omnia usque ad plenum reditum Ricardi regis Alemannie in
1261. Angliam, ut dictum est. Quo veniente, rege a iuramento prestito absoluto[4] per papam Alexandrum, multa innovantur. . . . . .

f. 50'. 1264. Rex igitur Anglie una cum rege Alemannie ad[c] prioratum[6] cum turmis dispositis progredientes, precedente dracone rubeo, qui mortem generalem adversariorum portendebat,
f. 51. obviam[7] se exhibent. . . . Dracone regis una cum vexillo iam prostratis, rex Anglie . . . se tutele, ense reddito, committit, fratre eius rege Alemannie capto et in molendino proxime scito[b] custodie mancipato. . . . . .

Rege Alemannie apud Wallingeford directo et custodie comitisse[8], eiusdem sororis, tradito, Cornubia una cum Devonia cum castris et redditibus regis Alemannie tutele domini Gwidonis de Monte-forti commendantur. . . . . .

f. 51'. Interim ab Urbano papa legatus dirigitur in Angliam Gwydo Sabinensis episcopus, sed obsistente comite Leycestrie, aditu regni ei denegato, Bononie se committit, parum ab exercitu regine remotus. . . . Qui, infecto negocio pro quo venerat, rediens, decedente
1265. papa Urbano, in sede apostolica ei succedit anno incarnati Verbi 1264. . . . . .

f. 52. Dudum quidem regem Alemannie de Wallingeford usque ad castrum de Kenillevorthe transtulerat[9], comitisse custodia castri Dovorie commissa. . . . . . .

f. 61. 1272. Huic[10] successit Eadwardus, filius eius, anno silicet Domini 1273[d].

a) *corr. ex* Harrot. *c.* b) *sic c.* c) a *c.* d) *desinit c.*

1) St.-Mihiel ad Mosam; Willelmi. 2) Qui, frater Henrici, generi Edwardi I, thesaurarius Eboracensis et praebendarius Lincolniensis, postea a. 1303. episcopus Leodiensis, a rege c. a. 1293. Paghamiae (in com. Sussex, archiepiscopo subiectae) rector constitutus, ab archiepiscopo a. 1298. depositus erat; cf. de hac lite Stubbs praef. p. xxxv. 2*) Battle in Sussex. 3) 'Simon de Montfort' (Paris 1884) p. xiv. 373. 4) Laterani, a. 1261, Apr. 13. 5) V. supra p. 379 sqq. 6) Lewensem, Mai. 14. 7) Baronibus. 8) Leicestrensis. 9) Simon, antequam Edwardus, regis filius, a. 1265, Mai. 28. liberatus est. 10) Henrico III.

# EX ANNALIBUS STANLEIENSIBUS ET FURNESIENSIBUS.

*Inter Cistercienses Stanleiae abbatiae*[1] *auctor quidam anonymus saec. XIII. fere medio annales breves a Bruto usque ad a.* 1271. *conscripsit. Qui praeter alios*[2] *Galfridi de Monmouth et confratrum Waverleiensium et Radulfi Coggeshalensis libros adhibuit, sed quae de a.* 1204—1216. *non vilis pretii tradidit scriptori cuidam alibi non servato, qui Iohanne rege — fortasse Stanleiae*[3] *— vixit, debuisse videtur.*

*Aeque ac Stanleienses*[4] *cum baronibus contra reges steterunt confratres Furnesienses*[5], *qui saec. XIII ex. Willelmum de Novoburgo ab eius initio*[6] *ad finem, a.* 1198—1200. *Rogerum de Hoveden, inde ab a.* 1202. *Stanleienses Annales, multis rebus, imprimis Wiltensibus, vel omissis vel in breve coactis*[7], *transsumpserunt, ab a.* 1240. *pauca, fere ab a.* 1260. *permulta, quae praesertim ad Angliam septentrionalem spectant, addiderunt, a.* 1270—1275, *ipso quo res gestae sunt tempore*[8], *narrationem luculenter continuarunt. Alter, ut videtur, auctor a.* 1290—1298. *adiecit.*

*Codex* ***Bodleianus*** *Digby* 11, *f.* 149—187, *membr.* 8°, *opus Stanleiense saec. XIII ex. compluribus manibus satis negligenter exaratum praebet.*

*Codex* ***Musei Britannici*** *Cottonianus Cleopatra A I, f.* 3—207, *olim Ussherianus, iam flammis in margine adustus, a variis scribis saec. XIV in. mendose, ne lacuna quidem inter a.* 1275—1290. *vacua relicta, confectus est; quem in Annalibus Stanleiensibus littera F. signavi.*

*Annales Furnesienses ab a.* 1199. *et Stanleienses ab a.* 1202. *editi sunt, inscripti titulo* Continuationis chronici Willelmi de Novoburgo, *a V. Cl. Howlett, 'Chronicles of Stephen, Henry II. and Richard I.' in Serie quae Rotulorum vocatur a.* 1885. *II, p.* 501 *sqq. E quo libro pauca excerpsi, quae G. Parker Oxoniae et J. H. Jeayes Lundinii cum codicibus contulerunt.*

*F. L.*

---

**Incipit**[a] **particula quedam de libro qui vocatur Brutus.**

Britannia maior est insula ad septentrionem sita et occeano circumquaque inaccessibilis nisi navigio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1207. . . . Hoc[b] anno apud Romam electus est magister Stephanus de Langetune f. 175. Anglicus ad archiepiscopatum Cantuarie, vir venerabilis et bone fame cardinalisque Romane ecclesie de Sancto Grisogono, et sacratus a domino apostolico in die sancte Trinitatis, qui fuit illo anno 15. Kal. Iulii. . . . . . . 1207. Iun. 17.

a) Incipit — navigio *des. F.* b) Eodem *F.*

1) Stanley in Wilts com. 2) Annales Wintonienses et Ricardum Divisiensem dicit Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 190. 3) Nisi iterum aliunde, forte e variis schedis domesticis notae illae proveniunt, quae coaevum auctorem Stanleiensem produnt, velut a. 1202: *Fulco filius Warini fugit* 2. *Non. Iulii in abbatiam Stanleye.* 4) A. 1215: Iohannis *adversarii erant omnes, qui iustitiam amabant*; Furnesiensis Simonem de Monte-forti miracula perpetrasse contendit. 5) Dalton in Furness in Lancaster com. 6) Infra p. 557. 7) Itaque inter Willelmi de Novoburgo (ed. Howlett, 'Chron. of Stephen' I, p. XI.) codices non enumeratur. 8) V. infra p. 558, n. 2. 13. et a. 1275: *Rex Scotie Marcum* (a. 1275—1303. episcopum Manniae) *destinavit ad Nidrosiensem archiepiscopum, ut consecraretur; sed, quid inde factum sit, nondum scitur.*

f. 175'. 1209. . . . Otho de Saxonia, nepos regis Iohannis Anglie, creatus est imperator Alemannie, procurante et auxiliante ei in omnibus domino apostolico Innocentio, qui et illum benedixit et coronavit apud Romam.

1210. Orta est discordia inter dominum apostolicum Innocentium et Othonem[a] impera-
cf. Ps. 37,21. torem, qui retribuit mala pro bonis. . . . . . .

Apr. 14. f. 177. 1213. . . . Circa pascha exivit rumor per Angliam, quod rex Francorum prepararet se, ut veniret in Angliam. . . . Rex autem Francorum detentus est a comite Flandrorum[b. 1]. Comes autem[c] Salesburiensis[d. 2], audiens regem Francorum esse detentum et navigium eius[e] circa litus maris ex alia parte expectantem sine magna custodia, transfretavit cum viris electis et valida manu cepit[f] plures naves magnas, oneratas armis et victualibus, et plures de custodibus occidit, et sic reversus est[3]. Rex autem Iohannes gavisus est. Cum
Mai. 23. autem appropinquaret dies ascensionis Domini, expavit rex Iohannes vehementer mortem.
f. 177'. . . . Eodem anno venit in Angliam Nicholaus[4] legatus summi pontificis, missus ad reformandam pacem ecclesie. . . . . . .

1214. Hoc anno Iohannes rex adunavit exercitum suum cum infinito thesauro et transfretavit contra regem Francorum, si posset aliquo modo revocare terram suam, quam ei abstulerat. Separavit itaque rex Anglie tres comites[5] exercitus sui et cum eis exercitum magnum et fortem, ut debellaret supradictum regem ex una parte; ipse vero ex alia[g] parte erat cum infinita multitudine. Comites autem, elatione decepti, putaverunt se aliquid fortiter acturos[h], invaserunt exercitum regis Francorum in die dominica, scilicet in
Iul. 13. die sancte[i] Margarete virginis[6]. Cumque rex et omnis exercitus essent[k] in oratione constituti et in missis audiendis fuissent occupati[7], audierunt subito clamorem utriusque exerci-
cf. Rs. 2,12. tus. Qui statim accipientes arma sua, contra eos viriliter venerunt. Dominus autem, qui
cf. Ps. 48,7. novit superbos humiliare et confidentes in audacia sua et in propria virtute ad nihilum
f. 178. deducere, tradidit illos tres comites in manibus regis Francorum cum omni exercitu suo; et capti sunt omnes, ita ut inter primam et nonam[8] sedata esset omnis illa perturbatio, et
cf. Matth. 8, 26. facta est tranquillitas magna; et mirati sunt universi. Ferebatur quoque, quod Otho[l] imperator supervenit cum ducentis militibus, ut videret exercitum regis Gallie[m. 7], ignorans[7] quod factum esset; mox vero, ut cognovit et didicit, retraxit se cum tristitia magna[k], dicens: 'Heu, cur tam[n] velociter periit flos militie!' . . . . . .

f. 178'. 1215. . . . Annuit[9] tamen in dolo, ut carta scriberetur et confirmaretur. Que sic incipit:

f. 179. *Iohannes Dei gratia* etc. . . . *Amovebimus*[10] *de regno alienigenas milites, balistarios, servientes, stipendiarios, qui venerunt cum equis et armis ad nocumentum regni* etc. *Data per*
1215. Iun. 15. *manum nostram in prato quod vocatur*[o] *Runemede*[p] *inter Windlesores*[q] *et Stanes* 15. *die Iunii, anno regni nostri* 17. . . . . . .

Igitur rex Iohannes . . . retraxit se[11]. . . . Consenserunt illi . . . alienigene[12], et milites et[k] balistarii et rutores, qui venerunt cum equis et armis ad nocumentum regni, quos ipse rex promisit expellere de regno. . . . . . .

f. 179'. Eodem[r] anno celebratum est concilium apud Romam Lateranense[s], presidente papa Innocentio III. . . . . . .

f. 180. 1216. . . . Applicuit Gwales[t] sedis apostolice legatus. . . . . . .

Iul. 13. Eodem anno, circa festum sancte Mildride[u] virginis, scilicet mense Iulii, obiit[13] papa Innocentius III; cui successit Honorius. . . . . . .

Rad. Cogg. Nov. 30. 1218. . . . Dominus Guales legatus recessit ab Anglia versus Romam circa festum sancti Andree; et[v] dominus
f. 181. Pandulfus successit eidem in legationem et cito post festum sancti Andree venit Londoniam et apud Sanctum Paulum receptus est. . . . . . .

a) Octon. *F.* b) Flandor. c. c) vero *F.* d) Mal. *F.* e) suum *F.* f) cepitque *F.* g) altera *F.* h) et *suppl. Howlett.* i) *bis scr. F.* k) *deest F.* l) *manu recenti corr. ex* cho *F.* m) Galli, *sed stilo plumbeo corr. F.* n) cito et *add. F.* o) vocatur *corr. Howl. e Magna Ch.* p) Roun. *F.* q) Windel. *F.* r) Eodem — Romam *des. F.* s) Lateranensi *c. F.* t) Guales *F.* u) Mildrede *F.* v) e *c.*

1) Ferrando. 2) Willelmus. 3) Mense Maio ex. vel Iunio in. 4) Episcopus Tusculanus. 5) Ferrandum Flandrensem, Reginaldum Bononiensem, Willelmum Saresberiensem. 6) Potius Iul. 27. 7) Error. 8) Hoc alibi non inveni. 9) Iohannes rex. 10) Ex Magnae chartae art. 51. 11) Scil. a Magna charta observanda. 12) Nec nomina nec partem eorum e Flandria venisse, dicit auctor, qui tamen facinora eorum horrenda narrare pergit. 13) Iul. 16.

1227. Obiit Honorius papa[a]; successit Gregorius[b]. . . . . . . f. 183.

1236. Elienor[c], filia comitis Sancti Egidii[1], facta est[d] regina Anglie*. . . . . . . f. 183'.

1240. . . . Item hoc anno, post festum sancte Trinitatis nobilis vir Ricardus comes Iun. 10. Cornubie iter arripuit versus Terram Sanctam. . . . . . .

1245. Lugduni celebrato generali concilio**, Fredericus imperator a regno pariter et f. 184 imperio condemnatus est***. . . . . . .

1251. Obiit[2] Fredericus imperator. . . . . . .

1254. Obiit Innocentius papa IIII; successit Alexander IIII. . . . . . .

1256. . . . Ricardus comes Cornubie electus est imperator Alemannie. . . . . . .

1257. . . . Eodem anno, post pascha nobilis vir Ricardus comes Cornubie Aleman- Apr. 8. f. 184'. niam adiit et portavit coronam die dominica proxima ante ascensionem[3]. Et[d] eodem anno Mai. 13. dedit arma Henrico, filio suo. . . .[e] . . .

1264. . . . Eodem anno commissum est bellum gravissimum apud Lewes pridie Idus f. 185'. Maii inter dominum regem Henricum, dominum Edwardum, primogenitum eius, domi- Mai. 14. num Ricardum regem Alemannie, fratrem predicti regis, ex parte una et dominum Symonem de Monte-forti comitem Leycestrie, qui sororem[4] predicti regis duxit in uxorem, et Gilebertum de Clare comitem Glovernie et alios multos barones Anglie ex parte altera. In quo bello capti sunt dominus rex Henricus, dominus Ricardus rex Alemannie, frater eius, et f. 186. dominus Edwardus, primogenitus regis Anglie, dominus Philippus[f] Basset, qui solus in campo viriliter stetit[5]. . . . . . .

Anno 1265. . . . Eodem[g] anno, post festum sancti Michaelis applicuit Ottobonus[h] f. 186'. Sept. 29. sedis[i] apostolice legatus apud Dovram[k] una cum Alienora regina Anglie. . . . . . .

Anno 1270. Obiit[d] dominus Bonefacius archiepiscopus Cantuarie post pascha in trans- Apr. 13. f. 187. marinis partibus. . . . Eodem anno, circa festum beati Gregorii occisus est dominus Hen- 1271. Mart. 12. ricus, filius domini Ricardi regis Alemannie, in transmarinis partibus.

Anno Domini 1271[l].

---

# EX ANNALIBUS FURNESIENSIBUS.

Incipit prologus sive prohemium in libro de gestis regum Britannie. Hystoriam gentis nostre, id est Will. Neub. Anglorum, venerabilis presbyter et monachus Beda conscripsit. . . . . .

Anno 1252. . . . Frater Petrus de ordine Predicatorum martirizatur apud Mediolanum. . . . . .

Anno 1261. Obiit Alexander papa quartus; dissentientibusque cardinalibus, ecclesia Romana diu vacavit. Tandem successit Urbanus. . . . . . .

Anno 1262. . . . Eodem anno abbas Guido Cystercii vocatus ad Romam fit cardinalis[6]. . . . . . .

Anno 1264. . . . Igitur pridie Idus Maii utrique, scilicet rex et barones, apud Lewes Mai. 14. convenerunt, ubi a mane usque ad noctem commissum est inter eos bellum gravissimum. . . . Dominum regem Alemannie cepit dominus Iohannes[m] Giffardus[7]. . . . Rex Henricus dominum Edwardum, primogenitum filium suum, et frater eius Ricardus rex Alemannie Henricum, primogenitum suum, obsides dederunt baronibus de Provisionibus[m] predictis[8] servandis. . . . . . .

Anno 1265. Obiit Urbanus papa[9]; ei successit Clemens. . . . Interea post festum — — Anglie. . . . A. Stanl.

Anno 1266. . . . Item eodem anno[10] obiit domina Senchia, uxor domini Ricardi regis Alemanie, que fuit filia comitis de Sancto Egidio[11]. Comes quidem ille de Sancto Egideo[n, 11]

*) Anno 1237. Incepte sunt scole Cisterciensis ordinis apud Parisium in loco qui vocatur Chardenay[12] *add. F.*

**) ab Innocencio papa IIII. *add. F.*

***) fieri [*leg.* fere] per omnem ecclesiam [*suppl.* excommunicatus] *add. F.*

a) cui *add. F.* b) IX. *add. F.* c) El. — Anglie *alio atramento scr. c.*; Al. *F.* d) *deest F.* e) *f.* 185. *dimidium vacuum relictum est c.* f) Ph. *c.* g) Interea *F.*, *ubi* E. a. *des.* h) Oct. *F.* i) a. s. *F.* k) Doverham *F.* l) *desinit c.* m) *in loco raso c.* n) *sic c.*

1) Potius Raimundi comitis Provinciae, qui infra quoque, l. 42, cum Raimundo Tolosano confunditur. 2) Potius a. 1250. 3) Potius Mai. 17. 4) Alienoram. 5) Amicus fratrum Stanleiensium; v. infra p. 558, n. 11. 6) Presb. S. Laurentii in Lucina. 7) Hoc alibi non inveni. De captivis redimendis inimicitias inter Iohannem et Simonem de Monteforti ortas esse, narrant Thomas Wykes, Robertus de Gloucestria. 8) Oxoniensibus. 9) Potius a. 1264, Oct. 2. 10) Potius a. 1261. 11) Error; v. supra n. 1. 12) In Cardoneto prope S. Victorem.

tres habuit filias, quarum primam[1] duxit rex Francie, secundam Henricus rex Anglie, terciam Ricardus rex Alemannie, frater dicti regis Henrici. . . . . .

Anno 1268. Obiit Clemens papa. . . . . .

Anno 1269. . . . Item ecclesia Romana vacat adhuc[2] propter dissencionem[a] cardinalium. . . . . . .

A. Stanl. Anno 1270. Bonefacius — — partibus. Eodem anno profectus est dominus Edwardus, pri-
Iul. 22. mogenitus regis Anglie, versus Terram Sanctam circa festum beate Marie Magdalene cum magna et nobili militia ac reliquit custodes suorum[b] regni Walterum Giffard archiepiscopum Eboracensem et regem Alemannie[3] Ricardum, awunculum[a] suum, Robertum Burnel, cancellarium suum[4], in quorum etiam custodia dimisit Iohannem, primogenitum suum. . . . . .

Sedes autem Romana fere per triennium iam vacavit. . . . . . .

Interea dominus Henricus, filius Ricardi regis Alemannie, veniens ad mare Grecum, causa infirmitatis licenciatus a domino Edwardo, rediit versus Angliam. Cumque circa
1271 Mart. 12. festum beati Gregorii venisset in partes Ytalie ad civitatem que dicitur Viterbi, preoccupatus est et interemptus[5] a cognatis suis, scilicet Guidone et Symone de Monte-forti, in ulcionem patris sui domini Symonis comitis Laycestrie, qui occisus fuit in bello de Evesham in Anglia.

Anno 1271. . . . Interim vero archidiaconus Laodicensis[6], existens in villa de Acres in Terra Sancta cum domino Edwardo, electus est in papam, pro quo statim sollempnes nuncii
1272 Febr. 10. diriguntur; ac postea die sancte Scolastice virginis[7] predictus electus consecratus est in summum pontificem ac Gregorius decimus denominatus est. De quo Iohannes episcopus Portuensis, Albus[8] cardinalis, publice predicando coram cardinalibus dixit:

*Fertur per saltum noster Theodaldus in altum;*
*Invidia[9] fratrum fit pater ille patrum. . . .*

Anno Domini 1272. . . . Eo tempore mortui sunt de curia domini regis Anglie rex Alemannie Ricardus[10], Philippus Basset[11]. . . . . .

Item obiit Guido cardinalis, quondam abbas Cystercii.

Anno Domini 1273. . . . Eodem anno fuit Albus cardinalis dominus Iohannes[c] Portuensis episcopus ad capitulum Cystercii. . . . . . .

Anno Domini 1274. Celebratum est concilium generale apud Lugdunum, presidente papa Gregorio decimo; ubi plures episcopi convenerunt de universis terris. De Anglia ibidem aderant archiepiscopi Cantuariensis[12] et Eboracensis et ceteri episcopi Anglie fere universi. In eodem concilio quassabantur omnes ordines Mendicantes preter fratres Predicatores et Minores, ut viginti due varie religiones adinvente cessarent, transferentes se ad alias religiones approbatas. Quidam tamen elegerunt mori magis in habitu suo; quod eisdem permissum est, ita tamen quod[d] nullus ad habitum eorum in posterum reciperetur. Statutum est etiam in eodem concilio, ut per sex annos sequentes continuos decima daretur ab universis prelatis et viris ecclesiasticis de omnibus proventibus et redditibus suis ad subsidium Terre Sancte, et ad idem negocium tanto tempore de universis et de omnibus laicis
Aug. 1. capitale denarium[a] solveretur. Circa festum beati Petri ad Vincula redibant archiepiscopi et episcopi de concilio. . . . . . .

Eo tempore mortuus est Henricus, filius regis secundus. Adhuc superest unus, qui natus est ei in peregrinacione Ierosolimitana, qui vocatur Alfunsus[13]. . . . . . .

Anno Domini 1275. . . . Obiit Iohannes episcopus Portuensis, Albus cardinalis, qui murus extitit impenetrabilis pro domo Domini, precipue Cisterciensis ecclesie. Stetit namque in curia pene 60 annis. . . . . . . .

a) *sic c.* b) *sic c.; sui corr. Howlett; forte* bonorum et *supplendum.* c) I. c. d) *haec vox flammis partim deleta est c.*

1) Margaretam. 2) Usque ad a. 1271, Sept. 1. 3) Cf. Ficker, Reg. V, nr. 5471. Arbitrium ab hoc de itinere sacro ab Edwardo et comite Gloucestriae suscipiendo (ib. nr. 5470) Mai. 27. datum integrum exstat ap. Raine, 'Northern Registers' p. 27. 4) Praeter hos etiam *Philippum de Basset, R. de Mortuo-mari* nominat Walterus archiepiscopus Eboracensis ib. p. 39. 5) *Ex iussu regis Anglie, ad preces pariter regis Allemannie, funus filii sui, de quo per orbem dolendum est, usque ad sepulturam se* prosecutum esse, scripsit archiepiscopus Eboracensis a. 1271, Mai. 17. ib. p. 37. 6) *Leadicensis* corrigendum. 7) Eo die Viterbium pervenit, Mart. 27. Romae consecratus est. 8) Cisterciensis. 9) Similem versum habes supra p. 484. 10) Apr. 2. 11) Cf. Ann. Winton. a. 1271: *in fine Octobris, sepultus apud Stanlege.* 12) Robertus. 13) Obiit a. 1284, Aug. 19. Edwardus (II) a. 1284, Aug. 25. natus est.

Eo tempore obiit Gregorius papa X, qui prefuit sedi fere annis 5; cui successit Petrus 1276. episcopus Hostiensis de ordine Predicatorum, qui denominatus est Innocentius. . . . . . .[a]

Anno gratie 1291[b]. . . . Nupsit quedam alia eiusdem regis[1] filia[2] filio[3] ducis[4] Braba- 1290. num[5]. . . . . . .

Eodem anno a sede apostolica transmissus est quidam legatus in Angliam, nomine Bartholomeus Grassetanus[6] episcopus, cum 11 equitaturis, se computato. Qui ex precepto apostolico . . . recepit duas marcas pro expensis suis et familie sue. A beneficiatis de Furnes quidem recepit duas marcas. Qui[c] legatus, ne regnum diutius oneraret, ad regis instanciam ad sedem apostolicam revocatus est[d]. . . . . . .

Interea accesserunt ad dictum regem Edwardum coram omni congregacione quidam 1291. magnates, tam regni Anglie quam Scocie, ius ex sanguinis propinquitate in regno Scocie vendicantes[e], quorum nomina inferius in quadam litera regia, a dicto domino rege abbati et conventui de Furneysio sollempniter destinata patenterque signata ibidemque residente, patebunt in hac forma[7]: *Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie et dux Aquitanie, dilectis sibi in Christo abbati*[8] *et conventui de Furneysio salutem. Mittimus vobis sub sigillo scaccarii nostri presentibus apenso*[f] *transcripta quarundam litterarum, que in thesaurario*[g] *nostro resident, tenorem qui sequitur continentes: 'A touz iceus qui ceste lettere verrunt ou horrunt Florence counte de Hoyland — — Norham le Mardi prochain apres le ascensioun, le* Iun. 5. *an de grace* 1291'. *'A tous iceus que ceste presente lettre verrount ou horrunt Florens*[h] *counte de Hoylande — — Norham le Mekerdy apres le ascensioun, le an de grace* 1291'. Iun. 6. *Unde vobis mandamus, quod eadem faciatis in cronicis vestris ad perpetuam*[i] *rei geste memoriam annotari. Teste W.*[9] *de Marchia thesaurario nostro apud Westmonasterium nono die Iulii,* Iul. 9. *anno regni nostri* 19. *Per breve [de*[k]*] privato sigillo.* . . . . . .

Postea eodem anno missus est a sede apostolica in regnum Anglie episcopus Tripolitanus[10].

Anno Domini 1292. Obiit papa Nicholaus die sancti Ambrosii. . . . Vacavit sedes 1292. Apr. 4. Romana per biennium. . . . . . .

Anno Domini 1294. . . . Celestinus papa successit Nicholao. . . . Bonefacius papa successit Celestino, qui se ipsum deposuerat et ad cellam suam redierat.

Anno Domini 1295. Venerunt duo cardinales[11] apud Londonias ad tractandum de pace inter duos reges[12] prenominatos. Rex autem Anglie, rediens de Wallia, predictis cardinalibus apud Londonias breve dedit responsum, videlicet quod pacem libenter voluit, si terre sibi iniuste ablate plenarie restituerentur, et transgressiones sibi facte rationabiliter emendarentur, et hoc cum consilio et favore domini regis Alamanie, cum quo fedus inierat, quod sine ipso nullatenus pacem componeret. Predicti vero cardinales, audito tali responso, celeriter remeaverunt. . . . . . .

Anno Domini 1297, 12. Kal. Septembris[13] rex Edwardus partim contra voluntatem Aug. 21. comitum et magnatum cum paucis transfretavit in Flandriam. Et primo receptus est apud Briges et deinde apud Gaunt, ubi in utraque villa parabantur ei insidie; sed gratia Dei eum protegente, libere semper illesus permansit et de adversariis suis triumphavit. . . . Obiit dominus Gilbertus de Gaunt in mari, revertens de domino rege de Flandria, et sepultus est apud monasterium de Bardenaya[14]. Dominus rex Anglie, acceptis induciis per triennium sub forma pacis cum domino rege Francie, circa mediam quadragesimam, scilicet in cra- 1298. stino sancti Gregorii pape, reversus est in Angliam; et applicuit[15] apud Sandewiche in bona Mart. 13. prosperitate. . . . . . .

a) *a.* 1276—1290. *desunt c.* b) 1290. *corr. Howlett, cum primae notae ad hunc annum pertineant.* c) Quidam *c.* d) Anno 1291. *hic supplet Howlett.* e) vendicates *c.* f) *sic c.* g) thesauraria nostra *Ann. Waverl., alii.* h) Florens *c.* i) perpetue *c.* k) *suppl. Howlett.*

1) Edwardi I. 2) Margareta. 3) Iohanni. 4) Iohannis. 5) Cf. tabulas ap. Rymer I, p. 731. 734. 739. 6) Grosseto in Tuscia; cf. Ann. Dunstapl. III, p. 365. 7) Cf. SS. XXVII, p. 464. 470. 512; supra p. 487. 8) Qui eo anno sederit, e Monastico Angl. non apparet. 9) Willelmo. 10) Bernardus II, de quo cf. Röhricht, 'Zeitschr. des Paläst. Ver.' X, p. 33. 11) Berardus Albanensis et Simon Praenestinus episcopi. 12) Angliae et Franciae. 13) Potius Aug. 23. 14) Bardney in Lincoln com. 15) Mart. 14.

# EX THOMAE DE ECCLESTON LIBRO DE ADVENTU FRATRUM MINORUM IN ANGLIAM.

*Thomas de Eccleston, cuius nominis loci complures in comitatibus Cestriae et Lancastriae inveniuntur, a.* 1225. *vel paullo post,* adhuc existens in habitu seculari, ipse vidit[1] *fratres Minores e Francia in Angliam intrantes. Tum, inter a.* 1232.[2] *et* 1248.[3] *s. Francisci regula suscepta, theologiae* Oxoniae studuit[4] *et aliquando in conventu Londoniensi*[5] *vitam austeram degit. Ad librum de adventu fratrum Minorum, quem inter a.* 1264.[6] *et* 1274.[7] *terminavit, fere a.* 1257.[8] *scribendum aggressus, spretis, si primam Vitam s. Francisci*[9] *excipis, historicis litteris, ut praedicator popularis neque sermonem elegantem neque iudicium subtile neque temporum ordinem accuratum affectans, quae vel ipse viderat vel per testes medios de Francisco*[10] *et fratrum Minorum, imprimis Anglicorum, primordiis audiverat omnia, et salse dicta et insulsas fabellas, simpliciter posteritati tradenda collegit. Inter quae permulta alibi non inventa habentur, quae historiam ecclesiae, litterarum morumque aevi XIII. illustrant.*

1) *Codex olim conventus Dunelmensis, iam Capituli* E b o r a c e n s i s, *mbr., saec. XIV in. vel medio*[11] *in Anglia septentrionali exaratus, sub finem humore corruptus est*[12].

2) *Olim* liber de conventu[13] Hereforde, *mbr., saec. XIV med. diversis manibus ex eodem apographo mendoso*[14], *ex quo* 1 *provenit, descriptus est; in cuius marginibus compluribus locis exstat verbum* Incidens, *quod* 1 *deest, vel sententiae integrae scriptae sunt, quas* 1 *in contextu habet; itaque* 2 *potius quam* 1 *formam autographi ab auctore*[15] *adaucti, etiam fere ubique meliores lectiones servare mihi videtur. Iam*[16] *lacer et in duas partes discissus est:*

1) Collatione 5. 2) Iam tunc, si epistolam, ubi verba *per* 25 *annos* (v. infra p. 561, l. 14) exstant, ante opus inceptum scripsit. 3) Cum Willelmo de Nottingham, a. 1240—1249. provinciali Angliae, familiariter collocutus est; v. infra p. 568. et p. 9. ed. Brewer. 4) P. 39. 5) P. 9. 17. 6) V. infra p. 564, n. 5. 7) V. infra p. 568, n. 11. 8) Series generalium ante Bonaventuram (a. 1256), provincialium ante Iohannem de Stamford abrumpuntur (coll. 12 sq.); Simonis de Monte-forti, Minorum fautoris, vel s. Bonaventurae vel eius Vitae s. Francisci nulla fit mentio; numerus Minoritarum, quamvis postea tantopere auctus sit, nonnisi quantus a. 1256. fuerit, (p. 10) indicatus est; ubi uterque Adam Anglicus commemoratur (p. 15), alter *sanctae memoriae* vocatur, alter igitur, Adam de Marisco, qui a. 1258. mortuus est, adhuc superstes fuisse videtur. — Thomam multo post scripsisse, G. Voigt, 'Abh. der Sächs. Ges. der Wiss.' XII, p. 438, ex eo quod cum Registro Minorum Londoniensi (ed. Brewer p. 493) convenit, minus recte coniecit, quippe quod uno tractu ad a. 1354. perductum, manifesto ex Thoma haustum sit. 9) Auct. Thoma de Celano; appendicem autem Trium sociorum non novit. 10) De eo ab ipsius sociis multa comperit, quae alibi frustra quaesivi; v. infra p. 561 sqq. 566. et ed. Brewer p. 19. 37. 58. 11) Specimen scripturae praebet Brewer. 12) Atramentum iam saec. XVIII in. palluerat (Brewer p. LXIII); tamen adhuc omnia, pagina postrema excepta, legi possunt. 13) Minorum; ita ed. Brewer p. 559. 14) Non ex 1 descriptus est; v. nomina melius in 2 servata ap. Howlett p. 18. et Brewer p. 44, n. 2. Saepe iidem errores offendunt, ut p. 13. ed. Howlett *latinum* pro *lascivum.* 15) Qui forte postea collationem 3. in duas distinxit, unde numeri differunt. 16) Certe ante a. 1733; Howlett p. XLVI.

*$2^a$) Dom. Caroli Isham in* L a m p o r t  H a l l *continet fragmentum a collatione* 1 *media incipiens et in* 6 (7) *desinens.*

*$2^b$)* M u s e i  B r i t a n n i c i *Cottonianus Nero A IX, f.* 75'. *exhibet finem operis inde a coll.* 8 (9).

*Editio princeps in Serie Rotulorum inter Monumenta Franciscana Lond.* 1858. 8°. *prodiit, curante Brewer, qui, praefatione doctrina ingenioque plena praemissa, codices* 1 *et* $2^b$ *adhibuit. Fragmentum* $2^a$ *postea demum inventum praelo mandavit Howlett, Mon. Franc. II, p.* 7, *a.* 1882. *Ex his libris iterum opus editum est inter Analecta Franciscana ed. Coll. S. Bonaventurae I, p.* 217, *a.* 1885[1]. *Haec excerpta, codice* 1 *a v. d. J. Raine canonico Eboracensi benigne collato, et* $2^b$ *a me ipso evoluto, ad codicis* 2 *potissimum fidem recensui.* ***F. L.***

In dulcedine domini et salvatoris nostri Ihesu Christi predilecto patri suo fratri Simoni de Esseby suus frater Thomas consolationem Spiritus sancti. . . . Communico vobis collationes, quas a karissimis nutritiis et coalumpnis meis per 25 annos consecutum fuisse me gaudeo[a], ad honorem eius in quo sibi Deus Pater complacuit, Christi dulcissimi Dei et domini nostri.

C o l l a t i o 1. D e  p r i m o  a d v e n t u  f r a t r u m  M i n o r u m. Anno Domini 1224, tempore domini Honorii pape, scilicet eodem anno[2] quo confirmata est ab eo regula beati Francisci, anno domini regis Henrici, filii Iohannis, 8, feria 3. post festum nativitatis beate virginis, quod illo anno fuit die dominica, applicuerunt primo fratres Minores in Angliam apud Dovoriam[b], quatuor scilicet clerici et quinque laici. Clerici fuerunt isti: primus frater Agnellus[c] Pisanus, ordine diaconus, etate circiter tricenarius[3], qui a beato Francisco in proximo capitulo generali destinatus erat provincialis minister in Anglia; fuerat siquidem custos Parysiensis et ita prudenter se gesserat, ut tam fratribus quam secularibus famose sanctitatis merito plurimum complaceret. . . . . . .   1224. Sept. 10.

Laici vero fuerunt hii: primus frater Henricus de Terviso[d. 4], natione Lumbardus, qui pro merito sanctitatis et discrecionis precipue postea factus est gardianus Londonie, qui et, completo laboris sui cursu in Anglia, multiplicato iam fratrum numero, in patriam suam rediit. Secundus erat frater Laurencius de Belvaco oriundus, qui laboravit in principio in opere inexhausto secundum decretum regule, et post ad beatum Franciscum regressus, ipsum videre frequenter et eius colloquiis consolari meruit; tunicam denique suam sibi pater sanctus liberalissime contulit, benediccione dulcissima letificatum in Angliam remisit. Qui post multos labores per merita patris eiusdem, ut estimo, ad portum quietis Londoniam applicuit, ubi nunc desperabili languore[e] detentus finem tam diutine fatigacionis expectat. Tertius fuit frater W. de Florencia[f], qui post receptionem fratrum cito in Franciam rediit. Quartus fuit Melioratus; quintus frater Iacobus Ultramontanus, in caparone[5] probacionis adhuc novicius. . . .[g] . . .

C o l l a t i o 2. D e  p r i m a  d i v i s i o n e  f r a t r u m. . . . Dominus Iohannes Travers[6] primo recepit fratres apud Cornhull[h. 7] et locavit eis domum. Et factus est[i] gardianus laicus quidam Lumbardus Henricus[k] nomine, qui tunc primo de nocte didicit literas in ecclesia sancti[l] Petri de Cornhull[h] et postea factus est[i] vicarius Anglie, dum frater Agnellus[c] proficisceretur[m] ad capitulum generale[8]. . . . . .   Incidens.

C o l l a t i o 3. D e  r e c e p t i o n e  n o v i t i o r u m. F r a t e r  S a l a m o n. . . . Postea accepit eum[9] gutta in uno pede, unde languit Londonie per duos annos, ita quod vix unquam nisi portatus[n] movere potuit. In hac infirmitate visitari meruit a sancte memorie

a) gaudio 1. b) Dovoria 1. c) Angn. 1 *semper.* d) Cerv. 1. e) langore 1. f) Florenca 1. g) *incipit* $2^a$. h) Cornhulle 2. i) *deest* 1. k) H. n. *des.* 1. l) beati 1. m) proficisser. 2. n) se *suppl. edd.*

1) Ubi perpauca tantum annotationibus explanata sunt. 2) A. 1223, Nov. 29; Potthast, Reg. nr. 7108. 3) 30 annorum. 4) In Registro Minorum London. (ed. Brewer in eodem volumine p. 493) *frater Henricus Detrenizo, natione Lumbardus, laicus* vocatur, ubi vix dubium est quin *de Treciso* legendum sit. 5) Cuculla, brevior capa, 'loco caputii solummodo fratribus professis concessi' ANAL. FRANC. 6) Tunc vicecomes Lundinii, a. 1224 ex. 7) Cornhill, vicum Lundinii. 8) V. infra coll. 8. 9) Salomonem.

fratre Iordano, magistro tocius ordinis Predicatorum[1], qui dixit ei: 'Frater, non verecunderis, etsi[a] Pater domini Ihesu Christi trahat te ad ipsum per pedem'. . . . . . .

Quintus[2] igitur fuit iste frater Philippus, Londonia oriundus, ordine sacerdos, qui postea gardianus Brugensis factus et officium predicacionis adeptus, plurimos lucrifecit. Postremo missus est in Hiberniam et ibidem feliciter migravit ad Dominum. . . . . . .

Collatio 5. Predicatorum promotio. . . . Promovit autem plurimum predicantes et auctoritatis eis et fame fomenta prebuit adventus fratris Haymonis de Faveresham[3], qui cum tribus aliis magistris apud Sanctum Dionisium in die parasceues, ordine[b] sacerdos et famosus predicator, intravit. . . . Accesserunt ergo quatuor isti ad ministrum[4], fratrem scilicet Gregorium de Neapoli, et ab eodem recepti, apud Sanctum Dionisium . . . cum gaudio magno induti sunt. . . . . . .

Iste[5], ut predictum est, primo quando[c] venerunt fratres in Angliam, venit et ipse; et tam in predicacionibus quam in disputacionibus et precipue[d] prelatorum favore plurimum simplicitati primitivorum fratrum contulit. Fuit enim ita graciosus et eloquens, ut etiam adversantibus ordini gratus et acceptus existeret. Unde primo custos Parisius, postea
1233. lector Turonis est[e] positus et Bononie et Padue. In legacionem quoque in Greciam ad Vatacium una cum bone memorie fratre Radulpho de Remis a pie memorie papa Gregorio missus est[6]. Hic fratrem Gregorium de Neapoli, prius ministrum Francie, meritis suis exigentibus, a ministerio fecit amoveri et iusto Dei iudicio, solutis hiis quos ipse iniuste incarceraverat, fecit incarcerari[f]. Fratrem quoque Eliam[g], qui minister generalis erat, propter scandala que fecit et tirannidem, quam in zelatores ordinis exercuerat[h], in presentia patris nostri Gregorii[i] pape, appellantibus, procurante eo, contra ipsum plurimis provinciis, miro Dei fervore deiecit[k, 7]. Quis vero de suis meritis presumere, quis de se tutus esse possit, cum tales personas ad tantam calamitatem pervenisse[l] cognoverit? Quis enim Gregorio in predicacione vel prelacione, in universitate Parisius vel clero tocius Francie comparabilis? Quis in universo christianitatis orbe vel graciosior vel famosior quam Elias? Et tamen unus in fine meruit perpetuum carcerem, alius propter inobedienciam et
1239. apostasiam[8] suam[m] summi pontificis excommunicationem[9]. Uterque tamen, licet sero, penituit[10]. . . . . . .

Frater Henricus de Burforde[n] . . . diu patriarche Antiocheni[o, 11] in legacione sua in Lumbardia primo[p] interpres et predicator extitit et post domini Gregorii[q] pape noni penitentiarius custosque Veneciarum. . . . . . .

Venit quoque in Angliam tunc temporis frater Martinus de Barton[r], qui beatum Franciscum frequenter videre meruit, qui postea vicarius fuit ministri Anglie et in multis aliis officiis optime se habuit. Ipse narravit, quod in capitulo generali, in quo precepit sanctus Franciscus destrui domum, que fuerat edificata propter capitulum, fuerunt quinque milia fratrum[12]. Frater vero suus secundum carnem fuit senescallus capituli et defendit[s] domum ex parte communitatis.

Et per ipsum scripsit beatus Franciscus propria manu literam, sub divo in pluvia non madefactus, ministro et fratribus Francie, ut visis literis iubilarent, laudes divine[t] Trinitati dicentes: *Benedicamus Patrem et Filium cum Spiritu*[u] *sancto*[13]. Eodem quoque die pater idem fratrem, qui in puteum profundum ceciderat, fugiens, audito rumore, in ecclesiam, fusa oratione illesum servavit[14]. Dixit etiam, quod frater quidam, qui stetit

a) si 1. b) ordinem *corr. proponit Brewer.* c) priusquam *pro* pr. q. 1. d) in *add.* 1. e) et B. et P. pos. est 1. f) relevari 2. g) *ita* 1; Helyam 2 *semper.* h) exercuit in Anglia socius, in pres. 1. i) p. G. 1. k) prodeiecit 1. l) devenisse 1. m) *deest* 1. n) Burford 2. o) Antiocheno 1. p) *deest* 2. q) p. G. 1. r) Bartona 2. s) descendit 1. t) divino 2. u) s. Sp. 1.

1) De morte huius Saxonis v. supra p. 137. Ut Minores laudaverit, narrat noster etiam p. 20. 22. 2) Ordinem in Anglia ingressorum. 3) A. 1239. generalis minister Minorum, obiit a. 1244. 4) Franciae; Wadding II, p. 149. 5) Haymo. 6) Cf. Potthast, Reg. nr. 9198. 7) V. infra p. 564. 8) Gregorius IX. de *Elia et Henrico apostatis assumptis* Fridericum II. accusavit, Huillard-Bréh. V, p. 777. 9) Cf. supra p. 182. 10) Elias obiit a. 1253; Winkelmann, 'Forsch. zur Deutsch. Gesch.' XII, p. 541. 11) Alberti a. 1235. in Lombardiam missi. 12) Tot a. 1221. Assisium 'ad capitulum storearum' convenisse probat Voigt p. 489. 13) Inter s. Francisci opera ed. de la Haye I, p. 18. exstat oratio hunc versum continens; epistolam in Franciam missam invenire non potui. 14) Neque hoc nec sequens miraculum habent qui Vitam b. Francisci scripserunt.

in oratione Brixie[1] in die natali Domini in terremotu[a], quem predixerat sanctus Franciscus 1223. Dec. 23. et per omnes scolas Bononie per fratres predicari fecerat per literam[2], in qua fuit falsum[b] Latinum — et ecclesia corruit —, sub ruina lapidum illesus inventus est. Hic terre motus ante guerram Frederici per continuos 40 dies factus est, ita ut moverentur omnes montes Lumbardie. . . .[c] . . .

Collatio 7. De capitulo visitatorum. Factum est autem post hec, ut mitterentur speciales visitatores in Angliam, qui causa visitacionis capitula celebrabant: . . . tertius autem visitator venit a latere generalis ministri fratris Helie, sub fratre Alberto[3], frater Wygmundus Alemanus, vir valde famosus in pericia iuris et morum honestate conspicuus et domino Ottoni[d] cardinali[4], qui tunc[b] legatus erat in Anglia, familiarissimus. Hic tam districtam formam et tam exquisitam a ministro generali acceperat, . . . quod tanta fuit vero conturbacio fratrum, qualis nunquam in ordine fuerat. . . . . . .

Ergo omnibus ubique turbatis, turbatus et ipse non modicum rediit in Alemanniam, secum habens seriem sue visitacionis. Frater autem Willelmus[e] de Esseby, quem visitandi gracia miserat in Hyberniam, omnibus utcumque peractis, profectus est ad eum Coloniam. Igitur cum venissent fratres Romam, inpetraverunt, ut fratres de cetero in suis locis visitarentur per capitulum generale, secundum quod se habet constitucio de visitatoribus. Dixit vero frater Arnulfus penitenciarius domino pape, quod, si diabolus fuisset incarnatus, non invenisset subtiliorem et forciorem laqueum ad illaqueandas animas quam fuit illa visitacio. . . . . . .

Collatio 8.[f] De[g] divisione Anglie[h] in administrationes. . . . Frater Iohannes de Kethene[i] . . . cum per plures annos provinciam Scocie probabiliter rexisset, reconiuncta provincia Anglie, a ministro generali fratre Alberto minister Hybernie creatus est[6]. Ipse quoque, quod dignum memoria duxi, in capitulo generali Ianuensi bone memorie 1244. fratri Willelmo de Notingham, ministro Anglie, una cum fratre Gregorio de Bossellis[k] constanter astitit; ubi fere contra totum[l] generale[m] capitulum feliciter obtinuerunt[n], ut privilegium indultum a domino papa de recipienda pecunia per procuratores penitus destrueretur, et expositio regule secundum dominum Innocentium[7], quantum ad ea in quibus laxior est quam Gregoriana[8], suspenderetur. Ipse quoque verbum fecit pro reconciliacione fratris Helie inter omnes diffinitores generalis[o] capituli[p] et obtinuit, ut moneretur per fratres, ut ad obedienciam ecclesie et ordinis redire non differret. . . . Cum igitur circiter viginti[q] annos minister extitisset, in capitulo Metensi, in quo et frater Willelmus[9] minister Anglie 1249. absolvebatur, absolutus est. . . . . . .

Collatio 10.[r] De promotione lectorum. . . . Usque adeo fama fratrum Anglie et profectus in studio aliis etiam provinciis innotuit, ut minister generalis, frater Helyas[10] mitteret pro fratre Philippo[s] Walensi et fratre Adam de Eboraco, qui Lugduni legerant. . . . . .

Quidam[t] lector egregius, qui mecum[u] studuit Oxonie, . . . postea, crescente fama probitatis sue, ad partes Lumbardie a ministro generali vocatus et in ipsa curia pape pro magno[v] habitus extitit. . . . . . .

Collatio 12.[w] De successione ministrorum generalium. Primus autem minister[11] generalis post beatum Franciscum fuit frater Helias, qui fuerat scriptor Bononie. 1226. Cui successit frater Iohannes Parens de Florencia[x] minister Hispanie[y], vir sapiens et reli- 1227.

a) teremo 1. b) f^m 2 (factum *An. Fr.*; fatum divinum *nulla clausa emendandum proponit Howlett*); plm̄ 1; plurimum *Br.* c) *desinit* 2^a. d) Occoni 1. e) W. 1. f) 9. 2^b, *qui hic incipit.* g) Divisio 1. h) *deest* 1. i) Ketene 1; Kechene *Leland.* k) Bosellis 2; Bossel' 1. l) cā *add., sed expunct.* 2. m) c. g. 1. n) obtinuit 1. o) *deest* 1. p) set 1. q) decem 1. r) 11. 2. s) Phyl. 2. t) *haec in marg.* 2. u) meus 2. v) mag^o 2. w) Collatio tercia decima 2. x) de Fl. *des.* 1. y) Ysp. 2.

1) Cf. Ann. Veron., SS. XIX, p. 6; Salimbene ed. Parm. p. 6; Memor. pot. Reg., Muratori, SS. VIII, col. 104; Sicardi Chron., ib. VII, col. 626. 2) De qua alibi nihil inveni. 3) Pisano, provinciali Angliae c. a. 1236—1239. 4) Diac. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano. 5) A. 1237—1240. 6) A. 1239; infra p. 565. 7) Potthast, Reg. nr. 11962. 8) Ib. nr. 8627. 9) De Nottingham. *A ministro Francie frater Ada* de Marisco, doctor Oxoniensis Franciscanus, petiit, ut *N. de Anivers* [al. *Aynelers,* Antwerpen?] *in administratione Anglie studiis valeat invigilare* epist. 214. ed. Brewer, Mon. Francisc. p. 379. 10) Itaque inter a. 1230. et 1239. 11) Vicarius tantum tunc fuit, et Iohannes *generalis* a. 1227. s. Francisco successit; cf. Iord. de Yane ap. Voigt p. 498; Seriem gen., SS. XIII, p. 392; Bern. a Bessa ap. Ehrle in 'Zeitschr. für kath. Theol.' VII, p. 339, unde Thomas corrigendus est.

giosus et summi rigoris. Quo per fautores fratris Helie absoluto, iterum factus est gene-
1230. Mai. 25. ralis frater Helias. In capitulo siquidem in quo facta est translacio sancti Francisci volue-
runt ipsi quos ad capitulum concesserat venire frater Helias — nam omnes concessit illuc
venire qui vellent — contra ministros provinciales ipsum fecisse generalem; unde[1] et ac-
ceptum a cella sua portaverunt eum[a] manibus ad ostium[b] capituli, et fracto ostio[b], voluerunt
eum collocare in loco ministri generalis. Quod videns generalis frater Iohannes, coram toto
capitulo se nudavit; et sic demum[c] confusi post maximam turbacionem cessaverunt. Nam
nec[d] sanctum Antonium[2] audire voluerunt nec aliquem ministrum provincialem. Credidit
autem populus, quod esset discordia, quia corpus sancti Francisci tertia die antequam
fratres convenissent, translatum erat. Quinque vero milites novicii, qui sederunt in capi-
tulo et omnia viderunt, flentes dixerunt, quod ad magnum bonum ordinis proveniret illa
turbatio, quia ordo nullum posset inordinatum[3] tenere. Et sic accidit; quia[e] omnes illi
turbatores ad agendam penitenciam per diversas provincias missi sunt. Frater vero Helias,
divertens ad quoddam heremitorium, permisit sibi crescere comam et barbam et per hanc
simulacionem sanctitatis ordini et fratribus reconciliatus est.

Ab hoc capitulo missi sunt ad papam Gregorium pro exposicione regule[4] nuncii sol-
lempnes cum ministro generali, scilicet sanctus Antonius, frater Gyrardus[f] Russinol,
domini pape penitentiarius, frater Haymo, qui postea fuit[5] generalis minister, frater Leo,
qui post[6] fuit archiepiscopus Mediolanensis, frater Gyrardus de Mutina[7], frater Petrus de
Brixia[g]. Retulerunt etiam pape, quale scandalum fecisset frater Helias — quia minister[h] gene-
ralis revocaverat mandatum suum[8], ne scilicet possent fratres omnes venire ad capitulum
qui vellent — et insuper, quod[d] indignatus ex hoc, priusquam fratres convenissent, fecisset
translationem fieri. Qui satis motus ad hoc, quousque audiret, quod in heremitorio tam
singularem vitam duceret, valde offensus extitit erga eum. Consequenter tamen in capi-
1232. tulo Reatino, absoluto fratre Iohanne Parente, concessit, ut fieret ipse generalis[b], et pre-
cipue propter familiaritatem quam habuerat cum beato Francisco. Postea cum propter
carnalitatem et crudelitatem suam totum turbaret[i] ordinem, appellacionem movit contra
eum frater Haymo Parisius; et, ipso invito, ad celebrandum capitulum generale convene-
runt multi ministri provinciales et fratres probatissimi Cismontani, procurante factum
ordinis in curia fratre Arnulfo, penitentiario domini pape Gregorii noni. Igitur post diuti-
nam concertacionem electi sunt de universo ordine fratres, qui ordinis reformacionem pro-
1239. viderent. Qua provisa, recitata fuit in capitulo generali coram papa, in quo fuerunt 7 car-
dinales. Post predicationem vero pape, que erat de[d] statua aurea quam vidit Nabugodonosor,
Dan. 2, 29. et thema: *Tu, rex, cogitare cepisti, quid esset,* incepit frater Helias se excusare, dicens, quod
fratres, quando elegerunt eum[d] in generalem, dixerunt, quod vellent, quod comederet aurum
et haberet equum, si hoc requireret sua[k] debilitas, et modo ita gravabantur et scandalizabant
eum. Et cum vellet ei[d] respondere frater Haymo, non concessit papa, donec dominus
Robertus de Sumercote[l] cardinalis[9] dixit ei: 'Domine, iste est senex vir; bonum est, ut
audiatis eum, quia breviloquus[m] est'.

Stetit ergo frater Haymo quasi timidus et tremebundus; frater vero[n] Helias sedit inconcussus in omnibus, ut videbatur, et imperteritus[o]. Incepit autem frater Haymo breviter commendare dicta sua sicut reverendi patris; et consequenter[p] intulit[q], quod, licet dixissent fratres, quod vellent, quod comederet aurum, non dixerant, quod vellent, quod haberet thesaurum. Insuper, licet dixissent, quod vellent, ut haberet equum, non dixerant, quod vellent, ut haberet palafridum vel dextrarium[q, 10]. Et statim frater Helias, fractus impatientia, dixit palam, quod menciebatur; et fautores sui incipiebant similiter conviciari et succlamare; et alii ex parte contraria similiter contra eos. Tunc motus papa precepit, ut silerent, dicens: 'Non est modus religiosorum iste'. Tunc diucius sedens papa quasi in silencio et meditacione, omnes in stuporem convertit. Interim suggessit dominus Reginaldus[11], protector

a) cum 2. b) host. 2. c) deinde 1. d) *deest* 1. e) quod 1. f) Gir. Rusinol 2. g) Brigia 1. h) minister *add., sed expunctum* 2. i) *corr. ex* turbavit 2. k) eius 1. l) Somerton 1. m) brevilocus 1. n) H. v. 2. o) *sic* 1. p) contra 1. q) destr. 2.

1) Haec exscripta sunt in Cron. gener. Min. ap. Frey, 'Vierteljahrsschr. für .. Renaissance' II, p. 239 sq. 243. 2) De Padua. 3) V. infra p. 566. 4) Cf. Potthast, Reg. nr. 8627. 5) A. 1239—1244. 6) A. 1241—1263. 7) De quo cf. Wadding III, p. 109. 213. 276. 8) Eliae; v. supra l. 3. 9) De quo v. supra p. 186. 223. 10) Cf. Salimb. p. 400. 409 sq. 11) Postea Alexander IV. papa.

ordinis, palam fratri Helie, ut resingnaret[a] in manibus pape; qui publice respondit, quod 1239. noluit. Tunc papa, primo comendans[a] personam suam et recitans familiaritatem quam cum sancto Francisco habuerat, conclusit, quod crediderat, quod placuisset fratribus ministerium suum; sed ex quo non placuit, sicut tunc probatum fuit, absolvendum[b] eum decrevit. Et statim absolvit eum a ministerio generali[1]. Factum est autem[c] tam immensum gaudium et[d] ineffabile, quale nuncquam dixerunt[e] se vidisse qui interesse meruerunt.

Igitur ingressus solus papa cellam quandam, vocavit ministros et custodes ad eleccionem et, priusquam scriberentur, vota singulorum audivit. Et cum canonice fuisset[e] electus frater Albertus Pisanus, minister Anglie, frater Arnulfus penitentiarius, qui precipue totum negocium promoverat, eleccione pronunciata, incepit *Te Deum laudamus*. Et quia frater Helias, ut dicebatur, nunquam fuerat professus regulam bullatam[2], unde et conscienciam habuit recipiendi pecuniam, statim provisum est, ut ipse[f] profiteretur, et in eadem forma totum capitulum et consequenter[g] totus ordo. Et sic factum est. Igitur celebrata missa a ministro generali, dixit idem fratribus qui non erant de capitulo: 'Iam audistis primam missam, que unquam[h] celebrata[i] fuerit in ordine isto a ministro generali. Eatis nunc cum benedictione Ihesu Christi ad loca vestra!' In ipso capitulo factus fuit[e] frater Haymo minister tocius Anglie, et frater Iohannes de Ketene, qui fuerat minister Scotie[k], factus est minister Hibernie.

Post hoc frater Helias, electo ad morandum loco de Cortona[l, 3], contra generalem prohibicionem generalis ministri sine licencia accessit ad loca Pauperum dominarum; unde sentenciam[m] latam a domino[n] papa videbatur incurrisse. Mandavit autem ei frater Albertus, ut veniret ad eum gratia absolucionis optinende vel saltem occurreret ei apud aliquem locum medium. Quod cum facere dedingnaretur, pervenit verbum ad papam; et cum papam perpenderet velle, ut generali ministro sicut alius quilibet frater obediret, non ferens ipse humiliacionem suam, quippe qui obedire non didicerat, ad partes Frederici[o] se transtulit. Unde non immerito a papa puplice[a] excommunicatus est.

Igitur frater Albertus, laudabiliter in ministerio generali se gerens[p], corrigendo excessus predecessoris sui ultra montes, ubi maior facta fuerat ordinis deformacio, [dum[q] vixit, semper] se tenuit. Mortuus est autem Rome feliciter, super omnes nationes Anglicos in zelo 1240. sui ordinis commendans.

Successit autem ei frater Haymo Anglicus. . . . . . .

Mortuus est autem frater Haymo Anagnie[r]. Ad quem etiam, cum decumberet, visitan- 1244. dum dominus papa Innocentius IV.[4] venire dingnatus est.

Huic autem successit frater Crescentius, medicus famosus, minister Verone[s, 5], cuius zelum inflammavit caritas, informavit scientia, confirmavit constancia. Nam tam contrarios sibi[t] habuit fratres provincie sue, ut in ipsa nocte capituli generalis, in quo electus erat, post querelam suam quam fecerat zelatoribus ordinis de rebellione fratrum suorum, videret eum unus frater in visione tonso[u] capite, barbam canam habentem dependentem usque ad cingulum suum, et audivit vocem de celo factam super eum in hec verba: 'Iste est Mardocheus[v]'. Igitur cum audisset frater Radulfus Remensis[w] visionem, dixit statim: 'Pro certo ipse erit electus[x] hodie in generalem'. Cum autem fideliter et prudenter aliquamdiu ministrasset, impetravit absolucionem suam et postea factus est episcopus[6] civitatis de qua 1247. oriundus[y] erat.

Huic quoque successit frater Iohannes de Parma, lector, qui Sententias[7] cursorie legerat Parisius, precipuus zelator ordinis; qui venit in Angliam tempore fratris Willelmi[z] de Notingham[8], et provinciale capitulum celebravit Oxonie et fratres ad unitatem revocavit, qui precedere ceteros in sentenciis singularibus inceperant. Hic obedienciam et honestatem Anglicorum in omnibus provinciis predicavit. Ipse fratres Parisius personaliter in universitate, professionis simplicitatem protestans, revocata appellacione quam fecerant, reconciliavit. Ipse ut vicissim generale capitulum ultra montes et citra celebraretur[a], ordi-

a) *sic* 1. b) ad solvendum 1, *ubi* eum *deest.* c) *deest* 1. d) et in. *des.* 1. e) fuit 1. f) p. i. 1. g) continuo 1. h) *corr. ex* nunquam 2. i) fuit cel. 1. k) S. f. est m. *des.* 1. l) Cortune 1; Cortona, *sed* a *expunct.* 2. m) sentencias latas 1. n) *deest* 2. o) Aretinas 2. p) in *add.* 1. q) dum v. s. *des.* 2. r) An. Ad q. e. c. d. *alia manu in loco antea vacuo relicto scr.* 2. s) Veronie 1. t) h. s. 1. u) tunso 2. v) Marid. 1. w) de Remis 1. x) h. e. 1. y) e. o. 1. z) W. 1. a) celebrare 1.

1) Mai. 16. 2) V. supra p. 561, n. 2. 3) A. 1240, m. Ian. Fridericum II. Cortonae Eliam vidisse, coniicit Winkelmann p. 541. 4) Fortasse tempore quo Minoritis Anagniae a. 1243, Oct. 7. 9. privilegia dedit. 5) *Marchiae* Wadding III, p. 101. 6) Assisii; cf. Potthast, Reg. nr. 12799 sqq. 7) Petri Lombardi. 8) Provincialis Angliae a. 1240—1249.

1257. navit. Demum[a], non valens diucius pondus portare ministerii generalis, a domino papa Alexandro IV, ut cedere posset, optinuit. Dixit autem idem pater, quod, cum ex duobus parietibus construatur edificium ordinis, scilicet moribus[b] bonis et scientia, parietem scientie fecerunt fratres ultra celos et celestia sublimem, in tantum ut quererent, an Deus sit; parietem vero morum permiserunt ita bassum[c] esse, ut pro laude magna dicatur de fratre: 'securus homo est'; unde non convenienter videbantur edificare. Voluit autem, ut fratres reverentia[d] sue[e] religionis et publicis meritis se pocius tuerentur erga prelatos et principes quam apostolicis privilegiis et ut essent minores inter omnes humilitate et mansuetudine. . . . . . .

Incidens. Frater[f] Iohannes de Parma[1], minister generalis, in pleno capitulo generali Ianue precepit fratri Bonifacio[2], qui fuerat socius sancti Francisci, ut diceret fratribus de stigmatibus[g] suis veritatem, quia multi de hoc[h] per orbem dubitabant. Et respondit cum lacrimis: 'Isti oculi peccatores ea viderunt; et iste manus peccatrices contrectaverunt ea'. Sed et frater Leo, socius sancti Francisci, dixit fratri Petro, ministro Anglie[3], quod apparicio Seraphin facta[i] fuit sancto Francisco in quodam raptu contemplacionis, et satis evidencius quam scribatur in Vita sua[4], et quod multa fuerunt[k] tunc sibi[l] revelata, que nulli viventi unquam communicavit. Verumtamen dixit fratri Rufino, socio suo, quod, cum a longe videret angelum, nimis territus fuit, et[l] quod eum dure tractavit; et dixit ei, quod ordo suus duraret usque ad finem mundi, et [quod[m]] nullus male voluntatis diu durare posset[n] in ordine, et quod nullus odiens ordinem [suum[m]] diu viveret, et quod nullus veraciter amans ordinem suum malum finem haberet. Precepit autem sanctus Franciscus fratri Rufino, ut lapidem, super quem steterat[o] angelus, lavaret et ungeret oleo; quod et fecit. Ista scripsit frater Garinus de Sedenefeld ab ore fratris Leonis. . . . . .

Frater Albertus dixit, quod tria precipue sublimaverunt[p] ordinem: scilicet[m] nuditas pedum, vilitas vestimentorum et abiectio pecunie.

Frater Walterus de Reygate[5] dixit, quod revelatum fuit cuidam fratri in provincia sancti Francisci, quod demones[6] omni anno celebrant concilium[q] contra ordinem, et tunc tres vias adinvenerant, scilicet familiaritatem mulierum, recepcionem inutilium personarum et contrectacionem pecunie.

1224. Collatio 13.[r] De successione ministrorum provincialium. Primus igitur minister Anglie fuit frater Agnellus Pisanus, ut supra[7] dictum est, vir[l] prudentia naturali precipue preditus, omni virtute, ordine et honestate conspicuus. . . . . .

1234. Igitur frater Helyas, recepto nuncio, quod mortuus erat[8] frater Agnellus, . . . fere per annum ministrum eis mittere distulit; tandem, revocato quodam quem iam miserat, mandavit fratri Alberto Pisano, qui fuerat minister Hungarie, Alemannie, Bononie, Marchie Anconitane[s], [Marchie[m]] Trevisine[t] et Tuscie[u], ut proficisceretur in Angliam et ibi-
1235. Dec. 13. dem fratribus ministraret. Venit ergo in festo sancte Lucie in Angliam. . . . Igitur postquam
1238. per duos annos et dimidium Angliam nobiliter[v] rexerat, profectus est cum pluribus[w] electis contra fratrem Heliam; et post generale ministerium inter Anglicos Rome feliciter obiit. . . .

Collatio 14.[x] De speciali profectu quorundam fratrum. Postremo memorie commendandum credo, quod adhuc[y] viventibus plurimis, per quos plantata fuit vinea Minorum in provincia Anglicana, et in ipsa et in aliis[z] propagines sue creverunt in tantum, quod ad diversas dignitates et officia tam in ordine quam extra fratres proficerent, et ipsi precipue qui amplius se humiliaverant. Nam frater Nicholaus, qui, cum laicus esset, literas didicit in Anglia, postea confessor domini pape Innocentii IV. et postea[9] episcopus Assisii factus est[a]. . . . . . .

a) Deinde 1. b) b. m. 1. c) lassum 2. d) reverenciam 2. e) r. s. 1. f) Frater — *l.* 28. *in marg.* 2. g) stingm. 1. h) per o. de hoc 1. i) s. F. f. fuit 1. k) t. f. 1. l) *deest* 1. m) *deest* 2. n) possit 1. o) stetit 1. p) sublimaverant 1. q) consil. 1. r) 14. 2. s) Anchon. 2. t) Trevys. 2. u) Tusme 1. v) nobilius 1. w) fratribus 1. x) 15. 2. y) v. a. 1. z) alia 2. a) *abhinc in* 1 *humore corrupto quaedam vix legi possunt.*

1) Crescentius generalis a. 1244 ex. in capitulo Ianuensi Leoni, Angelo, Ruffino, ut s. Francisci Vitam quae trium sociorum vocatur (Acta SS. Oct. II, p. 723) scriberent, praecepit. Postea, Iohanne ministro, a. 1255. stigmata s. Francisci ab Alexandro IV. (Potthast, Reg. nr. 16077) comprobata sunt. 2) Hic inter testes stigmatum alibi non laudatur. 3) Successit Willelmo de Nottingham demum a. 1255; ed. Brewer p. 10: 2. *anno Petri, ab adventu in Angliam* 32. 4) Thomae de Celano Vita s. Francisci brevis dici videtur, Acta SS. Oct. II, p. 709, ubi Ruffinus lateris cicatricem contigisse narratur. 5) V. de eo supra p. 479. 6) Fabulam de daemonum concilio Minorum capitulum infestante alii quoque scriptores saec. XIII. narrarunt; cf. Wadding I, p. 292. 7) P. 561. 8) *Pro labore in marchia Wallie* (paullo supra) a. 1233 ex. habito; cf. Rog. Wendov. supra p. 69. 9) A. 1247; Wadding III, p. 173.

Frater Augustinus, bone memorie fratris Willelmi[a] de Notyngham germanus, primo domini Innocentii pape IV. familiaris, postea cum nepote eiusdem domino[b] patriarcha Antiocheno[1] in Syriam profectus, postremo[2] episcopus Laodicie factus[c] est. Hic retulit puplice in conventu Londonie, se fuisse apud Assisium in festo sancti Francisci; et fuit ibi[d] papa 1235. Oct. 4. Gregorius[3], et cum procederet ad predicandum, cantabant fratres: *Hunc*[3*] *sanctus preelegerat in*[e] *patrem* etc., et subrisit papa. Narravit autem papa in illa predicacione, qualiter apud Venecias duo heresiarche conversi sunt et missi ad ipsum cum literis cardinalium, qui ibidem[f] erant legati, continentibus, quod ambo illi heretici una nocte eadem hora viderunt dominum nostrum Ihesum Christum quasi in forma iudicii sedere cum apostolis suis et omnibus ordinibus qui sunt in mundo; sed fratres Minores nusquam viderunt, sed nec sanctum Franciscum, quem quidam legatorum in predicacione dixerat sancto Iohanni euvangeliste in stigmatum collacione prelatum; viderunt autem ipsum dominum Ihesum reclinantem se in gremio sancti Iohannis et ipsum se vicissim in suo. Cumque pro certo crederent hoc sibi ad confirmacionem sue opinionis ostensum — siquidem blasfemasse putabant legatum, et inde graviter scandalizabantur et predicacioni detrahebant —, ecce, dulcis Iesus aperuit manibus[g] eius[h] vulnus lateris sui, et apparuit sanctus Franciscus intra pectus suum apertissime; et clausit dulcis Iesus vulnus et ipsum totaliter inclusit interius. Igitur expergefacti heretici, cum in crastino sibi invicem obviassent, narraverunt sibi mutuo visionem, et cardinalibus puplice confessi, ad papam, ut dictum est, missi sunt et ab ipso plene reconciliati. Post predicacionem vero venerunt novi milites ad papam, et ipse singulis sertum de floribus imposuit; et inde inolevit consuetudo, ut omnes qui debent milites fieri in festo Incidens. illo arma recipiant. In illo festo papa celebravit extra ecclesiam super[i] tabulam sub divo, quia non potuit esse in ecclesia pre multitudine populi.

Frater Petrus de Teukesbury[k], minister Alemanie[4], contra regem[5] et legatum[6] et plures falsos fratres, cooperante gratia Dei, statum ordinis defendit in tantum, ut usque in plures provincias fama facti perveniret[l], et zelus veritatis invincibiliter est[m] probatus. . . . . . .

Incidens. Item dixit[7] fratri Iohanni de Dya, quod provideret sibi sex vel septem idoneos clericos de partibus suis, quos posset beneficiare in ecclesia sua, qui[f] scilicet, quamvis nescirent Anglicum, exemplo predicarent. Unde constat, quod non recusavit[8] eos quos papa instituit et nepotes cardinalium, quia nesciebant linguam Anglicanam, sed quia non querebant nisi temporalia. Unde, cum diceret ei advocatus in curia: 'Canones hoc volunt', respondit: 'Imo canes hoc volunt'. Surrexit[n] et confessus est Anglice, flexis genibus, coram personis presentatis sibi[o] a cardinalibus et tundebat pectus suum cum[p] fletu et eiulatu; et sic confusi recesserunt.

Preterea cum quereret camerarius domini[f] pape mille libras, in quibus visitaverat curiam, volens, ut acciperet eas a mercatoribus, respondit, quod noluit dare eis occasionem peccandi mortaliter; sed, si sospes veniret in Angliam, deponeret eas in Templo Londonie; alioquin nunquam haberet obolum. . . . . . .

Narravit autem eidem patri[9] frater Mansuetus[10], nuncius domini[f] pape Alexandri IV, 1258. in eodem loco, quod eadem die qua lecta fuerat litera[11] in audiencia, qua decreverat domi- 1254. nus Innocentius IV. octo sentencias contra Predicatores et Minores, amisit loquelam, nisi

a) W. *codd.* b) domini 1. c) effectus 1. d) p. G. ibi 1. e) in p. etc. *des.* 2. f) *deest* 1. g) propriis *alia manu add.* 2. h) suis 1. i) sub d. s. t. 1. k) Teukebyr' 1. l) pervenerit 2. m) *deest* 2. n) ille *add.* 1. o) a c. s. 2. p) in 1.

1) Nomen ignoratur; tempus est post a. 1247; Röhricht, 'Zeitschr. des Palaestina Ver.' X, p. 5. 2) Tempus ignoratur; ib. p. 27. 3) Nonnisi a. 1235. Gregorius IX. m. Octobri tabulas dedit Assisii (Potthast, Reg. p. 852). Forte eo tempore ecclesiam ibi consecravit, de qua v. Wadding; die enim quem hic habet, Apr. 20, papam Perusiae fuisse, e Regestis constat. 3*) Offic. s. Franc., vesp. 1, antiph. 3. 4) Registrum Minor. London. saec. XV, ap. Brewer p. 537, habet: *Isti fuerunt ministri provinciales: . . . V. Frater Petrus de Tewkysbury, qui primo fuit minister Almannie, deinde Anglie; iacet Bedford.* Adam de Marisco fratres *a Petro ministro Colonie* in Angliam missos *Paulinum cum fratre Waltero de Maddeley* ep. 170. et *de provincia Superioris Alemannie duos fratres Hugonem et Iordanum iuvenes* ep. 173. provinciali Angliae commendat. 5) Henricum III. 6) Ottonem; cf. supra p. 563, n. 5. 7) Robertus episcopus Lincolniensis, in curia Romana, cum Iohannes in Angliam demum post eius mortem (v. supra p. 360) venerit. 8) V. supra p. 335. 9) Scilicet Petro. 10) Mense Aprili a. 1258. *venit in Angliam*, Math. Paris. supra p. 380. 11) Potthast, Reg. nr. 15562, d. 1254, Nov. 21. dici videtur (similis erat 15355); cf. Thom. Cantipr. De apibus II, 70: *eadem die obmutuit nec unquam postea invaluit.*

Ps. 38, 12. 1254. quod postea dixit: *Propter iniquitatem corripuisti hominem,* et frequentissime invocavit sanctum Franciscum; nam et in sanitate sua dixerat, quod nullius sancti fuerat expertus tot suffragia. Dominus autem Alexander IV, cum esset[1] Hostiensis, predixerat, quod certus fuerat, quod Dominus cito auferret papam[a] de medio propter favorem quem prestitit contra ordinem. Verum[b] in obitu suo[2] omnes familiares sui deseruerunt eum preter fratres Minores, et similiter papam Gregorium et Honorium et Innocentium, in cuius obitu[3] fuit presencialiter sanctus Franciscus. Frater[c] Mansuetus dixit, quod eadem[4] die electionis sue suspendit dominus Alexander IV. literam quam dederat dominus Innocentius contra Predicatores et Minores; et postea palam[d] factum, quod fecit[e] papa, revocavit eam. Decreverat[f] enim dominus[g] Innocentius, quod essent excommunicati omnes fratres, si alicuius parochianum aliquo die festo ad audienda divina reciperent, et consimilia[h]. Dixit etiam dictus frater Mansuetus, quod nullus mendicus, ne dicam nullus homo, miserabilius et vilius moritur[i] quam papa quicunque. Dixit etiam, quod quidam frater stans in orto in oratione in Cicilia[k] vidit maximum exercitum 5 milia militum equitum[g] intrantem mare; et crepuit mare, quasi essent omnes ex ere candente; et dictum est ei ab uno eorum, quod fuit Fredericus[l] impe-
1250. rator, qui ivit in montem Ethne: nam eodem tempore mortuus est Fredericus. . . . . . .

Ad tantam quoque perfeccionem provincia Anglicana provexerat[m], ut frequenter diceret minister generalis, frater Iohannes de Parma, cum esset in Anglia[5]: 'O utinam talis provincia posita esset in medio mundi, ut omnibus[n] posset esse in exemplum!' Ipse quidem generalis provinciale capitulum Anglie celebravit Oxonie. . . . . . .

Dixit autem dictus[g] frater Willelmus[o, 6] aliquando, quod, cum dominus Lincolnie sancte memorie[7], tunc temporis actu[p] legens apud fratres Minores Oxonie, predicasset in capitulo fratrum de paupertate et mendicitatem posuisset in scala paupertatis proximum gradum ad amplexum celestium, seorsum tamen dixit ei, quod adhuc fuit quidam[q] gradus superior, scilicet vivere ex proprio labore[r]; unde dixit, quod Begine sunt perfectissime et sanctissime religionis, quia vivunt propriis laboribus et non onerant exaccionibus mundum. . . . . . .

Frater Willelmus[6] . . ., postquam circiter novem annos provinciam Anglie rexerat,
1249. in capitulo Metensi absolutus est et ex parte capituli generalis missus ad papam. Sed cum pervenisset cum ministro generali[8] Ianuam, et socius suus frater Ricardus percussus fuisset pestilentia que supervenit, fugientibus aliis, propter solatium socii sui remansit et similiter cum eo percussus est et mortuus[9]. . . . . . .

1239. In[s] absolutione fratris Helie quesitum fuit a papa Gregorio, si posset tunc iterum eligi, et respondit papa, quod non. . . . . . .

Ipse[s, 10] predixit[t] mihi, quod suscitaret dulcis Ihesus ordinem novum ad excitacionem nostram, quod puto impletum in ordine de Penitentia Iesu[g] Christi[11]; nam fratres de ordine sancti Augustini prius fratribus Anglie[u] recommendaverat in capitulo Stamfordie[v]; fratres quoque de[g] ordine de Karmel, quos dominus Ricardus de Grey in Angliam duxit, cum rediret comes Ricardus[12] a Syria, in familiaritatem fratrum nostrorum ubique diu ante receperat. [Fratres[w] de ordine Cruciferorum repulit dominus Robertus Lyncolniensis episcopus; et similiter fratres de ordine Crucis merito repulsi sunt]. Fratres autem de ordine Trinitatis, quos magister theologus Iohannes[g], apparente sibi Christo Ihesu, cum celebraret presente episcopo Parisiensi[13] et clero, sub Innocentio III. divinitus instituit[14], diu ante venerunt[x] in Angliam.

Frater Willelmus dixit, quod, cum diucius moraretur in conventu Rome, et fratres nullam pitantiam[15] haberent nisi castaneas, ita[g] impinguatus[y] est, ut plurimum erubesceret. . . . . . .

a) de m. p. 1. b) Verumptamen 1. c) *haec* — revocavit eam *in marg. paginae praecedentis* 2. d) p^m 2. e) *delendum.* f) Decrevit 1. g) *deest* 1. h) similia 1. i) q. p. m. 1. k) Cilicia 1. l) Fed. 2. m) profecerat *forte emendandum.* n) esse *add.* 2. o) W. 1. p) actum 1. q) g. q. 1. r) et non . . . *tria verba quae legi non possunt add.* 1. s) *haec in marg.* 2. t) dixit 2. u) *deest* 2. v) Stanf. 1. w) Fratres — sunt *des.* 2. x) venerant 1. y) impig. 1.

1) Rainaldus episcopus Ostiensis a. 1235—1254. 2) Dec. 7. 3) A. 1216, Iul. 16; Franciscum adfuisse, alibi non inveni. 4) Potius 10. die; Potthast, Reg. pont. nr. 15602. 5) V. supra coll. 12. 6) De Notlingham. 7) Robertus episcopus, a. 1253. mortuus. 8) Iohanne. Bonaventuram (cui epistolae ab Adam de Marisco datae sunt ib. p. 304. 306) dici opinatur Brewer p. 373. 9) *Iacet Marsilie* legitur in tractatu, alio codicis 2 loco servato, cui inscribitur: *Ministri provinciales Anglie;* ap. Brewer p. 559. 10) Willelmus de Nottingham. 11) Haec antequam Saccati a. 1274. suppressi sunt scripta videntur. 12) Cornubiae, a. 1242. 13) Mauritio. 14) A. 1198. 15) Portionem monachicam in esculentis.

Frater[a] Petrus recepit primo fratres de Penitencia Iesu Cristi et recommendavit in
capitulo Londoniensi; qui in Provincia tempore concilii Lugdunensis[1] ortum habuerunt per 1245.
quendam novicium, qui expulsus erat. Tertio[b] anno[2] administrationis fratris Petri venerunt 1257.
fratres de ordine Martirum in Angliam, quorum fundator erat quidam Martinus, qui fuerat
Parisius quasi fatuus nobilium Alemannie[c].

a) *haec in marg.* 2. b) *haec postrema pagina humore corrupta legi nequit* 1. c) *desinit* 2.

---

# EX ROGERI BACON OPERIBUS.

*Rogerus Bacon*[3], *doctor mirabilis merito*[4] *praedicatus, in Anglia*[5], *e divite gente*[6], *quae cum rege contra barones stetit*[7], *fere a.* 1214.[8] *natus est. A.* 1233.[9] *erat clericus curiae regis. Ante a.* 1234.[10] *Oxoniae et ante a.* 1245.[11] *Parisiis omnibus illius aevi artibus liberalibus ediscendis studens, amplissimos scientiae rerum naturalium linguarumque thesauros prae omnibus aequalibus comparavit, argutissime perspexit*[12], *suo ingenio valde adauxit. Quos, paucis antea libellis*[13] *editis, cum inter fratres Minores post a.* 1251.[14] *receptus esset, quominus publici iuris faceret*[15], *rigide prohibitus*[16], *etiam inde ab a.* 1256. *'decem*[17] *annis quantum ad famam studii*[18], *quam retroactis annis obtinuerat*[19], *exulatus, velut sepultus et oblivione deletus' est. Quod ideo passus esse videtur, quia lingua immodice libera vituperabat clarissimos doctores*[20] *(fortasse etiam Bonaventuram*[21],

1) Quod auctor primum vocasset, si post a. 1274. scripsisset. 2) A. 1257; v. supra p. 565, ann. 3. 3) Eum olim *Dee* nominatum esse, quidam opinantur ex codice Digby 76 (v. infra p. 576), ut videtur, cui *Dee,* nomen possessoris, inscriptum est. 4) Cf. Charles, 'Roger Bacon'; Werner in 'SB. der Wiener Akad. Phil. Cl.' XCIII sq.; Langen in 'Hist. Zeitschr.' ed. de Sybel LI, p. 434. 5) *Anglicum maternam linguam* vocat ed. Brewer p. 433. Prope Ilchester (in Somerset com.) gentem eius habitasse, dicit Ioh. Ross (saec. XV), Hist. Angl. ed. Hearne p. 29. 82. 6) Ed. Brewer p. 16. 58. 65; infra n. 9. 14. P. 13. loquitur de *fratre meo scolari* adhuc a. 1251. superstite, itaque cum Roberto Bacon (v. infra n. 9) non confundendo. Willelmus Bacun a. 1204. feodum a Thoma Bardulf socero datum perdidit; Stapleton, De antiquis leg. liber, p. CXXXII. 7) Br. p. 16; infra n. 9; p. 570, n. 2. 8) A. 1267. se *senem* (ed. Jebb p. 15) vocat et: *laboravi iam,* ait, 40 *annos, postquam didici primo alphabetum* (Br. p. 65); cf. infra n. 9. 10. A. 1214. eum natum esse pro certo statuit Wood, Hist. Oxon. p. 136. 9) Iun. 24. Oxoniae *Rogerus Bacun, clericus de curia iocundus in sermone, ait: 'Domine mi rex, quid plus nocet navigantibus? Petre et rupes!' ac[si] diceretur Petrus de Rupibus episcopus Wintoniensis,* de quo removendo *a consiliis regis frater Robertus Bacun de ordine Predicatorum* [qui a. 1248. obiit, forte Rogeri consanguineus] *coram rege predicaverat;* Matheus Par. (ed. Luard III, p. 245) partim ex Rog. Wend. 10) Audivit Edmundum elementa legentem (Br. p. LV), qui a. 1234. archiepiscopus Cantuariensis factus est. 11) *Audivi antistitem Parisiensem Willelmum* (a. 1228—1248; Br. p. 74; cf. infra n. 13); *vidimus* Alexandrum de Hales (Br. p. 325), qui a. 1245. obiit. 12) Quamquam sui aevi nugis astrologicis et alchymicis nimis tenebatur, tamen a Langen p. 435. 'Schöpfer der modernen wissenschaftlichen Methode', Opus maius 'Encyclopaedia and Novum organon of the XIII. century' a Whewell, 'Induct. Sciences' XII, c. 7, dicitur. 13) Ante a. 1266. *aliqua capitula more transitorio compilavi,* sed *in alio statu* (laico) *non feci aliquod scriptum philosophie;* Br. p. 13. Epistola *De nullitate magie* ed. Zetzner, Theatr. chem. V, p. 932, *Willelmo Parisiensi episcopo* (v. supra n. 11), sed in cod. Harleiano 3528. *Iohanni Parisiensi* (Valois, 'Guillaume d'Auvergne' p. 328) inscripta est. 14) *Per* 20 *annos quibus laboravi in studio plus quam* 2000 *libr.* [Paris.] *posui;* Br. p. 59. 15) *Fratres me ieiuniis* [cf. Br. p. 13] *macerantes, tuto custodiebant, ne scripta mea divulgarentur* (Wood ex Opere Min. iam mutilo). Scribendi *impedimentum* [cf. infra p. 574] *per eos qui mihi prefuerunt* sibi factum esse queritur ed. Jebb p. 255; Br. p. 15. 16) Tamen a. 1263. Parisiis *Compotum naturalium* scripsit; Charles p. 70. 17) Haec, ed. Br. p. 7, a. 1266 sq. scripta sunt. 18) Si Rogerus — id quod quidam opinantur — Oxoniae captus statimque Parisios expulsus fuisset, hoc loco, ubi *epistolam M. Tulii post exilium revocati* laudat, vix verba *q. ad f. s.* apposuisset. Cum praeterea a. 1251. Pastores, inter a. 1256. et 1267. Willelmum de Rubruk in Francia viderit (ed. Jebb p. 254. 191; cf. n. 16), eum inter a. 1251. et 1256. e Gallia in Angliam et ex Anglia in Galliam rediisse negarim. Immo ex verbis (Br. p. 139): *fere* 20 *anni sunt quod egi, sed in tota universitate non inveni* etc., quae Parisiis a. 1267. scripsit, eum a. 1247—1267. ibi degisse concluserim. 19) Se in universitate legisse, ipse dicit ed. Jebb p. 45; Br. p. 139. 20) Thomam Aquinatem, Albertum Magnum, etiam Alexandrum de Hales; Br. p. 326. 21) Charles p. 100; Br. p. 14.

*qui eodem anno* 1256. *Iohanni, Rogeri amico**, *a parte fratrum reiecto, minister generalis fratrum Minorum successit) et astrologiae*[1] *et prophetiae Ioachim abbatis ab ecclesia damnatis adhaerebat.*

*Demum a.* 1266. *a Clemente IV*[2], *qui iam 'in minori officio constitutus'*[3] *eum, ut scripta ederet, rogaverat, ab angusto ordinis edicto absolutus, statim a.* 1267.[4] *mira velocitate Opus Maius, Minus*[5], *Tertium Parisiis*[6] *papae transmisit. Postea a.* 1271 *sqq.*[7] *Compendium philosophiae scripsit. Sed per Hieronymum ministrum generalem, qui a.* 1288—1292. *papa Nicolaus IV. fuit, inde ab a.* 1278. *iterum carceri mandatus*[8], *demum a Raimundo, a.* 1288—1296. *ministro generali, liberatus*[9] *esse dicitur. Postremo a.* 1292.[10] *Compendium theologiae confecit. Oxoniae Rogeri quidem domicilium*[11] *et sepulcrum*[12] *monstrabantur, certa autem argumenta, quibus eum unquam in ea universitate legisse appareat, non exstant*[13].

*Praeter opera quae modo dixi Rogerus multos quidem libellos*[14] *composuit, sed hi, quoad*[15] *editi sunt*[16], *historiam non attingunt. Omnino generis humani fortunam siderum cursu regi opinatus*[17], *res gestas, quamquam libros historicos tunc vulgatos non ignoravit*[18], *nimis neglexit. Itaque in mentionem singulorum virorum fortuito tantum incidens, populos nonnisi inter geographiae partes commemoravit. De quibus quae ad imperium spectant pleraque, cum praeter Angliam Franciamque nullam terram viderit*[19], *e libris bene notis*[20] *sumpsit.*

*) *Cf. Registrum Minorum London., ed. Brewer, Monumenta Francisc. p.* 533:

Isti sunt ministri generales ordinis Minorum: . . . 7. Frater Iohannes de Provincia[a], sancte memorie, magister in theologia et lector curie, de provincia Bononie, fuit 7. generalis et ministravit 8 annis. Hic signis micat. Hic etiam scripsit fratri Rogero Bakon tractatum qui incipit: *Innominato magistro.*

a) Parma *emendandum.*

1) Quam ab arte magica distinguendam esse censet; ed. Jebb p. 249; infra p. 575. Cf. infra n. 8. Fere a nullo medii aevi viro docto Rogerus laudatus, vulgo magus artibus prohibitis deditus dicebatur. 2) Potthast, Reg. nr. 19708. *G[uillelmus] Bonecor*, qui papae Rogeri *litteras et verba proposuit*, erat Henrici III. marescallus, iusticiarius, nuncius; cf. Foss, 'Judges of England' s. v. *Bonquer*. 3) Hic, Guido, Parisiis primo *in scholis* (Potthast nr. 19887), tum advocatus et Ludovici IX. consiliarius, postea cardinalis Sabinensis, a. 1264. legatus in Angliam a baronibus non admissus, multo tempore Rogerum novisse videtur. 4) Ed. Jebb p. 167. 169. 171. 177. 254; Ingram, 'On the Opus maius of R. B.' p. 6; Br. 86 sq. 277. 290. 315 sq. 320 sq. 5) Sive *Secundam scripturam*. 6) Ed. Jebb p. 240. 303. 447. 451. 468; Br. p. 13. 15 sq. 19. 61. 115. 238. 240. 7) Br. p. 398 sq. 414. 8) Cum priorem huius rei testem non invenerim, cf. Antoninum Flor., Hist. eccl. 24, 9, 7. de Hieronymo de Esculo: *Hic generalis frater Io. de multorum fratrum consilio condemnavit et reprobavit doctrinam Rogerii Bachonis Anglici, sacre theologie magistri, continentem aliquas novitates suspectas, propter quas fuit idem Rogerius carceri condemnatus, precipiendo omnibus fratribus, ut nullus eam teneret, sed ipsam vitaret ut per ordinem reprobatam. Super hoc etiam scripsit domino pape Nicolao* [a. 1277—1280], *ut per eius auctoritatem doctrina illa periculosa totaliter sopiretur.* 9) Ita codex opus Rogeri continens ap. Wood I, p. 138. et rectius in fine editionis cui inscribitur *Rog. Baconis De arte chymiae, Francof. a.* 1603. 10) Ap. Charles, qui frustula quaedam inde excerpsit, p. 412 sq.: *ab a.* 1250. *per* 40 *annos et amplius.* 11) Plumptre in 'Contemporary Review' II, p. 382. 12) *Apud fratres Minores Oxoniae sepultus a. D.* 1292, *festo s. Barnabae* dicitur a Ross p. 29. 82, forte ex epitaphio. 13) Saeculi XIII. annales, epistolas, instrumenta, etiam Minorum et Oxoniensia, permulta frustra perscrutatus sum. 14) Cf. supra p. 569, n. 13. 16. Multi tractatus separatim in codicibus contenti sunt partes Operis maioris. 15) Ex opusculis nondum editis quaedam excerpsit Charles; de Operis maioris libro VII. *De morali philosophia*, qui in cod. Coll. Trin. Dublin. exstat, disserit Ingram p. 2; Sermones laudat Narbey, 'Revue des questions hist.' XXXV, p. 125. 162. 16) De perspectiva, mathematica, alchymia, medicina vertuntur. Haec, ut Germanica excerperem, frustra evolvi. Solum libellum *De retardandis senectutis accidentibus*, Oxon. a. 1590, non vidi. 17) Cf. Werner XCIV, p. 606. 18) Adhibuit praeter veteres auctores Bedam, Marianum, Sigebertum, *Chronicon Cluniacense* (ed. Jebb p. 33. de Cadmo Thebaeo), *Hugonem et Ricardum de S. Victore, magistrum historiarum* (infra p. 571; Br. p. 336). 19) Br. p. 318. 20) Praeter veteres auctores laudavit Isidorum, Aethicum, Iohannem de Plano-Carpini (ad ed. Jebb p. 233, cf. Potthast, Reg. nr. 11572) ac Willelmum Minoritas, Dominicanis fortasse consulto neglectis.

*Econtra ad litterarum saeculi XIII. historiam cognoscendam permulta eaque maximi momenti attulit.*

*Quae ex editionibus a Jebb*[1] *et Brewer*[2] *paratis collegi saltem cum uno codice contuli.* *F. L.*

## EX ROGERI BACON OPERE MAIORE[a].

Pars I. . . . C. 9. . . . Dum etiam beatissimus papa Gregorius auctoritate functus est, p. 13. libris eius non fuit contradictum; sed post mortem famosi in ecclesia egerunt ad hoc, ut conburerentur; et per miraculum Dei pulcherrimum fuerunt salvati, et apparuit mundo sapientia cum sua veritate et in devocione plenissima. Et similiter cucurrit impedimentum veritatis apud omnem Sacre Scripture doctorem; nam renovantes studium semper receperunt contradiccionem et impedimenta, et tamen veritas invalescebat. . . . . .

C. 13. . . . Alquinus, de expositoribus Sacre Scripture unus et magister Caroli Magni, p. 18. illam translacionem Augustini de predicamentis[3] mire laudavit et metrico prologo decoravit in hiis verbis: *Continet iste decem — — modo mitto legendum*[b]. . . . . . .

C. 15. Sicut vero doctores sacri magnificas sciencias philosophie non habuerunt in p. 21. usu, sic nec posteriores, scilicet Gracianus, magister Sentenciarum et historiarum[4], Hugo de Sancto Victore et Ricardus de eodem. Nam non fuerunt eorum temporibus translate nec in usu Latinorum. . . . Moderni vero doctores vulgi . . . morales quatuor partes[3] negligunt[5] dignissimas et sue ignorantie querunt miserabile solacium per Gracianum et ceteros magistros autenticos, qui non habuerunt noticiam parcium philosophie[6]. . . . . . .

Pars II. . . . C. 8. . . . Et licet alia logicalia[3] et quedam alia translata fuerunt per p. 36. Boetium de Greco, tamen tempore Michael Scoti[7], qui annis Domini 1230 transactis apparuit, deferens librorum Aristotelis partes aliquas de naturalibus et mathematicis cum expositoribus sapientibus, magnificata est philosophia Aristotelis apud Latinos. . . . . . .

Pars III. . . . Ydiomata[8] eiusdem lingue variantur apud diversos, sicut patet de lingua p. 44. Gallicana, que est apud Gallicos et Picardos et Normannos et Burgundos; multiplici variantur ydiomate; et quod proprie dicitur in ydiomate Picardorum horrescit apud Burgundos, imo apud Gallicos viciniores. . . . . . .

a) 1 *(Dublin.) saec. XIV. contulit V. D. T. K. Abbott.* b) *loci quibus Rogerus ab editione Duemmleri, Poetae Carol. I, p. 295, differt, sunt hi: versus 6. deest;* 7. Nunc Aug.; 8. latina; 9. rex magne; 10. munere.

1) *Rogeri Bacon Opus Maius ex cod.* [1] *Dubliniensi* [cf. supra p. 570, n. 15], *cum aliis* [2. Cottoniano Tiberius C V; 3. Musei Brit. Regio 7 F VII; 4. Coll. Corp. Christi Cantabrigiensi, qui saec. XIV. exarati, tantum partem IV. continent; 5. Cottoniano Iulius D V iam adusto, qui partem I. continet] *collato,* London. 1733. fol. Alios codices laudat Brewer p. XCIX. Numeros paginarum editionis Jebb in margine adnotavi. 2) *Fr. Rogeri Bacon I. Opus Tertium* [e codd. 1. Bodleiano Musei 155, f. 1, fere a. 1400, 2. Lambethano 202, saec. XIV. exaratis, 3. Cottoniano Tiberius C V, chart., saec. XIV; de aliis cf. Charles p. 360]; *II. Opus Minus* [e cod. Bodleiano Digby 218, saec. XIV, mutilo, e quo Hody, De bibliorum text. a. 1705, p. 420. quaedam ediderat]; *III. Compendium philosophiae* [e cod. Cottoniano Tiberius C V, non perfecto]; his subiuncta est *Epistola de secretis operibus et nullitate magiae.* Lond. (in Serie Rotulorum) a. 1859. 8. 3) Aristotelis. 4) Petrus Lombardus et Petrus Comestor. 5) Ex Rogeri Operis maioris libro VII *de philosophia morali* adhuc inedito quaedam excerpsit Charles p. 338. 6) Saepissime in sui aevi iuris peritos quod *Platonis et Aristotelis* ethicam negligerent invectus est; v. infra p. 575; ed. Br. p. 421. 7) Cf. de eo infra p. 582. Complura eius opera astrologica impressa exstant; cf. Reuter, 'Gesch. d. Aufklärung' II, p. 271; Winkelmann, 'Otto IV', p. 89; Hartwig, 'Uebersetzungslit. Unterital.' (1886) p. 21, et quae Henricus de Abrincis a. 1236 in. Friderico II. scripsit:

*A Michaele Scoto me percepisse recordor,*
*Qui fuit astrorum scrutator, qui fuit augur,*
*Qui fuit ariolus et qui fuit alter Apollo.*
*Hunc super imperio cum multi multa rogarent,*
*Esse sibi, dixit, certa ratione probatum,*
*Quod status imperii, te supportante, resurget;*

'Forschungen z. D. Gesch.' XVIII, p. 486. Fridericum II, rerum naturalium studiosissimum, dici censet Delisle in hac sententia, quam e cod. (iam bibl. Laurentianae) Libri nr. 188, f. 48, saec. XV, cui *Senece capitula de naturis* inscribitur, excerpsit in 'Notices et Extr. des mss.' XXXII, 1, p. 48: *Fons est in regione Armenie Norvegie, qui in lapidem mutat omne quod in eo mittitur, colore tamen manente in rebus; etiam vestem impositam mutat in lapides. Et hoc probatum est vel fuit ex mandato Frederici imperatoris nunciis ad hoc directis.* 8) Haec iterum atque iterum repetiit Rogerus; v. ed. Brewer p. 438 sq. 467.

p. 59. Pars IV, Dist.[a] 1. . . . C. 2. . . . Et sic[1] docuit Aristoteles in libro suo de poetico argumento, 'quem non ausus fuit interpres Hermannus[2] transferre in Latinum propter metrorum difficultatem, quam non intellexit, ut ipse dicit in prologo Commentarii Averroys super illum librum*'. . . . . .

p. 83. Dist. IV. . . . C. 5. . . . Et nos videmus[3], quod omnia variantur secundum loca mundi diversa, non solum in naturalibus, sed in moribus; quoniam alios mores habent Ethiopes, alios Hispani, alios Romani et alios Gallici. Nam et Picardi, qui sunt veris Gallicis vicini, habent tantam diversitatem in moribus et in lingua, quod non sine admiracione potest esse, unde sit tanta diversitas locorum propinquorum. . . . . . .

p. 157. Secundum[b] diversitatem cuiuslibet climatis et etiam parcium climatis variantur mores habitancium, ut in hoc[c] climate, scilicet septimo, Picardos, Gallicos et Normannos et Flamingos et Anglicos videmus manifeste in moribus discrepare, cum tamen sint[d] continui ad invicem et propinqui. . . . . . .

p. 202. Rodanus et Padus et Danubius et huiusmodi flumina prope Alpes crescunt ex nivium liquore. . . . . .

p. 225. Hic incipiunt regiones aquilonares, de quibus philosophi meridiani parum sciverunt, secundum quod Ethicus[4] astronomus refert[5]. . . . Volo sequi ipsum et nihilominus libros de moribus Tartarorum et precipue fratrem Willelmum[6], quem dominus rex Francie Ludovicus in Siria existens misit ad terram Tartarorum anno Domini 1253; qui frater scripsit domino regi situm regionum et marium[7]. . . . . . .

Will. Rubr. Et a Kersona[8] usque ad Soldenam[9] sunt 400[e] castra, quorum quodlibet fere habet proprium idioma. Et sunt ibi multi Goti, qui omnes loquuntur Teutonicum. Et[10] a parte meridiei Cassarie[11] extenditur mare Ponticum. . . . . .

p. 226. Et hec terra fuit tota Cumanorum[12], qui dicebantur Captac — sed Tartari destruxerunt eam totaliter[13] et interfecerunt Cumanos preter partem que fugit ad regnum Hungarie, qui sunt ei tributarii —, et a Theutonicis dicitur Valana[14], a Plinio[15] et Isidoro et ceteris Alania occidentalis. Et hec provincia habet Danubium et Poloniam et Hungariam ab occidente. Et ab aquilone istius provincie est Russia Magna. Que similiter[f] a Polonia in una parte sua extenditur ad Tanaim, sed[16] in magna sui parte habet Leuconiam[g, 17] in occidente, que est terra ita magna sicut Alemannia. . . . Et post in orientem versus est magnum mare predictum quod vocatur Mare Orientale, quia occeanus non se extendit ultra aliud mare; sed super latus aquilonare istius maris immediate post angulum Swecie est Estonia; deinde Livonia versus orientem illius maris; deinde Curonia seu Curlandia, declinando ad meridianum latus; postea Pruscia, magna terra in meridiano latere; deinde Pomerania[h]; postea Libec[i], portus magnus et famosus, in confinio Dacie et Saxonie. In medio[k] vero istius maris est insula quedam que vocatur Gotlandia. Et super

*) *Ed. Wüstenfeld, 'Uebers. Arab. Werke in das Lateinische' in 'Abh. der Gött. Ges. der Wiss.' XXII, p. 93. e cod. Paris. nr.* 16583:

Inquit Hermannus Alemannus: Postquam cum non modico labore consumaveram[l] translationem Rethorice Aristotelis ex Arabico in Latinum, volens manum mitere[l] ad eius Poetriam, tantam inveni difficultatem propter disconvenientiam modi metrificandi in Greco cum modo metrificandi in Arabico et propter vocabulorum obscuritatem et plures alias causas, quod non sum confisus me posse sane et integre illius operis translationem studiis tradere Latinorum. Assumpsi ergo edictionem[l] Averois determinativam dicti operis Aristotelis, secundum quod ipse aliquid intelligibile eligere[m] potuit ab ipso, et modo quo potui in eloquium redegi Latinum. Suscipiant igitur, si placet, et huius edictionis Poetrie translationem viri studiosi et gaudeant se cum hac[n] adeptos loici[l] negocii Aristotelis complementum!

a) D. 1. *des.* 1. b) *hinc contuli cod.* 2. c) *deest* 2. d) sunt 1. e) 40 *Will. Rubr. p.* 219. f) *deest* 1. g) *sic* 1; Leucoviam 2. *ed.*; Leutoniam *emendandum.* h) Pomania 1. i) libet 1. 2. k) meridie 1. 2. l) *sic c.* m) elicere *legit Jourdain.* n) ac *c.*

1) Praecedunt quaedam de oratione poetica. 2) Cf. de eo infra p. 575; laudatur una cum Rogero Bacon a Petro de Bosco, 'Hist. litér.' XXVI, p. 473. 514. Hermannus quoque erat ex aulicis Friderici II; Reuter l. l. p. 272. De *Aristotelis falsa translatione Latinorum* saepe conqueritur noster, e. g. Op. Mai. p. 133. 460. 3) Similia infra l. 10. 4) Aethicum exscripsit p. 169. 5) I, 22, ed. Wuttke p. 13. 6) De Rubruk. 7) Quem libellum vide 'Recueil de voyages' IV, p. 382. Rogerus iam supra, ed. Jebb p. 169. 170, et infra compluries eius mentionem fecit. 8) Cherson. 9) Sudak. 10) Ex Willelmo p. 214. 11) Chazariae, Krim. 12) Ib. p. 219. 246. 13) Cf. ib. p. 219. 253. 14) Ib. p. 246. 15) Hist. nat. IV, 25. 16) Si Rogerus Adami Brem. Descr. aquil. legit, id quod non pro certo contenderim, tamen alium sui aevi auctorem praeter illum adhibuerit oportet. 17) Litthauen.

Livoniam ad orientem est Semigallia. [Et[a] istas terras, scilicet Estoniam, Livoniam, Semigalliam], Curoniam, circumdat Leuconia predicta; et eam circumdat Ruscia Magna ex utraque parte maris dicti et terminatur [in[b] parte] meridiana ad Prusciam et Poloniam. Polonia vero iacet ad meridiem Pruscie; et ad meridiem eius est Boemia; deinde Austria et ad occidentem terrarum istarum[c] Alamannia et postea Francia et Hispania; sed hee note sunt, facio tamen mencionem propter alias. Ad orientem Austrie et Boemie est Hungaria. . . . . . .

Pruceni, Curlandi, Livonii, Estonii, Semigalli, Leuconii sunt pagani[1]. Alani vero [p. 227.] non sunt, quia Tartari inhabitant[d] terram illam et fugaverunt Cumanos usque in[e] Hungariam; et Cumani sunt pagani et Alani fuerunt similiter, sed deleti sunt. Ruceni sunt christiani et sunt scismatici, habentes ritum Grecorum, sed non utuntur lingua Greca, immo lingua[2] Sclavonica, que est una de linguis, que plures occupat regiones, nam Rusciam, Poloniam [Will. Rubr.] et Boemiam et multas alias naciones tenet. . . . . . .

Ultra[3] Tanaim est primo gens que vocatur Moxel, subiecta Tartaris; et sunt adhuc sine lege pure [p. 228.] pagani, civitatem non habent, sed casulas in silvis. Dominus eorum et magna pars eorum fuerunt interfecti in Polonia[4] per Polonos et Alemannos et Boemos. Nam Tartari duxerunt eos ad[5] bellum cum Polonis. Et multum approbant Polonos et Alamannos de strenuitate, sperantes adhuc liberari a servitute Tartarorum per eos. . . . . . .

Huni, qui postea Hungri[6], modo dicuntur Hungari, . . . destruxerunt terras omnes usque in Franciam[f], [p. 231.] unde maioris potencie fuerunt quam adhuc sunt[g] Tartari; et magna pars eorum residet in terra que nunc vocatur Hungaria, ultra Boemiam et Austriam; que est modo apud Latinos regnum Hungarie. . . . . . .

Nunc orientales et meridianas Europe et occidentales[h] breviter annotabo[i]: . . . Deinde [p. 235.] Hungaria ad occidentem; et postea Moravia, que est sub regno Boemie. Cui a meridie est Histria, quibus in occidente succedunt Boemia Moravie et Austria Histrie; deinde tota Alamannia ad occidentem et postea Francia, que note sunt. . . . . . Liburnia[k] . . . iacet super [p. 236.] mare Adriaticum, quod est mare Venetiarum, in cuius extremitate occidentali sunt Venetie. . . . Illirii iacent inter Dalmatiam et Histriam; et ideo ubi nunc Sclavonia est et Forumlulii et circa partes Venetiarum solebant esse Illyrii. Et hee omnes nationes sunt incluse inter Brachium Sancti Georgii et Mare Magnum[7] ab oriente et inter Danubium, qui vocatur Hister in magna sui parte, a septentrione et inter mare Adriaticum a meridie. . . . Deinde ex altera parte maris Adriatici inter ipsum et mare quod ab Adriatico decurrit in Hispaniam iacet[l] Italia et deinde Provincia et tandem Hispania. Sed quia note sunt, non oportet nunc plus de istis regionibus dici. Hec igitur est historia, quam hic volui texere secundum experienciam naturalium et itinerancium de locis et gentibus totius habitabilis[m], usque quo vestra reverencia[8] requirat principalem scripturam. . . . . . .[n]

Cum anno Domini 1264, mense Iulii fuit apparicio comete horribilis, per virtutem [p. 243. 1264.] Martis fuisse generata approbatur. . . . Cometa ita significabat super iras et discordias hominum et bella, sicut sapientes astronomi docent. Sed verius experiencia tocius ecclesie comprobavit per bella Anglie, Hispanie et Italie et aliarum regionum, que circiter tempus illud et a tempore illo acciderunt. . . . . . .

Forsan vidistis aut audistis pro certo, quod pueri[9] de regno Francie semel occurre- [p. 253. 1212.] bant in infinita multitudine post quendam malignum hominem[10], ita quod nec a patribus nec a matribus nec amicis poterant detineri, et positi sunt in navibus et Saracenis venditi; et non sunt adhuc 64[11] anni. Similiter in temporibus nostris[12] magister pastor totam Ale- [1251.] manniam et Franciam commovit, et cucurrit post eum multitudo hominum, et gratiam habuit coram toto vulgo laicorum in contemptum cleri et ecclesie confusionem. Et dixit domine

a) Et istas — Semigall. *des.* 1. 2. b) in p. *des.* 1. 2. c) est *add. ed.* d) *deest ed., ubi* 1. i. invaserunt. e) ad *ed.* f) Francia 2. g) sint 2. h) partes *supplendum.* i) annunciabo 1. k) Libina 1. l) tota *add. ed.* m) terre *supplendum.* n) finitur quarta pars Maioris operis 1, *ubi quae p.* 236—255. *ed. Jebb exstant in plura capita divisa sunt, et p.* 256. Pars quinta *incipit; quae sequuntur desunt* 2.

1) Haec ex libro quodam antequam episcopatus Seloniae et Curoniae a. 1217 sqq. instituti sunt scripto sumpta esse videntur. 2) Will. Rubr. p. 275. 3) Ex Will. Rubr. p. 251. 4) *Alemannia* Will. 5) *ad introitum Alemannie* Will. 6) Will. Rubr. p. 274. 7) *Mare Ponti, vulgariter Maius* Will. Rubr. p. 214. 8) Clementem IV. alloquitur. 9) De hoc loco disserit Roehricht, 'Kinderkreuzzug' in 'Hist. Zeitschr.' XXXVI, p. 8. 10) Stephanum. 11) 54 forte emendandum est, cum haec a. 1267. scripta sint. Etiam Matheus Par. puerorum iter sacrum ad a. 1213. narrat, ed. Luard II, p. 558. Rectum annum praebet Rog. Hoved. Cont. ed. Stubbs, Walter. Coventr. II, p. 204. 12) Cf. supra p. 431.

1251. Blanchie[1], quod iret ad filium suum ultra mare, talibus verbis sapientissimam[a] mulierem decipiens. Non dubitent sapientes, quin ipsi fuerunt nuncii Tartarorum aut Sarracenorum et quin habuerunt aliqua opera, unde fascinabant[b] plebem. Et vidi cum oculis meis portare patenter in manu sua quiddam, tanquam esset res sacra, acsi homo deferret reliquias, et ivit nudis pedibus[c]; erat circa eum multitudo armatorum, ita tamen dispersi[d] in campis, quod ab omnibus occurrentibus potuit videri cum illo quod portabat in manu cum magna ostentacione. . . . . .

p. 255. Sed in aliis mirabilibus melius est cogitare quam scribere, donec apostolica auctoritate requiratur maior certitudo. Et hec possibilia sunt; et si vos et successores vestre beatitudinis velint, poterunt omnia adimpleri. Hee sunt radices in summa tractatus quem proposui de huiusmodi conscribere; sed propter impedimenta[2] non potui plura[e] scribere. . . . . . .

Pars sexta. . . . C. 12. . . . Capitulum de secunda prerogativa scientie
p. 469. experimentalis. . . . Exemplum II. . . . Deinde[3] quod dicitur Libro[4] de accidentibus senectutis: A tempore regis Guillelmi[5] Sicilie inventus est homo, qui statum iuventutis in robore et sensu et prudencia revocavit ultra omnem estimationem humanam circiter sexaginta annos, et de rustico bubulco factus est regis baiulus. Qui recepit liquorem optimum aureo vase in campis occultato sub terra, quod vas, aratro terram dividente, reperit, et estimans rorem celestem, bibit et faciem lavit et renovatus est mente et corpore supra modum. Et in libro nunc tacto scribitur, quod homo, totus perunctus unguento optimo preter plantas pedum, vixit pluribus annorum centenariis incorruptus, excepto quod in plantis, quas neglexerat ungere, recepit corrupcionem, et ideo quasi semper equitavit. Et auctor istius libri testatus est, quod hominem viderat et cum eo locutus fuerat, qui pluribus annorum centenariis vixerat, eo quod medicinam a sapientibus magno regi paratam, desperanti pro se ipso et volenti indocto homini probare medicinam, recepit eam; et sic prolongata est vita hominis; et a summo pontifice illius temporis et aliis habuit literas bullatas de hac veritate. . . . . . .

Incipit pars septima huius persuasionis: De morali philosophia. C. 1. . . . Mediator[f] Dei et hominum et vicarius Dei in terra, cui subiciatur totum genus humanum[g], et cui credere debeat sine contradiccione, . . . est legislator et summus sacerdos, qui in spiritualibus[h] et temporalibus habet plenitudinem potestatis tanquam Deus humanus, ut dicit Avicenna[6] in decimo Metaphysice, quem licet adorare post Deum. . . . . . .

a) ipsam *pro* s. m. 1. b) facin. 1. c) et *add. ed.* d) dispersa *ed.* e) plus *ed.* f) *haec Charles, 'Bacon' p. 342, e cod. Musei Britannici* 8 *F* 11. *edidit.* g) hominum *Charles.* h) t. et sp. 1.

## EX ROGERI BACON OPERE MINORE[a].

f. 59'. . . . Ille qui legit[7] Sententias habet principalem horam legendi secundum suam voluntatem, habet et socium et cameram apud religiosos. Sed qui legit Bibliam, caret hiis et mendicat horam legendi secundum quod placet lectori Sententiarum. Alibi qui legit Sententias disputat et pro magistro habetur; reliquus qui textum legit non potest disputare, sicut
1267. fuit hoc anno Bononie et in multis aliis locis, quod est absurdum. . . . . . .

a) *ex codice Bodleiano Digby* 218, *s. XIV, initio mutilo.*

1) Ludovici IX. matri. 2) Ex parte ordinis Minorum; cf. supra p. 569, n. 15. 3) Eandem rem infra p. 583. narrat Rogerus. 4) Cf. supra p. 570, n. 16. 5) Utrum I. an II. intelligendus sit, nescio. 6) Ab hoc (quem etiam saec. XIV. a scriptoribus potestatem papae defendentibus auctorem laudari docet Langen p. 443) Rogerus plurima de legibus reque publica instituendis se mutuatum esse confitetur. 7) In academia; auctor *peccata studii theologie* demonstrans vituperat, quod bibliorum textus negligatur.

# EX ROGERI BACON OPERE TERTIO[a].

[b]. . . Benedictus igitur sit Deus et Pater domini nostri Iesu Christi, qui super solium regni sui principem exaltavit sapientem, qui de studio sapientie cupit utiliter cogitare. Predecessores quidem vestre beatitudinis aliis ecclesie negotiis occupati, insuper contumacibus et tirannis multipliciter gravati, animos ad studii regimen non laxarunt. Sed auctoritate Dei dextra virtutis vestre vexillum triumphale de celo laxavit, gladium exemit utrumque, contrarias partes in infernum deiecit, pacem restituit ecclesie, omnibus fidelibus acquisivit leticie principatum, propter quod vestri sensus inexhausta profunditas tempus consideracionibus oportunum sapientialibus magnifice preparavit. . . . . . .

2. . . . Et cum consideravi, quod nichil vestre celsitudini debeat presentari nisi quod sit magnificum, vestre beatitudini quicquid optimum, vestre sapientie[c] quicquid pulcherrimum, non est mirum, si distuli in tractando. Quod probare potestis per sapientes famosiores inter christianos, quorum unus est frater Albertus[1] de ordine Predicatorum, alius est magister Guillelmus[d] de Shirewode[e], thesaurarius Lincolniensis ecclesie in Anglia, longe sapientior Alberto. Nam in philosophia communi nullus maior est eo. . . . . . .

9. . . . Sancti non reprobant mathematicam que est pars philosophie, sed que pars est artis magice[2]. . . . Et sic est de aliis multis, in[f] que aliquando inpegit Gratianus[3] et posteriores eo et modernorum theologorum vulgus. Sed sapientes theologi hoc non faciunt; et Gratianus multa dixit, que modo abrogata sunt. . . . . . .

10. . . . In tertia parte Maioris Operis[4] . . . probo, quod propter hoc quod vulgus Latinorum ignorat linguas tres dictas, quod[g] periit philosophia ab iis, et non solum philosophia, sed intellectus sacri textus. Nam omnes doctores sancti et omnes philosophi et poete et omnes sapientes antiqui usque ad tempora nostra sciverunt linguas, saltem Grecam[h]. Nam Italia fuit Magna Grecia[5], et adhuc vestigia restant, quoniam in Calabria et[f] Apulia et Cicilia[i] et alibi sunt multe ecclesie Grece et populus eis subiectus. . . . . . .

11. . . . Secunda radix istius difficultatis est[6], quod oporteret habere mathematicos optimos, qui non solum scirent ea que translata sunt et facta, sed addere ad opera eorum, quod est facile bonis mathematicis. . . . Duo boni sunt, scilicet magister Campanus de Novaria[k, 7] et magister Nicholaus, doctor domini Almarici[l] de Monte-forti[8]. . . . . . .

14. . . . Occurrit mihi modo una auctoritas . . . de beata virgine nutriente filium suum dominum Iesum Christum, quam dicit Albumasar[m] in Maiori Introductorio[9] in sexto libro, sed expressius secundum translationem Hermanni[10]: *Oritur puella*. . . . . . .

Nam secunda pars moralis philosophie dat leges publicas[n] et primo de cultu divino, deinde[o] de regimine rei publice[n] et civitatibus et regnis; et sub hac parte continetur ius civile imperatorum et regum per universum mundum, et multi tradiderunt multa de hac parte. . . . Sed dolendum est, quod hec pars philosophie non est apud Latinorum usum nisi laicaliter, secundum quod imperatores et reges statuerunt; nam philosophice, secundum quod tradita[p] est ab Aristotele et Theophrasto[q], non est hec pars in usu Latinorum[11]. . . . . . .

Secunda causa, quare ostendi sapientiam totam comprehendi in lege Dei utriusque Testamenti, est summe notanda, et nihil in ecclesia Dei plus debet considerari. Quia, si fiant que narro, tunc totum studium rectificabitur per se ipsum, et tota ecclesia regetur

a) *cum editione Brewer contuli cod. 3, Tiberius C V, saec. XIV.* b) Incipit epistola Rogeri Bacon ad Clementem papam *non ex* 1, *forte ex* 2 *inscr. Brewer*; Inc. Summa fratris Rogeri Baconis ad Cl. IV. p. 3. c) reverentie 2. d) Gillebertus *superscr. add.* 1. e) Shyrw. 3. f) *deest* 3. g) *sic iterum scr.* 1. 3. h) Grecum 3. i) Cec. 3. k) Naverria 3. l) *sic ed. et* 3. m) *sic* 1. 3; Albumazar *ed.* n) pupl. 3. o) dein 3. p) traditum 3. q) Theofr. 3.

1) De Bollstädt, Magnus sive doctor universalis vocatus, quem Rogerus saepe vituperabat; cf. Charles p. 107. et 217: *un homme dont les erreurs égalent la renommée*, verba ex Rogeri ineditis versa. 2) V. supra p. 570, n. 1. 3) V. supra p. 571. Fere eadem ed. Jebb p. 250. 4) Ed. Jebb p. 45. dicit linguam *Hebream, Grecam, Arabicam.* 5) Cf. Opus minus ed. Brewer p. 351. 6) Habendi versiones Latinas philosophorum Graecorum. 7) De hoc mathematico cf. 'Hist. littér.' XXI, p. 248. 8) Filii Simonis comitis Leicestriae, de quo cf. supra p. 483, n. 12. Cum Simonem Roberti Grosseteste studiorumque Graecorum amicum fuisse (Math. Par., ed. Luard V, p. 284) constet, suspicor doctorem hic dictum fuisse illum de quo Matheus Par. (ib. IV, p. 232): *Robertus Testamenta 12 patriarcharum transtulit* (cf. supra p. 85, n. 5), *coadiuvante magistro Nicholao Greco, clerico abbatis S. Albani.* 9) Ed. Venet. 1506, f. 4'. BREWER. 10) V. supra p. 572. Cf. infra c. 25; Comp. Phil. 8. 11) Cf. supra p. 571, n. 6.

sicut in temporibus sanctorum, et fiet pax universalis, tam apud ecclesiastica negocia quam apud regimen principum et laicorum. Et nisi per vestram fiant hec sapientiam, non credo, quod umquam fient; et tamen prophetatum est a multis temporibus, quod per unum papam debent fieri que narrabo; et debet ille esse istis temporibus, sicut inferius magis[a] explicabo. Et quod volo dicere est, quod regimen ecclesie sicut per legem Dei regebatur antiquitus apud Hebreos, sic debet esse nunc apud christianos; et sicut in primitiva ecclesia regebatur per eam, sic nunc habet regi; et si tota sapientia est ibi principaliter contenta et fontaliter, tunc principaliter ad minus debet per illam regi. Sed nunc non est ita; nam[1] plus laudatur in ecclesia Dei unus iurista civilis, licet solum sciat ius civile et ignoret ius canonicum et theologiam, quam unus magister in theologia, et cicius eligitur ad ecclesiasticas dignitates; et, ut videmus, quod[b] principaliter currit regimen ecclesie per iuristas, et hoc per abusum et cavillaciones iuris et contra iura, quia iniurie infinite fiunt respectu unius iusticie, et iusticia tam tardatur ubique, quod pauperes dimittunt causas suas, et divites tedio afficiuntur et gravantur nimis, ut eciam dimittant sepissime ius suum, et discordie infinite suscitantur in ecclesia Dei, et pax tollitur per iuristas. Et non solum lites promoventur, sed bella que contingunt in omni regno habent ortum ex abusu iuris, sicut quilibet potest intueri qui vult considerare; nam, quia divites non possunt habere iusticiam per ecclesiam, pugnant ad invicem, et confundunt se regna. Et mirum est, quod, cum ius canonicum eruatur de fontibus Sacre Scripture et exposicionibus sanctorum, quod ad illas non convertitur principaliter tam in leccione quam in usu ecclesie. Nam per illas debet exponi et concordari et roborari et confirmari, sicut per eas factum est hoc ius sacrum. Sed nunc principaliter tractatur et exponitur et concordatur per ius civile, et totaliter trahitur[2] ad eam et[c] in usu et in[c] leccione; quod non licet fieri, quamvis ei valeat[d] sicut ancilla sue domine servitura.

Utinam igitur excludantur[e] cavillaciones et fraudes iuristarum, et terminentur cause sine strepitu litis, sicut solebant[f] esse ante quadraginta annos! O si videbo oculis meis hoc contingere! Nam, si strepitus iuris removeretur et cavillaciones et abusus iuristarum, tunc laici et clerici haberent iusticiam et pacem. Si eciam ius canonicum purgaretur a superfluitate iuris civilis et regularetur per theologiam, tunc ecclesie regimen fieret gloriose et[a] secundum eius propriam dignitatem. Si eciam hec fierent, tunc[a] studium theologie et[a] iuris canonici et philosophie sublimaretur et perficeretur necessario, quoniam tunc[a] principes et prelati darent beneficia et divicias studentibus in hac triplici facultate, unde studiosi possent habere expensas et in vita et in studio sapientie promovendo. Nam sunt multi et erunt, qui nunquam cessarent a sapientie[g] studio, donec complerent eam, si haberent expensas; sed quidam complerent theologiam, quidam philosophiam, et quidam rectificarent ius canonicum et redigerent ad suum[h] statum. Sed iuriste civiles aut civiliter ius canonicum tractantes recipiunt nunc omnia bona ecclesie et provisiones principum et prelatorum, ita quod alii non[i] possunt nec[a] vivere in studio nec studium sapientie exercere, et expediunt se breviter aut omnino transeunt[k] sine sapientia philosophie et theologie ad ius civile; nec eciam multum curant de canonico iure nisi propter gloriam scientie civilis; et sic perit totum studium sapientie et totum regimen ecclesie, et pax de terra tollitur, et iusticia denegatur, et omnia mala contingunt.

Sed, beatissime papa et domine sapientissime, dignetur vestra gloria hoc considerare, quia solus potestis remedium adhibere, eo quod nunquam fuit papa, qui ita veraciter sciret ius sicut[l] vos[3]; nec credo, quod erit aliquis; et licet aliqui sciant bene ius, tamen[m] non est spes de eis, quod fiant pape. Sed prophetatum est a quadraginta annis[4], et multorum visiones habite sunt, quod unus papa erit hiis temporibus, qui purgabit ius canonicum et ecclesiam Dei a cavillacionibus et fraudibus iuristarum, et fiet iusticia universaliter sine strepitu litis, et propter istius pape bonitatem[n], veritatem[o] et iusticiam accidet, quod Greci

a) *deest* 3. b) *forte delendum.* c) *deest* 1. 2. d) habeat 3. e) excluderentur 3. f) solebat 3. g) st. sap. 3. h) st. suum 3. i) nec 3. k) transiunt 3. l) sicut — ius *des.* 3. m) n. t. 3. n) et *add.* 3. o) virtutem 2.

1) De studio iuris civilis reprimendo convenit Rogerus cum Innocentio IV; cf. Savigny, 'Gesch. des Röm. R.' III, p. 346. 2) Scil. ius civile adhibetur ad Scripturam interpretandam. 3) V. supra p. 570, n. 3. 4) V. supra l. 3. Forte dicit noster prophetiam a. 1227. divulgatam, quam v. ap. Rog. Wend. supra p. 55.

revertentur ad obedientiam Romane ecclesie, et quod pro maiori parte convertentur Tartari ad fidem, et Saraceni destruentur, et fiet unum ovile et unus pastor, sicut in auribus prophete sonuit istud verbum. (Ioh. 10, 16.) Et unus qui vidit hec per revelacionem dixit et dicit, quod ipse videbit hec magnifica fieri temporibus suis. Et certe infra annum unum possent fieri, si Deo placuerit et summo pontifici, et infra minus; unde temporibus vestris[a] possunt fieri. Et Deus conservet[b] vitam vestram, ut hec per vos fiant! Et ideo non expedit, quod sitis magne abstinentie[c] nec vigiliarum magnarum, quia exercitacio corporis ad modicum valet, (1. Tim. 4, 8.) pietas autem ad omnia, ut dicit apostolus. . . . . . . .

25. . . . Ydioma[d, 1] est proprietas alicuius lingue distincta ab alia[e], ut Picardicum et Gallicum et Provinciale et omnia ydiomata[d] a finibus Apulie usque ad fines Hispanie[f]; nam lingua Latina est in hiis omnibus una et eadem secundum substantiam, sed variata secundum ydiomata[d] diversa. . . . . . .

Multa fuerunt male translata et precipue de philosophia[2]; . . . alii vero qui infinita quasi converterunt in Latinum, ut Gerardus Cremonensis[3], Michael Scotus[4], Alvredus Anglicus[5], Hermannus Alemannus[6] et translator Meinfredi[g, 7] nuper a domino rege Karolo[h] devicti, hii presumpserunt innumerabilia transferre, sed nec scientias nec linguas sciverunt, eciam non Latinam; nam in locis quasi innumerabilibus ponunt linguam[i] maternam. . . . . . .

32. . . . Puer vero Iohannes[8] portavit cristallum spericum ad experiendum[9], et instruxi eum in demonstracione et figuracione huius rei occulte. Nec est aliquis in tota Italia sicut nec Parisius duo, qui possunt dare causam sufficientem in hac parte; et multa exposui circa has fracciones. . . . . . .

73. . . . Beatus Franciscus iussit fratri cythariste[k], ut dulcius personaret, quatinus mens excitaretur ad harmonias[l] celestes, quas pluries audivit[10]. Mira enim musice super[m] omnes scientias est et spectanda potestas. . . . . . .

75. . . . Sed excitantur[11] audientes ad omnem curiositatem intellectus, ut in nullo affectus elevetur in bonum per eos qui talibus modis utuntur in predicacione. Sed licet vulgus predicancium sic utatur, tamen aliqui, modum alium habentes, infinitam faciunt utilitatem, ut est frater Bertholdus Alemannus[12], qui solus plus facit de utilitate magnifica in predicacione quam fere omnes alii fratres ordinis utriusque. **Explicit.** [Deo[n] gratias! Amen. Amen. Amen[o]].

a) nostris 3. b) conservat *ed.* c) sapientie 3. d) ydeom. 3. e) alio 3. f) Hysp. 3. g) Menfredi 1; Memfr. 3. h) Karalo 3. i) linguas maternas 3. k) cith. 3. l) arm. 3. m) s. o. s. *des.* 3. n) Deo g. A. A. A. *des.* 1. o) Explicit summa fratris Rogeri Baconis ad Clementem papam *add.* 3.

# EX COMPENDIO STUDII PHILOSOPHIAE.

1.[a] . . . Videamus omnes status mundi et consideremus diligenter, inveniemus corrupcionem infinitam ubique; quod primo apparet in capite. Nam curia Romana, que solebat et debet regi sapiencia Dei, nunc depravatur constitucionibus imperatorum laicorum[13], factis pro populo laico regendo, quas ius civile continet. Laceratur enim illa sedes sacra fraudi-

a) *exstat in cod. Musei Britannici Tiberius C V, f. 120 sqq., eodem qui 3 supra p. 575, n. a. vocatur, quem cum editione Brewer contuli.*

1) V. eadem supra p. 571. 2) Graeca. 3) Cf. Wüstenfeld, 'Uebers. Arab. Werke' in 'Abh. der Gött. Ges. d. Wiss.' XXII, p. 56. 4) Cf. ib. p. 99; supra p. 571. 5) Cf. ib. p. 86. 6) Cf. supra p. 572. 7) Fortasse Stephanus de Messina (cf. prologum eius: *Incipiunt aphorismi astrologici. Domino Manfredo inclito regi Cecilie Stephanus de Messana hos flores de scientiis astronomie domini* [sive divi] *Hermetis transtulit;* ap. Wüstenfeld p. 96) aut Bartholomaeus de Messina secundum Hartwig, 'Nachtrag, Centralbl. f. Bibl.' 1886, p. 3. Minus recte iam hoc loco Willelmum, qui infra p. 582. cum eisdem nominatur, dici censet Werner XCIII, p. 510, cum hic potius papae translator vocandus fuisset. 8) A Rogero Parisiis 5 *vel sex annis instructus* Opus Tert. p. 61, tunc ad Clementem IV. missus; cf. Opus Maius p. 16. 447; Minus p. 316. 320; Tertium p. 89. 9) Fractiones radii lucis. 10) Cf. V. s. Francisci auct. Bonaventura, Acta SS. Oct. II, p. 756. 11) 'A praedicatoribus puerilibus'. 12) Ratisbonensis, cuius sermones edidit Pfeiffer, Vind. 1862. 13) V. supra p. 576.

bus et dolis iuristarum. Perit iusticia, pax omnis violatur, infinita scandala suscitantur. Mores enim sequntur[a] ibidem perversissimi; regnat superbia, ardet avaricia, invidia corrodit singulos, luxuria diffamat totam illam curiam, gula in omnibus dominatur. Nec hec sufficiunt, nisi vicarius Dei denegetur[b] negligentia sue ecclesie, et mundus desoletur rectore, sicut iam accidit per multos annos, vacante sede[1] propter invidiam et zelum et appetitum honoris, quibus servit illa curia, et quibus nititur se et suos introducere, sicut omnes sciunt qui volunt noscere veritatem. Si igitur hec fiant in capite, quid fit in membris?

Respiciamus prelatos, quomodo student pecunie, negligunt curam animarum, nepotes et ceteros amicos carnales promovent ac[c] dolosos legistas, quia consiliis destruunt omnia; studentes enim in philosophia et theologia contempnunt[2], impediunt ordines duos, ut non possint libere vivere et agere ad salutem animarum, qui gratis se ingerunt propter Dominum. Consideremus religiosos! Nullum ordinem excludo. Videamus, quantum ceciderunt singuli a statu debito, et novi ordines iam horribiliter labefacti sunt a pristina dignitate! Totus clerus vacat superbie, luxurie et avaricie. Et ubicunque congregantur clerici, sicut Parisius et Oxonie, bellis et turbacionibus et ceteris viciis scandalizant totum populum laicorum.

Principes et barones et milites premunt et spoliant se mutuo et populum subiectum confundunt bellis et exaccionibus infinitis, quibus nititur[d] aliena rapere, eciam ducatus, regna, sicut videmus hiis temporibus adimpleri. Rex enim Francie abstulit per magnam in-
1268. iuriam illas magnas terras a rege Anglie, ut notum est; et Karolus iam heredes Frederici magnifice debellavit. Non curatur, quid fiat nec quomodo, seu per fas seu per nefas, dummodo quilibet suam expleat voluntatem; et tamen gule et luxurie voluptatibus inserviunt et ceterorum malitiis peccatorum. Populus, iam irritatus per principes, odit eos, et ideo nullam fidem tenent eis, ubi possunt evadere; et corrupti per mala exempla maiorum ad invicem se premunt et dolis et fraudibus circumveniunt, ut ubique conspicimus ad oculum; et totaliter luxurie et gule dediti sunt et depravantur plus quam valeat enarrari. De mercatoribus et artificibus non est questio, quia in omnibus dictis et factis eorum regnat fraus et dolus et falsitas ultra modum. . . . . . .

Scimus, non solum a longe, sed prope nos regiones maris esse, que in puro paganismo adhuc remanent, quibus nunquam fuit predicatum, nec legem Dei receperunt, ut sunt Pruteni[e,3] et Letewini et alii multi qui sequntur fines Alemannie. Et non distat principium terrarum illarum a Parisius nisi quantum Roma[f]; et sunt maiora regna quam Alemannie et Francie et Hispanie, sicut certitudinaliter comprehendimus per homines fide dignos. . . . . . .

Diu cum multis modis et temporibus diversis Deus corripuit et correxit ecclesiam suam; sed nunc, quia completa est malicia hominum, oportet, quod per optimum papam et per optimum principem, tanquam gladio materiali coniuncto gladio spirituali, purgetur ecclesia, aut quod per Antichristum vel per aliquam tribulacionem, ut per discordiam principum christianorum seu per Tartaros et Saracenos et ceteros reges orientis, secundum quod diverse scripture sonant et varie prophetie. Non enim est dubitacio aliqua apud sapientes, quin purganda sit cito ecclesia; sed an primo modo, an secundo vel tertio, opiniones varie sunt, nec est usquequaque certitudinaliter diffinitum. De hiis vero magna est consideratio, ut sentenciis variis deductis videatur, quid verum sit, aut saltem, quod[a] verisimilius videatur. . . . . . .

2. . . . Cum iuvenes se dant peccatis luxurie . . ., cum senuerint, . . . magis ac magis excecantur per luxuriam, sicut probatum est hoc anno, quod multi theologi Parisius et qui legerunt in theologia sunt relegati a civitate et a regno Francie per multos annos, publice damnati propter sodomiticas vilitates. . . . . . .

4. **In quo investigantur duo alia impedimenta.** Sed quoniam iam ad nostra tempora devenimus, ideo quidem in precedentibus supposita circa causas erroris et impedimenti sapientie, que multiplicate sunt a quadraginta annis, maxime volo introducere, ut manifestum sit, quod tantus error regnat in ecclesia Dei, quod vel oportet[4], quod Anti-

a) *sic c.* b) *superscr. c.* c) et c. d) nituntur *forte emendandum.* e) Pout. et Lecew. c. f) *corr. ex* Romane c.

1) A. 1268—1271. 2) V. supra p. 576. 3) Borussi. V. supra p. 573. 4) V. supra l. 38.

christus veniat vel alia turbacio gravis, vel aliquis summus pontifex sanctissimus virtute Dei exterminet[a] has causas errorum et restituat debito statui universa.

Due igitur cause sunt perfecte istorum a quadraginta annis: una est abusus iuris civilis[1] Ytalie, qui non solum destruit studium sapientie, sed ecclesiam Dei et omnia regna. Et ideo per hunc abusum destruuntur omnes quinque gradus sapientie predicte, et totus mundus ponitur in maligno. Quia autem perversi iuriste destruunt studium sapientie, manifestum est, quia iam per fraudes et dolos sic occupaverunt prelatos et principes, quod fere omnia munera et beneficia recipiunt, ita quod vacantes studio theologie et philosophie non habent unde vivant, nec unde libros querant, nec unde archana sapientie rimentur et experiantur. Nec iuriste sacri canonis habent unde vivant nec studeant, nisi quia primo habent intellectum iuris civilis. Unde de illis nec curaretur, sicut nec de philosophantibus et theologis, nisi quia nomen habent in iure civili et eius abusionibus sacros canones fedaverunt. Deinde optimus quisque et ydoneus ad theologiam et philosophiam transvolat ad iura civilia, quia videt iuristas illos ditari et honorari ab omnibus prelatis et principibus, ita quod pauci respectu eorum qui necessarii essent in philosophia et theologia remanent pro illorum studio, quia cupida facultas iuris civilis trahit multitudinem clericorum.

Non solum ius civile Ytalicum destruit studium sapientie, quia aufert expensas studencium et utiles personas removet, sed quia omnino sua affinitate laicali clerum confundit indigne, cum non sit clericale officium talia iura excercere, sed penitus laicale. Quod est manifestum, si consideremus, quod hoc ius et a laicis principibus statutum est et pro laico populo dirigendo. Atque domini legum Bononie et per totam Ytaliam volunt vocari magistri vel clerici, nec coronam sicut clerici habent, uxores ducunt et omnino sicut laici familiam regunt et consorcio et consuetudinibus laicalibus sunt subiecti. Quapropter manifestum est, quod ab officio et statu clericali separati sunt; et ideo se convincit fieri laicum, qui talibus ruditatibus se inclinat. Preterea omne regnum habet sua iura, quibus laici reguntur, ut iura Anglie et Francie, et ita fit iusticia in aliis regnis per constituciones quas habent, sicut in Ytalia per suas. Quapropter, cum iura Anglie non competant statui clericorum nec Francie nec Hispanie nec Alemannie, similiter nec iura Ytalie conveniunt ullo modo; quia, si debeant clerici uti legibus patrie, tunc minus est inconveniens, ut clerici Anglie utantur legibus Anglie et clerici Francie legibus Francie et sic de aliis, quam clerici Anglie et Francie utantur legibus Ytalie. Quapropter maxima confusio clericorum est, quod huiusmodi constitucionibus laicalibus subdunt colla. Rex* quidam Anglie Stephanus, allatis legibus Ytalie in Angliam, publico edicto prohibuit, ne ab aliquo retinerentur. Si igitur laicus princeps laici principis alterius leges respueret, igitur multo magis omnis clericus deberet respuere leges laicorum. Addo eciam, quod magis concordant iura Francie cum Anglia et e converso propter vicinitatem regnorum et communicationem maiorem gentium istarum, quam Ytalie et illarum; igitur deberent magis clerici Anglie subicere se legibus Francie et e converso quam legibus Lumbardie. Sed si volumus alcius iuxta dignitatem clericalem sapientie procedere, inveniemus veraciter, quod indecentissimum est, ut clerici, quibus datur titulus sapientie, vacent professionibus iuris Ytalie. . . . . . .

Docet igitur Aristoteles, quomodo oriuntur leges diverse in mundo, et que sunt male et corrumpunt civitates et regna, et qualiter vitari debent et destrui, ut tandem statuatur una lex perfecta iuxta vias philosophie, que salvet in pace et iusticia civitates et regiones. Et docet, que sunt nobiles proprietates istius legis, et quomodo debet custodiri illibata et incorrupta, et quomodo corruptores eius strictissime arceantur. Certe maiores sunt hic in paucis capitulis quam in toto corpore iuris Ytalici. . . . . . .

*) *Fortasse legit Rogerus hunc locum Iohannis Saresberiensis Polycrat. VIII, 22, quem SS. XXVII, p. 49. postea inseras velim:*

Alios vidi, qui libros legis deputant igni nec scindere vererentur, si in manus eorum iura pervenirent aut canones. Tempore regis Stephani a regno iusse sunt[b] leges Romane, quas in Britanniam domus venerabilis patris Theobaldi Britanniarum primatis[2] asciverat. Ne quis etiam libros retineret, edicto regio prohibitum est, et Vacario[3] nostro indictum silentium; sed, Deo faciente, eo magis virtus legis invaluit, quo eam amplius nitebatur impietas infirmare. *[Contuli cod. Musei Britannici Regium 13 D IV].*

a) *corr. ex* exterminat. b) exsulare *supplendum vel* pulse *pro* iusse *emendandum.*

1) V. supra p. 578. 2) A. 1139—1161. 3) De eo v. SS. XXVII, p. 315; VI, p. 498.

O quam nobiles sententias proferunt philosophi . . . de reprobacione malarum legum, et que sit optima, et quomodo probari debeat, et que sint condiciones et articuli eius, et quomodo servari debeat et defendi et promulgari, et de legislatore et de eius successore, ut dixi. Hec autem sub compendio[1] collegi et misi domino Clementi apostolice recordacionis sicut multa alia, quia hec mihi efficaciter preceperat et districte. Et de hiis fiet aliqua expositio inferius loco suo. Hec igitur iura philosophica competunt clericis, et non ruditates laicorum Ytalie, quibus status clericorum confunditur ad hec tempora. Unde non plus decet clericos uti illo iure mecanico quam aliis artibus mecanicis. Et utinam ordinatum esset irrevocabiliter, quod quicumque clerici occuparent se in iure laicorum Ytalie, quod occuparentur in aliis artibus mecanicis et fierent carpentatores et sutores et pelliparii et exterminarentur a consorcio clericorum!

5. In quo investigatur secundum duorum impedimentorum, de quibus dicitur in principio quarti capituli. Secundum principale quod est causa erroris in studio sapientie hiis temporibus est, quod a quadraginta annis surrexerunt quidam in studio, qui se ipsos creaverunt in magistros et doctores studii theologie et philosophie, cum tamen nunquam didicerunt aliquid dignum nec volunt nec possunt propter statum suum. . . . Hii sunt pueri inexperti, se ipsos et mundum et linguas sapienciales, Grecam et Ebream[2] — que necessarie sunt studio, ut inferius probabo —, ignorant et omnes partes et scientias philosophie mundi cum sapientia, quando presumunt de studio theologie, quod requirit omnem sapientiam humanam, sicut docent sancti; et sapientes omnes sciunt hoc. Si enim alicubi[a] est veritas, hic invenitur; si falsitas, hic dampnatur, ut docet Augustinus in libro de doctrina Christi[b, 3]. Hii sunt pueri duorum ordinum studencium, ut Albertus et Thomas et alii, qui, ut in pluribus, ingrediuntur ordines, quando sunt viginti annorum et infra. Et hoc maxime a mari Anglicano usque ad fines christianitatis et precipue ultra regnum Francie, ita quod in Aquitannia et Provincia et Hispania, Ytalia, Alemannia et Hungaria, Dacia et ubique recipiuntur ad ordines passim a decimo anno usque ad vicesimum, qui nichil dignum possunt scire propter etatem, simul cum hoc quod cause errorum humanorum predicte tenent eos, et ideo nichil sciunt, quando ordines intrant, quod valcat theologie. Unde plura milia intrant qui nesciunt legere psalterium nec Donatum, sed statim post professionem ponuntur ad studium theologie. Et a principio ordinis, scilicet a tempore quo primo floruit studium in ordinibus, primi studentes fuerunt tales sicut posteriores et dederunt se illi studio theologie, quod omnem sapienciam desiderat humanam. Et ideo oportuit, quod non proficerent ullo modo, precipue cum non procuraverunt se instrui ab aliis in philosophia, postquam ingressi sunt, et maxime, quia presumserunt in ordinibus investigare philosophiam per se sine doctore, ita quod facti sunt magistri in theologia et philosophia, antequam fuerunt discipuli; et ideo regnat apud eos error infinitus, licet non appareat propter causas certas, Deo permittente et diabolo procurante. . . . . .

Seculares a quadraginta annis neglexerunt studium theologie et philosophie secundum veras vias illorum studiorum. . . . Propter quod accidit, ut seculares a quadraginta annis nullum composuerunt in theologia tractatum, nec reputant se aliquid posse scire, nisi per decem annos vel amplius audiant pueros duorum ordinum. Nec aliter presumunt legere Sententias nec incipere in theologia nec unam lectionem nec disputacionem nec predicacionem, nisi per quaternos puerorum in dictis ordinibus, sicut manifestum est omnibus in studio Parisius et ubique. Non igitur mirum, si ordines elevent cornua in studio et appareant miro modo. Sed tamen pro certo veritas est, quod nichil sciunt utile, quando veniunt ad studium theologie, nec preterea volunt ab aliis addiscere, sed per se student in omnibus; et impossibile est, quod homo adquirat sciencias difficiles per se. Nam nunquam in aliqua etate inventa fuit aliqua scientia, sed a principio mundi paulatim crevit sapientia et adhuc non est completa in hac vita; propter quod infinita superbia invasit istos ordines, quod presumunt docere, antequam discant; et necesse est, quod doctrina eorum sit in fine corruptionis.

Quod non solum ex causis dictis manifestum est, sed per causam finalem et effectum, ut scimus per experienciam a viginti annis, cum infinito scandalo omnium nacionum. Certum
1253. igitur et iam per viginti annos deductum publice Parisius, quod ineffabilis contencio orta

a) *in loco raso c.* b) christiana *emendat Brewer.*

1) V. supra p. 575. 2) V. ib., n. 4. 3) II, 18. BR.; sed cf. etiam II, 7 sqq.

1255.

est inter religiosos, ita quod seculares[1] insurrexerunt contra ordines et e converso et se mutuis assercionibus vocaverunt hereticos et discipulos Antichristi, et hoc lectionibus, disputacionibus, predicacionibus et scriptis firmaverunt, ita quod ad curiam Romanam delata sit causa, et turbatus est totus clerus et prelati et principes et populus laicorum. Et adhuc non cessant, immo semper nituntur multiplicare ista; nec unquam desistent, donec introducatur Antechristus[a], aut quod summus pontifex aliquis optimus exterminet hoc per consilium generale. Et monstruosa est hec contentio, quoniam seculares, qui sunt in statu minori, dampnant religiosos, quorum status perfectior[2] est, et discipuli dampnant suos magistros, quoniam nichil didicerunt seculares a quadraginta annis nisi ab hiis ordinibus, ut predixi. Multociens et audiendo et docendo vel[b] dico veritatem fratribus istorum ordinum et scribo, quod respondeant mihi huic argumento: Discipuli sunt heretici et precursores Antechristi, ut vos dicitis, et verum; igitur vos estis heretici et discipuli Antechristi. Sed nullum invenio, qui dissolvat argumentum, licet omnes negent conclusionem. Pro certo igitur sequitur conclusio ex premissis, nisi quia status sanctus est[c], et innocencia iuvenum intrancium hos ordines salvarent eos ab heresi et a titulo Antechristi.

Sed pro certo non sunt immunes a corrupcione studii sapientie, de qua presumunt, et nichil dignum sciunt. Et ideo Deus iustam penam intulit eis et permisit eos exprobrari in solempni studio a discipulis suis per vias et excercicia scolastica, legendo, disputando et predicando et scribendo, ut saltem sic flagellati tandem resipiscant ab errore studii. Sicut filii Israel corrupti errore legis Dei flagellati sunt a pessimis hominibus et correcti, quorum flagellatores Deus destruxit finaliter: sic destruet Deus istos seculares, qui blasfemant gratiam Dei, que data est religiosis, quoniam tota ecclesia tenuit usque nunc, quod status religionis sit perfectior statu secularium. Sed magistri Parisius docent de plano contrarium et multiplici sophismate[d] confirmant. Et iam coloraverunt sic opinionem suam, ut vix sit unquam possibile, ut destruatur hec heresis, donec compleatur per Antechristum, qui cum suis fautoribus a domino Iesu Christo destruetur, et appareant electi Dei, et releceat veritas in hoc mundo. Coloraverunt quidem nequissime sentencias suas in hoc, quod deduxerunt eas ad defensionem status prelatorum et domini pape et episcoporum, asserentes, quod prelati sunt in maiori perfectione ecclesiastica, etiam secundum vias fidei, quam subditi, ut apostoli et successores eorum. Quod qualitercunque intelligendum sit, tamen prelati sustinebunt causas suas et honorem proprium et doctoribus secularibus favebunt, nisi fuerit aliquis, qui religiosus esset vel religiosis consentiret pietatis causam intuens.

Non possumus negare, quin perfectio duplex sit: una in officio regiminis et auctoritatis, et alia est perfectio spiritualis. Certum est, quod prelati nunc temporis sicut semper habuerunt auctoritatem regiminis; sed an racione status habeant perfectionem secundam, indicant ipsi qui magis laudantur, quando ingrediuntur religionem et approbantur ab omnibus christianis. Qui eciam ex constitucione sola occidentalis ecclesie voventur[e] castitate, ad quam in primitiva ecclesia non fuerunt astricti, nec adhuc Greci et orientales ceteri ad hoc votum ab ecclesia constringuntur. Videant, quod[f] largam obedienciam habeant! Quia episcopi generalem obedienciam debent archiepiscopis et pape et possunt ire quo volunt et libere facere omnia, sed religiosi non possunt pedem movere nec aliquid facere sine speciali[g] suo imperio prelatorum. De paupertate planum est, quod religiosi saltem in proprio nichil habere possunt; sed prelati iuxta statum suum omnibus abundant[h] in propria potestate. Multa dicuntur hic a magistris theologie[i] secularibus contra ista. Sed certum est, quod verba habent venenosa, gratis oberrant a tramite veritatis. Si [de[k]] deliciis agatur et pompis mundi, manifestum est, quod repugnant statui religionis et sunt tollerabiles sive magis excusabiles in prelatis. De statibus semper hic loquor, licet in personis possit hinc inde esse diversitas, quia fuit Iudas in statu altissimo, et tamen imperfectissimus fuit, immo totus malus; e converso in prelatorum secularium numero multi boni sunt et sancti. Et aliquando invenitur aliquis apud eos, cuius sanctitas non invenitur apud reliquos istius temporis; ut, si volumus, possumus exemplum ponere in domino Roberto episcopo Lincolniensi[l] et sanctissime memorie, superius memorato, cuius vitam pauci prelati imitantur, et

a) *sic c.* b) *haec corrupta videntur.* c) *delendum vel* salvaret *pro* salvarent *legendum.* d) sophismatice *c.* e) vovent castitatem *forte emendandum.* f) quam *forte emendandum.* g) *postea corr.* specialis suo *c.*; suorum *forte emendandum*; specialissimo *Brewer.* h) *corr. ex* hab. *c.* i) theoligie *c.* k) *deest c.* l) *in marg. c.*

1) Imprimis Guillelmus de S. Amore; cf. supra p. 336. 363. 2) Cf. Euangelium aeternum, supra p. 363.

cuius studium[1] ordines studentes et seculares penitus neglexerunt. Cum igitur causa finalis studii theologorum est pessima, cum hoc videmus per effectum a viginti annis, et logici dicunt: 'Cuius finis pessimus est, ipsum totum pessimum est', quapropter studium theologorum a quadraginta annis inceptum est pessimum. Et tanto nequius latet error, quanto maior fit apparencia sapientie. Nunc[a] nunquam fuerunt tot studentes nec tot doctores. In omni enim regione iam legunt, in omni civitate et omni bona villa et ubique predicant, et tamen infinitus error est in studio theologie et per consequens philosophie propter malos theologos, sicut de cetero volo manifestare in particulari et in propria disciplina.

6. . . . Nec multum esset pro tanta utilitate[2] ire in Ytaliam, in qua[3] clerus et populus sunt pure Greci in multis locis; et episcopatus et archiepiscopatus et divites ac seniores possent ibi mittere pro libris et pro uno vel pro pluribus qui scirent Grecum, sicut dominus Robertus[4] sanctus episcopus Lincolniensis solebat facere; quorum aliqui in Anglia usque ad hec tempora sunt superstites. . . . . . .

7. . . . Brito[5] male ethimologizat et cadit in Hugutionis[5] vicium et Papie[5], quoniam ethimologia est sermo vel ratio veritatis. Sed veritas Greci non dependet a Latino, cum prius non dependet a posteriori. . . . . . .

8. . . . Sed longe maior error accidit in philosophia translata. Quia, si sancti erraverunt in suis translacionibus, multo magis alii, qui parum aut nichil de sanctitate curaverunt. Unde cum per Gerardum Cremonensem et Michaelem Scotum et Alvredum Anglicum et Heremannum Alemannum[6] et Willelmum Flemingum[7] data sit nobis copia translacionum de omni scientia, accidit tanta falsitas in eorum operibus, quod nullus sufficit admirari. Nam ad hoc quod translacio fiat vera, oportet, quod translator sciat linguam a qua transfert et linguam in quam transfert et scientiam quam vult transferre. Eccli. 31, 9. *Sed quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia*[b] *in vita sua.* Certe nullus predictorum scivit aliquid dignum de linguis et scienciis, ut manifestum est illud non solum ex eorum translacionibus, sed ex condicionibus personarum. Omnes enim fuerunt temporibus nostris, ita quod aliqui iuvenes adhuc fuerunt contemporanei Gerardo Cremonensi, qui fuit antiquior inter illos. Heremannus quidem Alemannus adhuc vivit episcopus, cui fuit valde familiaris. Qui mihi sciscitanti eum de libris logice quibusdam, quos habuit transferendos, in Arabico, dixit ore rotundo, quod nescivit logicam, et ideo non ausus fuit transferre. Et certe si logicam nescivit, non potuit alias scire sciencias sicut decet. Nec Arabicum bene scivit, ut confessus est, quia magis fuit adiutor translacionum quam translator, quia Sarascenos tenuit secum in Hispania, qui fuerunt in suis translacionibus principales. Similiter Michael Scotus ascripsit[8] sibi translaciones multas; sed certum est, quod Andreas quidam Iudeus plus laboravit in hiis[9]; unde Michael, sicut Heremannus retulit, nec scivit scientias neque linguas. Et sic de aliis. Maxime iste Willelmus Flemingus[10], qui nunc floret; cum tamen notum est omnibus Parisius literatis, quod nullam novit scientiam in lingua Greca, de qua presumit, et ideo omnia transfert falsa et corrumpit sapientiam Latinorum. Solus enim Boecius scivit de omnibus interpretacionibus linguas sufficienter. Solus dominus Robertus[4] propter longitudinem vite et vias mirabiles, quibus usus est, pre aliis hominibus scivit scientias; quia Grecum et Ebreum non scivit sufficienter, ut per se transferret, sed habuit multos adiutores. Omnes autem alii ignoraverunt linguas et scientias, et maxime hic Willelmus Flemingus[10], qui nichil novit dignum neque in scientiis neque in linguis; tamen omnes translaciones factas promisit immutare et novas cudere varias. Sed eas vidimus et scimus esse omnino erroneas et vitandas. . . . . . .

a) Nec unquam *forte emendandum.* b) mirabila *c.*

1) Scil. Graecae et Hebraicae linguarum. 2) Ad linguam Graecam discendam; cf. Charles p. 123. 3) Cf. supra p. 575. 4) Grosseteste, quem noster saepissime praedicat. 5) Cf. de eo 'Hist. littér.' XVI, p. 356; Thurot, 'Extraits de Mss. grammat.' p. 50. 403 sq. In hos tres grammaticos compluribus locis invehitur Rogerus, ut paulo inferius: *Brito et Hugutio et alii grammaticelle idiote,* et Charles p. 359. 6) V. de eis supra p. 577. 7) De Moerbeke (secundum Werner XCII, p. 510); hic fuit a. 1268—1274. poenitentiarius papalis, a. 1277. archiepiscopus Corinthi; cf. Wüstenfeld p. 110. Willelmi versiones edidit Cousin, Procli opera I, p. 1. 8) De hoc loco disserit Hartwig, 'Übersetzungsliteratur' p. 22. 9) Haec examinavit Wüstenfeld p. 106. 10) V. supra I. 20.

De logicalibus[1] etiam de studio deficiunt Latino duo libri meliores, quos Heremannus habuit Arabice, sed non fuit ausus transferre, cum tamen unum eorum transtulit aut fecit transferri, sed ita male, quod nichil omnino valet illa translacio nec est eciam in usu logicorum. . . . . . .

# EX EPISTOLA[a] DE SECRETIS OPERIBUS ARTIS ET NATURAE ET DE NULLITATE MAGIAE[2].

Incipit[b] epistola Rogeri Bachon de potestate artis et nature.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[2.[c] De characteribus, carminibus et eorum usu]. . . Sunt autem quedam deprecationes antiquitus institute ab hominibus[d] veritatis aut magis a Deo et cf. Num. 6,27.
angelis ordinate, et huiusmodi virtutem suam primam[e] possunt retinere, sicut in multis regionibus adhuc quedam orationes fiunt super ferrum candens et super aquam fluminis et super[f] alia, in quibus innocentes probantur, et rei dampnantur, et auctoritate ecclesie[g] fiunt et prelatorum. Nam et ipsi sacerdotes exorcismos faciunt in aqua benedicta, sicut in lege ib. 5,17.
veteri de aqua purgationis legitur, qua probatur adultera vel fidelis viro suo, et multa sunt huiusmodi. Sed que in libris magicorum continentur omnia sunt iure arcenda[h], quamvis aliquod[i] verum contineant, quia tot falsis abutuntur[k], quod non potest discerni inter verum et falsum. . . . . . .

[7.[l] De retardatione accidentium senectutis et de[3] prolongatione vite humane]. . . . Rusticus[4] effodiens in campis cum aratro, vas[m] aureum cum liquore nobili invenit, et[n] estimans rorem celi, lavit faciem et bibit; et spiritu[n] et corpore et bonitate sapientie renovatus, de bubulco factus est baiulus[o] regis Sicilie; quod accidit tempore regis[p] Willelmi; et probatum est testimonio literarum[q] papalium, quod Alemannus[r] quidam[e] captivatus inter Saracenos recepit[s] medicinam, qua usque ad quingentos annos vita[t] sua prolongata est. Nam rex, qui eum[u] habuerat captivum, recepit regis magni nuncios cum hac medicina, sed quia eam[v] suspectam habuerat, voluit probare in captivo quod fuerat ei delatum. . . . . . .

a) *cum editionibus contuli Musei Britannici codicem Sloane* 2156, *fol.* 111, *saec. XIV.* b) Incipit — nature *ex Sl.* c) 2. — usu *des. Sl.* d) virtutis aut *add. Roth.* e) *deest Sl.* f) *ita Sl.*; similiter *edd.* g) creduntur fieri *C, ubi* e. f. et *des. [Ita Br., sed quem codicem C vocaverit, non inveni].* h) horrenda *Sl.* i) aliquid veri *edd.* k) involvuntur ut non possit *Roth.* l) 7. — humane *des. Sl.* m) invenit vas a. c. l. et existimans *Roth, ubi* nobili *deest.* n) c. et s. *Sl.* o) r. Cecilie b. *Sl.* p) Guilhelmi r. *Sl.* q) p. l. *Sl.* r) Alm. quidem captivus *Roth.* s) recipit *Sl.* t) vitam suam prolongavit *Roth.* u) ipsum *Roth.* v) eos habuit suspectos *Roth.*

1) Libris Aristotelis. 2) Ed. Roth-Scholtz, 'Deutsches Theatrum chem.' (Nürnb. 1732) III, p. 305; Brewer, Rogeri Bacon Opp. inedita (1859) p. 539. 3) De hac re Rogerus multa scripsit, ut Jebb p. 466; Br. p. 375. 538. 4) Supra p. 574. haec iam semel narravit auctor.

# EX IOHANNIS DE TAYSTER ANNALIBUS.

*Iohannes de Tayster*[1]*, a.* 1244. *monachus Sancti Edmundi*[2] *susceptus, ad annales ab orbe condito ad a.* 1265. *scribendos paullo ante hunc annum*[3] *aggressus est. Qui primo historiis vulgatissimis*[4]*, tum Annalibus S. Edmundi usque ad a.* 1212. *excerptis, deinde*[5]*, fortasse ex horum Continuatione perdita, domesticis quidem rebus accurate, universis autem breviter tantum narratis, postremo demum quae ipse vidit ample, etiam tabulis externis*[6] *adhibitis, illustravit et, quamvis Simoni de Monte-forti faveret*[7]*, satis aequo animo iudicavit.*

*In eadem abbatia*[8]*, fortasse*[9] *auctore Iohanne de Everisdene*[10]*, opus, rebus fere ipsis temporibus quibus singulae gestae sunt schedis traditis*[11]*, usque ad a.* 1296[12]*, tum ad a.* 1301. *continuatum est. Primus continuator ipso a.* 1266.[13] *quo Tayster desierat scribere coepisse videtur.*

*Edmundenses suas res domesticas accuratissime, Angliae Orientalis universas bene illustraverunt. Sed humilem annalium modum raro tantum egressi,*

1) V. excerpta a. 1244. *Taxter* iam a viris doctis vocari solet. 2) Bury St. Edmund's. Ex prioribus eiusdem abbatiae libris habes excerpta SS. XXVII, p. 324. 426. 3) V. infra a. 1202. 1255; errores a. 1239. 1258. commissos. Tamen eclipsi lunae in fine operis accuratissime narrata proditur auctor a. 1265. coaevus; accedit quod codices 1. 3 iam saec. XIII. ex perdito Iohannis autographo transsumpti sunt. 4) Initium operis, usque ad a. 1152. ineditum (quoad velociter perquirens intelligere potui, nihil nisi e Florentio Wigorn., Willelmo Malmesbur., Radulfo Dicet., Ann. S. Edmundi brevissima excerpta continens) Germanicae historiae nullum bonae frugis granum affert. Per saec. XII ex. Iohannes Radulfum de Diceto et Rogerum de Hoveden sequitur. 5) Eum ad Chronica S. Albani accessisse, id quod Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 167. contendit, negarim. 6) V. excerpta a. 1246. 1248. 1257. 7) Cf. a. 1265. de tenebris tempore quo Simon mortuus est et miraculis postea factis et verba: *Regales fedus federantes, immo fedantes.* 8) Cf. a. 1295: *Ricardus abbas istius loci.* 9) Argumentum sane tenue mihi videtur; nititur enim in solis verbis codicis 3 quae infra a. 1300. excerpsi. A. 1255. alia manus annotavit in 3: *Hic attonsus fui.* 10) Eversden in Cantabrigiae com. 11) Velut verba a. 1270: *Cantuariensis archiepiscopus electus Adam necessitate cogente curiam adiit Romanam* scripta videntur, antequam a. 1272. *Adam in curia Romana cessit electioni* et 1273. *prioratui est restitutus.* Cf. a. 1272: *Edwardus I. nuper fuerat vulneratus;* a. 1292 (ubi etiam [v. infra] spatium vacat, quo scriberetur, quamdiu sedes Romana vacaverit): *utinam felici auspicio omnia elementa quieverunt.* Neque Edwardus I, a Blanca reiectus, a. 1294. *optato sed illicito merito frustratus matrimonio* dictus fuisset, si auctor post regis matrimonium cum Blancae sorore a. 1299. contractum scripsisset. Accedit quod eclipses diebus accurate notatis (e. g. a. 1286 sq.) describuntur. Tamen verba a. 1268 (v. infra p. 591, l. 33) non ante a. 1271, a. 1276: *Mortalitas ovium per plures annos* non ante a. 1279. scribi potuerunt. 12) Eo anno desinit codex 4, et manus mutatur in 3. Ex eo autem, quod codd. B (post a. 1284) et H (post a. 1293) ab Edmundensibus deviant, iam prius opus editum esse, non pro certo concluserim. 13) 'Exheredatorum' expeditio sine dubio ab auctore coaevo narrata est; cf. a. 1273: *Inundatio tanta, quod parum inundationi a. D.* 1258. *factae distare videbatur.* Ut a. 1265. alium auctorem opus suscepisse statuamus, inducimur eo solo argumento, quod codices 1. 2, qui auctoris nomen praebent, eo anno desinunt. — Quicumque a. 1279. scripsit, lingua Gallica usus est: *apud la Gildhalle.*

*sua iudicia sententiasque de rebus sibi visis, si quae de Edwardo I. ecclesiae libertatem violante*[1] *dicta sunt excipis, proferre noluerunt.*

*De rebus in imperio gestis non pauca, sed potius incerta fama divulgante quam ex litteris authenticis compererunt. Usque ad operis finem Mariani Scoti aeram a Florentio Wigorniensi susceptam in margine adscripserunt*[2].

*Codices quos adhibui sunt*[3]:

1) *Collegii Armorum Lundiniensis*[4] *nr.* 6[5], *f.* 109, *c. a.* 1300. *una manu exaratus*[6], *desinit a.* 1265. *Ex quo excerptorum contextum constitui.*

2) *Musei Britannici Cottonianus Iulius AI, saec. XIV, non ex* 1 *descriptus*[7].

3) *Collegii Armorum nr.* 30[5], *f.* 97, *una manu*[8] *saec. XIII ex. ad a.* 1296, *altera*[9] *s. XIV in. ad* 1301. *perductus est*[10]. *Posteriores scribae annales a.* 1312—1335.[11] *et notam de a.* 1382. *adiecerunt. In hoc codice solo exstant longa capita de S. Edmundi rebus, quae aeque atque auctaria post a.* 1296. *addita adhuc inedita sunt. Hunc ab a.* 1266. *secutus sum.*

4) *Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr.* 92[12], liber abbatis et conventus de Burgo Sancti Petri, *saec. XIII ex., usque ad a.* 1152. *compilationem*[13] *ex Mariano Wigorniae ad a.* 1132. *continuato et Henrico Huntingdoniensi factam, tum Taysterii et continuatoris I. annales usque ad a.* 1296, *omissis rebus Edmundensibus et adiectis Petriburgensibus*[14], *praebet.*

*H) Annalista Hulmensis*[15], *qui Iohannes de Oxenedes dicitur, annales* 1258—1292. *ex Edmundensi opere, omissis nonnullis rebus Edmundensibus et externis, transsumptos praebet*[16].

*N) Annalista Norwicensis*[15], *plerumque quidem Hulmensem secutus, nonnumquam Taysterii*[17] *locos exhibet, qui codicibus H quos novimus desunt, sed forsitan in authentico Hulmensi perdito olim extiterint. Annales* 1258—63. *et* 1279 *sqq. cum nostro opere conveniunt*[18].

*B) Bartholomeus de Cotton*[15] *librum N sibi vendicavit. Easdem autem partes quas H ex Annalibus Edmundensibus a.* 1282 *sqq., a N omissis, selegit praebens, certe unam lectionem meliorem*[19] *quam H servavit. Itaque ad Hulmensem quem dixi authenticum librum accessisse videtur, quippe qui eodem decennio quo N in Norwicensi monasterio scripserit.*

*Ex* 4 *solo, quamvis hic codex minoris pretii quam* 1. 2. 3 *aestimandus sit*[20], Florentii Wigorniensis chronicon ad a. 1295. perductum *edidit B. Thorpe Lond.* 1849. 8°. *locumque praebuit errori, ut hoc opus S. Edmundi vulgo Continuatio Florentii vocaretur.*

*F. L.*

1) A. 1294: *alter Salomon hactenus, Deo displicente — et utinam sibi incongruo — fretus consilio;* cf. supra p. 584, n. 11. 2) In codice 1 saepe pro annorum numeris litterae dominicales exstant. 3) Codicem Harleianum 1132. non adhibui, cum iam a. 1193. mutilus desinat, et notae ei Colcestriae additae, quas edidi 'Anglonorm. Gq.' p. 156, Germaniam non attingant. 4) In folio praefixo manus coaeva scripsit: *Iste liber est fratris Iohannis de Erghom.* 5) Olim erat ducis de Norfolk, comitis de Arundel. 6) Non est archetypus; v. errores infra a. 1241. 1246. 1251. 1261. et in numeris annorum. 7) Saepe cum 3 rectam lectionem, ubi 1 falsam praebet; cf. a. 1186. 8) Neque a. 1265. nec 1284. nec 1293. quidquam indicat, aliorum auctorum partes abhinc incepisse. 9) Quae non est ipsius continuatoris; v. a. 1296. Quasdam notulas ex hac H. continuatione infra subiunxi, quas excerpsit V. Cl. J. H. Jeayes a Museo Britannico. 10) Nec 4 ex 3 (v. a. 1283), nec 3 ex 4 manaverunt (v. a. 1272. 1274. 1276 sq). Posteriorem autem esse codicem 4 codice 3 constat; cf. a. 1262, n. z. 11) Desunt a. 1302—1311. 12) Hunc contuli ab a. 1266. 13) De simili opere Petriburgi exscripto cf. SS. XXVII, p. 185. 14) V. infra a. 1291. 15) V. excerpta infra edita. 16) H neque ex 3 (v. excerpta a. 1274), neque ex 4 descriptus est, cum a. 1279. Edmundensia exhibeat, quae 4 desunt. 17) Etiam ex continuatione Taysterii quaedam in N et B transsumpta esse censuit Luard, editor Bartholomaei de Cotton, cum H, tunc ineditum, nondum pernosset. 18) Cum N nondum editus sit, eas tantum lectiones eius quae a Luard (Barthol. Cotton) laudatae sunt notare potui. 19) V. excerpta a. 1284. Plerumque tamen H propius ad Edmundenses accedit quam N et B. Conveniunt H et B, a 3 et 4 deviantes, a. 1283. 20) Qui quidem neque ex 1 (v. a. 1238. 1241), neque ex 3 (v. supra n. 10), neque ex H (v. a. 1290) descriptus est.

## INCIPIT[a] CRONICA ABREVIATA A PRINCIPIO MUNDI.

[Will. Malm. / Rad. Dic.] . . . 1083.[1] Defuncto Hildebrando, successit Desiderius, qui et Victor papa. Iste Victor, si fas est dicere, ad primam missam, calice veneno infecto, extinctus est[b]. Ex[2] quo Hildebertus[c] decessit, duo de papatu contendunt, scilicet Clemens, qui et Wibertus[d] archiepiscopus Ravennensis[e], et Odo episcopus Hostiensis, dictus Urbanus[f], quem sanior pars sequitur[g]. Urbanus papa.

[Flor. Wig.] 1085.[h] Rex Willelmus tribus capellanis suis[i] tres episcopatus dedit: Mauricio Londoniensem, Roberto Cestrensem[k] et Willelmo, defuncto[3] Arfasto[l], Theffordensem[m].

[ib.] 1086.[n] Willelmus rex fecit describi totam Angliam et omnes possessiones eius.

[Rad. Dic.] 1087.[o] Translacio sancti Nicholai a Mirrea[p] ad Barum in Apulea.

[Flor. Wig.] Willelmus rex concessit Roberto Curthose[q], primogenito suo, ducatum Normannie et Willelmo iuniori regnum Anglie; et sic obiit 5. Idus Septembr.; Cadomi sepelitur. Orta est dissencio in Anglia; nam quidam cum Willelmo Rufo rege, quidam cum Roberto, fratre suo, steterunt.

[Flor. Rad. Dic.] 1089[r]. Lanfrancus archiepiscopus 9.[s] Kal. Iun. migravit[t] ad Dominum. Hic inter cetera bona restituit ecclesie Cantuariensi 25 maneria.

1090.[u] Discordia[v] gravis inter Willelmum[w] regem et comitem Robertum facta est. . . . . . .

[Rad. Dic. Ym.] 1173. . . . Robertus comes Legecestrie[x] cum tribus milibus[y] Flandrencium[z] venit in Angliam, castrum de Hageneth[a] incendit. Sed ipse et uxor eius et quotquot Normanni et Franci cum eo venerant capiuntur. [Cap. Ym.] Flandrensium pars[b] occiditur, pars quedam submergitur; nullus tamen evasit; actum extra Burgum Sancti Edmundi[4] 16. Kal. Novembris.

[Cap.] 1174. Flandrenses[4] in auxilium regis filii venientes incendunt[5] Norwicum. . . . . . .

[Ym.] 1182. Henricus dux Saxonie[c], Frederici imperatoris offensam incurrens, venit in Normanniam ad Henricum regem cum uxore et familia. . . . . . .

[Cap.] 1184. . . . Fredericus[4] imperator dedit coronam imperii Teutonici Henrico, filio suo. . . . . . .

[ib.] 1186. . . . Henricus[4] rex Teutonie duxit Constanciam[6], filiam Rogeri, primi regis Cicilie, qui[7] fuit filius Rogeri[d] [Opusc.] comitis Siculorum, fratris Roberti Wiscard[e] de[8] genere Normannorum. In sigillo Rogeri regis scriptum fuit istud [Ym.] monosticum: *Appulus et Calaber, Siculus michi servit*[f] *et Afer.* . . . . . .

[ib.] 1188. . . . Fredericus imperator scripsit Saladino pro liberatione[9] Gwidonis regis; et 20000 christianorum captivantur[g]. . . . . . .

[Rog. Hov.] 1194. Ricardus rex exiit de capcione 2. Non. Febr., in qua fuit per unum annum et 6 ebdomadas[h] et tres dies, et applicuit ad Sandicum portum 3. Idus Mart. Maturato[i] etiam Beatum Edmundum visitavit. . . . . . .

[ib.] 1196. . . . Rex Ricardus dedit Othoni[k], nepoti suo, filio[10] Henrici ducis Saxonie, comitatum Pictavie. . . . . . .

[ib.] 1197. . . . Filius Henrici imperatoris, quem peperit ei Constancia, filia Rogeri regis Cicilie, imperatrix, puer 7 annorum, baptizatur et dictus est Fredericus; iste post Otonem factus est imperator Romanus[l, 11]. . . . Henricus[m] VI.[n] imperator obiit; successit[12] Oto, filius Henrici ducis Saxonie, nepos Ricardi regis. Fredericus, filius Henrici imperatoris, constituitur a domino papa rex Cicilie[o]. . . . . . .

[ib.] 1198. Otto[p] consecratur in imperatorem Teutonicorum. . . . . . .

[ib.] 1199. . . . Papa et Romani constituunt[13] imperatorem[q] Ottonem.

[ib.] 1200. . . . Dissencio oritur inter cives Parisienses et scolares Teutonicos, in qua electus[r] de Leges[s] interfectus est. . . . . . .

[Ann. S. Edm.] 1202. Hugo abbas[14] Sancti Edmundi, postea[15] episcopus Eliensis, factus est monachus die assumptionis sancte Marie. . . . . . .

Comes de Flandria cum comitissa iter arripuit versus Ierosolymam. . . . . . .

[ib.] 1204. . . . Comes Flandrie Constantinopolim cepit et factus est imperator. . . . . . .

[ib.] 1206. . . . Iohannes Ferentinus, domini pape nuncius, collecta magna pecunia, apud Redynges[t] celebravit [Oct. 20.] consilium 14.[u] Kal. Novembris[16]; deinde, pecunia caute comendata, Romam cito[v] rediit.

[ib.] 1207. . . . Electus est in archiepiscopum magister Stephanus de Langetone[w] presbiter cardinalis et consecratus est ab Innocencio papa[x] civitate Biterbii[y] 15. Kal. Iulii[z]. . . . . . .

---

a) *ita* 1; Inc. — mundi *des.* 3. b) *ex* 3. *H.*; *deest* 1. c) Hildebrandus *H.* d) *ita* 3; Wyb. 1. *H.* e) *ita* 3; Ravensis 1. *H.* f) II. *add. H.* g) persequitur 3. h) *ita H.*; e *in marg. pro numero* 1. i) *deest* 3. k) *ita* 3; Cestrensi 1. l) Harf. 3. m) Thef. 3. *H.* n) *ita H.*; c *in marg.* 1. o) *ita H.*; d *in marg.* 1. p) *ita* 3; Mur. 1. q) *ita* 3. *H.* (*ubi haec alio sermone narrantur*); Curthoose 1. r) *ita H.*; g *in marg.* 1. s) *ita H.*; 19. 1. t) migrat 3. u) *pro numero* f *in marg.* 1. v) Discordia — *a.* 1258 (*infra p.* 590, *l.* 21) *des. H. N. B.* w) r. W. 3. x) Leyc. 3. y) *corr. ex* militibus 1. z) *sic* 1. a) Hagenest 3. 4. b) o. p. *ed.* c) Sox. 1. d) *ita* 3. 4; *deest* 1. e) Wysc. 1. f) fuit *ed.* g) *ita* 1. 2; capt̃ 3; capitum *ed.* h) epd. 1. i) gressu *suppl. ed.* k) Otoni 2. 3. 4. l) Rom. 1; Rome 3. m) Henr. VI. — regis *minio scr.* 2. n) *ex* 2. 3; *deest* 1. o) Cilicie 2. p) Oto 2. 3. q) O. i. 2. 4. r) *deest* 1. s) *sic* 1; Legibus 3. 4, *postea corr.* Leodio 3; Legis *Rog. Hov.* t) Rading. 2. 4. u) 13. *ed.* v) sito 1. x) Long. 1. w) in *add. ed.* y) Biturbii 1. z) Iunii 1.

1) Error. 2) Ex Rad. Dic. a. 1091. vel Flor. Wig., eius fonte. 3) Fortasse ex Ann. S. Edmundi a. 1070. 4) Forte ex Annalista S. Edmundi, Radulfum secuto. 5) *vastaverunt* Rad. Dic. 6) Ex Radulfi Ymaginibus. 7) *qui — Afer* ex Rad. Opusc. II, p. 267. 8) *de g. N. In s. mon.* ex Rad. Ymag. a. 1194. 9) Hic error e verbis Rad. Ymag. a. 1188. negligentius coactis ortus esse videtur: *Pro liberatione Gu. regis reddiderunt Ierusalem. Viginti milia ducti in captivitatem. Litterae Saladino: 'Fredericus'.* 10) Forte ex Rad. Ymag. a. 1182. 11) A. 1220. 12) Forte ex a. 1198. 1196. 13) *elegerunt* Rog. Hov. 14) A. 1213—1221. 15) A. 1229. Haec scripta videntur postquam Hugo a. 1254. obiit. 16) *in crastino s. Luce* Ann. Edm. (= Rog. Wend.); *die s. Luce* Ann. Teokesbur., Dunstapl.

Rex Otho venit in Angliam loqui cum rege Iohanne, avunculo suo, et acceptis ab eodem avunculo 5000 marcis, rediit in terram suam. . . . . . . 1207. Ann. S. Edm.

1208. . . . Philippus dux Swavie, Othonis adversarius, in propria camera occisus est. Primates et magnates Alemannie fidelitatem et homagia fecerunt[a] Othoni. . . . . . . ib.

1209. . . . Dux Saxonie Henricus, frater Othonis, venit in Angliam loqui cum rege avunculo[b]. . . . . . . ib.

Abigei, homines nefarii et nominis Christi inimici, ab exercitu pro maiori parte deleti sunt in partibus Tolosanis[c].

Rome 4. Non. Octobris, die dominica, rex Otho in imperatorem coronatur. . . . . . .

1210. Orta est dissencio inter dominum papam et Otonem[d] imperatorem. . . . . . . ib.

Dominus papa excommunicavit imperatorem[e] Othonem, quia Fredericum regem Cicilie persequebatur. Omnes etiam magnates imperii a fidelitate eidem Othoni prestanda sunt absoluti. . . . . . .

1211.[f] . . . Comes Bolonie a rege Francie recessit. ib.

Pandulfus subdiaconus, domini pape nuncius, et frater Durandus[g] venerunt in Angliam ad pacem reformandam[h]; set redierunt infecto negocio. . . . . . .

1212.[f] Otho imperator duxit Isabellam, filiam regis[1] Swavie, eamque[i] carnaliter cognovit; que post paucos dies obiit. . . . . . . ib.

Rex Philippus[k] magnam classem congregavit, ut[f] ad debellandam Angliam transfretaret[l]; que clam a regis[m] Anglie primoribus[n] in litore combusta est[2]. . . . . . .

1213.[o] Nicholaus cardinalis episcopus Tusculanensis legationis officium exercet in Anglia. . . . . . .

1214. . . . Bellum in Flandria gestum prope Bovins die dominica inter regem Francorum et magnates regis Anglie, in quo capti sunt de Flandria et de Bolonia comites[3] et Willelmus comes de Salesbury[p] ex parte regis Anglie. Otho etiam imperator ibi prope existens, viso belli eventu, fugam iniit[4]. . . . . . . Iul. 27.

1215. . . . Othoni[q] imperatori Fredericus[r] rex Cicilie[s], filius Henrici quondam imperatoris, successit[5]. . . . . . .

Iohannes de Grey episcopus Norwicensis obiit[6]; Pandulfus[t], subdiaconus domini pape, electus est. . . . . . .

Innocentius papa celebravit consilium Lateranense mense Novembris, in quo[7] fuerunt 412 episcopi, abbates et priores plus quam octingenti, nuncii etiam Frederici electi et plures alii. Nov.

1216. Galo presbiter cardinalis tituli[u] Sancti Martini in Angliam venit 13. Kal. Iunii. . . . . . . Mai. 20.

Innocentius[v] papa[w] obiit 16.[8] Kal. Aug.; successit Honorius papa[w]. . . . . . . Iul. 17.

1218.[x] . . . Galo recessit ab Anglia 12. Kal. Decembris; Pandulfus Norwicensis electus fit domini pape legatus in Anglia. . . . . . . Nov. 20.

1219.[9] . . . Fredericus[r] coronatur in Romanum imperatorem ab Honorio papa. . . . . . .

1222. . . . Pandulfus consecratus est in episcopum Norwicensem. . . . . . .

1226. . . . Pandulfus episcopus Norwici obiit in Ytalia 17. Kal. Septembris[10]. . . . . . .

Lodowicus rex Francie apud Avinum[11] obiit. . . . . . .

1227. Honorius papa obiit; successit Hostiensis episcopus dictus Gregorius IX.

Scisma[y] inter papam et imperatorem oritur, unde papa eundem imperatorem excommunicavit.

Franci cruce signati in pectore Abigeos invadunt. . . . . . .

1229. Ortum est scisma inter scolares Parisienses et cives causa rusticorum Sancti Marcelli. Unde magistri legere[z] per totum annum cessabant, et scolares persecucionem legati tunc in Gallia existentis[a,12] et regine[13] non ferentes, pene omnes recesserunt. De legati et regine nimia[b] familiaritate dixit quidam:

*En morimur strati, cesi, mersi, spoliati;*
*Scortum legati nos facit ista pati*[14]. . . .

a) fecerant 1. b) suo *add. ed.* c) Tolostanis 1. d) O. *saepe* 1. e) O. i. *ed.* f) *deest* 1. g) Durn. 1. h) *ita* 4; conf. 1. i) eam 1. k) post *add.* 1. l) transfretavit 1. m) rege 1. n) prom. 1. o) 1212. 1. p) Saresbiria 2. q) Ot. — succ. *minio scr.* 2. r) Fredr. 1. s) Scilicie 2. t) Pad. 1. u) ecclesie 1. v) Inn. — H. papa *minio scr.* 2, *ubi quae de imperatoribus papisque sibi succedentibus referuntur plerumque rubro colore scripta sunt.* w) *deest* 4. x) *numeri annorum* 1217—1240. *des.* 1; *habentur in* 2. 3. y) 1249 *[i. e.* 1227*, secundum communem aeram] in marg.* 1. z) legem, *postea corr.* legerem 1. a) existentes 1. b) nimea 1.

1) *ducis* Ann. S. Edm. 2) Potius a. 1213. 3) Ferrandus et Reginaldus. 4) Similem errorem v. supra p. 556. 5) Iul. 25. Aquisgrani coronatus. 6) Iam a. 1214. Oct. 18. 7) Haec ex protocollo concilii proveniunt; cf. supra p. 48. 8) Potius XVII; Iul. 16. 9) Potius 1220. 10) 16. *Kal. Octobris* Barthol. Cotton Norwicensis ed. Luard p. 394. 11) Error; cf. supra p. 53. 12) Romani. 13) Blancae. 14) Eosdem versus paullo variantes vide supra p. 123.

1235. 1234.[1] . . . Fredericus[a] imperator duxit Isabel[b], sororem regis Anglie, mense Iunii.
1235.[c] . . . Eliensis[2] et Herefordensis[3] episcopi transfretaverunt in Gallias, ut adducerent filiam comitis Provincie, quam rex Anglie in uxorem duceret.
1236. Henricus rex Anglie traduxit Alianoram, filiam comitis Provincie[d], quam de-
Ian. 13. sponsavit apud Cantuariam Idus Ianuar., die dominica[5]. . . . . . .
1237. Otho diaconus cardinalis tituli Sancti Nicholai in Carcere Tulliano venit in
Iul. 10. Angliam 6. Idus Iulii, fungens legacionis officio. Ortum est iterum[e] scisma inter papam Gregorium et Fredericum imperatorem.
1238. . . . Dominus papa Fredericum[f] imperatorem propter diversas causas excommunicavit[6] et excommunicari precepit. . . . . . .
1239. . . . Gens nephanda dicta Tartarins, que[g] nuper de insulis ebulliens, superficiem terre impleverat, Ungariam[7] cum adiacentibus regionibus devastat. . . . . . .
1240. . . . Ricardus comes Cornubie, frater Henrici regis Anglie, cum multis Anglo-
Iun. 11. rum proceribus iter arripuit versus Ierosolymam 3. Idus Iunii[8].
Nov. 1. Dominus papa misit literas post festum omnium sanctorum[9] ad omnes ecclesie prelatos, ut venirent ad sequens pascha ad sedem apostolicam sine aliqua excusacione — vel eorum nuncii —, super arduis ecclesie negociis tractaturi[h]. . . . . . .
Ian. 1241.[i] Otho legatus de Anglia, Romam rediturus[k], egressus[l] mense Ianuario; sed ipse et alii duo legati, scilicet Francie et Ytalie, cum multis ecclesie prelatis a Ianue[m] mare
Mai. 3. intrantes, in manus imperatoris Frederici 5. Nonas Maii[n] inciderunt; quos per diversa loca custodie mancipavit. De quibus quidam[o] sic ait[10]:

*Omnes prelati, papa*[p] *mandante vocati,*
*Et tres legati veniunt*[q] *hucusque ligati.*

Aug. 22. Gregorius papa obiit 11. Kal. Septembris; successit Galfridus[11] cardinalis, consecratus[12]
Oct. 28. 5. Kal. Novembr., dictusque est[r] Celestinus quartus; vixitque in pontificatu 17[s] dies; obiit-
Nov. 11. que 3. Idus Novembr. Vacavit[t] sedes post obitum eius anno 1, mensibus 7, diebus 13.
Bonefacius, de Saweia natus, hoc anno electus est in archiepiscopum Cantuariensem
Febr. 1. Kal. Febr. . . . . . .
1242. Ricardus comes Cornubie, ab imperatore Frederico et rege Francie ceterisque principibus transmarinis plurimum honoratus[u], rediit[v] a Terra Sancta et applicuit apud
Ian. 17. Doveram 16.[w] Kal. Febr.[13] . . . . .
1243. . . . Sinebaldus presbiter cardinalis tituli[x] Sancti Laurencii in Lucina consecratus
Iun. 25. est in summum pontificem 7. Kal. Iulii[14] et dictus est Innocentius quartus. . . . . .

a) Fredr. 1. b) Isabellam 4. c) 1257 (= 1235) *in marg.* 1. d) Provintie 2. e) interim 4. f) *ita* 4; Fredericus 1. g) qui 1. h) tractatum 1. i) *ita* 2. 3. 4; 1262 (*i. e.* 1240) 1. k) redd. 1. 2. l) est *suppl. ed.* m) Ianua 4. n) *ita* 2. 3. 4; Marcii 1. o) quidem 4. p) *ita* 1. *H.*; pape mandato 4. q) *ita* 4. 5; veniant 1. 2. r) *ex* 1; *deest* 4. s) 16 1. t) *corr. ex* vocavit 1. u) hon'atus 1. v) redit 1. w) 11. 2. 4. x) titulo 4.

1) Potius a. 1235, Iul. 15. 2) Hugo. 3) Radulfus. 4) Potius 1235, m. Iulio. 5) 19. Kal. Febr. Math. Paris.; rex ipse de hoc matrimonio litteras dedit Amadeo III. comiti Sabaudiae et Willelmo electo Valentino, avunculis Alienorae, ap. Rymer I, p. 217; cf. p. 222. Quorum fratrem Bernardum arci de Reigate (in com. Surrey) et postea castro Windsor praefecit; cf. Pauli, 'Gesch. von England' III, p. 627. Socero Raimundo comiti Provinciae 4000 marcas misit (Pauli III, p. 626). Fortasse ex asseclis Bonifacii archiepiscopi Cantuariensis, alterius fratris Amadei, erat *magister A. de Sabaudia*, qui a. 1256 sq. tributa a cathedrali Wigorniensi exegit (Ann. Wigorn.). — In Fastis ecclesiae Anglicanae ed. Le Neve rec. Hardy hi praebendarii vocantur *de Sabaudia: Amadeus* archidiaconus Oxoniensis a. 1299. II, p. 65. 222; *Thomas* archidiaconus Wiltensis a. 1305. II, p. 628; *Aymo* archidiaconus Eboracensis a. 1300—2. III, p. 132. 215; *Ludovicus* canonicus Eboracensis a. 1290. III, p. 225; denique *Petrus* inde ab a. 1288. praebendas Lincolniensem, Herefordensem, Eboracensem adeptus, 1293. praecentor Lincolniensis, 1298. decanus Saresburiensis factus, a papa a. 1307. ad episcopatum Wigorniensem vocatus, sed a rege reiectus, a. 1309. ad archiepiscopatum Lugdunensem elatus est (I, p. 504. II, p. 83. 165. 182. 614. III, p. 54. 204). — A. 1254. *custos warderobe regis quidam Provencialis Hartaldus nomine est substitutus* (Ann. Dunstapl.), fortasse hic quoque e familia reginae. 6) 1239, m. Mart. 7) Demum a. 1241. 8) Circa Iun. 10. Ann. Waverl.; Iun. 10. Ann. Dunstapl. 9) Immo potius iam m. Augusto (Potthast, Reg. nr. 10925) concilium indixit; Idus Oct. alias epistolas (v. supra p. 202) de Friderici II. minis contemnendis dedit, quas auctor hic in mente habuisse videtur. 10) V. eosdem versus supra p. 507. 11) Guifredus episcopus Sabinensis. 12) Potius Oct. 25. electus, obiit Nov. 10. non consecratus. 13) *In crastino epiphanie* supra p. 225; Ian. 15. Ann. Waverl.; Ian. 20. supra p. 532; Ian. 21. Ann. Teokesbur. 14) Eo die electus, Iun. 28. consecratus est.

1243. Ricardus comes Cornubie duxit filiam comitis Provencie[1], sororem regine Anglie. . . . . . .

1244. . . . Innocentius papa venit in Gallias, apud Lugdunum moratus est. . . . . . .

Hoc[a] anno scriptor presentis voluminis habitum suscepit monachalem[b], dictus Iohannes[c] de Tayster[d], die sancti Edmundi. . . . . . . Nov. 20.

1245.[e] . . . 18. die Ianuarii[2], anno regni regis Henrici 29, Bonefacius electus Cantuariensis[f] consecratur a summo pontifice. . . . . . . Ian. 18.

Innocentius papa celebravit consilium[g] apud Lugdunum, in quo Fredericus Romanorum imperator sententialiter[h] privatus est ab imperio. . . . . . .

1246. Innocentio papa existente apud Lugdunum[i], Hendricus[k] landegravus[l] electus est a principibus Alemannie in regem eorum et in futurum imperatorem Romanorum 11.[m] Kal. Maii[3], feria tertia. Eodem anno[n] landegravus[o] habuit conflictum cum Conrado, Apr. 21. filio Frederici quondam imperatoris, qui Conradus devictus est ab ipso. Capti[p. 4] sunt autem ex parte Conradi 600 milites, 1700[q] armigeri preter pedites et mortuos, quorum numerus non habetur. Archiepiscopus Colonie[5] et Maguncius[6] et episcopus Metensis[7] cum suis, adherentes[r] dicto landegravo mandato domini pape, dictam pugnam vicerunt apud Scraburch[s. 8] in principio mensis Augusti. Fuerunt autem capti preter predictos comites et Aug. magni barones 16. . . . . . .

1247. . . . Landegravius[t], anno precedenti electus in imperatorem, obiit. . . . . . .

Fredericus quondam imperator obsedit[u] Parmam. . . . . . .

1248. . . . Exercitus Frederici a Parmensibus est devictus, multis interfectis, ipso Frederico fugato per vexillum[9] cum forma gloriose virginis Marie, quod Parmenses portabant. Acta[v] sunt hec 12. Kal. Marcii. . . . . . . Febr. 18.

Eodem anno Lodowicus rex Francie cruce signatus . . . veniens Lugdunum, a domino papa est absolutus. . . . . . .

1250. . . . Fredericus quondam imperator obiit; Willelmus comes Holondie[w] eligitur[10]. . . . . . .

1251.[x] Dominus papa recessit a Lugduno in ebdomada[y] pasche, feria quarta. Apr. 19.

Eodem anno venit quidam seductor[11] in Gallias, collecta secum pastorum multitudine, dicens se esse Pastorem et a[z] beata Dei genitrice missum; et[a] sibi[b] dictum, per tales, Pastores scilicet, Terram Sanctam posse adquiri. Qui circumiens universas pene Gallie civitates, predicans et fallaciter crebro fingens[c] miracula, tandem venit Aurelianis[d] cum suis; ubi per sedicionem inter eos et clerum multi quidem ex clero, sed multo plures ex Pastoribus Idus Iunii occisi sunt. Iun. 13. Sequenti vero feria sexta ipse magister Pastorum occiditur, reliquis omnibus dispersis. . . . . . . Iun. 17.

1252. . . . Bellum[12] gestum est inter Allemannos et Flandrenses, in quo multa milia Flandrensium ceciderunt. . . . . . .

1253. . . . Eodem anno[13] idem rex Henricus, cupiens promovere filium suum secundogenitum, scilicet Edmundum, procuravit a domino papa per quinquennium decimam omnium bonorum proveniencium[e] tam de viris religiosis quam ecclesiasticis quasi in subsidium[f] Terre Sancte; et hoc factum est, ut posset facere filium suum Edmundum regem Cicilie et Apulie[g]. . . . . . .

Henricus, filius Frederici imperatoris, nepos regis Anglie, obiit[14].

1254. Conradus, filius Frederici imperatoris, obiit die ascensionis. . . . . . . Mai. 21.

a) Hoc — Edmundi *des.* 3. 4. *H. N. B. ed.* b) monachicum 2. c) I. 2; I. de *des.* 1. d) Taxster 2. e) 1045. 1. f) *deest* 1. g) *sic* 1. h) privavit s. 2. 3. 4. i) Logd. 1. k) Henr. 3. l) landegravius *semper* 2. 3. 4. m) IX. 1. n) *deest* 4. o) langegr. 1. p) Capta 1. q) m̄ . cı . cc 1; M. et CC. *ed.* r) ader. 2. s) Scrahburh 2; Strasburh 4. t) Lad. 1. u) obcedit 1. v) Acti 1. w) Holandie 4. x) 1250 (1272 *secundum Marianum Scotum*) 1. y) epdoma 1. z) *deest ed.* a) *ita ed.*; ut 1. b) sic *ed.* c) fulgens 1. d) Aurelianus 1. e) proventuum *ed.* f) subcid. 1. g) Apule 1.

1) Sanctiam. 2) Potius Ian. 15. 3) *Iun.* (Mai. 22) emendandum esse, ex verbis *f. t.* consequitur. 4) Haec ex litteris perditis, ab Henrico Raspone (cf. Ficker, Reg. nr. 4870: 623 *captivavimus preter occisos*) ipso tempore datis provenire videntur. 5) Conradus. 6) Sigfridus. 7) Iacobus. 8) Corruptum ex *Frankfurt;* Aug. 5. 9) *vex.* — *Marie* hausta videntur ex litteris supra p. 297, l. 48. editis. 10) Iam a. 1247. 11) Rogerus; cf. supra p. 326. 12) A. 1253, Iul. 4. apud Westkappel. 13) A. 1254. 14) Cf. Ficker, Reg. nr. 4616c.

1254. Innocentius papa obiit; successit Alexander IV.[a] . . . . . .

1255. Petrus[1] episcopus Herefordensis, procurante rege Henrico, et, ut dicebatur, aliquibus prelatis consencientibus, falso et prodiciose fingens se procuratorem tocius cleri Anglie, in curia Romana obligavit[2] pene omnes domus religionis Anglie, exemptas et non exemptas, mercatoribus tam Senensibus quam Florentinis, minores ad 100 vel ad 200 marcas, maiores ad 300 vel 400, nonnullas ad quingentas. Ecclesiam vero sancti[b] Edmundi regis et martyris ad 700[c] obligavit et tanquam verus procurator publica instrumenta confecit; sed et assensum prebuit per omnia summi pontificis auctoritas — utinam circumventa! —, quod[d] hec tota pecunia[e] collecta fuit ad expugnandum Manfredum, filium Frederici imperatoris, de terra Apulie et Cicilie, quam dominus papa contulit Edmundo, filio regis Anglie; quam nunquam[3] consecutus est.

Febr. 1256. Willelmus comes[f] Holandie occiditur mense Februario[4]. . . . . . .

1257. Ricardus comes Cornubie, frater regis Anglie, eligitur in regem Allemannie[g]
Ian. Apr. 29. mense Ianuario. Qui[5] veniens per Sanctum Edmundum, apud Gernemuth[6] die translacionis
Mai. 1. eiusdem mare intrans, die apostolorum Philippi et Iacobi in Alemanniam applicuit et in
Mai. 17. die ascensionis ab archiepiscopo Colonie[7] in regem coronatur[8]. . . . . . .

1258. . . . Hiis diebus[h] fratres regis Pictavienses et parentes regine Saweienses et[i] etiam regina Anglie, unusquisque ubi dominabantur[k], tirannides regias intollerabiliter exer-
Mart. 24. centes, proceres regni contra eos exacuerunt[l]. Unde post pascha[9] convenientibus cunctis[m] proceribus Anglie, apud Oxeneford[n], . . . Pictavienses et Saweienses[o] a regno Anglie expulsi sunt. . . . . . .

Febr. 2. 1259.[p] Ricardus[q] rex Allemannie rediit in Angliam circa purificacionem. . . . . . .

Mai. 25. 1261. . . . Alexander papa[r] obiit 8. Kal. Iunii[s]; vacavitque sedes mensibus tribus propter discidium[t] cardinalium; tandem elegerunt[u] magistrum Iacobum de Trecis[v], patriarcham
Aug. 29. Ierusalem[w], 4. Kal. Septemb., dictusque[x] est Urbanus IV[y].

Senchia regina Allemannie obiit. . . . . . .

1262. . . . [Iohanna[z], uxor Henrici de Hasting[10], peperit Iohannem, filium suum, apud
Mai. 6. Alesle die sancti Iohannis ante Portam Latinam].

1263. . . . Orta est dissencio[a] inter regem et barones, eo[b] quod rex consilio regine et quorundam[c] aliorum et maxime alienigenarum absolvi impetravit a domino papa ab observatione statutorum Oxonie et a[d] sacramento. Unde missis predonibus a baronibus per universam Angliam, omnia bona regine et consiliariorum regis, quorum instinctu dictam absolucionem[11] impetravit, nullo[e] habito respectu ordinis aut dignitatis, depredabant[f]. Nam episcopum Herefordensem ab ecclesia abstractum[g] incarcerabant[12]. . . . Romanorum eciam[h] bona ubicunque inventa[i], ipsis ab Anglia expulsis, dirripiebant[k] et ecclesias eorum vel conferebant vel[l] cui volebant tradebant, et similiter de alienigenis faciebant. . . . . . .

1264. . . . Rex[m] Anglie cum rege Alemannie, fratre suo, et Edwardo, primogenito suo, Norhamtonam multo milite munitam cepit. . . . Apud Lewes[13] dicti duo reges cum
Mai. 14. baronibus bellum satis durum commiserunt 2. Idus Maii[n]. Ubi barones victoriam optinue-

a) III. 1. b) beati *ed.* c) *ita* 1. 2. 3; ducentas *ed.* d) et *ed.* e) pena 1. f) *deest* 1. g) Alem. 4. h) regina Anglie et etiam *h. l. add.* 3. *B.* i) et c. r. A. *h. l. des.* 3. *B.* k) dominantur 1. l) exerc. *ed.* m) cuntis 1. n) Oxenf. 1. o) Sauveiences 1. p) *hinc opus iterum recipit H (et inde N. B).* q) *deest* 1; Rex A. R. *H.*; Rex R. A. *B.* r) *deest* 4. s) Iulii 1. t) discordiam *B.* u) elig. 1. v) Scretis 1; Treicis *B.* w) Hierosolym. *ed.* x) et dictus 4. *H.*; et Urb. IV. vocatus est *B.* y) *deest* 4. z) Iohanna — Latinam *des.* 1. 2. *H. B*; *in marg. alia m.* 3; *in contextu* 4. a) discencio 1. b) ideo *B.* c) *deest* 1. d) *deest B.* e) malo habitu 1. f) deperdebant *ed.* g) extr. *B.* h) *ita* 1. 3. *B*; *deest ed.* (4?) *H.* i) *deest H.* k) *sic* 1. l) aut *H.* m) Rex — optinuerunt *des. H.*; Rex — applicare *(p. 591, l. 11) des. B.* n) Iulii 1.

1) Cf. supra p. 353. 361. 2) Cf. Pauli, 'Gesch. von England' III, p. 700. 3) Haec auctor ante aestatem a. 1263 (cf. Potthast nr. 18603) novisse non potuit. 4) Potius Ian. 28. 5) Haec fortasse ex epistola supra p. 372. edita proveniunt. 6) Yarmouth. 7) Conrado. 8) Henricus de Bracton, De legibus Angliae (ed. Twiss I, p. 370; cf. II, p. LI), fortasse a. 1257 in hoc exemplum donationis conditionalis constituit: *Ut si dicatur: 'Do tibi tantum terre, si comes Ricardus effectus fuerit rex Alemannorum'*; cf. Güterbock, 'Bracton und sein Verh. zum Röm. Rechte' p. 9. 9) Auctor confudit parliamentum Lundinii Apr. 9. habitum, ubi rex rogatus est, ut alienigenas expelleret, cum Oxoniensi concilio Iun. 11. incepto, unde illi fugerunt; qui postea expulsi sunt. 10) Haec gens dapiferatum S. Edmundi possidebat. 11) Datam Laterani a. 1261, Apr. 13. 12) Cf. supra p. 479. 13) Litteras, quibus Henricus III. se subsidia a Ludovico IX. accepisse testatur, *magister Arnulphus cancellarius regis Alemannie dictavit et scripsit manibus propriis . . . apud Lewes die supradicto*, scil. Mai. 14; Rymer I, p. 440.

runt; regem[a] Anglie, licet ceperunt, tamen[b] non quasi captum, sed curialiter tanquam 1264. dominum custodierunt, regem[c] Alemannie captum duxerunt[d]. . . . Regina[1] Anglie in partibus transmarinis existens et audiens rem gestam sic, indoluit; conducensque exercitum infinitum, Angliam invadere arbitrata est. Sed mare[e] litoreque marino per preceptum regis et baronum copioso exercitu Anglorum custodito, transfretare adversariis formidando[f], thesauroque regine consumpto, singuli ad propria non sine labore et rubore reversi sunt. Quo audito, custodia marina cessavit. Memorandumque, quod, nisi mare sic[g] custoditum fuisset, Anglia ab alienigenis capta[h] fuisset. . . . . . .

Guido[i] Sabinensis episcopus cardinalis et apostolice sedis legatus venit in Franciam, volens transire in Angliam; qui[g], quia in favorem regis et regine venire a baronibus arbitrabatur, in Angliam non est permissus applicare. Urbanus[k] papa[l] obiit apud Perusium[m] Kal. Octob.[2]; vacavitque sedes mensibus 4. Oct. 1.

1265. Guido[n], quondam Narbonnensis archiepiscopus[8], cardinalis episcopus Sabinensis, apostolice sedis legatus[3], factus est papa Non. Februar. et dictus est Clemens. . . . . . . Febr. 5.

Carolus comes Andegavie in regem Cicilie et Apulie[o] electus est; senatoria etiam dignitate sublimatus, Romanam urbem vigilia pentecostes intravit. . . . . . . Mai. 23.

Alienor regina cum Edmundo, filio suo, applicuit in Angliam 4. Kal. Novembris[4]. Oct. 29. Eodem etiam tempore Octobonus diaconus[p] cardinalis Sancti[q] Adriani, apostolice sedis legatus[r], venit in Angliam. . . . . . .

Iste[s] annus Arabum sumpsit exordium 4. Idus Octobris[5], feria[t] secunda[u]. Oct. 12.

---

## *EX CONTINUATIONE I.*

. . . 1267. . . . Rex[v] . . . post[w] octavam pasche[6] apud Stratford se recepit, Londoniam Apr. 25. obsessurus. Quo[7] comes Sancti Pauli[8], comes Bolonie[9] et comes de Gysnes[10] cum magno apparatu venerunt, auxilium regi pro viribus prestaturi. Dum hec agerentur, quibusdam curiose intervenientibus, de pace inter eos reformanda tractaverunt, et citra festum sancti Iohannis baptiste pax inter eos[11] reformata est. . . . . . . Iun. 24.

1268. . . . Octobonus legatus . . . licenciam repatriandi devote postulavit, et 3. Idus Iulii mare ingrediens transfretavit. Iul. 13.

Karolus[x] rex Sicilie et frater regis Francie pugnavit contra Conradum apud Beneventum in Apulia et consecutus est victoriam vigilia sancti Bartholomei. In quo conflictu Aug. 23. habuit Conradus 16000 loricatorum et Karolus 7000. . . .[y] . . .

Clemens[z] papa[a] obiit vigilia sancti Andree, vacavitque sedes annis duobus, mensibus Nov. 29. novem[a], ebdomadibus tribus, diebus quatuor.

1269. . . . Civitas de Nuchers[b, 12] reddita fuit Karolo regi Sicilie[c] vigilia sancti Bar- Aug. 23. tholomei. In qua erant neci tradita 3000 Sarracenorum, reliqua multitudine in civitate sub tributo remanente. . . . . . .

1270. . . . Ludowicus[d] rex Francie . . . die sancti Iacobi[13] apud Aquam-mortuam Iul. 25. mari se commisit Mediterraneo. . . . . . .

Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus obiit 15. Kal. Augusti apud Baleys[14], castel- Iul. 18. lum suum in Provincia. . . . . . .

a) Et licet bar. r. cep. *H.* b) tunc *ed.* c) regem — applicare *des. H.* d) *ita* 2. 3. 4; dix. 1. e) *sic* 1. f) *sic pro* formidantibus 1; adversarii formidabant *ed.* g) *deest* 1. h) captum 1. i) Gwydo 4. k) Kal. Oct. o. U. IV. p. a. P. *H.*; Eodem anno o. U. p. *B.* l) *deest* 4. m) Peris. 1; Parus. *H.* n) Guido — *l.* 18. tempore *des. H. B.* o) Apule 1. p) *deest B.*; d. — sedis *des. H.* q) S. A. a. s. *des. B.* r) v. l. *B.*; domini pape *add. H.* s) Iste — secunda *des. H. B.* t) s. f. *ed.* u) *desinunt hi annales* 1. 2. v) Rex — a. 1280. *des. B.* w) per octavas *H.* x) Karolus — diebus quatuor *des. H.* y) Exemplar taxacionis S. Eadmundi, *tres paginas complectens, add.* 3, *deest* 4. *ed.* z) *quae de imperatoribus et papis sibi succedentibus dicuntur plerumque mixto scripta sunt* 4. a) *deest* 4. b) *ita* 3. *H.*; Nuchera 4. c) Cilicie *H.* d) Lodowycus *H.*

1) Cf. supra p. 481. 2) Potius Oct. 2. 3) Angliae. 4) Ita Th. Wykes; 3. *Kal. Nov.* Ann. Winton. 5) Potius Oct. 13. 6) M. Maio rex erat prope Stratford in Essex. 7) Haec alibi frustra quaesivi. A. 1266. auxilia Lotharingica ad Kenilworth expugnandum Henricum III. adiuverunt; cf. Rymer, Foed. I, p. 469. 8) Guido III. 9) Robertus. 10) Arnulfus III. 11) Henricum III. et comitem Gloucestriae, Iun. 15. 12) Lucera. 13) Potius Iul. 1. 14) Potius *in quodam castro S. Helena vocato* (Gerv. Cant. Cont. II, p. 250), a Belley versus meridiem et orientem.

1270. Guido de Monte-forti duxit in uxorem Viterbii[1] filiam[2] et heredem comitis Rubei[3]
Aug. 10. die sancti Laurencii. . . . . .

1271. . . . Dominus Henricus, regis Alemannie primogenitus, per Viterbium[a] ab Affrica[4] transitum faciens, in ecclesia sancti Silvestri ibidem, divinorum celebracioni devote intendens, a dominis Simone et Guidone de Monte-forti, comite Rubeo necnon aliis nonnullis
Mart. 13. supervenientibus in crastino sancti Gregorii crudeliter interemptus est; cuius reliquias
Mai. 21. Anglie[b] sui reportarunt et apud Hayles 12. Kal. Iunii recondiderunt. . . . . . .

Sept. 1. Kalendis Septembris Theodaldus[c] archidiaconus Leodiensis cum domino Eadwardo[d], regis Anglie primogenito, in partibus agens Acconensibus[e], in summum pontificem est electus dictusque est Gregorius decimus; ante cuius electionem vacavit sedes apostolica annis 2, mensibus 9, ebdomadis[f] tribus, diebus 4. . . . . . .

Mart. 19. 1272. Vigilia sancti Cuthberti Theodaldus[c] Leodiensis archidiaconus, genere Placentinus, nuper in Petri successorem electus, in sacerdotem est consecratus et in crastino,
Mart. 20. dominica videlicet secunda quadragesime[5], ad summum sacerdocium est provectus et in cathedra summi pontificatus solempniter est cathedratus[g] dictusque est Gregorius decimus[h].

Apr. 2. Ricardus Alemannie rex 4. Non. Aprilis apud Berhamstede diem clausit extremum sepultusque est apud monasterium de Hayles[i], quod ipse a fundamentis construxit et hono-
Apr. 13. ribus pluribus ditavit; cuius exequie solempniter sunt[k] ibidem celebrate Idibus Aprilis. . . . . .

Dominus papa generale celebrari constituit concilium post biennium in capite Kal. Maii.

Febr. 14. 1273. . . . Dominus Eadwardus die sancti Valentini, cardinalibus per 5 dietas sibi occurrentibus, apud Urbem-veterem cum honore incredibili et antea inaudito a domino papa et populo universo solempniter est susceptus. Comes Rubeus coram domino papa dominoque Eadwardo[l] cum numerosa manu militari de morte domini Henrici de Alemannia, prestito sacramento, quod eius neci non consensisset, se excusavit. . . . . . .

Nov. 21. Dominus papa venit Lugdunum 11. Kal. Decembris. . . . . . .

Rodulphus[m] comes Havekesburgensis electus est in regem Alemannie.

1274. Dominus[n] papa celebravit consilium Lugduni Gallie, quod quidem duravit a
Mai. 1. Iul. 17. festo apostolorum Philippi et Iacobi usque 16. Kal. Augusti. In quo concilio concesse sunt[o] decime in subsidium Terre Sancte ab omnibus personis ecclesiasticis cuiuscumque condicionis, status aut ordinis de omnibus redditibus, fructibus et proventibus ecclesiasticis. . . . . .

Pacificata discordia[6] inter dominum Eadwardum, regis Anglie primogenitum, et comi-
Aug. 2. tissam[p] Flandrie[7] dudum habita, idem dominus Eadwardus in crastino sancti Petri ad Vincula apud Doveram applicuit in Angliam. . . . . . .

Rex Francie duxit in uxorem[8] filiam ducis Brabantie[q.9], sorore regis eiusdem[10] vice versa eidem duci in matrimonium coniuncta. . . . . . .

Ian. 10. 1276. . . .[r] Gregorius X.[s] papa, qui decimas inposuit, decimo die mensis Ianuarii diem claudens extremum decimatus est apud civitatem Reatinam[t]; seditque annis quatuor, diebus 19. Successit Petrus Hostiensis episcopus de ordine Predicatorum dictusque est Inno-
Febr. 22. cencius quintus; qui dominica prima[u] quadragesime consecratus, vigilia sancti Iohannis
Iun. 23. baptiste[11] defungitur. Successit Octobonus, tituli Sancti Adriani diaconus cardinalis,
Aug. 16—22. dictusque est Adrianus. Quo statim infra octabas assumpcionis[v] defuncto[12], successit eidem
Sept. 13. Petrus de Spineto, Tusculanus episcopus, nacione Hyspanus, vigilia[w] sancte crucis[13] electus, dictusque est Iohannes vicesimus[x] secundus. . . . . . .

Mai. 10. 1277. . . . Dominus papa sexto Idus Maii[y.14] apud Viterbium diem clausit extremum;
Nov. 25. a quo die vacavit sedes usque[z] ad diem sancte Katerine. Quo quidem die dominus Iohannes

a) Viterbam *H.* b) *sic codd.* c) Theobaldus 4. *H.* d) Aed. *H. semper.* e) Acon. 4. f) ebdomade, *nigro atramento* bus *superscr.* 4. g) *ita* 3. *H.*; consecratus *ed.* h) *deest H.* i) Hales *H.* k) i. s. *H.* l) E. 3. *H.* m) Rodol. *H.* n) *haec — Augusti minio scr.* 4. o) fuerunt *H.* p) comitissimam 3. q) *ita H.*; Burgundie 3. 4. r) *praecedit* taxatio officiorum monasticorum *(Sancti Edmundi) in* 3. s) *ita H.*; IX. 3; *deest* 4. t) Arctinam *emendandum est.* u) *ita* 3. *H.*; proxima 4. v) beate Marie *add. H.* w) exaltationis *add. H.* x) vicesus 3. y) *ita* 3. *H.*; Martii 4. z) *deest ed.*

1) Locum et diem alibi non inveni. 2) Margaretam. 3) Dell' Anguillara. 4) Cf. supra p. 483, l. 31: *Tripoli.* 5) Potius Mart. 27; Potthast p. 1653. 6) Rymer I, p. 514. 7) Margaretam. 8) Mariam. 9) Henrici III. 10) Margareta nupsit a. 1269. Iohanni I, Henrici III. filio. 11) Potius Iun. 22; Potthast p. 1708. 12) Aug. 18. 13) Potius Sept. 8; ib. p. 1710. 14) Potius Mai. 20; ib. p. 1718.

Gaietanus, tituli Sancti Nicholai in Carcere Tulliano[a] diaconus cardinalis, in summum pontificem est electus dictusque est Nicholaus III. . . . . . . 1277.

1278. . . . Robertus Cantuarie archiepiscopus ad curiam Romanam a domino papa vocatus, factus [est[b]] episcopus Hostiensis[1] tituli Sancte Rufine episcopus cardinalis. . . . . . . Mirabilis[c] factus est conflictus Aquisgrani in Teutonia, ubi comes de Golc[2] et cum eo 300 de sequacibus suis generosis cum tota fere familia eorum non tam humano quam divino occubuerunt iudicio. Rex Boemie, factus rebellis Radulpho regi Alemannie, post pacis confracta federa ab eodem, a predicto Alemannie rege una cum 50 milibus numero de suis usque ad internicionem[d] cesus est. . . . . . .

1279. . . . Robertus de Kilwardeby[e] cardinalis, quondam Cantuariensis archiepiscopus, veneno, ut dicitur, extinctus, in fata decessit. . . . . . .

1280. . . . Undecimo Kal. Septembris[f] castro Suriano[g] in fata[h] decessit Iohannes[3] papa; vacavitque sedes mensibus 6, diebus 14. . . . . . . Aug. 22.

1281. . . . Symon de Turonis[i], Sancte Cecilie presbiter cardinalis, in summum pontificem est electus dictusque est Martinus III. . . . . . .

Henricus Leodiensis[k] episcopus in Alemannia, dignitate episcopali, eo quod proletarius extiterat, in ultimo[l] concilio Lugdunensi[4] spoliatus[m] — sexaginta enim et unum, ut dicebatur, filios et filias genuerat —, 8. Idus Septembris[5] noctanter superveniens, successorem suum Iohannem manu[6] propria interfecit. Sept. 6.

Magister Hugo de Evesham tituli[n] Sancti Laurencii factus est presbiter cardinalis[o.*]. . . .

1282. Pirate quidam de Sellande[p] et Hollande[7] circa Gernemutam et Donewicum[q.8] tyrannidem excercentes piraticam, quecunque[r] sibi obviancia depredabantur, homines trucidabant, naves[s] nonnullas cum contentis secum abduxerunt.

Florentius[t] comes Hollandie in ulcionem mortis Willelmi, patris sui dudum a Frisonibus interfecti et inter ipsos ignominiose sepulti, gloriose triumphans, quindecim milia Frisonum interemit; nonnullique, metu comitis patriam deserentes spontaneumque exilium subeuntes, ad alia se loca diversa transtulerunt. Corpus igitur patris sui, apud Frisones paucis arbitris inglorie tumulatum, ad propria cum solempni transtulit apparatu et cum honore non modico honeste in partibus suis[9] tradidit sepulture[10]. . . . . . .

Hertmannus[u], filius regis Alemannie, qui filiam[11] regis Anglie fuerat desponsaturus, incaute super glaciem gradiens, gelu dissoluto, glacieque interrupta[12], aquis interceptus[v] atque[w] suffocatus est. . . . . . . 1281.

1283. . . . Petrus rex Arragonie[x.13] in terris Sicilie, Calabrie et Apulie racione uxoris sue[14], utpote filie[y] Manfredi, filii Frederici[z] quondam Romanorum imperatoris, qui ipsis[a] terris, ut asseruit[b], saisitus[c] obiit et vestitus, ius[d] sibi vindicans hereditarium, ipsarum terrarum proceres tum promissis tum donis sibi alliciens, cunctorum[e] magnatum[f] terrarum memoratarum assensu et favore omnia[6] castella et municiones Karoli regis Sicilie arte sive dolo una[g] die occupavit, viros inventos trucidavit, thesauros sibi appropriavit, navigium suum, hominibus cesis, penitus destruxit, terrasque illas, Karolo rege expulso[h], preoccupans, filium suum manu imperatoris Constantinopolitani[15], cuius[16] consilio et auxilio omnia predicta presumpserat, corona regni Sicilie fecit coronari[15] . . . . . . 1282.

*) *Annales Wigornienses a.* 1287. *haec habent, quae SS. XXVII, p.* 470, *l.* 29, *inseras velim:* Quidam pestilentes venenum vino miscuerunt; quo potu magister Hugo de Evesham cardinalis 6. Kal. Augusti vitam finivit temporalem. 1287. Iul. 27.

a) Tull' 3; Tullis 4. b) *ita H.; deest* 3. 4. c) Mirabilis — cesus est *des. H.* d) internecioni 3. e) Kyl. *H.* f) crastino *add., sed expunct.* 3; in *add. H.* g) Sar. 4; Suuano *H. B.* h) fato 4. i) Turone *H.;* Turonia *B.* k) Lood. *H.;* Lodiens. *N.;* London' *B.* l) ultima 4. m) est *add. B.* n) tunc *B.* o) *quae sequuntur usque ad a.* 1285. *des. N.* p) Sellandia et Hollandia (Holland *B.*) *H. B.* q) Donewyc. *B.* r) quemque s. obvianter *B.* s) navesque *H. B.* t) Florentius — sepulture *des. H. B.* u) Herim. 4. v) interceptis *H. B.* w) *deest H. B.* x) Arag. *H. B.* y) salie Mamredi *B.* z) Fredericii 3. a) ipsius *H. B.* b) ut ass. *des. H. B.* c) seys. *H.* d) *deest H. B.* e) cunctarum *B.* f) t. magn. *H. B.* g) die una *B.* h) appulso *B.*

1) Potius Portuensis. 2) Willelmus IV. Iuliacensis. 3) Potius Nicolaus. 4) A. 1274. 5) Potius Aug. 24. 6) Haec veritatem excedunt. 7) Cf. Pauli l. l. IV, p. 48. 8) Dunwich in Suffolk. 9) Middelburgi. 10) Cf. epistolam a Florentio de hac victoria Edwardo I. 1282, Oct. scriptam apud Rymer, Foedera I, p. 618. 11) Iohannam. 12) Alio modo a. 1281, Dec. 20. submersus est; cf. Böhmer, Reg. imp. p. 520. 13) Hic Siciliam sibi vindicavit litteris a. 1282. Edwardo I. datis ap. Rymer I, p. 612. 14) Constantiae. 15) Error. 16) Michaelis; haec recte perspexit auctor.

1284. . . . In Alemannia quidam trufator[a, 1], subito[b] se palam manifestans Fredericumque quondam Romanorum imperatorem, qui superius anno Domini[c] 1250. vite terminum fecerat[d], se esse simulans, multam et frequentem familiam necnon etiam tocius pene regionis habens favorem, excercitum coadunavit copiosum, regeque Radulpho[e] non contradicente, immo pocius rem dissimulante[2], se ut dominum et[f] imperatorem ab omnibus fecit venerari. . . . . . .

Illa pars ecclesie sancti Petri Rome, ubi fuit altare apostolorum cum precipuis et principalibus eorundem[g] yconiis[h], subito corruit[i] et[k] inopinate. . . . . . .

Ian. 5. 1285.[l] Karolus[m] rex Cicilie apud Barlectum[3] in Apulea[n] vigilia epiphanie vite terminum fecit. Post cuius decessum Siculi foventes partem Petri de Arrogonia[o], qui etiam vivente dicto Karolo regimen Cicilie contra ecclesiam Romanam occupaverat, tenentes in custodia sua Karolum principem de la Moree, dicti regis filium, in gwerra ab eisdem captum, cum triumpho redierunt ad propria . . . . . .

Mart. 29. Dominus papa apud Perusium[p] 4. Kal. Aprilis[4] vite terminum fecit, sepultus[q] ibidem
Apr. 1. primo die mensis eiusdem; vacavitque sedes diebus . . .[r] Cui successit dominus[s] Iacobus de Sabellis[t], Sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis, dictusque est Honorius IV. . . . . . .

Ille trufator qui se Fredericum nominavit, super heresi aliisque criminibus convictus,
Iul. 14. presentibus archiepiscopis et episcopis Teutonicis quibusdam, 2. Idus Iulii[5] igni[u] traditus, incendio[v] consumptus est. . . . . . .

Febr. 2. 1286. . . . Domino rege magnum parlamentum apud Westmonasterium post purificacionem tenente, parlamento interfuerunt nuncii regis Francie, dominus[w] videlicet Mauricius de Croim[x, 6], comes Burgundie[7] et dominus Iohannes de Acra[8] de pocioribus[y] regni Francie. . . . . . .

Apr. 2. 1287. . . . Dominus papa feria 4. in septimana palmarum[9], in crastino dominice[z] an-
Apr. 4. nuntiacionis apud Sanctum Petrum[10] Rome in fata decessit sepultusque est ibidem die Veneris parasceue[a] sequente; et vacavit sedes mensibus 11, diebus 24[b]. . . . . . .

1288. . . . Dompnus Ieronimus episcopus[c] cardinalis Penestrinus de ordine fratrum[d]
Febr. 22. Minorum die sancti Petri in Cathedra in summum pontificem est electus dictusque est Nicholaus quartus. . . . . . .

Iun. 4. Pridie Non. Iunii habito conflictu[11] inter ducem Brabantie[12] ex una parte et archiepiscopum Colonie[13] et comitem de Gelre[14] ex altera, utriusque etiam partis procerum cesa multitudine copiosa, archiepiscopus Colonie et comes de Gelre capiuntur et in custodia ducis Brabantie[e] retruduntur; sicque Brabantini optata potiti sunt victoria. . . . . . .

Apr. 30. 1290. . . . Ultimo die mensis Aprilis . . . in mari Armorico[f] iuxta Sanctum Matheum[15] inter Baionenses[g], Quinque-Portenses[16] et Gernemutenses[h] ex una parte et Flandrense[i] navigium ex altera exortum est navale bellum sevissimum; ubi de Flandrensium[k] multitudine permaxima, tum aqua, tum igne iniecto, tum etiam armis iugulata, navibus etiam eorum plerisque submersis, aliquibus vero concrematis, aliisque sibi[l] fuge presidio consulentibus, victoria potita est pars adversa[17]. . . . . . .

Rogerus Bigot[m] comes Norfolchie[n] et marescallus Anglie traduxit Aliciam, filiam Iohannis de Aveynes comitis Agennogie[18]. Iohannes, filius et heres Iohannis[o] ducis Brabancie,

a) contrafactor *H.* b) se sub. *B.* c) gratie *B.* d) fecit *H.* e) Radero *H.* f) rem 4. g) eorum 4; *deest H. B.* h) iconibus *H.*; yconomis *B.* i) coruit 3. k) et i. *des. H. B.* l) *quae sequuntur des. B.* m) Karolus — propria *des. H.* n) *sic* 3. o) Arrogon' 3. p) Parisium *H.* q) sepultus — diebus *des. H.* r) quatuor *add. Thorpe; spatium vacat* 3. 4. s) *deest H.* t) Seabellis *H.* u) ignibus *H.* v) est incendioque c. *H.* w) v. d. *H.* x) Corum *H.* y) portionibus *H.* z) a. d. *H.* a) pasceue 3. b) XXXIV 4; XXIII *H.* c) card. et ep. Prenestr. *H.* d) *deest H.* e) Brabantem 4. f) Marmor. 4. *H.* g) Baiovenses 3. h) Gurn. *H.* i) Flandrensium *H.* k) Flandens. 3; Frandrens. *H.* l) sub *H.* m) Bigod *H.* n) Norfolcie *H.* o) Walteri *H.*

1) De litteris Pseudo-Friderici in Anglia transcriptis cf. 'N. Archiv' IV, p. 23. 2) Error. 3) Barletta; alii Foggiae eum Ian. 7. obiisse dicunt. 4) Potius Mart. 28; Potthast p. 1794. 5) De die cf. Lorenz, 'D. Gesch.' II, p. 402. 6) Craon. 7) Ottoninus. 8) Hic iterum a. 1293. nuncius in Angliam missus est; Rymer I, p. 788. 9) Potius Apr. 3; verba *in cr. d. a.* diei modo indicato contradicunt. 10) Potius apud S. Sabinam. 11) Apud Worringen Iun. 5. pugnatum est. 12) Iohannem I. 13) Sigfridum. 14) Rainaldum I. 15) Pointe Saint Matthieu a Brest versus occidentem. 16) 'Cinque Ports' erant Hastings, Romney, Hythe, Dover, Sandwich. 17) Cf. Rymer I, p. 788. 18) Hannoniae.

patre suo cum infinita procerum multitudine presente, Margaretam, filiam regis Anglie, 1290.
7. Idus Iulii[1] apud Westmoster[a] sollempniter desponsavit*. . . . . . . Iul. 9.

1291. . . . In crastino igitur sancti Petri supradicto comparentibus coram domino Aug. 3.
rege supradicto utriusque terre proceribus apud Berewich[b] omnibusque qui in regno Scocie
ius sibi vindicaverant, consilio communi consideratum est, omnium calumpniam irritam esse
debere et inanem preterquam dominorum Iohannis de Bailiol[c] et Roberti de Brus[d] et Io-
hannis de Hastings[e] et[f] aliorum qui inferius nominantur. De quorum iure discuciendo
assignatus est partibus dies apud Bereweiche[g] in crastino sancte Trinitatis proximo venturo 1292. Iun. 2.
coram domino rege Anglie aliisque suis fidelibus ibidem sibi occursuris. Hiis ita gestis,
Florencius comes Hollandie[h], Robertus[i] Bruys . . ., in quibus vel in quorum aliquo ius
regni Scocie quiescere credebatur, de iuris seu iurium assercionibus et allegacionibus contra[k]
diem sibi superius prefixum deliberaturi, ad propria redierunt. Unde dominus rex . . .
maioribus Anglie domibus scripsit in hac forma:

*Eadwardus*[l] . . . *conventui de*[m 2] *Sancto Eadmundo*[n] *salutem. Mittimus vobis . . .
transcripta: . . . 'A° ceus qui cete lettre verrunt u orrunt Florenz counte de Hoylaund, Robert
de Bruys. . . . Nus . . . grauntums de receyvere dreyt devaunt luy*[3]. . . . *A Norham le Ma-* 1291. Iun. 5.
*redy procheyn après l'ascensiun l'an de grace* 1291'. *'A tuz ceus qui cete presente lettre verrunt
u orrunt Florenz counte de Hoylaund, Robert de Bruys. . . . Nos . . . grantums, qu'il comme
sovereyn seyngnur . . . eyt la seysine de . . . Escoce, taunt que dreyt soyt fet e parfurni
a demaundaunz. . . . A Norham le Mekerdi après l' ascenciun le an de grace* 1291'. *Unde* Iun. 6.
*vobis mandamus, quod eadem faciatis in cronicis vestris ad perpetuam rei geste memoriam
annotari. . . . Apud Westmonasterium* 9. *die Iulii, anno regni nostri* 19. *Per breve de privato* Iul. 9.
*sigillo*[**].

Rodulphus[p] Alemannie et Petrus Arragonum[4] reges mortis fatum experti sunt. . . .

Post mortem Rodulphi Alemannorum regis, dissidentibus electoribus, Iohannes de Aveynes comes Hagenogie a quatuor et Reginaldus comes de Gelres a tribus electoribus sunt electi[5]. . . . . . .

1292. . . .[q] Dominus papa quarto die mensis Aprilis, die videlicet[r] parasceue, Rome Apr. 4.
in fata decessit; vacavitque sedes. . . . . . .

Cassata[s] in curia Romana electione facta de Iohanne comite Hagenogie et Reginaldo comite Gelrensi, ad regem[s] regni Alemannie electus est Adoilphus[t] comes de Ansou[t] et in regni solio sublimatus. . . . . . .

1293. . . . Factum est prelium magnum navale et horribile prope Sanctum Matheum inter Anglorum, Hyberniensium et Baionensium ex una parte et Normanorum ex altera navigia Idibus Iun.[6] . . . Subsecutum est bellum in mari multo priore sevius, in quo Teutonicorum, Flandrensium et etiam Lombardorum copias[7] cum navibus quam pluribus contraxerant Normanni. Quibus occurrentibus Quinque-portensibus, Baionensibus et Hyberniensibus, in primo congressu multi ex parte ceciderunt Anglorum; qui tamen[u] tandem viribus resumptis partem adversariorum cum suis copiis usque ad internicionem combusse-

*) *Cf. 'Croniques de Londres' ed. Aungier (de quibus cf. supra p. 527, l. 12) p. 22:* En le temps le roy Edward, le fitz le roy Henry, . . 18. . . . an, esposa Johan, fitz le duk de Braban, Margaret sa autre fille. 1290.

**) *Ex longo capite de historia Scotiae veteris hoc loco in 4 (et Thorpe II, p. 250) adiecto haec excerpsi:* Mare Frisicum . . . nunc vocatur Scotticum, quia Anglos et Scottos dividit. Mare Frisicum vocabatur antiquitus, quia Fresones cum Danis sepe et creberrime solebant ibi cum navibus suis applicare et postea cum Scottis et Pictis Northumbriam devastare. . . . . . .

a) *sic* 4; Westm' 3. b) Berewyk *H.* c) Baliolis *H.* d) Bruys *H.* e) Hastingge *H.* f) et a. qui i. n. *in marg.* 3. g) Berwyk *H.* h) Hoyll. *H.* i) de *add. H.* k) *sic codd.* l) Edw. *H.* m) Sancti Petri de Burgo 4, *qui codex olim Petriburgi fuit.* n) Aed. *H.* o) *tabulas in Latinum sermonem translatas habet H.* p) *quae sequuntur des. H.* q) *praecedunt in cod.* 3 *paginae octo, quae* 4. *ed. desunt, cum hoc titulo:* Facta est igitur nova taxacio bonorum nostrorum spiritualium. r) die *add.* 4. s) regnum 3. 4. t) *sic* 3. 4. u) tum 4.

1) Iul. 8. secundum Pauli, 'Gesch. von Engl.' IV, p. 48, n. 2. 2) Easdem litteras (quas v. supra p. 559. et ap. Rymer, Foedera I, p. 755) *decano et capitulo Sancti Pauli Londoniensis* datas ex additamentis codicis Londoniensis edidit Stubbs, Rad. Dicet. I, p. 286. 3) Coram Edwardo I. 4) Hic obiit a. 1285. 5) Unde haec commentus sit auctor, nescio. 6) *Maii* corrigit Pauli l. l. IV, p. 80; cf. infra p. 596, l. 2. 7) Westmonasterienses (Flor. hist. ed. Parker p. 419) et Albanenses (Opus cron. p. 50; Mathei Par. Cont. II, p. 137) monachi coaevi auxilia ex imperio accersita non commemorant.

1293. runt, prostraverunt, contriverunt. Sicque non absque gravi exercitus sui dampno victoria
Mai. 26. quamvis cruenta potita est pars Anglorum. Acta sunt hec die Martis, 7. Kal. Iunii, die sancti
Augustini; et sic Martis die marcium opus in mari consummatum est. . . . . .

Alienora, regis Anglie filia primogenita, nupsit domino Henrico comiti de Baro-ducis
Sept. 20. apud Bristolle[1] vigilia sancti Mathei apostoli, die dominica.

Habita victoria de paganis in mari Mediterraneo, quidam pirata de Ianuensibus, Benedictus Zacharie[2] dictus, eorumque spoliis potitus, cuilibet quinque regum christianorum, videlicet Francie, Anglie, Alemannie, Hyspannie[3] et Cypri[4], duodecim paganos transmisit captivos. . . . . . .

Apr. 18. 1294. . . . Per tocius curie Francie consideracionem post pascha Parisius tanquam contumax et rebellis rex Anglie pro se et heredibus suis a terris supradictis[5] sententialiter forisiudicatus est. . . . Contractis finitimorum tam regum[6] quam aliorum potentum copiis, iniuriam sibi taliter illatam vindicaturus terrasque suas tam fraudulenter occupatas vendicaturus, et terrestrem et navalem copiosum congregavit excercitum. Cuius rei gratia Adulphum regem Alemannie omnesque eiusdem terre magnates, utpote archiepiscopum Colonie Siefredum, episcopum Traiectensem[7] aliosque tam reges quam episcopos ducesque, comites atque omnes potentes Alemannorum imperio subiacentes, hos premiis illosque federibus amicitiisque contractis, ad suam partem allexit atque transire coegit. Regem etiam Arragonie sibi amicissimum[8] cum ducibus et comitibus Provintie[9] et Sabaudie[10] et eorum viribus, de Lombardia quoque aliarumque nacionum gentibus maximum coadunavit belli munimentum. In expedicione etiam ista Iohannes dux Brabantie[11], Constantius[a][12] comes Holondie et Selandie et Henricus comes de Baro-ducis cum suis in multitudine innumera convolarunt. . . . . . .

Transmarinorum vero mercatorum pecunias aliaque eorum bona ubicunque inventa tam in ecclesiis quam extra ceperunt[13] et ad thesaurum regium portaverunt. Tallias[14] etiam peccuniarum suarum sibi debitarum in manus[b] mercatorum de Anglia inventas retinuerunt et ad solucionem sibi faciendam ipsos compulerunt.

Petrus quidam Meronensis[c], Appulus genere, Frederici quondam imperatoris aliquando
notarius[15], sub professione regule sancti Benedicti, qui[d] a Cisterciensibus ad vitam
Iul. 5. migraverat heremiticam, etate centenarius et ultra, in crastino translacionis sancti Martini apud Perusium in summum pontificem est electus — ante cuius electionem vacaverat sedes apostolica anno uno[e], mensibus tribus et diebus novem — dictusque est Celestinus
Sept. 12. quintus. Qui pridie Idus[16] Septembris consecratus sollempniterque est intronizatus. . . . . .

Interim magister Iohannes de Saunforde archiepiscopus Dublinensis, qui una cum domino Antonio Dunelmensi episcopo aliisque nonnullis regis Anglie fidelibus pro negociis guerre sue regem Alemannie ipsiusque terre proceres cum apparatu non modico adierat, Angliam rediens et apud Gernemute veniens, post paucos dies ibidem defungitur[17]. . . . . .

Celestinus V. papa, status et etatis sue considerans impotentiam, statutum edidit et mox a fratribus approbari procuravit, quod Romano pontifici, qui pro tempore fuerit, si sibi utile visum fuerit et oportunum, sue dignitati resignare et ad arcioris instituti contemplacionisve ocium sive requiem liceat transmigrare. Quo facto, cum per quinque menses et dies
Dec. 13. 21 summi pontificatus apicem gubernasset, die sancte Lucie virginis apud Neapolim facta
prius resignacione, ad dilectum sibi sue pristine solitudinis locum remeavit. Eo igitur sic
Dec. 24. cedente, vacavit sedes Romana diebus undecim. Undecimo igitur die, vigilia videlicet natalis

a) Constantinus 4. b) manibus *ed.* c) *sic codd.* d) Monte Cassino *in marg. alia manu add.* 3; qui a Monte Cassino Cisterciensis ad 4. e) *sic* 3; *numerus rasus est* 4; annis duobus *emendat ed.*

1) Ita quoque Nic. Trivet. 2) Cf. de eo supra p. 520, n. 19. 3) Sanctio IV. 4) Henrico. 5) Scilicet Gallicis. 6) Cf. supra p. 488, n. 7. et Rymer I, p. 807. 825. 7) Iohannem; Adulfum archidiaconum Ultraiectensem commendat Edwardo I. Florentius comes Hollandiae ap. Rymer I, p. 811. 8) Iacobum II. 9) Provincia apud Anglos s. XIII. saepius (v. supra a. 1270) pro regno Arelatensi dicitur. De Burgundionibus Edwardo I. foedere coniunctis cf. Rymer I, p. 808; Boutaric, 'Philippe le Bel' p. 391 sq. 10) Amadeo. 11) Edwardus I. Iohanni Carleolensi episcopo, *carissimum amicum et affinem nostrum Iohannem quondam ducem Brabantie* obiisse, nuntians, ut pro eius anima oretur, mandat a. 1294, Mai. 8; ap. Raine, 'Northern Registers' p. 106. 12) *Florentius* emendandum. 13) Edwardi I. ministri. 14) 'Quittungskerbhölzer'. 15) Error. 16) Aug. 29; Potthast p. 1916. 17) Oct. 2. GAMS.

Domini proximo sequente, electus est dominus Benedictus, de Anagnia oriundus, tituli Sancti 1294. Dec. 24. Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, dictusque est Bonefacius VIII*. . . . . .

## EX CONTINUATIONE II.

cod. 3.

1296.[a] . . . Constantinus[1] comes Holandie et Selandie, quorundam domesticorum suorum fraudibus et insidiis circumventus, vigilia sancti Botulphi gladiis confossus est. . . . . . Iun. 16.

Nuncii regis Anglie ad parliamentum regis Francie transfretaverunt. . . . Nuncii regis Anglie omni spe pacis frustrati, a curia Francorum revertentes in Angliam redierunt. . . . . .

[1297.[b]] . . . Margareta, filia regis Anglie et ducissa[c] Brabancie, die sancti Sebastiani 1297. Ian. 20. portum peciit, ad partes tendens Brabancias. Elisabeth, filia regis Anglie, nupta est comiti Hoylandie[2]. Nota, quod filia regis senior Elienora dicta nupsit comiti de Bars[3], altera vero Iohanna comiti Glovernie Gilberto, tercia Margareta duci Brabanico[4], ut dictum est[4], quarta Elisabeth[5] comiti Hoylandie. . . . . .

Comes Flandrie[6] nuncios una cum litteris suis obligatoriis domino regi Anglie super federe cum eodem prelocuto sollempniter destinavit[e]; et sic navale bellum inter Anglicos et Flandrenses sedavit; et facti sunt amici qui prius fuerant detestabiles inimici. . . . . .

Rex vigilia sancti Bartholomei misit se in mare apud Winchilse[7] et tercia die applicuit Aug. 23. Aug. 25. in Flandria apud le Swine; ubi Portuenses[8] 17 naves de Gernemutis ignibus combusserunt et nautas[f] crudeli cede interemerunt. . . . . . .

Treuge capte sunt inter reges Francie et Anglie a festo sancti Andree usque ad carni- Nov. 30— 1298. Febr. 19. privium. . . . . . .

1298. . . . Quedam elongaciones treugarum inter reges affirmantur a festo epiphanie 1298. Ian. 6. per duos annos ferme durature. Et interim missi[g] sunt sollempnes nuncii ad curiam Romanam domino pape, cuius ordinacioni et disposicioni de discordia orta inter eos totaliter se submiserunt[h]. Quoniam rex Anglie, arduis in Anglia occupatus negociis, tarde in Flandriam applicuit, Francorum excercitus Flandrensibus magna dampna intulerunt; ceperunt etenim nobiles villas de Bruges, Dam, Ilde[9] et Curterai[i], aliisque nonnullis flammis consumptis. Rex cum parva milicia transfretavit, hostesque suos astucia celebri preterivit. Proposuerunt namque Franci ipsum in primo littoris appulsu campestri bello excepisse. . . . . .

Preterea Flandrenses, qui regi Francie[k] destinaverant, regem Anglie, cui se dederant, fraudibus et insidiis multigenis circumvenire conati sunt pro incontinencia, ut ferunt, uxorum filiarumque ac famularum suarum ab Anglis[l] stupratarum. Quapropter die sancti Blasii preconceptam[m] in Anglos aggredi temptaverunt maliciam; sic per totam patriam ex Febr. 3. industria aquieverunt[d] sonibus campanarum, ut, cum compatriote primam tintillacionem in civitate de Gaunt perciperent, mox de villa in villam conclangerent[n], sicque consono impetu omnes Flandrensium copie villam de Gaunt circumvallarent. A summo igitur mane obseratis ianuis civitatis, balistis machinisque bellicis desuper dispositis, excluserunt pedites et Wallicos, qui hospitabantur in civitatis proastio[10], ne regi periclitanti subvenirent. Sicque

*) *4. ed. add. (quae 3 des.):* In[o] summum pontificem electus, 11. Kal. Februarii in Urbe est coronatus. 1295. Ian. 22. Qui statim predecessorem suum accersivit ipsumque certe custodie, honeste tamen, in curia sua commendavit.

1295. Hoc anno dominus papa pro pace reformanda inter reges et regna Anglie et Francie misit duos cardinales[11] in Angliam, viros procul dubio omni sapientia et prudentia gnavos; qui ante festum sancti Petri ad Vincula applicuerunt. . . . Respondit dominus rex pro se et pro Aug. 1. regno suo, ob reverentiam domini pape, salvo iure suo et regni sui, bono animo guerre sue velle renunciare et pristine pacis et concordie federa fideliter observare, salvis corone sue dignitate et regni sui iure. Quo accepto, dicti cardinales ad partes transmarinas festinare disposuerunt super premissis cum rege Francie tractaturi. . . . . .[p]

a) *continuatio a.* 1296—1301. *manu s. XIV in. exarata in 3 solo exstat. Haec excerpsit V. Cl. Jeayes.* b) *manu recenti in marg.* 3. c) ducata 3. d) *sic* 3. e) defovit, *corr.* defavit 3. f) nautos 3. g) misse 3. h) submers. 3. i) Curcerai 3. k) nuncios *supplendum.* l) Anglia 3. m) preconcepta 3. n) conclag. 3. o) In — commendavit *in marg.* 4. p) *hoc anno desinit* 4.

1) Cf. supra p. 596, n. 12. *In vigilia b. Iohannis* [Iun. 23] . . . *extra Traiectum exire inductum . . . feria* 4. *tunc sequente* [Iun. 27] . . . *interemerunt;* ex epistola scabinorum de Dortrecht Edwardo I. data ap. Pauli IV, p. 101. 2) Iohanni. 3) Henrico. 4) Supra a. 1290. 5) Haec scripta videntur, antequam, Iohanne mortuo, Elisabeth a. 1302. Humfrido de Bohun nupsit. 6) Guido. 7) Winchelsea. 8) Viri de Quinque portubus. 9) Lille. 10) Suburbio. 11) Beraldum Albanensem et Simonem Praenestinum episcopos; cf. Rymer I, p. 821.

1298. omnibus Anglorum cedibus extirpatis, miser utrinque eiulatus attollitur; intus etenimque ruebant iugulati, extraque morticinis fratribus subvenire non poterant. . . . . .

Mart. 13. Rex applicuit ad Sandwicum rediens de Flandria in crastino sancti Gregorii pape. . . . . .

Aelianora comitissa de Bars et filia regis Anglie mundo valefecit. . . . . . .

Sollempnes nuncii denique regum Anglie et Francie, ut supradictum est, summo missi[a] pontifici tales acceperunt inter se pacis et concordiarum condiciones, videlicet quod Anglie rex nubet Margaretam, sororem regis Francie, et super consanguinitatis obiectu papa dispensat; Wasconia cum pertinenciis sine diminucione regi Anglie reddetur; idem rex Anglie a iuramenti periculo, quo regem Francie diffidavit, absolvitur. Ut omnis igitur auferatur inter eos hostilitatis occasio, rex Anglie regi Francie in dampnorum recompensacionem magnam summam pecunie promisit. Igitur dominus Iohannes de Sancto Iohanne absolutus a carcere repatriavit cum ceteris concaptivis. . . . . . .

1300. . . . Accessit ad regem quidam episcopus transmontanus de Sancto Vincentio[1], nuncius regi a domino papa missus super quibusdam articulis, que publicis auribus non inculcabantur. . . . . . .

Anno regni regis Edwardi IV. 28. dominus Iohannes de Everisdene tunc celerarius Sancti Edmundi validam expedicionem fecit in partibus Norhamtone apud manerium de Werketone[2], . . . sicut in registro cantoris continetur. . . . . . .

a) misso 3.

# EX CHRONICA HULMENSI QUAE IOHANNIS DE OXENEDES DICITUR.

*In abbatia Sancti Benedicti de Hulmo*[3] *annales* a principio mundi[4] *ad a.* 1293. *ultimo saeculi XIII. decennio*[5], *uno fortasse ductu, conscripti, ex chronicis Iohannis de Wallingford*[6] *et inde ab a.* 1258. *ad a.* 1292. *ex annalibus Iohannis de Tayster*[7] *et continuatoris hausti sunt. Qui usque ad a.* 1280. *nihil fere novi nisi narrationem de bello civili a.* 1264. 1265. *gesto baronibus faventem*[8] *praebent; postea multa quidem Norfolcensia ex schedis, ut videtur, coaevis*[9], *perpauca autem alia historiae cognoscendae utilia afferunt.*

*Codices 1) ducis de Novo-castello*[10] *et*

*2) Musei Britannici Cottonianus Nero DII, fol.* 214, *mbr., una manu saec. XIV in. exaratus, ex eodem apographo transcripti sunt*[11].

*Cum verba* Chronica Iohannis de Oxenedes[12] *nescio qua de causa codici 2 saec. XVII medio inscripta sint, hoc auctoris nomen liber ab Ellis in Rotulorum Serie Lond. a.* 1859. *negligentius e* 2 *editus, postea a Knowles ex* 1 *correctus, prae se fert. E quo libro Germanica quae Hulmensis annalium Iohannis de Tayster codici perdito debuit supra p.* 585. *sigla H notavi, reliqua cum codice* 2 *collata hoc loco exhibeo.* ***F. L.***

1) Rainaldus Vincentinus; cf. Potthast nr. 24766. 2) Warkton a Northampton versus sept. et orientem. 3) Holme St. Benet a Norwich versus orientem. 4) Ex prologo. 5) Annalis 1264. post a. 1272 *(Henricus III. vocabatur)*, 1292. (v. excerpta) post a. 1295. scriptus est 6) V. supra p. 506. De rebus imperii a. 1217—1258. cum ne hilum quidem nisi ex Iohannis annalibus sumpta afferat Hulmensis, immerito ob multos libros adhibitos laudatus esse videtur. 7) Ex his etiam a. 1083—1089. sumpti sunt. Sed cum Taysterii prior pars inedita lateat, nescio an inde etiam plures annales manarint. 8) In Minori quoque Chron. Hulmensi (ap. Knowles post Ioh. de Oxenedes p. 436) a. 1265. habetur: *Sanctus Simon occiditur.* 9) Nomini solius Adam abbatis Hulmensis, qui a. 1268. obiit, verba *bone memorie* adiecta sunt; iam igitur id aevum viderat auctor. 10) Newcastle. 11) Scribarum aliis erroribus aliis locis codices 1 et 2 maculati sunt. Melioris exempli (v. excerpta a. 1217), Norwici adhibiti, vestigia inveniuntur in N et B codicibus iam ante a. 1300. scriptis, quos supra p. 585. ita designavi. Ex quo tamen paucissima ad nostrum propositum spectantia transsumpserunt. 12) Oxnead a Norwich versus septentrionem.

1118. . . . Eodem[1] anno incepit ordo Templariorum, qui tante paupertatis erat primo, ut duo fratres unum equum[a] equitarent, quod hodierna die ad humilitatem[b] excitandam in sigillo sculpitur Templariorum. . . . . . . Ioh. Wall.

Anno gratie 1217. . . . Eodem anno papa Innocentius, qui vere stupor mundi erat et immutator[c] seculi, . . . viam universe carnis ingressus est. . . . . . .

Anno gratie 1251. . . . Innocentius[d] papa recessit a Lugduno, procurans modis quibus poterat omnibus, ne quis in imperatorem amplius promoveretur, ut de cetero, nullo contradicente, sola curia Romana dominaretur; que iam doluit, quod Willelmum de Holondia de imperio subarrantes regnum Alemannie sibi iam subiugaverat, Fretherico dominatore[e] ecclesie Romane defuncto; quem etiam mortuum iterato dominus papa ad terrorem cum suis fautoribus terribiliter excommunicavit. . . . . . .

Imperium Romanum, quod a multis annis ante Christi incarnacionem sumpsit exordium et viguit continuatum, procurante curia Romana, ut sola dominaretur, suspenditur desperatum; quin immo penituit eam Willelmum de Holandia in regnum Alemannie sublimasse, qui iam sic videbatur arram sumpsisse in imperium. . . . Conradus, filius Fretherici quondam imperatoris, prosequitur in guerra valde mota contra papam; multis casibus invalet expugnando. . . . . . .

Anno gratie 1257. . . . In medio quadragesime factum est parliamentum — — incurvabatur. Archiepiscopus Coloniensis — — diatim dilecti. . . . Rex Henricus, audito infortunio — — prolapsus. . . . Eodem tempore rex Hispanie — — dicto rege Alemannie. . . . Et circa idem tempus transvecta — — impignoratas liberavit. Eodem anno rex Hispanie — — regem Romanorum nominavit aperte. . . . . . .

Anno gratie 1258, qui est — — Londoniis. . . . Ubi etiam commorans propter festivitatem sancti Aedwardi, ut ibidem interesset, audivit, quod Iohannes de Avennis, qui valde contrarius[f] regi Alemannie extitit, et episcopus Treverensis, eidem regi inimicissimus, obierunt. . . . Tres — — Alemannie. . . . Magister Simon de Wauton . . . in dominica palmarum sequente celebravit festum suum[2]. Venit etiam mandatum — — in Libro additamentorum poterit reperire. . . .

Anno gratie 1259. Rex Alemannie Ricardus[g] rediit in Angliam circa purificacionem. . . . . . . Ioh. Tayster.

Anno gratie 1262. . . . Mirandum[h] accidit in Cicilia: Quidam senex cum barba prolixa apparuit, dicens se fore Frethericum quondam imperatorem; in postea convictus, igne crematus est. . . . . . .

Anno gratie 1264. . . . die Martis proxima post festum sanctorum Nerei et Achillei. Mai. 13. . . . Rex Henricus . . . a baronibus captus est[3] cum fratre suo Ricardo rege Alemannie. . . . Postea dederunt obsides dominus rex filium suum Aedwardum et rex Alemannie filium suum Henricum; qui remanserunt cum pluribus aliis in custodia domini Symonis per annum et amplius.

Causa huius belli hec fuit: . . . fratres suos uterinos[4] dilexit rex Anglie Henricus ultra modum; . . . verum etiam regine, uxoris sue, parentes[5], amotis Angligenis, in Angliam subrogavit. . . . . . .

Kalendas Octobris obiit Urbanus IV. papa apud Parusium; vacavitque sedes mensibus 4; cui successit Clemens IV. ib.

Anno gratie 1265. . . . Octobonus legatus domini pape venit in Angliam. Qui fere per triennium in eadem morabatur, multam pecuniam ab omnibus extorquendo; personis tamen religiosis et clericis extitit gravissimus, nulli dignitati parcens; decimas omnium bonorum suorum per terminum predictum ab eis exigebat et illas aut pape aut regi vel cui vellet assignabat. . . . . . .

Urbano IV. pape successit Clemens IV, qui die annunciacionis dominice incathedratus est[6]. . . . . . . Mart. 25

Anno gratie 1267. . . . Rex . . . post octavas pasche apud Stratford — — reformata est. . . . . . . Cont. Tayst.

Anno gratie 1268. . . . Vigilia sancti Andree obiit Clemens IV. papa; vacavitque sedes annis 2, mensibus 9, ebdomadibus 3 et diebus 4, cardinalibus ad invicem dissidentibus. . . . . . .

Anno gratie 1274. Dominus papa celebravit concilium Lugduni Gallie — — ecclesiasticis. Ad istud concilium convenerunt episcopi 500, abbates 60[i], alii prelati mille. . . . . . .

Rex Francie duxit in uxorem filiam ducis Brabancie, sorore regis eiusdem vice versa eidem duci in matrimonium coniuncta. . . . . . .

1290. . . . Dominus papa concessit abbati Cluniacensi[7] ad reformacionem status monasterii sui per 6 annos vicesimam omnium spiritualium bonorum de omnibus abbaciis, prioratibus et cellis citra mare vel ultra necnon et de personis universis ab eisdem beneficiatis, sue iurisdictioni spectantibus. . . . . . .

Annus iste regi Anglie ob . . . duarum filiarum suarum[8] desponsacionem in medio iocundus. . . . . . .

a) equm *B.* b) *ita B;* hūitatem 2. c) *ita B;* imitator 2. d) *haec — a.* 1258. *des. N. B.* e) dominator 2. f) contratrius 2; necessarius *Ioh. Wall.* g) Ric. A. *B.* h) *quae sequuntur des. N. B.* i) *hic numerus solus notis Arabicis scriptus est* 2.

1) Haec verba in Ioh. Wallingf. codice Iulius D VII. exstant. 2) Hic desinit Ioh. Wall., qui sententiam sequentem sub a. 1257. habet. 3) Mai. 14. 4) De Lusignan. 5) Provinciales et Sabaudienses. 6) Coronatus est m. Febr. medio; Potthast p. 1543. 7) Willelmo IV; Potthast nr. 23198. 8) Iohannae et Margaretae.

Cont. Tayst. Anno gratie 1291. . . . Rex . . . maioribus Anglie domibus scripsit in hac forma: *Edwardus . . . conventui de Sancto Aedmundo salutem. Mittimus vobis . . . transcripta: . . . . . . 'Omnibus*[1] *presentes literas visuris vel auditurïs Florencius comes Hollandie, Robertus de Bruys. . . . Nos . . . concedimus recipere ius coram illo*[2]. . . . *Apud Norham die Martis proxima post ascensionem*[a] *Domini anno gratie* 1291'. *'Omnibus presentes literas visuris vel audituris Florentius comes Hollandie, Robertus de* Iun. 5. *Bruys. . . . Nos . . . concedimus, quod ille tanquam dominus suppremus . . . habeat seysinam . . . Scocie, . . . ut iusticia fiat et performetur exigentibus. . . . Apud Norham die Mercurii proxima post* Iun. 6. *festum ascensionis Domini anno gratie* 1291'. *Unde — — annotari . . . Apud Westmonasterium 9. die Iulii, anno regni nostri* 19. *Per breve de privato sigillo. . . . . .*

Anno gratie 1292. . . . Dominus[3] papa misit per totam christianitatem ad consulendum clerum super certis remediis recuperacionis Terre Sancte, et qualiter melius ac citius inimici crucis Christi possent impugnari. Unde, convocato clero, Iohannes[b] Cantuarie archiepiscopus suos suffraganeos super responsis honeravit, suffraganei suos archidiaconos consuluerunt, archidiaconi clero sue iurisdictionis[c] iniunxerunt. Quorum quidam responsum tale dederunt: Terram Sanctam facile non posse recuperari sine gladiis spirituali et materiali. Unde iniungendi essent omnes et singuli ad orationes devotas pro recuperacione Terre Sancte faciendas, et imperator eligendus est, cuius securius[d] gladio materiali et exercitu inimici fidei christiane efficacius possint impugnari, et Terra Sancta debito statu conservari.

Apr. 4. Pridie Nonas Aprilis obiit Nicholaus IV. papa, qui sedit annis 4, mense 1, ebdomada 1 et diebus 6; sepultusque est Rome apud Sanctam Mariam Maiorem; vacavitque sedes annis 2, mensibus 5[4], diebus 8, cardinalibus invicem dissidentibus et bella crebra mutuo[e] exercentibus.

Apr. 6. Celebrata paschali sollempnitate apud Westmonasterium, versus Sanctum Aedmundum[5] rex arripuit iter suum, ubi translacionem sancti martyris una cum 1 archiepiscopo, 2 episcopis et 9 comitibus, quorum duo erant transmarini, comes Flandrie[6] et comes Hollandie, sollempniter celebravit. . . . . . .

Mart. 15. Anno gratie 1293, Idus Martii[7] electus est magister Robertus de Wynchelese, archidiaconus Midelsexie et canonicus Sancti Pauli Londonie[f. 8].

a) asens. 2. b) I. 2. c) iurisdictioni 2. d) *editor hoc verbum* securius *deleri velit; sed exstat infra* p. 605, *l.* 25. e) muto 2. f) *desunt* 2.

---

# EX ANNALIBUS NORWICENSIBUS.

*In prioratu ecclesiae cathedralis Norwicensis annales* 1066[9]—1291. *fere hoc anno*[10] *conscripti sunt. Quorum auctores imprimis*[11] *Mathei Parisiensis Cronica*[12], *Flores historiarum*[13], *Iohannem de Wallingford, Annales Taysterii*[14] *Hulmensesque usque ad a.* 1281.[15] *adhibuerunt. Ipsi autem non solum quae a.* 1285—1291,

1) Haec Parker supra p. 487, n. x. k. partim adhibuisse videtur. 2) Edwardo I. 3) Haec ex tabulis infra p. 605. editis collegit auctor. 4) Potius *tribus*. 5) Ibi erat Apr. 27 sqq.; Cont. Taysterii; Rymer I. p. 759. 6) Guido; v. regis Angliae salvum conductum ei Apr. 6. datum (ib.) et cf. Höhlbaum, 'Hans. UB.' I, nr. 1092. 1094. 7) *Februarii* corrigendum ex Gerv. Cant. Cont.; Ann. Wigorn. 8) Archiepiscopus Cantuariensis. 9) Praecedunt brevissimae notulae a Christo nato. 10) A. 1272, quo prima codicis manus desinit, primus auctor nondum coaevus erat, cum Hulmensi opere ab initio usus sit. 11) Paucis locis ad Rad. de Diceto (a. 1093), Will. Malmesbur. (a. 1100), Flor. Wig. (a. 1113), fortasse quendam librum perditum [prioris Hulmensis Annalistae?] vel ineditum [Ioh. de Wallingford?] secuti, accedunt. Loci autem, quibus Rog. Wend., Rog. Hoved., Henr. Huntingd. citantur, ex Matheo et Chron. Hulmensi omnes proveniunt. 12) Nisi forte Iohannes Wallingf. ineditus omnia quae ad Matheum recedunt praebet. 13) Hos imprimis inter a. 1072. et 1105, neque post a. 1194, nusquam igitur Florum continuationem Westmonasteriensem exscripserunt. 14) Forsitan tamen Edmundensia p. 137. 139, quae in Chron. Hulm. desunt, ex huius perdito codice authentico (v. supra p. 598) hauserunt. 15) Etiam domestica Hulmensia inde transsumpserunt a. 1280.

*quos postremus auctor ipse vidit, gesta sunt accurate adnotarunt, sed etiam a.* 1264—1279. *res, quas alibi non invenis, praecipue Norfolcenses, tam ample et vivide narrarunt, ut eas ex prioribus sui monasterii annalibus perditis, qui, inter ipsas quasi res gestas orti*[1], *forsitan a.*1279.[2] *desierint, hausisse mihi videantur.*

*Codex, adhuc capituli Norwicensis, olim nr.* 111, *saec. XIII ex. una manu ad a.* 1272, *altera ad a.* 1281, *tertia ad a.* 1291, *postremo saec. XIV in. ad a.* 1292. *perductus est. Annales* 1282—1285. *desunt. Verba* Radulfi de Fretinham[3] monachi, *qui fere a.* 1274. *cellararii Norwicensis munere functus est*[4], *saec. XIV. inscripta possessorem et fortasse postremum continuatorem designant*[5].

*B) Bartholomeus de Cotton usque ad a.* 1291. *hoc opus ad verbum transsumpsit. Cuius libro Luard editor lectiones codicis Norwicensis a Bartholomeo variantes subnotavit.*

*Haec excerpta cum codice benigne contulit V. Cl. W. T. Bensly, LL. D.* *F. L.*

. . . Anno gratie 1074. Gregorius, qui et Hildebrandus, celebrata sinodo, simoniacos anathematizavit, sacerdotes uxoratos a divino officio removit novo exemplo et, ut multis visum est, inconsiderato preiudicio contra sanctorum patrum sententiam. . . . . . . Flor. hist.

Anno gratie 1254. . . . Comes Ricardus fecit comburere primo sua retia, que kidellos vulgariter appellamus, de quibus mentio fit in Magna carta de communibus libertatibus, ut sic et aliorum retia liberius concremaret. . . . . . . Ioh. Wall.

Anno gratie 1258. . . . Hiis diebus regina Anglie et etiam fratres regis Pictavenses et parentes regine Saveienses[a], unusquisque ubi dominabantur, tyrannides regias intollerabiliter exercentes, proceres regni contra eos exacuerunt. . . . . . . I. Tayster.

Anno gratie 1264, 4.[6] Idus Maii Simon de Monte-forti comes Leycestrie, paucis baronibus sibi auxilium prebentibus, cepit in bello apud Lewes Henricum regem Anglie et Ricardum regem Alemannie et duos predictorum filios, scilicet Edwardum et Henricum. . . . . . . Mai. 12.

Anno gratie 1265. . . . Eodem anno Urbanus papa obiit; cui successit Clemens. 1264. 1265.

Eodem anno cardinalis Ottobonus venit legatus in Angliam. . . . . . .

Eodem anno Karolus[b] comes Andegavie et frater regis Francorum potenter sibi subiugavit regnum Sicilie et Kalabrie et Apulie. . . . . . . 1266.

Anno gratie 1268. . . . Eodem anno Otto legatus recessit ab Anglia infra octavas translationis sancti Benedicti. . . . . . . Iul. 18.

Eodem[7] anno Karolus comes Andegavie et frater regis Francorum obsedit civitatem Rome et iam armata manu triumphaliter adeptus est, interfecto senatore cum populo innumerabili, et novum senatorem, scilicet dominum Widonem de Monte-forti, et custodes per totam civitatem, prout decuit, constituit, et omnibus rite peractis, ipse cum militia sua quantum sibi placuit in civitate remansit.

Eodem anno Clemens papa obiit in vigilia sancti Andree, et vacabat sedes. Nov. 29.

Anno gratie 1269. Apud Londoniam translatus est[8] beatus Edwardus in novo opere Westmonasterii a rege Henrico III, ubi interfuit idem rex Henricus et Ricardus rex Allemannie et omnes maiores Anglie. . . . . . .

Anno gratie 1270. . . . Lodowicus rex Francorum . . . diem clausit extremum. Quo defuncto, Karolus, frater dicti regis et imperator[c, 9] Romanorum, supervenit et regem mortuum

a) Saveronses *c. B.* b) Kor. *B.* c) ipator *fortasse pro* senator *c.*

1) Simoni de Monte-forti a. 1265. faventes, a. 1268. habent: *Edwardus baronibus in nullo fidem servavit*; cf. notas Norwicenses, quas coaevas esse patet, a. 1268. 1272. 2) Hoc enim anno chronicam Hulmensem exscribere iterum inceperunt Norwicenses; et ex codicis ipsa scriptura laborem exarandi interruptum esse apparet; et eodem loco desinit operis pars a. 1272—1279. complectens in codice Oxoniensi Laud B XVI, nr. 675, mbr., saec. XIV in. Norwici ex diversis fragmentis conscripto, quae, partim cum his annalibus, partim cum Bartholomeo convenientia [Luard p. xxv], meliores quasdam lectiones [v. p. 157, n. 2] praebent, itaque ex pristinis Norwicensium fontibus hausta videntur. Accedit quod series praelatorum Norwicensium Annalibus subiunctae, postremo Willelmo a. 1278—1288. episcopo et Willelmo a. 1272—1288. priore commemoratis, inter a. 1278. et 1288. terminatae sunt. 3) Frettenham in Norfolk com. 4) Hoc benigne mecum communicavit V. Cl. Bensly. 5) *Magnum registrum Norwicense* (cf. Luard p. xxiv) iam *the Doomie booke* vocari neque cum his Annalibus confundendum esse, me docuit Bensly. *Cronica Cottoñ* demum saec. XVI. Annalibus quidam inscripsit, qui eos plerumque cum Bartholomeo convenire animadverterat. 6) Potius Mai. 14. 7) Has res perturbavit auctor. 8) Oct. 13; Thomas Wykes; Flor. hist. Westm. 9) Senator.

1270. sepulture tradidit et Philippum, filium eius primogenitum, ibidem in regem Francorum coronavit; et sic reversi sunt in regionem suam. . . . . . .

Eodem tempore Bonefacius archiepiscopus Cantuarie diem clausit extremum. . . . . . .

1272. Anno gratie 1271. . . . Eodem anno Ricardus dictus rex Allemannie et dominus Philippus Basset diem clauserunt extremum. . . . . . .

Iun. 24. Anno gratie 1274. . . . Eodem anno circa festum sancti Iohannis baptiste Gregorius X.[a] papa tenuit concilium apud Lugdunum. In quo concilio habuit sex sessiones, et ibidem statuit, quod omnes decime virorum ecclesiasticorum, quocumque nomine censerentur, solverentur et secundum verum valorem per 6 annos in subsidium Terre Sancte; et omnes fraudem vel dolum contra statutum suum facientes excommunicavit eodem concilio. Greci per magnum tempus ante cissi a fide reversi sunt ad fidem. . . . . . .

1276. Anno gratie 1275.[1] . . . Eodem[b] anno obiit Gregorius X.[c] papa; cui successit Innocentius, qui fuit de ordine Predicatorum.

Iun. 24. Anno gratie 1276. . . . Eodem anno post[2] festum sancti Iohannis baptiste obiit Innocentius papa; cui successit Adrianus anno eodem. Eodem anno in autumpno[3] obiit Adrianus; cui successit Iohannes anno eodem.

Iun. 24. Anno gratie 1277. . . . Eodem anno circa festum sancti Iohannis baptiste[4] obiit Iohannes papa; cui successit Nicholaus. . . . . . .

Anno gratie 1278. . . . Eodem[b] anno fuit Robertus de Kilwarbi factus cardinalis Portuensis. . . . . . .

Anno gratie 1279. . . . Eodem anno frater Robertus de Kilwarby Portuensis mortuus est. . . . . . .

Hulm. Anno[d] Domini 1280. . . . Undecimo Kalendas Septembris castro Suvano in fata decessit Iohannes papa; vacavitque sedes mensibus 6, diebus 14. . . . . . .

Anno[d] gratie 1281. . . . Simon — — interfecit. Ma[gister[e]]

. . . Anno Domini 1286. . . . Eodem anno fratres de Monte Carmeli, qui primo defe-
Sept. 8. rebant mantella radiata, mutarunt habitum suum in capis albis ad festum nativitatis beate Marie. . . . . . .

Apr. 2. Anno Domini 1290. . . . cito post pascha. Et statim post naute Flandrenses fecerunt insultum nautis Bayonie et homines suos interfecerunt, et Bayonici petierunt a nautis Gernemute et Quinque portuum, ut cum eis starent in adiutorium; qui, cum dicebant se unius regis homines esse, conflictum fecerunt communem et insultum Flandrensibus fecerunt et numero vicesies viginti[f] interfecerunt et naves suas submerserunt in mari profundo et quasdam concremarunt; et ita, Dei misericordia opitulante, hostes suos devicerunt. Et cito post conflictum capti fuerant in civitate de Bruges quater viginti[g] mercatores Baionie, et ballivi dicte civitatis bona sua ac mercimonia preciosa et ditissima confiscarunt et ipsos in carcerem detruserunt.

Tempore sub eodem mota est guerra mortalis inter comitem Flandrie[5] et comitem Selandie[6]. . . . . . .

Iul. 9. Tempore sub eodem die dominica proxima post festum translationis sancti Thome dominus Iohannes, filius et heres ducis Brabanie[7], duxit dominam Margaretam, filiam regis, in uxorem apud Londoniam. Ubi dominus rex festum tenuit nobilissimum cum suis magnatibus Anglie, qui ibidem ditissime fuerant ornati vestibus preciosis; fuit enim Edwardus filius regis cum quater viginti[g] militibus de secta sua ter prudentatus[8] in die, . . . dux vero Brabanie cum quater viginti militibus et 60 dominabus ter prudentatus[h] in die cum supertunicis pendentibus et clausis et tentoriis[9] ad cubitus se extendentibus, cum penulis de grisio[10] et stranlingo[11]. . . . Multa enim alia vana ibi facta sunt propter festi excellentiam, que omnia recitare magis tediosum esset quam intelligentibus fructuosum. . . . . . .

Oct. 28. Tempore sub eodem comes Flandrie proclamari fecit in villa de Bruges die sabbati proxima ante festum omnium sanctorum, quod nullus de suis malum aut molestiam merca-

a) V. *c.* b) Eo *B.* c) IX. *c.* d) ono *c.* e) *medio in verbo desinit quaternio, pagina sequente vacua relicta, altera manus a.* 1285. *incipit c.* f) $\overset{\mathrm{XX}}{\text{viccsies}}$ *c.* g) $\overset{\mathrm{XX}}{\mathrm{IIII}}$ *c. B.*; octoginta *Luard.* h) p'dent⁹ *c.*

1) Potius a. 1276, Ian. 10. 2) Potius Iun. 22. 3) Aug. 18. 4) Potius Mai. 20. 5) Guidonem. 6) Florentium. 7) Iohannis. 8) Prudentia est vestis aulica [LUARD], vox derivata, ut videtur, ab Anglico *prut* = magnificus, superbus, decorus. 9) Sunt sinus vestium; cf Ducange–Henschel s. v. *tenta* 3. 10) 'Grauwerk'. 11) *Strandling* est pellis sciuri hiemalis; Riley, Munim. Gildhallae II, p. 828.

toribus de Anglia, Bayonia nec aliis de potestate domini regis Anglie inferret, sed quod 1290. omnes possent mercimonia sua exercere bene et in pace secundum quod prius. Et statim post, die Martis sequente in furvo noctis ipse ballivus predicte ville equitavit per totam Oct. 31. villam et magnas candelas cereas et torcheas[1] coram se deferri fecit et proclamari nomine comitis fecit, quod omnes mercatores Anglie, Bayonie et alii de potestate domini regis Anglie evacuarent terram suam cum omnibus bonis suis infra diem dominicam proximo Nov. 5. sequentem; et precepit omnibus suis sibi conquerentibus de dampnis per mare receptis per homines regis Anglie, quod ipsi veniant et penam[2] apponant recuperare dampna sua super homines regis Anglie. Cuius pretextu preparari fecit 43 naves et 50 galeas ad malefaciendum depredandumque homines regis Anglie. Et statim post 15 naves Flandrenses una cum nautis et omnibus bonis suis arrestate[a] sunt apud Gernemutam ex precepto regis, qui inhiberi fecit per omnes portus Anglie, ut omnes Flandrenses in terram suam applicantes non exirent, sed ut caperentur. Et statim post, reformata concordia inter regem et comitem Flandrie, rex pacem suam proclamari fecit, et quod omnes Flandrenses salvo redirent ad patriam suam et iterum remearent ad libitum. . . . . . .

Vacat[b]. Tempore sub eodem quoddam inauditum et quodammodo impossibile in ecclesia cathedrali canonicorum Herfordensi contingebat. Ubi quidam demon in habitu regularis canonici in choro . . . sedebat. . . . Tandem eum Teutonice vapularunt et demum in vinculis posuerunt. . . . . . .

Anno Domini 1291. Rex celebravit[c] natale Domini apud Sanctum Albanum. 1290. Dec. 25. Et sub eodem tempore iter arripuit in Scotiam; 1291. et comes Selandie et comes del Cliwe[3] transfretarunt mare et apud Gernemutam applicuerunt una cum equis suis, et in continenti iter suum arripuerunt ad regem versus Scotiam[d].

---

*Edwardus[4] Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie et dux Aquitanie, dilectis sibi in Christo priori[5] et conventui Sancte Trinitatis Norwyci salutem. Mittimus vobis sub sigillo scaccarii nostri presentibus appenso transcripta quarundam literarum, que in thesauraria nostra resident, tenorem qui sequitur continentes: 'A touz ky ceste lettre verrount ou orrount Fflorenz counte de Heilande, Roberd de Brus. . . . Nus . . . grantoms de receyvere dreyt devant luy[6] come sovereyn seygnur de la terre. . . . Ffet et doné a Norham le Mardi prochein après la ascension, l'an de grace* 1200. *nonaunte primereyn'. 'A touz iceus ke ceste presente* Iun. 5. *lettre verount ou orrount Fflorenz counte de Hoilaunde, Robers de Brus. . . . Nous . . . grantons, ke il[6] come soverayn seygnur . . . eyt la seysine . . . de Escoce. . . . Ffet et doné a Norham le Mekerdy après la assension, l'an de grace* 1200. *nonante primereyn'. Unde vobis* Iun. 6. *mandamus, quod eadem faciatis in cronicis vestris ad perpetuam rei geste memoriam annotari. Teste magistro W.[7] de Marchia, thesaurario nostro, apud Westmonasterium nono die Iulii, anno regni nostri* 19. *Per breve de privato sigillo. . . . . . .* Iul. 9.

Reformata[e] vero pace inter ipsos et regem, ordinavit rex, ut quater viginti potentiores Scotie et fideliores, qui melius rei veritatem de proximitate sanguinis attingentis coronam et rengnum Scotie[f], et 24 de ~~nobilioribus~~ Anglie, ut hii homines talem eligerent in regem Scotie futurum, qui proximo affinitatis seu consanguinitatis attingeret genere[g] regis premortui. . . . Comes vero Hoylandie et Selandie claimum[8] suum similiter in scriptis proposuit[h]. Quibus rex Anglie prefixit diem in festo sancte Trinitatis anni proximi sequentis, 1292. Iun. 1. ut ipsi apud Scotiam venirent, audituri precise, quid dicti electi pronunciarent pro statu regni Scotie. Et interim rex Edwardus fecit se nominare altissimus dominus Scotie. . . . . .

Anno Domini 1292. . . . . . .[i]

a) arrestati *c.*; arrectati *B.* b) *deest haec fabula B.*; *primae et postremae lineae cancellatae sunt c.* c) Anglie tenuit curiam suam *B.* d) *manus saec. XIV in. incipit c.* e) *quae sequuntur des. B.* f) investigarent *suppl. Luard*; *fortasse potius* nossent *supplendum.* g) gradu genus *fortasse emendandum.* h) propossuit *c.* i) *hoc a. desinit c.*

1) 'Fackeln'. 2) 'sich Mühe geben'. 3) Theodericus VII. 4) V. easdem litteras supra p. 600. 5) Henrico. 6) Edwardus I. dicitur. 7) Willelmo. 8) Actionem, vindicias.

# EX BARTHOLOMEI DE COTTON HISTORIA ANGLICANA.

*Bartholomeus de Cotton*[1], *monachus ecclesiae cathedralis Norwicensis, a.* 1283 *sq. cellararii munere functus est*[2]. *Postea a.* 1291. *grammatico opere*[3] *confecto, a.* 1292.[4] *chronicam scripsit vel potius incepit, quam usque ad a.* 1298.[5] *perduxit. Chronicorum libro I.* De regibus Britonum *Galfridum Monmouthensem fere integrum transsumpsit, libro III.* De archiepiscopis et episcopis Anglie *eundem, Florentium, Willelmum Malmesburiensem exscripsit. Nostra autem non interest nisi* Historia Anglicana, scilicet liber II, *cuius prima parte, usque ad a.* 1066. *perducta, imprimis Henrico Huntingdoniensi in breve coacto, altera parte inde ad a.* 1291. *Annales Norwicenses*[6] *integros*[7] *et inter a.* 1281. *et* 1284. *Hulmenses ad verbum transsumpsit. Multo autem prioribus confratribus melius de rerum sui temporis cognitione augenda meritus est*[8]. *Septem enim postremis annalibus fere dimidium libri II. spatium occupans, res simul atque gestae sunt accurate descripsit et sexaginta fere tabulas publicas*[9], *quamvis ab aula regis remotus vixerit, diligenter collegit*[10], *quarum quaedam maximi momenti, quae ad partes longe ab Anglia Orientali distantes spectant, velut foedus ab Adolfo rege Romanorum cum Edwardo I. ictum, alibi non inveniuntur.*

*Codex*[11] *Musei Britannici* **Cottonianus** *Nero C V, f.* 160 — 280, *saec. XIV in. una manu eleganter exaratus, libro I, iam codice* **Regio** 14 *C I, inde*[12] *saec. XVI. vel antea separato, libros II. et III. continet. Quem*[13], *fontibus argute requisitis et indicatis, accurate edidit V. Cl. Luard in Rotulorum Serie Lond.* 1859, *ipse iterum evolvi.* *F. L.*

## Incipit Historia Anglicana, scilicet liber secundus de regibus Anglis, Dacis et Normannis.

Henr. Hunt. . . . Kenevulfi anno 15. **Karolus Magnus, filius Pipini, factus est imperator Romanus. Hic fuit primus imperator de Francis.** . . . . . .

A. Norw. Anno gratie 1279. . . . Eodem anno frater Robertus de Kilwarby Portuensis mortuus est. . . . . . .

A. Hulm. Anno gratie 1281. . . . Symon — — interfecit. Magister — — cardinalis. . . . . . . .

A. Norw. Anno gratie 1291. dominus Edwardus rex **Anglie tenuit curiam suam** apud Sanctum Albanum — — Sco-

1) *Cottun, Cottune,* fortasse Cotton in Suffolk com. 2) Annales quoque continuandos a Radulfo (v. supra p. 601, l. 7) eum suscepisse, suspicatur V. Cl. Bensly. 3) *Optime compilationes de libro Britonis* (de quo cf. supra p. 582, n. 5) *secundum ordinem alphabeti per Bartholomeum de Cottune compilate a. D.* 1291. inscribitur codex Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 460, 4, quo singula verba explanantur. 4) Vide infra p. 621, l. 21. 5) Etiam seriem Norwicensium episcoporum ad Radulfum, qui a. 1289—1299. sedit, ipse perduxit, continuator nomen successoris a. 1299. consecrati subiunxit. 6) V. supra p. 600 sq. Hos secutus, lectiones codicis Norwicensis haud paucas corrupit, nusquam meliores illo praebuit; lectorem ad quasdam litteras infra inserendas remisit, quas recipere postea supersedit (cf. ed. Luard p. XXI. 112. 131); annos, usque ad a. 1291. a natali Domini inceptos, inde ab hoc anno ipse a paschate incepit. E quibus argumentis efficitur, ut Bartholomeum post Annalistas Norwicenses scripsisse statuamus. 7) A. 1290, p. 174, locum eorum in regem invehentem caute omisit. 8) Indicium suum raro tantum protulit; cf. tamen a. 1297: *Rex dura contra clerum ordinavit; et ecce, mirum in modum et quasi vindicta Dei eadem die exercitus regis Anglie in Vasconia* victus est. . . . *Bona pax inter regem et magnates; benedictus Deus!* 9) In autographo perdito etiam plures exstiterunt; cf. p. 318: tabulas *invenies supra, ubi litere conscribuntur,* quae codici desunt. 10) Plerasque ab episcopo Norwicensi et vicecomite de Norfolk recepit. 11) De codice **Lambethano** perdito et de fragmentis ex hoc opere excerptis v. Luard p. XXVI. et supra p. 601, n. 2. 12) Id apparet ex eo quod codex Regius 58 folia antiqua manu numeris signata continet et codicis Cottoniani primum folium numero 59. antiqua manu signatum est, et ex eo quod forma libri et manus scribae in utroque codice eaedem sunt. 13) Inter nostri aevi viros doctos b. m. Pauli, 'Gesch. von England' IV, p. 718, Bartholomeum primus merito magni aestimaverat.

tiam. . . . Et ad castellum Dulmenensis episcopi, videlicet Norham, fuit pax reformata inter regem et homines Scotie sub hac forma: *Edwardus — — sigillo*. . . . . . 1291.

Hoc est exemplum quarundam literarum apostolicarum cum bulla plumbea et filo canipis[a] immissa, in nulla sui parte viciatarum seu abolitarum, quarum tenor talis est:

*Nicholaus*[1] *episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Wintonie*[2] *et Lincolnie*[3] *episcopis salutem et apostolicam benedictionem. In commissa vobis*[b] *collectione decime, quam carissimo in Christo filio nostro E. regi Anglie illustri ad prosecucionem commodiorem et efficaciorem negocii*[c] *Terre Sancte, quod ipse tanquam princeps catholicus assumpsit, personaliter prosequendam duximus concedendam, sicut alias ei predenunciasse meminimus per bone memorie B.*[4] *episcopum Grossatensem, declaraciones dubitacionum, que olim emerserunt in negocio decime ipsius terre deputate subsidio*[c] *per ordinacionem concilii Lugdunensis et possent forsan in predicta decima prefato*[c] *regi concessa per innovacionem recidivi dubii suboriri, dudum a sede apostolica editas, a vobis, quatenus ipsam decimam per vos colligendam contingunt, volumus observari. . . . Datum apud Urbem-veterem* 15. *Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quarto*. . . . . . 1291. Mart. 18.

Eodem anno fecit archiepiscopus Cantuariensis[5] citare omnes episcopos et abbates et alios prelatos sue provincie, exemptos et non exemptos, quod comparerent Londonie 13. die Februarii[6], apud Novum Templum. Quo die prelatis comparentibus, lecta littera apostolica[7], fuerunt traditi articuli subscripti. Qui deliberaverunt usque ad diem sabbati proximo sequentis. 1292. Febr. 13. Febr. 15.

Isti sunt articuli illis liberati[8]: *In deliberacione cuiuslibet episcopi cum prelatis sue diocesis tractetur, . . . qualiter impugnare poterunt inimicos fidei christiane*. . . . . .

Responsio[9] quibusdam articulis*: . . . *Quod sine gladio materiali et exercitu milicie non creditur Terra Sancta posse recuperari; sed exercitus armatus milicie sine duce*[d] *et prestito*[e] *potenti recte non possit geri; verum imperialis maiestas*[f] *inter seculares potestates maior, cui securius gladius recuperande Terre Sancte posset committi; unde, sine iudicio*[g] *meliori sentencie, videtur nobis, quod in principio eligatur imperator*[10], *et sic efficacius inimici christiane fidei per eum possint*[h] *impugnari, et Terra Sancta statu debito conservari*. . . . . .

Adhuc responsum[9] quibusdam articulis. . . . *Item inducantur*[i] *principes Alamanie, ut aliquem potentem in regem suum eligant ut imperatorem postmodum promovendum*. . . . . .

Littera cleri[k] Francorum. *Sanctissimo patri* etc. *Si noscendi*. . . . *Ea que nobis visa sunt iuxta mandatum apostolicum provincie Lugdunensis concilio*[l], *per que poterit, ut videtur, licet sero post casum, eidem terre*[11] *succurri, . . . vestre referimus sanctitati. . . . Nec modicum proficeret ad Terre Sancte subsidium et succursum, si accelerarentur*[m] *regis Alemannie electio et imperatoris promocio. Hiis diebus videtur etiam expediens, quod prefigeretur annus*[n] *brevis et competens principibus et prelatis, ad quos spectat electio dicti regis, infra quem eligerent sibi regem*. . . . . .

Responsio Arelatensis[o] concilii ad summum pontificem pro subsidio Terre Sancte talis est: . . . . . .

Eodem anno venit in Angliam episcopus Tripolitanus nomine Bernardus, deferens secum literam apostolicam sub hac forma[12]: . . . . . .

*) *Haec Ann. Dunstapl. a.* 1291. *SS. XXVII, p.* 512, *l.* 43. *inseras velim:*

Tunc ecclesia Anglicana, habito mangno concilio prelatorum, respondit ad hoc mandatum, sicut ab ecclesia Francie audierat responderi, videlicet quod dominus papa inter reges et proceres ecclesie pacem firmam reformaret et imperatorem Romanorum faceret et assignaret ei redditus et honores imperii sicut prius, ut sic ab illis cum Dei gratia posset ecclesia defensari. 1292.

a) *sic pro* cannabis *c.* b) nobis *c.* c) *deest Wilkins.* d) dice *c.* e) preposito *fortasse emendandum.* f) sit *supplendum.* g) preiudicio melioris *fortasse legendum.* h) possit *c.* i) induantur *c.* k) clerici *c.* l) coc. *c.*; habito *supplendum.* m) accelerarent *c.* n) terminus *emendandum.* o) Arelacensis *c.*

1) Potthast, Reg. nr. 23615. Contuli Wilkins, Concilia Magnae Brit. II, p. 180: 'ex ms. Thomae [Tanner] episc. Assav.' 2) Iohanni. 3) Olivario. 4) Bartholomaeum de Grosseto. 5) Iohannes. 6) Idem dies Ann. Wigorn. IV, p. 507. 7) Potthast nr. 23783/6, d. a. 1291, Aug. 18, praecedunt. 8) 'überliefert'. 9) Scilicet, ut ex ipso responso apparet, e dioecesi Norwicensi. 10) Hanc sententiam clerum Anglicum a Gallico transsumpsisse, apparet infra l. 34 sq. 43. 11) Sanctae. 12) Potthast nr. 23812.

1292. Anno gratie 1292. et regni regis Edwardi, filii Henrici, 21. obiit papa Nicholaus. . . . . Eodem anno fuit magna discordia inter aliquos cardinales, papale[a] sede vacante. . . . . . .

1293. Anno gratie 1293. marinarii de regno Anglie congregati sunt in magna multitudine, ut oppugnarent marinarios Normannie[1] et ut se ab ipsis defenderent, ut audacter ad negociandum, ad mercandizandum navigarent. Et licet quam plures essent de regno Anglie, propter quandam tempestatem omnes ingressi sunt loca ad salvandum se, nisi 74 naves, que
Iun. 13. remanserunt in mari; et tunc Normanni Idus Iunii[2] cum magna superbia et multitudine armatorum et 180[b] navibus, ventum ad voluntatem habentibus, marinariis Anglie et Baunis[3] appropinquaverunt. Vento vero in contrarium se movente, predicti marinarii de Anglia et Baunâ contra Normannos conflixerunt et, licet tam pauci contra tantam multitudinem dimicarent, eos tamen strenue et quasi miraculose evicerunt, quasdam naves ibidem comburentes, quasdam submergentes, quasdam secum perducentes. Si qui vero fugientes ad terram devenirent, ab Anglicis et Baunis ibidem existentibus occisi fuerunt.

Eodem anno fuerunt multi marinarii de hominibus comitis Holandie et Selandie inmaniter et crudeliter apud Sniterle[4] interfecti, quibusdam navibus igne concrematis, et aliquibus mersis, aliquibus retentis; bonaque eorum marinariorum fuerunt depredata, aliqua rapta, aliqua furtive subtracta. Eodem anno fecit rex inquiri super dictis malefactoribus per Willelmum de Redham vicecomitem Norfolchie[5]. Eodem anno misit rex pro predicto delicto iusticiarios dominos Petrum de Campanea et Iohannem Buteturte, qui rigide procedentes, quam plures de partibus Sniterleye suspendi fecerunt, videlicet 13. . . . . . .

Eodem anno comes Barensis[6] duxit Alienoram, filiam regis Anglie primogenitam, in
1294. Mart. uxorem apud Bristolle[7]. . . . Rex Anglie et comes de Bars per magnam partem quadragesime fuerunt in Norfolchia, ubi vix aliquis magnatum Anglie ad eum accessit.

Anno gratie 1294. Edwardus rex Anglie iter arripuit versus mare, ut comitivam faceret
Apr. 18. comiti de Bars et Alienore, filie sue[8], qui transfretaverunt ad partes suas ante pascha; qui salvum conductum habuerunt de rege Francie ad transeundum per regnum suum. . . . . .

Mai. 27. Edwardus rex Anglie post festum ascensionis tenuit parliamentum Londonie per continuacionem plurium dierum. In quo parliamento fuit concessum et provisum, quod dominus rex cum exercitu suo transfretaret ad recuperacionem et defensionem terrarum suarum existencium sub potestate regis Francie; et data fuit illis de Portibus[9] et aliis marinariis potestas custodiendi mare et capiendi adversarios suos per mare transeuntes et omnes naves del Swyne[10] et Flandrenses et del Swyne usque ad Vasconiam. . . . . .

Eodem anno fuerunt plures naves assignate ad custodienda costeria regni Anglie; et dominus Iohannes Buteturte congregavit multas naves de Gernemuta et alibi de potestate sua apud Erreswelle[11] ad transvehendum dominum Iohannem ducem Brabancie[12] et archiepiscopum Diblinie[13] de Ybernia et dominum Antonium[c] de Beke episcopum Dilmenensem et alios nobiles[14].

Eodem anno fuerunt multe naves Flandrenses capte, et multa bona in eisdem, aliquibus eorum Flandrensibus submersis, aliquibus decapitatis, aliquibus dimissis ire in terram Anglie, bonis tamen eorundem et navibus a capientibus retentis. . . . . .

Ante illud tempus dicebatur, quod fuerunt versus* subscripti reperti in quodam sar-

*) *Verba:* Isti versus reperiebantur in s. c. sollempnis cl. in urbe Rome et per q. ib. existentes Anglicos Anglie transmissi *in codice Bodleiano Douce nr.* 115 *(ed. Stubbs, Walt. Cov. I, p. 26);* Isti versus immediate precedentes inventi fuerint[d] in ecclesia Petri et Pauli sub petra marmorea *in Petri de Langtoft codice Musei Brit. Regio* 20 *A XI, saec. XIV, (ed. Wright II, p. 450) hoc carmen sequuntur.*

a) *sic c.* b) $\overset{\text{XX}}{\text{IX}}$ *c.* c) Antonum *c.* d) *sic ed.*

1) His postea Flandrenses astitisse, narrat Walt. Gisburn.; cf. Höhlbaum, 'Hans. UB.' I, p. 389, n. 3. *Subiectos nostros in Normannia et de quibusdam aliis partibus regni nostri* Edwardi I. classem aggressam esse, conqueritur Philippus IV. tabula (Rymer I, p. 793), qua eum *Parisius* 20. *die nativitatis Domini* in iudicium citat; quae apud Bartholomeum sequitur. 2) De die cf. Pauli IV, p. 80, n. 2. 3) Bayonne. 4) Sniterleye in Norfolk com. 5) Brevi d. a. 1293, Nov. 26, ap. Höhlbaum, 'Hans. UB.' nr. 1134. Mercatores *de Campen in Alemannia* protecti sunt tabula d. a. 1294, Mart. 9; ib. nr. 1139. 6) Henricus. 7) Litteras quibus Edwardus I. mercatores Alemannos in Angliam Bristoll. Sept. 26. invitat v. ap. Höhlbaum nr. 1128. 8) Dotem Alienorae assignari curat rex a. 1294, Apr. 15; Rymer I, p. 798. 9) Quinque; Rymer I, p. 801. 10) Zwin. Edwardus I. Guidoni Flandrensi a. 1294, Mai. 28. scripsit, se salvum conductum (Höhlbaum nr. 1094) Flandrensibus subtraxisse; Höhlbaum nr. 1142. 11) Orwell flumen, quod in Suffolk com. in mare Germanicum effunditur. 12) Cf. Rymer I, p. 802. 13) Iohannem. 14) Legatos ad Adolfum regem missos.

chophago cuiusdam nobilis clerici, qui lucem subumbravit secularem elapsis ducentis annis 1294. et amplius, in civitate Romana, et per quosdam amicos ibidem quibusdam amicis Anglicanis destinabantur anno Domini 1293: 1293.

Versus[a, 1]: *Gallorum levitas Germanos iustificabit.*
*Et*[b] *tribus adiunctis, consurget aquila grandis.*
*Ytalie gravitas Gallos confusa necabit.*
*Constantine, cades, et equi de marmore facti —*
*Gallus*[c] *succumbet; aquile victricia signa —*
*Et lapis erectus et multa palacia Rome.*
*Mundus aborrebit*[d]*; erit Urbs vix presule digna.*
*Papa cito moritur, cesar regnabit ubique —*
*Terre*[c] *motus erunt, quos non prius*[e] *auguror esse —,*
*Sub quo tunc vana cessabit gloria cleri.*
*Millenis ducentenis nonaginta sub annis.*

Eisdem temporibus quidam dixerunt subscripta esse prophecie[f] Merlini: *Sub Gallo Hyspanie*[g] *debilitabitur Hyspania, capud Ligurie contremescet*[f]*, ad tantam ruinam Francia deveniet, ut Anglicus eam invalescet*[h] *alienis suffultus presidiis et faucionibus proditorum.* Eisdem temporibus quidam dixerunt subscripta esse prophecia[f] Ioachim: *Egredietur unicornis de plaga occidentali cum vexillo leopardorum*[2]*, cuius ferocitas in Galliis stragem faciet humanam et ruinam maximam civitatum, et ipsius tanta erit vesania, quod dentes suos corrodet usque ad muros Parisienses. Dextrum cornu Teutonie eidem prebebit auxilium, capietur in gremio virginali; et post tunc aquila volabit et ascendet super solem*[3] *et lunam et eorum radios terribiliter denigrabit, utrosque humilians et reducens ad statum primarium Crucifixi. Istis enim temporibus sol et luna eclipsim pacientur propter nequiciam et superbiam radiorum. Iam ergo istis inchoatis, multi angeli humani*[4] *retrocedent, stabunt tamen preordinati. Corvi omnino deficient, et multa mala inferent christianis populis.*

Eodem anno facta est[5] confederacio inter regem Alemannie et regem Anglie et eorum 1294. heredes per literas eorundem sub hac forma[6]:

*Adolfus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus, presencium inspectoribus universis graciam suam et omne bonum. Noveritis, quod nos plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale ordinandi, firmandi et terminandi inter nos et inclitum principem dominum Edwardum Anglie regem illustrem indissolubile confederacionis vinculum et unionem amicicie specialis dedimus, transtulimus et transfudimus*[i] *in venerabilem patrem Syfridum Coloniensis sancte ecclesie archiepiscopum*[7]*, principem nostrum, et clarissimum virum Florencium Holandie et Selandie comitem*[8]*, consanguineum nostrum, karissimos, per nostras patentes litteras, quas hiis tradimus*[k] *super eo. Sane iidem archiepiscopus et comes in primis ex vi auctoritatis eis concesse a nobis dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, quod nos eidem regi Anglie et heredibus suis specialiter contra Philippum regem Francorum et heredes suos et alios quoscumque principes et magnates, sacrosancta Romana ecclesia dumtaxat excepta, quia per regem Francie et suos progenitores bona imperii extiterunt et sunt iam*[l] *multo tempore occupata, potenter et patenter toto posse nostro, quo advixerimus*[m]*, assistemus et auxilium prestabimus nostris sumptibus, periculis et expensis in prosecucione iurium suo-*

a) *in marg. c.* b) *hic versus post* annis *(l. 14) ponendus est.* c) *hic versus post sequentem ponendus est.* d) adorabit *(sc. signa) emendandum.* e) procul *emendandum.* f) *sic c.* g) *fortasse delendum.* h) invadet *fortasse emendandum.* i) transfund. *c.* k) tradidimus *emendandum ex Rymer.* l) a *add. R.* m) adviximus *c.*

1) Meliorem eiusdem carminis formam v. SS. XXVII, p. 470. 2) Anglico. 3) Papam. 4) Sacerdotes. 5) Apud Rymer I, p. 802 sq. exstant Edwardi I. epistolae tres d. 1294, Iun. 20, quibus Iohannes Dublinensis archiepiscopus aliique Adolfo regi et Sigfrido Coloniensi archiepiscopo commendantur et foederis contra quemlibet, papa excepto, cum Germanis feriendi licentia instruuntur. 6) Haec usque ad p. 609, l. 40. auctor ex uno rotulo, dato ab iis qui p. 609, l. 26. nominantur, sumpta sunt, cuius tamen initium desideratur. Contuli chartas ab Edwardo I. de hoc foedere Octob. 22. et Nov. 9. datas ap. Rymer 'ex rot. Aleman. a. 22. Edw. I.' p. 812. 814. 7) Nov. 12. mittuntur qui recipiant iusiurandum, quo archiepiscopus Coloniensis se regi Angliae cum 1000 equitibus serviturum esse promittat, ib. p. 815. 8) Argentum a rege Angliae Adolfo solvendum Florentii Hollandensis curae mandatur Nov. 12, ib. Cf. p. 811. 814. 9) Cf. Leroux, 'Relations de la France avec l'Allemagne' p. 59. 63.

1294. *rum et iniuriarum suarum et similiter in recuperacione bonorum, possessionum et terrarum ipsius regis Anglie sui dominii et districtus per reges Francie occupatarum. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos treugas vel pacem cum rege Francie, ipsius heredibus vel adiutoribus seu aliis quibuscumque adversariis dicti regis Anglie vel heredum suorum in premissis non faciemus vel inibimus sine requisicione regis Anglie aut heredum suorum et ipsius vel ipsorum voluntate et consensu expresso. Item dixerunt et ordinaverunt, quod, si nos contra regem Francie aut heredes suos seu hostes alios ipsius regis Anglie vel heredum suorum*[a] *municiones, terras et castra in conflictu vel extra, coniunctim vel divisim, conquirere*[b] *contigerit, lucrum de predictis et ex captivis et aliunde proveniens nos et rex vel heredes sui equaliter condividemus et parciemur, nisi forte castra et municiones huiusmodi et tractus terrarum ab altero nostrum iure dominii vel quasi aut titulo feodi descenderent et haberi deberent, que non dividemus*[c], *sed quilibet quod suum est vel esse deberet per se solus retinebit et ad suum regnum et dominium revocabit. Item dixerunt et ordinaverunt, quod, si aliqui*[d] *presumptuosi, quicumque sunt illi, in Romanorum regno constituti qui*[e] *occasione stipendiorum, favorum, amicicie aut gratis regi Francorum vel heredibus suis aut aliis inimicis regis Anglie vel heredum suorum in recuperacione premissorum auxilium prestiterint et iuvamen, nos personas eorundem cum publicacione omnium bonorum suorum sine spe revocacionis et gracie perpetuo relegabimus; quam penam ad illos etiam*[d] *extendendam*[f] *dicimus, qui occasione et ex causa discordie litisque mote inter Anglie et Francie reges amicos et auxiliatores tam nostros quam regis*[g] *Anglie invaserint et directe vel indirecte turbaverint, quominus in auxilium nostrum et ipsius regis Anglie valeant se transferre. Ad maiorem etiam securitatem et observacionem ordinacionis predicte dixerunt et ordinaverunt, quod nos fidem prestare deberemus corporalem, et quod nichilominus dicti archiepiscopus et comes iuramentum, in anima nostra*[h] *super firma observacione confederacionis et amicicie huiusmodi iam prestitum, in presencia nostra, dum oportunitas fuerit, innovabunt, quod nos omnia et singula predicta, quamdiu vixerimus, fideliter observabimus, et nichilominus nostrum voluntarium adhibebimus consensum, quod principes regni nostri, quorum copia et consensus [haberi*[i] *poterunt], cum protestacione sua servicia nobis subtrahent, quamdiu convenciones cum dicto rege Anglie initas non servaverimus — quod absit! — obligacione nichilominus predicta in suo robore duratura; dicti*[k] *etiam principes suis patentibus literis protestabuntur, quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtractiones serviciorum inviolabiliter observabunt, si, quod absit, convenciones easdem minime servaremus; super quibus etiam literas*[l] *nostras patentes dabimus regi Anglie antedicto. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos sub sigillo nostro expresse per nostras literas dupplicatas ratificemus omnia prelibata. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos, omni mora affectata postposita, ad cicius quod poterimus, bona fide castra nostra movebimus et cum exercitu nostro ad certos diem et locum, per prefatos archiepiscopum et comitem et nuncios prefati regis Anglie condicendos, ad ipsum regem Anglie cum nostris hominibus iter arripiemus et declinabimus*[1]; *nec separabimur*[m] *nos et dictus*[n] *rex Anglie ab invicem nisi nostris negociis contra regem Francie vel heredes suos feliciter expeditis. Emendacionem etiam dicte confederacionis tam nobis quam regi Anglie, dum convenerimus, pro*[o] *utriusque nostrum honore et commodo reservarunt*[2]. *Ad quorum omnium et singulorum inviolabilem observacionem nos, prestito super hiis sollempniter in animam nostram iuramento, per eorum patentes literas, sigillorum suorum munimine roboratas, ex vi potestatis sibi a nobis tradite firmiter obligarunt. Nos itaque omnia et singula, que in premissis antedicti archiepiscopus et comes dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, prout superius sunt expressa, rata habemus et grata et ea presentibus innovamus, ratificamus et confirmamus*[p] *observanciam eorum inviolabilem, manuali fide prestita super eis et nichilominus per*[q] *spectabilem virum Everardum*

a) inimicos *add. R.* b) conqrere *c.*; adconquirere *R.* c) condividemus *R.* d) *deest R.* e) *delendum.* f) d. e. *R.* g) reges *c.* h) nostram, *sed m expunctum est c.*; animam nostram *R.* i) h. p. *supplevit Luard ex Edwardi I. charta.* k) dum *perperam R.* l) n. l. *R.* m) separabimus *c.* n) prefatus *R.* o) quod *c.* p) ab *[leg.* ad*] add. R.* q) super *c.*

1) De tempore quo exercitus conveniant scribit Edwardus I. Sigfrido Coloniensi Nov. 6, Rymer I, p. 813. 2) Hoc loco Edwardus promisit: [Adolfum] *apud pontificem et cardinales pro diademate imperii consequendo iuvabimus.*

*comitem de Katzenelbogon*[1], *avunculum nostrum, et honorabilem virum magistrum Eberardum,* 1294. *aule nostre prothonotarium, ac virum strenuum Ludewycum vicedominum Rynkowyge*[2] *in maiestatis*[a] *nostre presencia corporali in animam nostram prestito iuramento, nos tenore presencium firmiter obligantes. In cuius rei testimonium et robur ac evidenciam pleniorem presentes literas fieri fecimus et sigilli*[b] *maiestatis nostre munimine roborari. Datum apud Murenbrithg*[3] *12. Kal. Septenbris*[4], *anno Domini 1294, regni vero nostri anno tercio.* Aug. 21.

*Nos*[5] *Adolphus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, profitemur publice et in nos presentibus arbitramur, super eo nostrum adhibentes consensum voluntarium et expressum, quod principes et barones nostri imperii, quorum personarum copia et consensus haberi poterunt, cum protestacione, quamdiu convenciones cum inclito principe domino Edwardo Anglie rege initas non servaverimus — quod absit! — obsequium eorum nobis subtrahent et licite subtrahere possint*[c] *et debeant, obligacione confederacionis inter nos et eundem regem Anglie inite et contracte nichilominus in suo robore duratura. Dicti etiam principes et barones suis patentibus literis protestabuntur*[d], *quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtractionem serviciorum inviolabiliter observabunt, — si quod absit! — convenciones easdem minime servaremus. In cuius rei testimonium* etc.[e]

*Item singulas literas quorundam principum imperii, videlicet Coloniensis et Salzeburgensis*[6] *archiepiscoporum, Babenbeigerim*[f, 7] *et Brixinensis*[8] *episcoporum ac illustris ducis Banware*[g], *comitis palatini Reni*[h], *sub veris eorum sigillis vidimus*[9], *sub tenore qui talis est:*

*Nos Radulfus*[i], *Dei gracia dux Banware, palatinus Reni, de mandato et voluntate serenissimi domini nostri, domini Adolfi Romanorum regis, soceri nostri karissimi, protestamur, nos presentibus literis obligantes, quod, quamdiu contractus non servaverit iuxta quod in literis inde confectis plenius sunt expressi*[k], *eidem domino nostro*[l] *subtrahemus, dantes has literas nostras in testimonium super eo sigilli nostri munimine roboratas. Datum* etc.

*In cuius rei testimonium nos comes Holandie*[10], *decanus Coloniensis*[11] *et dominus de Merenberghe*[m, 12] *predicti sigilla nostra apponi fecimus huic scripto. Datum apud Dordeacum*[13] *feria 6. ante festum sancti Michaelis, anno* etc. Sept. 24.

*Item nos comes, decanus et dominus de Merenberghe protestamur et recognoscimus, nos cum venerabili in Christo patre domino Antonio Dunelmensi episcopo et nobili viro domino Hugone Despenser sic concordasse et finaliter convenisse, quod, quam primum litere illustris domini Edwardi regis Anglie et suorum principum consimiles prioribus literis in omni sui forma sub sigillo suo regio nobis, comiti Holandie, fuerint presentate, nos, idem comes, literas et infra*[n] *originalia domini nostri Romanorum regis et principum suorum penes nos deposita assignabimus et tradenus statim nuncio dicti regis Anglie habenti ad hoc mandatum speciale. Et nos, dictus comes, et heredes nostros ad hoc tenore presencium obligamus. Sunt autem huiusmodi litere Romanorum regis penes nos comitem deposita quatuor paria, videlicet duo eiusdem tenoris de priori forma contenta in isto rotulo, et duo*[o] *alia de secunda; et quinque sunt principum, ut est dictum, restituenda nuncio regis Anglie, cum similes attulerit, ut superius est expressum. Actum* etc.[14]

Eodem anno misit rex omnibus vicecomitibus Anglie pro lanis et pro pellibus lanutis[p, 15] breve sub hac forma:

*Edwardus, Dei gracia* etc., *vicecomiti*[q] *Norfolchie et Suffolchie salutem. Cum nuper ob certam et necessitatem urgentem tibi preciperemus, quod, assumptis tecum duobus de legalioribus et discretioribus militibus ballive tue, in propria persona tua accederes ad civitates, burgos*

a) *deest R.* b) sigilla *c.* c) possunt *c.* d) prestabunt *R.* e) et robur presentes litteras sigillo nostro facimus communiri *R.* f) Babenbergensis *emendandum.* g) Baiwarie *legendum.* h) palenstreni *c.* i) Radufus *c.* k) expresse *c.* l) obsequium nostrum *supplendum.* m) Mor. *c.* n) ipsa *forte legendum.* o) dua *c.* p) lanucis *et sic semper c., ubi tamen* c *a* t *vix distingui potest.* q) vicecomitibus *c.*

1) De homagio ab eo regi Angliae facto cf. tabulas tres datas Nov. 7. 12. ap. Rymer I, p. 813 sq. 2) Rheingau. 3) Nürnberg. 4) *Westm.* 11. *Kal. Nov.* instrumentum Anglicum datum est. 5) Instrumentum Anglicum datum *Westm.* 11. *Kal. Nov.* ib. p. 812. contuli. 6) Conradi IV. 7) Arnoldi. 8) Henrici. 9) Scil. qui l. 26. nominantur. 10) Litteras Edwardi I. pro mercatoribus *Hollandie, Brabancie, Alemannie* Oct. 28. et Nov. 6. datas v. ap. Höhlbaum nr. 1160 sq. 11) Wicboldus, cui Edwardus I. gratiam refert epistolis a. 1294, Nov. 6 sq., 1297, Febr. 7. datis, et quem a. 1295, Apr. 28. legatum Adolfo regi missum commendat; Rymer I, p. 813. 821. 859. 12) Hertradus de Merenberg [prope Weilburg], cui Nov. 6. rex gratias agit ib. p. 813. 13) Dortrecht. 14) Cf. Pauli IV, p. 88. 15) lanosis.

1294. *et villas mercatorias et alias ac ad singula alia loca in balliva tua infra libertatem et extra, ubi faciendum videres, et per visum et testimonium dictorum duorum militum arestari*[1] *faceres omnes lanas, pelles lanutas et coria que invenire posses, in quibuscumque manibus existerent et cuiuscumque essent, et ea salvo custodiri faceres, ita quod nichil inde amoveretur, donec aliud inde tibi preciperemus, et nobis scire faceres cum omni celeritate quam posses per literas tuas, sigillo tuo et sigillis dictorum duorum militum sigillatas, et arestum, quod de rebus predictis fecisses, et quantum de rebus singulis arestasses, ac etiam quorum res essent, prout in brevi nostro tibi inde directo plenius continetur, et postea, excrescente malicia Gallicorum, per nos et magnates regni nostri, prelatos, comites et barones, et per consilium nostrum pro defensione regni et tocius populi nostri ordinatum esset ac insimul concordatum, quod omnes lanas, pelles lanutas et coria ultra dimidium saccum lane haberemus pro habendis celeriter inde denariis ad resistendum malicie et potencie inimicorum nostrorum, ita tamen quod mercatoribus et aliis quorum res ille essent securitatem idoneam faceremus: nos perpendentes, mercatores et alios nimis per hoc debere gravari, ad instanciam et requisicionem mercatorum de regno nostro pro exoneracione eorum ac etiam omnium aliorum mercatorum de consilio nostro concessimus, quod singuli mercatores, tam alienigene quam indigene, exceptis mercatoribus de potestate et dominio regis Francie, lanas suas, pelles lanutas et coria ducere possint ad partes transmarinas, dando nobis per biennium vel triennium, si tantum duraverit guerra nostra, de quolibet sacco melioris lane fracte*[2] *quinque marcas et de quolibet sacco alterius lane tres marcas et de quolibet lasto*[3] *coriorum quinque marcas. Et ideo tibi precipimus, quod omnes lanas, pelles lanutas, que occasione mandati nostri predicti alicubi fuerint arrestata*[a], *exceptis bonis illorum qui sunt de potestate et dominio regis Francie, sine dilacione dearestari facias. Et similiter in pleno comitatu tuo et singulis civitatibus et burgis et villis mercatoriis ballive tue pupplice proclamare facias, quod omnes mercatores, tam alienigene quam indigene, exceptis mercatoribus de potestate et dominio regis Francie, absque impedimento aliquo emere possint et vendere lanas, pelles lanutas et coria per totum regnum nostrum, sicut facere consueverunt ante arestum predictum. Et similiter pupplice proclamari facias in singulis locis predictis, quod singuli mercatores, undecumque fuerint, exceptis mercatoribus de potestate et dominio regis Francie, qui lanas, pelles lanutas et coria emerunt vel emere voluerint, ad ducendum ad partes transmarinas, ea ad aliquem portuum subscriptorum et non alibi sine dilacione cariari faciant: videlicet usque Novum-castrum super Tynam*[4], *Hulle, Sanctum Botulfum*[5], *Gypewycum*[6], *Londoniam, Sandwycum vel Suthamtoniam, ita* Sept. 8. *quod sint ad aliquem portuum predictorum citra festum nativitatis beate Marie proximo futurum ad transducendum mercandisas illas, faciendo nobis custumas*[7] *predictas. Et nos mercatoribus ipsis de navibus et salvo et securo conductu per mare et de certo et securo loco, quo possint cum mercandisis suis recipi in partibus transmarinis, interim provideri faciemus, ut sic mercandisas suas manutenere et deliberare valeant expedite. Pupplice etiam proclamari facias in singulis locis predictis, quod singuli mercatores alienigene, exceptis mercatoribus de potestate et dominio regis Francie, habeant lanas suas, pelles lanutas et coria ad aliquem portuum predictorum citra terminum predictum super forisfactura eorundem bonorum. Et nichilominus scire facias nobis cum omni celeritate qua poteris per literas tuas, sigillo tuo et sigillis dictorum duorum militum sigillatas, arestum quod occasione prioris mandati nostri de rebus predictis fecisti, et quantum de rebus singulis arestati iuxta tenorem prioris brevis nostri super hoc recepisti. Teste W.*[8] *Bathoniensi et Wellensi episcopo, thesaurario nostro,* Iul. 26. *apud Westmonasterium* 26. *die Iulii, anno regni nostri* 22. . . . . . .

Causa electionis pape seu creacionis eiusdem sequitur, prout communiter dicitur:

Urbevetani[9] ceperunt Bulsenum[10] et obsidionem fecerunt circa municipium[a] Aquependentis de patrimonio beati Petri, quod nondum[11] expugnatur. Ex hoc facto comites et

a) *sic c.*

1) Deprehendi, retineri. 2) 'Laine brisée' (nostris 'gekrämpelt'); Walt. Gisburn. infra p. 639. *Approbate* pro *melioris fracte* habent Ann. Wigorn. IV, p. 516. 3) 'Last', tunc 200 coriorum; Riley, Munim. Gildhallae II, p. 811. 4) De bonis Lubecensibus in Newcastle retentis cf. Höhlbaum nr. 1165 sqq. 5) Boston. 6) Ipswich. 7) 'Zölle'. 8) Willelmo. 9) Hoc caput ex epistola quadam ex Italia a. 1294, m. Iulio vel Augusto data, fortasse ad verbum, sumpsisse videtur auctor. 10) Cf. Ann. Urbevet., SS. XIX, p. 271: *Urbevetani ceperunt Vulsinium;* Potthast nr. 23946. 11) Haec ante a. 1295. scripta esse, apparet ex *processu contra Urbevetanos, qui castra Bulseni et Aquaependentis occupaverant,* acto Mai. 12; Potthast nr. 24090.

alie civitates[a] audaciam sumentes talia attemptandi, impungnarunt undique ecclesiam 1294. Romanam, bona mobilia diripiendo, homines interficiendo, castra, civitates et burgos et possessiones violenter invadendo et occupando. Cardinales vero hoc videntes, deliberarunt facere magnum exercitum; sed paucos invenerunt, qui sibi assistere voluerunt, etiam de proprio districtu et dominio beati Petri, quia omnes respondebant communiter, quod, quam cito papam haberent, ipsum et ecclesiam defenderent, sed cardinales, qui pocius dici poterant carnales, non voluerunt[b], nec eis aliquo modo parere voluerunt. Propter quod cardinales confusi mandarunt Rome pro exercitu congregando, volentes similiter habere ibidem tres duces sive capitaneos exercitus, scilicet Agapitum de Columpna, dominum Lucam de Sabello et dominum Bertholdum Ursinum; sed finaliter contradixit dominus Neapolio cardinalis[1], qui est de Ursinis, dicens, quod predicti Agapitus et Lucas fuerunt de parte Columpnensium et dominus Bertholdus solus ex parte Ursinorum; unde voluit, quod esset quartus dux ex parte Ursinorum, ita quod pars utraque duos haberet duces. Pendente discussione huiusmodi, auditis omnibus supradictis, et Romanis perpendentibus, quod, si talia effectum haberent, de papa minime curaretur, per viam subtilissimam cardinalibus obviarunt. Nam cum antiquitus civitas Romana per populum Romanum et non per nobiliores, qui pauci sunt respective, regeretur[c], fuisset iam in contrarium regnum huiusmodi optentum a tempore cuius memoria non existit, per quod nobiles dominabantur ibidem, populus ille de novo concessit[d] a nobili — sicut dicitur in iure[2], quod plebs secessit a populo ibidem[e] transferendo in montem Adventinum[f] —; et resumendo vires antiquas convenerunt usque ad 70 milia et amplius equitum et peditum armatorum, ita quod nobiles contra eos nutum facere non audebant nec audent; immo in Campitolio, ubi redduntur iudicia, et alibi incipit omnino populus dominari. Et nunc elegerunt sibi senatorem dominum Henricum de Hyspania, qui fuit, ut credo, frater regine Anglie[3], et qui nuper[4] evadens a carcere regis Cicilie et Apulie, fugit in Ciciliam[5]; et pro ipso sollempnes nuncios destinarunt. Cardinales autem videntes, quod ecclesia amisit omnia, et quod populus Romanus erexit verticem, et quod vicina fuit eis confusio et nobilioribus Romanis, de quibus sunt Ursini et Columpnenses, cum desperatus[g] esset papa, ceperunt de papa tractare in palacio Perusino, 3. Nonas Iulii, Iul. 5. tota curia, de guerra ipsos tractaturos, verissimiliter[f] arbitrante; et, cum de se ipsis neminem possent eligere, direxerunt ad exteros vota sua, scilicet ad fratrem Petrum de Morana, heremitam in Albrucia, nacione Apulum, parum literarum expertum[h], temporalium et omnino inexpertum. Ordinem de quo ipse est primitus adinvenit; nam ordo vocatur beati Benedicti, et est habitus albus; et bene cohabitant fratres; sed ipse, solitarius homo mire, ut dicitur, sanctitatis, distat a Perusio[i] per sex dietas. Pro quo ibant[6] sex cardinales.

Eodem anno dictus papa qui vocatus fuit Celestinus . . . . . .

Eodem[k,7] anno die sancte Lucie[l], cardinalibus omnibus[m] congregatis in consistorio preter Dec. 13. dominum Neapoleonem et preter[m] dominum Petrum de Mediolano[n,8] et preter decanum Parisiensem[9], abbatem Cisterciensem[o,10] et priorem de Caritate[11], qui nondum venerunt ad curiam, papa venit in consistorio[p], paratus sicut fuit quando fuit consecratus, et sedit in cathedra et dixit lingua materna in hec verba vel similia: 'Fratres mei, vos me elegistis in papam; et scio[q] bene, quod multa feci, aliqua bene, aliqua minus bene, que volo revocare, quia nescio discernere, que bene facta sunt et que non; sed successori meo relinquo, ut super

a) Italie *forte supplendum.* b) *scil.* defendere; vouerunt *c.* c) sed *supplendum.* d) secessit a nobilibus *forte legendum.* e) signa *supplendum.* f) *sic c.* g) desperatum e. de p. *forte legendum.* h) expertem *c.* i) parusio, *sed* a *expunctum et* p *linea subducta in* per *mutatum est c.* k) E. a. *des. C.* l) virginis bene mane *add. R. C.* m) *deest R.* n) Mediolanum, qui fuerunt infirmi *R.* o) Cicesterc. *c.* p) *sic c., Dunst.;* consistorium *C.* q) ego bene scio quam m. *C.*

1) Diaconus S. Adriani. 2) Dig. I, tit. II. *de orig. iuris*, 2, § 24. 3) Alienorae, filiae Ferdinandi III. regis Castelliae. De eius et Edwardi I. precibus, ut Henricus liberaretur, cf. Del Giudice, 'Don Arrigo' p. 77. 84. 4) A. 1291, Iul. 5. Carolus II. mandavit, ut Henricus liberaretur; ib. p. 139. 5) Nescio an *Castelliam* emendandum sit; ubi a. 1295. Ferdinandum IV. regem factum, nepotem suum, adiuvit. 6) Cf. Potthast nr. 23947, d. Iul. 11. 7) Hac relatione coaeva [v. p. 612, l. 21. 613, l. 9: *vult*, l. 16: *modo*] Annalistae Dunstaplensis et Wigorniensis, SS. XXVII, p. 512. 471. usi sunt. Exstat quoque in (R.) codice Regio 6 B XI, saec. XIV in. (ex quo Martini Oppav. continuatio auct. Minorita Anglico prodiit SS. XXIV, p. 253), et in (C.) Carleolensis episcopi registro ap. Raine, 'Northern Registers' p. 109. 8) Card. presb. S. Marci. 9) Gaufridus decanus Parisiensis card. S. Susannae, iam a. 1287. mortuus esse dicitur Gall. christ. XI, p. 207. 10) Robertum II. presb. S. Pudentianae. 11) Simonem presb. S. Balbinae.

1294. hoc faciat sue 'beneplacitum voluntatis'. Postea extraxit[a] desub manto quamdam cedulam, quam legit, inter alia continentem[b]: *Ego, Celestinus papa*[c], *considerans me insufficientem ad onus istud, tum*[d] *ratione insciencie*[e], *tum quia senex et inpotens corpore, tum quia vite contemplative, sicut consuevi, volo vacare, quod in officio isto facere non possum, resigno*[f] *papatui, et oneri et honori.* Et statim ipsemet descendit de cathedra et accepit coronam de capite suo et posuit super terram et postea mantum et anulum et omnia alia usque ad cotam[g, 1] albam, cardinalibus omnibus mire existentibus stupefactis. Et tunc[h] ipse solus ivit[i] in cameram et induit se habitu[k] ordinis sui et rediit solus in consistorium et sedit super scabellum infimum cathedre et dixit eis cum lacrimis: 'Fratres, vos[l] videtis, quod ego[m] resignavi isti honori; rogo et adiuro vos per sanguinem Iesu et per matrem suam, ut cito provideatis ecclesie et[n] de bono homine, qui sit utilis ecclesie et christianitati et Terre Sancte'. Et statim surrexit, ut iret in[o] cameram suam[1]. Cardinales vero ipsum secuti cum[p] lacrimis rogaverunt, ut non recederet, quousque ecclesie providissent; quod et facere pro-
Dec. 23. misit; et[q] omnes cardinales videntes ista, alta voce plorabant. Et[r] die Iovis ante natale
Dec. 24. Domini cardinales fuerunt reclusi[s], et die[t] Veneris in vigilia[u] cardinales[v] concorditer et[v] per viam scrutinii elegerunt dominum Benedictum, qui vocatur Bonefacius[w] VIII. Die vero
Dec. 27. sancti Iohannis[x] dominus[y] papa revocavit omnes provisiones[v] vacaturas[z] factas tempore Celestini et Nicholai, predecessorum suorum, et etiam per ipsum et per dominum Gerardum[a, 2] in Francia. Suspendit etiam omnes archiepiscopos, episcopos et[b] alios, qui habuerunt dignitates[c] per[d] Celestinum sine[e] consilio cardinalium sive non factas[f], ut[g] consuevit, in consistorio. Suspendit etiam totam familiam et capellanos[h] et vult ordinare de ea; et[i] camerarium et vicecancellarium fecit, sed nescitur quos, usque venerit[k] Romam. Amovit[l] etiam[m] mercatores a camera[n] pape[o] et restituit solummodo[p] tres societates, Moros[q, 3], Spinas et Clarentos[r, *]. Revocavit insuper[s] commissiones et causas factas quibuscumque per[t]

*) *Cf. Registrum Iohannis episcopi Carleolensis ap. Raine, 'Northern Registers' p.* 114:

1295. *Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Karliolensi salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod quondam Celestinus papa V, antecessor noster, tibi dudum suis dedit sub certa forma literis penas graves non modicum continentibus in mandatis, ut dilectis filiis Lambertucio et Iohanni de Frescobald, Petro et Curso Foresii fratribus et Restoro Spiliati, Carrucio de Luerre, Philippo Renuncii, Iohanni Iacobi, Ivamo Russoli, Vanne Dulcebene, Massio Uberti et aliis eorum sociis de societate Friscobaldorum, civibus et mercatoribus Florentinis,* 10000 *marc. sterlingorum . . . assignare curares. . . . Nos autem . . . eiusdem predecessoris literas . . . decernimus auctoritate presentium non valere, . . . mandantes, quatenus . . .* 10000 *marc. . . . penes Iacobum de Vanzati*[4] *et Bartholomeum Usimbardi ac Philippum Burghii de Mozorum, Restorum Bonaventure, Guidonem Bertaldi, Ranucium Ugonis et Bonifacium Rogerini de Spinorum de Florentia, Amicum Caccealeonis, Iohannem*[5] *Aldibrandini, Gianum et Villanum Luchetti de Clarentum de Pistorio societatibus, merca-*
Iul. 14. *tores camere nostre, deponas. . . . Data Anagnie 2. Idus Iulii, pontificatus nostri anno* 1.

*Et ib. p.* 117:

*Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Karliolensi salutem et apostolicam benedictionem. Dum sincere devotionis affectu grandia et utilia necessariaque servitia, quibus dilecti filii Ubertus Raynaldi, Ammanatus Rote, Maynettus Raynalldi, Gayetanus Oderisii et alii socii eorum, cives et mercatores Florentini, de societate Pullicum et Rembertinorum de Florentia, erga nos et Romanam ecclesiam ac nonnullos ex fratribus nostris, sancte*

a) *ita D.*; exiit *c.*; traxit *C.* b) sic *add. C. D.* c) quintus *add. C. D.* d) tutus *C.* e) iustitie *perperam D.* f) *ita C. D.*; relinquo *c.* g) togam *perperam D.*; *hoc verbo omisso, vacat spatium C.* h) post hec *C.* i) iniit *C.* k) ind. habitum *C.* l) *deest C.* m) resigno *add. C.* n) *deest D.* o) ad *C.* p) sunt c. l. alta voce clamantes, plorantes et rogarunt *C.* q) et — plorabant *des. C.* r) Post hec *C.* s) inclusi *C.* t) die V. *des. C.* u) natalis [nativitatis *Wig.*] Domini *add. C. Wig.* v) *deest C. D.* w) papa *add. C. D.* x) apostoli *add. W.* y) idem *C.* z) de vacaturis *W.* a) de Perma *add. C.*; de Parmania *add. D.* b) ac *C.* c) *ita C. D. W.*; dignitatem *c.* d) papam *add. C. D. W.* e) sive *perperam C. W.* f) *ita C. D. W.*; factos *c.* g) in consist., ut cons. *D. W.* h) pape *add. D.* i) cam. autem *C.* k) *deest C. D.* l) Suspendit *C. D.* m) omnes *add. C. D.* n) merc. camere *C. D.* o) domini p. *C.*; eiusdem *D.* p) solum *C. D.* q) scilicet Spinas [Spumas *perperam D*], M. [Mores *D*] *C. D.*; Mozos *emendandum.* r) Clarentes *recte D.* s) etiam omnes comm. causarum factas *C. D.* t) papam *add. C.*

1) 'Kutte'. 2) Parmensem, episcopum Sabinensem. 3) De *societate Mozorum* cf. Rot. de Liberate a. 1298. ap. Bond, 'Archaeologia' XXVIII, p. 285. 4) *Iacobo Ananzat* ap. Bond p. 288; *Dananzaci* p. 268. vocatur, ubi *Davanzati* legendum est. HARTWIG. 5) *I. A., Michaelem Cacc., G. et V. L. de societate Cl. de P.* Edwardo I. commendat Bonifacius VIII. a. 1295, Iul. 8; Potthast nr. 24126.

Celestinum et[a] omnes scriptores pape et sargentes et correrios factos per Celestinum et
Nicholaum, predecessores suos, et etiam notarios pape, ut[b] dicitur, sed pro certo non scri-
bitur[c], nisi de domino Bartholomeo de Capua. Et ordinavit, quod curia vadat Romam. Et*
23. die Ianuarii fuit coronatus ibidem; ante quod tempus nulla bulla per ipsum a[d] curia 1295. Ian. 23.
exivit, quia ordinavit[e], quod nulla[f] dimidia bulla exiret[g] a curia. Scripsit etiam regibus
Francie, Anglie[1], Almannie[h], Ispanie et aliis magnatibus transmarinis, quod nullus eorum[i]
contra alium[k] faciat[l] vel attemptet, et quod compareant[m] per procuratores sufficientes et[i]
plenum habentes mandatum**. Et nimis sollicitat festinare passagium Terre Sancte; et[n]
dicitur[o], quod[i] in propria persona vult[p] transfretare. Causa autem[q], quare Celestinus[r]
resignavit, ut[s] dicitur, est, quia ipse comperit[t], quod quidam de[u] fratribus suis[v] non haben-
tes conscienciam decipiebant ipsum[w] cotidie, et invente fuerunt plures litere bullate[x] albe
sine scriptura. Mittuntur[y, 2] etiam per dominum papam tres cardinales regi Francie,
Anglie et Alamannie[3], videlicet archiepiscopum[z] quondam Lugduni[4], qui venit in Angliam,
et archiepiscopum[z] quondam Anturiencensem[z, 5], qui moratur in Francia, et prepositum[z]
Marsilie[6], qui vadit Alamanniam, et fuerunt apud Florenciam 5. die Marcii, per[a] quod credi- Mart. 5.
tur ipsos esse modo in Franciam[z].

*Celestinus*[7]*, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis . . .* 1294.
*Cum dilectum filium magistrum Bertrandum dictum del Got, canonicum Lugduni*[8]*, capellanum
nostrum, nobis et nostris fratribus meritis sue probitatis acceptum, confidentes de ipsius cir-
cumspectione laudabili et providencia circumspecta, ad karissimum in Christo filium nostrum
Edwardum regem Anglie illustrem pro quibusdam arduis et ecclesie Romane precordialibus
negociis destinemus, universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica scripta
vobis firmiter precipiendo mandantes, quatinus eundem capellanum, cum per vos vel loca vestra
transitum fecerit, pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipiatis. . . . Datum Aquile*
5. *Non. Octobris, pontificatus nostri anno primo.* Oct. 3.

Eodem anno dominus Benedictus de Annania cardinalis fuit electus in papam, et voca- 1295.
tus Bonefacius, qui fecit constituciones que sequntur[z, 9].

*Celestinus*[10] *episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Edwardo regi Anglie* 1294.

---

*Romane ecclesie cardinalibus, diu viguisse ac incessanter vigere noscuntur, . . . pensamus,* 1295.
*dignum reputamus et debitum, ut eorum commodis favorabiliter in quibus cum Deo possimus
intendamus. . . . Consideratione quoque dilectorum filiorum nostrorum Matthei Sancte Marie in
Porticu et Neapoleonis Sancti Adriani diaconorum cardinalium volumus, . . . quatenus dilectis
filiis Durazo Uberti, Abracha Gerardi, Gyrardo Symonetti et Reynerio Bellinzonis, civibus et
mercatoribus Florentinis, de societate predicta, eorundem Uberti, Ammannati, Maynetti et Gaye-
tani mercatorum sociis, . . .* 10000 *marc. . . . assignare procures. . . . Data Anagnie Id. Septembris,* Sept. 13.
*pontificatus nostri anno* 1.

*) Et 17. die Ianuarii venit Romam et ordinavit, quod 23. die eiusdem mensis deberet ibidem Ian. 17. 23.
coronari et sacrari; ante quod *C.*

**) cum super pacis reformatione vult ipse sane providere *add. C.*; de die non fit mentio *add. D.*;
ad certos dies *add. W.*

a) suspendit *add. C.* b) ut d. *des. C.* c) scribit *perperam D.* d) ex. a c. *C. D.* e) statuit *C. D.* f) de cetero *add. C.* g) exeat *C.* h) Alem., Hisp. *C.* i) *deest C. D* k) g w e r r a n d o *add. D.* l) i n s u r g a t h o s t i l i t e r e t *W.* m) c o r a m i p s o [eo *W.*] *add. C. W.* n) ut *add. C.* o) *deest D.* p) proponit ipse *C.*; proponit in pr. pers. *W.* q) una *C.* r) papa Cel. *C.*; Cel. papa *D.* s) est, ut d. *C.* t) comperiit *c.* u) cardinales *C.*, *ubi* de f. s. *des.* v) s a n a m *add. D.* w) enim *C.* x) albe s. s. b. *C.*; albe b. s. s. *D.*; albe b. non scripte *R.*, *qui hic desinunt.* y) Vacat *m. paullo post. hoc loco et infra p.* 614, *l.* 3. *in marg. scr. c.* z) *sic c.* a) *ad verba* per — Franciam *in marg.* Vacat *appos. c.*

1) Potthast nr. 24020. 2) Cf. ib. nr. 24026. et infra p. 614, l. 24. 3) Cf. Adolfi regis tabulam Edwardo I. datam (ed. Luard, post Barth. Cotton p. 434), ex qua haec excerpsi: *Provincias Thuringie, Terre Orientalis et Misnie . . . adeo nostre et imperii addidimus ditioni, quod . . . tam in terris eisdem quam in Saxonia pacem a nobis constitutam iurari fecimus generalem* [cf. Böhmer, Reg. p. 177]. *Nunc* [a. 1295] *. . . ad partes Reni revertimur letabundi. Unde, cum in media quadragesima, dominica qua cantatur 'Letare'* [Mart. 13], *in Frankenfurt . . . parliamentum ediximus . . . super instaurando a nobis exercitu contra regem Francie, . . . rogamus, quatenus ad dictum parliamentum vestros sollemnes nuncios transmittatis. . . . Datum in Rienecke* [Unterfranken] 9. *Kal. Febr., regni nostri anno* 3 [1295, Ian. 24]. Luard, ib. p. 435, edidit Höhlbaumii nr. 1179. 4) Berardum episcopum Albanensem. 5) Simonem ep. Praenestinum, quondam Bituricensem. 6) Guillelmum presb. card. S. Clementis. 7) Potthast nr. 23988; cf. ib. nr. 23986. et Champollion-Figeac, 'Lettres de rois' I, p. 434. 8) Qui postea fuit Clemens V. papa. 9) Post sequentem epistolam. 10) Potthast nr. 24005.

1294. *illustri et dilecto filio I.*[1] *Sancte Marie in Via Lata dyacono*[a] *cardinali salutem et apostolicam*
Nov. 19. *benedictionem. Plenus*[b] *fervoris — — Datum Neapoli* 13. *Kal. Decembris, pontificatus nostri*
*anno primo*[c].

1295. Constitucio Bonefacii pape VIII. *Bonefacius*[2], *servus servorum Dei, ad per-*
1294. *petuam rei memoriam. Olim*[3] *Celestinus papa quintus, antecessor noster, devictus instancia*
*et ambicione nimia plurimorum, ignarus eorum que et iuris debitum et gravitas pastoralis, cui*
*presidebat, officii*[d] *requirebant, seductus insuper atque deceptus per capciosam astuciam decep-*
*tibilem aliquorum, fecit diversa et concessit varia minus digne, inordinata et insolita, quorum*
*aliqua subticemus ex causa, sub cuius bulla nonnulla, ut fertur, preter ipsius conscientiam*
*transierunt, que non indigne, quin immo necessario, limam apostolice correctionis exposcunt.*
*Quapropter antecessor, ipse*[e] *suam insufficienciam ad portandum summi pontificis onera dili-*
*genter attendens et defectum, quin immo periculum ex hoc pati universalem ecclesiam recogno-*
*scens, urgente conscientia, coram collegio fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardina-*
*lium, de quorum numero tunc eramus, papatui pure et absolute renunciavit eiusque oneri et*
*honori, in ipsis sibi nichil omnino retinens vel reservans; et humiliter postulavit et voluit, ut que*
*per ipsum inprovide facta fuerunt futurus eius successor provide revocaret; ac postquam fui-*
*mus ad apicem summi apostolatus assumpti, nobis, dum adhuc essemus Neapoli, preces fudit,*
*ut revocare que ipse male fecerat curaremus. Unde nos, attendentes pericula, scandala et*
*iacturas, que ex talibus antecessoris nostri predicti actibus provenerunt vel possent in antea*
*provenire, ac animarum saluti providere volentes, omnes dispensaciones . . . in fratrum nostro-*
Dec. 27. *rum presencia* 6. *Kal. Ianuarii, dum adhuc essemus Neapoli, auctoritate apostolica et de*
1295. Apr. 8. *potestatis plenitudine revocavimus. . . . Datum Laterani* 6. *Idus Aprilis, pontificatus nostri*
*anno primo. . . .*[4] *. . .*

*Bonefacius*[f, 5] *episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Edwardo regi*
*Anglie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Movet animum . . . Cum itaque vene-*
*rabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, sedis apostolice nuncios,*
*exhibitores presencium, viros utique profundi consilii, viros literarum scientia preditos ac*
*diversorum virtutum titulis insignitos necnon pacis et concordie amatores, ad te dictumque*
*regem Francie*[g], *tanquam pacis angelos, licet eorum inviti careamus presencia, destinemus*[h],
*excellenciam regiam rogamus et hortamur attencius ac etiam*[i] *obsecramus in domino Iesu Christo,*
*quatinus . . . memoratos episcopos . . . attente audias. . . . Datum Laterani* 11.[k] *Kal. Marcii,*
Febr. 19. *pontificatus nostri anno primo.*

1294. Eodem anno rex Francie fecit vocari carpentarios navium et gallearum et fecit fieri
1295. plures naves et gallias, ut oppugnaret regnum Anglie et nautas eius; fecitque apud le
Swyne retineri omnes naves de Almania[6], de Hispania et de aliis partibus, que venerunt ibi
cum mercibus suis vendendis, et congregavit multum exercitum ad ponendum in navibus
de diversis locis et terris.

Anno Domini 1295. . . . Eodem anno Beraldus[l] Albanensis[7] et Simon[m] Penestrinus epi-
scopi cardinales venerunt in Angliam pro pace reformanda inter regem Francie et regem
Anglie. . . . . . . .

Eodem anno emanavit litera sub forma subscripta:

*Miseracione divina B. Albanensis et S. Penestrinus episcopi, sacrosancte Romane*
*ecclesie cardinales, discretis viris officialibus Norwyci et sacriste Norwycensis ecclesie salutem*
*in Domino. Quia sumus pro arduis et urgentibus negociis ad partes citramontanas et*

a) *sic c.* b) Pleni *c.* c) Vacat *in marg. c.; v. supra p.* 612, *n. y.* d) officiis *c.* e) recognoscens *hoc loco ponit Rubeus.* f) Bonif. *Ry.* g) Anglie *perperam Ry.* h) destinamus *perperam Ry.* i) *deest Ry. Walt.* k) 10. *Walt.* l) B. *c.* m) S. *c.*

1) Iacobo. 2) Potthast nr. 24061. 3) Initium fere convenit cum Potthast nr. 24238, ap. Rymer 'ex orig. in scaccario' I, p. 833. Contuli etiam Rubeum, Bonif. VIII, 'ex registro Bon.' p. 20. 4) Sequuntur Potthast nr. 24062/60/63 sq., d. Apr. 8. 5) Ib. nr. 24027. Contuli Rymer I, p. 817. 'ex orig. in scacc.' et Walt. Gisburn. II, p. 63. 6) Cf. tamen Höhlbaum nr. 1173/5. 7) Huic, *qui negotium electionis mee prospere direxit*, 100 *marcarum annuam pensionem* contulit Henricus Eboracensis archiepiscopus electus litteris datis a. 1297, Iul. 24. ap. Raine, 'Northern Registers' p. 133. Etiam *Ricardus Hanibal et Matheus Rubeus cardinales* diaconi S. Angeli et S. Mariae in Portico pecunias a Waltero archiepiscopo Eboracensi a. 1271. receperunt; ib. p. 39; cf. litteras, quas hic [Anchero] *S. Praxedis diacono* [sic] *cardinali* a. 1272, Iul. 31. dedit, ib. p. 44.

*Anglicanas per dominum nostrum, dominum Bonefacium summum pontificem, destinatis . . .* 1295. *peccuniariarum*[a] *procuracionum nostrarum . . . collectionem in civitate et tota dyocesi Norwycensi . . . vobis duximus committendam. . . : Tenores autem apostolicarum literarum, per quas possumus procuraciones easdem percipere, inferius fecimus annotari; qui tales sunt: 'Bonefacius*[1] *episcopus, servus servorum [Dei*[b]*], venerabilibus fratribus B. Albanensi et S. Penestrino episcopis, apostolice sedis nunciis, salutem et apostolicam benedictionem. Laudanda vestre — — Datum Laterani* 10. *Kal. Martii, pontificatus nostri anno primo'. Item aliarum* Febr. 20. *literarum papalium tenor dinoscitur esse talis: 'Bonefacius*[2] *episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis . . . Cum venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum*[c] *episcopos, apostolice sedis nuncios, viros utique virtutum claritate perspicuos, consilio providos et prudencia circumspectos, latores presencium, ad ultramontanas*[d] *et Anglie partes, certis sibi commissis negociis, fiducialiter destinemus, universitatem vestram rogamus, . . . quatinus nuncios ipsos . . . liberaliter providere curetis. . . . Datum Laterani* 10. *Kal. Martii, pontificatus nostri anno primo'. In* Febr. 20. *quorum omnium testimonium presentes literas fieri fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum Londonie* 8. *Idus Iulii, sub anno Domini* 1295, *indictione octava et pontifi-* Iul. 8. *catus Bonefacii pape octavi anno primo.*

Declaracio prioris mandati. *Miseracione divina Beraldus Albanensis et Symon Penestrinus episcopi, sacrosancte Romane ecclesie cardinales, venerabilibus patribus, archiepiscopis et episcopis in regno Anglie constitutis . . . Datum* etc. *Londonie* 8. *Kal. Augusti,* Iul. 25. *anno Domini* 1295. *et pontificatus Bonefacii pape VIII. primo.*

Predicti vero legati preter 6 marcas sibi solutas pro procuratione sua miserunt literas suas priori Norwycensi[3] pro 10 marcis ad emendum unum salmarium[4] ad opus eorundem sub hac forma:

*Miseracione divina Baraldus*[a] *Albanensis et Symon Penestrinus episcopi, sacrosancte Romane ecclesie cardinales, religiosis viris priori et conventui cathedralis ecclesie Norwyci salutem in Domino. Cum pro urgentibus gravibusque negociis communiter nobis ambobus commissis a sanctissimo patre ac domino, domino Bonefacio divina providencia summo pontifice, ad has partes Anglicanas non sine gravibus laboribus et expensis de Romana curia ad prosecucionem eorundem negociorum accesserimus, . . . mandamus, quatinus infra quindecim dies, numerandos a tempore recepcionis presencium literarum,* 10 *marcas sterlingorum pro uno emendo salmario, nostrum duorum usibus oportuno, Londonie dilectis nostris Laponi ceterisque sociis suis de societate Amanatorum*[e] *de Pistore*[5] *. . . transmittatis, . . . attendentes, quod discreto viro magistro Iohanni de Luco, canonico Sancti Pauli*[6] *Londonie, dedimus in mandatis, ut . . . contra vos procedet*[a]*, si rebelles fueritis in premissis. . . . Datum Londonie* 13. *die mensis Augusti, anno Domini* 1295, *pontificatus dicti domini Bonefacii pape VIII.* Aug. 13. *primo. . . .*[7] . . .

Eodem anno fuit provisio subscripta facta contra religiosos de potestate regni Francie:

*Ceo est la furme, coment le religious del pöer de France serunt gardez en les mesons ou il serunt assignez a demorer — — seyent sustenuz al honur de Deu*[8].

Postea vero, facta extenta[9] bonorum predictorum religiosorum, concessum est fere omnibus dictis religiosis, quod possent stare in domibus suis, soluta extenta domino regi, et ministrare et facere de omnibus bonis suis per se vel suos sicut hactenus pro libito sue voluntatis.

Eodem anno mandavit rex vicecomitibus quoddam breve in hec verba:

*Edwardus, Dei gratia* etc., *vicecomiti Norffolchie et Suffolchie salutem. Propter aliquas*

a) *sic c.* b) *suppl. Luard.* c) Penestrinus *c.* d) ultramontanes *c.* e) Anan., *corr.* Anian. *c.*

1) Potthast nr. 24029. 2) Ib. nr. 24030. 3) Henrico. 4) 'Saumpferd'. 5) Cf. ex Rot. de Liberate a. 18. Edw. I [1290] ap. Bond, Archaeologia XXVIII, p. 283: *Liberate Lapo Bonchi et Grado Pini de societate Amanatorum de Pistoria* 3000 *marcarum, quas nobis mutuo tradiderunt per manus Ottonis de Grandisono in subsidium transfretationis sue ad partes Ierosolimitanas.* 6) *Iohannes de Lucca* praebendarius de Islington et Wildland post a. 1285. et ante a. 1304. occurrit ap. Le Neve-Hardy, Fasti eccl. Angl. II, p. 400. 447. 7) Proeliis navalibus inter Anglos et Gallos m. Aug. Sept. commissis, de quibus auctor hic fusius narrat, Flandrenses interfuisse, non commemorat, quare haec omisi. 8) Ut Normanni et alii alienigenae monachi a littore Anglico removerentur, mandavit rex Sept. 28; Rymer I, p. 826. 9) Aestimatione bonorum.

1295. *certas causas tibi precipimus, quod omnes terras et tenementa et catalla omnium illorum alienigenarum laycorum de potestate regis Francie . . . capias in manum nostram. . . . Teste*
Nov. 10. *me ipso apud Odymere*[1] 10. *die Novembris, anno regni nostri* 23.

Eodem anno Florencius comes Holandie transtulit se ad colloquendum cum rege Fran-
1296. cie; et dictum fuit communiter, quod inivit pactum[2] et colligavit se cum dicto rege Francie contra regem Anglie. Et est sciendum, quod semper a principio gerre inter dictos reges Francie et Anglie omnes Anglici, qui voluerunt mare transire cum mercimoniis vel sine, applicuerunt in potestate[a] comitis Holandie et Selandie; unde rex Anglie, audita confederatione inter regem Francie et predictum comitem, ut dicebatur, scripsit vicecomiti Norfolchie in hec verba:

*Edwardus, Dei gratia* etc. *Pur acones noveles, que nos avumes öyes del counte et des parties de Hoylaunde ja une pece*[3], *vous maundoms, ke communement facez defendre saunz delay parmy vostre balïe, ausi byen a marchaunz et a mariners com a autres, si avaunt come vus purrez, ke desormès ne se treent ne veynent nule part denz le pöer le counte de Hoylaunde; mè*[4] *volums, ke tuz ceus ke passer deverunt de vostre baylïe vers les parties de la, se treent et repeyrent ove lur bens et lur marchaundises en le pöer le duck de Brabaunt*[5] *et se retreent del tut del pöer le avaunt dist counte, en teu manere ke nul de noz ne vegne desoremès, taunt ke*
Ian. 24. *il en eyt autre maundement. Doné desuth nostre privé sel a Theford*[6] *le* 24. *jour de Janever, le an de nostre regne* 24.

1295. Eodem anno fecit rex prohiberi, ne aliquis mercator vel alius transiret mare ad partes transmarinas; set paulo post concessit dominus rex, ut omnes possent transire preter Lumbardos et alios de potestate regis Francie et sibi adherencium, recepto prius sacramento de sic transeuntibus, quod ad potestatem regis Francie nec sibi adherencium cum bonis et mercimoniis illis nullatenus se diverterent nec cum aliquo de inimicis regis Anglie quacumque arte vel ingenio de eisdem bonis et mercimoniis communicarent.

Eodem anno quidam miles nomine Thomas Turbevile[7], captus a Francis in obsidione de Reuns[8] et detentus in carcere dicti regis Francie, venit in Angliam; prodiciose . . . voluit misisse quandam literam regi Francie; . . . tenor litere sue prodicionis talis fuit[9]:

*A noble beer e seynur provost de Paris*[10], *syre duz*[11], *le seon home lige de ses meyns al boys de Viciens*[12] *saluz. Cher syre, sachez, ke jo suy venuz seyn et heté*[13] *a la curt le rey de Engletere, e si trovay le rey a Lundres*[14]. . . . *Cete lettre fu fete le jur*[15] *après ke les cardinaus furent respunduz. . . . E sachez, ke le rey maunde*[16] *en Alemayne* 2 *cuntes,* 2 *eveskes et* 2 *baruns pur parler et cunseyler al rey de Alemayne de ceste guerre.* . . . . . .

Sept. 24. Captus fuit predictus Thomas die sabbati proxima ante festum sancti Michaelis et
Oct. 8. . . . die sabbati proxima post festum sancte Fidis habuit suum iudicium. . . . . . .

1296. Anno Domini 1296. . . . Dominus noster rex cum dominis Albanensi episcopo, comite Selandie[17], Iohanne de Griliaco, Octone de Grandissono[18] et exercitu suo toto apud Rokes-
Mai. 13. burgh[19] festum pentecostale sollempnizavit. . . . . . . .

a) postate c.

1) Udimore in Sussex com. 2) Höhlbaum nr. 1206. d. a. 1296, Ian. 8; cf. Leroux p. 74, n. 5. Paucis diebus ante Edwardus I. cum eo de foedere tractare voluerat (Rymer I, p. 835) et a. 1295. piscatores Hollandicos protexerat (ib. p. 826). 3) 'Zeitraum'. 4) 'sondern'. 5) Iohannis; cf. Rymer I, p. 820. et Höhlbaum nr. 1205. 6) Thetford, a Norwich versus mer. et occ.; tabulam Edwardi I. ibi Ian. 23. pro mercatoribus Germanicis datam v. ib. nr. 1207. 7) Saint-Ouen de Thouberville (dép. Eure). 8) Rions-sur-Garonne. Cf. Ann. Wigorn. ed. Luard IV, p. 525: *Karolus Riums 9. die Aprilis vi cepit.* 9) Cf. Pauli, 'Gesch. von Engl.' IV, p. 97. Sermonem vix intelligi posse, animadvertit V. L[eclerc], 'Hist. littér.' XXI, p. 827. 10) Guilielmo de Hangest; ib. 11) Magistratura gladii erat praepositura Parisiensis. 12) Vincennes, ubi erat manerium regis. 13) Alacer. 14) Mense Iulio Edwardus I. e Wallia reversus est. 15) Mense Aug. in vel medio; cf. litteras Edwardi I. cardinalibus Aug. 14. datas ap. Rymer I, p. 824. 16) Ib. d. Aug. 14. Litteras Adolfi regis Edwardo I. Iul. 19. datas (Höhlbaum nr. 1214) edidit Luard post Barth. Cotton p. 435. 17) Iohanne, qui ut domum mitteretur, Hollandenses, eius patrem interfectum esse nuntiantes, ab Edwardo I. aestate a. 1296. petierunt; Rymer I, p. 841. 18) Hic (de Gransee, cant. Waadt) Edwardi I. negotia a. 1291. Acrae [p. 615, n. 5; Ann. Lond. ed. Stubbs I, p. 99; Walt. Gisburn. II, p. 24], a. 1296. in Germania [Rymer I, p. 843], a. 1303. in Gallia [Ann. Lond. p. 139] egit; ut baro Anglicus ad parliamenta vocatus est a. 1299—1305 [Nicolas and Courthope, 'Peerage' p. 218]. Ei et Amadeo comiti Sabaudiae a. 1295, Aug. 14. Edwardus I. legatos apostolicos de pace inter Angliam et Franciam tractantes commendavit; Rymer I, p. 825. Hi cum aliis regni Burgundiae nobilibus a. 1297 sq. Edwardum I. in Flandria adiuverunt; cf. ib. p. 870 sq. 881. 888. 19) Roxburgh in Scotia.

Eodem anno quam plures marinarii de potestate regis Francie cum magno navigio et 1296. manu armata fluctuantes[a] per mare, mercatoribus de potestate regis Anglie cum mercimoniis suis transfretare volentibus plura dampna fecerunt. Propter quod dominus rex transitum maris ad tempus inhibuit per breve sub hac forma:

*Rex vicecomiti Norffolchie et Suffolchie[1] salutem. Intelleximus, quod quam plures inimicorum nostrorum, tam Flandorum[b] quam aliunde de dominio et potestate regis Francie, cum magno navigio et magna multitudine armatorum fluctuantes per mare, mercatoribus nostris cum lanis et aliis mercimoniis suis ad partes transmarinas volentibus se[b] transire, continue insidiantur et quasdam naves[c] lanis et aliis bonis et mercimoniis quorundam mercatorum nostrorum carcatas[2] hostiliter invaserunt et bona et mercimonia ceperunt et abduxerunt et mercatores et alios nostros homines in navibus illis inventos occiderunt in nostri et totius regni scandalum manifestum, dampnum non modicum et iacturam. Nos considerantes ad plenum dampnum irrecuperabile, quod nobis et regno nostro posset multipliciter evenire, si mercatores et homines regni nostri cum bonis et mercimoniis suis tanto se periculo exponerent, priusquam per nos contra predictos inimicos nostros, qui omni qua possunt contra nos et incolas regni nostri inimicicia malignantur, salubre remedium apponatur, volentesque[d] securitati mercatorum nostrorum predictorum prospicere, tibi precipimus firmiter iniungentes, quod ad omnes portus et loca marittima ballive tue personaliter accedens, pupplice proclamari facias, quod nullus mercator cum lanis, pellibus lanutis, coreis vel aliis mercimoniis quibuscumque ad partes transmarinas[e] presumat sub forisfactura omnium que nobis forisfacere potest, nec aliquos mercatores cum bonis et catallis seu mercimoniis quibuscumque aliqualiter transferre[f] permittas, quousque super hoc per nos fuerit appositum remedium oportunum, et a nobis inde aliud habueris in mandatis. Et qualiter hoc nostrum mandatum fueris executus, barones de scaccario nostro in crastino sancti Michaelis distincte et aperte per literas tuas constare facias, remittens eis* Sept. 30. *hoc breve. Teste P.[3] de Wyleby, tenente locum thesaurarii nostri[4], apud Westmonasterium 30. die Augusti, anno regni nostri 24.* . . . . . . Aug. 30.

Eodem anno mandavit dominus papa duobus cardinalibus existentibus in Francia, pupplicare statutum[5] ob favorem ecclesie et cleri eiusdem de novo editum et sibi per eundem bullatum transmissum. Qui in Francie partibus illud pupplicantes, domino Cantuariensi archiepiscopo dictum statutum sub sigillis suis destinarunt, ex parte domini pape firmiter iniungentes, ut dictum statutum in Anglie partibus faceret pupplicari; qui statim suffraganeis suis, ut illud idem facerent, demandavit. Suffraganei archidiaconis suis, archidiaconi decanis[g], et ita debitam formam pupplicacionis ob negligenciam prelatorum vix accepit. Quere statutum apostolicum supra[6] in litera cardinalium archiepiscopo transmissa.

Rex autem apud Sanctum Eadmundum aliquamdiu commoratus, inde apud Gypewycum[7] profectus est, ubi natale Domini sollempniter tenuit; ubi Iohannes comes Holandie Dec. 25. et Selandie Elizabeth, filiam regis Anglie, duxit in uxorem. Ubi fere omnia que in festo predicto expendebantur de incolis parcium Norffolchie et Suffolchie[h] pro libito voluntatis accipientes, pro eisdem parum aut nichil persolverunt. Magnates etiam quam[i] plures et proceres Holandie et Selandie ibidem accedentes, dominum suum predictum comitem cum magna comitiva procerum et magnatum Anglie ad terram suam et homagium de hominibus suis recipiendum perduxerunt[8]. In qua quidem comitiva ducta est Margareta, uxor Iohannis ducis Brabancie, ad virum suum in terram Brabancie[9]. Rege autem per partes Norffolchie versus Wausigham[10] causa peregrinacionis iter arripiente, filius eius dominus 1297. Edwardus et soror eius Elizabeth comitissa Holandie apud Wyndsoures, ibidem ad tempus moraturi, a patre suo recesserunt. Per idem tempus, scilicet in festo sancti Hillarii . . . . . . Ian. 13.

Eodem anno, in festo purificacionis beate Marie, rege apud Wausigham existente, qui- Febr. 2. dam milites et alii magnates[k] per comitem Flandrie[11], qui regi Francorum propter diversas

a) fluctuant *c.; correxi ex l. 7.* b) *sic c.* c) nautes *c.; correxi ex l.* 11. d) volentes quod *c.* e) transfretare *supplendum.* f) transfretare *emendandum.* g) demandarunt *supplendum.* h) *manu post. add. c.* i) qua *c.* k) missi *supplendum.*

1) Fortasse eidem qui supra p. 606, l. 18. indicatur. 2) oneratas. 3) Philippo. 4) Willelmi Bathoniensis episcopi. 5) *Clericis laicos,* Potthast nr. 24291. 6) Hoc loco et paullo inferius lector remittitur ad operis partem quandam, *ubi alie littere conscribuntur,* quae in codice non invenitur, sed in autographo exstitisse videtur. 7) Ipswich. 8) Cf. Rymer I, p. 846 sq. 850. 854 sq. 9) De Edwardo I. arbitro inter Hollandiam et Brabantiam v. Rymer I, p. 853. 10) Chartae regis apud Walsingham datae sunt a. 1297, Febr. 2—7. 11) Guidonem; cf. Rymer I, p. 850—857; Höhlbaum nr. 1229. 1234.

1297. iniurias sibi ab eodem illatas suum homagium reddiderat, ad fedus cum rege Anglie ex parte dicti comitis ineundum ibidem ad dominum regem accesserunt. Ordinata autem inter eosdem predicti federis convencione, quidam milites ex parte regis Anglie in animam ipsius regis, et quidam de Flandria[1] in animam comitis Flandrie super lac beate virginis Marie et alias reliquias ibidem existentes iuraverunt, quod convencionem memoratam in qualibet sui parte et quoad omnia et singula in eadem contenta inviolabiliter et fideliter observarent. Quibus per aliquot dies ibidem cum rege causa spaciandi commorantibus, dominus rex eosdem suis largiflue respexit donativis; qui tandem, a rege licencia petita et optenta, cum magno gaudio ad propria redierunt. . . . . . .

Anno gratie 1297. . . . Eodem anno mandavit dominus rex singulis vicecomitibus regni, quod ipsi specialiter rogarent et inquirerent omnes illos qui haberent viginti libratas terre et redditus vel amplius, tam infra libertates[2] quam extra, de quocumque tenerent, et etiam firmiter eisdem iniungerent, quod essent ad dominum regem Londonie die dominica
Iul. 7. proxima post octavas sancti Iohannis baptiste cum equis et armis, videlicet quilibet eorum prout decuerit statum suum, transfretare cum domino rege ad partes transmarinas parati, et quod de omnibus nominibus illorum qui sic sunt rogati dominum regem quilibet eorum certificaret.

Eodem anno dominus rex precepit vicecomitibus, quod sumoniri[a] facerent archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alias personas ecclesiasticas et etiam viduas et alias mulieres de ballivis suis, qui tenent de rege in capite per servicium militare vel per seriantiam[3] vel de wardis[4] in manu regis existentibus, quod habeant Londonie die dominica proxima post octavas sancti Iohannis baptiste totum servicium debitum domino regi munitum et paratum transfretare cum domino rege. Et statim post emanavit alia litera vicecomitibus sub privato sigillo regis, quod facerent proclamari per suos comitatus, quod archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et ceteri religiosi et vidue servicium domino regi debentes possent facere finem[5] pro eodem, si vellent. . . . . .

Iun. 30. Eodem anno, die dominica proxima post nativitatem sancti Iohannis baptiste[6], convenientibus Londonie archiepiscopo Cantuariensi[7], episcopis, comitibus, baronibus et 20 libratas terre habentibus, dominus Rogerus[b] Bigot comes Norffolchie et marescallus Anglie, dominus Humfridus comes Herefordie et constabularius Anglie cum suis complicibus et alligatis opposuerunt se pro communitate regni, dicentes, nec se nec aliquos alios, qui tenebantur ad servicium, teneri ire cum rege in Flandriam in exercitu; et plures alios articulos proposuerunt pro communitate terre, qui tales fuerunt, ut dicebatur — tamen rex postea asserebat contrarium, ut patebit post[8] —:

*Isemble[9] a tute la communauté de la terre . . . Pur ço ke dit est commounalment, ke nostre segnior le roy vout passer en Flaundres, avys[c] est a tote la communalté de la terre, qe la ne deyvent nule service fere, pur ceo ke eus ne lur predecessors ne lur auncestres unkes en cele terre service ne firent. . . . E pur ceo ke la communalté de la terre veut le honur et la salvacyon nostre segnur le roy, si com il deyvent voler, ne lur semble pas, ke ceo serroyt pas a luy ne pru ne honur de passer en Flaundres, s'il ne fust plus enséüré pur ly et pur sa gent[d] ke il ne n'entendent qu'il seyt uncore; e ausi pur la terre de Escoce.* . . . . . .

Proposuerunt etiam plures alios articulos pro communitate, qui non hic scribuntur.

Eodem anno post multas et varias altercaciones concessit[10] dominus rex omnibus qui debebant sibi servicium et omnibus viginti libratas terre habentibus non teneri ire secum in Flandriam nisi ad vadia[11] et pro stipendiis dicti domini regis. . . . . . .

Eodem anno et eodem parliamento recesserunt comites marescallus et constabularius prescripti non reconciliati cum rege. Et postea dominus rex fecit mandari vicecomitibus

a) *sic c.* b) R. *c.* c) ayns *c.* d) des Flaundres *add. Walt. Gisburn.*; assecuratus de Flandrensibus *Nic. Trivet.*

1) Henricus de Blamont et Iohannes de Cuyck; ib. p. 856. 2) Territoria ex hundredo exemta vel etiam quorum possessor ipse iurisdictionem habet. 3) Certum servitium quod feodatus domino ipse facere debet. 4) Pupillis. 5) Pactum de certa summa pecuniae fisco solvenda. 6) Stubbs, 'Constitutional History of England' II, p. 138, n. 2, Bartholomaeum in die errasse, postea demum, fortasse clero et communitate absentibus, articulos qui l. 35. sequuntur compositos esse censet. 7) Roberto. 8) L. 47. 9) V. eosdem articulos ap. Walt. Gisburn. infra. Exstant quoque ap. Henr. Knyghton et Latine conscripti ap. Nic. Trivet et inde transsumpti in Mathei Par. Cont. Alban. II, ed. Riley, Will. Rishanger p. 175. 10) Charta perdita; Stubbs l. l. p. 144. 11) Anglice iam 'wages', mercede.

veritatem tocius facti, ut dicebat, precipiens, ut ipsi pupplicarent populo, ne crederent aliud 1297. contra regem, quam veritas dictaret, forma tali:

*Pur*[1] *ceo ke le roy desire tus jurs la pés et la quiete et le bon estat de tute le genz de son reaume, et numement que après son passage, ke il bïe*[a, 2] *ore fere al honur de Deu et pur recoverir son dreyt heritage, dount il est par grant defaute*[b] *deceü par le roy de Fraunce, et pur le honur e pur*[c] *le commun profyt de sun reaume, totes enchesuns*[3]*, par queles la dite pees et*[d] *quiete pussent [estre*[e]*] en nule manere trublez*[f]*, seyent de tut ostez, . . . le roy . . . fet a saver: . . . D'autre part pus ke il out*[g] *enpris de passer la utre pur eyder al*[h] *cunte de Flaundres, k'est sun alyez, e numement pur mettre en la bosoygne de luy et de son reaume tele fyn com Deu voudra — kar meüz vaut de mettre fyn en la bosoygne au*[i] *plus [tost*[e]*] ke hom purra, ke de langur*[k] *ensi lungement —, le graunz segniurs, ke n'ad guers ke*[l] *il furent a Lundres od ly*[4]*, pur ceo ke il virent ben, ke il ne poëyt ne ne pout si graunt chose pursure*[m] *ne mentenir du soen, et ke le veage est si hastif, pur le graunt peril en lequel*[n] *les amys le roy de la*[o] *sunt, par les queles, s'il*[p] *perdissent*[q]*, le reaume purroyt chäyr en graunt peril après — ke Deu defend! — e pur aver le confermement [de*[r] *la] graunte chartre de fraunchises de Engletere et de la chartre de la forest — le quel confermement le roy lur ad graunté bonement*[s] *—, si ly grauntерent un commun dun*[5]*, tel com ly est mult boysoynable en poynt de ore.* . . . . . . .*

Rex . . . iter suum ad naves direxit et dulci alloquio dictos episcopos licencia dimisit. Hec facta fuerunt die Mercurii. . . . . . . Aug. 21.

Eodem anno dominus Edwardus rex Anglie circa festum sancti . .[t] transfretavit in Flandriam[6] in subsidium comitis Flandrie, qui dicto regi Anglie[u] alligatus, quia dominus rex Francie cum magno exercitu venit in Flandriam contra dictum comitem Flandrie ad destruendum et vastandum terras suas et capiendum comitem, si posset. Eodem anno postquam applicuerat rex in Flandriam, et fuisset apud Bruges, timens de sedicione burgensium, recessit inde et comes Flandrie secum apud Gaunt[7], et ibidem longam traxerunt moram. Eodem anno Walenses regis Anglie exeuntes de exercitu in terram comitis Hanonie[8], multas villas combusserunt et quasdam nundinas in dicta terra invaserunt, et cum maxima preda reversi sunt ad exercitum regis Anglie. . . . . . .

Eodem anno ceperunt domini reges Anglie et Francie sufferenciam[9] inter se et suos confederatos ex una parte et etiam confederatos ex altera parte; videlicet dominus rex Anglie cepit sufferenciam pro ducatu Aquitanie et pro comitatu Flandrie et aliquibus locis aliis de consensu regis Francie, de regno ad regnum, de terra ad terram, de gente ad gentem, per terram et per mare, usque ad festum epiphanie Domini proximo futurum quantum 1298. Ian. 6. ad ducatum Aquitanie, et quantum ad alias terras usque ad octabam sancti Andree apostoli 1297. Dec. 7. proximo futuram tantummodo duraturam; qua sufferencia durante, omnes mercatores et alii quicumque poterunt salvo venire de regno ad regnum et inde redire et morari et mercari; et promisit quilibet rex pro parte sua bona fide, quod, si quid dampnum medio tempore factum fuerit, congrue facerent emendari; et hoc servandum Walterus de Bello-campo pro domino rege Anglie prestitit iuramentum in anima domini regis. . . . . . .

*) Donez a Odymere le 12. jour de Aust. Auteles lettres sunt envoiés a touz les viscontes de Engleterre *add. Rymer.* 1297. Aug. 12.

a) *corr. ex* vie *c.* b) fraude *Rymer.* c) *deest R.* d) ou *R.* e) *suppl. ex R.* f) e *add. c.* g) ont ensuis *R* h) le *R.* i) et *c.* k) languyr *R.* l) ke il *des. R.* m) pursuier *R.* n) quey *R.* o) de dela *R.* p) si *c.* q) pard. *R.* r) de la *des. c., ubi* le roy lur ad *ex l.* 16. *perperam iam hic add.* s) e *add. c.* t) *spatium vacat c.;* Bartholomei *suppl. Luard ex Flor. Westmon.* u) erat *supplendum.*

1) Contuli Rymer I, p. 872, ex 'Pat. 25. Edw. I.' sed verba quae aliis tantum litteris scripta sunt non omnia notavi. 2) Aspirat. 3) Occasiones. 4) Iul. 7. 5) Donum. 6) Cf. Rymer I, p. 876: *Memorandum, quod 22. die Augusti cancellarius in mari prope Winchelese in navi 'cog Edward', in qua idem rex tunc fuit paratus ad transfretandum in Flandriam, liberavit regi magnum sigillum suum.* 7) Gesta Edwardi I. in Flandria tabulis ineditis illustravit Varenbergh, 'Flandre et l'Angleterre' p. 190 sqq. Inter litteras quas Edwardus I. *extra regnum Octobri* recepit, est Adolfi epistola, qua ei commendat *Wigandum de Huftersheim, famulum nostrum dilectum, exhibitorem presentium, cui secure mentis nostre secreta deteximus tanquam a multis retroactis temporibus nobis noto; . . . d. in Oppenheim 16. Kal. Octobris, regni nostri anno* 6 [1297, Sept. 16]; ed. Luard, Barth. Cotton p. 436. 8) Iohannis. 9) *Id est treugam* (cf. etiam infra p. 620, l. 4) addit Annalista Wigorniensis, eadem indutiarum charta data Oct. 9, quam edidit Rymer I, p. 879, usus.

1297. Nov. 20. Die sancti Edmundi . . . lecta fuit Magna carta, . . . sigillata cum magno sigillo domini regis in Flandria[1], . . . Londonie. . . . . . .

Eodem anno, cum pluries tractatum fuerit de pace inter reges Francorum et Anglorum, 1298. capta fuit quedam treuga, quam vocant sufferenciam, et scripsit dominus rex Anglie filio suo, tenenti locum suum in Anglia, et idem filius vicecomitibus sub hac forma[2]:

*Edward, par la grace de Deu rey de Engletere, seyngnur de Irlaunde et duk de Aquitanie, al vescounte de Norfolke*[3] *et de Suffolke saluz. Cume suffraunce ou abstinence de gwerre seyt acordé et fete entre nus et pur nos eyrs, noz hommes, sumys, alÿez et eydaunz*[a,4]*, e le rey de Fraunce pur ly et pur ses eyrs, ses hommes, sumys et alÿez et eydaunz de autre part, sur*[b] *les descorz et guerres que esteyent entre nos, nos hommes, sumyz, alÿez, eydaunz de une part, et le dit roy de Fraunce, ses hommes, sumyz et alÿez et eydaunz de* 1299. Ian. 7. *autre part —, la quele suffraunce deyt durer jekes*[d] *a l'emdemeyn de la typhayne procheyn a venir, et de illeques deques*[d,5] *un an après, ceo est a saver de reaumes a reaumes, de terres a terres, de genz a genz, par mer et par terre, en tele manere que tuz marchaunz et tutes autre genz, clers, lays, de quel condicion que il seyent ou estat, del reaume de Fraunce ou de autre terres del rey de Fraunce et*[e] *de tutes le terres del rey de Fraunce et de tutes les terres ses alïez, eydaunz, houmez ou sugez del dyt rey de Fraunce, puissent sauvement et sourement par mer e par terre aler, venir, demurer et marchaunder tute manere de marchaundyez et en tute autre manere user, communer et espleyster en le reaume de Engletere et en tutes nos autre terres et seynuries, et de nos hommes, sumyz, alÿez et eydaunz, dreyt fesaunz et dreyt pernaunz*[f,6] *solum les coustomes de luys*[g] *et del paeys, et de illeques*[h] *lur marchaundises et tute manere de mobles, que unt esté pris par nus u par autres u autre de nostre partÿe deques*[i] 1298. Ian. 28. *al Mardi devaunt la purificacion nostre dame procheyn passé, porter et mener la u il lur plerra, saunz nul enpechement, taunt come la dite suffraunce durra, en tel manere ke le dyt roy de Fraunce, ses homez, eydaunz et alÿez tendrunt ceo que il tenent et teneyent al jor ke ceste suffraunce fust prise, e que duraunte la dite suffraunce u abstinence de gwerre nus, nos lyez, nos hommes, nos eydaunz ne sustreroms ne outeroms al dyt roy de Fraunce u a ses homes, sugez, alÿez u eydaunz viles, chastels, terres ne possessions, homes, sugez, alÿez, ne feroms*[k] *apertement ou celeement covenaunce, tretyce ou autre chose, pur quey ceo*[l] *face u pusse fere duraunte l'avaunt dite suffraunce u après par reson de chose fete u purparlé dedenz la suffraunce; e si aquons par lur voluntez voylent fere encuntre ceo, nus, nos homes, sugez, alÿez et eydaunz ne les teneroms ne retendroms; e si il avenit ke l'ēm feyt encuntre par acune aventure, que Deu ne voyle, nus mettroms et returneroms et feromus*[m] *mettre et returner en*[n] *estat ce que avereyt esté fete encuntre dedenz karaunte jors, pus ke nus u ceus que pur nus serrunt asignez en marchez u cel avendra en*[o] *serromus*[m] *requis; e si il aveneyt, que nos, nos homes, alÿez et sugez et eydaunz u ceus ke par nus serreyent en diz marchez [ne*[p] *le] fesoms, u ceus que avereyent fest encuntre ne se mëysent en l'estat ke il esteyent devaunt, le rey de Fraunce, ses homes, alÿez, sugez, eydaunz*[q] *les porront destreyndre a ceo fere, sanz fere encuntre la dite suffraunce, e nus, nos homes, alÿez, sugez, eydaunz ne lur purrums doner eyde ne confort cuntre luy ou ses homes, alÿé, sugez, eydaunz, come ceo seyt; et que nus, nos homes, alÿez, sugez u eydaunz ne guerreroms ne greveroms sur le dit roy de Fraunce, ses homes, alÿez u aydaunz; et si nus u nos homes, alÿez ou eydaunz fesoms encuntre, ceo que avereyt esté forfete par nus u par acuns de nos feroms amender et turner en estat duraunt la dite suffraunce, que nus amenderoms et feroms amender les entreprises, trespaz et forfez, que par nus u aquns de nos homes, sumys, alÿez, eydaunz serrunt fetes encuntre la suffraunce u abstinence desuz dite, si ensy avenoyt que aquns en fussent fetes — si cum il plus pleynement est contenuz en noz lettres fetes sur la dite suffraunce —: en pleyn cunté et parmy tute vostre bayllïe, cités, burgs, viles, marchaundes, pors de mer et en tuz lus, la u boyson*[7] *serra, saunz delay facez crïer, pupplïer et communement tenyr et fermement garder en la fourme suzdite. E facez defendre de par nus a tuz ceus a vostre bayllïe, que nus*[8] *de eus*

a) de une part *suppl. Luard.* b) suz *c.* c) des ores jusques a l'endemain de l'apparition p. a. et d'i. jusqes a l'endemain de l'apparition après en un an entirement *Rymer.* d) jusqes *R.* e) et de t. le t. del rey de Fraunce *delenda; des. R.* f) pernant *R.* g) des lieus *R.* h) y *add. c.; deest R.* i) jusques au jour d'ui *pro* deques — passé *R.* k) seroms *c.;* feront *R.* l) se *supplendum.* m) *sic c.* n) en e. *bis scr. c.* o) *ita R.;* ou *c.* p) *suppl. ex R.* q) e *add. c.*

1) Gandavi, Nov. 5; Rymer I, p. 880. 2) Philippi IV. charta de his indutiis data *a Tornay le vendredy avant la feste de la purification* (a. 1298, Ian. 31), exstat ap. Rymer I, p. 885; quacum hoc instrumentum l. 12–44. convenit. — 3) V. supra p. 617, n. 1. 4) adiuvantes. 5) usque. 6) i. e. 'prenant'. 7) 'besoin'. 8) nulli.

*sur forfeture de vÿe et de membre et sur quanke il porrent forfere ne facent grevaunce, mal,* 1298. *damage ne molesté apertement ne celeement, par terre ne par mer, a marchaunz u a autre genz, de quel estat u condiciun ke il seyent, del reaume de Fraunce u de autre terres del rey*[a] *de Fraunce et de terres ses alÿez, eydaunz, homes et sugez, cuntre la forme de la suffraunce avant dite. E uncore vus comaundoms et fermment enjoynoms, que en checons de porz de mer en vostre baillÿe elysez et metez quatre bons homes et leaus a fere jurer les mestres de nefs et de autre veysius*[b] *que departerunt de*[c] *diz porz, ke il garderunt ben et lealment la suffraunce desuz dite en tuz ses poynz, saunz venir encuntre apertement u celeement, par eus u par autres. E facez ausi jurer les dyz quatre persones, que ben et lealment se porterunt sur ceo a lur leal pöer, pur eschüer*[1] *que entre la une partÿe et l'autre mal ne pusse avenir ne damage a nul de genz del reaume de Fraunce ne de ses homes, de ses alÿez, sugez u eydaunz duraunte la dite suffraunce. E ceo, si com vus amez le honur et le profyt de nus et de nostre reaume, en nule manere ne lessez! Temöyne Edward, nostre cher fiz, a Laungele*[2] *le utime*[3] *jur de Feverrer, le an de nostre regne vintyme syme.* Febr. 8.

Eodem anno dominus Edwardus rex Anglie reversus est in Angliam de Flandria circa mediam quadragesimam[4]. . . . . . . . Mart. 16.

Anno Domini 1298.[5] . . . . . .

Incipit tractatus de archiepiscopis et episcopis Anglie, liber tertius. . . . . . .

Explicit tractatus de archiepiscopis et episcopis Anglie, compilatus a fratre Bartholomeo de Cottuun monacho Norwycensi anno gratie 1292. cum 2 precedentibus libris, scilicet primo de regibus Britonum et secundo de regibus Anglis, Dacis et Normannis. Cuius anime propicietur Deus! Amen. Pater noster, ave Maria!

a) reaume *c.*; *correxi ex p.* 620, *l.* 16. b) veysins *c.* c) le *c.*

# RELATIO DE BONEFACIO VIII. PAPA CAPTO ET LIBERATO.

*Clericus quidam, qui se Romae inter* curtesanos *fuisse dixit*[6], *a.* 1303, *inter Sept.* 21. *et Oct.* 11[7], *amicis Anglicis epistola directa*[8], *quomodo Bonefacius VIII. captus, postea liberatus sit, diserte descripsit. Cuius relatio initio, ut videtur, destituta, exstat in codice Musei Britannici Regio* 14 *C I*[9], *fol.* 12, *saec. XIV in. vel medio apud S. Albanum mendose exarato, et eodem aevo*[10] *a Mathei Parisiensis Continuatore Albanensi II*[11], *lectionibus quibusdam melioribus servatis*[12], *in breve redacta est*[13]. *Quae ex hoc codice inter Willelmi Rishanger chronica a Riley*[14] *(pro Serie rotulorum Lond.* 1865. 8°) *p.* 483 *sqq. et minus emendate in 'Revue des questions historiques' XI (*1872*), p.* 511 *sqq. a Kervyn de Lettenhove*[15] *edita est. Codicem iterum contulit V. Cl. J. H. Jeayes.* *F. L.*

1) evitare. 2) Langley; ibi regis nomine litterae Febr. 14. datae sunt, quibus mandatur, ut 100 naves regem a Sluys in Angliam reducerent. 3) Febr. 4; Rymer I, p. 886. 4) Mart. 14. magnum sigillum, rege reverso, cancellario redditum est; ib. p. 889. 5) Paullo post, rebus quae in Scotia usque ad m. Sept. gestae sunt narratis, desinit liber II. 6) Infra p. 625. Certe non erat Italus neque Franciae addictus, quamvis Gallica lingua materna usus sit; neque cum Ursinis neque cum Columnensibus stetit auctor. 7) V. infra p. 625 sq. 8) V. p. 625, l. 22. 9) Cf. de eo supra p. 513. 10) V. supra p. 512, n. 9. 11) Ed. Riley, Will. Rishanger p. 216. Hoc usus est saec. XIV ex. Thomas de Walsingham (Hist. Angl. ed. Riley et Hypodigma Neustriae), unde Dupuy, 'Différend entre Bonif. et Phil.' (1655) quaedam ex hac relatione provenientia p. 20. attulit. 12) V. infra p. 623, n. a. 13) Pauca quae notis asteriscis insignitis deputavi Continuator aliunde, partim ex Nicolao Triveto, non ex relatione authentica, addidisse mihi videtur, cum haec animum in Francos infestiorem ostendant, et iniuria Bonefacio facta quasi in martyrium ab eo passum aucta sit. 14) Qui notulis de a. 1284 – 1292, relationi praecedentibus (partim ex Waltero Gisburnensi, itaque post a. 1307. collectis, nec perfectis *(ut patebit inferius* p. 482*)*, neque eadem manu exaratis) notisque infra p. 626. sequentibus cum hac relatione, tanquam si unum esset opus, coniunctis, *Annales Edwardi I.* perperam inscripsit. 15) Qui librum a Riley editum non novit.

1303. **DE[a] HORRIBILI INSULTATIONE ET DEPREDATIONE BONEFACII PAPE[1].**

Sept. 7. Adveniente die sabbati, videlicet vigilia nativitatis beate Marie virginis, ecce, quod in[b] aurora venit subito et inopinate magnus exercitus hominum armatorum ex parte regis Francie et etiam ex parte duorum cardinalium[2] Columpnensium dampnatorum. Qui ad portas Anagnie[c] * venientes, ipsas portas apertas invenerunt, et villam ingressi, statim dederunt insultum palatio pape et palatio marchionis[3], nepotis pape. Cumque clamor super hoc incepisset per villam, homines et mulieres, de lectis surgentes et ostia aperientes et, unde clamor huiusmodi processit, querentes, compertum fuit, quod Schaira, frater Columpnensium cardinalium dampnatorum, venerat ad villam cum magna potentia sibi adquisita per regem Francie, ut caperet papam et ipsum morti traderet. Quo audito**, populus Anagnie[c], id est communitas[d] ville, pulsata communi campana, convenit in certo loco, et habito tractatu ad invicem aliquantulum, prout tunc temporis permittebat[e], ordinavit ipsa communitas et constituit sibi unum capitaneum in villa Anagnia, per quem tota communitas[d] sive populus debuit dirigi sive gubernari; et sic factus est dominus Adnulfus, ibidem presens, capitaneus populi communitatis Anagnie; qui quidem Adnulfus[4] est homo potentissimus inter omnes de Campania et preter hoc*** capitalis inimicus pape; cui statim maiores tocius populi iurarunt fidelitatem et obedientiam et promiserunt se in omnibus parituros[f] iussionibus suis. Et dum ista fuerunt sic protracta et ordinata per populum Anagnie, prefatus Schaira cum suo exercitu hostiliter et acriter dedit[5] insultum ad palatium pape et etiam ad palatium nepotis pape ac etiam ad palacia trium cardinalium, scilicet domini Gentilis[6] penitenciarii, domini Francisci[7], nepotis pape, et domini Petri Ispani[8]. Sed familiares interius existentes[g] et similiter marchio in palatio suo proprio existens cum familia sua viriliter se defendebant, balistendo[e] circumquaque et lapides proiciendo, in tantum quod palatium pape vel palatium marchionis nullo modo potuerunt invadere. Sed palacia trium cardinalium, qui reputabantur specialiter amici pape, per vim et potenciam sunt ingressi et omnia bona ibidem inventa asportaverunt, et cardinales ipsi a tergo per latrinam[h] vix evaserunt.

Adhuc durante isto conflictu, ecce quidem supervenit dominus Adnulphus, capitaneus ville, adducens secum dominum Reginaldum de Supine, qui est magnus dominus in Campania[9] et capitalis inimicus pape; et duxit filios domini Iohannis de Chican[i, 10], quorum patrem papa tunc tenebat in carcere. Et cum dictus capitaneus cum sociis suis predictis venisset ad Schairam de Columpna et eius exercitum, statim idem capitaneus et socii sui [se[k]] coniunxerunt dicto Schaire, eo quod omnes fuerunt inimici capitales pape; et tunc irruerunt in tantum in papam et nepotes, quod papa et marchio, nepos ipsius, non potuerunt, ut credebatur, ipsis diu resistere. Propter quod papa peciit treugas[11]; quas Schaira sibi concessit et nepoti suo usque ad horam nonam dicti diei, in vigilia nativitatis beate Marie; et sciendum, quod treuge inceperunt circa horam primam et duraverunt usque ad horam nonam, ut predixi.

Durante treuga, papa misit secrete ad populum Anagnie, supplicando eis, quod ipsi salvarent vitam ipsius; et promisit eis, quod, si hoc facerent, ipsos in tantum locupletaret,

Nic. Triv. *) *Mathei Par. Contin. Alban. II (et inde Thomas Walsingham.) add.:* civitatis An., in quam papa confugerat pro tutela, quia ibidem natus fuerat.

ib. **) *Contin. Alban. II. et Th. Wals. add.:* comperto, quod Scarra, frater Columpnensium cardinalium, et Willelmus de Nogareto[l], senescallus regis Francie, advenissent ea conspiratione, ut papam deponerent vel necarent.

***) *Contin. Alban. II. et Th. Wals. add.:* illis ignorantibus.

a) Processus de captione pape *inscr. Mathei Paris. Contin. Alban. II.* b) summo mane *Math. Cont.* c) Anagñ *saepe, reliquis omnibus locis* Anagñ, *syllabis ultimis nusquam expressis, c. et Cont. Alban.* d) *ita M. C.;* comitas *c.* e) *sic c.* f) per. *c.* g) exeũtes *c.* h) lat᾽nam *c.* i) Chitan *c. M. C.* k) *ita M. C.; deest c.* l) Neg. *ed.*

1) Bene haec gesta Anagniensia exponuntur in 'Hist. littér. de la France' XXVII, p. 252, ubi etiam exstat tabula civitatis. 2) Iacobi diac. S. Mariae in Via Lata et Petri diac. S. Eustachii. 3) Petri Caietani. 4) Papareschi, filius Maffei. 5) Ita iam l. 5. 6. 6) Presb. S. Martini in Montibus. 7) Diac. S. Mariae in Cosmidin. 8) Episcopi Sabinensis. 9) Ferentini capitaneus. 10) Ceccano. 11) Haec de induciis dicta ficta esse, nescio cur Drumann, 'Bonifacius VIII.' II, p. 127. contendat.

quod omnes suo perpetuo [merito[a]] gauderent. Sed populus respondebat[b], quod consti- 1303 tuerat et ordinaverat unum capitaneum predictum, in quo remansit omnis potestas populi, sine quo nichil voluit nec potuit facere populus. Quo audito a papa, hinc[c] inde missi fuerunt nuntii. Inter cetera papa supplicavit, quod Schaira vellet significare articulos, in quibus fuerat sibi et suis fratribus iniuriatum; et quod paratus fuit secundum consilium cardinalium sibi emendas facere. Idem vero Schaira respondit, quod nunquam dimitteret papam habere vitam suam, nisi faceret hec tria que secuntur: videlicet quod primo restitueret plene duos cardinales Iacobum et Petrum, quos prius dampnaverat, et hoc ad temporalia et spiritualia, et non solum illos cardinales, set omnes de sanguine; item tercio, quod papa post restitutionem huiusmodi renuntiaret papatui; et quarto, quod corpus pape postmodum esset ad voluntatem ipsius Schaire. Quibus auditis, papa dixit: 'Hoi me, durus est hic sermo!' Et sic intervenerunt nuncii quam plures hinc inde, sed nullo modo potuerunt concordare.

Adveniente igitur hora nona, exclamavit[d]: 'Ades[1], ades', quod est vulgare ipsorum et valet tantum quantum 'Aly[2], aly'. Cepit exercitus irruere in papam et nepotem suum; at[e] ipsi viriliter se defendebant ut prius. Tandem, quod matrix ecclesia beate Marie Anagnie prestitit eis impedimentum, quominus potuerunt venire ad palacium pape et cardinalium, apposuerunt ignem ad ostium ecclesie, et ipsis ostiis ecclesie totaliter combustis, ingressi sunt ecclesiam homines Schaire, et spoliaverunt et derobarunt omnes clericos et laicos et mercennarios ibidem habentes cultellos et alia mercimonia ad vendendum, ut non dimiserunt valorem quadrantis quem apprehendere potuerunt.

Tandem marchio, nepos pape, perpendens, quod se ulterius non posset defendere, reddidit se dicto Schaire[f] et capitaneo, ita quod vitam ipsius et filii sui[3] et suorum salvarent. Et filius suus, unus et alter, fugit per cameram privatam, et detrusi fuerunt in carcere. Quo audito, papa lacrimatus est amare. Et cum papa non posset ulterius se defendere, per Schairam et suos ruptis ostiis et fenestris palacii pape per plura loca, ac igne imposito ex altera, finaliter exercitus quasi voce furibunda per vim ad papam est ingressus, et multi ipsorum verbis contumeliosis aggrediebantur et minas graves ei intulerunt; quibus papa non respondit verbum. Et cum papa positus esset ad rationem, an vellet papatui renuntiare, dixit constanter, quod non, immo cicius vellet perdere capud; et dixit in suo vulgari: 'Ec le col, ec le cape!' quod est dicere: 'Ecce collum, ecce capud!' Et statim protestatus[g] est coram omnibus, quod papatui nunquam renuntiaret, quamdiu vivere posset. Schaira vero voluit libenter interficere papam, sed fuit prohibitus[h] per aliquos[4], in tantum quod malum in corpore papa non recepit. Dominus Petrus[i] Ispanus assistebat pape in toto isto conflictu; sed omnes alii familiares domini pape fugerunt. Et statim, fugatis ostiariis pape, et quibusdam interfectis, et aliis domicellis omnibus, tam minoribus quam maioribus, deiectis, deputati sunt custodes pape per Schairam et capitaneum ad custodiendum papam in carcere, videlicet dominus Reginaldus de Suppine et multi alii cum eo. Et sic captus fuit papa et marchio, nepos eius, apud Anagniam in vigilia nativitatis beate Marie circa horam septimam; et, ut creditur, papa habuit malam noctem. Sed unum preterivi[k], quod ipse exercitus in primo suo ingressu derobarunt[l] papam, cameram suam et thesauriam[l] suam, de vasis et vestimentis, ornamentis, auro et argento et omnibus aliis rebus ibi inventis, in tantum quod papa remansit ita pauper sicut fuit Iob post tristissima nova sibi nuntiata. Iob 1. Idem papa aspiciens et videns undique, qualiter viri celerati[l] diviserunt[m] vestimenta sua Matth. 27,35. et omnia bona mobilia abstulerunt, statuentes quidem, quis tolleret hoc vel illud, nichil aliud dixit[n]: *Dominus dedit, Dominus abstulit* etc. Et quicunque rapere quicquam potuit, ab- Iob 1,21. stulit, rapuit, asportavit. Sed de papa nullus plus tunc curavit quam de reo[o] vel alio quocunque ribaldo.

a) *ita M. C.; deest c.* b) Populus vero se excusavit, dicens se nil posse iuvare in hac parte, presertim cum tota potestas ville capitaneum sequeretur. Tunc papa supplicavit Schaire *M. C. (et inde Th. Wals.).* c) hũc *c.* d) exclavit *c.* e) ac *c.* f) Shaire *h. l. c.* g) *ita M. C.*; prostratus *c.* h) perhib. *c.* i) P. *c.* k) preterivit *c.* l) *sic c.* m) dimis. *c.* n) nisi *supplendum.* o) *ita Kervyn;* ceo *c.*

1) *adesso* Italice, subito. 2) Ita in Anglico sermone saec. XIV. pro *allez* scriptum occurrit ap. Halliwell, 'Dict. of archaisms' s. v. *aly.* 3) Conticelli. 4) Inprimis Willelmum de Nogareto.

1303. Re vera non creditur, quod omnes reges de mundo possent tantum de thesauro reddere infra unum annum[a], quantum fuit asportatum de palatio pape et de palatio marchionis et trium cardinalium, et hoc quasi in brevi hora diei. Insuper Symon Gerardus, mercator domini pape, totaliter fuit derobatus, quod vix evasit cum vita. Et sic remanserunt papa
Sept. 7. et nepotes sui sub custodia quorundam militum et etiam aliorum laicorum a vigilia nativi-
Sept. 9. tatis beate Marie usque ad tertium diem sequentem, videlicet usque diem Lune, qui fuit in crastino beate Marie.

Interim vero tractabatur per Schairam et suos, quomodo vellent ipsum papam morti tradere vel ipsum vivum ad regem Francie transmittere. Audiens populus Anagnie, quod papa morti traderetur, ipsa communitas[b] ville Anagnie fecit quamdam advocationem per se in quodam loco secreto, ignorantibus capitaneo, Schaira et aliis custodibus pape. Que quidem congregatio sic facta[c] communitate Anagnie facta fuit in crastino beate Marie circa horam tertiam.

In illa vero congregatione inter se dixerunt: 'Licet papa multa mala fecerit in hac vita, non tamen licet eum occidere. Si papa hic in civitate ista inter nos omnes interficiatur, dicetur per universum orbem, quod nos sumus rei mortis ipsius, et sic villa ista remanebit interdicta, in tantum quod nunquam celebrabitur missa in villa ista; et preterea ex isto facto tota christianitas surget contra nos, et sic erimus omnes destructi'. Dixerunt aliqui: 'Quid est ergo faciendum?' Responderunt alii: 'Eamus ad palacium pape omnes simul et auferamus statim corpus pape et marchionis, nepotis sui, de manibus custodientium; et habeamus nos custodiam ipsorum, et sic salvabimus vitam ipsorum'; et adiciebant promittendo et iurando, quod, si custodes pape primo deputati per capitaneum et Schairam eis resisterent, nullum ex ipsis vivum dimitterent.

Quibus sic factis, statim absque maiori deliberatione populus Anagnie, id est ipsa communitas, que continebat decem milia hominum bene armatorum, ut creditur, currebant ad palatium pape, ubi papa stetit in carcere; et volentes intrare, non potuerunt propter custodes. Sed tandem, expulsis custodibus, et ex eis multis interfectis, ingressus[d] populus Anagnie ad papam; et dixit unus de comitatu[e] pro omnibus: 'Pater sancte, nos venimus huc, ut vitam vestram salvemus, et ideo volumus habere custodiam persone vestre, quousque sedetur ista tempestas'. Quo audito, papa, levatis oculis et manibus ad celum, regratiatus est Deo et populo, quia fuit liberatus a morte. Similiter communitas liberavit nepotes pape, et tenuerunt custodiam illorum penes se*. Quibus auditis[f], Schaira cum exercitu suo de villa recessit, contra populum Anagnie multum et[g] in iram provocatus, et graviter comminatus est eis. Et sic[h] liberatus fuit papa per populum Anagnie in crastino
Sept. 9. nativitatis beate Marie virginis, circa horam statim post nonam. Et statim, cum papa sic liberatus fuisset, et populus eum habuisset, idem[1] populus ipsum papam fecerat portari de palatio suo seorsum usque in magnam plateam coram toto populo; et tunc papa predicavit lacrimando et ante omnia regraciabatur[i] Deo et omnibus sanctis et populo Anagnie de vita sua. Tunc dixit, que longum esset hic narrare; et inter cetera que dixit papa talia verba protulit: 'Boni homines et mulieres, vos bene scitis, qualiter inimici mei venerunt et abstulerunt bona mea et bona ecclesie, in tantum quod ipsi dimiserunt [me[k]] ita pauperem sicut fuit Iob. Propter quod vobis dico, quod nichil habeo ad comedendum vel bibendum, et adhuc sum ieiunus. Et ideo, si sit aliqua bona mulier, que me velit iuvare de elemosina sua in pane vel in vino, et si panem et vinum non habuerit, dum tamen me velit de modica aqua iuvare, ego dabo ei benedictionem Dei et meam; et omnes qui quicquam por-

*) *Mathei Cont. Alban. et Th. Walsingham add.*: Sed[2] ante hec omnia est sciendum, quod, cum primo Schaira et capitaneus cum senescallo regis Francie comprehendissent papam, in equum posuerunt effrenem, ad caudam versa facie, et sic discurrere fere usque ad novissimum halitum coegerunt et tandem pene fame necaverunt, donec eum populus[l] Anagnie, ut premittitur, liberasset.

a) ännum *c.* b) comitas *c.* c) *cum* facta *bis scr. sit, a emendandum.* d) est *suppl. Riley.* e) coitatu *c.*; communitate *forte emendandum.* f) audiens *c.* g) *delendum.* h) sus *c.* i) regracieb. *c.* k) *ita M. C.; deest c.* l) populo Anagum *c.*

1) Quae hoc capite sequuntur vera esse negat Drumann p. 135. 2) Fere eadem iam ad a. 1294, ed. Riley p. 146, narraverat Continuator. Haec a Drumann II, p. 120. 132. recte reiiciuntur.

taverint, quantulumcunque modicum, in subventionem[a] meam, absolvo a peccatis suis et a 1303. pena et a culpa'. Et omnes clamabant: 'Viva[1], pater sancte!' Et ecce! omnes mulieres que ibidem fuerant et alie similiter per villam statim currebant ad palatium pape, offerentes sibi, alique vinum, alique panem, alique aquam, in tantum quod in momento tota camera sua fuit repleta pane et vino et aqua, et[b] ipsi non inveniebant vasa ad sufficiendum, effundebant vinum et aquam in area[c] camere domini pape usque ad maximam quantitatem. Et tunc potuerunt omnes ingredi ad papam, boni et mali, parvi et magni; et omnes tunc potuerunt loqui cum papa sicut cum alio paupere homine.

Papa videns, quod liberatus fuisset, iterum exivit de licentia custodum et benedixit populum et iterum regratiabatur Deo et populo de vita sua, adiciens talia verba: 'Heri niehil habui, sed fui ita pauper sicut fuerat nunquam Iob; modo, benedictus Altissimus! satis[d] est mihi de pane, vino et aqua pro me et vobis omnibus'. Et statim absolvit omnes in civitate existentes a pena et a culpa, hoc excepto, quod derobatores et spoliatores bonorum ecclesie Romane et etiam cardinalium et aliorum de curia non absolvebat, nisi bona huiusmodi infra triduum reportarent. Verumptamen papa remisit expresse omnibus qui bona sua asportarunt, dum tamen bona illa non fuerunt de thesauro ecclesie Romane, sed de suo proprio; et statim protestatus [est[e]] papa coram omnibus, quod voluit habere pacem cum Columpnensibus cardinalibus et aliis inimicis suis, et paratus erat restaurare ipsos Columpnenses ad temporalia et spiritualia[2]; et hoc fecit proclamare per villam. Et sic stetit papa cum nepotibus suis sub custodia communitatis Anagnie[f] a die crastino nativitatis Sept. 9. beate Marie circa horam vespertinam usque diem Veneris proximo[g] sequentem. Interim Sept. 13. vero reportata fuerunt bona illa prius ablata; sed non credatis, quod omnia prius ablata plenarie fuerunt restituta, quia forte aliqua pecunia tunc exivit de camera pape, que nunquam revertetur ad illam.

Die Veneris ante[h,3] octavas natalis beate Marie in mane papa subito et inopinate re- Sept. 13. cessit de Anagnia[f] versus Romam cum maxima multitudine armatorum et, continuatis dietis suis, ingressus est urbem Romanam die Mercurii proxima post octavas natalis beate Marie et Sept. 18. pernoctavit apud Lateranum, et ibi stetit per duos dies; et tertio die transtulit se [ad[i]] beatum Sept. 20. Petrum*, ubi[k] modo[4] stat valde tristis, eo quod, ut videtur, non potest se ipsum salvare in alico[l] loco nisi in urbe Romana; tot enim habet inimicos, quod vix invenietur aliqua civitas in tota Tussia[m] vel Campania, que possit ipsum defendere contra Columpnenses. Et nisi populus Romanus astiterit pape et ipsum manutenuerit, timetur, quod papa in brevi destruetur. Ursini[5] tenent cum papa totaliter, sed multi alii Romani sunt contra papam[n] et cum Columpnensibus.

Et sic est divisio in populo Romano; propter quod nos, qui sumus curtesani[o], pessime sumus turbati et singulis diebus expectamus, quando erimus derobati de equis et aliis bonis nostris; nec possumus fugere extra villam, quia ex omni parte Rome sunt latrones et predones ad derobandum omnes transeuntes, ita quod, si veniant 60 homines bene armati[p] et inciderint in manus eorum, non possent eis resistere. Senatores urbis Romane,

*) *Mathei Par. Cont. Alb. II (et inde Th. Walsingham.) add.:* Et cum pervenisset ad Sanctum Petrum, ex timore, quem conceperat quando captus fuit, et merore rerum inestimabilium perditarum et fame, quam contraxerat sub custodia adversariorum suorum, cito defecit; et sic completa est in eo prophetia predecessoris sui, qui dixit[6]: 'Ascendisti ut vulpes, regnabis ut leo, morieris ut canis'.

a) subvenit. c. b) cum *supplendum esse censet Ri.;* cum non invenirentur v. *M. C.* c) *ita M. C.;* aera c. d) *ita emend. Ri.;* fcs (factus) c. e) *ita M. C.; deest c.* f) Anagñ c. g) proxima c. h) post c. i) *deest c.* k) *quae sequuntur des. M. C.* l) *i. e.* aliquo. m) *sic c.* n) *ita emend. Kervyn;* populum c. o) curces. c. p) armatos c.

1) Iterum Italicum vocabulum. 2) Hoc verum esse negat Drumann p. 132. 3) Hic Sept. 13, non 20 [ut Potthast hinc recepit] intelligendum esse, consequitur cum ex l. 27. sequente, tum ex eo quod scriptor supra l. 21. papam usque ad diem Sept. 13. Anagniae moratum esse dixit, denique ex eo quod ceteri auctores perpaucis tantum diebus papam Anagniae post Sept. 9. moratum esse [Drumann II, p. 136, ubi tamen minus recte: Sept. 10. vel 11], affirmant. 4) Haec primis Octobris diebus scripta esse apparet, cum Bonifacius Oct. 11. obierit. 5) Haec scripta videntur, antequam Matthaeus cardinalis papam impedivit, quominus Vaticanum relinqueret. 6) Haec Continuator etiam ad a. 1294. attulit; cf. supra p. 500, n. †. Idem versus apud permultos eius aevi auctores repetitur; v. Drumann I, p. 19.

1303. advertentes periculum quod iminet[a] de die in diem, resignarunt officium suum in manus populi Romani; et sic in Urbe non est qui ius reddit vel qui iura tenet[b], sed defendat quilibet capud suum!

---

Ille[1] qui vidit premissa in hunc modum scripsit.

Dictus vero papa postea brevi vixit tempore. Ille vero composuit sextum librum Decretalium. Rexit autem sedem apostolicam cum maximo iuris rigore novem[2] annis et toti-
1303. dem mensibus; anno siquidem Domini 1303. migravit ad Dominum.

Vacante igitur sede Romana per modicum tempus, ut moris est, successit Benedictus, qui fuerat cardinalis de ordine Predicatorum[3], vir magne etatis, sancte vite et eminentis litterature; qui solvit predictos excommunicatos, et vixit 9 mensibus et 9[4] diebus.

1304. Vacante igitur sede fere per annum per discordiam, successit Clemens quintus, de
1305. Wasconia oriundus, archiepiscopus Burdegalensis[5]; in cuius tempore hoc accidit mirabile de Templariis. . . . . . .

a) *sic c.* b) tenêt *c.*

1) Quae sequuntur a monacho S. Albani saec. XIV in. vel medio addita videntur. 2) Potius 8. 3) Nicolaus episcopus Ostiensis. 4) Error. 5) Bertrandus.

# EX WALTERI GISBURNENSIS CRONICA DE GESTIS REGUM ANGLIAE.

*Walterus de Hemingburgh*[1], *ortus, ut opinantur, ex gente de Hemingburgh, quae Gisburnensi prioratui*[2] *multa dona contulit*[3], *aut de Hemingbrough, loco in Eboracensis comitatus agro orientali sito, certe in Anglia septentrionali natus, ante a.* 1278.[4] *inter canonicos regulares Gisburnensis monasterii susceptus est. Postea subprior creatus, a.* 1302. *a conventu ad archiepiscopum Eboracensem*[5] *de coenobii* disciplina et statu temporalium *certiorem faciendum missus est. Denique a.* 1307. *coenobio Gisburnensi librum sermones continentem*[6] *donavit.*

*Qui historiam Angliae ab a.* 1066. *usque ad a.* 1300. *tantum scribere sibi proposuerat*[7]. *Quam igitur hoc anno vel certe ante a.* 1306.[8] *incepit, sed ad a.* 1307[9], *postea etiam, ut videtur, ad a.* 1312.[10] *perduxit et fere a.* 1313.[11] *absolvit. Econtra a.* 1297[12], *quo complures codices desinunt, eum librum primo edidisse*[13], *negarim, nedum hoc loco, media scilicet in Bonifacii VIII. bulla*[14], *eum terminasse concedam; potius operis volumen primum eo loco abruptum esse coniicere maluerim*[15].

1) *Hemingford* a Baleo aliisque perperam vocatur. 2) Guisburgh sive Guilsbrough ab ostio Tees fluminis paullo versus meridiem et or. situm. 3) Hamilton, Walt. de Hem. I, p. VIII. 4) V. excerpta a. 1292; Gisburnam a. 1289. conflagrantem ipse vidit. Nescimus an in Registro Eboracensi, ubi c. a. 1276. in *decanatu de Cliveland Walterus de Giseburn* 4 *sol.* ad iter sacrum promovendum solvit, auctor noster dicatur; Raine, 'Letters from the Northern Registers' p. 54. 5) Cuius tabulam datam Nov. 1. edidit Raine p. 160. 6) Iam Musei Britannici codicem Regium 3 A XIII, cui manus saec. XIV in. vel medii haec inscripsit: *Liber S. Marie de Gyseburñ, assignatus armariolo claustri ex dono fratris Walteri de Hemyngburch, quondam canonici eiusdem domus, a. D.* 1307; Hamilton p. VI. 7) V. prooemium. 8) Eo anno Iohannem Cumin a Bruceo trucidatum esse, nondum novit, cum a. 1297 (II, p. 132) de illo scripserit: *mansit cum nostris saltem corpore, nescio tamen utrum fide.* 9) V. codices B 1. 3. et inter excerpta colophonem. 10) V. codices ordinis C. Annales 1308—1312, qui Germanica non continent, si non ab ipso Waltero, certe ab ipsius aevi et dioecesis auctore, qui eodem sermone usus est compositi sunt; cf. II, p. 285. 291. Econtra Edwardi III. gesta, quae, a. 1312—1327. omissis [vel perditis, cum Continuatio incipiat: *Edwardus igitur post conquestum III*], in codicibus D sequuntur, a clerico non procul a Scotiae confinio vivente ante a. 1376 [Edwardus princeps Walliae *IV. post conquestum* vocatur] scripta et magni aestimanda, utpote quae prorsus aliam rationem dicendi et narrandi prae se ferant, Waltero iure optimo abrogavit Hardy, 'Descript. Catal.' III, p. 254. Quodsi nomen Walteri illis codicibus iam saec. XIV ex. inscriptum est, ille qui chronicon instituit, non qui terminavit, dicitur. 11) Cf. a. 1297 (II, p. 148): Robertus archiepiscopus Cantuariensis [qui a. 1313. obiit], *cuius memoria in benedictione est.;* Edwardus [II] *futurus princeps.* Attamen Henricum VII. Romae a. 1312. coronatum esse, nondum novit [v. infra p. 633] et ante a. 1319. a Petro de Langtoft adhibitus est. 12) Vel a. 1298. secundum recentem rationem annos computandi. 13) Id quod Hardy opinatur. Codici A 1 a. 1297. desinenti *Finito libro, sit laus et gloria Christo* nonnisi a scriba, labore confecto, subscriptum esse apparet. 14) Potthast nr. 24713; reliqui codices sine ullo intermissionis signo epistolae finem praebentes pergunt. Walterus a. 1297. lectorem iterum ad locos paullo infra, sed post codicum ordinis A finem, occurrentes remisit [cf. excerpta]; et continuatio Gisburnae scripta [cf. II, p. 184, a. 1299: *exsequias apud nos (Gysburne* B 1*)*] Walteri sermonem animumque sapit. 15) Codex Bodleianus 712, f. 259 (cf. Hardy p. 174. 257), mbr., saec. XIV in., qui, omisso prologo, sicut Walteri liber I. incipit,

*Walterus Willelmum Novoburgensem*[1] *quasi ducem operis instituendi secutus, etiam Dunelmensem Historiam post Bedam*[2], *Henricum Huntingdoniensem*[3], *Martinum Oppaviensem*[4], *Constantini Vitam s. Dominici*[5], *librum quendam de s. Francisco*[6], *denique duos libros, qui iam perierunt, videlicet Chronicon de Bridlington*[7] *ac Gesta Ricardi I. Romanensia*[8] *adhibuit. Sui autem monasterii annalibus omnino caruit*[9]. *Praeterea permulta instrumenta publica*[10], *quorum quaedam alibi vel non vel minus integra exstant, et quasdam litteras*[11] *vel transsumpsit vel exscripsit.*

*De Iohanne et Henrico III. regibus confuse*[12] *et, si tabulas excipis, brevissime egit, immo fere usque ad a.* 1290. *historiae cognoscendae nulla bonae frugis grana nisi pauca de bello civili attulit. Etiam res sibi visas, historiographum Novoburgensem imitari conatus, potius annis non distinctis*[13] *summatim explicare vegetoque sermone, saepe etiam orationibus adinventis*[14], *describere quam singula quaeque simulatque ea comperit secundum ordinem temporum adnotare maluit. Tamen quae de bellis Scoticis a diversis nunciis*[15] *relata audivit distincte et inter sui aevi scriptores copiosissime retulit. Itaque cum haec omnia satis ingeniose digesta animo in hostes infesto*[16] *composuerit, illi saeculo melius placuit, quam si annales accurate aequo iudicio collegisset. Ab auctoribus enim Abingdoniensi*[17], *Osneiensi*[18], *Nicolao Treveth, Petro de Langtoft, Ranulfo Higden in auxilium vocatus, permultis exemplis*[19] *usque ad saeculum XVII. transscriptus est.*

*In usum editionis nostrae adhibiti sunt hi codices:*

*A* 1) *Collegii Armorum Lundiniensis nr.* 13[20], *mbr., saec. XIV ex., a.* 1297. *desinens, qui fundamentum editionum fuit*[21].

a. 1269, sed medio in capite a Waltero prorsus diverso terminatur. Codex Advocatorum Edinburgi 33. 5. 3, saec. XV, qui a. 1297. medio desinit, ut V. D. J. T. Clark benigne mecum communicavit, verbum *Finis* recenti demum manu in loco raso, ubi primum verbum sequentis paginae extitisse videtur, scriptum exhibet, et codex B 2, Vespasianus A IX, simili manu scriptus, eodem loco II, p. 131. incipit quo ille desinit. Itaque haec duo volumina unius operis esse constat. 1) V. excerpta a. 1196. 2) Ib. a. 1066. 3) Ib. a. 1144. 4) Ib. a. 1250. 5) Ib. a. 1220. 6) Ib. a. 1221. 7) Ib. a. 1209. Etiam verba a. 1200 (I, p. 235), quae primus Rogerus de Hoveden scripserat, Walterus fortasse non ex hoc, sed ex Chron. Bridlingtoniensi (cuius fragmenta ap. Palgrave, 'Documents of Scotland' p. 66, expressa vestigia apud Petrum de Langtoft inveniuntur) sumpsit. Certe Eadmerum non ipsum legit. 8) V. excerpta a. 1191. Eadem Gesta Gallica eodem aevo exscripsit Petrus de Langtoft. Quorum auctor Gallus fuisse videtur, cum Walterus Philippum II. Ricardo heroi mortuo condoluisse (I, p. 231) narret. Fortasse ex hoc poemate Gallico hausit fabulam de Ricardi filiis, quae propius ad Girald. Cambr. (ed. Dimock VI, p. 44) quam ad Rog. Hoveden. accedit. Nescio an haec Gesta sint eadem quae s. XIII ex. Robertus Gloucestrensis (ed. Wright II, p. 694) laudavit. Anglus Anonymus saec. XIV in. ap. Weber, 'Early English Romances' II, p. 1, praeter hoc etiam alterum carmen Gallicum de Ricardo I. vertisse videtur; etiam 'Le Ménestrel de Reims' (ed. de Wailly) fabulas Romanenses de hoc rege memoriae tradidit. Latet *Historia belli Ric. I. contra Sarracenos Gallice* in codice Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 432, saec. XIV. 9) Perpaucas tantum notas Gisburnenses ante saec. XIII ex. habet; v. excerpta a. 1129. 10) Velut Statutum de tallagio non concedendo a. 1297. 11) De Coelestino V. eadem quae Mathei Paris. Cont. Albanensis II. ap. Riley, Will. Rishanger p. 145, de Edwardi I. exitu eadem ac Mathei Cont. Westmonasteriensis legit. 12) De morte Ricardi, Iohannis regum, Arthuri ducis falsa narrat, Iohannis privignum inter filios eius enumerat I, p. 255; cf. excerpta a. 1274. 1289. 13) Cf. excerpta a. 1292. 1302, ubi de a. 1295. 1306. egit. Similiter ad a. 1295 (II, p. 71) res a. 1298, ad a. 1300 (II, p. 219. 221) res *anni quarti subsequentis*, ad a. 1304 (II, p. 244) res a. 1307. gestas commemoravit. 14) Cf. excerpta a. 1295. 1297 sq. 1302. 15) Velut a canonico ex S. Andrea expulso et ab Anglis e clade Stirlingensi elapsis II, p. 131. 137. Accedit quod coenobium Gisburnense a Bruceis, Roberti I. regis gente, fundatum, in Scotia vicina praedia ecclesiasque possedit; I, p. 52; II, p. 69. 90. 147. 167. 16) Cum suo metropolitano contra Dunelmenses et Cantuarienses, cum ecclesia Anglicana contra rempublicam et curiam Romanam, cum populo contra regiam dominationem stetit. 17) V. codicem B 3. 18) V. codicem Digby nr. 168. 19) Praeter codices 21, quos enumerabo, certe 2, scilicet archetypi ordinum A et B, latent. 20) Olim Henrici Howard ducis de Norfolk, comitis de Arundel. 21) Itaque eum iterum evolvere, id quod non sine difficultate fieri potuisset, supersedi. Ex hoc A 1a, codex Musei Britannici Harleianus nr. 691, saec. XVII. transscriptus, sed a v. d. Stillingfleet variis lectionibus aliunde sumptis ornatus est.

*A 2) Musei Britannici Tiberius B IV, f. 90, mbr., saec. XIV ex. negligenter*[1] *exaratus, a.* 1297. *desinit*[2].

*A 3) Collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis R 7. 9, mbr., saec. XIV med., a.* 1297. *desinit*[3].

*B 1) Musei Britannici Lansdownianus nr.* 239, *mbr., saec. XIV ex., in quo nonnumquam verba erasa vel correcta sunt. Desinit a.* 1307[4].

*B 2) Musei Britannici Vespasianus A IX, f.* 156, *mbr., saec. XIV ex., continet a.* 1297—1300[5].

*Priorem huius operis partem a.* 1066—1272. *Th. Gale*[6], *alteram a.* 1273—1346. *complectentem Th. Hearne*[7] *ediderunt. Denique integrum 'Chronicon Walteri de Hemingburgh ad fidem codd. mss.*[8] *recensuit H. C. Hamilton Lond. sumptibus Societatis' Anglicae historicae* 1849. 2 *voll.* 8⁰. *Quae ex Hearnii et Hamiltonii libris excerpseram usque ad a.* 1297. *cum A* 2, *inde usque ad a.* 1300. *cum B* 2 *et a.* 1300—1307. *cum B* 1 *contuli*[9]. *F. L.*

CRONICA WALTERI[a] DE GYSBURNE DE GESTIS REGUM ANGLIE. PROHEMIUM[b].

Ne fastidiosus occurram qui succincte laborare dispono, transacta quedam tempora sub brevitate concludens, successoribus nostris brevem margaritam relinquo; et[c] licet Anglia nostra . . . quinque vicibus quasi devicta sit, . . . quinto per Normannos, qui eam[c] devicerunt et Henr. Hunt. Anglicis dominantur, hanc tamen ultimam quasi principium materie sumens, ab ipso conquestore Willelmo Bastard seriatim prosequi et compilare propono, ab anno scilicet Domini 1066. usque ad annum eiusdem Domini 1300.

EXPLICIT[d] PROHEMIUM[e].

INCIPIT LIBER PRIMUS.

. . . Ut sciatur origo cause, quare Willelmus Bastard Angliam bello appetiit, breviter subscripta repetantur. . . . Hist. post Bed.

Anno Domini 1129. . . . Fundatio[f] Giseburnie[g]. Eodem anno fundata fuit domus 1129.
nostra[10] Giseburnie[h] per Robertum de Bruys ex consensu et confirmatione Kalixti[11] pape et Thurstini Eboracensis archiepiscopi et etiam ipsius regis Henrici. . . . . . .

a) *ita A* 2. 3; Will'i de Gisseb. *A* 1. b) prohenium *A* 3. c) *deest A* 2. d) Expl. — primus *des. A* 2. e) prohennium *A* 3. f) ecclesie de *add. A* 2; domus *add. B.* g) Gys. *A* 3; Gysb. *A* 2. h) de Gyseburn̄ *A* 2.

1) Rubrae numeris distinctae falsis locis interdum positae sunt. 2) Ex hoc et inde ab a. 1297. ex D 1 transscriptus est codex Bodleianus Jones 5, chart., saec. XVI. 3) Neque A 1. 3 ex 2 (I, p. 193, n. 4), neque A 2. 3 ex 1 (p. 192, n. 2. 4) neque A ex B (p. 193, n. 2) provenisse possunt. Saepe autem A 1. 2. 3 (p. 191, n. 7. 193, n. 3. 5. 201, n. 4) eundem errorem exhibentes a B deviant. — Etiam codex a Leland, Collectanea III, p. 315. commemoratus, a. 1297. desinit; Bodleianus Digby nr. 168, f. 147, saec. XIV in., in monasterio Osneiensi adauctus, a. 1264 (I, p. 314, l. 26) incipiens, iam II, p. 148. ante reliquos ordinis A codices abruptus est. 4) Eodem loco terminatur B 3, codex Univers. Cantabrigiensis Dd II 5, olim M. Parker archiepiscopi, saec. XIV, a. 1216 (I, p. 257) incipiens, notis Abingdoniensibus adauctus. 5) De priore libri volumine cf. supra p. 627, n. 15. Codex B 2 medio in capite II, p. 214. abruptus est. — Anno 1312. desinunt codices C 1, Musei Britannici Stowensis II, 48, olim Spelmani, a. 1533. scriptus; C 2 et C 3, Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 100 (a. 1308. incipiens) et 250, chart., saec. XVI. exarati. Eidem ordini fortasse adnumerandus est C 4, Bodleianus Digby nr. 170, f. 63, mbr., saec. XIV, a. 1264 (I, p. 309) incipiens et a. 1308 (II, p. 271) abrupte desinens, cuius scriba multos locos omisit vel in breve coegit. Ex hoc et ex D 2 transscriptus est C 5, Bodleianus Tanner nr. 308, saec. XVII, Edwardi III. et I. gesta continens. — Anno 1346. desinunt codices D 1, Collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis R 5. 10, chart., saec. XVI, qui saepe pristinas lectiones (II, p. 14, n. 1; 27, n. 2; 141, n. 2; 184, n. 3) praebet; D 2, Collegii s. Magdalenae Oxoniensis nr. 53, p. 253, saec. XIV, Gesta Edwardi III. continens; D 3, Musei Britannici Nero D II, p. 272, apographum recens, Gesta Edwardi III. continens; D 4, Musei Britannici Harleianus nr. 655, p. 293, Gesta Edwardi III. continens. Praeterea Hardy, l. l. p. 289. minus recte laudat codicem Collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis R, 17, 7, qui, saec. XIV in. exaratus, potius brevissimos annales ab adventu Saxonum ad a. 1302. continet. 6) Hist. Angl. SS. Quinque II, p. 453. Quem codicem adhibuerit, nescimus. 7) Oxon. 1731. 8⁰. Adhibuit codices A 1, A 1a, B 3, D 1; varias lectiones ad priorem partem attulit; vetustam verba scribendi rationem retinuit. 8) Adhibuit usque ad a. 1297: codices A 1. 2, B 1. 2; inde ad a. 1307: B 1. 2, D 1; inde ad a. 1312: C 2. 3, D 1; inde ad a. 1346: D 1—4. Et non paucas annotationes ad res exponendas adiecit, in fontes autem minus inquisivit. 9) Multos locos in usum meum contulerunt VV. Cll. Rogers ex A 3 et Parker ex C 4. 10) Primo hoc loco auctor Gisburnensis prodit. 11) Hic iam a. 1124. obierat; in charta de Gisburna fundata, Mon. Angl. VI, p. 267, eius non fit mentio.

Henr. Hunt. 1144. Octavo[a] anno regis Stephani . . . a parietibus ecclesie et claustri adiacentis sanguis ebullivit; quod multi viderunt; et hoc se[b] vidisse testatur in cronicis suis Henricus de Huntingdone[c]. . . . . . .

1154. Et huius quidem modus sit iste, ut[d] a regno Henrici secundi liber secundus incipiat.

## EXPLICIT LIBER PRIMUS.

## INCIPIT LIBER[e] SECUNDUS.

Will. Neub. 1162. . . . Eodem quasi tempore Fredericus imperator subvertit civitatem Mediolanensem, ubi inventa sunt corpora trium[f] Magorum, qui adorabant Dominum cum muneribus in die epiphanie; sed et aureus circulus eadem corpora, cum reperta sunt, ambiebat, ut sibi mutuo cohererent. . . . . . .

1191. Quomodo Acra capta est et expugnata. . . . Illi vero qui fortiter defensam et egre tandem resignaverant civitatem sub[g] expectatione diei, a Saladino constituti, servabantur in tuto. Ingressis[h] itaque urbem regibus, regia mox vexilla eriguntur. Inter que vexillum ducis Austrie erigitur in sublime; quo viso, rex Ricardus accersito duci ait[1]: 'Qua autoritate fretus, vel [sub[i]] quo domino[k] militans terram tuam tenes, ut, cum ipse dux [et[i]] adhuc rex non sis, regia tamen insignia occupas?' Cui dux: 'Non ab homine terram meam teneo, sed post solum Dominum beatum Petrum, ipsius apostolum, superiorem recognosco'. Et ait rex: 'Si non ab homine terram tuam tenes[l], predico te sine terra futurum'. Quod quidem verbum egre tulit dux; dissimulavit tamen, sed hostilem animum [postea[i]] declaravit, ut suo loco dicetur[m] inferius[2].

ib. Egressi sunt Acra[n] contra Saracenos. . . . . . . Cepit eciam christianus exercitus paulatim decrescere atque minui; quidam enim malo exemplo regis Francorum, quidam voluntarie et imbecilles, quidam eciam depauperati necessario repatriabant. Tunc rex Anglorum proprios aperiens thesauros, multos nobiles profusis retinuit[o] sumptibus; inter quos de imperio Theutonico[p] fuit dux Austrie, qui postea beneficii immemor, regem a Syria venientem captivavit. Mense vero Septembri rex Ricardus, cui totus parebat exercitus christianus, progredi statuit. . . . Apud Assur[3] . . . commissum est grave[q] prelium, in quo miles strenuissimus Iacobus de Awenneys[r][4] tres hostium turmas tribus vicibus penetravit, multos trucidando et quam plures ad extremam mortis sortem ducendo, tertia autem vice, absciso sibi pede cum tibia, et vulneratus ad mortem, clamabat ad regem Ricardum, dicens: 'O bone rex Ricarde, vindica mortem meam!' resumptisque viribus quendam percussit Saracenum in spiritu vehementi et corruit[s]; moxque aggravantibus super[t] eum Turcis, et abscisa ei dextra, cum multos fecisset occumbere, tandem et ipse occubuit. . . . . . .

ib. Anno autem a partu virginis 1196. . . . in octavis pentecostes, hora diei prima, apparuere in celo duo soles; . . . quod[u] signum se vidisse testatur Willelmus de Novo-burgo in sua cronica. . . . . . .

1207. Anno Domini 1205. . . . Monachos eciam ceteros a claustro[5] eiecit[6], committens curam eiusdem domus mercatoribus Brabantinis[7], qui responderent ei de exitibus universis, ceterosque clericos eiusdem provincie male tractavit. . . . . . .

1208. Mart. 23. Incepitque hoc interdictum generale a prima dominica passionis Domini anno eius-
1213. dem 1208. . . . et duravit sex annis continuis et uno mense. . . . Timens vero sibi[o] rex . . . missis ad papam nunciis, rogavit, ut in statum ecclesie reduci posset et admitti; qui sinum matris[v] aperiens, eo quod sancta mater ecclesia gremium non claudit redeunti, misit in Angliam duos legatos cardinales[8] cum plenitudine potestatis, qui omnimodas ecclesie causas et regis molestias ponderarent et fine debito terminarent. . . . . . .

1209. Anno regni sui quasi 11. Willelmus rex Scocie filiam suam comiti Flandrensi[9] dedit

a) Nono *Henr. Hunt.* b) test. se vid. *A* 2. c) Huntyngton *A* 2. d) ut — incipiat *des. A* 2. e) *deest A* 2. f) tria *A* 1; tria corp. magnorum qui orabant *A* 2. g) ab *A* 1. 2. h) Ingressus *A* 2. i) *sic B; deest A* 1. 2. 3. k) dominio *A* 2; *deest A* 3; militaris vel *add. B.* l) teneas *A* 2. m) i. d. *A* 2. n) Acram *A* 2. o) s. r. *A* 2. p) Theutonyco; *et sic saepe* y *pro* i *habet A* 2. q) p. g. *A* 2. r) Aweneys *A* 2; Awemeys *A* 3; Awenneye *B.* s) corruon *A* 2. t) *sta A* 1. 3; in *A* 2. u) se *add. A* 2. v) m. ecclesie ap. eo q. pre iure eccl. gr. *A* 2.

1) Haec Toeche, 'Heinrich VI.' p. 560. iure reiecit. Minus exornata et veritati propior exstat historiola SS. XXVII, p. 80. 240. 306. 340. 350; supra p. 113. 394. 2) Haec et quae de Ricardi I. gestis sequuntur cum Petro de Langtoft solo conveniunt. 3) Arsuf, Sept. 7. 4) Haec Walterus fortasse legit in Gallico carmine, quod Petrus de Langtoft (infra p. 651) exscripsit. Econtra illud carmen Gallicum, quod poeta saec. XIV in. in Anglicos versus vertit, Weber, 'Metrical romances' II, p. 198, aliter de *Jakes Deneys* [corr. *D'Evayns;* cf. Ellis, 'Early English romances' II, p. 262] fabulatur. 5) Cantuariensi. 6) Iohannes rex. 7) Haec alibi non narrata repetit Petrus de Langtoft. 8) Potius Pandulfum subdiaconum et Durandum Templarium. 9) *Bononiensi* fortasse emendandum, ut Chron. de Bridlington, Petrus de Langtoft, Nicolaus Treveth habent. (Walterus infra quoque a. 1291. perperam comitem Flandriae pro alio principe Gallico posuit). Tamen ne sic quidem verum corruptae huius notae nucleum discerni posse, animadvertit Robertson, 'Scotland under her early kings' I, p. 420, qui potius de Alexandro, Willelmi filio, nobilem quandam Gallicam ducturo tractatum esse suspicatur.

in uxorem. Iratusque Iohannes ob hoc, eo[a] quod cum hostibus suis fedus iniisset, divertit 1209.
ibidem cum exercitu copioso*. . . . . . .

Quomodo ordines Predicatorum et Minorum inceperunt. Temporibus istius regis Iohannis Martin.
inceperunt duo novi ordines, Predicatorum scilicet et Minorum. Ordinem vero fratrum Predicatorum incepit beatus
Dominicus in partibus Tholosanis, ubi contra hereticos constanter predicabat verbo et exemplo. Cumque mansisset Constant. V Dom.
ibidem decem annis predicando et colligendo fratres usque ad tempus, quo Lateranense concilium[b] debuit celebrari, 1215.
cum Fulcone Tholosano episcopo Romam ad concilium[b] generale adiit, peciitque a domino papa Innocencio
tertio ordinem, qui Predicatorum diceretur et esset, confirmari; qui cum aliquantulum se difficilem ad hoc facien-
dum exhiberet, nocte quadam idem papa vidit in sompnis, quod Lateranensis ecclesia gravem subito ruinam mina-
retur. Quod dum tremens aspiceret, ex adverso vir Dei Dominicus occurrebat[c], humerisque suppositis, totam illam
casuram[d] fabricam sustentabat. Evigilans autem et visionem intelligens, peticionem viri Dei hillariter acceptavit,
hortans, ut ad fratres suos rediens, regulam aliquam approbatam sibi eligerent, et sic ad ipsum rediens, confirmationem
ad libitum reportaret. Regressus igitur, verbum summi pontificis fratribus patefecit. Erant autem fratres numero cir-
citer 16, qui, invocato Spiritu sancto, regulam[e] beati Augustini doctoris et predicatoris egregii ipsi[f] pariter et ro et nomine
Predicatores unanimiter elegerunt, quasdam[g] artioris vite consuetudines, quas sibi per formam constitucionum obser-
vandas statuerunt, insuper assumentes. Verum interea Innocencio defuncto et Honorio sublimato in sum- 1216.
mum pontificem, confirmacionem ordinis anno Domini 1216. a predicto Honorio [idem[h] Dominicus]
impetravit. Tandem vero appropinquante peregrinationis[i] sue termino, apud Bononiam[k] gravi corporis infirmitate Constant.
languescens, convocatis[1] duodecim ex conventu fratribus, testamentum huiusmodi condidit, dicens: 'Hec sunt cf. Theod. de Apolda.
que vobis tanquam filiis hereditario iure possidenda relinquo: Caritatem habete, humilitatem servate, paupertatem volun-
tariam possidete!' Illud eciam qua potuit districcione prohibuit, ne quis unquam in suo ordine possessiones induceret Constant.
temporales, malediccionem Dei omnipotentis et suam terribiliter imprecans ei qui Predicatorum ordinem terrenarum
diviciarum pulvere presumeret maculare. Proinde ad extremam horam veniens, anno Domini 1221. dor- 1221.
mivit in pace sepultusque est ibidem. Ordinem vero fratrum Minorum incepit beatus Franciscus in civitate Martin.
Assisii[l], ubi[2] et oriundus fuit. Qui cum audiret die quadam ea que Dominus discipulis suis
ad predicandum missis locutus est, statim ad[m] universa servanda tota virtute consurgit, solvit Matth 10,10.
calciamenta[n] de pedibus, tunica una[o], sed vili induitur et pro corrigia mutavit funiculum,
instituitque fratres iuxta eandem civitatem Assisiam, apud Sanctam Mariam de Porciuncula anno Domini 1206, pon- Martin.
tificatus Innocencii tercii anno 14[3], a quo et[a] confirmatus est[p] ordo[q] ille. Habuit eciam fratres
in [r]Ricardina[4] iuxta Bononiam, quibus contulerat mansiunculam dominus Accursius
Magnus, qui fecit novam glossam in iure civili super omnia[1] quinque volumina. Istum
beatum Franciscum multi nobiles et ignobiles, clerici et laici, spreta seculari pompa,
secuti sunt, eius vestigiis adherentes; quos pater sanctus docuit euvangelicam perfeccionem
implere, paupertatem apprehendere[s] et per viam sancte simplicitatis incedere. Scripsit
preterea euangelicam regulam[t] sibi et suis fratribus habitis et habendis, quam dominus
papa Innocencius tertius confirmavit. Cumque ad dies iam appropinquasset extremos, longa
infirmitate confectus, super nudam[u] humum poni se fecit, et convocatis fratribus, et singulis

*) *Haec fortasse sumpta sunt ex Chronico de Bridlington[5] (cuius auctor in priore parte Florentium et Rog. de Hoveden exscripsit), ex quo haec edidit Palgrave, 'Documents and records of Scotland' I, p. 68 (cf. p. CIV):*

Ius domini Edwardi illustris regis Anglie ad regnum Scocie exceptum de cronicis domus Sancte Marie de Bridlingtona. . . . Anno Domini 1209, mense Iunii 1209. Iun.
apud Berewikum castellum construxit rex Anglie Iohannes, contra regem Scocie Willelmum excercitum aggregans copiosum, ut debellaret eum, quia videlicet comiti Bononie filiam suam preter ipsius assensum desponderat. Mense Augusti rex Anglorum Iohannes et rex Scotorum Aug.
Willelmus pactis intervenientibus pacificantur. . . . . . .

*Edwardus I. epistola a. 1301, Mai. 7. Bonifacio VIII. Scotiam sibi vindicanti data, ap. Rymer, Foedera I, p. 933, quam etiam Walterus II, p. 204. recepit, ita Cron. de Bridlington secutus scripsit:*

Willelmus Iohanni regi . . . fecit homagium. . . . A quo quidem Willelmo rege Scotorum postmodum, pro eo quod desponderat filiam suam comiti Bolonie preter ipsius[v] regis Iohannis, domini sui, assensum, pro transgressione et temeraria[w] presumptione huiusmodi debitam satisfactionem accepit. . . . . . .

a) *deest A* 2. b) consil. *A* 2 *saepe.* c) *ita A* 2. *Const.*; accurr. *A* 1; concurrebat *B.* d) et *add. A* 2. e) regula *A* 2. f) ipse *A* 2. g) cuiusdam *A* 1; quadam vero *B.* h) *ex B; deest A* 1. 2. 3. i) s. p. *A* 2. k) Bonomyam *A* 2, *ubi fere semper* Alemannya, Francya *etc. scriptum est.* l) Asilii *A* 2. m) ac *A* 2. n) *ita B;* calciamentum *A* 1. 2. o) sua *A* 2. p) *ita A* 2. *B;* erat *edd.* q) i. o. *A* 2. r) *deest B.* s) apprehendite *A* 2. t) sibi et s. f. h. et h. regulam *A* 2. u) nudum *A* 2. v) *deest Walt.* w) temera *Walt.*

1) *convocatis — possidete* ex Vita quadam post Constantini opus brevius confecta hausisse videtur Walterus, cum fere eadem exstent ap. Theodor. de Apolda, Acta SS. Oct. II, p. 602. 2) *ubi — funiculum* ex Thomae de Celano V. s. Francisci provenire potuerunt, sed fortasse ex alia Minorum historia, quae in sequentibus adhibita est, hausta sunt. 3) Error. 4) Cf. Savigny, 'Gesch. des Röm. Rechts' V, p. 238. 247. de Accursii Ricardina villa et Ricob. Ferr., Muratori, SS. IX, p. 133: *Accursius, Odofredus sepulti Bononie apud fratrum Minorum ecclesiam.* De Francisco Accursii, illius filio, aliisque Italis iuris peritis ab Edwardo I. in consilium adhibitis cf. Savigny l. l. p. 279; Pauli, 'Gesch. v. Engl.' IV, p. 36. 186; Rotulos de Liberate, ap. Bond, 'Archaeologia' XXVIII, p. 283. 5) Ab Eboraco versus or.

1226. manus imponens, omnibus simul in fine benedixit et instar cene dominice singulis panis
buccellam divisit[a,1]; invitabatque[b], ut moris sui erat, omnes creaturas ad laudem Dei. Nam
et mortem ipsam cunctis terribilem et exosam hortabatur ad laudem Dei[c] eique letus
occurrit et ad suum invitabat hospitium, dicens: 'Bene veniat soror mea, mors![2]' Ad ex-
Oct. 4. tremam igitur horam veniens, dormivit in Domino anno eiusdem[d] 1226, 4. die Octobris. . . .
1215. Eodem tempore, anno scilicet Domini[e] 1213[f,3], generale concilium Rome celebratur[g],
quod dicitur Lateranense, presidente eidem[h] papa Innocencio tercio. . . . . . .

1216. . . . Habebat filios rex iste Iohannes Henricum scilicet primogenitum, qui ei
1257. successit in regnum, Ricardum, qui processu temporis in regem Alemannie electus est. . . .
1235. Habebat filias, quarum una, Ysabella scilicet, Frederico imperatori data est. . . . . . .
1216. Anno Domini 1216. obiit Innocencius papa tertius; cui successit Honorius.

Ab ordine vero priore non recedentes [in[i] scribendo], ordinavimus sic, ut ab Henrico tertio tercius liber incipiat. . . . . . .

## EXPLICIT LIBER[k] SECUNDUS.
## INCIPIT LIBER[k] TERCIUS.

1227. . . . Eodem tempore Honorius papa obiit, scilicet anno Domini 1227. Cui successit Gre-
gorius IX, qui in secundo anno, missis legatis in Angliam, decimas redituum ecclesiarum
constanter exegit, nullo reclamante vel saltem audente contradicere, et:

Quod voluit papa, non ex ratione iubebat;
Sed tamen invaluit, rapiens quecunque petebat,

Iuv. VI, 223. iuxta illud: *Sic[l] volo, sic iubeo; sit pro ratione voluntas!* . . . . . .
1230. Anno Domini 1230. et anno[k] regni regis Henrici 15. transfretavit idem rex in Britan-
niam. . . . Egritudine percussus, reversus est[4] in Angliam cum fratre suo Ricardo. . . . . .
1236. Anno Domini 1236. et regni regis Henrici 21. idem rex de consilio magnatum[m] suorum
Alienoram, filiam comitis Provincie, sibi matrimonialiter copulavit. . . . Rex autem Francie
Lodowicus sororem Alienore regine Anglie, filiam predicti comitis Provincie primogeni-
tam, prius duxerat in uxorem. . . . . . .
1237. Anno Domini 1237.[n] missus est a latere pape Otho legatus in Angliam. . . . . . .

Fredericus imperator depositus in concilio Lugdunensi[o]. Anno
1243. Iul. 25. Domini 1243. post obitum Gregorii pape factus est papa Innocencius quartus et[k] 8. Kalen-
das Augusti[5] cathedratus[p]. Qui, detestabilem et malitiosam imperatoris Frederici devitare
procurans tyrannidem, a sede apostolica per tempus aliquod exulare decrevit; unde pro-
fectus exinde, venit et commoratus est cum cardinalibus suis et clericis in civitate Lugduni
1245. super Rodanum, que distat a Roma duabus[6] dietis. Ubi in tercio anno papatus sui gene-
rale concilium celebrare instituit et, convocatis ibidem ad ipsius presenciam archiepisco-
pis, episcopis ceterisque maioribus universalis ecclesie prelatis, exilii sui causam illis[q]
exponere curavit et fecit. Et ut magis liqueat exilii sui causa, prenotanda[r] sunt hec: Impe-
Martin. rator Otho quartus a papa Innocencio tertio fuit coronatus in basilica beati Petri. Hic, accepta corona, statim pugnam habuit cum Romanis et contra voluntatem pape intravit regnum Apulie, auferens illud Frederico regi Cicilie; motusque papa in offendentem, excommunicavit eum. Quarto autem anno imperii sui[s] principes Alemannie, qui ei primo faverant, ab eo recedentes, Fredericum sibi[k] imperatorem elegerunt. Qui veniens navigio usque Romam, a domino papa et a populo terre honorifice susceptus est, et inde proficiscens in Alemanniam, super ipsum Othonem magnifice triumphavit. Hic autem Fredericus secundus[t] coronatus fuit in imperatorem ab Honorio papa in basilica sancti Petri, regnavitque 33 annis, sed non sicut ecclesie bonus filius; ipse enim ab infancia ab ipsa ecclesia tanquam per matrem educatus et ad imperii fastigium, Othone dampnato, promotus, ecclesiam Dei non fovit tanquam matrem, sed velut novercam in quantum potuit laniavit. Propter quod idem Honorius, qui eum coronaverat, sibi rebellem et Romane ecclesie adversarium comperiens, ipsum anathematizavit et omnes principes eius a sua fidelitate absolvit; ipse tamen, inceptum errorem continuans, multas ecclesie Dei iniurias intulit et pro posse gravamen. Inter quas duos cardinales, qui pro ecclesie subsidio missi fuerant ultra montes, cum redirent ad curiam una cum prelatis multis, qui ad concilium properabant, per naves Pisanorum captivavit et retinuit.

a) dimisit *A* 1. b) *ita A* 2; invitabat *edd.* c) *ita A* 2; *deest A* 1. d) Domini *add. edd., quod deest A* 2. 3. e) *ita A* 2. 3. *B; deest A* 1. f) 1214. *A* 2. g) celebrabatur *A* 3; celebratum est *B*. h) eodem *A* 2. i) *sic B*; in s. *des. A* 1. 2. 3. k) *deest A* 2. l) Hoc *Iuv.* m) magnatorum *A* 2. 3. n) 1238. *A* 2. o) Lugdon. *A* 2. p) est *add. A* 2. q) *ita A* 3; illico *edd.; deest A* 2. r) provocanda *A* 2. s) magnates *add. A* 2. t) secundo *ed.*

1) Haec a Waddingio, Ann. Min. I, p. 348, ex 'Mariano c. 30. et Legenda antiqua' recepta in Vitis quae in Actis SS. prodierunt desiderari, monet Bollandista, Oct. II, p. 666. 2) Cf. Solis canticum in Libro conform. 23: *suor nostra morte corporale*, s. Francisco moribundo attributum, ap. Wadding I, p. 347, ex Leg. Greg. 3) Potius a. 1215. 4) Inter Oct. 26. et 28. 5) Haec quae alibi non leguntur ex Waltero citat Potthast, Reg. pont. p. 946. 6) Error.

Quibus provocatus iniuriis, Innocentius papa predictus de communi consilio tocius concilii[a] 1245. ipsum Fredericum terribili anathemate condempnavit et, exigentibus culpis suis, ab imperii dignitate deposuit. Facta sunt hec in octavis sancti Iohannis baptiste[1]. Iul. 1. Que cum audisset ille depositus, contempsit omnia et excommunicationis et deposicionis sentencias pro nichilo reputans, imperatorie maiestatis[b] potenciam ut prius exercuit et continuavit, misitque epistolas suas ad universos orbis principes in hec verba:

Conqueritur super hoc Fredericus. *Fredericus*[2] *Dei gratia* etc. *omnibus regibus et principibus per universam christianitatem constitutis salutem. Illos felices — — omnes debetis diligenciam adhibere. Valete*[c]*!*

De morte Frederici quondam[d] imperatoris. Hic autem Fredericus imperator dudum cruce signatus 1250. Martin. Opp. durante excommunicationis sentencia mare magnum transivit, maiorem desolacionem quam consolacionem Terre Sancte relinquens. Postquam vero[e] ab Innocentio papa sic depositus est ab imperio, principes Alemannie[3] elegerunt contra ipsum langravium Thuringie, ut suo regnaret imperio; quo tamen post modicum tempus[f] mortuo, Willelmus comes Holandie denuo contra ipsum eligitur ab eisdem principibus, et hic paulo post a Prisonibus occiditur; et sic uterque electus benediccione caruit imperiali. Fredericus quidem post suam ab imperio destitucionem, cum inter ceteras civitates Lumbardie Parmam[g] tanquam magis exosam sibi forti manu obsideret, a legato domini pape et a Parmensibus est devictus, et[h] amissis thesauris [ipsius[i]] et aliis rebus suis, in Apuliam rediens, gravi infirmitate correptus est et cito defunctus. Mamfredus autem, filius eius, ambiens regni Sicilie dominium et thesauros ipsius, tandem, cum difficultate[4] tamen, ipsum regnum optinuit retinuitque, quousque Karolus, frater regis Francie, tunc comes Provincie, per papam Urbanum quartum vocatus et sub papa Clemente quarto veniens, ipsum Mamfredum vita et regno privavit. 1266. Hic Fredericus ab Augusto primo nonagesimus[k] quintus fuit imperator. Et post eum vacavit imperium usque in presens[5]. Ipse eciam Karolus a regno Sicilie per regem Aragonum[6] postea deiectus est et 1282. in fugam versus. . . . . . .

Ricardus, frater regis[l], electus[m] est in regem Alemannie. Anno Domini 1257. 1257. principes Alemannie elegerunt sibi in regem Ricardum comitem Cornubie, fratrem regis Henrici, et missis nunciis accersierunt eum et[n] eodem anno coronaverunt Kal. Aprilis[7].

Dominus etiam papa misit quendam archiepiscopum[8] de ordine Predicatorum cum quibusdam aliis sibi sociatis in Angliam pro Edmundo, filio[o] regis Henrici, ut ex dono pape adquireret et regnaret in Pullia[p], Sicilia et Calabria. Sed tamen ipsa res ad effectum non pervenit. . . . . . .

Anno Domini 1259.[q] obiit[r] Alexander papa; cui successit Urbanus anno 1261. 1261.

Transfretavit rex in Franciam et composuit super Normanniam. 1259. Eodem anno rex et regina transfretaverunt in Franciam; habita enim fuerat prelocucio per regem Alemannie Ricardum, fratrem regis Henrici, et per alios solemnes nuncios, ut cum rege Francorum tractaret et finaliter componeret de Normannia. . . . . . .

De dissencione inter regem et barones, et[s] de Provisione Oxonie. 1258. Extunc ingressi sunt curiam regis innumerabiles Franci, sicut et[t] antea fuerant Provinciales; et repleta est terra quasi ex omni nacione que sub celo est, agebanturque negocia regalia cf. 1.Macc.5,15. per alienigenas et ignotos, et facta est eis Anglia quasi serviens sub tributo, quoniam[u] war- cf.2.Reg.8,6. das et relevia[9] et cetera emolumenta terre pre ceteris omnibus asportabant. Indignatique sunt magnates terre videntes hec. . . . . . .

Capcio[v] quorundam baronum apud Northampton. . . . Cumque cognovisset 1264. rex, multos ex baronibus apud Northampton convenisse, divertit[10] ibidem cum exercitu adduxitque cum eo regem Alemannie, fratrem suum, et . . . multos alios. . . . . . .

Deinceps usque ad bellum de Lewes. . . . Interim egressi sunt regales ad pugnam, se preparantes per tres turmas, quarum primam ducebat filius regis Edwardus cum comite de Warenna[11] et Willelmo de Valence, fratre regis, secundam vero rex Alemannie cum filio suo Henrico, terciam autem ipse rex. . . . Captus est rex Alemannie. . . . Actaque sunt hec in mense Maio, die sancti Dunstani[12] episcopi, anno Domini 1264. Sequenti vero Mai.

a) consil. *A 2 semper.* b) magest. *A 2.* c) etc. *add. A 2.* d) *ita A 3; deest A 2;* q. i. *des. B 1.* e) *ita edd.;* enim *A 2.* f) *deest A 2.* g) per viam *A 2.* h) et — defunctus *des. A 1.* i) *ita A 2. 3; deest edd.* k) nonagenus *A 2.* l) eius *A 1.* m) in r. Al. est el. *A 2.* n) in *A 1.* o) fratre *B 1.* p) Pullya *A 2;* Apull' *B 1.* q) *sic A 1. 2. 3;* 1261. *emend. edd.* r) *ita A 1. 3;* obiit $\frac{1}{-}$ 1261. *des. A 2.* s) *ita edd.;* et — Ox. *des. A 2.* t) in *A 2.* u) q. *A 2.* v) *incipit C 4.*

1) Concilii sessio prima fuit Iun. 28; imperator depositus est Iul. 17. 2) Lectiones Walteri contuli supra p. 269. 3) Hoc verbum in solo codice 1 Martini exstat. 4) Walterus consulto verba omisit quibus Martinus Fridericum II. a Manfredo suffocatum esse mentitur. 5) Haec non post Henricum VII. a. 1312. coronatum scripta videntur. 6) Petrum. 7) Potius Mai. 17. 8) Iohannem Messanensem. 9) Certas pecunias quas hominum feodatorum haeredes, ut feoda possiderent, dominis solvebant. 10) Apr. 3. 11) Iohanne. 12) Mai. 19; sed pugna die Mercurii 14. Maii facta est.

1264. Mai. 15. die Iovis discurrebant inter regem et barones bini et bini de ordine Predicatorum et Minorum, portantes verba pacifica et sic cum quibusdam aliis interponentes partes, quod se-
Mai. 16. quenti die Veneris tradidit se filius pro patre, Edwardus scilicet pro rege et pro ceteris commilitonibus suis et Henricus, filius regis Alemannie, dedit se pro patre suo. . . . . . .

Comes[1] misit ad . . . comitem Simonem et peciit sibi mitti insignes captivos, quos ipse ceperat in bello de Lewes, inter quos rex Alemannie nominabatur primus. At ille remandans . . . noluit, . . . sed nobiliores servavit in castro Doverie. . . . . . . .

1265. Eodem anno, scilicet 1264, obiit Urbanus papa; cui successit Clemens quartus. . . . . .

1270. **Edwardus profectus est in Terram Sanctam.** . . . Edwardus pro se et pro patre et Henricus, filius regis Alemannie, pro patre suo similiter veniebat. Hic etiam[a] Henricus,
1271. filius regis Alemannie, in redeundo postea ad patrem, apud Viterbium in ipsa capella, cum missam audiret, occisus est per Guydonem de Monte-forti et comitem Rufum, cuius filiam ipse Guydo duxerat, in ulcionem mortis[a] patris sui comitis[b] Symonis. . . . . . .

1272. **Reversus est Edwardus de Terra Sancta.** . . . In Siciliam applicuit apud
1273. Trapes, inde viam faciens per Palestrinam[c, 2] et Mechines[3], et sic per medium Poylle usque Romam, ubi[4] a papa Gregorio honorifice susceptus est. . . . . . .

1268. 1271. Anno Domini 1272. obiit papa Clemens IIII[d, 5]; cui successit Gregorius decimus[e]. . . .

1272. Anno Domini 1273.[f] . . . Eodem anno in archiepiscopum Cantuariensem prefectus est per dominum papam frater Robertus de Kilwardby[g] de ordine Predicatorum. Qui in anno
1278. sequenti quinto[e] vocatus ad curiam, in cardinalem Hostiensem constitutus est. . . . . . .

1274. **De[h] concilio Lugdunensi per papam Gregorium decimum[i].** Eodem
Mai. anno, scilicet 1274, mense Maio celebratum est concilium generale Lugduni, presidente papa Gregorio X; in quo specialiter exposuit papa negocium Terre Sancte. . . . Fecitque papa in eodem concilio constitutiones multas et in certis titulis decretalium eas intitulari
1276. precepit; vocanturque Constitutiones Gregoriane. Eodem anno[6] mortuus est idem papa Gregorius citra montes[6]. Cui successit[7] Iohannes papa; hic infra duos annos[k, 8] obiit sic:
1277. cecidit super eum camera sua et oppressit eum. Cui successit Nicholaus III. . . . . . .

1280. Anno Domini 1281, 13.[l] Kal. Iunii[9] obiit papa Nicholaus III; cui successit Martinus
1281. Febr. 22. Thuronensis, 8. Kal. Marcii consecratus[m, 10]. . . . . . .

1285. Anno Domini 1283.[11] . . . obiit[n] papa Martinus; cui successit Honorius papa[o] eodem anno. . . . . . .

1288. Anno Domini 1287. obiit Honorius papa. Cui successit Nicholaus IV. de ordine fratrum Minorum; quod quidem nomen[*] sortitus est, ut[o] dicitur[p], quod[q] in iuvenili etate[o] beatus Nicholaus ipsum[r] prenunciavit[s] fore papam. Ipse eciam cuidam speciali ex fratribus suis[t] retulit dicens: 'Iam de me completa sunt omnia excepto[u] uno'. At ille: 'Quid est', inquit[v], 'hoc dictum?' Et ille: 'In iuvenili', inquit, 'etate, postquam habitum susceperam, visionem vidi et audivi in spiritu, me futurum theologie doctorem et postea ministrum tocius ordinis generalem, deinde papam et extremo hereticum. Ecce ergo completa sunt omnia preter ultimum, quod nunquam, Deo dante et sanitate comitiva, complebitur'. . . . . . .

1289. Mai. 16. **Ecclesia nostra Giseburnie combusta.** Anno Domini 1289, 17.[w] Kal. Iunii et prima die rogacionum ecclesiam nostram Giseburnie cum libris theologie multis et preciosissimis, 9 calicibus, vestimentis, ymaginibus sumptuosis vorax[x] flamma consumpsit[12]. . . . Unde successores in posterum ex nostra[13] negligencia discant cancius sibi providere!

1290. Eodem anno maritavit rex duas filias suas unam[14] Iohanni, filio ducis Brabancie, et

*) *Monachus S. Albani saec. XIV med., ed. Riley, 'Will. Rishanger' p. 482, qui alias quoque Walterum exscripsit, haec*
1288. Febr. 22. *habet:* Eodem tempore creatus est papa Nicholaus quartus cathedra sancti Petri; quod quidem nomen sortitus est eo, quod beatus Nicholaus iuvenili etate ipsum pronunciavit fore papam.

a) *deest A 2; pro hac sententia habet C 4:* Hic autem Henr. in r. ad patr. postea, ut predictum est, occ. est in cap. a domino Guidone Montis-fortis et a comite Rufo, c. f. i. G. d. *(omissis* in — Simonis), *cuius codicis scriba multa mutavit et omisit, quae adnotare supersedi.* b) S. c. de Monte-forti *A 2.* c) Palestin. *C 4.* d) *deest A 1.* e) *deest A 2.* f) 1274. *A 2.* g) Kilverby *A 1.* h) *rubra deest C 4.* i) *ita edd.;* tercium *A 1. 2. 3.* k) sequentes *add. B 1. C 4.* l) 14. *B 1.* m) confectus *C 4.* n) eod. a. ob. p. Hon. *A 2.* o) *ita C 4. edd.;* et *A 1. 2. 3.* p) eo *add. A 1.* q) *deest C 4.* r) p. i. *A 2.* s) pron. *C 4.* t) *ita A 2. 3; deest A 1;* semel *B 1;* ex f. sp. r. semel *C 4.* u) e. u. *des. A 2.* v) inquid *A 2 semper.* w) 7. *A 2.* x) *ita edd.;* ferox *A 2.*

1) Gilbertus Gloucestriae. 2) *Palermam* emendandum videtur. 3) Messanam. 4) Potius ad Urbem-veterem. 5) Potius a. 1268. 6) Potius Aretii a. 1276. 7) Innocentius V. et Hadrianus V. omissi sunt. 8) Sederat 8 menses. 9) Potius 1280, Aug. 22. 10) *Creatus* emendat Potthast l. l. p. 1757. 11) Potius a. 1285. 12) Rot. Pat. a. 18. Edw. I. de hoc incendio laudat Hamilton editor. 13) Auctor igitur affuit. 14) Margaretam.

alteram[1] Gilberto de Clare comiti Gloucestrie, terciam[2] in anno sequenti dedit comiti de 1293.
Barez[a, 3]. . . . . . .

Civitas Ptolomaida[b], id est Acra, perditur. Anno Domini 1291.[c] . . . Pre- 1291.
sumebant[d] namque christiani de se, ponentes carnem brachium suum et[e] confidentes in cf. Ier.
homine, qui cum multis ibidem paulo ante advenerat, domino scilicet Othone de Grandi-
sono[4], qui cum thesauris regis Anglie ibidem missus, ut viam pararet ante faciem eius —
habuit enim in proposito rex in[a] Terram Sanctam[f] proficisci —, durante diu subsidione
hostium, cum eisdem thesauris in Ciprum fugiens, mutato cognomine, in congressu mili-
tari parvum[g] fecit sonum. . . . . . .

Qui tandem rumor[5] cum domini pape intima cordis profunda penetrasset[h], missis per
universa regna suis epistolis quesivit, quomodo Terra Sancta posset[i] recuperata conser-
vari. In singulis autem metropolitanis ecclesiis factum est super hoc concilium speciale, 1292.
videntibus[6] quibusdam et consulentibus, quod extinctum in ecclesia Domini luminare minus,
per quod intelligitur imperator, reaccenderetur de novo, et fieret imperator, qui posset pre- cf. 1. Reg. 25, 28
liari[k] prelia Dei. . . . . . .

Quomodo dominium regni[c] Scocie concessum est regi Anglie. Eodem 1291.
anno, scilicet 1291, examinata sunt subsequentia quedam, ad declarationem quorum preno-
tanda sunt ista: . . . Alexander rex Scocie . . . novam sibi nuptam matrimonio copulavit,
filiam scilicet comitis Flandrie[7]; non tamen ex ea suscepit sobolem. . . . . . .

Illi magnates, qui circa successionem regni Scocie disceptabant, ius regis Anglie luce
clarius declaratum negare non valentes, predictum dominium eidem concesserunt per
scriptum in hec verba conceptum:

Compromiserunt petentes in regem. *A[8] touz qi ceste lettre verront ou orrount
Florence counte de Hoyland — — Norham le Mardy prochein après la ascension l'an de grace* Iun. 5.
1291. . . . *A touz iceus qe ceste presente[e] lettre verront[l] ou orront Florence — — a Norham
le Mekerdy après la ascension l'an de grace* 1291. . Iun. 6.

Has autem predictas duas[m] litteras misit dominus rex ex postfacto sub suo sigillo pri-
vato ad diversa monasteria, ut in cronicis ponerentur ad perpetuam rei geste memoriam,
dat. apud Westmonasterium 9. die Iulii, anno regni sui 19. . . . . . . Iul. 9.

Obiit papa Nicholaus. Anno Domini 1292, die parasceues obiit papa Nicholaus 1292. Apr. 4.
quartus; vacavitque sedes fere per 2 annos, et electus est tandem Celestinus[n] quintus, qui 1294.
primo fuerat heremita, et mense Iunii[9] consecratur anno Domini 1294. Qui[10], cum esset
homo simplex et ex sua simplicitate multa et[e] quasi inaudita concessisset, tandem peni-
tentia ductus, eo quod tanto oneri non esset dispositus, cessit[o] papatui et honori in festo Dec. 13.
sancte Lucie virginis eodem anno. Et statim in vigilia natalis Domini Bonefacius octavus Dec. 24.
ad culmen apostolatus electus est et mense Ianuarii apud basilicam principis apostolorum 1295. Ian.
honorifice consecratus.

Obiit Radulfus Karliolensis episcopus. Eodem anno, scilicet 1292, ultimo 1292.
die Februarii obiit bone memorie Radulfus Karliolensis episcopus[11], quondam prior noster[12] Febr. 29.
Giseburnie. . . . . . .

Quomodo guerra orta est inter regem Anglie et Francie[13]. Anno 1293.
Domini 1293. orta est execrabilis contencio inter marinarios regis Anglie de Portubus[14] et
marinarios regis Francie ex Normannia in[p] hunc modum: Navis quedam de Portubus in
Normannia applicans, mansit ibidem diebus aliquot; cumque die quadam egrederentur duo
naute, ut ex quodam fonte ibidem proximo aquam sibi dulcem et desiderabilem haurirent,

a) Bares *A* 2; Bars *C* 4. b) Tol., scilicet A. *A* 2. c) *ita C* 4. *edd.*; 1295. *A* 1. 2. 3. d) Presumentes *A* 2. e) *deest A* 2. f) *ita A* 2. 3. *C* 4; dictam *edd.* g) pium *A* 2. h) penetrasse *A* 2. i) possit r. servari *A* 2. k) preliare *A* 2. *C* 4. l) o. ou v. *A* 2. m) l. d. *A* 2. n) Cel., qui et hic *[sic]* fuit monachus Cisterciensis ordinis et postea heremita 20 annis et amplius et vocabatur Petrus de Morona *C* 4, *ubi quae usque* Francie, *l.* 41, *sequuntur desunt.* o) et *add. A* 2. p) in — quesierunt, *p.* 636, *l.* 7, *des. C* 4.

1) Iohannam. 2) Alienoram. 3) Henrico. 4) V. supra p. 616, n. 18. 5) De Acra capta. 6) Tabulam supra p. 605. editam exscripsit Walterus. 7) Potius Ioletam, filiam Roberti IV. comitis Drocensis, a. 1284. 8) Cf. supra p. 595. 9) Iul. 5. electus, Aug. 29. coronatus est. 10) Hic quoque eadem relatio quae supra p. 611. adhibita est. 11) A. 1280—1292. 12) Auctori igitur prior praefuisse videtur cum a. 1279. episcopus electus est. 13) Nautarum Anglicorum actio *[Ce sount les grevances et damages queux les Normauns ount faits a vos gens . . . d'Engleterre]* coram Edwardo I. prolata exstat ap. Champollion-Figeac, 'Lettres de rois' I, p. 392. 14) V. supra p. 594.

1293. contigit eosdem[a] ibidem invenire marinarios Normannos, a quibus irritati movebantur ad verba et de verbis ad verbera; et tandem ferro agitati, unus eorum occubuit, fugitque alter et se cum sociis suis in navem recepit, nuncians eis casum et adventum Normannorum insequentium proximum[b]. Cumque in altum ducerent, ut sic saltem laberentur[c], insecuti sunt hostes, ut eos apprehenderent; sed tamen insequentes cum difficultate transierunt, nunciantes talia marinariis de Portubus et eorum auxilia exposcentes[d]. Nec furor persequencium ita requievit; sed associatis eis pluribus, naves Anglicanas in mari quesierunt. Et cum die quadam sex Anglicanas naves obviam habuissent, easdem hostiliter aggressi, duas ex ipsis[e] continuo peremerunt[f], suspendentes homines cum canibus[1] ad[g] trabes navium suarum, et sic per mare navigantes, nullam faciebant differentiam inter canem et Anglicum. Que cum marinariis de[h] Portubus a ceteris fugientibus dicerentur, mox conglobati et in tanti[i] opprobrii vindictam fremendo animati, hostes ceteros quesierunt, et cum non invenirent ad votum, ingressi sunt potenter portum de Swyne, ut ex hostibus suis vindictam expeterent. Ubi, interfectis aliquibus et quibusdam[k] submersis, sex inde naves potenter abduxerunt[l]. Et extunc hinc inde vacabant congressionibus mutuis, utrimque[m] sanguinem sicientes cum naufragiis et rapinis. Cumque inter eos talia longo certamine gererentur, missis internun-
Apr. 14. ciis, placuit tandem partibus certo die congredi cum toto conamine, scilicet quarto decimo die Aprilis[2], fixo le standard quasi in medio mari inter Angliam et Normanniam; ibi enim ex[n] communi assensu ancoraverant navem pergrandem et vacuam in signum congressionis faciende. Interim vero Anglici sociaverunt eis Hibernicos et Hoylandicos; Normanni vero adduxerunt sibi Francos, Flandrenses et marinarios de Gene. Adveniente demum die, convenerunt ibidem armis bellicis sufficienter instructi; et, sicut in eis fuerat disparitas animorum, sic et eodem die contigit maxima inequalitas elementorum, nivis scilicet et grandinis ventique validissimi. Consertumque est grave prelium inter partes, et tandem victoriam dedit nostris ipse Deus omnipotens; perieruntque gladio[o] multa milia preter submersos cum navibus quasi infinitos; reduxeruntque nostri onustas cum preda naves circiter 240. . . . . . .

1294. Quomodo rex noster fedus[p] iniit cum rege Alemannie. Anno Domini 1294. misit rex Anglie dominum Antonium Bek[q] episcopum Dunolmensem ad regem Alemannie, ut fedus[3] cum eo iniret. Qui, datis, ut dicitur, 60 milibus libris sterlingorum[4], convenciones et pacta cum eo iniit, quod scilicet usque ad certum tempus prefinitum regi nostro et suis contra regem Francorum et suos cum omni robore exercitus sui fideliter assisteret veniretque in eorum auxilium, cum[r] esset sufficienter[s] premunitus. Convenit etiam, quod neuter eorum absque altero cum rege Francie[t] concordaret vel fedus iniret quoquo modo. Que quidem pacta segniter tenuit, ut patet inferius. . . . . . .

Mai. 27. Rex cepit lanas. Eodem etiam[o] anno circa festum ascensionis Domini omnes lanas terre sue[o] saisivit, tam clericorum quam laicorum, et sic saisitas tenuit, quousque mercatores, data maxima pecunie summa, eas quasi de novo redimerent et haberent. . . . . . .

Sept. 21. In festo sancti Mathei apostoli . . . Dunelmensis[5] vero nondum reversus fuerat[u] de Alemannia. . . . . . .

1295. Anno Domini 1295.[v] . . . Rex autem Francie, conductis interim navibus multis, de Marsilio[w] scilicet et de Gene et undecunque poterat, magnum robur exercitus misit in mare, ita quod aliquando viderentur plus quam[o] 300 naves magne[6]. . . . . . .

Cardinales venerunt in Angliam cum literis pape pro pace refor-
Mai. 22. manda. Eodem anno circa festum pentecostes venerunt in Angliam duo cardinales[7], missi a latere pape ad regem Anglie cum epistolis papalibus in hec verba conceptis[x]:

*Bonefacius episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Edwardo regi Anglie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Movet animum . . . Dat. Laterani*
Febr. 20. 10. *Kal. Marcii, pontificatus nostri anno primo*[8].

a) eos ibi *A* 2. b) proximis *B* 1. c) *ita A* 1. 2. 3. *edd.*; elab. *forte emendandum.* d) deposc. *A* 2. e) eis *A* 2. f) ceperunt *C* 4. g) in trabibus *B* 1. *C* 4. h) *ita C* 4. *edd.*; de P. *des. A* 2. 3; nostris *B* 1. i) tanto opprobrio *A* 2. k) multis *B* 1. l) *ita C* 4; addux. *A* 2. 3. *edd.* m) interim *A* 2. n) cum *A* 2. o) *deest A* 2. p) inivit f. *A* 2. q) *ita edd.*; de Bek *A* 2; Bek' *A* 3; B. e. *des. C* 4. r) c. e. *des. A* 2. s) p. s. *A* 2. t) Francorum *A* 2. u) fuit *A* 2. v) 1296. *A* 2. w) *sic codd.* x) *deest A* 1.

1) Ut Anglos caudatos (v. SS. XXVII, p. 77. 535) deriderent. 2) Die Maii 15. hoc factum esse censet Pauli l. l. IV, p. 80; cf. supra p. 595. 606. 3) Cf. supra p. 607. 4) De hac summa dubitatur; cf. Pauli l. l. IV, p. 88. 5) Antonius episcopus. 6) Classis Gallica tunc applicuit *apud Hydam et apud Doverniam.* 7) Beraldus Albanensis et Simon Praenestinus episcopi. 8) V. supra p. 614, ubi Febr. 19. datae dicuntur hae litterae.

**De responsione regis.** Cumque in adventu[a] cardinalium nondum esset rever- 1295. sus[b] rex a Wallia post guerram, quam ibi finierat, precepit rex, ut honorifice tractarentur Londoniisque moram facerent usque ad vincula beati[c] Petri, ipsius regis adventum pre- Aug. 1. stolantes. Ad quem diem ipse rex, pacificata Wallia, et omnes magnates tam cleri quam populi specialiter ad hoc vocati comparentes, ipsos cardinales honorifice et cum[d] gaudio susceperunt. Cumque, facto silencio, uterque cardinalium pacis sermonem faceret et multa vicissim de bono pacis introducerent, in fine tandem concludentes ipsum regem, tanquam[e] pacis zelatorem et filium catholicum, rogaverunt, ut tanquam princeps piissimus et pacis filius dignaretur animum ad pacis bonum inclinare; responsumque est eis ex parte regis, quod, deliberato consilio, rex ad interrogata et rogata responderet die tercia. Erat autem Aug. 3. thema unius cardinalis: *Da pacem, Domine, in*[f] *diebus nostris*, alterius vero: *Adaperiat Domi-* cf. 4. Reg. 20,19. *nus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem!* 2. Macc. 1,4. Adveniente die tertio, et congregato concilio, frater Willelmus de Hothom[1] predicavit in Latinis, sicut cardinales fecerant, assumpto themate hoc[f]: *Audiam, quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur* Ps. 84, 9. *pacem in plebem suam*, reducens in parte sic, quod rex noster[f] tanquam verus obedientie filius pacisque zelator paratus erat audire apostolica mandata tanquam [prolata[g]] celitus et emissa. Finitoque sermone brevi, statimque ex precepto regis recitabatur in Gallico totus processus suprascriptus, quomodo scilicet inter reges ipsos guerra exorta est et usque in eundem diem continuata, ut ipsi, qui mediatores pacis existerent et promotores, videre possent et dinoscere, quis regum iustitiam haberet in causa, vel quis iniustitiam confoveret. In fine vero totius longe recitacionis suprascripte surrexit Antonius Dunelmensis episcopus et ex parte regis respondit sic in Gallico: 'Vos, domini cardinales, rogastis et requisistis dominum nostrum regem pro plena pace concedenda vel bonis saltem treugis diucius amplectendis. Et licet unusquisque[f] christianus et fide catholicus pacem velle debebit et eam amplecti ratione bonorum, que ex ea sequuntur, et propter eius contraria et immensa mala, que ex guerra proveniunt et ex sedicione nascuntur, tamen fidelitatem iuratam et promissam fideliter tenere debent[h] homines universi. Unde[i] ipse dominus rex respondet[k] vobis sic, quod talis confederacio inter regem Alemanie et ipsum iam nunc inita est et per sacramentum confirmata, quod neuter eorum absque altero cum rege Francorum pacem faciet vel treugas concedet[l] quoquo modo. Cuius rei causa, ipso non[m] requisito vel dissenciente, nec pacem facere potest nec treugas concedere vult'. Quo cessante loqui, confestim cardinales ipsum regem rogaverunt, ut ex clemencia regia annuere dignaretur nuncios super hoc regi Alemanie destinare. Et datus est dies crastinus ad respondendum. Crastina autem die Aug. 4. cum convenirent iterum universi, idem[n] Dunolmensis in Gallico sic ait: 'Domini karissimi, requisistis hesterna die dominum nostrum regem de duobus: scilicet[o], quod ex gratia sua mera dignaretur nuncios mittere ad regem Alemanie, ut eius animum alliciat ad pacem annuendam et plene confirmandam; alio, quod scilicet treugas concederet usque certum tempus, infra quod de plena pace tractari posset, vel ipsas saltem treugas ulterius prorogare[p]. Ad primum articulum respondet vobis[f] dominus noster rex sic: quod ratione et reverencia Romane ecclesie, que tocius orbis caput est et magistra, et occasione personarum vestrarum, qui illius ecclesie estis membra, habitaque consideracione vestri laboris et longi itineris, liberaliter[f] concedit vobis rex nuncios suos super hoc ibidem destinare[2]. Ad aliud sic: Satis vobis[q] constat et omni populo, quod exercitus regis Francie et gens sua tota iam parati existunt, ut sibi et suis inferant mala que possunt, sicut hucusque fecerunt, in terra et in mari; unde regi non esset securum suis precipere, ne se defenderent, nisi ex parte altera esset inhibitum, ne[r] ulterius prosequerentur; propter quod vobis[q] respondet, quod, quam cito constiterit[s] ei, regem Francorum ex parte sua hoc inhibuisse vel inhibere velle, statim et ipse[t] suis hoc illud idem precipiendo mandabit, sed ante non'. Factoque tali responso, et accepta licencia, reversi sunt cardinales in Franciam, unde prius venerant. Sed non sunt reversi vacui, immo bursas vacuantes; ex unoquoque enim capitulo cathedrali vel colle-

a) eventu *A* 2. b) rex rev. *A* 2. c) sancti *A* 2. d) immenso *add. B* 1. e) t. p. *des. A* 2. f) *deest A* 2. g) *ita B* 1; *deest A* 1. 2. 3, *ubi* cel. etiam em. h) *ita A* 3. *B* 1; deberent *A* 2. i) et *add. A* 2. k) respondit nobis *A* 2. l) concedat *A* 1. 3; concederet *C* 4. m) irreq. *B* 1. *C* 4. n) ipse *A* 2. o) uno scilicet *B* 1. p) *sic A* 1. 2. 3. *edd.* q) nobis *A* 2. r) ut ult. non *B* 1. s) constituerit *A* 2. t) ille *A* 2.

1) *Frater W. de Hozom, prior provincialis fratrum Predicatorum in Anglia et Scotia* inter ecclesiasticos ab Edwardo I. de iure Scotiae a. 1292. consultos occurrit in Comm. Alban. de Edw. I. coll. (v. supra p. 523) ed. Riley, 'Will. Rishanger' p. 255. 2) Cf. Rymer I, p. 824 sqq. 829. 832.

1295. giato per totam Angliam nomine procuracionis et expensarum sex marcas argenti habue-
1296. runt, et hoc ex concessione papali, preter alia[a] multa. . . . Sequenti vero anno reversus est unus eorum[1], cum esset tunc rex in guerra Scocie apud Berewyk[2], ut de premissis responsum acciperet; et interim missi nuncii ad regem Alemanie reversi sunt, nunciantes, quod nec pacem voluit nec ullum amorem; sicque reversus est ille cardinalis infecto negotio. Reliquit tamen ibidem octo personas ex suis interfectos[b] a Scotis, qui [cum[c]] ad querendum fenum et paleas die quadam cum aliis processissent et incaute procederent, a Scotis circumsepti sunt et interfecti. Iterumque expensas accepit idem cardinalis, videlicet secundum taxacionem Wynton.[d] et Lincoln. de unaquaque marca 3 denarios. . . . . .

Mart. Obiit Iohannes archiepiscopus. Eodem anno quasi finiente, scilicet in quadragesima, obiit[3] Iohannes Romanus archiepiscopus[e] Eboracensis, a Iohanne Romano, quondam Eboracens isecclesie thesaurario[4], et quadam pedissequa procreatus, et bene[f] Romanus, quia a Romano patre Romanam cupiditatem extraxit et, cum magnus esset theologus et homo valde literatus, non tamen multe litere, sed avaricia maxima cum[g] fecit quasi insanire. . . . . .

1295. Scoti inierunt fedus cum rege Francorum. *Philippus*[5] *Dei gratia Francorum rex universis* etc.[h] *Inter alia . . . Idem rex Scocie in predicta*[i] *guerra, quam contra dictum regem Anglie, fautores, confederatores*[k], *tam regem Alemannie quam alios quoscunque gubernatores eius*[l] *habemus, nobis et successoribus nostris, si ad eos guerra huiusmodi prorogetur, totis suis*[m] *et regni sui viribus tam per terram quam per mare in Anglia*[n] *publice et*[o] *patenter assistent*[p] *ac prestabunt*[q] *consilium et auxilium oportunum*[6]. . . . . . .

Tenores vero litterarum[r] procuratoriarum predictarum tales sunt: . . . *Datum apud*
Iul. 5. *Strivelyn*[7] 3. *Non. Iulii, anno Domini* 1295. . . . . . .

De responsione Scotorum facta regi Anglie. . . . Dixerunt enim, nec regem illorum[8] nec se teneri in aliquo, nec precibus eius vel preceptis obsequendum. . . . Quod cum audisset rex, miratus est et, eorum sedicione cognita, ipsis tanquam fidelibus suis precipiendo mandavit, ut, quamquam auxilium sibi ferre negarent, hostes tamen suos Francos vel Flandrenses non admitterent in terram suam. . . . Quod . . . facere contempserunt, ad primum respondendo dicentes: 'Terra nostra libera est et ab omni servitute quieta, nec precepto regis Anglie fatemur in aliquo nos astrictos; immo mercatores Francos vel Flandrenses seu alios undecumque venientes absque ulla personarum distinccione admittemus ad votum'. . . . . .

1296. Anno Domini 1296. . . . Quomodo rex noster cepit Berewicum[9]. . . . Triginta vero Flandrenses, qui Aulam Rubeam sic nominatam tali condicione receperant, ut eam contra regem Anglie omni tempore tuerentur, domum eandem usque ad vesperam viriliter defenderunt; sed, apposito tandem igne, et ipsi cum domo combusti sunt. . . . . . .

1297. Apr. Oppressio terre per prisas. Eodem etiam anno, quadragesimali tempore precepit rex[s], ut omnes qui lanas haberent et coria ad certos portus maris infra diem certum cariarent sub pena perdicionis earundem et incarceracionis gravisque forisfacture regis. Quod cum ipsi fecissent, ministri regis omnes saccos lane quinarium numerum excedentes, datis talliis[10], acceperunt ad opus regis et ab unoquoque sacco numerum quinarium non excedente ab ipsis eorum dominis nomine male-tolte[t, 11] quadraginta solidos extorserunt. Insuper precepit rex, ut contra passagium suum in Franciam de quolibet comitatu acciperentur per vicecomitem duo milia quarteria frumenti et tantundem avene et ad portus maris ducerentur. Factumque est sic[u]; et talliabantur[12] homines ad certum numerum quarteriorum[v], eciam qui bladum non habebant; accipiebantur etiam[w] carnes bovine et porcine ad certum numerum; et multe fiebant[x] oppressiones in populo terre.

a) donaria *add. B* 1. *C* 4. b) *sic codd.* c) *ita D* 1; tamen *B* 1; *deest A* 1. 2. 3. *C* 4. d) *ita A* 2; Wyntoniensem *edd.; sed potius* Wyntoniensis et Lincolniensis, *scil.* episcoporum, *intelligendum.* e) E. a. *A* 2. f) verus *B* 1. g) f. e. *A* 2, *ubi* quasi *deest.* h) presentes literas inspecturis salutem *Rot.* i) presenti *Rot.* k) confederatos *Rot.* l) q. valitores nunc hab. *Rot.* m) viribus s. et r. sui *A* 2. n) *ita Rot.;* Angl' *A* 2; Angliam *edd.* o) ac *Rot.* p) assisteret *Rymer;* assistant *Rot. secundum Hamilton.* q) prestabit *Rymer.* r) proc. l. *A* 2. s) *deest A* 2. t) tolte *A* 2. *ed.* u) *deest A* 1. v) et *add. A* 2. w) *ita A* 1. 3; et ab eis *C* 4. *edd.* x) o. f. *A* 2.

1) Beraldus. 2) Mense Aprili; cf. Rymer I, p. 837. 3) Mart. 11. 4) De quo v. supra p. 356. 5) Contuli rotulum scaccarii coaevum ap. Rymer I, p. 830 sqq. 6) *Actum Paris. die* 23. *mensis Octobris, anno Domini* 1295. addit tabula ap. Rymer. 7) Stirling. 8) Iohannem. 9) Mart. 30. 10) 'Quittungskerbhölzer'. 11) Cf. Stubbs, 'Constit. hist.' II, p. 135, qui *tolta* participium verbi *tollo* ('verzollen') esse censet. 12) Tributo onerabantur.

**Comes Flandrensis concordatus est[a] cum rege Anglie[b].** Eodem anno 1297. comes Flandrie[c, 1] a rege Francorum, domino suo, iniuriam passus, cum iam multas pro eo exhausisset pecunias[d], vidensque se in vanum laborasse, qui[e] multa meruerat, a fide regis sui desilivit. Et ut regi Anglie acceptior fieret, omnes a terra sua Francos eliminavit, consideransque terram suam quasi exinanitam, eo quod cives sui lanas Anglicanas et coria non haberent, ut mercando habere consueverant, ad operandum, cum sint ibi[f] operarii multi, piscatores etiam terre sue depauperatos, eo quod liberum ad mare non haberent accessum, vidensque finaliter se ulterius non posse regi Anglorum resistere, misit ad eum nuncios, petens et[g] rogans que pacis sunt et amoris; placuitque regi nostro rogatum, et in expulsione Francorum a terra sua eum commendando laudavit, statuitque ei firmam pacem[2], quam preconizari fecit; et inito fideli federe, cari quidem[h] facti sunt et amici.

**Dissencio orta est[i] inter regem et comites suos.** In festo sancti Mathie Febr. 24. apostoli . . . . . .

**Reconciliatur archiepiscopus Cantuariensis regi[i, 3], et transfretandi licentiam accepit rex[i].** Anno Domini 1297. rex in suo proposito permanens, precepit, ut omnes qui servicium sibi debebant et omnes alii qui viginti libratas terre a quocunque tenerent infra regnum Anglie essent Londoniis in festo beati Petri ad Vincula[4] Aug. 1. parati cum equis et armis ad transfretandum cum eo absque dilacione qualibet vel excusacione. Cumque venissent ibidem, multique viderent regem in incepto proposito permanere, dixerunt ei magnatum quidam: 'Non expedit, o rex, nec bonum est sic transfretare, nisi primo, reconciliato patre tuo spirituali Cantuariensi archiepiscopo et magnatibus tuis, inveniaris et ipse[k] in sinu matris ecclesie numeratus'. . . . Predicti vero comites Herefordensis[5] et marescallus[6] a rege se subtrahentes, . . . missis ad regem nunciis, rogaverunt eum, ut subscriptos articulos pro se et pro populo emendare iuberet, adicientes, quod, si cartam libertatum confirmare vellet et articulos corrigere, parati erant omnes eum sequi[l] in vitam vel[m] in mortem.

**Articuli[n, 7] quos comites pecierunt[o] nomine communitatis[i].** . . . *Pur ceo qe dit est communalment qe nostre seignour le roy vout passer en Flaundres, avis est a tote la communalté, qe la ne deyvent il nul service fere, pur ceo qe eus ne lur predecessours ne auncestres unkes en cele terre service[p] ne firent. . . . Estre ceo tote la communalté de la terre se sentent[q] durement grevez de la maltolt des laynes, qe est si grevouse, a chescun sak de la layn entire 40 souz et de la[i] layn brisee[8] a chescun sak 5[r] marcs, pur ceo qe la layne d'Engleterre est a poy la moyté de la value de tote la terre par[s] an, e si amunte la maletolte[t] par an le quinte de la value de totte la terre par tele[u] prise. Pur ceo qe la communalté de la terre volent honour et saunté[v] a nostre seignour le rey, sicome il deyvent voler, ne lur semble pas qe ceo serroit a lui preu de passer en Flaundres, si il ne fust plus assuré pur lui et pur sa gent des Flaundres, et ausi[w] pur la terre d'Escoce, la quele se commence a lever contre lui, tant com il est ore en terre; et bien entendent, qe il en frayent[x] en plus mauveise manere, si il fuissent sëure, qe il fust[y] la mer[z] passé; et ne mye[a] soulement eaus, mès altres terres, qi ne sount pas uncore bien affermez.*

**De responsione regis.** Cumque esset dominus rex in suo itinere apud Portesmuth[b] quasi ad transfretandum paratus, miserunt ad eum predicti comites nuncios, qui voluntatem ipsius[c] quererent in premissis. Quibus ille respondens ait: 'Concilium meum plenum non est mecum hic; pars enim, ut scitis, remansit Londoniis, et pars precessit[d] in Flandriam; nec absque concilio pleno respondere possum ad interrogata vestra. Sed ite et dicite hiis qui miserunt vos, ut, si mecum venire velint, placebit michi multum; sin autem noluerint, rogo, ut michi vel regno saltem non noceant. Spero quidem adhuc, favente Domino, quod revertar in terram hanc et in regnum meum suscipiar'. Et reversi sunt nuncii, levi data licencia. Transfretavitque rex circa festum beati[e] Bartholomei in Flan- Aug. 24.

a) concordatur *A* 2. b) *hoc caput deest D* 1. c) *ita A* 3. *C* 4. 5; c. Fl. *des. A* 1. 2. d) pecc. *A* 2. e) qui m. mer. *des. C* 4. 5. f) optimi *add. C* 4. g) et r. *des. A* 2. h) *deest A* 2; c. q. *des. C* 4. i) *deest A* 2. k) ippe *A* 2. l) prosequi *A* 2. m) et *A* 2. *C* 4. n) *rubra deest C* 4; *hoc caput deest C* 5. *D* 1. o) scripserunt *A* 2. p) servycez *A* 2. q) sent *A* 2. r) un mark' *C* 4. s) par — terre *des. A* 1. 3, *postea add. A* 2. t) *ita C* 4; maletoute *A* 2. u) *ita C* 4; tiel pris *A* 2. 3. v) *ita C* 4; sanneté *A* 2; sannetie *A* 1. 3. w) auxy *A* 2. x) front *A* 2; *i. e.* feraient. y) *ita A* 2. *C* 4; fuit *A* 1. 3. z) *ita C* 4; mere *A* 1. 2. 3. a) my seul. *A* 2. b) *ita A* 2. *C* 4; Portesmew *A* 3. c) eius *A* 2. d) *ita A* 1. 3; processit *A* 2. *C* 4. e) sancti *A* 2.

1) Guido. 2) Apud Rymer I, p. 850, Ian. 7; cf. supra p. 617. 3) Iul. 14. 4) Potius Iul. 7; Rymer I, p. 865. 5) Humfredus. 6) Rogerus comes Norfolcensis. 7) Cf. supra p. 618. 8) 'gekrämpelt'.

1297. driam* et applicuit in portu de Swyne; cuius gesta non prosequimur hic, sed inferius in loco suo[1]. . . . . . . .

Scoti insurrexerunt contra[a] regem. . . .[b] . . . Rex vero in Flandriam quasi[c] accinctus ad iter, transfretandi propositum mutare noluit. . . . . . .

Oct. 10. Comites nostri reconciliati sunt per filium regis . . . 10. die Octobris. . .[d] . Ordinatumque est huiusmodi scriptum in hec verba conceptum:

Confirmatio Magne carte. *Edward — — Loundres le* 10. *jour de Octobre, l'an de[e] nostre regne* 25[2]. Missumque est idem scriptum ad regem in Flandriam, ut sigillum suum secretum apponeret; magnum enim sigillum cum filio regis remanserat. . . . . . .

Dec. 7. Convenit eciam, ut in crastino sancti Nicholai episcopi certum hoc responsum acciperent ab ipso rege, sub hac condicione adiecta, ut, si rex predicta scripta consignata remitteret et ratificaret omnia, extunc ad mandatum regis iidem comites[f] vel ad regem in Flandriam vel contra hostes suos in Scociam proficiscerentur ad votum. . . . . . .

1298. Febr. 19. Supervenit enim quasi in principio quadragesime miles quidam cum literis regis, . . . quod ipse rex, auctore Domino, negotia sua transmarina iam bene pro voto expedierat et in propria persona properaret . . . in Scociam. . . . . . .

2197. Transfretavit rex in Flandriam, et quid ibi fecerit. Ad historiam regis nostri, quam in predictis, ut patet, ad tempus pretermisimus, nunc in presenti revertamur. Rex itaque noster, non obstante, ut dictum est, mutacione[g] comitum predictorum, circa

Aug. 24. festum beati Bartholomei apostoli, aerem, non animum mutans[3], transfretavit in Flandriam cum mille quingentis equis armatis et quinquaginta milibus[4] peditum electorum, de quibus fuerant Wallenses triginta milia. Statimque cum applicuisset rex in portu de Swyne suoque se recepisset hospicio, marinarii de Portubus, inveteratum illud odium, quod inter ipsos et marinarios de Yarnemuth[h, 5] ab antiquo duraverat, ad memoriam reducentes, mox currentes ad arma, [in[i]] impetu furoris sui combusserunt plus quam viginti naves eorum, perimentes gladio quotquot ex ipsis comprehendere potuerunt, rege tamen prohibente, sed impetum furoris reprimere non valente; tres tamen magne naves, in quarum una thesaurus regis pro parte fuerat, retrahentes se in altum maris, cum difficultate fugerunt. Et hec acta fuerant in portu de Swyne. Inde perrexit rex apud Bruges[k], ubi comes Flandrie occur-

*) *Cf. carmen in Edwardi I. laudem a.* 1298. *vel paullo post (Willelmo Wallace devicto, sed adhuc superstite) in Anglia, ut videtur, septentrionali scriptum et a Thoma Wright, 'Political songs' (pro Societate Camdeniana a.* 1839) *p.* 160, *e quinque codicibus (qui de auctore et titulo diversa referunt; cf. p.* 374) *editum; quorum primum, Cottonianum Claudius D VI, f.* 182', *mbr. saec. XIV in., ubi operi* Commendatio gentis Anglorum et processus guerre inter Anglos et Scotos *inscriptum est, contulimus:*

1296. Rex[l] in pace rediit[6], hiis ita patratis;
1297. Comiti de Flandria succursurus gratis,
Magnam[m] classem preparat tempestive satis.
[Cato[n, 7]] Tolle moram! semper nocuit differre[o] paratis.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Tunc rex mire credulus[8] mare transfretavit
Et Francos in Flandria potens expugnavit;
Senectutis immemor multos non expavit.
Dist. II, 9. [Cato[n]] Consilio pollet, cui vim natura negavit.
Non negavit Dominus robur et vigorem
Regi, quem constituit fore mundi florem,
Cuius[p] acta singulos agunt in stuporem:
[Cato[n, 9]] Quemvis namque potest animo[q] sufferre laborem.

a) c. r. *manu post. add. A* 2; *rubra deest C* 4. b) *desinit cod. Edinburg.; incipit B* 2. c) *deest A* 2. d) *desinit A* 4. e) du *pro* de n. *A* 2. f) *postea add. A* 2. g) *ita A* 1. 2. 3; imitationem *B* 2; irritacione *C* 4. h) *ita A* 2. *C* 4; Iarnimow *A* 3; Iarnemew *ed.* i) *ita B* 1; *deest A* 2. *edd.* k) Brugez *A* 2. l) In p. rex *Claud.* m) Morari non patitur, navibus paratis *pro v.* 107. *Cl.* n) *add. cod. Sloane nr.* 4934. o) deferre *Cl.* p) Eius bella *pro* C. a. *Cl.* q) animi *Cl.*

1) L. 17. 2) 'Statutes of the realm' I, p. 123. In Rotulo sequuntur haec: *E fet a remembrer, qe mëisme ceste chartre suth mëismes les paroles de mot en mot fust selé en Flaundres desuth le grant seal le rey, c'est a saver a Gaunt le quint jour de Novembre, l'an del regne l'avantdit nostre seigneur le rey* 25, *e enveé en Engleterre.* Authenticas has Edwardi I. litteras patentes, iam Musei Britannici Cart. ant. VII. 9, edidit Rymer I, p. 880: *donees a Gaunt le quint jour de Novembre, l'an de nostre regne* 25. 3) Cf. Hor. Epist. I, 11, 27. 4) De his numeris dubitat Pauli l. l. IV, p. 132. 5) Yarmouth in Norfolk; *de contentionibus dudum subortis* inter hos iam a. 1263. Henricus III. pacem facturus scripsit ap. Shirley, 'Royal Letters' II, p. 244. 6) In Angliam, Scotia subiecta. 7) Potius Lucan. Phars. I, 281, ubi *moras.* 8) Fidelitati a Scotis iuratae. 9) Non exstat apud Catonem, sed cf. Lucr. III, 1012.

rens ei obviam, suscepit eum cum immenso gaudio. Cui rex ait: 'Ecce in auxilium tuum 1297. venimus, o[a] comes. Num ergo in hostes procedere, an ad tempus quiescere debeamus, indica nobis!' Exercitus enim[b] regis Francie non distabat ab eis nisi per duas leucas modicas. Videns autem comes ipsum respective viribus imparem, eo quod exercitus Francie[c] pergrandis fuerat et immensus, ait illi: 'Domine mi rex, non possumus in presenti ex abrupto procedere, eo quod estis labore fatigati; sed est michi civitas fortis et bene munita, scilicet[d] Gaunt[e], ad quam declinabimus ad tempus, quousque robur vestrum et negotium melius pro voto ordinetur'. Et adquievit ei rex et precepit, ut exitus viarum et introitum terre observarent pedestres, eo quod ibi sunt fossata multa, donec iter inceptum ageret ad eandem civitatem. Et quia cives Burgenses[1], sicut et cives aliarum civitatum, scilicet Doway, Ipre[f], Gaunt et Sancti Odomari[g], paulo ante se dederant regi Francie, cum defensorem non haberent neque propugnatorem, iussit rex, ne alias[h] forte mutarentur, ut et fidelitatem sibi iurarent et obsides darent. Quo facto, processit in via sua versus Gaunt, respicientibus in eum Francis, sed non prohibere valentibus; timebant[i] enim pedestres regis Anglie, eo quod erant ex eis sagittarii multi; moveruntque castra sua usque Curteray[k], que[l] distat a Gaunt per octo leucas. Mansit itaque rex noster apud Gaunt per dies plurimos, et pedestres sui frequenter agebant predas plurimas; inter quas villam de Dampe[m, 2] sic dictam spoliaverunt bonis multis et peremerunt in ea plus quam ducentos viros electos, qui se primo dederant regi nostro in primo adventu suo; quod quidem factum multum displicuit ei, et quosdam huius sceleris autores iussit in furca suspendi.

Q u o m o d o  t r e u g a s  i n i e r u n t  r e g e s  n o s t r i. . . . Magnates utriusque regni apud Turnay . . . pacis preludia statuerunt, treugas scilicet biennales a festo sancte[n] epiphanie Domini eiusdem anni usque ad idem festum revolutis annis duobus, et quod captivi 1298. Ian. 6. hinc inde redderentur, sub caucione tamen, ut, si plena pax treugas non sequeretur biennales, vel quod[o] eorum corpora[p] vel saltem peccunia sub caucione exposita solveretur[q], supponentes utrumque regem et de voluntate eorum obligantes eos in omnibus et per omnia ordinacioni[r] domini pape Bonifacii, qui dissensiones omnimodas audiendo dirimeret[s] et fine debito terminaret. Mittuntur itaque solennes nuncii ad curiam pape, qui utriusque regis negotium exponunt diligenter. Dominus autem papa, auditis hinc inde propositis et communicato consilio, decrevit et sentenciavit in hunc modum:

O r d i n a c i o  p a p e  i n t e r  r e g e s. *Dudum*[3] *inter karissimos* —[t] — *Domino valeamus.*

D e[u] s e d i c i o n e  F l a n d r e n s i u m  c o n t r a  r e g e m. Initis, ut dictum est, treugis biennalibus, dum ad redeundum in Angliam se nostri modis omnibus prepararent, ecce sedicio Flandrensium hoc ordine declaratur. Congregati sunt namque ex universis finibus eius[v] viri fortes armatorum, ut dicitur, plus quam quatuor milia et multi pedestres, et ingressi sunt civitatem de[w] Gaunt, sparsim quidem et pauci simul, ne alicuius mali suspicio contra eorum propositum oriretur, et hospitati sunt in solariis excelsis et cavernis[x] plurimis. Die vero condicto, in crastino scilicet[y] purificacionis beate[z] virginis, una cum duobus filiis ipsius comitis Willelmo et Roberto, clausis portis civitatis, summo mane armaverunt Febr. 3. se et convenerunt pariter omnes. Et primo quidem Anglos, quos in suis hospiciis invenire poterant, peremerunt; deinde procedentes in publicum, ut omnes pari condicione delerent[a], refrenati sunt, eo quod Deus[b] omnipotens impedivit eos, qui innocentes[c] liberat et suos ubique salvat. Ascendit enim clamor iste terribilis usque ad aures principis, et iussit suos[d] armari[e], quin[f] et ipse confestim[g] armatus processit[h] in publicum, et concurrentes circumsteterunt eum sui universi. Interim pedestres nostri et quasi robur excercitus, qui[g] erant in suburbio extra portas civitatis, audientes[i] populum tumultuantem, dixerunt inter se: 'Seductus est rex, et occiduntur domini nostri, et quid aliud esse poterit, cum ululatus excrescat, et clause sunt porte civitatis? Eamus ergo et, si necesse fuerit, cum eis moriamur,

a) *ita A 2. 3. C 4; deest edd.* b) autem *C 4.* c) regis *A 2.* d) ad q. decl. videlicet G. *A 2.* e) *ita A 2. C 4;* Gaunt' *A 3; Gawnt edd. semper.* f) Ypre *A 2.* g) Odm. *2.* h) f. a. *A 2.* i) timebantque *A 2.* k) *ita edd. C 4;* Court. *A 3;* Curtreay *A 2.* l) quod *C 4.* m) Damp *C 4.* n) *deest A 2.* o) *delendum.* p) redderentur *ex C 4. supplendum.* q) solverentur *A 2.* r) ordinacionem *A 2.* s) dirigeret *B 2;* diminueret *C 4.* t) *media in tabula desinunt A 1. 2. 3; hinc contuli B 1. 2.* u) *rubra deest B 2. C 4.* v) Flandrie *C 4.* w) *deest B 2.* x) in cameris *C 4.* y) *deest C 4.* z) Marie *add. Heurne.* a) deberent *B 1.* b) o. D. *B 2.* c) noc. *B 2.* d) a. s. *B 2;* eos *C 4.* e) omnes *add. Hearne.* f) *ita B 1. C 4; deest B 2. D 1.* g) *deest B 2.* h) in publ. proc. *B 2.* i) audiens *B 2.*

1) Brügge. 2) Damme. 3) Walterus omisit initium compluresque sententias tabulae [Potthast nr. 24713], quae data est *Rome apud Sanctum Petrum 2. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno 4.*

1298. quoniam, ipsis extinctis, impossibile nobis erit, ut salvemur!' Statimque allato igne, paleis
et lignis, butiro et adipe et ceteris quoque[a] cremabilibus quasi in momento combusserunt portas civitatis ex omni parte; et ingressi potenter incenderunt, spoliaverunt et peremerunt hinc et inde; nec perierunt ex ipsis nisi sex persone, et hii corruerunt ad introitum civitatis. Partibus itaque ad congrediendum hinc inde paratis, venit comes ipse[b] Flandrensis ad regem nostrum, tristis quidem vultu[c] et facie mutata, et ait regi: 'Domine mi rex, miserere servo tuo et populo meo huic!' Et ait rex: 'Quid est hoc, comes? Num introduxisti nos in terram tuam, ut seduceres nos?' Et comes ad hec: 'Absit a me hoc, domine mi! Novit
cf. Ps. 43,22. enim[d] ille, cui nota sunt secreta cordis abscondita, quod absque voluntate et sciencia mea
cf. Exod. 34, 9. facta sunt hec, et innocens ego sum et immunis sceleris huius; populus autem iste dure[e] cervicis est et michi in presenti quasi incastigabilis'. Et ait rex: 'Vade quamtocius et castiga populum tuum, ut ab incepto errore sileant[f] et conquiescant; alioquin, per viventem Deum, ego castigabo eos hodie pro omnibus seculis'. Festinavit ergo[g] comes et, sedato populo, quasi post[h] horam reversus est. Iniitque cum[i] rege fedus, et trium dierum treugas inter se statuerunt, infra[k] quas restituerentur omnia hinc[l] inde ablata, et hoc sub[m] pena capitis et membrorum, fierentque communes iusticie secundum arbitrium discretorum. Cumque inter partes huiusmodi tractatus haberetur, proposuerunt Flandrenses ad excusacionem eorum, se multas ab Anglicis[n] passos iniurias, scilicet in direpcione bonorum, violacionibus uxorum et oppressionibus filiarum suarum, insuper in homicidiis multis et atrocissimis iniuriis; et quia equales emendas fieri non[o] sperabant, ideo armata manu processerunt, sic[p] ut saltem timore perterriti satisfacere cogerentur. Rex autem in arto positus, eo quod multi erant numero et presumptuosi valde, sciensque, e terra illa[q] nisi[r] de voluntate eorum sibi et suis facilem non patere egressum, sciens[s] etiam, contingere frequenter, quod

*ob populum multum crimen pertransit inultum,*

pacifice loquebatur[t] ad eos. Et data pecunia magna pro dampnis eorum et iniuriis, rever-
Mart. 16. sus est[u] in Angliam circa medium quadragesime[1]. . . . . . .

1299. Pax[v] inter reges reformatur; et rex noster duxit uxorem[2]. Anno
Iul. 7. Domini 1299, in festo translacionis beati Thome martiris venerunt ad regem Cantuarie nuncii a domino papa missi, episcopus scilicet Wincyanus[w, 3] et alii quidam[x] literati et persone solempnes; qui scilicet episcopus, homo valde literatus et eloquens, coram ipso rege et omni populo, sicut prius in Francia, sic et modo in Anglia ordinacionem domini pape inter ipsos reges, Francie scilicet et Anglie, dudum editam declaravit[4]. . . . Rogavitque regem ex parte domini pape, ut Iohannem Balliolum quondam regem Scocie custodie ipsius domini pape et nuncio, quem ad hoc specialiter ordinaverat, episcopo scilicet de Caumbray[y, 5], liberaret, et hoc non in Anglia, sed in partibus transmarinis duceretur et liberaretur ei; quod et factum est[5]. . . . . . .

Dec. 25. Mutacio monete. Eodem anno infra natalis sollempnia* prohibuit rex omnem mone-

*) *Cf. Continuationem libri Arnaldi filii Thedmari Lundiniensis a.* 1308. *desinentem ex ipsius codice, f.* 61, *saec. XIV in. scripto, ed. Stapleton, Liber de ant. legibus p.* 249:

Dec. 26. 1300. Apr. 9. Memorandum, ke le jour seynt Estevene, l'an 28. començannt, furent le crocars e le pollars apelés furent[z] criés a malle[6] parmi Engleterre, e coreurent jusces le weylle de pasce preseynsuant, la quele weylle furent defendu, ke mès ne corusent. La quele moné wint hors de Flandres, ke corut en la tere par 6 hans per Angleter a grant damaje de tout le reyume.

a) *ita C* 4; queque *B* 1; adipe ceterisque *B* 2; quibusque *edd.* b) illo *B* 2; *deest C* 4. c) vultum *B* 2. d) Deus *pro* enim — abscondita *C* 4. e) duri *B* 1. f) desistant et quiescant *B* 2. g) Festinavitque c. *B* 2. *C* 4. h) nonam *add. B* 2. i) f. c. r. *B* 2. k) inter *C* 4. l) et *add. B* 2. m) *deest B* 2; s. p. *des. C* 4. n) Anglis *C* 4. o) semper *add. B* 2. p) ut sic *B* 2. q) *deest B* 2. r) illa in vol. *B* 1. s) sciens — inultum *des. C* 4. t) loquebantur *B* 2. u) rex *add. Hearne.* v) *rubra deest C* 4. w) Vincianus *C* 4. x) quidem literate pers. s.; qui ep. *C* 4. y) *ita C* 4; Cawmbrey *edd.* z) *sic bis scr. c.*

1) A. 1298, Mart. 14, applicuit apud Sandwich; Rymer I, p. 889. 2) Margaretam, ad quod matrimonium 'suo nomine' contrahendum Edwardus I. Amadeum comitem Sabaudiae in Galliam misit; Champollion-Figeac I, p. 430. 3) Rainaldus Vincentinus; cf. Rymer I, p. 903 sqq. 4) Walterus legit tabulas ib. p. 906. 908. editas. 5) Hoc Iul. 18. apud Wissant factum esse, Rainaldus universis scripsit; ib. p. 909. *Anno* 1299, 22. *Iulii Bonohomini de Sublaco Cameracensi canonico* aliisque, *vicariis G[uidonis] episcopi Cameracensis, R. episcopus Vicentinus Iohannem de Baiolo tradidit. Actum Cameraci* habet tabula Vaticana ap. Stevenson, 'Documents of Scotland' II, p. 390. Cf. tabulas ab vel de Iohanne Cameraci datas ib. p. 392. 404. 6) *maille*, dimidius denarius; cf. La Curne et Favre, 'Dict. de l'anc. Franç.' s. v. et Munimenta Gildhallae Londoniensis, ed. Riley II, p. 187: *Breve regis Edwardi. 'Crocard e pollard du jour de nöel prochein ne courge forsqe pur maille, 2 pur un esterling. Le 25. jour de Novembre* [a. 1299]'.

tam alienigenam in terra sua, ne[a] ulterius pro sterlingo curreret[1]. Mercatores enim alieni- 1299. gene[b] introduxerant in Angliam monetas plurimas et pessimi metalli, pollardorum, crocardorum, scaldingorum[c], brabancium, aquilarum, leoninarum dormiencium et aliorum diversorum nominum; erantque omnes monete albe, pretendentes[d] argentum, et erant artificialiter composite de argento, cupro et sulphure, nec erat in quatuor ex eis vel quinque pondus unius denarii argentei[e]. Et ex precepto regis currebant duo ex eis pro sterlingo usque ad pascha; eratque pessimum seculum pro vili moneta, et fiebant[f] commutaciones plurime in 1300. Apr. 10. empcione et vendicione rerum. In pascha vero sequenti prohibuit[2] rex ipsas monetas ex toto, et tenuit excambium in locis plurimis, dabanturque ex eis pro uno sterlingo quinque vel sex, nec curabant homines[g] ex eis propter vilitatem monete. Et tamen infra annum revolutum, postquam experimento didicerant homines artem purgandi[h] metallum cum plumbo liquefacto cum eo in igne, valebant duo denarii[i] unum, iuxta verbum Catonis:

*Quod vile est carum, quod carum vile putato.* Dist. I, 29.

Fiebantque multi divites per excambium, qui monetam illam emerant in tempore vilitatis. Et postea rex fecit inquiri de talibus qui absque speciali licencia excambium fecerant et taliter mercati fuerant, et mulctavit eos pecunia magna. . . .[k] . . .

Anno Domini 1302. . . . Flandrenses[l] vicerunt Francos. Eodem anno Flan- 1302. drenses devicerunt Francos tribus vicibus in campo. Et comes de Arthoys[3], homo magni nominis, et senescallus Francie[4], una cum domino[5] de Neel et plus quam 40 vexillariis electis et innumerosa[m] plebe armatorum et peditum corruerunt in una die[6]; ceciditque flos milicie sue in eorum obprobrium sempiternum. Et adhuc ab incepto furore[n] noluerunt quiescere; rex enim, congregato excercitu copioso, perrexit ibidem cum 30 milibus armatorum in equis armatis preter alios equitantes et pedestres absque ullo numero. Et in anno sequenti 1303. corruerunt multi et retrorsum abierunt; inieruntque treugas ad tempus[7] et deteriorem partem semper habuerunt. . . . . . .

Causa[l] dissencionis inter regem et comitem. Causa et dissencionis origo inter regem Francie et predictum comitem[o] erat ista: Rex profecturus[p] in Hispaniam et subsequenter contra regem Aragonum inter ceteros magnates[8] vocavit ipsum comitem, ut 1284. servicium suum sibi faceret, quod ad guerram pertinebat. Comes vero discretus respondit, quod servicium quod debebat pro tuicione et defensione regni paratus erat facere infra limites eiusdem terre, sed extra regnum pro alienis terris conquerendis non tenebatur venire, ne forte preiudicaret sibi et heredibus suis. Iratusque[q] est rex, sed iram dissimulavit ad tempus; profectusque est contra regem Aragonum[9], qui erat bellator optimus, et non pro- 1285. fecit; perdidit enim ibi thesaurum suum, qui a predicto[r] rege inter abrupta moncium captus est, et multos milites, infectoque negocio reversus est cum rubore. Incepitque paulatim iniuriari[s] predicto comiti. Comes vero filiam[t] habens pulcherrimam, nomine regis Francie Philippi nominatam — quam Edwardus, filius regis Anglie, tunc[10] princeps Wallie factus, adamavit[11] et in uxorem duxisse voluit[u], dum tamen ad hoc patris sui animum posset[v] excitare —, 1294. venit ad regem Francie, ut placaret eum; et inter cetera dixit ei, quod filiam suam, cuius erat[w] compater, bene posset maritare, si vellet, cum filio regis Anglie, quia[x] dilexit eam. Cui ait rex in dolo: 'Nonne habes, comes[y], in terra mea duces, comites[z], principes et magnates, quibus eam[a] poteris maritare? Adduc eam ad me, eo quod filia mea spiritualis est, et ego eam de camera mea nuptui tradam sive ipsi filio regis sive alteri, de quo contentus eris'. Credidit ei comes et eam adduxit et regi tradidit cum honore[12]. Sed post recessum patris posita 1295.

a) *deest B* 1. b) alienigeni *B* 1. c) schald. *C* 4. d) precedentes *B* 1. e) *deest B* 2. *C* 4. f) flebant *B* 1. g) ex eis h. *B* 2. *edd.* h) pügg. *B* 1. i) *ita B* 1; denarium *B* 2; pollardi denarii iuxta *C* 4. k) *desinit B* 2. l) *rubra deest C* 4. m) universa *C* 5. n) errore *C* 4. 5. o) Flandrie *add. C* 4. p) pref. *B* 1. q) I. rex set d. i. suam usque ad *C* 4. r) r. p. *edd.* s) murmurare *C* 4. t) h. f. *C* 4. u) noluit *B* 1. v) e. p. ad r. F. v. *C* 4. w) esset *C* 4. x) qui *C* 4. y) *deest C* 4. z) *deest edd.* a) p. e. *C* 4.

1) Statutum *De falsa moneta* datum erat a. 1299, Mai. 15; 'Stat. of the Realm' I, p. 131. 2) V. mandatum Mart. 26. ap. Rymer I, p. 919, quo *ordinatio nupera, quod denarius pollardorum et crokardorum curreret pro obolo,* abrogata est. 3) Robertus. 4) Iacobus de Châtillon. 5) Radulfo. 6) Iul. 11. apud Courtrai. 7) Cf. Le Glay, 'Hist. de Flandre' II, p. 287. 8) Quos a. 1284. convocavit Philippus III, quocum Walterus Philippum IV. confudisse videtur. 9) Petrum; a. 1285. 10) Demum a. 1301. 11) Hic tunc erat puer 10 annorum; re autem vera Edwardus I. Antonium episcopum Dunelmensem, ut Edwardum filium Philippae Flandrensi matrimonio coniungeret, misit in Flandriam a. 1294, Iun. 20; Rymer, Foed. I, p. 803. Haec omnia poetico modo exornata, minus accurate narrata esse, vix est quod moneam. 12) Potius obsidem eam dedit.

1295. est sub arta custodia, ita quod loqui non poterat cum Flandrensibus, immo evacuavit eos[a]
a curia sua. Quod audiens comes, turbatus est, et primo quidem per literas, demum per
semet ipsum rogavit, ut micius ageretur cum ipso et cum eadem; responditque[b] ei rex,
rigide improbans[c] ei de auxilio non prestito, et quod in sedicionem suam filiam maritasse
voluit[d] filio regis Anglie, qui erat sibi tunc inimicus capitalis. Et recessit comes iratus; et
extunc vexare eum[e] cepit rex in quantum potuit. Comes vero non videns aliud reme-
1297. dium, associavit se regi Anglie et omnes Francos eiecit de terra sua; et[f] prestitit ei rex
suum auxilium, sicut superius continetur. Post cuius recessum[g] venerunt ad predictum
1300. comitem dominus Karolus[h], frater regis Francie, et comes de Arthoys, inducentes eum verbis
pacificis, quod cum eis veniret Parisius sub spe concordie faciende, et iuraverunt ei et in
fide milicie promiserunt, quod, si concordari[i] non possent, extunc salvum eum reducerent
in terram suam, in eundem locum unde[k] eum[l] abduxerant. Credíditque et abiit cum eis;
et a rege dolose[m] retentus[n] est et incarceratus. Quod videns frater regis, qui eum in fide
susceperat, nec liberare eum valens, perrexit iratus a fratre suo, ad curiam properans, ut
1302. absolucionis beneficium [de[o] iuramento fracto] consequi mereretur; ubi a papa Bonefacio
unctus est in regem Cicilie[1], ut contra regem Aragonum causam et statum Romane ecclesie
1303. prosequeretur. Qui multa expendit in posterum, sed parum profecit, et demum reversus
1302. est ad fratrem[p] sine regno. Retento itaque comite[2], filii eius[3] insurrexerunt pro eo, et
prosperatum est negocium in manibus eorum, sicut supra patet. Et post annos paucos[4],
1299. cum ordinasset papa Bonefacius pro bono pacis maritagium regis Anglie cum sorore regis
1306. Francie[5] et [filii[q] sui predicti[6] cum filia regis, quam non dilexit, mortua est predicta filia
comitis in domo regis Francie et], ut dicebatur[r], veneno[7] extincta, ne duceretur[s] in poste-
rum a[t] filio regis Anglie, qui dilexit eam.

1303. De[u] gestis Bonefacii pape, et quomodo thesauros perdidit. Anno
Domini 1303. obiit papa Bonefacius, qui inter cetera bona eius opera que fecit ordinavit
1298. et fecit sextum librum Decretalium[8]. Ordinavit eciam, quod omnes sanctimoniales[v] in
domibus suis recluderentur per locorum diocesanos, ita quod certa septa a suis monasteriis
non excederent. Disposuerat etiam ordinasse duas tantum regulas permansuras, beati sci-
licet Augustini et sancti Benedicti, et omnes ordines, etiam fratrum Predicatorum et Mino-
rum, ad illos duos ordines reduxisse, abhominabatur[w] enim tot ordines esse mendicantes[x].

Fratres[u,9] pecierunt possessiones. Verum Predicatores et Minores, sibi pro-
videre volentes in futurum, instabant apud eundem papam multociens et cum instantia et
promiserunt se dare pre manibus multa milia auri et argenti copiosi, si permittere vellet
papa et specialiter dispensare cum eis, quod possessiones et redditus extunc possent ad-
mittere de dono et largitate conferre volencium, ex quibus honeste vivere possent, et sic
non oporteret de cetero cum rubore mendicare. Dissimulavit autem papa usque ad tempus,
et tandem excitatus, quesivit ab eis, utrum totam pecuniam haberent in curia paratam? Et
responderunt, quod sic. Et papa: 'In quorum manibus consistit pecunia?' Et responderunt:
'In manibus talium mercatorum', et nominaverunt eos. Statimque iussit vocari mercatores
in presencia fratrum et illos exspectare fecit; qui cum venissent coram papa, confitebantur
requisiti, se tantam habere summam nomine fratrum Predicatorum. Et statim papa seque-
stravit eam, dicens, illam esse suam, et fratres mendicantes proprium habere non posse;
et sic evacuavit eos, pecunia perdita[y].
1303. [Hic[z,10] etiam Bonifacius Albertum regem[a] Alemanie per prelatos et principes Aleman-

a) rex *add.* *C* 4. b) respondit *C* 4. c) improperans *Hearne.* d) noluit *B* 1. e) c. e. *C* 4. f) venit rex noster ei in a. suum *C* 4. g) recursum *C* 4. h) Karliolus *B* 1. i) concordare *C* 4. k) ubi *C* 4. l) *ita B* 1. *C* 4; *deest edd.* m) doloso *B* 1. n) *ita B* 1. *C* 4; detentus *edd.* o) *ita edd.*; de i. f. *des.* *B* 1. *C* 4. p) suum *add.* *C* 4. q) *ita edd.*; filii — domo r. Fr. et *des.* *B* 1. *C* 4. r) dicta filia comitis v. e. est, ne *C* 4. s) induceretur *B* 1; videretur *C* 4. t) asilio *C* 4, *ubi* regis — eam *des.* u) *rubra deest* *C* 4. v) sancte moniales *B* 1. w) abhominabantur *B* 1. x) mendicancium *C* 4. y) data *B* 1. z) *ita (ex D 1?) edd.*; Hic — revocaret *des.* *B* 1. *C* 4. a) regis *edd.*

1) Carolus, a Martino IV. a. 1283. rex creatus Aragoniae, quam a. 1294. dimiserat, a. 1302. a Bonifacio VIII. nomen imperatoris orientalis adeptus, eum et Carolum II. Neapolitanum contra Fridericum regem Siculum, fratrem Iacobi regis Aragoniae, adiuvit. 2) Scil. Guidone Flandrensi. 3) Iohannes et Guido. 4) Ordinem temporum perperam invertit noster. 5) Margareta. 6) Edwardus II. Isabellam duxit demum a. 1308. 7) Cf. Le Glay l. l. p. 321. 8) Potthast nr. 24632. 9) Eandem relationem exscripsit Walterus quam Westmonasteriensis supra p. 494. 10) Ex eodem fonte e quo Minorita Anglicus, SS. XXIV, p. 255, hausit haec fortasse proveniunt.

nie in imperatorem electum confirmavit[1] cum[a] in regem Romanorum; et a procuratoribus 1303. suis iuramentum receperat fidelitatis, et quod alienata de imperio revocaret].

**Deposicio[b] cardinalium.** Hic etiam Bonifacius duos cardinales de Columpna, 1297. Iacobum scilicet et Petrum, nepotem Iacobi, propter eorum demerita deposuit[2] etiam usque in[c] quartum gradum et pronunciavit[d] eos esse scismaticos, eo quod imaginati[3] fuerant in mortem ipsius. At illi, congregatis excercitibus, persequebantur[e] se[f] et suos et everterunt castra suorum ubi[g] poterant. Habebant etiam[h] quendam nepotem[4], militem potentem et strenuissimum, qui in vigilia nativitatis beate Marie venit Ananiam[i] cum excercitu copioso, 1303. Sept. 7. ubi erat thesaurus pape a multo tempore reconditus in tutissimo pallacio, et erat ibi tunc dominus papa. Hic conspiravit et convenit cum optimatibus civitatis eiusdem sub spe[k] participacionis futuri lucri, quod non resisterent ei ad introitum neque exitum; et iurarunt ei. Ingressusque est civitatem quasi summo mane et insultum fecit pallacio usque post horam nonam; appositoque igne combussit portas pallacii et potenter ingressus est; cesisque[l] hinc et inde aliquibus, cepit papam Bonefacium et thesaurum copiosum. Cumque participare nollet, ut convenerat, conclamabant optimates ad plebem, dicentes[m] se esse deceptos, et si abduceretur papa sic, verteretur in proverbium et cederet eis et heredibus cf. Ier. 24, 9. suis in obprobrium sempiternum. Cucurreruntque[n] ad arma, et irruentes in eos fortiter, extra civitatem eiecerunt, rapueruntque papam; et dispersus est thesaurus hinc et inde; restitueruntque papam in locum suum et confortatoriis verbis loquebantur ei, ut non timeret. Qui, reassumpto tandem spiritu, benedixit eos[o] et glorie et fidelitati eorum gratias egit immensas. Exposuitque eis causam, quare thesaurum[p] congregaverat, pro negocio[q] scilicet Terre Sancte promovendo, quam per se vel per potentem[r] excercitum proposuerat visitasse in proximo; rogavitque cum instancia, ut eum Romam salvo[s] conducerent[t] pro sua et benedictione Dei. Feceruntque quod iusserat et eum potenter et cum honore duxerunt. Successitque dolori infirmitas, et post dies paucos ibidem requievit, scilicet 13.[5] die Octobris. Oct. 13. Cui successit papa Benedictus XI, de ordine fratrum Predicatorum assumptus. . . . . . .

Anno Domini 1304. . . . Eodem anno misit rex Francie ad regem nostrum, dicens, se 1304. ad ipsius instanciam et rogatum Scotos eiecisse de terra sua, et rogans cum instancia, ut consimiliter faceret[u] cum hostibus suis Flandrensibus. Fecitque rex quod rogaverat et forbannivit[6] eos in festo sancti Iohannis baptiste, sed sub colore, ut creditur, quia cito reversi Iun. 24. sunt. . . . . . .

Eodem anno Flandrenses devicerunt Francos in prelio in crastino nativitatis beate[v] Sept. 9. virginis[7], et corruerunt multi, abiitque retrorsum ipse rex. . . . . . .

**Papa[b] Benedictus moritur, et alius eligitur, qui excusavit se venire Romam.** Eodem anno obiit papa Benedictus XI. mense Iulii, vacavitque sedes propter Iul. dissencionem cardinalium. Erant enim 18 et equaliter diviserunt vota sua. Tandem vero post longam carceris inclusionem elegerunt in papam in anno sequenti archiepiscopum 1305. Burdegalensem[w, 8], qui diadema suscepit apud Lugdunum[x] in eodem anno, scilicet 1305, die dominica proxima post festum sancti Martini, presentibus multis cardinalibus suis, qui Nov. 14. ob eandem causam ibidem venerant, vocatusque[y] est Clemens XI.[9] Eodem autem die, cum ad ecclesiam beati Martini sic diadematus in equo duceretur, corruit quidam murus lapideus a latere vie, super quem multi ascenderant, ut viderent eum, et oppressit multos. Inter quos mortuus est comes Britannie[10], et Karolus, frater regis Francie, lesus est. Mansitque papa Burdegalis longo tempore[11] et creavit ibi novos cardinales quasi 18, pro eo quod quidam ex antiquis cardinalibus reversi fuerant Romam, ipso se[m] semper excusante,

a) *delendum.* b) *rubra deest* C 4. c) ad C 4. d) etiam *add.* C 4. e) pros. *B* 1. f) eum C 4. g) ubicumque C 4. h) enim C 4. i) Anivoniam C 4. k) specie part. eiusdem thesauri C 4. l) ceterisque *B* 1. m) *deest* C 4. n) concurr. C 4. o) eis C 4. p) c. t. C 4. q) negotiis s. T. S. promovendis C 4. r) potentum *B* 1. C 4; e. p. C 4. s) salvum C 4. t) et *add.* C 4. u) c. h. s. F. fac. C 4. v) Marie *add. Hearne.* w) Burdal. *B* 1. x) Lugenium C 4. y) voc. e. Cl. XI. *des. edd.*; vocatus C 4.

1) A. 1303, Apr. 30. 2) Potthast nr. 24513. 3) *To imagine* Angl. i. q. machinari. 4) Sciarram. De Bonifacio VIII. capto cf. supra p. 621 sq. 5) Potius 11. 6) Quod nunciavit Philippo, filio comitis Flandriae, Iun. 8, apud Rymer I, p. 963; cf. quae de navibus contra Flandriam praeparandis et de Flandrensibus expellendis mandavit Apr. 9. 10, ib. p. 961 sq. 7) Pugna apud Mons-en-Pevèle a. 1304, Aug. 18. commissa dicitur, in qua tamen postremo Franci vicerunt. 8) Bertrandum. 9) Potius V. 10) Iohannes. 11) Curiam Avinionem translatam fuisse, auctor nondum novisse videtur.

quod venire non poterat. Missisque a[a] Romanis principibus nunciis et remissis, semper excusavit se papa de non veniendo. Et quia ad propriam[b] sedem venire contempsit, censuerunt eum indignum Petri patrimonio frui; vixitque sic de pecunia extorta a confirmatis episcopis in curia. . . . . . . .

1307. Mart. Anno Domini 1306. . . . In eadem quadragesima tenuit dominus rex Anglie parliamentum suum apud Karliolum. . . . Venitque ibi cum magno apparatu cardinalis Hispanie[1] missus a domino papa. . . . . . .

Anno Domini 1307. . . . De morte regis Edwardi[c] . . . anno etatis sue 68. et regni sui 35[d].

Expliciunt[e] tres libri compilati a domino Waltero Hemingburght canonico de Gyseburne de gestis Anglorum ab adventu Willelmi Bastardi conquestoris usque ad mortem strenuissimi regis Edwardi primi post conquestum[f].

a) *deest C4.* b) *s. p. C4.* c) *ita B1. C4;* primi *add. ed.* d) Finis *add. et desinit B3.* e) *haec habet B1 solus.* f) *desinit B1; pergunt C. D.*

1) Petrus episcopus Sabinensis.

# EX PETRI DE LANGTOFT CHRONICO RHYTHMICO.

*Petrus de Langtoft*[1], *ex Anglia*[2] *septentrionali*[3] *oriundus, ante a.* 1293.[4] *canonicus regularis in prioratum Bridlingtoniensem receptus est.*

*Praeter alia carmina*[5] *historiam Anglicam a Bruto ad Edwardi I. mortem 9000 fere versibus Gallicis, quorum lingua metrumque corruptissima*[6] *Anglicum produnt poetam, secundo saeculi XIV. decennio*[7] *perfecit. Ut Edwardi I. gesta scriberet, a Scaffeld*[8] *quodam se inductum esse, ipse dixit. Fontes adhibuit Galfridum Monmouthensem*[9], *Vitam s. Edmundi*[10], *Willelmum Malmesburiensem*[11], *Henricum Huntingdoniensem*[12], *Ailredum Rievallensem*[13], *Historiam post*

1) Loco in comitatus Eboracensis parte orientali, haud procul a Bridlington versus occidentem sito; se ipsum I, p. 264. *Peres* [vel in codd. 6. 11: *Pieres*] *de Langetoft* [in cod. 6: *Langetost*], Robertus de Brunne eum I, p. CVI. *Pers of Langtoft, a chanon Of the hous of Brydlyngtoun* vocavit. 2) II, p. 344: *Nos Englays.* 3) Si non in Langtoft natus est, certe eius regionis sermo et homines ei noti erant; sancti quos invocat Cuthbertus, Iohannes, Willelmus in Anglia septentrionali colebantur. 4) Cf. ap. Raine, 'Hist. papers from Northern registers' p. 101. hanc tabulam: *I[ohannes] primas etc. . . . priori de Bridelington. . . . Cum frater Petrus de Langetoft, vester concanonicus, nuper finxerit mendaciter, quod versus partes australes de nostra licentia . . . sese transfert, vobis mandamus, quatenus ipsum . . . revocetis. . . . 4. Id. Iulii pontificatus nostri a.* 8 [1293]. Ut litteris studeret, eum monasterium reliquisse, censet Raine p. XXXIV. Parisios eum adiisse, quod arte metrica fere barbara usus sit, et memoria lapsus arbitrum a. 1264. Philippum pro Ludowico et Philippum IV. falso filium Ludowici (II, p. 140. 226) dixerit, dubitatur; sed inter ea commenticia quae ipse effinxit de regione et praeposito Parisiensi et de XII paribus locutus, episcopo regique Franciae vim lites Anglicas arbitrib [quale Ludovicus IX. a. 1264. protulit] decidendi attribuit I, p. 164. 166. 202. 436. 456. 466; cf. etiam p. 430: *Par saint Dynys de Fraunce.* 5) Quia in tres libros, quorum secundus a. 684, tertius a. 1272. incipit, opus divisit [cf. I, p. 266], qui separati in codicibus quibusdam inveniuntur, tria chronica et operis versionem Anglicam, quae iam recte Roberto de Brunne (v. infra p. 648) attribuitur, scripsisse olim dicebatur. — Vita s. Thomae Cantuariensis nescio qua ratione Petro ascripta sit; certe illius quam Michel, 'Chron. des ducs de Normandie' III, p. 461. edidit auctor Benedictus est. — Econtra dubitari nequit, quin Petro attribuenda sint carmina duo vero spiritu poetico afflata, alterum de Christo triumphante, alterum Virginis relationem de Filio passo continens, denique versio litterarum quas papa a. 1299. de Scotia sedi apostolicae vindicanda scripsit et epistolarum quas rex et magnates Angliae a. 1301. ei respondentes dederunt; nam oratio metrumque sunt eadem quibus Petrus in chronico rhythmico usus est, et carmina illa iam saec. XIV. aut scriba codicis 1 aut ipse auctor, epistolas (quae etiam in codice 2 exstant) scriba codicis 11 Petro attribuerunt. 6) Cf. P[aris] in 'Hist. littér.' XXV, p. 337. 348. 653; M[eyer] in 'Revue critique' a. 1867, II, p. 197; Suchier, 'Ueber die Matth. Paris zugeschriebene Vie de S. Auban' p. 7. 7) Edwardum I. [a. 1307, Oct. 27] sepultum esse, commemoravit et Walteri Gisburn. librum adhibuit. Sed fore ut Edwardus II. Robertum I. puniret, post cladem a. 1314. acceptam et inducias a. 1319. concessas sperare (II, p. 380) iam non potuit; accedit quod Margareta regina, quae a. 1318. obiit, et Edwardus II. superstites dicuntur II, p. 316. 368. 376. 8) II, p. 164: *De noster rays Edward Scaffeld [Schafeld* cod. 7*] li [scil. dan Pere] requist Recorder la geste.* 9) Prophetiam Merlini Latinam retinuit (I, p. 114. 266); versus inde exscriptos Ovidio attribuit I, p. 10; tamen auctorem quem Galfridus sine nomine laudat esse Gildam, ipse novit I, p. 232; Bedam p. 264. 278. laudavit, sed quae ab isto et Florentio Wigornensi relata habet ex recentioribus libris hausisse videtur; magistrum R. Wace non legit, immo scriba, qui codicem 2 retractavit, recte annotavit: *Le livere mestre Wace counte plus parfit* de Britonibus I, p. 264. 10) I, p. 312. 11) I, p. 308. 326; eum laudat I, p. 430. 12) Eum laudat I, p. 286. 290. 13) Bellum standardi I, p. 480.

*Bedam Dunelmensem*[1], *Rogerum de Hoveden*[2], *Chronicon Bridlingtoniense perditum*[3], *Walterum Gisburnensem*[4], *poemata Gestorum Romanensium*[5], *sui aevi multa cantica popularia*[6] *instrumentaque publica, quae, quamvis Anglico vel soluto sermone*[7] *composita essent, vel integra vel partes eorum posteritati solus servavit.*

*Priores quidem operis partes ad historiam cognoscendam nullius sunt pretii; nam praeterquam quod quosdam auctores ne minima quidem fide dignos*[8] *secutus est, Petrus ipse, erroribus commissis*[9] *et narratione flosculis inanibus*[10] *ornata, sua quasi caligine veritatem obduxit. Etiam annales* 1272—1293. *breviter tantum perstrinxit*[11]. *Posteriores autem res sibi visas vel e litteris tabulisque publicis collectas vel ab illis suae provinciae clericis, quos saepe praedicavit*[12], *auditas ample et distincte, fortasse ex schedis iam ipso quo gestae sunt tempore praeparatis*[13], *descripsit. Ne longiora quidem diplomata*[14] *in metrum suum vertere aspernatus, eo tantum narrationem exornare studuit, quod interdum orationes dialogosque inseruit vel de quibusdam rebus, tamquam si earum exitum nondum nosset*[15], *se spe vel timore commoveri finxit*[16]. *In hostes quidem, imprimis cum in Eboracensi regione viveret, in Scotos, de quibus permulta alibi haud relata tradidit, vehementiori odio captus erat*[17], *de Anglorum autem litibus et contentionibus publicis satis integro ac libero animo subtiliter iudicavit. Quamvis enim libertati ecclesiasticae popularique faveret, ad bella, ut Britannia tota*[18] *et Wasconia Angliae subiicerentur, fortiter*[19] *gerenda a magnatibus regi tributa*[20] *servitiaque*[21] *non esse neganda censuit; atque quamvis Edwardum I. admiraretur*[22], *eum qui 'perambulationem forestae' promissam differret*[23], *chartas libertatum confirmare nollet*[24], *alios errores committeret*[25], *aperte vituperare ausus est. Cuius negotiorum publicorum, praecipue foederum cum principibus exteris ictorum, summum auctorem Antonium Bek merito laudavit*[26].

*Angli saec. XIV. Petri opus quanti aestimarint, apparet ex eo, quod iam a.* 1338. *in versus Anglicos a Roberto Mannyng, canonico de Brunne*[27], *poeta*[28] *non aspernando, versum*[29] *et multoties transscriptum est.*

1) I, p. 420. provenit ex hac Hist. in Rog. Hov. ed. Stubbs I, p. 120. 2) II, p. 36 sq. 3) A. 1209; cf. supra p. 631. 4) V. a. 1207. 5) *Havelok* (I, p. 318; cf. Skeat, 'Lay of Havelok' p. v); *emperour Octavyan* (pro Ottone I. p. 322); *Guy de Warwik sun livre* (p. 332); *Amys* (p. 466); *Amadas* (II, p. 316); *livre dam* [Falconis filii] *Waryn* (p. 372); ex 'chanson d'Antioche' nomen *Statin le Nasé* (II, p. 70) provenisse censet Paris l. l. p. 345; de Ricardo I. (v. excerpta p. 652) idem carmen Gallicum perditum legisse videtur quod Walterus Gisburnensis (supra p. 628) laudavit. 6) II, p. IX. 222. 234. 244. 248. 252. 254. 260. 264. 266. 364; ab a. fere 1294. 7) II, p. 192. 8) Fere tertia totius operis pars nihil continet nisi Galfridi commenta in versus Gallicos redacta. 9) Cf. de rebus Anglosaxonicis confusis Wright I, p. XIX. 10) Etiam nomina invenit vel aliunde transposuit, ut versus impleret. 11) Fere 350 versibus. 12) V. inter excerpta p. 653, l. 39. 656, l. 8. 13) Velut a. 1296. ordinem temporum quibus singulae res gestae sunt tam accurate memoria sola retinere non potuisset. Eo fere tempore Petrum opus incepisse, ex eo concluserim, quod in libri tertii prologo, ad a. 1273. res inde usque ad a. 1296. gestas quasi uno conspectu complectitur. 14) II, p. 16. 15) V. infra p. 656, l. 9; II, p. 308. 16) Etiam quaedam adhuc se ignorare, ea causa (velut II, p. 336) dixisse videtur, ut auditorem expectatione erigeret. 17) II, p. 220: *Escoce sait maudite et ad deable Gales!* Monet II, p. 326, ne rex hostium misereatur. 18) II, p. 266. 19) Antonius Dunelmensis Edwardum I. in Gallos stimulans II, p. 202. introducitur: *Ne dormez pas cum moyne!* 20) II, p. 214: *vaut melz doner argent ke vivre cum chaitif*, scil. ab hostibus dependens; cf. p. 278. 21) II, p. 292. 22) II, p. 378. 23) II, p. 320. 326; cf. Stubbs, 'Constit. hist.' II, p. 148 sqq. 24) II, p. 330 sq. 25) Edwardum, qui 'terras regis' nobilibus effundere nollet, tanquam minus largum reprehendit (II, p. 216. 296. 326 sq.), aura 'feodali' motus. 26) II, p. 200: *Ore aidez, Auntoyne, e overez sagement! En ço cas sanz tay ne gist amendement;* cf. p. 198. 202 sq. 260. 292. 296. 27) Bourne in Lincoln com. 28) Cf. ten Brink, 'Engl. Litter.' I, p. 372. 29) Ed. inde ab a. 689. Hearne, 'Peter Langtoft . . . improv'd by Robert of Brunne' 2 voll. Oxoniae 1725 (iterum a. 1810); alteram editionem (cur. Furnivall in Rotulorum serie a. 1887) nondum vidi. Robertus historiam Britonum ex Wace sumere maluit (ed. Hearne I, p. XCVIII); haud raro Petri verba male intellexit.

*Codices adhibiti sunt hi:*

*1) Musei* Britannici *Iulius A V*[1], *f.* 3, *mbr., in provincia Eboracensi diversis manibus saec. XIV in. vel medii non sine mendis exaratus est et versibus aliquot, qui omissi sunt, caret*[2]. *Qui fundamentum editioni praebuit.*

*2) Musei* Britannici *Regius* 20 *A XI, f.* 1, *mbr., saec. XIV med. vel ex*[3].

*3) Musei* Britannici *Regius* 20 *A II, nr.* 2, *saec. XIV in. vel med., a.* 1306. *abruptus est.*

*4) Collegii Armorum*[4] Lundiniensis *nr.* 61, *mbr., olim Sheldonii, opus multis locis in breve redactum exhibet*[5]. *Codices* 2. 3. 4 *ex libro perdito qui non fuit autographus transscripti videntur.*

*5) Collegii Armorum* Lundiniensis[6] *Arundel nr.* 14, *f.* 133, *saec. XIV, praebet librum tertium solum*[7], *ab alio auctore retractatum*[8].

*Ex his codicibus Thomas Wright 'The chronicle of Pierre de Langtoft' Lond.* 1866. 68. *in Serie rotulorum* 2 *voll.* 8°. *edidit*[9] *et in linguam Anglicam vertit. Haec inde excerpta iterum cum* 1 *contuli, numeros paginarum tomi II. editionis Wrightianae in margine adscripsi. Contextum V. Cl. A. Tobler benigne perlegit.* *F. L.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Felippe devers Gene[a] sun hoste fet aler; 1190. p. 38.
Richard a[b] Marsil passa[c] saunz targer. cf. Rog. Hov.
Hokes[10] kant devaynt tromper[11] a[d] manger,
Bataunt[12] de Cecille[e] vint un[f] messager;
La lettre la räyne de Cecille va doner p. 40.
Al ray[g] Richard, sun frere, et[h] le va counter:
'Mort est le ray William, ke solait[i] regner
En Cecille of[13] Jone, sore[k] le rei[l] Richer;
Et ke[m] counte[n] Tancrede, combataunt chuvaler,
Cosyn le ray William, se fist coruner
Et Jone la räyne en prisoun[o] fist garder'.

a) Geuen 3. b) de Marsilie 3. c) passe 3. 4. d) al 4. e) Cetille 1 *saepe.* f) *deest* 2. g) *ita* 3. 4; *deest* 1; Au rei 2. h) ele 3. i) la *add.* 2. k) soer 3. l) rey 3; riche 1. m) le *add.* 1. n) counqe 2; count 3. o) la *add.* 1.

1) Hic codex reliquis eo praestat, quod continet Merlini prophetiam Latinam; cf. supra p. 647, n. 9. 2) Rubrae, spatio eis inserendis relicto, multis locis desunt; quarum certe quaedam auctori debentur; cf. infra p. 650, l. 9. et II, p. 176: *L'an est temöyné en la rubriche avaunt,* ubi in 2. 3. rubro praescribitur: *A. D.* 1292. Hic codex continet carmina supra p. 647, n. 5. indicata. 3) Continet litteras ib. indicatas; cf. etiam ib. n. 9. 4) 'Herald's Office'. 5) Scriba haec de se ipso operi finito subiunxit: *Jon, qe l'escrit, ordre porte de prestre; Le vikere de Atlyngflete* [Adlingfleet in Eboracensis comitatus parte occidentali] . . . *Le pria de l'escriver.* 6) Codici 1 postponendus est, nam loco supra p. 647, n. 8. laudato habet *uns amis* pro *Scaffeld.* 7) Etiam codices 7—9. 18. ab Edwardo I. incipiunt. 8) Praeterea exstant hi codices: 6. Parisiensis 'Fonds français' 2154, mbr., olim Austis, in Anglia exaratus, continet duos contextus, scil. f. 1 sqq., saec. XIV ex., a. 683—1296. et f. 41 sqq., saec. XIV med., integrum opus; 7. Cantabrigiensis Universitatis Gg I 1, f. 328, saec. XIV in. vel med. (cf. Meyer in 'Romania' XV, p. 313), incipit a. 1273; 8. Oxoniensis Bodleianus Douce nr. 120, f. 61—64, saec. XIV, fine mutilus, continet a. 1273—1293 (cf. M[eyer] in 'Bull. de la soc. des anc. textes français' [1878] IV, p. 140); 9. Oxoniensis Bodleianus Fairfax 24, non perfectam continet historiam Edwardi I; 10. Lincolniensis cathedralis ecclesiae nr. 18; 11. Savileanus nr. 44 (cf. M[eyer] in 'Revue critique' a. 1867. II, p. 199), continet etiam litteras supra p. 647, n. 5. indicatas; 12. Savileanus nr. 28, saec. XIV (cf. ib.); 13. Musei Britannici Vitellius A X, f. 138, continet a. 1189—1272; 14. et 15. Musei Britannici Harleiani 202, s. XIV, imperfectus et 114, mbr.; 16. Oxoniensis Bodleianus nr. 637, f. 76, saec. XIV; 17. Cheltenhamensis nr. 25970, ad a. 1300. perductus; 18. Oxoniensis Collegii Omnium Animarum nr. 39, f. 87, saec. XIV in., continet a. 1273—1296, desinit II, p. 258. 9) Antea excerpta dederant Michel in 'Chron. Anglo-Norm.' I, p. 127: a. 1066—1135. ex codd. 1. 2. 3. 6; Th. Wright in 'Political songs' (a. 1839) p. 273. 390: a. 1294. ex codd. 1. 2. 3. 7; 'Histoire littér.' XXV, p. 340 sqq.: frustula quaedam ex cod. 6. 10) Mense demum Augusto Ricardum I. de Willelmi Siculi morte certiorem factum esse, vix crediderim; poeta fortasse nuntium ad narrationem exornandam introduxit. 11) Tuba canere. 12) Festinans. 13) Cum Iohanna.

1190. Pur quai le ray Richard se comence[a] coroucer[1];
Ses busces[2], ses galayes fet[b] tost aprester
Et pense al primour sa soer deliverer.
Avys[c] ly est, k'il ad genz dount conquester[3]
Cecille sur Tancrede et vaindre[d, 4] sun pöer,
Si par pees ne voylle en resun acorder.

[Anno[e] Domini 1190. rex Ricardus transfretavit versus Terram Sanctam].

Rog. Hov. Aug. 7. Le seme[f] jour en[g] August[h] de l'an entytelé[i]
Le bon rays Richard est en mer entré,
Tost s'en va vers[k] Gene[l], ou il ad trové
Le ray Phelippe de Fraunce malade en lyt coché[5].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 42. ib. Le ylle[m, 6] de La-Baniare[n], ke un paen avait[7]
Et tynt des cristÿens pur rentes[o] k'il donait,
Conquist le ray Richard; le paen[p] en chascayt;
Cel ylle a sa soer of gardaÿns assignait[5].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 44. cf. ib. Et dist[8]: 'Le ray Tankrede m' ad fet verrayment
Taunt cum fere devait[q], de kaunt ke a may appent[9];
Més a tay[10], moun frere, respoundre ly covent
p. 46. De un graunt pavillyoun de ryche atyffement[11],
De une table de or, de[r] tresteles[12] ensement,
De vessal argentays, endorrez richement,
Dount[13] servir l'emperour a sun parlement[5]'.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1191. p. 84. cf. Walt. Gisb. Ore est la vile de Acre par Rychard saysÿe,
Sa baner en la thour en signe de mestrïe.
Le ray Phelippe de Fraunce ouf[s] sa chuvalerÿe
Il boute sa baner; nul ly countredÿe.
Le duk de Austrice i vent et[t] sa banere desplÿe,
La boute en une thorele cum homme de compaynÿe,
Ke fust al assaut de crestÿen partÿe.
Le ray Richard en[u] taunt ne se paye[v, 14] mÿe,
Fet venir le duk, demaunde par hatÿe[15]:
p. 86. 'Coment teens[w] tu ta terre, de ky seygnurÿe?
Et pur quay ta baner as boté par mestrïe[x]
Entre baners as[y] rays, saunz avouuerÿe[16]?'
'Sir[z] rays', dist le duk, 'pur veirs le vus dÿe:
Jo suy cy venuz en crystÿene vÿe[17],
Destrure a moun pöer la mescreauncÿe[a, 18];
Et, sire, si vus[b] plest, jo tenk ma ducherÿe
De Deu et de saint Pere par lour garauntÿe'.
'Sire duk', dist le rays[c], 'par le fiz Marÿe,
Si tu n'as seygnur, ta terre ert altrÿe[19]'.

a) comenca 2. 4. b) fist 2; tost fet 4. c) *pro hoc et seq. versu habet* 4: Et Cecylle sur T. par poer conquester. d) veincre 2; veindre 3. e) *rubr.* 2. 3; *linea vacat* 1. f) seine 1. *ed.* g) de 3. h) Aust 4. i) entillé 2; en titelé 3; encyclé 4. k) en 2. l) Genen 4. m) ydle 3. n) La-Ramare 1; Albemarle 3. o) *ita* 2; *deest* 1; rent 3 4. p) les paens 3. 4. q) doit 2. r) des trestels 3. 4. s) od 2; ou 3. 4. t) *deest* 2. 3. u) de 2. v) s'apaia 2; paia 3. 4. w) tienes ta tere 2. x) meste 1. y) des 2; au 3; al 4. z) Sire *legendum*. a) mescreauntye 1. b) le vous 3; s'il vous 4. c) dit Richard 2.

1) Error; Iohanna liberata, ut dos eius solveretur, Ricardus Siculos aggressus est. 2) Naves. 3) Cf. SS. XXVII, p. 77, n. 4. 4) Vincere eius (Tancredi) potestatem. 5) Etiam quae sequuntur e Rogero Hov. proveniunt. 6) Error. 7) Potius monasterium erat. 8) Iohanna. 9) Pertinet. 10) Ricardo I. 11) Apparatus, ornamenti. 12) 'Stützböcke, tragegestelle', hodie 'tréteaux'; *tripedes sub mensa* Rog. Hov., SS. XXVII, p. 118. 13) Quae hoc versu dicuntur adinvenit poeta. 14) 'Gibt zufrieden'. 15) Irate. 16) *auctoritate* Walt. Gisburn. 17) Vita. 18) Rem infidelium, 'heidenschaft'. 19) Alius possessio.

Après orrez, quel mal avynt de cel[a] envye[1]. 1191.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Le ray Phelippe[b] s'en va par mer vers Lumbardye, p. 96. cf. Walt. Gisb.
Repaire en sun päys pur sa maladye,
Et le duk de Austrice[2] en la compaynye.
Le ray Richard demort of[c] sa[d] chuvalerye.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Sun host en trays escheles[3] tost ad[4] devysé. p. 98. ib.
Sire Jakes de Avennes[e], chuvaler esprové,
De gentil norture[f, 5] et[g] noble[h] parenté,
De pruesce en fet, de[i] drait verité,
De vigour en bataille, de sen avysé —
Paringal[k] ne avait en terre ou fu nee —,
De la[h] primere eschele pur Deu ad prïé;
Le ray Richard l'ottrye[l, 6] pur sa graunt bounté;
Et[m] cyl du ray Richard pur tuz jours prent congé.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Sire Jakes de Avennes, verray peleryn[n], p. 100.
Se signe[o] de la croyce et prent sun chemyn
Sur la primere eschele, cum leverer[p, 7] sur mastyn.
Deus fez passa parmy et du braund[q, 8] asceryn
Tua paens saunz noumbre; més Calaphés Duryn[9]
Coupa la jaumbe destre; sir Jakes a l'houre s'enclyn[r, 10]
Et dist: 'O ray Richard, je suy tun cosyn:
Le[9] ray Henri, tun pere, en chastel Constantyn[s]
Engendra ma mere[11] sur dame Avelyn p. 102.
Countasse de la Marche[12]. Pur Deu et saint Martyn,
Venez venger ma mort sur ço Sarazyn!'
Jakes de rechef de l'espeye[t] Colonyn[13] cf. ib.
Assene[u, 14] sir Kalaphé[v, 9], aval du paitryn[w, 15]
L'enböela[16] par my; pur veir, en la fyn
Sire Jakes perdist les[x] braz; et l'endemayn matyn
Fu sun[y] cors trové près du cors Baudewyn,
Frere de l'Hospital, fiz le quens Paulyn,
Seygnur de Morayn[z] et du Mount Moryn.
Kaunt le ray savayt, sire[a] Jakes fu tüez,
Vers le floum s'en va cum home forsenez[17].

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Ne[18] say coment après, ne par quel resoun p. 114. 1192.
Le ray lessa ses genz, tuz[b] en tapisoun[19]
Ala devers Austrice[c] a sa confusioun,

a) cele 2. b) Philipp de Fraunce par mere 3. c) ouf 3; oue 4. d) la 3. 4. e) Aucunes 1. 4; Avenne 2; Acunes 3. f) nureture 2. g) de 2. 4. h) *deest* 2. i) en drayt 3. k) Parigal 3. 4.. l) R. otrie 2. m) *hic versus deest* 4. n) pelryn 1. *ed.* o) *ita* 2. 3. 4; seygna 1. p) *ita* 2. 3; lever 1; leverere 4. q) brank 3; braunt 4. r) *ita* 2. 4; se clyn 1. s) Costantin 2. t) de espey 3; d'espeye 4. u) Assena 3. 4. v) Calaphes 3; Calephe 4. w) peitrin 2; patryn 1; paytrin 4. x) le 4. y) le corps 2. z) Morian 2. 3. 4. a) qe 4. b) *deest* 2; e *add.* 2. 4. c) Ostr. 2.

1) Etiam de contentione inter Philippum et Ricardum habita eodem modo quo Walter Gisburn. narrat. 2) Haec nec Walter Gisburn. hoc loco Will. Neuburgensem secutus nec ullus alius Anglus novit, sed Magnus Reichersperg., SS. XVII, p. 518, et Cont. Claustroneoburg., SS. IX, p. 618, tradiderunt. 3) Ordines, acies. 4) Ricardus I. prope Arsuf. 5) 'Zucht, Schlag'. 6) Concedit. 7) 'Windhund über Hofhund'. 8) 'Brand, schwert'. 9) Haec adinvenit Petrus aut auctor *liver enromauncez*, quem infra p. 652, l. 12. laudat. 10) Inclinatur. 11) Mathildis, Iacobi mater, erat filia Henrici comitis de la Roche et Alidis comitissae Hanoniensis; cf. Geneal. Bolon., SS. IX, p. 301; Gisleb. Han., SS. XXI, p. 511. 12) More poetarum Romanensium Petrus saepius amoribus inventis nominibusque excogitatis narrationem exornat. 13) De *gladiis Coloniensibus* v. supra p. 218, l. 33. 14) 'Trifft'. 15) Sub pectore. 16) 'Stach ihn in die Eingeweide'. 17) Iam *forcené*. 18) Haec ex Rog. Hoved. vel Walt. Gisburn. haurire potuit poeta. 19) Occulto, permutato habitu.

1192. Espyaunt a tort autry possessioun,
Ne coment en Austrice par procuratioun
Fu pris sodaynement et tenuz en prisoun;
1193. Quel avoyr[a] fu doné pur sa redempcioun;
Coment l'apostoyle dona sa maliçoun
Sur tuz ke ly pristrent ou par consensioun[b]
Furent al counsail de sa capcioun.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 120. Des fez al[c] ray Richard cel houre[1] et altre fez
p. 122. Kaunt a chuvalerye ne say[d] la veritez.
Ky les volt saver, ou[e] il[f] sunt recordez,
Voyse et lyse[g] sun liver, ke est enromauncez[h, 2],
Et la purra trover tuz les propretez.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 128. 1207. Walt. Gisb. Les clers de la provynce[3] ad[4] taunt malmenez,
Les moynes de Caunterbyre enchacez hors du sez,
Al[i] Brabauns en garde l'encloystre[k] ad[l] donez[m].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 130. Chron. Bridl. Taunt cum la guere durait en tel[n] enterdit[5],
1209. William ray d'Escoce sa fylle esposer fist
Al counte de Boloyne, ke par amur[o] la prist[6].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 132. La pape de lur[7] errour avait graunt pytez,
1211. Pandolf[8] et Duraunt[9], ses legaz, ad maundez[p].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Pandolf repaire a Rome ne pas[q] saunz ryche doun.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Walt. Gisb. Deus fiz et deus fylles[r] le ray Jon avayt:
1216. Henri fu[s] le aynez, ke après ly regnayt;
Rychard le punez, ke eluz estayt
1257. Ray de Alemayne et la coroune rescayt;
Isabel sa fillye, ke nul enfaunt portayt[10],
1235. L'emperour Frederyk pur veir l'esposayt[t].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 134. 1236. Covent ke nostre rays[11] par tens sait maryé;
ib. Le counte de Provence sa fylle l'ad doné,
Helyanore ad noun, de gentil parenté,
Plus bele creature de la ne fu trové.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 142. 1264. Taunt[u] cum sire Edward[12] entur le char[13] estait,
ib. Symon de Mounfort descomfit avayt
La partye le rays, le dragoun avalait[14];
Le ray de Alemaynne prisoun[v] demorayt.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ib. Sire Edward, fiz le rays, de gré se monstrayt
Hostage pur sun pere, le[w] counte[15] le resceit;
Ausint pur sun pere[16] sun nefu[x] fesayt,

a) Qe il avait 3. b) contencioun 3. c) le 2. 4; *deest* 3. d) sai les 2. 3. 4. e) *deest* 1; u 3. 4. f) *deest* 3. 4. g) V. lise 4. h) en Romancez 3. i) A 4. k) le cloistre 3. l) ount 1. m) done 2. 3. n) cel *ed.* o) amurs 3. 4. p) menez 2. q) passe sanz 2. r) fitz IIII feylles 3. s) H. son fitz a. 2. t) esposait 4. u) Kant com 3. v) en prison 3. w) le count — s. pere *ex* 2. 3. 4; *des.* 1. x) newen 3. 4.

1) Versibus praecedentibus de proelio apud Gisortium a. 1198, Sept. 28. commisso refertur. 2) In Gallicum versus; cf. infra p. 664. 3) Cantuariensis. 4) Iohannes rex. 5) A. 1208—1214. 6) V. supra p. 630. 7) Anglorum a rege excommunicato oppressorum. 8) Subdiaconum papae. 9) Templarium. 10) Error; Walter Gisburn. non habet quae hoc versu dicuntur. 11) Henricus III. 12) Filius regis. 13) Currum, quo vexillum baronum in proelio Lowensi vehebatur. 14) Signum regis deiecit. 15) Simon de Monte-forti. 16) Pro Ricardo rege Alemanniae.

Henry de Alemayne hostage se donayt. p. 144. 1264.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Un legat Octobone cel houre est aryvez; p. 146. 1265.
Pur fere la pés[1] estable la pape l'ad maundez.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Anno Domini 1270. . . . p. 154. 1270.

De Tunes jekes en Akre sir Edward passait
Molz lez[a,2] de sa venüe ly kristïens estait; p. 156.
Le[b] pople de Fresouns[c] a ly se lyayt.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Anno gratie 1294. . . . p. 198. 1294.

Ke fet li rays Edward, quant seet la desçayvance[3]? p. 200.
Fet maunder Auntoyne[4] venir a sa parlaunce,
Ses countes, ses barons, de sa benvoyllaunce
Les prïe de counsayl en la grant meschaunce. p. 202.
Le eveske de Dureme Auntoyne avaunt se launce
E dist: '. . . . . . . . . . . . . . . . .
Fa[d] quere[e] tay[f] amys par aver de coyne[5]:
Le ray de[g] Alemayne, le eveske de Coloyne[6],
Le ray des Arragouns[h,7], de tay k'il[i] ne s'eloyne[k],
Le counte de Sauvay[l,8], le counte de Burgoyne[9];
E puys dailez[m,10] a[n] Phelip[o,11] sanz autre assoyne[p,12]!'
Quant le eveske Auntoyne sun consail ad monstré, p. 204.
Dïent les barouns: 'Sir[p*] rays, escotez!
Tuz les granz seygnurs ke cy[q] sunt nomez
Par le ray de Fraunce sunt desheritez,
Les uns de[r] bones viles et de grant cytez,
Les altres de grant terres ke countrevalent[13] countez.
Al ray des Alemauns messagers maundez
Et[s] al ray des Arraguns par lettres escryvez
Et a tuz ly altres ke sunt avaunt nomez[t],
A vivre[u] et morir ensemble vus lyez;
Si tu veus ben fere, argent ne esparnyez!
Taunt ad le ray de Fraunce pöer e poustez,
Ke tu n'as autre vaye dont recoverir tes[v] fez'.
Le ray e sun counsayl a ço sunt acordez,
Par commune consayl Auntoyne est alez,
Et li erceveske de Dyvelyn[14] sacrez,
Huge le Despenser, baroun renomez,
Et Jon de Craucombe[w,15], clerk ben avysez.
Auntoyne en Alemayne tant[x] ad procurez,
Ke les Alemanz as Englays sunt jorez:
Le ray en prime chef l'ad ben asseürez,
Erceveske, eveske e tuz li barnez.
Les Englays ausint se sunt obligez

a) *deest* 4. b) Li poeple 2. c) Frison 2; France 3; grete folk of Frisland *Rob. de Brunne.* d) Fai 2; Face 3. e) fere 2; quer 3. f) tei 2; tes 4. g) des Alemans, li sire de C. 2. 3. 4. h) de Arragon 2; de Aragouns 3. 4. i) ke 1; tei q'il 2; tay qu'il 3. 4. k) s'aloigne 2. l) Salvay 3. m) daillez 2. 3. 4. n) partut od 2. 4; par tout ouf 3. o) Philip 2. 4; Phelippe 1; Philippe 3. p) saunz essoygne 3. p*) Sire *legendum.* q) ne *add.* 4. r) des 4. s) *deest* 3. 4. t) avant parlez 2. 3. 4. u) A [Al 3] m. et a vivere 2. 3. 4. v) *ita* 2. 3; te 1. w) Crawec. 2; Crawecumbe 3; Cracoumbe 4. x) ad taunt 2. 3. 4.

1) Inter Henricum III. et populum Anglicum. 2) Laetus. 3) Dolum, quo Philippus IV. regi Angliae Wasconiam abstulerat. 4) Episcopum Dunelmensem. 5) Per copiam monetae. 6) Sigfridum. 7) Iacobum II; cf. supra p. 488, n. 7. 8) Amadeum V. 9) Ottonem V. A. 1294, Aug. 13. Edwardus I. Iohanni duci Lotharingiae mandat, ut hominibus Sabaudiae et Burgundiae Anglos contra Francos adiuturis librarum 22000 solvat; Rymer I, p. 808. 10) 'Deal with' Wright; 'bicker' [i. e. 'streitet'] Rob. de Brunne. 11) Regi Franciae. 12) Dilatione. 13) Eiusdem sunt pretii atque. 14) Iohannes. 15) Hic, a. 1298. custos magni sigilli, Petro bene notus fuerit oportet, cum archidiaconus Eboracensis partis orientalis fuerit.

1294. Ayder as Alemaunz en adversitez.
Escriz de ambeparz de çoe sunt enselez[1].
Antoyne est hors de terre[2] . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 214. Le eveske de Dureme al rays est repayrez
Et[a] en Alemayne ad fet ses voluntez,
L'esvesqe[b] de Divelyn a Dieu est comaundez[3],
Huge le Despenser est sayn et haitez[4].
1295. Le[c] erceden[5] de Richemund[6] est la mer passez,
Mestre Jon de Craucombe[d] li est associez;
Il sunt alez a Rome, par le rays chargez
Dire a l'apostoyle[7] les playnes veritez[8].
1294. Li ray a[e] Portesmüe avaunt fust alez,
Sur le ray de Fraunce sa guere ad comencez[g],
De[9] sa chuvalrye[f] en Gascoyn ad maundez:

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sire Laurence de Sauvay[h] et autres genz assez;
En le ylle de Ollyroun[i, 10] sunt tuz aryvez.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 222. cf. Walt. Gisb. 1295. Deus chardinals de Rome la pape i[k] ad transmys[11],
Ke of le ray de Fraunce parlaint a Parys;
De l'amur[12] entre eus la pape est entremys.
Les chardinals al[l] rays ount dit lur avys;
Sir[m] Edward et Phelippe ount durement requys
Reposer une pece chescun en sun päys,
Issi[n] ke bone gent de pöer et de prys,
p. 224. Ke a nule part se facent enemys,
Ou la pape mesmes sait par la justiz
A parfere l'acorde de[o] kant ke sayt mespris[13].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Les chardinals après[14] a Parys repairaynt;
Ne sai[15], quels[p] respouns du ray enportaynt[q];
cf. ib. Nun pur ço[16] plusurs entre els disaynt,
Ke totes les parlaunces al darayn[17] descendaynt[r],
Ke Edward et Phelippe lur genz suthrayeraynt[s],
Issi ke gens par mer[t] et par terre irraynt
En[u] suffraunce de pees, ke amys purraynt
p. 226. Parfournyr[18] l'acorde; les Englays le[v] volaynt,
Si les Alemaunz a ço se assentiraynt.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 228. Les chardinals de Rome repairent[w] en Fraunce,
Ount of le ray Phelippe sovent ëu parlaunce
Et sovent requys ly ray des Alemaunce[x]
Et par clers et lays ount fet demoustraunce

a) *deest* 2. b) *hic versus deest* 1. c) L'ercedeken 2. d) Crawecomb 2. e) vers 2. 3. 4 — Portesmewe 3; Portesmowe 4. f) chuvalerÿe *legendum*. g) ordeinez 2; ordenez 3; ordinez 4. h) Sauveie 2. 4; Salvevay 3. i) A Burgh sur la mare[19] 2. *Rob. Brun.*; A Burge super mare 3. 4. k) *deest* 3. l) le reis 3. m) E 2. 3. 4. n) *hic versus deest* 2. o) et qauntz ke sunt m. 4. p) sey le quele 4. q) reporteient 2. r) descendraint 3. s) sustrerаynt 3. 4. t) terre et mer 1; mer et par tere 2. 4; meer ou par tere 3. u) *ita* 2. 3. 4; Et 1. v) la volaint 3. w) repairez 2. 3. 4. x) de l'Almaunz 3.

1) Sigillo consignata. 2) Quomodo legati Anglici Edwardi I. homagium Philippo IV. renunciaverint, narrare pergit Petrus. 3) Mortuus est a. 1294, Oct. 2. 4) Alacer. 5) Gerardus. 6) Ab Eboraco versus sept. et occ. 7) Se illos archidiaconos suscepisse scripsit Bonifacius VIII. a. 1295, Mart. 30; Potthast nr. 24054. 8) De bello Gallico. 9) Partem militum suorum. 10) Oléron (dép. Charente infér.). 11) Beraldum et Simonem Lundinium misit. 12) Compositione litis. 13) Cuiuscunque offensae. 14) Post colloquium cum rege Angliae habitum. 15) Est flosculus poeticus, cum responsum recte infra expositum sit. 16) Nihilominus. 17) Ad ultimum. 18) Perficere. 19) *Burgum super mare* Walt. Gisburn. II, p. 47; Nic. Trivet; Bourg-sur-Gironde.

Al gentil rays Edward, ke dure est la[a] destaunce[b] 1295.
Dount ly et Phelippe sunt en descordaunce.
Par ount[1] il[c] unt fet un tel ordinaunce,
Ke ly[d] et les deus rays enverrount sanz targaunce[2]
A Kaumbray clers et lays de graunt conoysaunce p. 230.
A treter de[e] la pés et juger la grevaunce
Et[f] fere les amendes de la contrariaunce[3].
Le rays Edward se assent en bon affiaunce,
A Kaumbray ad maundé[4] saunz nul delayaunce[2]
Eveskes et barouns de graunt apparaunce.
Les garde de tresoun Deu par sa pussaunce[5]!

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Anno[g] Domini 1296. . . . 1296. p. 232.

Chuvaler un saunz plus sir Edward i[6] perdist,
Richard de Cornewaile; un Flemang li ferist
Hors de[h] la sale Rouge du quarel[7] ke il tendist.
Tost fu la sale prise; le fu en fist tut quit[*,8]. p. 234.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Poy avaunt cel houre parmy les regiouns p. 238.
Revynt le chardynal[9] de Kaumbray of respouns
Et del ray de Fraunce[i], cum après orroums.
Sir Amy[k,10] de Sauvay[l], quens de graunt renouns,
Vynt en la compaynye et[m] Otes[n] de Grauntsouns[11].
Cil[12] vynt hors de Cypre de ses compaynouns,
Ke, quant Acres[13] fu prise, la mer as avyrouns[14]
En passaunt, eschapaynt sanz altres[o] achesouns[15].

. . . . . . . . . . . . . . . . .

La[p] garde[16] est establye si bon et si enter, p. 260.
Ne Flemang ne Fraunçais desore n'avera[q] pöer
Entrer en Escoce, si noun pur marchaunder[17].

. . . . . . . . . . . . . . . . .

Poy avaunt cel houre[18] revynt le tresorer p. 274.
Walter de Langetoun[19], ke fu[r] passé la mer
Of[s] les chardinals de la pés treter.
Respouns quel[t] il[u] porte[v], put[w] nul home saver
For[20] cels du counsayl, ke[x] ne l'osent reveler[y].

*) *Cf. Nicolaum Trivet ed. Hog* p. 344: Mercatores enim Flandrenses, qui in villa eadem domum ad modum turris fortissimam habebant, iacula mittentes in Anglicos et pila, Ricardum de Cornubia, [fratrem[21] comitis[22] de Cornubia *add. Mathei Paris. Cont. II. (ap. Riley, Will. Rishanger* p. 157), *qui Nicolaum exscripsit*] militem strenuum [*al. cod.* nobilem], a casu spiculo traiecerunt. Ad quos cum non de facili pateret accessus, allato igne, incendio suffocantur. . . . . . .

a) *deest* 1. b) dist. 3. c) ount il fete 3. d) Qe li e li autre 2. 3. 4. e) *deest* 3. f) A 2. 3. g) A. D. 1296. *ex* 2. 3. 4, *des.* 1. h) *ita* 2. 3. 4; du 1. i) France, ap. en orroms 2. k) Emery 1; Sire Amy 2. 3. 4; Sir Amys *Rob. Brunn.* l) Sauveie 2; Sauvaye 3; Salvey 4. m) sire *add.* 2. n) Othes 3. o) altre chesons 2. p) De ministris et statutis in Scotia *rubr. praemissa* 2. q) des ore avera 2. 3. 4. r) qe p. fu 2. s) Od le cardinal 2; Ouf le cardinale 3. 4. t) queus 2; quels 3. u) i 2. 3. v) port 3. w) ne puit 2; poet 3. x) qe n'osent 2. y) relever 3.

1) Unde. 2) Mora. 3) Iniuria, offensa. 4) Ut Adolfo regi scripsit; Rymer I, p. 834. 5) Hic versus est orationis ornamentum, quale saepe (infra p. 656, l. 9) poeta invenit; ne antequam nuncii redierint haec scripta esse opineris. 6) Berwicum expugnans. 7) 'Viereckiger Pfeil', iam *carreau d'arbalète.* 8) 'Feuer machte alles quitt'. 9) Albanensis, m. Martio. 10) Amadeus. 11) Hunc Edwardus I. Aug. 25. ad Adolfum regem misit; Rymer I, p. 843. 12) Cf. supra p. 553. 616. 635. 13) A. 1291. 14) Remis. 15) Casibus adversis. 16) Custodia Scotiae ab Anglis captae. 17) Paullo ante p. 252, narravit propositum: *Fraunçays et les Escoz irrayent uniement, . . . Et ke le ray de Fraunce prendrayt aryeement . . . en Twede.* 18) Praecedit caput *De parliamento apud Sanctum Edmundum* mense Nov. habito. 19) Electus Coventrensis. 20) Praeter. 21) Itaque Ricardi regis Romanorum filium. 22) Edmundi. Alter quoque Albanensis saec. XIV in. (Ann. Angliae et Scotiae ed. Riley, Will. Rishanger p. 374, paullo ante ea quae supra p. 525, l. 1. edidi), qui tamen Flandrensium non mentionem fecit, *Ricardum, fratrem comitis Cornubie, qui ex incuria levavit galeam suam, iaculo percussum obiisse*, narrat.

1296. Messagers après vindrent nouncyer
Al rays sir Edward forme de amourer[1]
Du contek du[a] Gascoyne et fere acorder
Li of le ray Phelippe saunz plus guerrayer,
Si com les chardinals ount fet ordiner.
Li rays Edward par taunt ad fet rethorner[2]
Walter de Langetoun et Huge le Despenser
Et Jon de Berewyk[b,3] clerk, averty[b*] ber.
Condure[c] les face Deus et ben remener[4]!
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 276. 1297. Ian. 13. Après[d] la saint Hillere, kant li rays quidait[5]
Parlement tenir[e] a Londres, cum ordinez avait,
Noveles ly vindrent par cil ke lors estait
Venuz de Kaumbray et li nunciait,
Ke la parlaunce de pés se fist pur nul esplait[6].
Pur[f] quai li ray Edward demort et se purvait
Par terre et[g] par mer, ke träy ne sayt.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 278. 1297. En taunt[7] cum ly rays et si[h] counsayllers
En debat estayent of les ordiners[8],
Ly quens William[9] de Flaundres ad maundé[i] messagers
Le seygnur de Blaunkmount[10], chuvaler pruz et fers,
Et li sire de Keu[k] et li tresorers,
Rescayvour de Flaundres, ke volent volenters
Des Englays et Flemangs fere amys enters,
Ke en l'une terre et l'autre en totes les cousters[11]
En bon amour et pees pussent les mercers
Aryver of lur merce et[l] vendre pur deners;
Et quant ly rays[m] Edward enhaucera[n] baners[12],
Li quens et[o] ses Flemengs serrount ses suters[p,13]
Sur le ray Phelippe et sur les[q] douze pers,
Ke a tort li[r] deforcent[14] la[s] terre of les maners,
Ke[t] ly rays Arthur al[u] duk sire Bedvers[15]
Donait en Aquitayne, cum a si[v] botellers,
p. 280. Lesquels ly rays Edward et sire[w] Henry[x], se pers,
Et tuz lur auncestre tenaynt[y] sça en arers[16].
Li gentis quens[z] de Henaud[17] et[a] tuz ly Henüers[b],
Li duk Jon de Braban et ses[c] Hoylaunders[18]
Ount par[d] ly quens de Flaundres et ses chuvalers

a) de Gascoygne 4. b) Berwyk 1. *ed.* b*) e averti 2. c) *hic versus deest* 4. d) De auxilio petito e clero supradicto *rubra praemissa* 2; De conditione auxilii petiti a clero 3. 4. e) *deest* 2. 3. f) Parquei 2. 3. g) ne 2; meere e par tere 3. 4. h) e ces 2. i) manda 2. k) Kewe *Rob. Brunn.* l) a 3. 4. m) Si li rei 2. 3. 4. n) eshaucera 4. o) e les Flemins 2. p) soters 3. q) ses 2. 4. r) *ita* 2. 3. 4; se 1. s) Gascoygne oue 4. t) *hic et tres sequentes versus des.* 4. u) a due de Bedewers 2. v) com a ses 2. w) *ita* 2. 3; li rays 1. x) Henri si p. 2; Henri fitz Peers 3. y) tindrent 2. z) Le counte de Hanaud 2. 3. 4. a) a 3. b) Henners 1. *ed.* c) les Holanders 2. 3. d) pri 2; pur 4.

1) Reconciliandi de litigio. 2) Nov. 21; Rymer I, p. 848, ubi rex etiam *A. comitem Sabaudie, Ottonem de Grandissono* commemorat. 3) Canonicum Eboracensem, fortasse Petro notum. 4) V. supra p. 655, n. 5. 5) Proponebat. 6) Effectum. 7) M. Ianuario in. et med. 8) Episcopis de auxilio regi solvendo. 9) Potius Guido; sigla *Gu.* vel a scriba vel ab auctore in transferendo non recte intellecta esse videtur. 10) *Henri de Blaumont, Johan de Cuc* [*Kuyc* ap. Varenbergh, 'Flandre et l'Angleterre' p. 240], *Jakeme de Donze, prevost de Bruges, recheveur de Flandres;* Guidonis tabula ap. Rymer I, p. 853. 11) Litoribus. 12) Levabit vexilla, bellum movebit. 13) Sectatores. 14) 'Vorenthalten unter Rechtsverweigerung'. 15) Galfr. Monmouth. IX, p. 12: *Largitus est Bedvero, pincernae suo, Neustriam,* quae Petrus I, p. 168. ita vertit: *Il doune Normondye a sire Bedewere.* De Aquitania hic primus fabulatur. 16) Hucusque antea. 17) Iohannes; cf. Rymer I, p. 857. 18) Iohannes comes Hollandiae cum praecedente Iohanne duce Brabantiae confusus videtur esse.

Affermé l'aliaunce[a] cum ses amys chers. 1297.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[b]Après la sainte feste de l'assencioun p. 286. Mai. 23.
Maunda[1] le rays Edward parmy sa regioun
Ad[c] erceveske, eveske, a[d] counte[e] et ad[f] baroun
Et ad tuz li altre, ke ount pur[g] garysoun[2]
Vynt livre de terre en possessioun,
Venir a sa court a[h] fere redempcioun[3]
Ou passer of sun cors sur li Fraunçays feloun,
Ke a tort li deforcent sa[i] terre de Gascoun.
Les barouns en parlent; les uns dyent ke noun,
Car fere[k] novel[l] servise saunz condicioun
Serrait pur[m] coustoume desheretisoun[4]. p. 288.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Après ly erceveske ly quens marchal Roger p. 290.
Vers ly rays[n] Edward comença parler[5],
Respyt[o] demaundait[p] et tens en[q] counsayler;
Ly dist, ke les barouns, ne nul de lur pöer
Ne de lur homage, dayvent outre mer[6],
Si noun a ses coustages par covenaunt[7], passer.
Li rays prist la parole irousement[r, 8] al quer.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Le ray sire Edward ne pot demorer[9], p. 292.
Ses alyez dela l'estet[s, 10] visiter;
Saunz compaygnye de counte sigle[11] fet lever
Et va sodaynement en Flaundres aryver.
Unkes tel seygnur[t] fu servy sça en arer
Issint de sun pople, kant devait guerrayer.
Trop est recreaunt ke se recolt arer[12],
Kant vait sun seygnur en[u] tel[v] peril aler[w].
[x]Les countes demoraynt, ly rays Edward passait.
Escotez ore, coment en Flaundres aryvait!
De[y] vins et de[d] viaundes son attret[z, 13] estait
En la vile de Bruges[a], ou il se herbegait. p. 294.
Humayne salveour, ke tut seet et vait,
De graunt encombrement[14] illokes ly salvait.
Le provost de la vile desheriter beayt[b, 15]
Le counte, son seygnur lige, ke Flaundres governait;
Al ray Phelippe[c] de Fraunce, ke countre ly guerrait,
Sa lettre privement[d] par messagers envait;
Li dist, quel houre a Bruges[e] aprocher vodrait,
Tute[f] la commune la vile ly rendrait;
Ly[g] rays Edward ilokes sodainement prendrait,

a) *ita* 2. 3. 4; lyaunce 1. b) *rubram* De transfretatione regis supradicti in Flandriam anno gratie 1297 (1296. 2) *add.* 2. 3. c) A ercevesqes, evesqes 2. d) *deest* 2. e) count 3. 4. f) a 4; *deest* 2. 3. g) par 2. h) *deest* 3. i) la tere 2. 3. 4. k) par 2. l) novele 1. m) par 4. n) le ray *legendum.* o) li *fort. supplendum TOBLER.* p) demander 2. q) de 2; en ce conceyller 4. r) irousoument a quoer 2; irrusement 3. 4. s) la estoit 3. t) ne *supplendum.* u) vers 3. 4. v) *deest* 1; de le peris 3. w) mover 3. 4. x) Coment l'avauntdit Edward ariva en Flandres *rubro add.* 2. y) Des 4. z) atret 2; attent 1. a) Briges 2; Burges 3. 4; Brigges *Rob. Brunn.* b) bieit 2. c) Phelip *legendum.* d) par messangers priv. 3. e) Burgh apr. volait 3. f) De tote la v. la comune 2.

1) Brevia, ut Iul. 7. Lundinium convenirent, data sunt Mai. 15; Rymer I, p. 865. 2) Ad victum; *qui habent 20 libratas terre et redditus per annum;* breve ap. Rymer l. l. 3) Ad solvendum pecunias loco servitii militaris. 4) Ruina. 5) Mense Augusto. 6) Haec verba Petrus sumpsit ex tabula ap. Walt. Gisburn., supra p. 639. 7) Eius (regis) impendio ex pacto. 8) Iracunde. 9) Remanere usque ad parliamentum baronum, apud S. Albanum habendum. 10) Oportuit. 11) Velo. 12) Ignave deficiens qui se subtrahit. 13) *Vitaile purveid* Rob. Brunn. 14) Incommodo. 15) Volebat.

1297. Ensint, ke nule[a] part ayllours eschaperait.
Ly[b] rays Phelip[c] de Fraunce meintenaunt le otrait,
Vers la vile de Bruges[d] son hoste apparaylait.
Ly rays Edward l'oyt[e] dire et parler de deçait;
Fet trumper as harmes[1] et son aler purvait
Au noble burghe de Gaunt, ou venir quidait
Ly rays des Alemaunz, ke son[f] aver avait[2]
Pur aider en la guerre taunt cum ele durait[g].
Ly rays des Alemaunz ilokes ly maundait:
Souspris[h] estoit de guerre, dont venir ne poait.
Allas! ke tel[i] prince faymentu[3] estre dait!
Ly rays Edward demort e mangust[k] et bayt;
Ses Walays issirent sovent a surfait[4].
Ly[l] querw[5] counte de Bar entrechevauchait,
p. 296. Et sur ly ray de Fraunce e court[m] et robbayt[6];
Ses marchés et ses faires des[n] chateus[7] despoyllait,
A maufere par[o] tut poynt ne esparniayt;
Et ly ray Phelippe autel ly fesait.
Ly[p] eveske de Dureme touz jour travayllait
De enentir la guerre saunz contek et playt[8].
Le pöer des Englays ly ray Phelippe savayt,
Par taunt ke[q] fu petite[r], se tent le plus estrait.
Ly rays Edward, vus dye, ëust fet bon esplait,
S'il eust ëu ses countes et lors et[s] la undrait[9].
Escotez la defaute[t. 10], en[u] qi tut pecchayt[11]:

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ly rays sir Edward ad doné[12] trop petyt;
Par quai a sun aler[13], quant en mer se myst,
Vers ly roys[v] de Fraunce, fet ly fu despit,
Ke nes un de ses countes of ly le[w] aler emprist[x].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 300. Meintenaunt après ad li Escot[14] maundez
Dela la mer en Flaundres un ribaud deguysez,
Espïer sir Edward en viles et cytez.
Cil revent[y] et dist en fin veritez:
Il vist, ou sir Edward fu mort et enterrez.
La commune d'Escoz se leve[15] a cele fez.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Au ray Edward en Flaundres sunt gent[z] enveez,
p. 302. De[a] par les Norays[16] la plainte ount presentez,
Coment il ount perdu lur teres et lur feez,
Et coment plus perdrount[b], et touz les[c] melz vanez[17]
Ke[d] sunt en Engleterre en[e] viles et citez,

a) q'en nul 3. b) Philip *rei* de France 2. c) Phelippe 1. d) Burge 2; Burgh 3. e) l'oit 2. 3. 4; oyt 1. f) ke le soen 3. g) taut cum il savoit 2. 3. 4. h) Que suspris 2. 3. 4. i) cel 4. k) manju 4. l) Li querru 2. 3. 4. m) *sic* 1; le rei de France corrust e robbeit 2. 3. 4. n) ses chastels despuleit 2; de chaustels 3. o) de 2. 3. 4. p) L'eveske *legendum*. q) cum 2; com 3. 4. r) perte 2; feust petit se tyent 3. s) lors *add.* 3. t) defaicte 3. u) *ita* 2. 4; e qe tut 3; e en ly tut 1. v) roy *legendum*. w) *deest* 2. x) n'enpris 4. y) revint 4. z) genz 2. 4. a) *ita emendat T.*; Ke 1; E 2. b) perderont tuz 3, *ubi* et *deest*. c) lour 2. 3. 4. d) *hic versus deest* 4. e) e v. e vilez 2. 3.

1) Arma. 2) Eius (Edwardi) pecunias receperat. 3) 'Fidementitus' med. Lat. 4) Ad offendendum. 5) Bellicosus. 6) 'Raubte'. 7) 'Waaren, Güter'. 8) Controversia. 9) Ibi. 10) Errorem Edwardi. 11) Sequuntur quaedam de Arthuro largis muneribus nobiles sibi obligante. 12) Nobilibus suis. 13) Expeditionem. 14) Pars quae Scotiam ab Anglis liberare voluit. 15) Insurgit in Anglos. 16) Ab Anglis septentrionalibus, quos Scoti vexabant. 17) Electi.

Si plus tost par ly ne[a] sayent[b] aidez[1]. 1297.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Anno[c] Domini 1300. p. 328. 1301.

A la pasche après ly rays fist assembler Apr. 2.
A Nichol[d. 2] sur[e] Wyme[f] soen parlement enter;

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Du contek[3] de Gascoyn atendent[g] messager: p. 334.
Le cunt de Nichol[4], ke fust utre mer,
Le[h] counte de Sauveie[5] et Hughe le Despenser,
Sir Jhon de Berewike[6], tre byen avisé beer,
Ke lors furent a Rome la pape aresoner.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Entre ces afers par comaundement p. 336.
La pape Bonifaz sourveent sodaynement[i]
L'esveske de Spolete[7] od novel maundement.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . [k]Ore öez la meschance[8], p. 338. 1302.
Qe[l] avenue[m] est a France, et quel honurance
A Flandres est acreu par coup d'espey et lance[8]
Sur la fraude de France, la pompe et la bobance[8];
Curtement a dire: escotez la venjance!
Li quens Gwy[n] de Flandres, vers ky contencion
Ly rois de France avait par sudeyn acheison[9],
Vilement estoit trahy par Charlon[10], 1300.
Ky deveyt le cunte par convencion
Mener et remener en salvacion
Al parlement de France entre ly baron.
Le cunte, quant il vynt, pris[o] fu cum laron
Et menez et mys en chartre[11] cum felon.
Li roy[p] Phelip de France après la träison
Flandres fet seisir a sa subjeccion,
Gardeins des[q] soens i mette en terres[r] et meyson;
Des biens as riches homes funt[s] destruccion,
Lur femmes et lur filyes defulent a raundon[12].
Les vilees en parlent, le pople environ p. 340.
Enchacent les Franceys sanz remansion; 1302.
Les[t] uns i lessaient k'il portaint[u] en chaperon[13].
Ly roy Phelip[v] l'out[w] dire, se purveit garnison[14]
Flandres a destrure sanz redempcion.
L'ost s'aparaile a[x] drescé gunfaynon;
Guyor[15] i estait ly quens d'Artoys[y. 16] par non.
Cil[17] fu le primer ke perdist l'escochon[18];
Un rybald ly tuait sanz confession[z].
Ly quens de[a] Eu[19] perdist et test et talon,

a) n'en 3. b) soiez 2. c) A. D. 1300. *ex* 2. d) Nichole 2. 4. e) la bele cité son 4. f) Withme 2. g) attender 2. h) *hic versus deest* 1. i) privement 3. k) *paullo ante, f.* 161', *incipit alia manus fere coaeva* 1. l) *deest* 1. m) avenuz 2. n) Wiliam 2; Guillam 3; Gyllam 4. o) fu pris 2. p) Philip rei 2. q) de 3. r) tere e en meson 2. s) e fount 2; i fet 4. t) *hic versus deest* 4. u) portaient *(ex* 3. 4?) *Wright*; qe portent 2. v) Ph. 1. w) l'oit 2. 3. 4. x) *ita T.*; adresce *Wright*. y) Arthur 2. z) confusioun 3. a) *deest* 4; de Teu 2.

1) Itaque regem, ut barones Scotiam aggrederentur, Magnam Chartam concessisse, narrare pergit auctor. 2) Lincolniae ad Witham fl. 3) De litigio. 4) Henricum. 5) Amadeum, Ottonem de Grandisono alios Edwardus I. Bonifacio VIII. litteris a. 1300, d. Sept. 26. datis miserat; Rymer I, p. 922. 6) V. supra p. 656. 7) Nicolaus; cf. Potthast, Reg. nr. 25018. 8) Haec verba consonant eodem modo quo ultima verba in carmine Anglico supra p. 496; quod Petrus, quippe qui plus semel Anglicos versus receperit, legisse videtur. 9) Causam. 10) Philippi IV. fratrem. 11) Carcerem. 12) Violant ad libidinem. 13) 'Kappe', i. e. decollabantur; cf. p. 224: *les chapels demorraynt of les chefs des uns.* 14) Apparatum. 15) Dux. 16) Robertus. 17) Pugna Curtracensi Iul. 11. commissa. 18) Scutum. 19) Iohannes.

1302. Et li quens d'Aumarle[a, 1] membre et menton.
Li sir Peres de Flote, Godefray[b] Brabazon[2],
Li deus sires[3] de[c] Nele[d], chevalers de renon,
Sire William de Fens[e, 4], ses parentz, en son[5],
Les melz vanez de France par eleccion,
Et banerez sanz numbre[f], des quels n'ay[g] mencion,
Morurent en l'estur[6], tumbanz[h] en sablon.
Li Henüer chëit[i] cum oysele[k] en lason[l, 7];
Normant[m] ne Pikard, ne ly Burgeylon[n],
Ne Vïenais[o], ne Bascle, ne Braban, ne Breton,
Ne[p] cele fiez ne altre[q] y avaient[r] fuson[8].
En chascune[s] avenue puys[t] la dissension,
Chaeu est sur France la confusion;
p. 342. Tant[u] cum le secle dure, en chascune[v] region
La hunte[w] ert[x] pardurable et[x*] fet en mokeyson
Al[y] rey Phelip de France et a sa nacion.
Dan. 14, 35. Cil[z] ke Abacuc pust[9] en la prison
ib. 39. Et salva Danÿel du mors del lion,
Salve les Flemynges[a] et lur accion,
Ke herité[b] ne perdent par extorsion!

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Pur veir en l'an millayne[c], cum nus trovums escrit,
Et trecentime secunde del nostre[d] Jhesu Christ.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 346. Entre ces aferes graunt controversÿe
Entre luy[e] rey de Fraunce, sire de Seynt Dinÿe,
Et Boniface la pape s'en[f] leva par hatÿe.
1303. Luy[e] roys[10] vers l'apostoylle surmist[11] heresÿe,
Pecché sodomÿen, usure[g] et simonÿe,
Errour et mescreaunce en ydolatrÿe,
Ravine de seynte eglise, fraude et bugerïe[12],
Moryne[13] pardurable de alme com de vÿe:
De tele mescreaunce Phelippe[h] la pape escrÿe[14];
Pecché plus orrible, ne greygnur vileynïe
De chef de seynte eglise fust[i] unkes mes oÿe.
Boniface s'avise par sen et par clergÿe,
Maunder[15] fet les mestres de theologÿe,
Cil parlent et purveyent, la noyse seyt sopÿe,
Et ke luy[e] rey Phelippe sur ceo se[k] chastÿe
Et face les amendes de sa reverÿe[16]
A Deu et seynte eglise; si noun, la pape otrïe,

a) o *add.* 2. b) de *add.* 1; le Brabazoun 3. c) *deest* 1. d) Nel 3. 4. e) Fereres 2; Feens 3. f) de Fraunce *add.* 4. g) n'ad 2. h) cum bauz 4. i) chait 2; chett 3; chaist 4. k) oiser 2; oysel 3. 4. l) lascoun 2. 3; lacoun 4. m) Ne Normaund 4. n) Burgilloun 3; Burgylloun 4. o) Viens 2. p) *deest* 4. q) autre n'aveient 2. r) avaint 1. s) chescon *codex Paris. in 'Hist. littér.' XXV, p.* 347. t) por la disc. *Par.* u) *hic et sequens versus des.* 4. v) chascün *P.* w) honure 3. x) est perd. *P.* x*) *ita emendat T.*; le *codd.* y) Et al r. Phelipp et sa 4. z) *hic et tres sequentes versus des.* 4; Cil qui salva *P*, *ubi* Abacuc — Et *des.* a) Flemings en leur *P.* b) heritage 2; heritez *P.* c) millisme 2. 4. d) nestre 1; sire *add.* 2. e) *sic* 1; le *legendum.* f) *deest* 2; se 3. 4. g) user 3. h) Phelip *legendum.* i) ne fust unk *fortasse emendandum, T.* k) soit 2; seit 3; sait 4.

1) Iohannes. 2) Dominus de Arschot. 3) Radulfus et Guido. 4) Fiennes, cant. de Guisnes. 5) Insuper. TOBLER. 6) 'Ansturm'. 7) Laqueo. 8) Profuerunt. T. 9) Posuit. 10) Fortasse legit Petrus actiones a Willelmo de Nogareto et Willelmo de Plasiano Mart. 12. et Iun. 14. propositas, ap. Dupuy, 'Différend entre Bonif. et Phil., Preuves' p. 56. 100. 11) Imposuit. 12) Bulgarorum haeresim. 13) Pestem. 14) Accusat. 15) Iohannem cardinalem S. Marcelli et Petri, ut papae regem conciliaret, Parisiis m. Febr. conatum esse, Petrus videtur novisse. 16) Insania rebelli.

Ke pur la mesprise Fraunce seyt honye 1303.
Par comune entredit et par croyserye[1]
Com terre renaye[2], la quele Deu defye.
En temps après orrez fyn de la folye;
Repayroms a la geste, ke ele ne seit ublïe!

Anno Domini 1303. . . . p. 348.

Ore oyez[a], coment en l'an avaunt dit p. 350.
A nostre apostoylle fu fet graunt[b] despit
Par les Columpnyns, du lyn[3] de Rome elit.
Cardinals estayent[4], ne say par que merit:
La pape les hostayt[c.5] et privait de l'habit, 1297.
Lour teres destruait, lour chastels abatit,
Lour dignités donait, en exylle les mist.
La parenté fu graunte[d], grevé[e] se sentit;
As altres en Cezylle[6] alaynt saunz respit; 1299.
Phelippe rey de Fraunce aide les tramist.
Cil alaint vers Anayne, ou Boniface nasquit; 1303.
La cité entraynt, ly citayne[7] assentit.
Li Columnyne[f] pur veyr ilok la pape prist
Et son tresor tut meyntenaunt seysist.
La pape sauntz viaund fu deus jurs en subit,
Par aide survenaunt le terce jour issist.
De tut le graunt tresor, k'en son temps conquist,
Ne avait plus ke Iop, ou[g] femer[8] kaunt[h] il[i] sist[9]. Iob 2, 8.
La soume de l'aver ke Boniface perdist,
Ne combeen arer homme ly rendist,
Ne de feez de coust, uncore ne fu parfist;
Mes conuz ai de veir, affraé[10] s'em partist p. 352.
Maintenaunt vers Rome, ou trois[11] jours vesquit;
Mortz i est sauntz faylle et a Seynt Pere[k] gist.
Bulle avoms novele, le noun Benet escrit,
Ke partye repele ke Boniface purvist.
Ly robers est asous[12], ke[l] taunt avaunt mefist.
Molt est sotz[m] et fols, en Rome ke[n] se fist[13]:
Pro[o] quanqe[p] posse dare[14] a graunt et a petit,
Par fare et par[n] defare Rome nous derit.
Hola[q]! de[r] choses par[n] decea dayller[15] nous suffist.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Anno[s] Domini 1306. p. 368. 1306.

Après la feste de pasche en l'an desouz tochez Apr. 3.
Sa feste de pentecost ad luy[t] rey maundez Mai. 22.
Tenir a Westmoustre ove clers et ove barnez;
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Plusours des[u] plus nobles i furent marïez:
Luy[t] quens de Warenne[16] en ses noveltez[17]

a) *deest* 2. b) par 2. c) ousteit 2. d) *ex* 2. e) gevé 1. f) Coumnyne 1; Columpne 2; Columpnyne 3; Columyne 4. g) en 4. h) quant 2. 3. 4. i) i 1. k) i *add.* 3. l) av. ke t. 1; assoutz qe tant avant 2. m) *ita* 2. 3. 4; sors 1. n) qe ceo 3. 4. o) Pur 2. p) *ita* 2; quanto 1; il *supplendum.* q) Od la chose 2. r) des 3. s) *ita* 2. 3. 4; A. D. 1307. *in marg. litteris minutis annotata, ut in contextus linea vacua rubro scriberentur,* 1. t) ly *legendum.* u) de 1.

1) Bello sacro, quod papa Galliae inferret. 2) Renuncians fidei. 3) Linea, stirpe. 4) Petrus et Iacobus. 5) Deponebat. 6) Ad Fridericum regem. 7) Communitas municipii Anagnini. 8) In fimo. 9) Cf. relationem supra p. 624. 10) Exterritus. 11) Error. 12) Absolutus. 13) 'Puts his trust' (confidit) vertit Wright, acsi *fie* diceretur. 14) Quantumcumque possit dare. 15) Ludendo morari. 16) Iohannes. 17) Honorem (comitatus de Sussex) nuper adeptus.

1306. Esposa la fylle[1] luy[a] quens[2] de Bars-nomez[3].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

p. 376. Walt. Gisb. 1307. Mart. 26.

Anno[b] Domini 1307.

A la paske après a Kardoille[4] ouf sa gent
Ly rai sire Edward tyent[c] son parlement;
Un cardinal[5] de Rome i[d] veent[e] sollempnement.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

a) le conte *intellegendum.* b) *ita* 2. 4; *rubra deest* 1. c) tint 2. d) *deest* 2. e) vint 2. 4.

1) Iohannam. 2) Henrici III. 3) Cf. litteras ab Edwardo I. Mai. 8. ad Edwardi, filii comitis Barensis, res promovendas datas ap. Rymer I, p. 986 sq. 4) Carlisle. 5) Petrus episcopus Sabinensis; cf. Rymer I, p. 1011.

# EX ROBERTI GLOUCESTRENSIS CHRONICO RHYTHMICO.

*Robertus a viris doctis inde a saec. XVI.*[1] *Gloucestrensis iure vocari videtur, cum illius regionis lingua*[2] *usus, res in oppido vel a comitibus Gloverniae gestas*[3] *accuratissime narraverit et prope illas Angliae partes a.* 1265. *moratus sit*[4]. *Atque cum satis austere fere nihil nisi res e libris Latinis collectas posteris tradere voluerit, documentorum monasticorum magnam copiam adhibuerit, fautoresque coenobiorum laudaverit*[5], *eum in monasterio quodam prope Sabrinae ostium sito*[6] *vixisse non in dubium vocarim, sed S. Petri Gloucestrensis, utpote cuius historiam domesticam perraro attigerit, monachum eum fuisse*[7], *non pro certo probatum habeo.*

*Robertus paullo post a.* 1297.[8] *chronicon rhythmicum de rebus Anglicis a Bruto usque ad suum aevum*[9] *gestis, plus* 12000 *versibus septenariis et Alexandrinis*[10] *Anglicis conceptum, scripsit*[11]. *Cuius operis fere undecim partes ex permultis libris*[12] *quos adhuc habemus excerptas, cum, ingenio poetico omnino*

1) Wright, 'Robert of Gl.' I, p. v. 2) Cf. Morris and Skeat, 'Specimens of early English' II, p. 1. 3) Cf. v. 8870. 10822. et a. 1263 sq. Etiam de gente de Berkeley nonnulla ipse non ex libris sumpta affert. 4) Simone de Monte-forti prope Evesham occiso, tenebras factas (v. 11749 sq.) *vor þretti mile þannè isei Roberd, | þat verst þis boc made, and was wel sore aferd.* 5) Cf. v. 5739. 7000. 9864. 6) Velut multa de civitate Bristol iis quae ex fontibus suis hausit adiecit; cf. v. 5611. 7905. 8916. 9860. 7) Id quod inde a saec. XVII. vulgo contenditur; sed neque litteras ibi scriptas laudavit neque monachos abbatesve huius coenobii neque sanctos ibi sepultos prae aliis praedicavit. 8) *Lowis* [IX] *is nou seint and ileid in ssrine;* v. 10943 (cf. Potthast, Reg. nr. 24557 sqq.]; *þe nexte king Edward, þat after him* [Edwardum Confessorem] *suþþe com, | Ne ȝef hom* [monachis] *noȝt folliche so muche wiþinne is kinedom* (quae post a. 1275, immo forte potius post a. 1294. scripta videntur); v. 7000; cf. v. 4593. post a. 1278. scriptum et infra v. 10240. 10948. At a. fere 1320. opus finitum fuisse, apparet ex eo quod n. 4. attuli et ex eo quod codex 1 iam saec. XIV in. exaratus est. 9) Cum opus integrum non exstet, nescimus usque ad quem annum ab auctore perductum fuerit, vel quot versus continuerit; sed cum post a. 1271, quo iam liber desinit, postremum tantum codicis 1 folium abscissum esse videatur, chronicon Henrici III. morte narrata terminatum fuisse verisimile est. 10) Cf. Schipper, 'Englische Metrik' p. 248. 11) Ex verbo *verst*, supra n. 4, quendam Roberti librum perditum huic chronico rhythmico componendo fundamentum tantum praebuisse, Encyclop. Britannica suspicatur; sed mihi potius, verbo *made* presso, Robertum primum solumque totius operis auctorem fuisse, cum vi enunciatum esse videtur (etiam v. 8872. 8925. 9853. 10917. *verst* non sine pleonasmo adiectum est. Eodem modo Orm poeta se primum Ormuli scriptorem vocare videtur, cum v. dedic. 95, futurum operis scribam eum qui *þiss boc eftt oþerr siþe* scripturus sit indicet). Ex eo autem quod illi duo versus 11749 sq. codici 2 desunt, eos postea, sive ab auctore sive a librario quodam, in archetypo codicum 1 et Glasgowensis additos esse, concluserim. — Prior autem pars, Henrici I. morte narrata v. 9137. desinens, num Roberto debeatur, in dubium vocari posse censet Wright, cum illa paucis locis (quos ipse edidit II, App. A—WW) adaucta etiam in quinque ordinis B codicibus exstet, qui pro Roberti altera parte alios 438 versus historiam Anglicam ad a. 1154. narrantes, postremo continuationem 154 versuum usque ad a. 1283. (ib. App. XX) exhibent (ad Germanicas autem res non spectant). At cum nulla ratione alterum auctorem alteram partem carminis ab a. 1135. ordinis A codicum composuisse appareat, immo priorem partem atque posteriorem eodem loco, eodem aevo, eodem sermone scriptas esse, Wright non neget, neque facile Robertus primo librum fecisse (v. supra n. 4) diceretur, si alterius poetae opus continuasset, mihi potius auctor B priorem Roberti partem, quam hic forsitan iam ante opus finitum ediderit, sibi vindicatam ipse adauxisse et continuasse videtur. 12) Cf. Ellmer, 'Quellen des Robert von G.' in 'Anglia' X, a. 1887, p. 1. 291; Brossmann, 'Quellen des R. v. G.', Diss. Vratisl. a. 1887; Wright I, p. xiv. Libri quos Robertus inprimis adhibuit sunt: Galfridus Monmouthensis, Annales Anglosaxonici, Willelmus Malmesburiensis, Henricus Huntingdoniensis, Ailredus Rievallensis, Rogerus de Hoveden, *Romance of King Richard* (v. 9987; cf. supra p. 628, n. 8), Rogerus de Wendover, [Annales Wintonienses? cf.

*destitutus, flosculos orationis vel res ab ipso effictas vel iudicia sua raro tantum inserere auderet, satis aride in Anglicum vertit. Postremis mille versibus bellum civile Henrico III. rege gestum bene illustravit, Germanicam autem historiam ita neglexit, ut Friderici II. vel filiorum eius ne mentionem quidem fecerit.*

*Codex 1) Musei Britannici* **Cottonianus**[1] *Caligula A XI, f.* 3—168, *mbr., saec. XIV in., a.* 1271. *abruptus, fundamentum editionum praebuit.*

2) *Musei* **Britannici** *nr.* 19677, *mbr., saec. XIV ex., initio et fine mutilus, continet versus* 4684—11813. *Ubi cum codice* 1 *discrepat, plerumque quidem menda vel recentioris linguae formas, quibusdam tamen locis meliores lectiones, ex archetypo perdito haustas, exhibet*[2].

*Roberti carmen ediderunt Th. Hearne Oxoniae a.* 1724.[3] 2 *voll.* 8°. *et W. A. Wright, 'The metrical chronicle of Robert of Gloucester' in Rotulorum serie Lond.* 1887, 2 *voll.* 8.[4] *E quo libro quae excerpseram V. Cl. J. H. Jeayes iterum cum codice* 1 *contulit, V. Cl. Zupitza benigne perlegere voluit, equidem in sermonem Latinum ad verbum verti et quae e certis fontibus manarunt typis minoribus exprimi feci.*

*Dabam Berolini d.* 20. *Septembris* 1887. **F. L.**

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 142'. Rog. Hov. Sir marchion[5] de Mount-ferre, a gret loverd, islawe[a] was
In Alimaine[6] þer bivore in a wonder cas.
1192. Þervore as king Richard þoru Alimaine com,
Þe duc of Ostrich anon mid is poer him nom
And sede, þat sir marchion aslawe was þoru is rede;
1193. To þe king of Alimaine vaste he let him lede;
Þe beste bodi of þe world[b] in bendes was ibrouȝt.
Ac þe king of Fraunce ne þe[c] erl Jon it ne ofþoȝte noȝt;
Vor hii destruede in Engelond is lond þoru alle þing
Ann. Waver. And in Normandie also; vor Jon wolde be king.
Rog. Hov. King Henri of Alimaine bed king Richard þo,
To deliveri him, ȝuf[d] he wolde be is man evere mo
And bere him truage eche ȝer; ac[e, 7] vor none þinge
King Richard nolde is lond ne him sulve in þraldom bringe.
Oþer vorewarde he bed him ek; ac he it evere vorsok;
So þat atte laste þe[f] vorewarde me tok,
Þat an hundred þousend marc and vifti þousend þerto

a) aslawe 2.
b) worle 2.
c) *deest* 2.
d) for to be his man for euere mo 2.
e) ac kyng Richard hit forsoke 2, *ubi v.* 10023 *sq. desunt.*
f) þes foreward 2.

*[10010]. Dominus marchio de Monte-ferrato, magnus dynastes, occisus erat in Alemannia antea miro casu. Itaque cum rex Ricardus per Alemanniam venit, dux Austriae statim potestate sua eum cepit et dixit, dominum marchionem occisum esse eius consilio; [10015] ad regem Alemanniae statim fecit eum duci; optimus homo mundi in vinculis est positus. Sed nec rex Franciae nec comes Iohannes id aegre ferebant; nam destruebant in Anglia eius terram omni modo necnon etiam in Normannia; nam Iohannes volebat regnare. [10020] Rex Henricus Alemanniae tunc regi Ricardo obtulit se eum liberaturum esse, si vellet esse homo ipsius usque in perpetuum et reddere ei tributum quotannis; sed sub nulla conditione rex Ricardus volebat terram suam neque se ipsum in servitutem redigere. Aliud quoque pactum ei obtulit, sed ille id semper reiecit; [10025] ita ut postremo hoc pactum facerent, ut 100000 marc. et 50000 insuper*

v. 6850 sqq. 9625], A. Waverleienses, Teokesburienses (v. 8870 sqq. similia affert atque Continuator R. Wace Teokesburiensis ap. Michel, 'Chron. Anglo-Norm.' I, p. 103), Iac. a Vorag. Legenda aurea, Vitae sanctorum Anglicorum saec. XIII med. vel ex. rhythmis Anglicis conscriptae (ed. Furnivall, 'Early English poems for the Philological Society' a. 1862; Mätzner, 'Altengl. Sprachproben' I, p. 170; Morris l. l. p. 19), quae olim Roberto ipsi attributae (cf. infra n. 4), iam ei abrogantur; cf. ten Brink, 'Gesch. der Engl. Lit.' p. 348; Ellmer p. 308, qui Vitam s. Kenelmi solam Roberto deberi censet. — Robertum ex una magna compilatione perdita omnia hausisse vel magistri Wace vel de Edwardo Confessore carmina Gallica vel Mathei Parisiensis Continuatorem I. Albanensem (supra p. 480. 516) vel Flores hist. Westmon. adhibuisse, quidam sine causa contendebant. 1) Olim viri docti Stow fuit. 2) Eiusdem ordinis codex **Harleianus** nr. 201. a. 1142. mutilus desinit, alii duo, saec. XV, a Wright (I, p. XLII) neglecti sunt. Reliqui quinque codices (ib. p. XLIII) sunt ordinis B, de quo v. supra p. 663, l. 28. 3) Iterum a. 1810. Hearnii liber typis mandatus est. 4) Versus 680—914. 7268—7547. exstant ap. Mätzner l. l. I, p. 154; v. 1—189. 2399—2697. ap. Wülker, 'Altengl. Lesebuch' I, p. 51; v. 7324—7853. ap. Morris and Skeat l. l. p. 1; v. 9600—9853. 10654—10665. ap. Black, 'Life of Th. Becket by Rob. of Gl.' p. 129. 5) Conradus; Robertus *marchion* pro nomine proprio habet. 6) Potius Tyri. 7) Ne patria libertate caruisse videretur, Robertus Rogeri dictum, SS. XXVII, p. 160, perperam in contrarium vertit.

King Richard ssolde ȝive, of prison to ben[a] ydo, Rog. Hov. 1193.
Þe hundred þousend marc were ipaid bivore hond[b]
And wel narwe igadered here in Engelond[c];
Vor broches and ringes and ȝimmes also
And þe calis[d] of þe weved[e] me ssolde þerto;
And Greye monekes, þat[1] newe come[f] and povere þo were,
Ȝeve al hor wolle þerto of one ȝere.
Ƿo þe hundred þousend[g] marc[h] were ipayd bivore hond,
King Richard of þe oþer del god ostage fond, 1194.
And delivered was of prison and hiderward wende blive
Endleve hundred ȝer of grace and ninty and five.
Ac God sende wreche gret in þulk[i] sulve ȝere
Upe þe duc of Ostrich. Vor verst vorbarnd[k] were
Þe hexte[l] tounes of is lond, and suþþe[m] mani man; f. 143.
And no man ne miȝte wite[n], warof þat fur bigan.
Þat water suþþe heye[o] aros and muche is lond asencte[p]
And mo þan[q] ten þousend men wonderliche adrencte[r].
Þe þridde time þo grene corn in somer ssolde curne,
To foule wormes muchedel þe eres gonne turne.
Þe heiemen suþþe of is lond bigonne deye[s] vaste.
And þe meste miscas com to him sulf[t] atte laste;
Vor he vel[u] of is palefrey and brec[v] is[w] fot bi cas,
So svart so eni crowe amorwe is fot was;
Þo þat is leches sede, þer nas red bote on:
Oþer smite of is fot, oþer he was ded anon.
He het it do hasteliche; ac non me ne fond
Of alle is men, þat wolde sette þeron hond;
A kene[x] ax him sulf[y] he huld[z] þerto atte laste
And het[a] is[b] chamberlein mid strengþe þeron smite vaste;
Þeron he smot þrie, þe wrecche to gret pine,
So[c] þat he smot of þan vot mid gret wo atte fine.
Þerafter he adde sorwe ynou — ne miȝte no man more —
And atte laste deide in sorwe ynou and sore.
Ac þe vifti þousend mark he vorȝef er
Of king Richard and[d] is ostages deliverede[e] þer.
Þo king Richard com to Engelond, þer was joye inou.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . þerafter þe werste[f] ȝer f. 143'. 1200.
þe ordre bigan of frere Prechors, þat nas nevere er;
Sein[g] Dominic it bigan þo. . . . . . . f. 145. Ann. War.
Þe[h] king of Alimayne sende specialliche inou 1208.
To king Jon, þat he wiþdrowe him of is won
And undervenge þe erchebissop and holi churche al clene
Lete abbe ir franchise; and[1] al nas wurþ a bene.

a) be undo 2. b) honde 2. c) Engelonde 2. d) chales 2. e) wevede 2. f) were icome 2. g) þousund 2. h) *ita* 2; *deest* 1. i) þulke 2. k) for barnde 2. l) heiest 2. m) also many a man 2. n) y wite 2. o) aros heie 2. p) a seintte 2. q) þanne 2. r) adreyntte 2. s) to deie 2. t) sulve 2. u) ful 2. v) brake 2. w) *bis scr.* 1; his 2. x) An ken 2. y) sulve 2. z) hulde 2. a) mid s. h. is c. 1. b) his chamberlayn myd 2. c) *pro v.* 10057—10059. *habet* 2: In anguyse and sorwe y nou he deide atte fyne. d) *deest* 2. e) delyvered 2. f) furste 2. g) For seynt Domenyk 3. h) *octo folia, quibus versus* 10113—10671. *continebantur, desiderantur* 2.

*rex Ricardus deberet dare, ut e carcere emitteretur. Illa* 100000 *marcarum soluta sunt in antecessum et strictissime collecta hic* 1193.
*in Anglia;* [10030] *nam fibulas et anulos necnon etiam gemmas et calices altaris vendiderunt ad id [propositum]; et Grisei [Cistercienses] monachi, qui nuper advenerant et tunc pauperes erant, dederunt omnem suam lanam unius anni ad id [propositum].*
*Cum illa* 100000 *marcarum essent soluta in antecessum,* [10035] *rex Ricardus pro altera parte bonos obsides invenit, et libe-* 1194.
*ratus est ex carcere et huc venit celeriter anno gratiae* 1195. *Sed Deus misit magnam miseriam (ultionem) hoc ipso anno in ducem Austriae. Nam primo conflagrarunt* [10040] *summae urbes terrae eius et postea multi homines; neque quisquam potuit resciscere, unde illud incendium incepisset. Aqua tum in altum crevit et valde eius terram submersit et plus quam* 10000 *hominum miro modo suffocavit. Tertio cum frumentum viride aestate deberet maturescere,* [10045] *in vermes tetros magnam partem spicae convertebantur. Postea magnates terrae eius subito demoriebantur. Et gravissima calamitas accidit ei ipsi postremo; nam cecidit ab equo suo et fregit pedem casu; niger ut cornix in crastino pes eius erat;* [10050] *tunc hoc eius medici dixerunt, nullum superesse consilium nisi unum: aut amputandum esse pedem eius, aut eum statim moriturum esse. Ille id fieri iussit confestim; sed nemo inventus est ex omnibus eius hominibus, qui huic rei manus admovere vellet; acutam securim ipse postremo apposuit* [10055] *et iussit camerarium suum illico in eum [magna] cum vi ferire; hic percussit ter, misero illi gravem [efficiens] cruciatum, ita ut postremo amputaret pedem magno cum dolore. Inde ille habuit satis supplicii — nemo posset gravius [pati] — et postremo mortuus est in omni supplicio et dolore.* [10060] *Sed remisit antea illa* 50000 *marcarum a rege Ricardo [debita] et ibi obsides eius liberavit.*

*Cum rex Ricardus venit in Angliam, satis ibi erat gaudii.* . . . . . .

*Postea primo anno [post a.* 1199*]* [10105] *ordo incepit fratrum Praedicatorum, qui non fuerat antea; sanctus Domi-* 1200.
*nicus eum tunc inchoavit.* . . . . . .

[10220] *[Otto] rex Alemanniae misit regi Iohanni [nuncium] satis extraordinaria cum gravitate, ut desisteret ab* 1208.
*iniuria et reciperet archiepiscopum [Cantuariensem Stephanum] et, ut sancta ecclesia pure haberet libertatem suam, permitteret; et omnia haec ne fabam quidem valebant [i. e. nullius erant pretii].* . . . . . .

1) Hoc minus recte adiecit auctor.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 145'. 1209. Þo was Richard ibore[1], þe kinges sone — ich wene
As in þe ȝer of grace tvelf hundred and tene —,
10240 Þat suþþe was king of Alemayne, þat at Hailes ibured[2] is.
Þe ordre bigan of frere Menors þulke sulve ȝer ywis.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 148. Ann. Waver. 1211. 10276 Þeron þoȝte tveye men, legates of Rome,
Pandulf and þe Duraund; and to Engelonde come[3].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 151'. Ann. Teokes. 1231. 10730 Richard erl of Cornwaile[4] þe nexte ȝer after þis,
As in tvelf hundred ȝer of grace and on and þritti iwis,
f. 152. He[a] spousede[b] þe contesse Ysabel. . . . . . a) *deest* 2. b) spoused 2.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

cf. ib. 1232. 10740 Sir[c, 5] Hubert de Boru, erl of Kent, þe noble justise,
. . . was in prison in þe castel of Þevise[c, 6] c) þe viso *perperam c.*
And[d] was bitake four erles to witie[e] wiþoute faile, d) And was *des.* 2. e) wite 2.
10745 Þe[f] erl of Wareine and Richard erl of Cornwaile f) And þe 2.
And Richard þe Marschal and þe erl of Chestre Jon.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 152'. Ann. Waver. 1234. Ac[g] sire Gilebert Basset and sir Richard Syward, g) As 2.
Hii destruede þere vaste inou and suþþe hiderward;
Þe kinges conseilors londes hii destruede mid hor tayle,
10775 As[h] þe bissops[i] of Winchestre and þe erles[k] of Cornwaile, h) *ita* 2; Ac þe bissop *perperam* 1. *ed.*
And nameliche þe bissops. . . . . . . i) bischopes of Wyncestre 2. k) *ita* 2; erl 1.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 153. ib. 1236. Seint Edmund þo at Canterburi spousede to ur kinge
10840 Þe erles doȝter of Provence Elianore to wive
Tvelf hundred as in[l] ȝer of grace and þretti and five. l) þe *add.* 2.
Ann. Teokes. 1235. Sir Henri of Alimaine[7], þe erles sone of Cornwaile,
Þulke ȝer ibore was also wiþoute faile.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 153'. ib. 1237. 10850 Þo com þe legat sir Otes to Engelond fram Rome*.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ann. Waver. 1240. 10880 Sir Richard erl of Cornwaile þulke ȝer wende also
Iun. 24. At missomer[8] to þe Holi lond, and mani god kniȝt[m] þerto. m) knyȝtes 2.
Ann. Teokes. Ian. Þerafter[9] in Jeniver Isabel, is wif,

1209. *Tunc Ricardus natus est, regis filius — puto anno gratiae* 1210 —, *[10240] qui postea erat rex Alemanniae, qui apud Hailes sepultus est. Ordo incepit fratrum Minorum hoc ipso anno profecto. . . . . .*

1211. *[10276] De his rebus [adversis ecclesiae Anglicanae] meditabantur duo viri, legati Romae, Pandulfus et Durandus, et in Angliam venerunt. . . . . .*

1231. *[10730] Ricardus comes Cornubiae proximo anno post hunc, profecto anno gratiae* 1231, *duxit comitissam Isabellam [Gloucestriae]. . . . . .*

1232. *[10740] Dominus Hubertus de Burgo, comes Cantiae, nobilis iustitiarius, . . . erat in carcere in castello Divisarum et erat commissus quatuor comitibus ad custodiendum accurate, [10745] [Willelmo] comiti Warennae et Ricardo comiti Cornubiae et Ricardo Marescallo et Iohanni comiti Cestriae. . . . . .*

1234. *Sed dominus Gilbertus Basset et dominus Ricardus Siward vastarunt ibi [in confinio Walliae] satis strenue et postea huc propius [versus Angliam mediam]; regis consiliariorum agros vastarunt cum sua sequela, [10775] velut [Petri] episcopi Wintoniae et comitis Cornubiae, et nominatim episcopi. . . . . .*

1236. *Sanctus Edmundus [archiepiscopus] tunc Cantuariae desponsavit regi nostro [10840] comitis Provinciae filiam Alienoram uxorem anno gratiae* 1235.

1235. *Dominus Henricus de Alemannia, comitis Cornubiae filius, etiam hoc anno natus est sine dubio. . . . . .*

1237. *[10850] Tunc venit legatus dominus Otto in Angliam Roma. . . . . .*

1240. *[10880] Dominus Ricardus comes Cornubiae etiam eodem anno [1239] ivit circa mediam aestatem [i. e. Iun. 24] in Terram Sanctam et multi boni milites praeter eum. Postea mense Ianuario Isabella, uxor eius,*

1240. *) *Haec ex Annalibus Teokesburiensibus a.* 1240. *excerpta SS. XXVII, p.* 468, *l.* 24. *inseras velim:* Dominus imperator misit litteras comminatorias regi Anglie, monens eum, ut expelleret omnes alienigenas, tam legatum quam alios a regno suo.

1) A. 1209; recte Ann. Waverl. 2) A. 1272. 3) De anno v. Stubbs, Walt. Coventr. II, p. LVIII. 4) Ricardo a. 1225. filiam regis Legionum ducturo, ut id propositum relinqueret, Henricum III. persuasisse, notavit (ex Rot. Claus. II, p. 83) Pauli, 'Gesch. v. Engl.' III, p. 602, n. 2. 5) Cf. Ann. Teokesbur. I, p. 88: *H. tradit[ur] in custodia quatuor comitum Anglie: Warrene, Penbrochie* [Ricardo Marescallo], *Cornubie, Cestrie . . . apud Divisas.* 6) Devizes, unde postea elapsus est. 7) *of A.* addit auctor. 8) *Circa festum s. Trinitatis;* Ann. Waverl. 9) Potius 5 mensibus ante.

Contesse of Gloucestre let at Bercamstude þat lif; Ann. Teokes. 1240.
Ibured heo[a] was at Beulu[b, 1], and ir herte ibured is — a) *deest* 2. b) Beulew 2.
At Teukesburi,[c] and ir gottes at Messendene[2] iwis. — c) *ita ed.*; Teusk. 1.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . f. 154.
Þo Richard erl of Cornwaile to þe Holi lond com, ib. 1241.
Þe soudan somdel vor fere triwe[d] wiþ him nom. — d) *ita* 1; triwes *(e 2?) ed.*
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Erchebissop of Canterburi imad was[3] þulke ȝer 1243.
Boneface. And þe erl of Cornwaile, of wan[e] we speke er, — e) wham 2.
Weddede dame Ssenche[f], þat ur quene soster was — f) Schenche 2.
And þe quene soster of France — as God ȝef þut cas[4] —
And þe erles doȝter of Province; and ir moder, þe contesse,
Brouȝte hire hider into þis lond and was her in gladnesse[5].
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Suþþe deide þe olde quene biȝonde þe[a] se wiþoute faile f. 154'. 1245.
Þat ur kinges moder Henri[a] was. And þe erl[g] of Cornewaile, — g) erls 2. Ann. Waver.
Hir[h] sone, bigan to rere þe abbeie of Hailes — h) *pro* Hir — rere *habet* 2: þe erl of Cornewail bi gan.
As[i] in ȝer of grace tvelf hundred and six and fourti iwis. — i) Tuelf h. in þe ȝer of g. and 2.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Þe erles douȝter of Gloucetre ibore was þulke ȝer Ann. Teokes. 1250.
Margrete; and dame Ssenche[f], of wan[k] we speke er, — k) wham 2.
Þe nexte ȝer[6] þerafter, a seinte Stevenes niȝt 1249. Dec. 25.
As tvelf hundred and fifti in[l] ȝer of grace riȝt — l) þe *add.* 2.
An[m] sone adde ibore, þat Edmond ihote was; — m) Bi hure lord hadde an sone þat 2.
Þat[n] spousede þulke Margrete suþþe[7], as God ȝef þat cas, — n) And 2.
And was erl of Cornwaile. . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . — o) R. erl of C. was s. 2; Ricardus coronatus in Alimainia *rubra praemissa* 1.
Þe[o] erl Richard of Cornwaile suþþe was imad king f. 155. 1257.
Of Alemayne and þer icrouned nobliche þoru ech[p] þing — p) al þyng 2.
An holi þorsdai in Alimaine, and made so noble feste, Mai. 17.
Þat[q] of alle þat me wuste it was þe richoste and þe meste, — q) And alle þat me w. þe richeste 2.
As tvelf hundred in[r] ȝer of grace and sevene and fifti riȝt. — r) þe *add.* 2.
Þulke ȝer he made sir Henri, is sone, kniȝt.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
[s]Þe meste wo[t], þat here vel[u] bi king Henries day — s) Providencia Oxonie *rubra praemissa* 1. t) wowe 2. u) ful 2.
In þis lond, icholle biginne to[a] telle, ȝuf[v] ich may. — v) ȝif ic 2.
He adde þre breþeren, þat is moder[w] sones were, — w) moders 2.
And[x] þe king of Alimaine þe verþe, þat to heie hom bere[8]. — x) þe ferþe þe kyng of Alemayne þat 2.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*comitissa Gloucestriae reliquit apud Berkhampstead vitam; sepulta est Belli-loci, et cor eius sepultum est [10885] apud Tewkesbury et intestina eius apud [Great] Missenden profecto. . . . . . .* 1240.

*[10900] Cum Ricardus comes Cornubiae in Terram Sanctam venit, soldanus paullo timidior inducias cum eo fecit. . . . . . .* 1241.

*Archiepiscopus Cantuariae hoc anno creatus est Bonifacius. Et comes Cornubiae, de quo antea locuti sumus, [10920] duxit dominam Sanctiam, quae erat reginae nostrae soror et reginae Franciae soror — ut Deus evenire permisit — et comitis Provinciae filia; et mater eius [Beatrix] comitissa eam huc in hanc terram conduxit et hic morata est in gaudio. . . . . . .* 1243.

*Postea obiit [Isabella] quondam regina ultra mare sine dubio, quae erat regis nostri Henrici mater. Et comes Cornubiae, [10930] filius eius, incepit erigere abbatiam de Hailes anno gratiae 1246. profecto. . . . . .* 1245.

*[Ricardi] comitis Gloucestriae filia nata est hoc anno [1249] [10945] Margareta; et domina Sanctia, de qua antea locuti sumus, proximo anno post, vigilia sancti Stephani ipso anno gratiae 1250, filium peperit, qui Edmundus vocatus est; qui postea duxit illam Margaretam — ut Deus evenire permisit — [10950] et creatus est comes Cornubiae. . . . . . .* 1250. 1249.

*Ricardus comes Cornubiae postea est factus rex [10975] Alemanniae et ibi coronatus nobiliter omni modo sancto die Iovis [ascensionis Domini] in Alemannia, et fecit tam nobile festum, ut inter omnia quorum meminissent esset amplissimum et maximum, ipso anno gratiae 1257. Eodem anno fecit dominum Henricum, filium suum, militem. . . . . .* 1257. Mai. 17.

*[10986] Summam calamitatem quae hic regis Henrici diebus accidit in hac terra narrare incipiam, si mihi licet. [Rex] habuit tres fratres [uterinos], qui matris eius [Isabellae et Hugonis comitis Marchiae] filii erant, et quartum regem Alemanniae, qui nimis superbe se gerebant. . . . . .*

1) Beaulieu in com. Hampshire. 2) In Buckingham com. 3) *Confirmatur a papa*; Ann. Teokesb. a. 1243. 4) Haec verba saepe poeta in versuum fine posuit ut v. 10949; cf. Mätzner, 'Altengl. Sprachproben' I, p. 157, n. 70. — 5) *in g.* addit auctor. 6) Potius a. 1249; cf. supra p. 312. 7) A. 1272 ex. 8) Quae de Gallis in Anglia superbe elatis sequuntur, non de Ricardo dici potuerunt.

f. 155'. 1261. Nov. 11036 Þe quene Ssenche[a] deide suþþe of Alemaine iwis — a) Schenche 2.
At Bercamstede[b] in Novembre, and[c] ibured was and is — b) Berkhamste 2. c) þat 2.
In þe quer of Hailes an hey in a vair place
Tvelf hundred and on and sixti as in ȝer of grace.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 156. 1263. 11058 Þe king gaderede is poer and sir Edward also
And þe king of Alimaine his and mani oþer þerto.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 160. 1264. Wiþ gret joye he turnde aȝen, ac lute joye he founde;
Vor þe barons were[d] above, and his alf overcome[1]. — d) a. w. 2.
Þe king of Alemaine was in a windmulle inome;
Vor a ȝong kniȝt him nom, kniȝt ymad þo riȝt,
11385 Sir Jon de Befs[2] icluped, þat was sviþe god kniȝt,
Þat muche prowesse dude adai[3]. . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sir Simond[e] de Mountfort, þo ido was al þis, — e) Symound de Moundf. 2.
Vorþ[f] mid him þe king huld, as in warde iwis; — f) Vurþ 1; Vorþ þe kyng myd hym 2.
11400 And þe king of Alemaine and sir Edward also
In þe castel of Walingford[g] in warde he let do. — g) Walynf. 2.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 161. Þo sir Simon de Mountfort hurde of þis dede[4],
He let þe king of Alemaine and sir Edward lede
And sir Henri, þe kinges sone of Alemaine, also
11445 To þe castel of Keningeswurþe, in betere warde to do;
And þe kinges soster, þe contasse, sir Simondes wif, was
Þer mid hom and wat he miȝte, dude hom of solas.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 165. Ann. Waver. 1265. Þe king of Alemaine, þat was is moder broþer,
And sir Reinaud le fiz Peris and ek mani anoþer,
Þat in is prison were at Kenigwurþe[h] þo, — h) Kelnyngworþe 2.
11775 Þo he ne sei oþer red, he let hom quit go
Sept. 6. Þe sixte day of Septembre, þat þo was sonenday[i]; — i) sonedai 2.
He let hom go a Godes half, þo he oþer ne say.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 165'. ib. Oct. 13. At þe feste of seint Edward þe king huld[k] þo anon — k) hulde 2.
At Londone a parlement and heiemen manion;
Þere hii lokede þo, þat alle, þat armes bere
Aȝen þe king in þe worre oþer aȝen[l] him were — l) aȝe 2.
11790 At Norhamtone[m], at Lewes, oþer at Evesham, — m) Norþhamtone 2.
Barun, erl oþer kniȝt, burgeis oþer freman,
Þe burgeis of Norhamtone[m] and of Londone þerto,

1261. *[11036] Postea Sanctia regina Alemanniae profecto obiit apud Berkhampstead [mense] Novembri, et sepulta fuit et est in choro de Hailes, in alto, in decenti loco anno gratiae 1261. . . . . . .*

1263. *[11058] [Henricus] rex collegit copias suas [ad barones debellandos], necnon etiam dominus Edwardus [filius Henrici regis] et rex Alemanniae suas et multi alii praeter eos. . . . . .*

1264. *Cum magno gaudio reversus est [Edwardus, Londoniensibus fugatis, ad regem patrem proelio Lewensi victum], sed parvum gaudium repperit; nam barones erant superiores et partes ipsius superatae. Rex Alemanniae in mola alata captus est; iuvenis enim miles eum cepit, miles tunc merito factus, [11385] dominus Iohannes de Befs vocatus, qui erat valde bonus miles, qui magnam fortitudinem exhibuit illo die. . . . . . .*

*Dominus Simon de Monte-forti, cum acta erant omnia haec, porro retinuit secum regem, profecto sicut in custodia; [11400] et regem Alemanniae necnon etiam dominum Edwardum in castello de Wallingford in custodia poni fecit. . . . . .*

*Cum dominus Simon de Monte-forti audivit de hoc facinore, duci fecit regem Alemanniae et dominum Edwardum necnon etiam dominum Henricum, regis Alemanniae filium, [11445] ad castellum de Kenilworth, ponendos in meliori custodia; et regis soror, [Alienor] comitissa, domini Simonis uxor, erat ibi cum eis et faciebat eis tantum solatii quantum poterat. . . . . .*

1265. *Regem Alemanniae, qui erat ipsius [Simonis de Monte-forti minoris] matris [Alienorae] frater, et dominum Reinaldum filium Petri necnon etiam multos alios, qui tunc in eius carcere erant Kenilworthi, [11775] cum [Simon minor] non videret aliud consilium, quietos [liberos] eos dimisit 6. die Septembris, quae tunc erat dominica; dimisit eos pro amore Dei [i. e. gratis], cum aliud non videret [consilium]. . . . . .*

Oct. 13. *Ad festum sancti Edwardi rex tunc statim habuit Lundinii parliamentum et magnates multi; ibi tunc decreverunt, ut omnes qui arma portassent contra regem in bello aut contra eum stetissent [11790] apud Northampton, apud Lewes aut apud Evesham, [sive] baro, comes sive miles, burgensis sive liber homo, burgenses Northamptoniae necnon etiam Lundinii,*

1) Cf. Ann. Waverlei.: *Edwardus . . . revertitur putans, se cum suis obtinuisse triumphum.* 2) Hoc nomen alibi non inveni. 3) Mai. 14. 4) De regalium partium conatu Wallingford arcem expugnandi, de quo cf. supra p. 481.

Were alle deserited, and hor[a] eirs also. Ann. Waver. 1265.
Ac manie of þe heiemen ne grauntede it noȝt al;
As þe king of Alemaine ne þe erl marschal
Ne sir Philip Basset ne oþer manlon,
Ne grauntede noȝt þe lokinge, ac wiþsede it echon.
Þe contesse of Leicestre, þat sir Simondes wif was, . . .
Me flemde ir[b] out of Engelond wiþoute aȝe coming.
Alas, ir[b] tveie breþeren, þat eiþer of hom was king,
And nadde bote ir[b] one soster, and hire[b] wolde so fleme:
Alas, were[c] was love þo, sviche[d] domes to deme! ib.
Þo com fram biȝonde se to alle halwe[e] tid anon Nov. 1.
Þe quene[f] wiþ a legat, þat het sir Otebon[g].
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Þo wende þe king al in pes to holde is kinedom; f. 168. 1267.
Ac ȝut sone þerafter a nywe cas him com.
Vor þe erl Gileberd of Gloucetere somdel mid svikedom[1]
Gret poer, and inou priveliche, him nom
And þe teþe day of Lud[2] into Londone he drou. Mart. 10.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Þe[h] king aboute Londone was mid is route
A monþe[3], vorto abbe is toun, and evere he was wiþoute;
And eiȝte wouke[4] wiþinne þe erl him huld [þere[i]].
Þoru þe king of Alimaine acorded suþþe [hii[i] were]
And þoru sir Philip Basset. . . . f. 168'.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Sir Henri of Alemaine þerafter sone, alas, 1271.
Wende to þe court of Rome, to make som purchas.
In þe monþe of Lude, as he com hamward, bi cas
In þe toun of Biterbe aspied he was.
Vor in a friday þe morwe up sein Gregories day, Mart. 13.
As he stod at is masse, as þut folk isay,
Bivore þe weved in is bedes, at þe secre riȝt,
Com sir Gui de Mountfort, þat was stalwarde kniȝt
And is aunte sone, alas, iarmed wel inou,
And comp[ain]ie[i] wiþ him, and to him evene drou
And s[mot[i] h]im þoruout wiþ is sverd and villiche him slou;
And . . . . . .[i] tat of holi churche, me þincþ, wiþ vil wou.
.[k] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

a) hore eris 2. b) hure 2. c) whare 2. d) swuche 2. e) halewen 2. f) queyne 2. g) Ottobon 2, *qui v.* 11813, *desinit.* h) *ita edd.;* Wi 1. i) *in marg. mutilatus est* 1; *suppl. Wright.* k) *olim hic sequebatur ultimum chronici folium, cuius margo, reliqua parte abscisa, adhuc postremo quaternionis folio, quod vacuum relictum est, exstat agglutinata* 1.

*omnes [bonis confiscatis] exheredarentur necnon etiam eorum heredes. Sed multi magnatum minime illi [decreto] assensi sunt;* 1265. *[11795] velut [nec] rex Alemanniae nec comes [Rogerus de Norfolk] marescallus nec dominus Philippus Basset neque alii multi assensi sunt illi decreto, sed unusquisque [eorum] illi contradixit. [Alienor] comitissa Leicestriae, quae domini Simonis uxor erat, . . . in exsilium pulsa est ex Anglia sine [spe] redeundi. [11805] Eheu! eius duo fratres, quorum uterque erat rex — neque habebant ullam sororem nisi eam —, tamen eam ita exsilio afficere non dubitarunt! Eheu! ubi erat tunc pietas, ut talia iudicia ferrentur?*

*Tunc venit trans mare mox circa festum omnium sanctorum [Alienor] regina cum legato qui vocabatur dominus* Nov. 1. *Ottobonus. . . . . . .*

*Tunc sperabat [Henricus] rex se in plena pace regnum suum habiturum esse; sed iam paullo post nova calamitas* 1267. *ei accidit. Nam comes Gilbertus Gloucestriae partim perfido artificio magnas copias, et satis occulte, ad se traxit [11990] et 10. die Martii Lundinium intravit. . . . . . . [Henricus] rex circa Lundinium moratus est cum suorum hominum grege per mensem, ut caperet suam urbem, et per totum tempus foras erat; [12010] et octo hebdomadas ibi intus [Gilbertus] comes se sustinuit. Per regem Alemanniae postea conciliati sunt et per dominum Philippum Basset. . . . . . .*

*Dominus Henricus de Alemannia [filius Ricardi regis] paullo post, proh dolor! ivit ad curiam Romanam ad quoddam* 1271. *commodum [negotium] faciendum. [12040] Mense Martio, cum domum rediturus erat, fortuito in oppido Viterbii ei insidiati sunt. Nam die Veneris in crastino post sancti Gregorii diem, dum stetit ad missam suam, ut populus conspiciebat, ante altare in precibus suis, in ipsa secreta [presbyteri oratione] [12045] venit dominus Guido de Monte-forti, qui erat strenuus miles et [Alienorae] eius amitae filius, proh dolor! nimis bene armatus, et sociorum turba cum eo, et ei directo appropinquavit et percussit eum gladio suo et viliter eum trucidavit; et . . . . . . sanctae ecclesiae, ut mihi videtur, vili scelere.*

1) Cf. Ann. Winton. = Waverl.: *per cautelam.* 2) Error; 6. *Id. Apr.*; ib. 3) Inde a m. Maio medio. 4) Usque ad m. Iunium medium.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*P.* 4, *n.* 14. *adde:* A. 1096. 'monachus S. Albani Samuel Dublinae' episcopus creatus est (Eadm. Hist. Nov. p. 393). — *P.* 6, *l.* 23. *lege:* Amphibali *(pro* Amphbiali *in quibusdam exemplaribus).* — *P.* 7, *n.* 22. *adde:* Codex Cottonianus Otho B III, iam igne consumptus, olim continebat 'Chronica Frodoardi monachi S. Albani ad a. 966'; Smith, Catal. bibl. Cotton. — *P.* 8, *l.* 22. *pro* Albano *lege:* Kenelmo. — *P.* 8, *l.* 50, *col.* 1. *pro* 14 *in quibusdam exemplaribus lege:* 4. — *P.* 14, *n.* 15. *adde:* ; XIV (1885), p. 83. — *P.* 18, *n.* 6, *l.* 37. *adde post* 166: res cum aliis Germaniae principibus a. 1222 sqq. actae (Rot. lit. claus. ed. Hardy p. 501. 506. 508. 512. 541. 546. 577 sq. 590. 599. 610. 634. 652). — *P.* 99, *l.* 10. *post* Walsingham *et n.* 10. *post* Walsinghamius *adde:* et monachus S. Albani, qui c. a. 1400. scripsit, ap. Riley, Ioh. Amundesham II, p. 303. — *P.* 99, *n.* 11. *adde:* Cf. Uhlemann, 'Ueber die Anglonormann. Vie de S. Auban' ap. Boehmer, 'Roman. Studien' IV, p. 543. — *P.* 162, *n.* 1. *adde:* Huius epistolae exemplum archiepiscopo Salzburgensi datum nuper edidit Philippi ap. Winkelmann, Acta imp. ined. II, p. 29. — *P.* 163, *l.* 34. *pro* vice *lege:* vite; *l.* 51, *n.* r. *lege: ita Saltb.*; vice *codd.* — *P.* 164, *l.* 7. *pro* inducti[1] *lege:* in[1] Deo; *l.* 45, *n.* 1. *lege: sic codd. et Salzb.*; inducti *Petr. Vin. I,* 21. — *P.* 209, *l.* 37. *ad verbum* Iordanus *adde notam:* Hunc Iordanum de Yane fuisse, coniicit Voigt, 'Abh. der Sächs. Ges. der Wiss.' XII, p. 434. — *P.* 211, *l.* 13. *post* ceciderunt *pone notae numerum* 5 *pro* 6. — *P.* 233, *n.* e. *dele: (e 2?).* — *P.* 235, *n.* h. *dele: (e 2?).* — *P.* 238, *n.* i. *dele: (e 2?).* — *P.* 240, *n.* g. *dele: (e 2?).* — *P.* 240, *n.* k. *dele: (e 2?).* — *P.* 234, *n.* b. *pro (2?) lege:* 2. — *P.* 285, *l.* 18. *adde in marg.:* Ovid. Heroid. I, 12. — *P.* 348, *l.* 58. *dele* fere m. Nov. in. *Epistola Iohannis de Hemingford hoc loco laudata demum a.* 1262. *scripta est; cf. supra p.* 479, *col.* 1, *l.* 50. — *P.* 368, *n.* 12. *lege* Margaretam *pro* Avoiam; *cf. infra p.* 451, *n.* 3. — *P.* 392, *n.* 2. *adde:* Cf. Hauréau in 'Notices et extr. des Mss.' XXIX, II (1880), p. 332. — *P.* 443, *n.* 1. *adde:* cf. Saint Génois in 'Nouv. mém. de l'acad. de Bruxelles' XXIII, p. 50. — *P.* 456, *l.* 35, *col.* 1. *post* sqq. *adde:* et Mathei Paris. Continuator Albanensis II. — *P.* 457, *n.* 11. *adde:* A. 60. historiola de Nerone ex Iacobi a Voragine Legenda aurea vel ex eius fonte exscripta est. — *P.* 458, *n.* 10. *adde:* Demum post a. 1281. scripta sunt quae infra p. 483, l. 17 sq. leguntur; cf. ib. n. 7. — *P.* 461, *l.* 25. *post* Continuatoris *adde:* Annalium Dunstaplensium, Hulmensium (cf. infra p. 490, n. **. 600, n. 2). — *P.* 499, *l.* 41. *pro* Recede *lege:* Eheu! — *P.* 502, *l.* 42, *n.* 6. De morte Gaillardi de Gutto, Clementis V. fratris, cf. Gall. christ. II, c. 831.

# EMENDANDA ET ADDENDA AD INDICEM.

*P.* 673, *col.* 1, *sub* Anglia *adde:* Anglia Vetus 24, 30. — *P.* 674, *col.* 1, *sub* Avennis *post* Iacobus *adde:* Burcardus; *col.* 2. *pro* Baldewinus (de Avennis) *lege:* Baldewinus (*falso pro* Guidone); *post hunc adde:* Balduinus, fil. Burcardi de Avennis, 339, n. 2. Balduinus, alter fil. Burcardi de Avennis, 339, n. 2; *col.* 3. *sub* Beatrix, uxor Raimundi Berengarii IV. *adde:* 667, 10. — *P.* 675, *col.* 2, *sub* Bigod *post* Rogerus *adde* V. *et* Rogerus VI. comes de Norfolk *et adde:* Bigot: Hugo comes de Norfolk; *col.* 3. *adde suo loco:* Bonchi: Lapo; *ibidem suo loco adde:* Bonushomo de Sublaco canon. Camerac. 642, n. 5. — *P.* 676, *col.* 1. *sub* Bruges *adde:* praepos.: Jakeme de Donze; *col.* 2. *sub* de Brus *post* Robertus *adde:* I, Robertus IV; *in eadem col. adde suo loco:* (Burcardus) Bucardus de Avennis 339; uxor: Margareta comit. Flandr.; filii: Iohannes, Balduinus, Balduinus; *in eadem col. adde suo loco:* Burgh sur la mere, Burge super mare, *Bourg-sur-Gironde* 654, 45; *col.* 3. *lege* Cameracum *uncis deletis et adde ibid.:* 642, n. 5. *et* episc.: Guido; canon.: Bonushomo. — *P.* 677, *col.* 1. *lege* de Cayfa; *col.* 2. *adde:* Cicestrensis eccl. 137, 25. — *P.* 678, *col.* 2, *sub* Cumani *adde:* Cumanorum terra 572, 25; *cf.* Alania, Valana; *post haec adde:* Cumanus: Theodorus (princ. Epiri); *col.* 3. *post* Dampe *adde articulum:* Damper, Danper, *de Dampierre:* Willelmus et filii eius Willelmus, Guido, Iohannes; *dele in eadem col. art.* Danper; *post* Diva *adde:* Divelyn *v.* Dublin. — *P.* 679, *col.* 1, *sub* S. Dominicus *adde:* 137, 25; *ibid. suo loco adde:* de Donze: Jakeme praepos. Brugensis; *sub* Dublinenses *adde:* de Divelyn; *sub* Dunelmi *adde:* Dunelmensis eccl. 137, 25; *col.* 2, *sub* Edmundus comes Cornubiae *adde:* 655, 35; *sub* Eborac. *adde post* Iohannes Romanus: Percivallus. — *P.* 680, *col.* 2, *sub* Flandria *(l.* 4. 5*) lege:* Robertus II. *pro* Robertus I; *col.* 3. *adde formam nominis* Phrethericus; *sub* Erethericus de Lavania *adde:* canon. Lincoln. — *P.* 681, *col.* 2, *sub* Gelria *adde formam* Gaelere. — *P.* 686, *col.* 1, *sub* Iordanus prior Praedicat. *adde formam nominis:* Iordanes; *col.* 3. *sub* Laudensis *adde:* Landensis, Losiae. — *P.* 687, *col.* 1, *sub* Londonia *adde numerum* 138, 25. — *P.* 688, *col.* 1, *suo loco adde:* Maniacucius: Nicholaus *et* de Mannia: Gillelmus. — *P.* 689, *col.* 3, *adde:* de Mount-Moryn et Morayn comes: Paulinus. — *P.* 690, *col.* 1, *post* Nicholaus de Baro *adde:* Nicholaus Maniacucius 529, 1. — *P.* 691, *col.* 1, *adde suo loco:* Paulyn comes de Morayn et Mount-Moryn 651, 35; fil.: Baudewyn. — *P.* 692, *col.* 2, *sub* Praedicatores *adde numerum:* 137; *col.* 3. *suo loco adde:* Quirites (Romani) 530, 40. — *P.* 693, *col.* 3. *suo loco adde:* Riponensis eccl. 516, n. 9; canon.: Percivallus.

# INDEX.

## SCRIPSIT L. DE HEINEMANN.

*Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat**.

### A.


A. custos et gardianus fr. Minorum Pragensium 208, 20.

Aalis v. Adalheidis.

Aaron Iudaeus Eborac. 136, 35.

Abadingero: Aringero.

de Abbatis-villa: Iohannes card. episc. Sabin.

Abbeville 477, 15.

(Abdul Aziz), nepos Yahia-Abu-Zakaria regis Tunici, 149, 10. 156, 25. 160, 35.

Abel dux (Slesvic.), fil. Waldemari regis Daciae, 202, 5. 323. 414, 15.

Abendunensis *(Abingdon)* abbas: Hugo; de Abendune: Willelmus fr. Praedicat.

Abigei v. Albigenses.

Abracha Gerardi mercator Florent. 613, 30.

Abraham Iudaeus 314.

de Abrincis *(Avranches)*: Henricus.

Accriviarensis *(Acerenza)* eccl. 149, 1.

Accursius Magnus dom. 631, 30.

de Aceila, Asceila *(Atholl in Scotia)*, comes: Iohannes.

Acerrarum, Atterarum, Ateraneusis *(Acerra)* comes: Thomas.

Acon, Achon, Acres, Ptolomaida civ. 34. 35. 50, 35. 62. 63, 40. 64. 66, 10. 113. 125, 5. 228, 25. 232, 20. 258, 35. 394. 402, 35. 444, 15. 447, 10. 498, 10. 592, 5. 630. 635, 1. 650, 25. 653, 5. 655, 20; Achonensis portus 30, 25. 414, 1; palatium imperiale 66, 5. — S. Crucis canonici 66, 10; episc.: Iacobus. — Acconenses cives 164, 20. 184, 10. — de Acra: Iohannes.

Adal-, Adel-, Al-, Aethel-, Athel-, Ethel-.

Adela, Adelicia, Adelisa, Ada, Ade v. Adalheidis.

(Adalbertus), Albertus.

(Albertus) patr. Antioch. 142, 15. 155, 5. 257, 10. 562, 30.

Albertus sive Andelmus, Aldelmus, archiep. Armachanus, *postea* Livoniae 196, 1. 241. 413, 25. 466, 25. 507, 55.

(Albertus) II. episc. Leod. 586, 35.

(Albertus) episc. Mutin. 154, 10.

Albertus Magnus (episc. Ratispon.), fr. Praedicat. 575, 10. 580, 20.

Albertus mag. (de Parma), notarius Innocentii IV. papae 299, 25. 331. 332, 30. 345. 380, 35. 454, 5. 455, 1. 478, 35. 509.

(Albertus) Pisanus provinc. fr. Minorum Angliae 563. 565. 566.

Albertus plebanus de Campilio 311, 40.

Albertus I. rex Rom., fil. Rudolfi I. regis, 493, 15. 644, 40.

(Albertus Magnus) dux Brunsvic. 340, 35. 545, 5 (n. 4. 5). 550, 35. 553, 15; uxor: Alesia.

(Albertus) I. dux Saxon. 205, 25. 294, 5. 300, 35. 340, 30. 366, 40.

Albertus, nepos Alexandri IV. papae, 335, 45; fil.: Roffridus.

Adelfonsus v. Alfonsus.

(Adalheidis), Adelicia, Adelisa, Alesia, (Alicia), (Aalis). — (Adela), Ada, Ade.

Adelicia, uxor Henrici I. regis Angliae, fil. Godefridi I. ducis Lovan., 29, 25. 111, 20. 118, 25. 443, 50.

(Aalis), sponsa Iohannis com. (regis Angliae), fil. Huberti com. Morianae, 33, 1.

Alesia, uxor Alberti Magni ducis Brunsvic., fil. Bonifacii march. de Monteferrato, 545, 5 (n. 5). 551, 1. 553, 15.

Ada, uxor Florentii III. com. Holand., fil. Henrici, filii David regis Scotiae, 522—524.

(Alicia), uxor Rogeri Bigot com. Norfolc., fil. Iohannis I. de Avennis com. Hannon., 594, 40.

(Adela de Holandia), uxor Iohannis I. de Avennis com. Hannon., 334, 15. 339, 40.

(Aalis), soror Iohannis de Cesaria, 167, 15.

Adele de la Pole: Nicholaus.

Etheling: Eadgarus.

Ethelingeia, Nobilium-insula, *Athelney* 25, 10; abbas: Iohannes.

Aethelmarus episc. Winton., fr. Henrici III. regis Angliae, 318, 5. 323, 30. 331, 45. 366, 10. 369, 10. 477, 20.

Aethelmarus rex Daciae v. Waldemarus.

Athelmus comes Wilton. 25, 5. 109, 45.

Ethelredus II. rex Angliae, fil. Eadgari, 25, 45. 73, 30; fil.: Eadmundus.

Ethelstanus rex Angliae, fil. Eadwardi I, 25, 30.

Ethelsuitha, uxor Burhredi regis Merciorum, 25, 15. 109, 50.

Athelvulfus, Aethelvulfus, Ethelvulfus, rex Occidentalium Saxonum 24. 109, 30; uxor: Iuditha; fil.: Alfredus.

(Adam) abbas de Wareduna 228, 10. 468, 20.

Adam cellerarius S. Albani 434, 10.

Adam de Eboraco fr. Minor 563, 35.

Addriani: Iohannes draparius.

Adeodatus papa 529, 15.

Adnulfus (Papareschi) capitaneus Anagn. 622, 10.

Adolfus, Adolphus, Adulphus, rex Rom., comes Nassov. 488. 490. 493, 10. 525. 595, 30. 596. 607. 613. 616, 30. 636, 25—638. 653. 654, 40. 658, 5.

(Adolfus) VI. comes de Montibus 334, 15.

Adriaticum, Adriacum, mare 212, 40. 573.

S. Adriani eccl. Rom. card. diac.: Galfridus de Trane, Ottobonus (Adrianus V. papa), Napoleo.

Adrianus I. papa 22, n. 3. 108, 5. 454, 10. 529, 30.

Adrianus II. papa 529, 35.

Adrianus III. papa 529, 40.

Adrianus IV. papa, Nicholaus de Langele cogn. Brekespere, canon. et abbas S. Rufi, card. episc. Alban., fil. Roberti de Camera, 31. 111. 392. 435—438, 1. 444, 20. 462, 15. 530, 5.

Adrianus V. papa, Octobonus card. diac. S. Adriani 483. 485, 15. 486, 40. 516, 35. 518, n. 3. 550, 25. 551, 10. 553, 10. 557, 20. 591. 592, 40. 599, 35. 601, 25. 602, 15. 653, 1. 669, 10.

Addrianus imp. 530, 30.

Advocatus, nepos Ottonis card. episc. Portuensis, 201, 15.

S. Aedemarus v. S. Audomarus.

Aedmundus, Aedwardus v. Ead-.

(A)Eduensis *(Autun)* episc. 267, 35.

Aegemortue v. Aqua-mortua.

Sanctus (A)Egidius civ., *Saint Gilles* 33, 20. 195. 299, 45; comes 36, 25; comes: Reimundus VI; de S. Eg.: Iohannes mag.

S. Egidii monast. extra Londonias 532, 10.

Egidius Hispanus card. diac. SS. Cosmae et Damiani 222, 25. 228, 10. 240, 15. 335, 15. 355, 20. 356, 10.

(Aegidius) episc. Hereford. 550, 10.

(Aegidius) electus episc. Saresber. 368, 20. 369, 5.

Egidius de Hersi 49.

Egidius de Melun 49.

(Aegyptus) Egipciorum clima 213, 15.

Aernulphus v. Arnulfus.

Aethel- v. Adal-.

(A)Ethicus philos. 572, 15.

(A)Ethiopes 572, 5; Ethiopum vel Maurorum clima 213, 15.

(Aetna) Ethne mons 568, 15.

Africa, Affrica 35, 35. 129, 35. 407, 5. 592, 1; Affricae, Marrochiae, Hyspaniae rex: Murmelim.

Agapitus I. papa 529, 1.

Agapitus II. papa 530, 10.

Agapitus de Columpna capitaneus 611, 5.

Agatha, uxor Eadwardi, filii Edmundi regis Angliae, 26, 5. 28, 5. 31, 35 (*falso* soror Heinrici imp.). 73, 30. 392, 45.

Agatho papa 529, 20.

Agaunum v. Lugdunum.

Agennogia v. Hannonia.

Agnellus Pisanus min. fr. Minorum in Anglia 69, 10. 78. 561. 566, 30.

Agrippina v. Colonia.

Aimarus episc. Winton. v. Aethelmarus.

Aimericus, Aimerus v. Amalricus.

(Aimo de Chillon), fil. Thomae I. com. Sabaud., 375, 30.


*) *Nominum formas Francogallicas et Anglicas quaere sub Latinis.*

**Alamannia**, Alemannia, Allemannia, Almannea; Alemaigne, Alemayne; Alimaine 38, 20. 119, 30. 120, 40. 128, 10. 135, 35. 137. 138, 35. 174, 5. 179, 15. 200, 35. 205, 25. 209, 50. 218, 20. 220, 40. 221, 50. 225, 25. 230, 10. 234, 5. 257, 10. 263, 35. 279. 284, 40. 285, 40. 290—292. 295. 296, 15. 301, 30. 303, 35. 317, 35. 320. 338. 352, 15. 357, 40. 366, 1—372, 20. 373, 35. 374, 20. 383, 5. 385, 1. 400. 402, 5. 415, 1. 416, 45. 417, 20. 418, 5. 421. 424, 5. 427, 1. 433, 5. 449, 35. 453. 473, 40. 475, 20. 477. 479, 20. 485, 35. 486, 5. 507. 508. 511. 520, 25. 531. 532, 1. 533, 50. 534, 15. 537, 1. 549. 553, 1. 557, 20. 563, 10. 569, 5. 572, 25. 573. 578, 30. 579, 25. 580, 25. 594, 1. 613. 664, 20. 667, 30; A. principes, nobiles, magnates 57, 30. 239, 40. 244, 10. 272, 30. 294, 5. 338, 30. 365. 370. 376. 451, 5. 472. 474, 10. 477. 510; episcopi 267; civitates 382, 10; de Al.: Henricus fil. Ricardi regis. — Alemanni; Alemaunz 46, 25. 136, 45. 273, 10. 289, 40. 339, 5. 341, 30. 344, 15. 356, 20. 359, 5. 366—368. 372, 30. 375, 5. 376. 382. 388. 411, 20. 454. 509—511. 573, 15. 589, 35; Alemannus quidam 225, 30. 583, 20; A. quidam comes 28, 35. — Alemannica lingua 367, 5. *Cf.* Germania, Theutones.

Alani 573, 5. — Alania occidentalis, Cumanorum terra 572, 25.

Alanus de Beccles mag. 122, 35.

Alanus le Zuche custos London. 546, 20. 547, 5.

Alba fl., *Aub* 363, 25.

de Albamarla, Aumarle *(Aumale)*, comes: Iohannes I.

Albania id est Scotia 107, 25.

Albania civ., *Albano* 227. 468, 10. — Albanenses 336, 40; card. episc.: Nicholaus (Adrianus IV. papa), Herricus, Albanus, Pelagius, Petrus, Beraldus (Bernardus).

S. Albanus martyr Angl. 320, 25. 436, 40; eius mausoleum in S. Albani eccl. 368, 15.

S. Albani monast., *St. Albans* 22, n. 3. 68, 20. 194, 30. 219, 40. 244, 30. 247, 1. 248. 280, 30. 303, 10. 315, 35. 350, 10. 358, 20. 359, 15. 362, 25. 368, 40. 371. 388, 30. 391, 5. 392, 40. 406, 5. 419. 434—440. 443, 10. 476, 25. 490, 20. 603, 20. 604, 30; conventus 362, 35. 390, 25. 431, 25; capitulum 159, 25. 413, 15; monachi 346, 40; abb.: Fretherieus, Paulus, Ricardus, Gaufridus, Radulfus, Robertus, Garinus, Iohannes I, Willelmus, Iohannes II, Iohannes III; priores: Reimundus, Matheus; supprior: Fabianus; mon.: Adam, Iohannes de Bulum, Matheus Paris., Robertus de Camera, Robertus de Salerno, Rogerus de Wendovre, Willelmus; custos: Robertus; abbatum Gesta 390, 25. — S. Albani villa 49. 435, 1; eccl.: S. Petri. — S. A. terra, territorium 31, 35. 141, 50. 434, 20. — de S. A., de S. Albani pago: Adrianus IV. papa, Iohannes phisicus, Laurencius clericus. — S. Albani libertates 341, 35.

S. Albani monast. in Selio 302, 30.

Albanus card. episc. Alban. 37, 15.

Albericus card. episc. Ost. 29, 45. 111, 40. 392, 25.

Albericus de Romano 198, 30.

Albertus *v.* Adalbertus.

Albi monachi 233, 25. 539, 30. 547, 30. *Cf.* Cistercienses, Grisei mon.

Albigenses, Albegenses, Albigences, Abigei, haeretici 33, 30. 45, 1. 51, 35. 117, 10. 134, 25. 148, 40. 160, 15. 296, 15. 299, 30. 320, 20. 398, 25. 430, 5. 446, 40. 587.

de Albineto *(Daubeney)*: Philippus.

Albinus *v.* Alcuinus.

Albion dux Saxonum 21, 35.

Albrucia, *Abbruzzen* 611, 30.

Albumasar 575, 30.

Albus: Iohannes Anglicus card. presb. S. Laurentii in Lucina.

Alchacia castrum, *Alkazar* 51, 20.

(Alcuinus) Alquinus, Albinus 21, 40. 108, 30. 571, 10.

Aldebrandinus dictus Rubeus, le Rus, comes 483, 15. 484. 592. 634, 10; fil.: Margareta.

Aldebrandinus Ildebrandini mercator Senen. 362, 45.

Aldibrandini: Iohannes.

Aldelia *v.* Audeleia.

Aldelmus *v.* Albertus.

Aldemarus *v.* Waldemarus.

Aldredus *v.* Ealdr.

S. Alexander I. papa 529, 10.

Alexander II. papa 390, 10. 434, 30. 530, 30.

Alexander III. papa, Rollandus cancellarius 31—33. 111, 55. 112. 200, 45. 247, 20. 392, 55. 393. 437. 438, 1. 444. 462, 25. 470, 30. 530, 5. — Alexandrina decretalis 222, 30.

Alexander IV. papa, Rainaldus card. episc. Ostiensis 175, 10. 197, 1. 222, 25. 228, 5. 240, 15. 335, 40. 348. 350—353. 355. 356. 358. 359. 361—363. 368, 30. 369. 372, 15. 374, 15. 377—379, 45. 380—383. 385. 389, 15. 440, 20. 455, 25. 465, 50. 476—478. 509. 510. 516, 20. 530, 10. 549. 554, 25. 557. 564, 45. 566, 1. 590. 633, 30; eius liber Copiosa 465, 50.

Alexander episc. Lincoln. 435, 1.

Alexander fr. Minor 451, 10.

Alexander Magnus 218, 5.

Alexander (Severus) imp. 531, 5.

Alexander II. rex Scotiae 118, 25; uxor: Iohanna.

(Alexander) III. rex Scotiae 478, 40. 635, 15; uxor: Margareta.

Alexander le Riche de Andovere 540, 50.

Alexandria 315, 10; Alexandrinus patr. 48, 40.

Alexandria, Alexandrensis civ., *Alessandria* 230, 10. 248, 15. 416, 45.

**(Alfonsus), Alfunsus, Adelfonsus, Aldephulsus, Audefulsus, Andephulsus, Amphulsus.**

Adelfonsus IX. rex Castell. 73, 20. 377, 10; uxor: Alienora; fil.: Blanca.

Alfunsus X. rex Castell. et Rom. 338, 45. 369, 15. 370, 1. 374. 376. 377. 381, 35. 382. 389, 20. 476, 40. 483, 10. 511. 599, 15; fil.: Alienora; fr.: Henricus.

Alfunsus, fil. Edwardi I. regis Angliae, 558, 40.

Aldephulsus comes Pictav., fil. Ludovici VIII. regis Franc., 219, 15. 316, 45. 317, 45. 318.

Alvredus Anglicus mag. 577, 10. 582, 15.

Alfredus I. rex Angliae, fil. Aethelvulfi, 24. 73, 30. 109; fil.: Eadwardus.

Algais Provincialis 115, 10.

Algiva (*falso pro* Eadhilda), uxor Hugonis Magni ducis Franc., fil. Eadwardi regis Anglorum, 25, 10.

**Alienora, Alianora, Aelianora, Alienor, Ellenora, Ellenor; Elianore, Helyanore.**

Alienora, uxor Henrici II. regis Angliae, 31, 40. 35, 25. 38, 20. 394, 25. 445, 10.

Alienora, uxor Henrici III. regis Angliae, fil. Raimundi Berengarii IV. com. Provinciae, 132. 180, 10. 189, 35. 190, 25. 195, 15. 204. 225, 15. 228, 35. 229, 5. 242, 15. 246, 20. 274, 1. 311, 40. 328, 45. 335, 20. 337, 5. 341, 40. 347, 5. 352. 357, 30. 359, 45. 362, 10. 363, 20. 368, 35. 375. 376, 40. 388, 30. 408. 415, 35. 417, 30. 448. 455, 30. 464, 15. 466. 467, 50. 472, 10. 480, 30. 481. 507, 50. 508, 10. 511, 35. 515. 516. 520, 20. 532, 5. 535. 536. 538, 5. 545, 5 (n. 5). 550. 552, 25. 554, 35. 557. 558, 1. 588, 1. 590, 15. 591. 599, 30. 601, 15. 632, 25. 652, 35. 666, 25. 668, 20. 669.

(Alienora), uxor Edwardi I. regis Angliae, fil. Alfonsi X. regis Castell. et Rom., 481, 15. 485, 5.

(Alienora), uxor Alfonsi IX. regis Hispaniae, fil. Henrici II. regis Angliae, 73, 20. 377, 10.

Alienora, fil. Gaufridi, filii Henrici II. regis Angliae, 50, 20.

Alienora, uxor Henrici III. com. de Bar, fil. Edwardi I. regis Angliae, 486, 15. 519, 20. 596, 5. 597, 10. 598, 5. 606. 634, 40.

Alienora, uxor 1. Willelmi Marescalli com. de Penbrochia, 2. Simonis de Monte-forti com. Leicestr., fil. Iohannis regis Angliae, 73, 20. 142, 20. 144, 5. 194, 40. 389, 10. 410, 40. 550, 10. 554, 30. 557, 15. 668, 25. 669.

Alifanensis *(Alife)* eccl. 149, 1.

Almaricus *v.* Amalricus.

de Alperino: Matheus officialis Trecensis.

Alpes 31, 45. 42, 20. 303, 35. 478, 15. 572, 10; A. transmarini 55, 1.

Alquensis villa *v.* Aquisgranum.

Alquinus *v.* Alcuinus.

Altissiodorensis civ., *Auxerre* 435, 5.

Altus-mons, *Montalto* 129, 10.

(Amadeus) Amideus, Amedeus, III. comes Sabaud., fil. Thomae I. com., 132, 25. 280. 291, 30. 311, 10. 375, 20. 422, 10. 451, 10. 508, 30.

(Amadeus) Amy IV (V) comes Sabaud. 526, 10. 596, 15. 653, 20. 655, 20. 659, 5.

**Amalricus, Almaricus, Aimericus, Aimerus, Eimerus.** *Cf.* Aimo.

(Aimericus) archiep. Lugdun. 251, 30. 254, 30. 256, 10.

Amalricus de Monte-forti capellanus papae, thesaur. Eborac., fil. Simonis com. Leicestr., 483, n. 10. 557, 25.

Eimerus de Valencia dom. 518, 25.

Aimericus, Aimerus, Cosa mercator Florent. 358, 45. 362, 25.

Amanatorum soc. mercatorum Pistor. 615, 30 (n. 5).

S. Amandi monast. Elnonense 23, 30. 256, 30; abbas: Walterus V.

Ambianum, *Amiens* 514, 15.

S. Ambrosii Pons *v.* Pons.

Ambrosius mag., cler. S. Albani 437.

de Amendolia: Iacobus.

Amicus Caccesleonis mercator Pistor. 612, 35.

Ammanatus Rote mercator Florent. 612, 40. 613, 30.

de Sancto Amore: Willelmus mag.

S. Anacletus I. papa 529, 10.

Anacletus II. antipapa, Petrus Petri-Leonis card. presb. *(falso)* S. Marci 29, 40. 252, 45. 444, 5.

Anagnia, Anania, Anagnium; Anayne, civ., *Anagni* 228, 10. 319, 35. 335, 45. 362. 378. 429, 20. 468, 25. 500, 20. 565, 30. 612, 35. 613, 35. 622. 623. 625. 645. 664, 15; eccl.: S. Mariae; palatium papae 622—624. 645. — Agnanientes 378; A. populus 622—625. 645; Agnaniensis (papa) 336, 35. — de A.: Bonifacius VIII. papa.

Ananzaci *v.* Davanzati.

S. Anastasiae eccl. Rom. card. presb.: Iohannes Neapolitanus, Gregorius de Gwalgano.

Anastasius I. papa 529, 30.

Anastasius II. papa 529, 40.

Anastasius III. papa 530, 5.

Anastasius IV. papa 31, 30. 111, 50. 392, 40. 435, 15. 436, 1. 444, 20. 462, 15. 530, 5.

Anastasius I. imp. 531, 30.

Anastasius II. imp. 531, 1.

Anchona civ. 304, 40. — Anchonitani 183, 25. — Anconiae, Anchonitana marchia 183, 25. 185, 5.

Andegavia 73, 15; comitatus 553, 5; com.: Galfridus Plantegenest, Carolus.

Andegavis, Andegavensium civ., *Angers* 122, 40. 403, 30; episc.: v. Ludovicus landegravius.

Andeliacum, *Les Andelys* 40, 5.

Andelmus v. Albertus.

de Andovere, *Andover prope Wintoniam:* Alexander le Riche.

S. Andreae diocesis, *St. Andrews* 522, 10.

(Andreas) prior, Winton. 179, 40.

Andreas fr. Praedicat. 258, 35.

Andreas II. rex Ungariae 49, 1. 50, 35. 119, 25. 200, 40; uxor: Gertrudis; fil.: S. Elisabeth.

Andreas Iudaeus 582, 30.

Anevers, Enevers, *Antwerpen* 72, 10. 130, 20. 407, 25.

S. Angeli eccl. Rom. card. diac.: Gregorius (Innocentius II. papa), Hugo Petri-Leonis, Romanus, Ricardus Hanibal.

de Angeous: Bertramus archiep. Burdegal. (Clemens V. papa).

Anglia; Engleterre; Engelond 24—26. 29. 31, 50. 33. 35, 30. 38. 41, 40. 42—45. 47, 35. 48, 30. 49, 30. 50. 65, 35—69, 15. 71, 20. 73, 10. 110. 117—120, 40. 126, 30. 130, 1. 131. 135, 15. 137. 138, 15. 143, 45. 144, 20. 145, 15. 147. 158, 10. 159, 25. 178. 182, 20. 186. 189. 193. 194. 196. 197. 201. 212, 35. 213, 30. 218, 40. 220, 40. 221. 224, 1. 226, 20. 232. 235, 10. 238. 239. 245. 246. 249, 20—252. 254. 255. 257. 260, 40. 261. 273. 279, 30. 286. 290, 20. 291. 295, 40. 301, 30—304. 309, 25. 312, 1. 314. 315. 318—320. 328, 1. 331. 332. 335, 35. 340, 25. 347. 349, 40. 352, 5—356, 40. 359. 360, 35. 363. 365, 15. 369. 371. 372, 35. 374, 15. 379. 380—383, 5. 386—389, 15. 397—399. 401. 402. 405, 35. 407. 408, 25. 410. 412, 30. 414. 419. 420. 425, 1. 428, 30. 432, 10. 434. 440, 10. 445. 447. 449. 450. 453. 454, 25. 463—467. 470. 476—479. 482. 485. 488, 40. 491. 502, 20. 503, 35. 504, 20. 507. 508. 511. 519. 526. 538. 540—543. 547, 15. 549. 552—554. 559. 561—563. 566—569, 1. 573, 35. 579. 586. 587. 590. 591. 597. 605, 35. 613. 615. 629, 15. 635. 636. 658, 40. 664, 25—666. 669, 5. — Anglorum regnum 28, 5. 63, 5. 70, 25. 143, 30. 242, 30. 247, 10. 273, 30. 285, 35. 311, 45. 353, 10. 361, 25. 370, 35. 384. 385, 1. 390, 5. 421, 15; reges: Egbertus, Athelvulfus, Alfredus, Edwardus, Ethelstanus, Edmundus, Edgarus, Edwardus Martyr, Ethelredus II, Edmundus Ferreum-latus, Cnuto Magnus, Hardecnutus, Edwardus Confessor, Haraldus II, Willelmus I, Willelmus II, Henricus I, Stephanus, Henricus II, Henricus (III), Ricardus I, Iohannes, Henricus III, Edwardus I, Edwardus II. — Angli, Anglici, Anglicanus populus, Angligenae; Englays 21. 24, 30. 41, 30. 116, 35. 120, 40. 126, 35. 130, 35. 194, 20. 248, 45. 260, 15. 261, 20. 273. 285. 314, 1. 331, 45. 366. 367. 370, 25. 375, 5. 388. 390, 10. 398. 411, 30. 422, 40. 428, 40. 434, 30. 465. 470, 5. 471. 477, 40. 481. 485, 5. 491, 30. 510. 520, 25. 526, 15. 540. 572, 10. 595, 30. 636. 653. 655. 656. 658, 20; proceres, barones, nobiles, magnates 110, 20. 121, 5. 177, 30. 179, 5. 225, 20. 234, 30. 244, 35. 275, 25. 278. 383, 20. 389, 20. — Anglicana ecclesia 21, 5. 32, 25. 177, 20. 219, 5. 224, 25. 249, 15. 285, 20. 369, 40. 437, 35. 451, 25; clerus, praelati, episcopi 25, 15. 199, 40. 200. 224. 225, 15. 244, 50. 245, 1. 250, 35. 293, 35. 323, 35. 335, 10. 353, 10. — Angliae moneta 298, 1; denarii 346, 15; leges 523. — Anglicum, Anglica lingua 107, 25. 367, 5. 567, 25. — Anglorum cronica, historiae, gesta 21, 15. 26, 10. 73, 30. 340, 25. 341, 20; Willelmi Malmesber. 29, 50. — Anglorum scola in Rom. civ. v. S. Spiritus hospitale Rom.

Anicitus I. papa 529, 10.

(Anna sive Constantia), uxor Iohannis Batacii imp. Graecorum, fil. Friderici II. imp., 236, 10. 244, 25. 266, 1. 419, 10. 470, 10.

(Anno) Amo archiep. Colon. 390, 15.

Anselmus archiep. Cantuar. 28. 29. 111. 390, 45. 391, 10. 443, 35 (*falso* Lamfrancus).

Anselmus capellanus Ricardi I. regis Angliae 36, 30.

Anserius de Monte-regali 34, 40.

Ansou v. Nassou.

Anterdidensis *(Antaradus sive Tortosa)* episc. 48, 40.

Anteros papa 529, 20.

Anthimus haereticus 20, 40.

Anticuli castrum, *Anticoli* 241, 10.

Antiochia civ. 35, 30. 257, 30. 391, 1; patriarcha 48, 40. 567, 1; patr.: Albertus; de A.: Frethericus. — Anthiochenae partes 138, 1.

Antipolitanus *(Antibes)* episc. 267, 30.

Antoninus Carakalla imp. 531, 1.

S. Antonius de Padua 564.

Antonius; Auntoyne, de Beek patr. Ierosolim., episc. Dunelm. 488, 30. 503, 10. 518, 25. 525, 15. 596, 30. 606, 35. 609, 30. 636, 25. 637. 653. 654, 1. 658, 15.

Antonius Pius imp. 530, 35.

Antropomorphitarum secta 25, 35.

Aodoenus v. Audoenus.

SS. Apostolorum eccl. Rom. card. presb.: Guillelmus.

Aptensis *(Apt)* episc. 267, 35.

Apulia, Appulia, Apulea, Pulia; Poylle; Apuliae regnum 35, 20. 37, 35. 39, 35. 60, 40. 156, 30. 159, 10. 170, 5. 172, 5. 181, 45. 194, 40. 212, 35. 217, 10. 290, 25. 307, 15. 310. 320, 25. 327, 5. 331, 20. 336, 10. 338, 25. 345. 346, 35. 351, 5—355. 357, 10. 368, 20. 370, 5. 372, 10. 374, 5. 378. 380. 381. 385. 423, 5. 425, 40. 426, 20. 427, 30. 429, 1. 430, 25. 440, 45. 455, 5. 481, 40. 482, 10. 483, 5. 508, 30. 510, 15. 517, 30. 554, 20. 575, 20. 577, 10. 634, 15; civitates 307, 45. 320, 45. — Apuli, Appuli 290, 30. 328, 5. 338. 345, 35. 349, 20. 353, 20. 355. 360, 40. 361, 5. 380, 40. 385. 423, 5. 432. 455, 5. 473, 45. 509, 10; duces: Wiscardus, Rogerus, Boamundus. *Cf.* Siciliae reges; de Ap.: Simon episc. Exoniensis. — Apuliense indumentum 369, 20.

(Aqua-blanca) de Egeblancke, Eguеblanc, Egueblancke, Egebele, *Aiguèblanche*: Petrus episc. Herford.

Aqua-mortua, Aegemortue, *Aiguesmortes* 195, 40. 591, 35.

Aqua-pendens, *Acquapendente* 610, 45.

Aquensis *(Aix)* archiep. 267, 30.

Aquila *(Abruzzo ulter.)* 613, 20.

Aquilegia civ. 159, 20. 163, 15; Aquilegiae Canales 231, 35; patriarcha 118, 45; patr.: Bertholdus.

Aquileia, *Bec de l'Aigle* 35, 10.

Aquisgrani, Aquisgranum-ad-Capellam, Aquensis civ., Alquensis villa; Eyse-la-Chapele 40, 10. 295, 20. 298. 300, 15. 309, 20. 367, 20. 372, 15—374. 382, 5. 423, 45. 424. 451, 50. 452, 5. 475. 510, 30. 531, 25. 533. 543, 30. 549, 5. 593, 5; Karoli Magni sedes, cathedra 373, 25. 424, 30. 533, 40. 543, 30.

Aquitania, Aquitannia; Aquitayne 73, 15. 504, 30. 580, 25. 656, 30; ducatus 619, 30; Aquitaniae primatus 503, 45.

Arabica lingua 66, 10; Arabicum 281, 20. 394, 15. 582, 25. 583, 1; Arabica exemplaria 391, 5.

Aragonia v. Arragonia.

Arcadius imp. 531, 20.

de Archis castrum, *Arques* 33, 1.

(Ardingus) episc. Florent. 165, 35. 166, 5. 237, 45.

Arelatum, Arelatensis, Arelatensium civ., Arle 23, 35. 195. 316, 25; archiep. 267, 35; archiep.: Iohannes. — Ar. concilium 605, 35.

Arescium civ., *Arezzo* 485, 10; Aretinus, Arethinus episc.: Marcellinus.

Arfastus episc. Thefford. 586, 5.

Argentinensis, Stratheburgensis episc. 267, 20; episc.: Henricus.

de Argentonio, *Argentan*: Rogerius Normannicus.

Argiensis *(Agria-Erlau)* episc.: Thomas.

Aria, Arria, *Aire* 45, 10. 50, 5.

Aringero Abadingero mercator Florent. 362, 20.

Aristoteles philos. 37, 20. 571, 20. 572, 1. 575, 35. 578, 40.

Arla v. Arelatum.

Arlotus v. Herlotus.

Armachcanus *(Armagh)* archiep.: Andelmus (sive Albertus).

Armoricana gens 20, 30. — Armoricum mare 594, 30.

Arnulfus, Arnulphus, Aernulphus, Arnoldus, Arnaldus, Ernaldus.

---

Arnulphus archiep. Ravenn. 391. 443, 50.

A(rnoldus) archiep. Trever. 366, 40. 373. 374, 1. 376, 5. 381, 20. 382, 25. 511. 533. 599, 20.

(Arnoldus) episc. Bamberg. 609, 15.

(Arnulfus) episc. Luxov. 436, 5.

Arnulfus fr. Minor 563, 15. 564, 30. 565, 5.

Arnulphus fr. Praedicat. 242, 5.

Ernaldus Hospitalarius 32, 20.

Arnulfus imp. 25, 20. 109, 50.

(Arnulfus) II. comes de Gisnes 45, 10.

(Arnulfus) III. comes de Gisnes 310. 334. 340, 20. 591, 20.

(Arnaldus Garsia), fr. Clementis V. papae, 502, 40.

Arnaldus, fil. Thedmari Bremensis, aldermannus London. 534. 544—547.

Arnoldus cogn. de Greningge civis Colon. 543. 544; uxor: Oda; liberi: Thomas, Iuliana.

Arragonia, Aragonia, Arragonum, Aragonum; Aragoun, regnum 250, 10; reges: Petrus II, Iacobus I, Petrus III, Iacobus II.

Arraz *v.* Atrabatum.

Arria *v.* Aria.

Arthaldus archiep. Rem. 25, 35.

Arthur rex Brittan. 656, 30.

Arthurus dux Britann., fil. Gaufridi, 35, 25. 50, 20.

de Artoys, Atrebatenses com.: Robertus I, Robertus II. *Cf.* Atrabatum.

Arundelliae, de Harundel com.: Willelmus, Hugo.

Arvernia, Avernia 73, 15. 548, 20.

Ascalonia, Aschalon 205, 35. 223, 30.

Asia 482, 50 — Asianae provinciae 30, 5. 209, 15. — Asia Minor 30, 10.

Aspolli castrum, *Spello* 283, 40.

Assesini, Assisini 37, 45. 423, 1. 451, 15.

Assisium, Asisium, civ. 120, 25. 283, 35. 336, 25. 377, 45. 401, 40. 446, 50. 506, 40. 511, 40. 557, 1. 631, 25; eccl.: S. Mariae de Portiuncula; episc.: Crescentius, Nicholaus. — Assisii, Assisienses 336.

Asta, Astensis, Austensis, civ., *Asti* 248. 352, 40. 419, 35. 470, 20. — Astenses 357, 20. 360; A. mercatores 379, 40.

Astarot 32, 30.

Athel- *v.* Adal-.

Atrabatum, Atrabatensis civ., Arraz castellum 39, 5. 442, 35. 495, 40. 497, 10; castellanus 399, 40; castell.: Hugo. — de Arraz: Nevolin. *Cf.* Artoys.

Atterarum, Ateranensis *v.* Acerra.

Aucum, *Eu* 29, 20. 391, 15; de Eu comes: Iohannes II.

de Audeleia, Audolie, Aldelia, *Audley*: Iacobus.

S. (Audoeni) Aodoeni (Rotomag.) monachi 110, 40.

(S. Audomarus) Seint Omer 499, 25.

Sanctus Audomarus, Odomarus, Aodemarus, Aedemarus, S. Omeri villa, *Saint-Omer* 28, 1. 442, 35. 550, 10. 641, 10; castellanus 428, 45; castell.: Willelmus; monast.: S. Bertini.

Augustensis *(Augsburg)* episc. 267, 30; episc.: Sigfridus.

S. Augustinus 21, 5. 529, 45. 580, 20; S. Augustini disciplina 248, 1; ordo 551, 35. 568, 35.

Augustinus episc. Laodic., fr. Minor 567, 1.

Aula Rubea, Sale rouge, Berwici 638, 30. 655, 15.

Aumarle *v.* Albamarla.

Aurasicensis *(Orange)* episc. 267, 35.

Aurelianum civ., *Orléans* 396, 40. 397, 35. 589, 30.

Aurelianus imp. 531, 5.

Aurelius imp. 530, 35.

Aurelius Comodus imp. 531, 1.

Austensis *v.* Asta.

Austria, Hostrica; Austrice, Ostrich 30, 5. 36, 55. 395, 5. 445, 1. 573. 652, 1; ducatus 323, 5; dux 266, 40. 376, 15; duces: Leopoldus V, Leopoldus VI, Fridericus II, Fridericus de Baden, Ottocarus (II. rex Bohemiae), Rudolfus III. — Austriae fines 211, 15.

Auxiensis, Auxianensis *(Auch)* archiep. 35, 35. 52, 5. 113, 15.

de Avalterris, Avaltere *(Terre d'aval, Niederland)* homines 312, 1. 334, 1.

Avelyn comit. de la Marche 651, 25.

de Avennis, Avenis, Awenneys, *Avesnes*, dom.: Iacobus, Iohannes, Walterus.

(Aventinus) Adventinus mons Rom. 611, 20.

Avernia *v.* Arvernia.

Averroys, Averois, commentator Aristotelis 572.

Aversanensis *(Aversa)* eccl. 149, 1.

Avicenna philos. 574, 30.

Avillyana, *Avigliana* 280, 15.

Avinio, Avinum, civ., *Avignon* 52—54. 120, 25. 190, 10. 226. 299, 30. 311. 316, 25. 401. 446, 45. 475, 5. 548, 20. 587, 35; cives 195, 5; Ammonensis episcopus 267, 35.

Axyholm insula, *Axeholme* 516, 30.

(Azzo) marchio Estensis 184, 25. 198, 30.


## B. *Cf.* P.


B. mon. S. Mariae in Hungaria 209, 5.

Babbergensis, Bavergensis, Babenbeigerim, Pompeburgensis *(Bamberg)* episc. 267, 20; episc.: Ekbertus, Henricus, Arnoldus.

Babilonia civ. 64, 20. 306, 25. 315, 10. — Babilonii 191, 15; sold.: Kamel, Saleh Nodgemeddin, Turanschah.

Bachon, Bacun: Robertus, Rogerus.

de Bade march.: Hermannus V, Fridericus I.

Baiocensis *(Bayeux)* episc.; Robertus.

Baionia, Bauna, civ., *Bayonne* 603. — Baionenses, Bayonici 594, 35. 595. 602, 30; mercatores 602, 35; nautae 602, 30.

(S. Balbinae eccl. Rom.) card. presb.: Simon.

Balcarium, *Beaucaire* 195, 10.

Balduinus, Baldewinus, Baudewynus.

(Baldewinus) archiep. Cantuar. 34, 30.

Baudewinus fr. militiae Hospitalis, fil. Paulini com. de Morayn et Mount Moryn, 651, 30.

Baldewinus I. imp. Constantinop., IX. comes Flandr., VI. comes Hanon., fil. Baldewini V. com. Hanon., 39, 40. 116, 35. 396, 25. 397, 15. 445, 25. 544, 15. 586, 40; fil.: Iohanna, Margareta.

Pseudo-Balduinus 120. 400, 45. 446, 40.

Balduinus II. imp. Constantinop. 136, 25. 146, 35. 201, 35. 236, 5. 241, 15. 245, 15. 257, 20. 291, 40. 423, 20. 424, 40. 479, 20.

Baldewinus III. rex Ierosolim., fil. Fulconis regis, 30, 444, 15.

Baldewinus IV. comes Flandr. 26, 20.

Baldewinus V. comes Flandr. 27, 25. 28; fil.: Matildis, Iudith.

Baldewinus VII. comes Flandr., fil. Roberti II. com., 29. 111, 15. 391, 15.

Baldewinus V. comes Hannon., VIII. comes Flandr. 33, 40; uxor: Margareta; liberi: Isabella, Balduinus I. imp. Constantinop., Henricus imp. Constantinop.

Baldewinus (de Avennis) vocatus comes Flandr. 334, 25.

Baldewinus de Ripariis comes Devoniae 368, 35; uxor: Margareta.

Baldewinus de Bethun 36.

Baldewinus Bretel 49.

Baldewinus de Gisnes 69, 5. 128. 406, 30.

Baldewinus de Vair miles 135, 15. 136, 1.

Baliannus de Ibellino 167, 15.

Ballay, Baley *v.* Belesium.

de Balliolo, Balliol: Iohannes.

la Baniare, *Bagnara* 650, 10.

Bapardiense palatium *v.* Bopard.

Barbaries, Barbaria, *Berberei* 36, 25. 156, 25.

de Bardenaye monast., *Bardney* 559, 40.

Bardenensis (?) electus: Stephanus.

Bardenicensis *(Bardewiek)* episc. 267, 25.

de Bardo castrum Sabaudiae 280, 15.

Barletum, Barlectum civ., *Barletta* 361, 5. 594, 5.

de Baro, Bar, Bars, Barrenses *(Bar-le-Duc)* com.: Henricus II, Theobaldus II, Henricus III; de B.: Theobaldus episc. Leod. (fil. Theobaldi II. ducis).

de Barro super Albam, *Bar-sur-Aube*: Nicholaus.

S. Bartholomei prioratus London. 315, 15.

Bartholomeus episc. Grosset. 559, 5. 605, 5.

Bartholomeus antipapa Albigensium 54, 35.

Bartholomeus de Cottuun mon. Norwic. 621, 20.

Bartholomeus cler. 434, 10.

(Bartholomaeus Simplex), fil. Iordani com. de Severino, 517, 15.

Bartholomeus de Capua 613, 1.

Bartholomeus Guidy mercator Senen. 362, 45.

Bartholomeus Usimbardi mercator Florent. 612, 30.

de Barton: Martinus fr. Minor.

Barum civ., *Bari* 31, 35. 586, 5.

Bascle *v.* Wascones.

Basiliensis episc. 267, 30.

Basilius imp. 531, 25.

Basset: Gilebertus, Philippus.

de Bassingeburne: Warinus custos Bristolli.

Bathonienses *(Bath)* et Wellenses episc.: Duduc, Gisa, Savaricus, Rogerus, Robertus, Willelmus.

Battacius *v.* Vatacius.

Bavaria, Bawaria, Baivaria; Banware 30, 5; dux 266, 40; duces: Henricus Leo, Ludovicus I, Otto II, Ludovicus II, Radulfus (Balbus).

Bealverum *v.* Belver.

(Beatrix de Falkenburg), uxor Ricardi regis Rom., 537, 1. 551, 20.

Beatrix, uxor Karoli I. regis Siciliae, com. Provinc. et Andegav., fil. Raimundi Berengarii IV. com. Prov., 248. 249. 272, 5. 273. 279, 15. 349, 30. 375, 15. 376, 40. 451, 5. 455, 30. 473, 1. 508, 30.

Beatrix Burdegalensis, fil. Henrici III. regis Angliae, 376, 45. 467, 50.

Beatrix, uxor Raimundi Berengarii IV. com. Provinc., fil. Thomae I. com. Sabaudiae, 132, 25. 228. 229, 10. 234. 273. 279, 15. 295, 40. 349, 30. 375. 376, 40. 416, 30. 417, 30. 422, 5. 424, 5. 449, 50. 451, 50. 455, 30. 467, 50. 468, 35. 469, 5. 474, 50. 508, 10. 511, 35. 552, 30.

(Beatrix de Flisco), uxor Thomae II. de Sabaudia com. Flandr., 326. 330, 25. 375, 20.

Beaumeis *v.* Bellus-mansus.

Bebon villa, *Bedum prope Groningen* 51, 1.

Beccensis *(Le Bec)* mon.: Lanfrancus.

de Beccles: Alanus.

Beda Venerabilis 21, 15. 108, 1.

Beduers pincerna Arthuri regis Angliae 656, 30.

de Beek, Beke: Antonius patr. Ierosolim., episc. Dunelm.

de Befs: Jon.

Beguini, Beguinae, Beginae 231, 40. 234, 5. 320, 10. 417, 20. 430, 5. 449, 45. 453, 30. 468, 50. 568, 35.

(Bela) IV. rex Ungar. 185, 35. 206, 35. 208. 209, 15—211, 1. 213, 25. 232, 15. 235. 236, 1.

Belesium, Baley, Ballay, *Belley* 352, 35. 591, 40; Bellicense capitulum 235, 35; episc. 267, 30; elect.: Bonifacius archiep. Cantuar.; decanus 293, 1 (*falso* Belvacensis).

Belin: Iohannes mag. Paris.

Bellinzonis: Reynerius.

de Bello-campo: Walterus.

de Bello-loco, Belli-loci-regis; Beulu, abbatia Cisterc., *Beaulieu (com. Southampton)* 116, 35. 281. 310, 40. 427, 40. 667, 1.

de (Bello-manso) Beaumeis, *Beaumetz*, castell. 49, 40.

de Bello-monte, *Beaumont*: Willelmus.

Belmontis: Hogelinus.

Belvacensis civ., *Beauvais* 39, 40. 115, 20. 396, 1; capitulum 115, 35; canonici 396, 10; episc.: Philippus; canon.: Christianus; de Belvaco: Laurencius fr. Minor.

de Belvero, *Belvoir*, prior: Rogerus de Wendovre; de Bealvero: Matheus.

S. Benedicti ordo 424, 45. 611, 30; monachi 487, 20; regula 302, 15. 303, 1. 355, 10; disciplina 248, 1.

S. Benedicti monast. de Holme, *S. Benet Holme (com. Norfolk)* 302, 10.

S. Benedicti monast. de Holm in Norwegia, *Nidarholm* 302; abbas 302, 10. 303. 451, 35.

(S. Benedicti de Padua) prior: Iordanus frater.

S. Benedictus abbas 150, 30. 209, 5; eius reliquiae 24, 50.

Benedictus I. papa 529, 5.

Benedictus II. papa 529, 20.

Benedictus III. papa 529, 35.

Benedictus IV. papa 530, 1.

Benedictus V. papa 530, 10.

Benedictus VI. papa 530, 10.

Benedictus VII. papa 530, 10.

Benedictus VIII. papa 530, 20.

Benedictus IX. papa 530, 20.

Benedictus X. papa 530, 25.

Benedictus; Benet, XI. papa, Nicolaus card. episc. Ost. 500, 35. 501. 530, 20. 626, 5. 645. 661, 30.

Benedictus Gagitanus card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano, Bonefacius VIII. papa.

(Benedictus) episc. Massil. 311, 1. 315, 10.

Benedictus Zacharie pirata 596, 5.

Beneventum, Boneventum, civ. 264, 10. 436. 517, 10. 591, 25.

Beraldus (*falso* Geraldus) card. episc. Alban. 490. 613, 10—615. 617, 35.

(Berardus) archiep. Parnormit. 154, 5. 155, 5. 156, 30. 157. 165, 35. 166, 15. 173, 30. 175, 20. 237, 45 (P.).

Berardus de Nimpha mag. 309, 10. 316, 35. 318. 382, 40. 383, 15. 479, 25.

Berchamstede, Berchanstede, Bercamstede, Berkamstede, Berkhamstede, Berhamstede, Berkamestude, Berkammestude, Berkamstude, castrum, *Berkhampstead* 49, 25. 50, 30. 118, 10. 312, 5. 314, 20. 399, 30. 413, 15. 428, 10. 479, 1. 508, 45. 535, 50. 549, 20. 551, 30. 553, 20. 592, 15. 667, 1. 668, 1; castell.: Walerannus; de B.: Terricus.

de Bercsire *(Berkshire)* ecclesiarum rectores 194, 1.

Berengaria, uxor Ricardi I. regis Angliae, fil. Sanctii V. regis Navar., 35, 30.

Berengarius Turonensis 28, 30. 443, 35.

Berengarius I. imp., rex Italiae 531, 10.

Berengarius II. rex Italiae 531, 10.

Berewicum, Berowich, Berewiche, Berewike, Berewyk, Berwic, Berwyk, *Berwick* 522, 45. 523, 1. 524, 35. 595. 631, 40. 638, 1; de B.: Jon canon. Eborac. *Cf.* Aula Rubea.

Berge civ., *Bergen in Norwegia* 301, 30.

Beritensis, Biritensis *(Beirut)* episc.: Walerannus.

Berkeleia villa, *Berkeley* 24, 1.

Bernardini: Bonaventura.

Bernardus episc. Raguensis 41, 30.

Bernardus II. episc. Tripolit. 559, 20. 605, 40.

S. Bernardus abbas Clarevall. 29, 65. 487, 20. 488, 1.

Bernardus de Senis, de Senc, Senensis, Senisius, mag., capellanus papae 361. 362, 45. 381, 15. 385, 20. 510, 10.

Bernardus rex Italiae 23, 40. 109, 20.

(Bernardus) dux Carinthiae 232, 10.

Bernardus miles, fr. Stephani prioris de Thefordia, 301, 25.

Bernardus Silvester 409, 20.

de Bernewelle, *Barnwell*, prioratus 517, 35.

Berri 73, 15.

Bersillum, *Brescello* 297, 40. 298, 40.

Bertaldi: Guido.

(Bertholdus) patr. Aquilei. 232, 10.

Bertholdus Alemannus fr. Minor 577, 25.

Bertoldus marchio de Cambig *(Hohenburg)* 361, 25; fratres 361, 30.

Bertholdus Ursinus capitan. 611, 10.

S. Bertini monast. 27, 35. 42, 15. 398, 1.

Bertrandus, Bertrannus, del Got, de Angeous, canon. Lugdun., archiep. Burdegal., Clemens V. papa.

Berwic *v.* Berewicum.

Bethleem civ. 64, 15; Beethlimitanus electus: Godefridus.

de Bethun, Betun, Bettuniae *(Béthune)* dom.: Robertus advocatus, Baldewinus.

de Beugiu, *Beaujeu*: Imbertus.

Bewerleiae, *Beverley*, praepos.: Iohannes Mansel.

Biackinus de Camino 198, 30.

de Bierne, *Béarn*: Gastunus.

Bigod: Rogerus comes de Norfolk; Bigot, le Bygote: Hugo.

de Binham conventus 318, 20.

Biset de Fersi 49. 118, 15.

Biset: Margareta.

Bisuntinus archiep. *v.* Vesontio.

Biterbium *v.* Viterbium.

Bithinia 30.

Biturica civ., *Bourges* 52, 5; Bithuricensis, Auturicensis eccl. 503, 45; archiep. 118, 45; archiep.: Simon I, Simon II; decanus: Iohannes. — B. concilium 401, 5.

Blanca, Blanchia, uxor Ludovici VIII. regis Franc., 50, 20. 53, 30. 54. 73, 20. 122. 131, 25. 195, 1. 222, 25. 271, 40. 296, 5. 308, 25. 313, 15. 317, 10. 327. 401, 40. 403, 20. 409, 25. 428, 25. 508, 50. 574, 1.

Blanchia, uxor Rudolfi III. ducis Austriae, fil. Philippi III. regis Franc., 518, 15.

(Blanca), concubina Friderici II. imp., mater Manfredi regis Siciliae, 360. 361.

de Blaunkmount: Henricus.

de Bles, Blesenses *(Blois)* com.: Theobaldus IV, Theobaldus V, Hugo de Castellione.

Blundus: Iohannes mag.

Boamundus dux Apuliae, fil. Roberti Wiscardi, 28, 30.

Boetius, Boecius, philos. 571, 20. 582, 35.

(Bohemia) Boemia 206, 10—211, 10. 341, 1. 573; rex 266, 35; reges: Wenceslaus III, Ottocarus II. — Boemi, Boemanni 23, 55. 573, 15; Boemiorum terrae 206, 25.

Boiolus fr. Minor, propinquus Innocentii IV. papae 248, 50.

Bolonia, Bononia; Boloyne, *Boulogne* 482, 1. 549, 1. 550, 15. 554, 35; comitatus 476, 30; com.: Matheus, Reginaldus, Mathildis et Philippus, Robertus. — Bolonenses 311, 35.

Bonaventura } Bernardini mercator Senen. 362, 45.

Bonaventure: Restorus.

Bondonia, Bondenum, Ferrariensis dioc., *Bondenum vetus* 149, 15. 160, 30.

Bondonia Lucanensis dioc., *Bondenum novum* 149, 15.

Bone-case: Petrus.

Bonefacius, Bonefatius, Bonifacius; Boniface, Bonifaz, Boneface.

Sancti Bonefacii comes: Ricardus.

Bonifacius I. papa 529, 35.

Bonifacius II. papa 529, 40.

Bonifacius III. papa 529, 10.

Bonifacius IV. papa 529, 10.

Bonifacius V. papa 529, 10.

Bonifacius VI. papa 529, 40.

Bonifacius VII. papa 530, 10.

Bonifacius VIII. papa, Benedictus Gagitanus card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano 489. 490. 493. 494. 500. 501, 20. 502, 25. 504, 20. 526, 1. 597. 612—615. 622—626. 635. 636. 644. 645. 659, 10—661.

Bonefatius archiep. Cantuar., electus Winton., Hereford. et Bellic., fil. Thomae I. com. Sabaud., 187, 20. 197, 25. 204. 228, 30. 235, 30. 247, 5. 248, 30. 249. 254. 274, 5. 280. 288, 10. 293, 1. 295, 10. 296, 20. 301, 35. 311, 40. 312. 315. 318, 5. 324, 1. 326, 15. 330, 30. 331, 40. 333, 30. 337, 5. 352. 353, 10. 354, 1. 357. 359, 40. 362, 5. 370, 5. 375, 20. 387, 30. 413, 30. 414, 20. 419. 420, 40. 422, 10. 428, 10. 432, 45. 433, 35. 466, 5. 471. 473, 15. 476, 20. 477, 25. 479, 5. 481, 15. 509. 510, 5. 515, 40. 516. 532, 15. 534, 50. 536, 15. 537, 40. 549, 15 — 551, 20. 557, 20. 588, 25. 589, 5. 591, 40. 602, 1. 667, 5.

S. Bonefacius, qui et Winfridus, archiep. Mogunt. 21, 20. 51, 5. 108, 1.

(Bonifacius) abbas Cisterc. 215, 45.

Bonifacius fr. Minor 566, 10.

Bonefacius I. marchio 28, 25; fil.: sponsa Roberti II. Curthose ducis Norm.

(Bonifacius) III. marchio Montis-ferrati 230, 5. 247, 35. 321, 1. 416, 40; filius 321, 1. 430, 35.

Bonefacius de Salis potestas Mediolan. 297, 35.

Bonefacius Iuncta mercator Senen. 362, 45.

Bonifacius Rogerini mercator Florent. 612, 35.

Bononia civ., *Bologna* 140, 10. 201, 30. 216, 10. 255, 10. 309, 40. 310. 332, 25. 356, 45. 357, 1. 359, 25. 389, 5. 427. 439, 10. 453, 1. 476, 35. 562, 15. 503. 574, 40. 579, 20; episc.: Iacobus. — Bononienses 179. 187, 30. 309, 45. 310, 5. 312, 15. 316. 321, 5. 356, 45. 357, 1. 359, 25. 427, 10. 430, 35. 452, 55. 453, 1. 508, 45; clerici 140, 10; Bononiensis: Brancaleo senator Rom.

Bononia, *Boulogne* v. Bolonia.

(Bonus) episc. Venusinus 156, 5.

Bopardiense, Bapardiense palatium, *Boppard* 373, 10. 533.

Boru *v.* Burg.

Boruges *v.* Bruges.

de Boseke: Robertus.

(Bosporus) Bosforus 30, 5.

de Bossellis: Gregorius fr. Minor.

Sanctus Botulfus, Botulphus, *Boston (com. Lincoln.)* 325, 40. 342, 20. 343, 1. 610, 30.

de Boves: Hugo.

Bovines, Bovenae, Bovins, *Bouvines* 45, 40. 371, 45 (Boves). 398. 429, 10. 446, 10. 453, 25. 463, 20. 587, 20.

Brabantia, Braibancia, Braibansia, Braybancia, Brebancia, Braibannia, Barbania; Brabaunt 327, 20. 356, 5. 399, 10. 446, 15. 506, 25. 597, 5; dux 266, 40. 367, 15; magnates 338, 30; duces: Godefredus I, Henricus I, Henricus II, Iohannes I, Iohannes II. *Cf.* Hanonia *et* Lovania. — Braibancii, Braibaucei, Brebantii, Brebancii; Braban 33, 30. 46, 25. 49. 118, 10. 339, 5. 399, 25. 660, 10; princ. stipendiar.: Marcadeus. — de Brebancia, Braibantiae mercatores 304. 425, 35. 630, 30. — Brabantes monetae 643, 1.

Brabazon, Brabazun: Rogerus, Godefray.

(Bracarensis) Bracanensis *(Braga)* archiep.: Burdinus (Gregorius VIII. antipapa).

Brachium S. Georgii, *Hellespont* 573, 25.

Brancaleo, Branchaleo, senator Rom., civis Bonon. 332. 333, 30. 336. 337, 1. 342, 25. 356. 357, 1. 359. 361, 15. 368, 20. 377, 35. 378. 382, 30. 385. 433, 15. 454, 10. 476, 35. 509, 25. 511, 40; avunculus eius 385. 389, 1; uxor: Galeana.

de Brandeburge, Brandebord, Bracdeburgensis *(Brandenburg)* episc. 267, 25; marchisius 367, 15; marchio: Otto III.

Brekespere cogn. Nicholai de Langele (Adriani IV. papae).

Bremensis archiep. 267, 20; de Bremensi civ.: Thedmarus.

de Bresnes, Breisnes, *Brienne:* Iohannes rex Ierosolim.

Bretel: Baldewinus.

de Breuse, *Braose:* Iohannes ep. Landav.

Briges *v.* Bruges.

Bristollum 42, 35. 596, 5. 606, 20; custodes: Robertus Walerand, Warinus de Bassingeburne.

Brittania Maior 20, 35. 21. 24, 30. 550, 30; reges: Lucius, Vortigernus, Ine. — Britonum historia (Willelmi Malmesbur.) 108, 35. — Brittonum lingua 107, 25. — Brittanicum mare 34, 20. 38, 25.

Britannia, Brittania, Minor, *Bretagne* 481, 15. 632, 20; duces: Petrus, Iohannes I, Iohannes II. — Breton (Brittones) 660, 10.

Brithricus rex Saxonum Occident. 21, 35. 23, 15. 108, 30. 109, 15; uxor: Eadburga.

Brithwoldus episc. Ramesber. 27, 20. 110, 20.

Brito grammaticus 582, 10.

Brixia, Brissa, *Brescia* 148, 45. 183, 35. 343, 15. 563, 1; Brixiniensis episc.: Gualla. — Brixenses, Brixsences, Brixentes 141, 1. 145. 465, 15; Br. civis: Manuel senator Rom. — de Br.: Petrus fr. Minor.

Brixinensis, Briximenensis *(Brixen)* episc. 267, 25; episc.: Henricus.

Bruges, Brugensis civ., Briges, Boruges, Brogges, Berges, castellum, *Brügge* 26, 20. 110. 443, 10. 481, 1. 492, 35. 494, 45—496. 498, 30. 559, 35. 597, 25. 602. 619, 20. 640, 25. 657. 658, 1. — Brugenses 494, 45. 495. — Brugensis (S. Donatiani) praepositura 254, 35; Br. Minorum gard.: Philippus.

Brundusium, Brundisium, civ., *Brindisi* 49, 20. 57, 45. 170, 15. 194, 40. — Brundusinae partes 178, 20.

de Bruneswik, Bruneswikie, Brunewik, Bruneswyc, Bruneswiche, Brundewyco, dux 266, 35; 367, 15; duces: Otto, Albertus I. Magnus.

Brunus: Hugo comes Marchiae.

de Brus, Bruys, *Bruce:* Robertus.

Bucc, Bunc: Walterus.

Buchy: Capitinus.

Bugares, Bugari, haeretici 133, 15. 146, 45. 259, 1. 409, 1 (Bulgares, Bulgari). 442, 30. — Bugre cogn. Roberti fr. de ord. Praedicat.

Bulgaria 34, 25. 35, 30. — Bulgarorum provinciae 30, 5; Bugarorum fines 51, 35.

Bulsenum, *Bolsena* 610, 45.

de Bulum: Iohannes mon. S. Albani.

de Buncham castrum, *Bonhem* 45, 10. 50, 1.

(Burcardus) V. comes de Wendosme 517, 1.

Burdegalis, Burdegalum, civ. 318, 40. 319, 10. 329, 10. 379, 10. 467, 50. 485, 30. 503. 506, 35. 548, 25. 645, 40; monast.: S. Crucis; Burdegalensis eccl. 503, 45; archiep.: Elias, Willelmus, Geraldus, Bertrannus II. (Clemens V. papa). — Burdegalenses 329; Burdegalensis, de Burdegali: P. mag., Beatrix fil. Henrici III. regis Angliae.

Burdinus archiep. Bracar., Gregorius VIII. antipapa.

de Burforde: Henricus fr. Minor.

Burghii: Philippus.

de Burgo *(Peterborough)* monachi 204, 25; abbas: Walterus.

de Burgo; Boru: Hubertus, Ricardus.

Burgum S. Dominici, *Borgo San Donnino* 298, 35.

Burgus S. Edmundi *v.* S. Edmundus.

Burgundia; Burgoyne 41, 20. 212, 35. 285, 5. 431, 20. 484, 40; episcopi 267; duces: Hugo III, Hugo IV; com.: Iohannes, Otto V. — Burgundi, Burgundiones; Burgeylon 482, 5. 575, 25. 660, 5; Burgundus: Hugo episc. Lincoln., Hertoldus.

Burhredus rex Merciorum 24, 40. 25, 15; uxor: Ethelsuitha.

Burnel: Robertus cancellarius.

Butefurte: Iohannes.

(Bybliensis) Bibliensis episc. 523, 1.


## C. *Cf.* K.


Cabelliconensis *(Cavaillon)* episc. 267, 35.

Cabillanis, Cabilonomia, *Chalon-sur-Saône* 23, 35; Cabillonensis episc. 267, 40; comes: Iohannes.

Caboche, Kaboche, Cabochius: Petrus card. diac. S. Georgii; Kabuche: Hugo miles. *Cf.* Capote, Chalbaot.

Caccealeonis: Amicus.

Cadelus episc. Parmensis, antipapa 28, 10. 390, 10.

Cadomum, *Caen* 586, 10; Cadomensis abbas: Lanfrancus; mon.: Paulus; de Cadamo: Iohannes Erturi.

Cadwalladrus, fil. Cadwallonis regis Britonum, 107, 20.

S. Caeciliae eccl. Rom. card. presb.: Simon de Turonis (Martinus IV. papa).

Caesarea castrum *in Terra Sancta* 61, 35. 64, 20. 327, 25; archiep.: Petrus.

de Cesaria: Iohannes.

Caius papa 529, 20. *Cf.* Gaius.

Cairus, *Cairo* 315, 10.

Caitonus: Iohannes (Gelasius II. papa). *Cf.* Gaietan.

Calabria, Kalabria 35, 55. 36, 1. 290, 25. 292, 30. 327, 5. 331, 20. 423, 5. 426, 20. 427, 30. 508, 30. 517. 575, 20. — Calabres 290, 30. 328. 423, 5. 432, 1. 473, 45. 509, 10.

Calaphes, Kalaphes, Duryn 651.

Calcedonensis *v.* Chalcedonensis.

Caldei *v.* Chaldei.

Calesia, Caleis, portus, *Calais* 48, 20. 49, 45. 50, 10. 399, 35.

Calinensis *(Carinola prope Capuam)* episc. 276, 40.

Calixtus I. papa 529, 15.

Calixtus II. papa, Wido archiep. Vienn. 29. 111, 20. 252. 391, 20. 530, 30. 629, 25.

Calixtus III, antipapa, Iohannes abbas de Struma 437, 15.

Calucis, *Chaluz* 114, 20.

Calvariae locus Ierosol. 66, 15.

Calvus-mons, *Chaumont* 31, 45.

de Cambig *(Hohenburg)* marchio: Bertoldus.

Camby, Cambaii: Hyspiliatus, Iacobus, Rusticus.

de Camel sold.: Mansur Ibrahim de Emesa.

de Camera: Robertus.

(Cameracum) Cambray, Caumbray, Kambray, Kaumbray 384, 10. 385, 1. 490. 642, 35. 655. 656, 10; Cambracensis elect.: Petrus de Duaii.

de Camezana, Cameçana, Camesane: Iohannes capellanus papae.

de Camino: Binckinus, Gugsinus.

de Campanea: Petrus.

Campania (Italiae) 222, 500. 625, 30.

Campaniae, Campanenses, Campanienses, *(Champagne)* com.: Henricus II, Theobaldus III. — Campani 482, 5. 517, 15.

Campanus de Novaria mag. 575, 25.

de Campilio: Albertus pleban.

Campitolium *v.* Capitolium.

Cantebruge, Cantebrigia, *Cambridge* 193, 15. 517, 35; de Canbrugia: Garinus abbas S. Albani.

de Cantelupa, Cantelupo, *Chanteloup:* Walterus episc. Wigorn., Willelmus.

Cantia, Cancia; Kent 33, 10. 112, 25; comes: Hubertus de Burgo.

Cantuaria, Cantuariensis civ.; Caunterbyre; Canterburi 72, 1. 117, 30. 130, 10. 399, 5. 408, 25. 448, 5. 463, 15. 471, 25. 476, 10. 482, 35. 543, 45. 550, 30. 551, 20. 588, 5. 642, 30. 666, 25; Cantuariensis ecclesia 32. 41, 35. 110, 40. 249, 15. 352, 45; capitulum, conventus, monachi 42. 116, 30. 204. 221, 10. 387, 30. 397. 414, 20. 652, 15; archiep. 118, 45; archiep.: Lamfrancus, Anselmus, Theobaldus, S. Thomas, Balduinus, Reginaldus, Hubertus Walteri, Stephanus de Langetona, Walterus de Eynsham (elect.), Ricardus, Iohannes (elect.), Edmundus, Bonifacius, Robertus, Iohannes, Robertus de Wynchilse; archidiac.: Hugo, S(tephanus?). — Cantuariensis prov. 293, 1.

(Canutus) Cnuto, Cnud.

Cnuto I. rex Angliae et Daciae, fil. Suani regis, 26. 28, 15. 110. 302, 10. 390, 20. 433, 10. 434, 25; uxor: Emma; liberi: Hardecnutus, Gunnilda.

Cnuto IV. rex Daciae 29, 20; fil.: Karolus.

de Canvilla: Ricardus.

Capitinus Buchy mercator Senen. 362, 45.

Capitolium, Campitolium, Roman. 40, 45. 611, 20.

Capote: Iacobus Iohannis civis Rom.

(Cappadociae) Capadociae rex 209, 15.

Captac 572, 24. *Cf.* Cumani.

Capua civ. 35, 20. 361, 5. 517, 15; de C.: Petrus card. diac. S. Georgii ad Velum Aureum, Petrus card. diac. S. Mariae in Via Lata, Bartholomeus.

Capuacium castrum, *Capaccio* 282. 284.

Carbucus (Carbonectus) 361, 40.

Carinthia 231, 35; Carenteniae, Carentenae dux 266, 35. 367, 15; dux: Bernardus.

Carinus imp. 531, 10.

de Caritate *(La Charité)* prior: Simon.

Carliolum; Kardoille, *Carlisle* 446. 662, 1; Carleolenses, Karleolenses episc.: Iohannes, Radulfus.

de Carmeli, Karmel, monte ordo 551, 35. 568, 35; Carmelani fratres 320, 10. 602, 25.

Carnotum, *Chartres* 349, 30.

Carolus, Karolus; Charlon.

Karolus Martellus princ. Franc. 24.

Carolus Magnus imp. 21—23. 41, 40. 108. 109. 253, 25. 359, 10. 463, 5. 506, 50. 531, 10; fil.: Ludowicus Pius. — Karoli Magni sedes Aquisgrani 373, 25. 424, 30. 476, 1. 533, 40.

Carolus II. imp., rex Franc., fil. Ludovici Pii, 24. 109, 30. 531, 10; fil.: Ludovicus.

Carolus III. imp., fil. Ludovici Germani, 24, 55. 531, 10.

Karolus III. rex Franc., fil. Ludovici Balbi, 25. 109, 50; uxor: Eadhilda (*falso pro* Eadgifa); fil.: Ludovicus Transmarinus.

Carolus I. rex Siciliae, comes Andegav. et Provinc., fil. Ludovici VIII. regis Franc., 273, 40. 279, 20. 316, 45. 317, 45. 318. 375, 15. 376, 40. 414, 40. 422, 5. 451, 5. 473, 1. 481, 20. 483. 484, 1. 485. 508, 30. 516. 517. 520, 15. 551, 15. 577, 15. 578, 20. 591. 593, 35. 594, 5. 601. 633; uxor: Beatrix; fil.: Karolus.

Karolus (II. rex Siciliae), princ. de la Moree, fil. Karoli I. regis, 594, 10.

Karolus (Bonus) comes Flandr., fil. Canuti IV. regis Daciae. 29. 391, 15.

Karolus (de Valesia) comes Andegav., fil. Philippi III. regis Franc., 493, 30. 502, 30. 526, 30. 644. 645, 40. 659, 20.

Carpentoratum, *Carpentras* 376, 35; Carpentoracensis episc. 267, 35.

Carrucius de Luerro mercator Florent. 612, 30.

Carthusiensis, Cartusiensis ordo in Anglia 41, 25; prior: Hugo (episc. Lincoln.); de Cartusiae ordine domus 393, 50; Cartusiensis ordinis quidam 193, 15.

Carus imp. 531, 10.

de Caserte *(Caserta)* comes: Ricardus.

Caspiorum, Caspii, montes 218.

Cassaria, *Chazaria (Krim)* 572, 20.

Cassinus mons *v.* Mons Cass.

Castellae rex 407, 5; reges: Ferdinandus III, Alfonsus IX, Alfonsus X.

Castellani *v.* Civitas Castelle.

de Chastellione, *Châtillon*: Hugo comes S. Pauli et Bles.

Cathania, *Catania* 155, 1; Cathanensis, Cathacensis, Cartaniensis eccl. 149. 154. 155, 1.

(Catherina) Katerina, fil. Henrici III. regis Angliae, 376, 45.

Catini haeretici *(Stedinger)* 128, 10. 464, 20.

Caursini, Caurcini, Kaurcini 132, 5. 250, 10. 298, 5. 302, 35. 319, 10. 320, 5. 408, 5. 535, 20. 537, 10.

de Caypha *(Haifa)* dom. 236, 45.

Celestinus I. papa 529, 35.

Celestinus II. papa 29, 45. 392, 20. 434, 40. 435, 5. 530, 1.

Celestinus III. papa, Iacinctus card. diac. S. Mariae in Cosmidin 36. 38—40, 10. 113, 20. 394. 437, 40. 444, 55. 462, 35. 530, 5. 531, 45.

Celestinus IV. papa, Galfridus Mediolan. card. episc. Sabin. 222. 224. 348, 35. 415. 467, 35. 508, 1. 588, 25.

Celestinus V. papa, Petrus de Murone fr. ord. S. Benedicti 489. 504, 25. 525, 35. 559, 25. 596. 611—614.

de Cella: Iohannes abbas S. Albani.

Cenomannica urbs, *Le Mans* 37, 10; episc.: Hamelinus, Willelmus. — Cenomanniae comitatus, *Maine* 73, 15. 553, 5.

Cephalense castrum, *Cefalù* 154, 35; Cephalensis, Cephaludensis, Cephelaedensis eccl. 149, 20. 154; episc.: Iohannes I, Harduinus II.

Cepte civ., *Ceuta* 133, 45.

Certesheiensis *(Chertsey, com. Surrey)* abbas: Martinus.

Cesarea, Cesaria *v.* Caes.

Cestriae, Cestrensis, de Chestre *(Chester)* comes: Iohannes; episc.: Robertus, Rogerus de Wesebam.

de Chablasio, *Chablais*: S. Mauricius.

Chalbaot (Cambota): Hugo.

(Chalcedon.) Calcedonensis pagus 30, 5.

(Chaldei) Caldei 232, 25. 233, 1.

Chastellio *v.* Castellio.

Cheinduit: Stephanus.

de Chican, *Ceccano*: Iohannes.

Chorosmini, Corosmini, Choersmini, Choermini 236. 237. 258, 5. 259, 5. 268, 25. 450, 45.

Christiana priorissa de Merkeyat 436, 15.

Cristiana, fil. Eadwardi, filii Edmundi regis Angliae, 26, 5. 28, 5.

Christianus mag. Paris., canon. Belvac. 363, 25.

Christoforus papa 530, 1.

Christophorus rex Daciae, fil. Waldemari regis, 323, 25.

Christoforus Tolomei mercator Senen. 361, 25.

S. (Chrysogoni) Grisogoni eccl. Rom. card. presb.: Stephanus de Langetune archiep. Cantuar.

Cicenensis, Cicanemensis *(Zeitz)* episc. 267, 25; episc.: Engelhardus.

Cicestrenses *(Chichester)* episc.: Sifredus, Ricardus I. le Poor, Ricardus II. de Wych, Stephanus.

Cincia *v.* Sanchia.

Cincius card. presb. SS. Iohannis et Pauli, Honorius III. papa.

Cincius cler. Rom., canon. S. Pauli London. 68. 406, 5.

Cinis mons (Cenisius) 375, 45.

Ciprus *v.* Cyprus.

Cisalpinae partes 425, 1. 442, 35. — Cisalpini 243, 5. 405, 30. 445, 5.

Cissa, fil. Elle ducis, 20, 35.

Cisterciense, Cysterciense, monast., *Cîteaux* 111, 1; capitulum 115, 5. 195, 25. 247, 10. 271. 395, 50; ordo 38, 5. 47, 15. 116, 30. 117, 30. 322, 20. 330, 35. 341, 5. 358, 40. 397, 10. 399, 1. 463, 1. 552, 15; C. ordinis abbates 149, 25. 247, 10. 279, 30. 358, 35 (in Anglia). 471, 10; abb.: Bonifacius, Guido, Robertus; monachi 151, 1. 310, 20. 427, 35. — C. ordinis domus Paris. 355, 5; abbatiae in Anglia: Bellus-locus, Hayles. — Cisterciensium habitus 319, 15. 322. 429, 1. *Cf.* Albi, Grisei monachi.

Citobergum *v.* Wirtemberg.

Civitas Castelle, Castellana, Castellorum, *Città di Castello* 156, 20. 164, 40. 171, 35. 173, 5. 183, 5. 243, 1. 252, 20. 469, 30. — Castellani 183, 10.

Civitas-vetus castrum, *Civitavecchia* 243, 20. 418, 30. 469.

de Clara, Clare, com.: Ricardus, Gilbertus; de C.: Thomas.

Clarel: Iohannes canon. Suwellensis.

Clarentum societas mercatorum de Pistoria 612, 20.

Clarevallensis, Clarevallensium abb.: S. Bernardus, Stephanus de Lexintona, Willelmus.

Clarus-mons, *Clermont-Ferrand* 28, 45. 390, 50. 443, 40; de Claro-monte: Simon.

Claudius imp. 530, 25.

Claudius II. imp. 531, 5.

S. Clementis eccl. Rom. card. presb.: Guillelmus.

S. Clemens I. papa 227, 45. 416, 10. 529, 5.

Clemens II. papa 530, 25.

Clemens III. papa 33, 55. 34, 1. 35, 10. 394. 444, 45. 530, 5. 586, 1.

Clemens III. antipapa, Wibertus archiep. Ravenn. 28. 443, 35.

Clemens IV. papa, Guido card. episc. Sabin. 481—484, 10. 516, 20. 530, 15. 536, 45. 550. 551, 15. 554, 35. 557, 40. 558, 1. 576, 40. 580, 1. 599, 35. 601. 633, 15. 634, 5.

Clemens V. papa, Bertrandus del Got (de Angeous) archiep. Burdegal., canon. Lugdun. 502—504, 5. 613, 15. 626, 10. 635, 25. 645.

S. Clemens episc. Mettensis 28, 35. 110, 55.

(Clementia), uxor 1. Heinrici Leonis ducis Saxoniae, 2. Huberti III. com. Morianae, 33, 1.

Clemona civ., *Gemona* 231, 30.

Clerkenwelle domus Hospital. Londoniis 138, 25; prior: Theodericus.

Cletus papa 529, 5.

Cleva *v.* Kiovia.

Clevenses, del Cliwe com.: Theodericus V, Theodericus VII.

Clodoveus I., rex Franc. 20, 35. 107, 30.

Cluniacum 252, 30 (Duscanum). 271, 35. 273, 20. 274, 30. 472, 40; Cluniacensis eccl. 111, 35; ordo 272, 15; abbas 599, 50; abb.: S. Hugo I, Hugo IV, Hugo VI; mon.: Odo (Urbanus II. papa).

Coelestinus *v.* Celest.

Colewic, Colevize, villa Saxoniae 25, 50. 110, 5; eccl.: S. Magni.

Colnirium *v.* Colurnium.

Colomannus rex, fr. Belae IV. regis Ungar., 209, 20.

Colonia, C. Agrippina; Coloyne 20, 25. 72. 107, 5. 130. 131, 1. 233, 15. 234, 10. 320, 10. 373, 40. 374, 40. 407, 30. 417, 20. 468, 55. 486, 15. 498, 5. 563, 15; eccl.: S. Petri; archiep. 266, 40. 267. 367, 10; archiep.: S. Anno, Reginaldus, Philippus, Henricus, Conradus, Sigfridus, Engelbertus II; decanus: Wicboldus. — Colonienses 51, 15. 119, 15; C. matronae 130, 40; Coloniensis: Andelmus archiep. Armarchanus, Arnaldus de Greningge. — Coloniensis prov. 50, 40. 51, 1. — Coloniensium, Colonensium pondus 37, 20. 38, 1. 114, 20; moneta 314, 30; marca 340, 30. — Colonienses gladii 218, 30. 651, 25.

Columpnenses; Columpne (Columnyns) 501, 35. 611. 625. 661; de Columpna, *Colonna*: Agapitus, Iohannes card. presb., Iacobus card. diac., Petrus card. diac.

(Colurnium) Colnirium, *Colorno* 297, 40.

Comani *v.* Cumani.

Compostellanus episc.: Iohannes.
Comyn: Iohannes.
Conche, soror S. Martini episc. Turon., 107,10; fil.: Patricius.
le Coning, Conyng: Petrus.
Conon papa 529, 20.
de Conpesa: Wino (Willelmus).
Conradus, Corradus, Cunradus.
(Conradus) card. episc. Portuensis 51, 35.
Conradus I. archiep. Colon. 207, 1. 225. 272, 30. 278, 40. 279, 40. 291, 20. 292, 15. 295, 25. 298. 300. 309. 322, 40. 334, 15. 365, 10. 366. 369, 45. 370. 372, 25. 373, 25. 374, 1. 376, 15. 407, 15. 416, 45. 424, 30. 426. 472. 473, 50. 474. 475, 20. 510, 20. 532, 40. 533, 35. 589, 15. 590, 15.
(Conradus) IV. archiep. Salzburg. 609, 5.
(Conradus) I. episc. Frising. 277, 30.
Conradus mag. (de Marburg) 119, 25. 400, 20.
Conradus I. rex 25, 25. 109, 55.
Conradus II. (I) imp. 26, 5. 27, 1. 110, 10. 531, 15; fil.: Henricus III.
Conradus III. (II) imp. 29—31. 111. 392. 444. 531, 20.
Conradus IV. rex Rom., fil. Friderici II. imp., 164. 171. 172, 30. 183. 205, 25. 208, 10. 211, 5. 212, 10. 217, 30. 234, 5. 274, 30. 279, 10. 284, 40. 285. 288, 45. 290. 292. 295. 298. 300. 301, 1. 309, 15. 311, 5. 320, 50—323. 326—328. 330. 332, 35. 336. 340, 35 (dux Sueviae). 341, 40—347, 35. 349, 10. 409, 45. 421, 40. 422, 1. 424, 25. 427, 30. 430. 431, 30. 432. 449, 35. 450, 10. 451, 5—455. 472—475. 509, 5. 549, 1. 589. 599, 40; uxor: Elisabeth; fil.: Conradinus.
Conradinus, Corradus, fil. Conradi IV. regis, 483, 10. 538, 35. 551, 15. 591, 25.
(Conradus) dux Spoleti 163, 1. 170, 1; fil.: Rainaldus.
(Conradus) marchio de Malaspina 230, 5. 416, 40.
(Conradus) marchio Montis-ferrati 37, 40. 38, 15. 664.
Constans imp. 531, 15.
Constans II. imp. 531, 1.
(Constantia), uxor Henrici VI. imp., 39, 35. 204, 5. 586.
(Constantia), uxor Petri regis Arragoniae, fil. Manfredi regis Siciliae, 485, 25. 593, 30.
(Constantia), uxor Henrici, filii Ricardi regis Rom., fil. Gastuni de Bierne, 551, 20.
Constanciensis *(Constanz)* episc. 267, 20.
Constantyn castellum 651, 25.
Constantiniana eccl. Rom. 48, 40.
Constantinopolis, Constantinopolitana urbs 23, 5. 30. 257. 544, 15. 586, 40; patr.: Gervasius, Nicolaus. — Constantinopolitanum imperium 238, 10. 288, 20; imp.: Manuel Comnenus, Balduinus I, Henricus, Petrus, Balduinus II, Michael. — Constantinopolitana rebellio 313, 40.
Constantinus I. papa 529, 25.
Constantinus II. papa 529, 25.
Constantinus Magnus imp. 529, 45. 531, 15; fil.: Constantinus.
Constantinus II. imp., fil. Constantini Magni, 531, 15.
Constantinus III. imp. 531, 1.
Constantinus IV. imp. 531, 1.
Constantinus V. imp. 531, 5.
Constantinus VI. imp. 531, 5.
Constantius I. imp. 531, 10.
Constancius II. imp. 531, 15.
(Conticellus), fil. Petri Gaietani march., 623, 20.
Corduba civ., *Cordova* 381, 30.
Corenhell v. Cornhulle.
Cornelius papa 529, 20.
Cornetum, *Corneto* 51, 20.
de Cornhull, Cornhulle, Corenhelle, Corenhell, *Cornhill* 561, 40; eccl.: S. Petri. — de C.: Henricus decanus S. Pauli London., Robertus.
Cornubia; Cornewaile, Cornwaile 220, 40. 226, 30. 309, 5. 329, 35. 415. 554, 30; com.: Ricardus rex Rom., Edmundus. — Cornubiensis quidam 415, 1; de Corn.: Ricardus.
Corosmini v. Chorosmini.
Cortona 565, 15; de Cortuna: Robertus archidiac. Dunelm.
Cosa, Cose: Aimericus (Aimerus) mercator Florent.
Cosdroe II. rex Pers. 531, 30.
SS. Cosmae et Damiani card. diac.: Egidius Hispanus.
de Cottuun: Bartholomeus mon. Norwic.
Cracci *(Kerak)* sold.: Nassir.
Cracoviensis episc. 267, 15.
de Craucombe, *Crowcombe*: Jon.
de Crema, Cremensis: Iohannes, Guido (Paschalis III. antipapa).
Cremona civ. 141, 35. 158, 35. 223, 10. 288, 10. 297, 15. 310, 1. 427, 25; episc.: Homobonus. — Cremonenses 183, 15. 223, 10. 297. 298. 309, 40. 310, 1. 316, 1. 327, 5. 427, 20. 453, 1; Cremonenses: Gilebertus, Gerardus.
Crescentius episc. Assis., min. gen. fr. Minorum 565.
Creta insula 212, 40.
Cributensis (Caput-aquensis? Cariatensis?) eccl. 149, 1.
Crist. v. Christ.
Croatia 51, 35.
Croheling v. Grottingen.
de (Croun) Croim, *Craon*: Mauricius.
Cruciferi fratres 247. 320, 10. 534; S. Crucis ordo 568, 40.
S. Crucis canonici Acon. 66, 10.
S. Crucis monast. iuxta Burdegalim 329, 10; abbas: Petrus Arnaldi.
(S. Crucis Hierosol. eccl. Rom.) card.: Petrus.
S. Crucis hospitale extra Winton. civ. 242, 20.
Crux-nova municipium, castrum prope Mediolanum 141.
Crux S. Pauli London. 534.
de Cuc, Keu, *Cuik*: Johan.
(Cuiaviae) Cinaviensis episc. 267, 15.
Cumani, Comani 206, 45. 207, 15. 208, 15 (Theutonice Valven). 210, 15. 213, 25. 217, 30. 218, 5. 572, 20 (Captac). 573, 10.
Cumea civ., *Como* 231, 10; Cumanus episc.: Hubertus; Cumanus: Theodorus.
Curci v. Cuscy.
de Curçun, Curzun: Robertus card. presb. S. Stephani in Monte Caelio.
Curiensis *(Cur)* episc. 267, 20.
Curonia seu Curlandia 572, 30. — Curlandi 573, 5.
Cursus Foresii merc. Florent. 612, 30.
de Curtenay *(Courtenay)*: Robertus.
Curthose, Curthense: Robertus dux Normanniae.
Curtray, Curterai, *Courtrai* 495, 25. 496, 1. 597, 25. 640, 15.
de Cuscey, Curci, *Coucy*, dom.: Engerammus, Radulphus.
Cymen, fil. Elle ducis, 20, 35.
Cymenshoara, Cymenis portus 20, 35.
Cyprus, Ciprus; Cypre, insula 36, 10. 66, 15. 124, 20. 125, 5. 181, 45. 212, 40. 300, 10. 308. 426, 5. 452, 40. 475, 10. 508, 40. 635, 1. 655, 20; regnum 167, 10; imperator 37, 40; reges: Hugo, Henricus.

## D. Cf. T.

Dacia v. Dani.
Dalmatia 51, 35. 573, 25; princeps 232, 15.
Dam, le Dam, Dampe, portus, *Damme* 481, 1. 492, 40. 597, 25. 641, 15.
Damascus civ. 30. 64, 20; soldanus 67, 10. 125, 10; sold.: Ennasir, Ismail. — Damasceni, Damaceni 191, 15. 206, 40. — Damascenae partes 191, 10.
Damasus I. papa 529, 25.
Damasus II. papa 530, 25.
Damieta, Damiata, Damiate, civ. 58. 65, 1. 119, 25. 158, 30. 265, 45. 313, 30. 322, 1. 339, 1. 400. 431, 15. 446, 35. 453, 5; turris 119, 15.
Dampe v. Dam.
Dananzaci v. Davanzati.
Dani, Daci 23, 46. 24, 40. 34, 20. 109, 20. 201, 40. 358, 1. 434, 25. — Dacia 28, 15. 30, 5. 110, 45. 185, 35. 201, 40. 202, 1. 212, 35. 213, 30. 291, 45. 300, 45. 328, 5. 572, 30. 580, 25; reges: Canutus I, Hordecnutus, Canutus IV, Waldemarus II, Ericus IV; dux: Christophorus; com.: Haco, Haco.
Danper, *Dampierre*: Willelmus.
Danubius, Hister, fl. 30, 5. 36, 55. 39, 20. 209, 20. 211, 1. 217, 40. 572. 573, 25.
Davanzati: Iacobus.
David rex Scotiae 522, 45; nepotes: Willelmus Leo, Ada (*falso* filia 522, 47), David.
David comes de Huntingtune, fil. Henrici, filii David regis Scotiae, 522, 40. 523, 30. 524, 5; fr.: Willelmus rex Scotiae; soror: Ada comit. Holland.
David princeps Northwalliae 280, 1.
Decius imp. 531, 5.
Delfini portus v. Portus.
Delphis fl., *Dniepr?* 217, 40.
Derhurst prioratus, *Deerhurst* 314, 15. 315, 1.
Derteford, Derteforde, burgum, *Dartford (com. Kent)* 71, 45. 130, 10. 407, 25.
Desiderius abbas Cassin., Victor III. papa.
Desiderius rex Langobard. 21, 30.
Desiderius min. fr. Minorum Burgundiae 248, 45.
Despenser, Despensator v. Dispensator.
Deusdedit papa 529, 10.
Devoniae comitatus 368, 35. 554, 30; comes: Baldewinus de Ripariis.
de Dia, Dya, Diva: Iohannes fr. Minor.
Diblinia v. Dublin.
Diensis *(Die)* episc. 267, 35.
Digneosis *(Digne)* episc. 267, 30.
Dilmensis v. Dunelm.
Dino Perini mercator Florent. 362, 25.
Dioclicianus imp. 531, 10.
S. Dionisii monast.; St. Dinye, *St.-Denis* 24, 5. 227, 45. 252, 25. 299, 10. 314, 10. 416, 10. 428, 30. 562, 5. 660, 25; abbas: Willelmus.
Dionisius papa 529, 20.
Dispensator, Despensator, le Despenser: Hugo.
Diva v. Dia.
Doacum v. Duacum.
Docta villa, *Dokkum* 51, 5.

Domicianus imp. 530, 30.
S. Dominicus 631. 665, 40.
Donatus 580, 25.
Donewicum, *Dunwich* 593, 20.
Donus papa 529, 15.
Dordeacum *v.* Durdrech.
Doringia *v.* Thuringia.
Dovera, Doveria, Dovoria, Dovra, Dovere, portus, *Dover* 36, 15. 43, 35. 48. 112, 25. 113, 20. 127, 40. 136, 40. 178, 25. 201, 15. 221, 10. 225, 10. 226, 35. 228, 35. 234, 35. 246, 15. 248, 30. 254, 5. 349, 40. 387. 408, 25. 413, 20. 419. 420, 35. 476. 482, 35. 490, 30. 534. 535, 35. 537, 1. 549, 1. 550. 554, 40. 557, 20. 561, 20. 588, 30. 592, 30. 634, 5; de Dovere constabularius 543, 25.
de Drius, Dru *(Dreux)* com.: Robertus, Iohannes.
Duacum, Doway, *Douai* 641, 10; de Doaco, Duaii; Odo mag. Paris., Petrus electus Camerac.
Dublinenses, Dibliniae, archiep.: Fulco, Iohannes de Saunforde.
Ducatus (Spolet.) 264, 10. 283, 40. *Cf.* Spoletum.
Duduc episc. Wellensis 27, 40.
Dulcebene: Vanna.
Dulcinus, Doucinius, haereticus 504.
Dunolmi, Dunelmenses, Dilmenses; de Dureme *(Durham)* monachi 197, 20. 413, 30; episc.: Ricardus I. de Marisco, Ricardus II, Nicolaus de Fernham, Antonius de Beek; archidiac.: Robertus de Cortuna; de Dunelmo: Willelmus mag.
Dunestaplia, *Dunstaple* 323, 35; de Dunestaple prior: Ricardus de Mores; de D.: Rogerus de Wintonia.
Durazo Uberti merc. Florent. 613, 30.
Durandus; Duraunt, Duraund, fr. militiae Templi, legatus apostol. 43, 20. 117, 5. 587, 10. 652, 20. 666, 5.
Durdrech, Durdreyth, Thordrakt, Dordeacum, *Dortrecht* 372, 45. 532, 45. 533, 15. 609, 25.
Duringa *v.* Thuringia.
Duscanum *v.* Cluniacum.
Dya *v.* Dia.

## E. *Cf.* Ae.

Ead- Ed-.
Eadburga, uxor Brithrici regis Occidental. Saxonum, fil. Offae regis Merciorum, 23.
Eadgarus rex Angliae, fil. Eadmundi I, 73, 30.
Edgarus Etheling, fil. Eadwardi, filii Edmundi II. regis Angliae, 26, 5. 28, 5. 110, 40. 443, 20.
Edgiva, Elgiva *(falso pro* Eadgytha), uxor Ottonis I. imp., fil. Eadwardi regis Angliae, 25. 109, 50.
Eadhilda *(falso pro* Eadgifa), uxor Karoli III. regis Franc., fil. Eadwardi regis Angliae, 25, 20.
Editha, uxor Edwardi Confessoris regis Angliae, 27, 40.
Edmundus, Eadmundus, Aedmundus, Admundus; Edmond.
Sancti Edmundi Burgus, *Bury St. Edmunds* 517, 25. 586, 15. 590, 10. 600, 25. 617, 35; monast., conventus 586, 30. 590, 5. 591, 30. 595, 10. 600, 1; abb.: Hugo, Ricardus, Simon; de S. Edmundo: Willelmus mon. S. Albani.
S. Eadmundus archiep. Cantuar. 144, 35. 145, 1. 169, 10. 187. 193, 10. 241. 257, 35. 312, 5. 314, 1. 324, 5. 408, 25. 428, 15. 433, 25. 448, 5. 465, 40. 473. 515. 666, 25.
Eadmundus I. rex Angliae, fil. Eadwardi I. regis, 73, 30; fil.: Eadgarus.
Eadmundus II. Latus-ferreum dictus rex Angliae, fil. Ethelredi II. regis, 26, 1. 27, 35. 73, 30. 110, 5; fil.: Eadwinus *(falso pro* Edmundo), Eadwardus.
(Eadmundus), fil. Eadmundi II. regis Angliae, 26, 1.
Eadmundus, *falso* fil. Eadwardi, filii Edmundi regis Angliae, 26, 5.
Edmundus, Edmundulus, fil. Henrici III. regis Angliae, 345. 346. 352, 5. 353, 20. 354. 355, 30. 357, 10. 363, 5. 369, 25. 372, 10. 376, 45. 380, 30. 381. 384. 385. 440, 45. 455, 5. 509, 50. 510, 15. 517, 30. 536, 35. 554, 20. 589, 35. 590, 10. 591, 15. 633, 25.
Edmundus comes Cornubiae, fil. Ricardi regis Rom., 312, 5. 374, 35. 387, 25. 428, 10. 508, 45. 667, 20; uxor: Margareta.
Edmundus comes Lincoln. 292, 1. 423, 50. 474, 25.
de S. Edwardo: Willelmus mag.
Eadwardus Senior rex Angliae, fil. Alfredi, 25. 73, 30; liberi: Eadmundus, Ethelstanus, Edgiva, Eadhilda, Algiva.
Eadwardus, fil. Eadmundi II. Ferreilateris regis Angliae, 26. 27, 35. 31, 35. 78, 30. 111, 50; uxor: Agatha; liberi: Eadgarus Aetheling, Eadmundus *(falso)*, Margareta, Cristiana.
Eadwardus (Confessor) rex Angliae 27. 110, 30. 201, 40. 246. 353, 30. 601, 35; uxor: Editha.
S. Edwardi feretrum in Westmonasterio monast. 484, 5.
Edwardus I. rex Angliae, fil. Henrici III. regis, 189, 10 (Aedwardinus). 291, 10. 293, 35. 294, 30. 328, 45. 330, 45. 356, 25. 362, 10. 363, 20. 376, 45. 432, 20. 478—493. 498, 1. 501, 5. 503. 504. 509, 10. 514—516. 518—526. 534—539, 10. 543. 546. 549, 15—552, 25. 554, 40. 557. 558. 590, 35. 592. 593. 595—599, 25. 601, 20—603. 605—609. 613—620. 633, 45—646. 652—659. 661, 40. 662, 1. 668; uxores: Alienora, Margareta; liberi: Iohannes, Edwardus, Henricus, Alfonsus, Alienora, Margareta, Elisabeth, Iohanna.
Edwardus II. rex Angliae, fil. Edwardi I, 491, 15. 492, 25. 499, 30. 520, 30. 525, 1. 602, 40. 617, 45. 620, 1. 621, 10. 643; sponsa: Philippa.
Eadwinus *(falso pro* Eadmundo), fil. Eadmundi Ferrei-lateris regis Angliae, 26, 1.
(Ealdred) Aldredus episc. Wigorn. 27, 35. 110, 35.
(Eberhardus) Everardus comes de Katzenelbogon 609, 1.
Everardus prothonot. Adolfi regis Rom. 609, 1.
Eboracensis *(York)* eccl. 354, 30; archiep.: Thurstinus, Rogerus, Gaufridus, Walterus, Sewallus, Walterus Giffard, Willelmus, Iohannes Romanus; decanus: Simon de Apulia; thesaur.: Amalricus de Monteforti; canon.: Iohannes Romanus. — Eboracensis Iudaeus: Aaron; de E.: Adam fr. Minor.
S. Ebraudi monast., *Fontévrault* 311, 15.
Ebrea *v.* Hebrea.
Ebredunensis *(Embrun)* archiep. 267, 30; archiep.: Henricus.
Ebroicensis *(Évreux)* episc.: Rotroldus.
de Ebulo: Marinus.
Eccelinus *v.* Ezelinus.
de Eccleston: Thomas fr. Minor.
Ed- *v.* Ead-.
(Egbertus) episc. Bamberg. 50, 40.
Egbertus rex Angliae 21, 35.
Egeblancke, Egueblanc, Egueblancke, Egebele *v.* Aqua-blanca
Egidius *v.* Aegidius.
de Eia: Philippus.
(Eichstetensis) Ehistetensis episc. 267, 20.
Eimerus *v.* Aimerus.
Eleuther papa 529, 10.
Elianora *v.* Alienora.
(Elias) archiep. Burdegal. 35, 20.
Elias, Helias, Helyas, min. gen. ord. Minorum 182. 562, 20—566. 568, 30.
Eliensis *(Ely)* dioc. 318, 20; episcopi milites 36, 15; Elyenses episc.: Willelmus I, Hugo, Willelmus II. — de Ely, Elyensis insula 49, 30. 517, 35.
Elisabeth, Elysabeth, Elysabet, Elizabeth, Elizabet. *Cf.* Isabella.
(Elisabeth), uxor Conradi IV. regis Rom., fil. Ottonis ducis Bawar., 298, 10. 300, 40.
S. Elisabeth, uxor Ludovici IV. landegr. Thuringiae, fil. Andrae II. regis Ungariae, 119. 200. 265, 45. 319, 30. 320, 20. 341, 1. 400. 414, 5. 430, 5. 449, 35. 453, 30. 506, 30. 507, 60.
Elisabeth, uxor 1. Iohannis I. com. Holand., 2. Hunfridi com. Hereford., fil. Edwardi I. regis Angliae, 491, 10. 494, 10. 519, 25. 526. 597, 10. 617, 35.
Ella, Elle, dux 20, 35. 107, 30; liberi: Cymen, Plenting, Cissa.
Elnonense coen. *v.* S. Amandi monast.
Emanuel *v.* Manuel.
Emma, uxor Canuti I. regis Angliae et Daciae, 26. 110. 443, 10.
Enevers *v.* Anevers.
(Engelbertus) II. archiep. Colon. 543, 30.
(Engelhardus) episc. Cicenensis 50, 40.
Engerammus de Curci 67, 35.
Engleterre *v.* Anglia.
(Ennasir) soldanus Damasci 64, 1.
Ensius *v.* Henricus.
Eraclius *v.* Heraclius.
Erdesleye, Ordeleye, castrum, *Eardisley* 479, 30. 482, 10. 514, 15.
(Ericus) IV. *(falso* Henricus) rex Danorum, fil. Waldemari II. regis, 202, 5. 323. 414, 15.
Ericus rex Norwag. 523, 30. 524; fil.: Margareta.
Erlotus *v.* Herlotus.
Ernaldus *v.* Arnulfus.
Errgswelle, *Orwell* 606, 35.
Erturi: Iohannes de Cadamo.
Escluse, le Escluse, *Sluys* 492, 35.
de Esseby: Simon abbas, Willelmus fr. Minor.
Essexia 33, 10. 112, 25.
Estampas, Estampeia, *Étampes* 396, 40. 397, 35.
Estensis marchio: Azzo.
Estonia 572, 30. 573, 1. — Estonii 573, 5. — Estrichales (de Esthonia) mercatores 343, 1.
Estratfor *v.* Stratford.
Ethel- *v.* Adal-.
Ethicus *v.* Aethicus.
Eu *v.* Aucum.
S. Euaristus papa 529, 10.
Eudonis haeresis 29, 55.
S. Eufemiae monast. 149, 20. 154, 15. 155, 5.
Eugenius I. papa 529, 15.
Eugenius II. papa 529, 30.

Eugenius III. papa 29,50. 31,30. 111,45. 392. 435,5. 444,10. 487,25. 530,5.

Europa 212. 213,5. 290,10. 341,5.

Eusebius papa 529,25.

Eusebii historia 110,40.

S. Eustachii eccl. Rom. card. diac.: Robertus de Sumercote, Guillelmus, Petrus de Columpna.

Eustachius Monachus Flandrensis, pirata 119,10. 399,50.

Eustachius de Novilla 49.

(Eustorgius) archiep. Nichossiensis 50,40. 66,15. 167,10.

Euticianus papa 529,20.

Evander 26,20; fil.: Pallas.

Evesham; Eveshamya, monast. 481. 668,35; abbas: Ricardus; de E. bellum 558,15; de E.: Hugo card. presb.

Exonienses (*Exeter*) episc.: Henricus Marescallus, Simon de Apulia, Willelmus.

Eysq-la-Chapelle v. Aquisgranum.

Ezelinus, Eccelinus, de Romano 159,15. 343,20.

## F. *Cf.* V.

Fabentia v. Faventia.

Fabianus papa 529,20.

Fabianus supprior S. Albani 438,10.

S. Facundi (*in dioec. Legionensi*) abbas: Guillelmus.

Far fl. 35,55.

de Farnham, Fernham: Nicholaus episc. Dunelm.

de Fascnellis, Phasanellis: Pandulphus, Ricardus, Robertus.

Faventia, Fabencia, civ., *Faenza* 199,20. 203,30. 205 (Foegia *falso* 205,35). 212,40. 214,40—217. 467,1.

Faveresham v. Feveresham.

Felix I. papa 529,20.

Felix II. papa 529,25.

Felix III. papa 529,40.

Felix IV. papa 529,40.

de Fens dom.: William.

Feoga. Feugia v. Foggia.

(Ferdinandus) III. rex. Castell. 226,15.

Ferrandus comes Flandr. 44 (*falso* Philippus). 45,25. 46,20. 54,30. 67,40. 372,1. 398. 429,10. 445,45. 446,20. 463,10. 556,5. 587,20; uxor: Iohanna.

de Feresi, Fersi: Biset.

Ferentinum 57,20. 158,35; Ferentinus (*falso* Florentinus): Iohannes mag.

Fernham v. Farnham.

Ferrandus v. Ferdinandus.

Ferraria civ. 149,15. 160,30. 161,35. 175,20. 179,35. 183,15; Ferrarianensis dioec. 149,15.

Ferricus v. Fridericus.

de Feveresham, Fevershain, Faveresham, abbatia 72,1. 130,10; de F.: Haymo fr. Minor.

Filius-comitis: Stephanus card. presb.

Flamstude, *Flamstead (com. Hertford)* 329,35.

Flandria; Flaundres; Flandrensis, Flandrencis regio 22,1. 26—28. 31,50. 33,5. 36,20. 39,50—48,1. 50,15. 110,20. 117,10. 120. 122,20. 128,1. 133,15. 146,40. 189,15. 254,35. 255,45. 279,40. 318,10. 326,40. 327,20. 333,40. 334. 338,25—340. 344,15. 347,1. 351,5. 356,5. 390. 396,20. 398. 399. 406,30. 409,1. 411,20. 433,5. 434,5. 442,35. 446,5. 448,30. 454,30. 476,30. 481,1. 482,50. 491,30—499. 503,35. 504,30. 506,25. 509. 518,20. 519,30. 525. 526. 538—543,15. 559,35. 587,20. 597. 598,1. 618—621,15. 639. 640. 657—659; comitatus 339; com.: Balduinus IV, Balduinus V, Robertus I, Balduinus VII, Karolus Bonus, Philippus, Balduinus IX, Iohanna, Ferrandus, Thomas de Sabaudia, Margareta, Willelmus, Guido. — Flandrenses, Flandritae, Flamingi; Flemynges, Flemang, Flemeng; Flemmisshe, Flemmysshe men 33. 48,1. 49,25. 118,10. 128,5. 311,35. 317,5. 334. 338,25. 339. 341,10. 349,35. 359,5. 376,10. 392,45. 393. 399,25. 403,25. 444,30. 470,15. 491,30. 493—500. 503,35. 509,35. 519,30. 538—543,25. 572,10. 586. 589,35. 594,35. 595,35. 597. 602,25. 603. 606. 638. 639. 645. 655. 656. 660,15; Flandrensis quidam cler. 122,25; Fl.: Eustachius Monachus, Henricus mag.

(Flatiani Pratum) *S. Flaviano* v. S. Plamiani castrum.

Florensis (*Fiore*) abbas: Ioachim.

Florentia, Florencia 385,25. 613,15; episc.: Ardingus. — Florentini 183,15; Fl. mercatores 358,45. 362. 590,5. 612. — de Fl.: W. fr. Minor, Iohannes Parens min. gen. fr. Minorum.

Florentinum, *Fiorentino* 322,45; eccl.: S. Lazari.

Florentius, Florencius; Florenz, Florence.

(Florentius) III. comes Holand. 522,45; uxor: Ada.

Florencius IV. comes Holand. 523,40; fil.: Willelmus rex Rom., Florentius.

Florentius, fil. Florentii IV. com. Holand., 321,25. 334.

Florentius V. comes Holand., fil. Willelmi regis Rom., 487. 491,5. 522—524. 553,35. 559,15. 593,20. 595. 596,20 (*falso* Constantinus). 597,1. 600—603. 607—609. 616. 635; fil.: Iohannes I.

Florentius de Warenna miles 569,10.

Floriacum, *St. Benoît-sur-Loire* 25,50; Floriacensis coenobii fratres 24,50.

Florianus imp. 531,10.

de Flote dom.: Petrus.

Foegia v. Faventia.

Foggia, Fogia, Feoga, Feugia, *Foggia* 192,35. 203,30. 238,25.

Foliot: Gilebertus episc. London.

Foresii: Cursus, Petrus.

Formosus papa 529,40.

Forum-Iulii, *Friaul* 231,30. 573,25; Foroiuliensis episc. 267,35.

de Forz: Willelmus.

Franceford, Franckesforde, *Frankfurt* 285,5. 366,35.

Francia; Fraunce 25,30. 50,1. 109,10. 115,40. 117,10. 133,15. 157,30. 177,40. 196,45. 197,10. 212,35. 213,30. 221,15. 224,20. 249,25. 252. 253. 271,35. 288. 299. 303,35. 312,1. 313. 326. 328,1. 338—340. 359,10. 363. 371,45. 372. 377. 388. 399. 409,1. 420,1. 428,15. 431,15. 434,5. 442,30. 446. 454. 464,35. 470. 496,30. 499. 500,15. 502,20. 504,30. 508. 509. 526. 534,15. 539,40. 573. 578,30. 579. 591,5. 613. 617,25. 660. 661,1; regnum 24,50. 25,30. 50,15. 54,30. 62,30. 137,40. 140,25. 142,30. 146,40. 190,5. 191,1. 201,30. 216,15. 250,10. 285,5. 286,15. 288,15. 317,20. 327,25. 347,5. 353,30. 357,10. 367. 384,1. 385,1. 411,20. 421,5. 442. 473; reges 253,25; reges: Clodoveus I, Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Carolus (Calvus), Ludovicus (Balbus), Carolus (Crassus), Carolus (Simplex), Robertus, Ludovicus IV, Ludovicus VI, Ludovicus VII, Philippus II, Ludovicus VIII, Ludovicus IX, Philippus III, Philippus IV; dux: Hugo Magnus. — Franci, Francigenae; Fraunçais, Franceys; Freynsshe, Freinssche, Frenshe, Vrenshe men 23,55. 24. 33,5. 35. 44—47. 50,30—51,40—54. 69,15. 109,30. 119,5. 180,30. 181,45. 190. 191,1. 203,30. 222. 223. 226,15. 227,40. 228,1. 233,15. 248,5. 249,10. 314,1. 317,35. 319. 322. 334. 338. 339. 341. 344,15. 349,35. 356,20. 357,5. 359,5. 365,1. 366,25. 367. 370. 371,40. 376,10. 379,40. 389,15. 398. 399,40. 401. 408,40. 411,30. 416. 420,35. 428,40. 431. 446. 450,35. 454. 465,45. 466,1. 467,30. 470. 473. 488. 492,35. 494,45—500. 509,35. 517,1. 586. 638. 639. 655. 657,5. 659,35. *Cf.* Gallia.

S. Franciscus de Assisio 56,15. 120. 401,40. 402,15. 446,50. 506,40. 561—568. 577,20. 631,20; eius regula 561,20. — S. Francisci monachi 494; *cf.* Minores fratres.

Franciscus card. diac. S. Mariae in Cosmidin 622,20.

F(ranciscus) abbas (Montis) S. Mariae 209,1.

Franciscus: Theobaldus.

Frea dea 109,31. — Fridai 108,5. 109,35.

Frescobald v. Friscobaldi.

Frethinensis (*Frigento*) eccl. 149,1.

(Fridericus), Fredericus, Fretherícus, Fretherichus, Phretericus, Ferricus; Frederyk.

Fretherícus abbas S. Albani 434,25.

Fretherícus de Lavania cler. 335,35.

Fredericus I. imp. 31—35,30. 111. 112. 247,20. 392,50—394. 437. 441,40. 444. 462. 531. 586. 630,5; fil.: Henricus VI.

Fredericus II. imp., rex Siciliae et Ierosol., fil. Henrici VI. imp., 43. 49,1. 55,25—63. 65—73. 107,25. 121. 123—322. 325. 327. 334,5. 336. 341,40. 342. 346. 348. 349. 351. 354,5. 360. 365,40. 367,40. 370,25. 372,5. 373,45. 376,30. 398. 400,40. 402—431,15. 447—454,1. 463—475. 483. 486. 507—509,1. 531,20. 532,15. 538,30. 548,20. 552. 557,5. 563,1. 568,15. 578,20. 586—589. 599,5. 632. 633. 652,30. 668,50; dictus Conanus 107,25; uxores: Isabella Hierosol., Isabella Angl.; concub.: Blanca; liberi: Henricus (VII), Conradus IV, Anna, Henricus (Ensius), Fridericus, Manfredus, Ricardus. — Frethericales 310,20. 321,5. 324,40. 325,20. 330. 348,25. 351,15. 431,30. 351,20. 452,10; Fretherícalis exercitus 297,5. 301,1. — Frethericales gressus 328,30.

Pseudo-Fredericus II. imp. 485,35. 594. 599,25.

(Fridericus) rex Siciliae 494,5.

Fretherícus de Antiochia, fil. Friderici II. imp., 283,1.

Fretherícus, fil. Heinrici (VII) regis, 323,1. 342,25. 343,20.

(Fridericus) II. dux Austriae 135. 137,35. 138,35. 205,25. 209,20. 211,5. 231,50. 232. 267,10.

(Fridericus I. marchio Badensis) dux Austriae 551,15.

Ferricus Paste miles 288,15.

Frisac opp., *Friesach* 231,35.

Friscobaldorum societas mercatorum Florent. 612,30; de Frescobaldi: Iohannes, Lambertucius.

Frisia, Fresia 21,20. 51,1. 145,15. 202,1. 206,10. 300,45. 319,35. 325,30 (Frigia quae Friselandia vulgariter appellatur). 429,20. — Frisones, Fresi, Fresones 23,45. 34,20. 51,15. 119,15. 339,5. 341. 357. 358. 400,5. 509,55. 599,25.

595, 40. 633, 10. — Frisicum mare 595, 40.
Frissegensis, Frisiensis *(Freising)* episc. 267, 25; episc.: Conradus I.
(Fulco) archiep. Dublin. 370, 5.
Fulco episc. London. 271, 1. 315, 25. 333, 35. 369, 15. 371, 25. 477, 30.
Fulco episc. Tolosanus 631, 5.
Fulco (de Neuilly) praedicator 115, 40. 396, 20.
Fulco de Novo-castro miles 508, 35.
Fuldense coen. 28, 40. 309, 20 (Wolsa). 426, 45 (Volsa).
Fulenham, *Fulham* 24, 45.
de Furneysio, *Furness*, conventus 559; de Furnes beneficiati 449, 5.
Fuzerhuse *v.* Suzerhuse.

## G.

G. gardianus fr. Minorum Colon. 208, 20.
Gabriel vicarius ministri generalis fr. Minorum 248, 45.
Gaieta, *Gaeta* 51, 20.
Gagitanus: Benedictus card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano (Bonefacius VIII. papa), Iohannes card. diac. S. Nicholai in Carcere Tulliano (Nicolaus III. papa). *Cf.* Caitonus.
Gayetanus Oderisii mercator Florent. 612, 40. 613, 30.
Gaius (Caligula) imp. 530, 25.
Galatia (Africae) 30, 5.
Galba imp. 530, 30.
(Galcana), uxor Brancaleonis senatoris Rom., 356, 45. 359, 20.

Galfridus, Gaufridus. *Cf.* Godefridus.
Galfridus Mediolanensis card. episc. Sabin., Celestinus IV. papa.
Galfridus de Trane card. diac. S. Hadriani 251, 1. 421, 10. 450. 471, 1.
(Gaufridus) card. S. Susannae, decanus Paris. 611, 35.
Gaufridus archiep. Eborac. 40, 25. 41, 30 *(falso)*.
(Gaufridus) archiep. Vesontion. 215, 20.
Gaufridus abbas S. Albani 434, 40. 435, 35.
Galfridus fr. Templar. 182.
Gaufridus dux, comes Britann., fil. Henrici II. regis Angliae, 50, 20. 73, 10; liberi: Arturus, Alienora.
Galfridus Plantegenest V. comes Andegav. 107, 20. 111, 35; uxor: Matildis; fil.: Henricus II. rex Angliae.
Galfridus de Lucy 134, 1.
Galfridus de Morra 284, 25.
Galfridus 254, 5; fil.: Iohannes.
Galienus imp. 531, 5.
Gallia, Galliae 23, 35—25. 31, 50. 67, 25. 107, 5. 126, 40. 226, 10. 244, 1. 326, 5. 344, 20. 435, 5. 525, 30. 589; Gallicanae partes 24, 45. 25, 5. 52. 401, 5. 437, 35. 482, 5; provincia 192, 25; rex 21, 40. 108, 30. — Galli, Gallici 482, 5. 525, 20. 526, 15. 571, 25. 572. 607. *Cf.* Franci. — Gallicana eccl. 252. 253. 451, 25; G. clerus 52, 1. 335. — Gallicana consuetudo 53, 30. 54, 30. — Gallicum, G. lingua 326, 10. 571, 25. 577, 10.
Gallurae *(Sardiniae)* rex: Henricus (Ensius), fil. Friderici II. imp.
Gallus imp. 531, 5.
Galo, Galterus *v.* Wal.
Gandavum, Gant, Gaunt, Gawnt 492. 493, 25. 518, 25. 525, 20. 559, 35. 597, 35. 619, 25. 636, 15. 641. 658, 5; de G.: Simon episc. Saresber., Gilbertus.
Garinus, Gasconia *v.* Wa.
Gastunus de Bierne 551; fil.: Constantia.
de Gatesdana, Gatesdene: Iohannes.
Gaufridus *v.* Galfridus.
Gaunt *v.* Gandavum.
Gawanus comes (Galvanus Lancia) 517, 5.
Gaza, Gazre, civ. 64, 1. 413, 45.
Gazara villa, *Görz* 26, 30. 395, 5.
Gebennensis *(Genf)* episc. 267, 35.
Gelasius I. papa 529, 40.
Gelasius II. papa, Iohannes Caitonus cancellarius 29, 15. 111. 252. 391, 15. 530, 30.
Gelria, Gelre, Geleia, comitatus 373, 1. 533, 15; dux 266, 35; Gelrenses com.: Otto II, Reinaldus I.
Gemblacensis monast. *(Gembloux)* fundator: S. Wibertus.
S. Gemma prope Romam, *San Gemini* 127, 1. 405, 45.
Genevenses *v.* Ianuenses.
de Genevre: Petrus.
Gentilis card. presb. S. Martini in Montibus 622, 20.
(S. Georgii ad Velum aureum eccl. Rom.) card. diac.: Petrus de Capua, Petrus Caboche.
de S. Georgio *(Lydda et Ramlah)* episc.: Radulfus.
Georgius comes de Weiz *(Wied)* 51, 25.
Geracensis *(Gerace)* episc. 306, 10.

Geraldus, Giraldus, Geroldus.
Geraldus card. episc. Alban. *v.* Beraldus.
Giraldus archiep. Burdegal. 215, 40. 230, 40.
Geroldus patr. Ierosolim. 55, 15. 61, 30. 124—126. 170, 40. 405, 1. 507, 20.

Gerardus, Girardus, Gyrardus.
Gerardi: Abracha.
Gerardus card. episc. Sabin. 612, 15.
G(erardus) archiep. Magunt. 366, 35. 373. 533.
Gerardus episc. Virdun. 551, n. 17.
(Gerardus) archidiac. Richmund. 564, 5.
Gyrardus de Mutina fr. Minor 564, 15.
Gyrardus Russinol fr. Minor 564, 15.
Gerardus Cremonensis philos. 577, 10. 582.
Gerardus de Sottingi 48, 15. 49, 25. 399, 10. 506, 25.
Girardus Marsiliensis 327, 5.
Girardus Riccobaldi mercator Florent. 362, 20.
Girardus Symonetti mercator Florent. 613, 30.
Gerardus: Symon mercator Bonefacii VIII. papae.
Gerebertus *v.* Silvester II. papa.
S. Gereon Colon. 20, 25.
Germania 20. 24, 25. 29, 35. 157, 20. 163, 15. 164, 20. 183, 15. 212. 230, 10. 300, 45. 422, 25. 425, 5. 426, 40. 428, 5. 482, 50; G. prima 107, 5; secunda 107, 5; Germaniae principes 278; nobiles 279, 5. — Germani, Germanici 184, 35. 274, 25. 288, 40. 328. 432, 1. 607. — Germanica lingua 326, 10. *Cf.* Alemannia, Theotonia.
Sanctus Germanus, *San Germano* 57, 30.
Sanctus Germanus in Laia, *St.-Germain-en-Laie* 452, 10.
S. Germanus 20, 30.
Germanus antipapa Graecus 182, 1.
Gernemue, Gernemuta, Gernemuth, Iernemue, portus, *Great Yarmouth* 48, 25. 145, 15. 371, 1. 372, 45. 510, 25. 532, 45. 533, 10. 590, 10. 593, 20. 594, 35. 597, 15. 602, 30. 603. 606, 30. 640, 20. — Gernemutenses 594, 35. — de Gernemuta: Iohannes clericus.
Gernun: Willelmus.
Geroldus *v.* Geraldus.
(Gertrudis), uxor Andreae II. regis Ungar., 119, 30. 200, 40. 265, 40.
(Gertrudis), uxor Henrici Raspe landegr. Thuring., fil. Leopoldi VI. ducis Austriae, 261. 268, 40.
(Gervasius) patr. Constantinop. 48, 40.
Gervasius de Melkeleie mag. 442, 30.
Gianus Luchetti mercator Pistor. de Clarentum soc. 612, 35.
Giffardus, Giffard: Iohannes, Walterus archiep. Eborac.
Gifferus mag., camerarius Ottoboni card. 518, n. 3.
Gildhallia London. 543, 5.
Gilebertus *v.* Giselbertus.
Ginacia *v.* Viena.
Gines *v.* Gisnes.
Giraldus, Girardus *v.* Ger.
Gisa episc. Wellensis, capellanus Edwardi Confessoris regis Angliae 27, 40. 28, 1.
Gisburnia, *Guisburgh* 110, 35; eccl. 629, 20. 634, 40; canon.: Walterus de Hemingburgh.

(Giselbertus), Gilebertus, Gilbertus; Gilebert, Gileberd.
Gilebertus Foliot episc. London. 32.
Gilebertus Porcte mag. 29, 15.
Gilebertus IX. comes de Clare, VIII. comes Gloucestriae 480. 487, 1. 517, 1. 535, 45—537, 40. 549, 35. 551, 5. 557, 15. 597, 10. 634. 669, 15; uxor: Iohanna de Acon.
Gilebertus Marescallus, VI. comes de Pembroke 134, 1. 196.
Gilebert Basset 666, 20.
Gilebertus Cremonensis 362, 1.
Gilbertus de Gaunt 559, 40.
Gilebertus de Segrave 337, 10.
Gisnes, Gines, Gynes, comitatus, *Guines* 50, 5; com.: Arnulfus II, Arnulfus III; de G.: Baldewinus; de Gisnes pagium 427, 40.
Gisortium, *Gisors* 29, 25. 34, 1.
Glandecensis *(Glandève)* episc. 267, 30.
Glovernia, Gloucestria, Gloucestre, Gloucetere 314, 15. 539, 30; com.: Ricardus, Gilebertus VIII; comit.: Isabella 667, 1.
Gnegnensis *(Gnesen)* archiep. 267, 15.
Godefridus, fil. praefecti Rom., electus Bethlimitanus 287, 1.
(Godefridus) I. dux Lovan. 29, 25. 118, 25; fil.: Adelicia.
Godefray le Brabazon 660, 1.
Godescallus, Godescalc, miles 48, 15. 49, 25. 399, 10. 506, 25.
Godwinus comes 27; fil.: Haroldus II. rex Angliae, Tosti, Suanus.
Golc *v.* Iuliacum.
Golgatha locus Ierosol. 66, 15.
Goliardenses 122, 40.
Gordianus imp. 531, 5.
Gorgona insula 243, n. 10.
del Got: Bertrandus archiep. Burdegal. (Clemens V. papa).
Gothi, Goti 23, 45. 24, 30. 572, 20; Gothorum historiogr.: Iordanus.
Gothia, Gocia, Guthia, *Gothland* 145, 15. 205, 10. 300, 45. — Gutlanenses mercatores 348, 1.
Gradenus (Gradensis) patr. 118, 45.
Grado Pini merc. Pistor. 615, n. 5.
Graecia 179, 5. 182, 1. 306, 30. 340, 5. 562, 15. — Greci 23, 5. 30, 15. 31, 35.

136, 25. 201, 35. 236. 257. 291, 40. 314, 5. 344. 364. 483, 15. 529, 15. 551, 30. 576, 45. 581, 35. 582, 10. 602, 10; imperatores *v.* Constantinopolis. — Greca ecclesia 236, 15. 285, 35. 319, 25. 364. 411, 15. 429, 5. — Gregorum clima 213, 15. — Grecum mare 212, 40. 497, 5. 558, 10. — Grecus ignis 349, 10; Grecae literae 335, 15; Gr. lingua, Grecum 573, 10. 575, 20. 580, 15. 582. — Grecia Magna 575, 20.

de Grandissono, Grauntsouns, *Gransee*: Otto.

le Gras: Iohannes.

(Gratianopolitanus) Graciopolitanus episc. 267, 35.

Gratianus mag. 571, 15. 575, 45.

Gratianus imp. 531, 20.

Gracianus *v.* Gregorius V. papa.

Gravesende, Graveshend 478, 10. 536, 60.

S. Gregorius I. papa 253, 10. 301, 20. 529, 5. 571, 5; eius Dialogus 24, 1.

Gregorius II. papa 21, 1. 529, 25.

Gregorius III. papa 529, 25.

Gregorius IV. papa 23, 45. 529, 30.

Gregorius V. papa, Gracianus 530.

Gregorius VI. papa 530, 25.

Gregorius VII. papa, Hildebrandus, Hildebrondus 28. 110. 390, 15. 443, 25. 530. 586, 1. 601, 10.

Gregorius VIII. papa 33, 55. 394, 10. 444, 45. 530, 5.

(Gregorius VIII. antipapa) Mauricius Burdinus archiep. Bracar. 29, 25. 252, 30.

Gregorius IX. papa, card. episc. Ost. 54, 40. 55, 15—63. 65—70. 120, 35. 121. 126. 128. 129. 131, 40. 132, 1—136. 138. 144. 145. 147—159. 161—223, 5. 228, 20. 237, 45. 238, 10. 239, 25. 260, 35. 261, 15. 262, 25. 263, 40. 264, 10. 265, 25. 268, 15. 319. 348. 363, 35. 401, 45. 402. 404—407, 45. 410—415. 429, 25. 432, 15. 439. 446, 55—449, 10. 463, 30—468. 507, 5. 508, 1. 530, 10. 562. 563, 25—565. 567. 568. 587, 40. 588. 632. — Gregorianae decretales 408, 1.

Gregorius X. papa, Thealdus archidiac. Leodicensis 483, 5—485, 10. 486, 40. 530, 20. 542, 35. 543, 35. 551. 553, 20. 557, 1. 558. 592. 602. 634.

G(regorius) de Gwalgano card. presb. S. Anastasiae 159, 45.

Gregorius card. diac. S. Angeli, Innocentius II. papa.

G(regorius) card. diac. S. Theodori 263, 30.

Gregorius de Monte-longo (patr. Aquileg.) 166, 5. 168, 30. 173, 30. 183, 40. 184, 40. 241, 15. 288, 45.

Gregorius de Romagna legatus apost. 213, 30. 215, 40. 216, 15.

Gregorius de Bossellis fr. Minor 563, 25.

Gregorius de Neapoli fr. Minor 562.

Gregorius de Rokeslo civis London. 543, 30.

de Greningge: Arnaldus.

de Grey: Ricardus, Iohannes episc. Norwic.

Grifones 36, 1. 444, 50.

de Griliaco: Iohannes.

S. Grimbaldus sacerdos et mon. 24, 40. 25, 25.

Grisei monachi 665, 5; *cf.* Cistercienses, Albi monachi.

Grisogonus *v.* Chrysogonus.

de (Groningen) Croheling: Hartmannus.

Grossetum, *Grosseto* 282, 20; Grossatensis episc.: Bartholomeus.

Gua-, Gue- *v.* Wa-, We-.

Gugsinus *v.* Wecellus.

Gui- *v.* Wi-.

Gunnilda, uxor Heinrici III. imp., fil. Canuti I. regis Daciae, 26. 110, 25.

Gunilda, uxor Haconis com. Danici, fil. Wirtigerni regis Windorum, 26, 15.

Gursensis *(Gurk)* episc. 267, 25.

Guthia, Gutlanenses *v.* Gothia.

Gw- *v.* W-.

Gynacia, Gyniaca *v.* Viena.

Gynes, Gysnes *v.* Gisnes.

Gypewycum, *Ipswich* 610, 30. 617, 35.

## H.

Haco, Hacho, rex Norweg. 290, 25. 294, 45. 295. 301, 35. 302, 30. 303. 321, 25. 324, 10. 423, 20.

Haco comes Danicus, fil. Erici regis, 26, 10. 110, 15; uxor: Gunilda.

Haco comes Danicus, fil. Suenonis regis, 28, 10. 390, 20.

Hageneth castrum, *Hagenau* 586, 15.

Hailes, Hayles, Heiles, Heyles, Hales, monast. Cisterciense 281, 5. 327, 45. 427, 45. 479, 15. 484. 539, 25. 542, 30. 549, 20. 553, 20. 592. 666, 1. 667, 15. 668, 1.

Haymo de Faveresham minister gen. fr. Minorum, custos Parisius, lector Turonis 562, 5. 564. 565.

Haithebi *v.* Slaswic.

(Halberstadensis) Alberstanensis episc. 267, 20.

(Hamelinus) episc. Cenoman. 35, 20.

Hanebalenses, Hannibellenses, nobiles Rom. 377. 511, 40. — Hanibal: Ricardus card. diac. S. Angeli.

(Hannonia), Hayonia, Hama, Agonnogia: Henou, Henaud; Hainaucensis, Honhensis comitatus 47, 30. 339. 476, 30. 539, 40; com.: Baldewinus V, Iohannes I, Iohannes II. — Hanonenses; Henüer 540. 541. 656, 35. 660, 5.

Haraldus, Haroldus, II. rex Angliae 28, 5. 107, 15. 110, 35. 390, 5.

Hardecnutus rex Angliae et Daciae, fil. Canuti I. regis, 26. 110, 20. 443, 10.

Hardel: Willelmus.

(Harduinus) episc. Cephaludensis 306, 10.

Harlottus *v.* Herlotus.

Hartmannus, fil. Rudolfi I. regis Rom., 593, 30.

(Hartmannus) de Groningen (Croheling) 284, 40.

Harundel *v.* Arundellia.

de Haselbach: Willelmus.

Hastem sive Hastingus Danus 25, 5. 109, 45.

de Hastingo, Hastinges, Hasting, *Hastings*: Henricus, Iohannes.

(Havelberg.) Haweburgensis episcopus 267, 25.

Havkesburgensis, de Havesberuth, comes: Rudolfus (I. rex Rom).

Hayles, Haymo *v.* Hai.

(Hebrea) Ebrea lingua, Ebreum 580, 15. 582, 40.

Helias *v.* Elias.

Helius (Pertinax) imp. 531, 1.

Hellespontus 30, 5. *Cf.* Brachium S. Georgii.

de Hemingburgh: Walterus canon. Gisburn.

Henaud, Henhensis com., Henou *v.* Hannonia.

Henricus, Hendricus; Henri; *cf.* Ericus.

Henricus card. episc. Alban. 34.

(Henricus) archiep. Colon. 71. 72. 130. 131, 5.

Henricus de Susa archiep. Ebredun. 193, 20. 235, 5. 242. 383, 40.

(Henricus) archiep. Tarent. 370, 5.

(Henricus) I. episc. Bamberg. 283, 25.

(Henricus) episc. Brixin. 609, 15.

Henricus Marescallus episc. Exon. 397, 20. 406, 25.

(Henricus) III. episc. Leod. 291, 20. 295, 30. 300, 20. 334, 15. 474. 593, 15.

Henricus de Wengham episc. London. 477, 15.

Henricus (de Sandwich) episc. London. 515, 10. 549, 30.

(Henricus) III. episc. Strassburg. 300, 45.

Henricus de Cornhulle decanus S. Pauli London. 338, 15.

H(enricus) mag. domus Hospitalis Theutonicorum 277, 30.

Henricus de Terviso gard. fr. Minorum London. 561.

Henricus de Burforde fr. Minor 562, 30.

Henricus de Abrincis mag. 119, 20.

Henricus Flandrensis mag. 169, 15. 412, 10.

Henricus I. rex 25, 30 (*falso* imperator). 109, 55.

Henricus II. (I) imp. 25, 50. 26, 1. 110. 443, 5.

Henricus III. (II) imp., fil. Conradi II, 26. 110, 20. 443, 15. 531, 15; uxor: Gunnilda; fil.: Henricus IV.

Henricus IV. (III) imp. 28. 110. 390. 443. 531, 15; fil.: Henricus V.

Henricus V. (IV) imp. 28, 55. 29. 111. 112, 50. 252. 391. 443, 45. 444, 5. 530, 50. 531, 15; uxor: Matildis.

Henricus VI. imp., fil. Friderici I. imp., 36, 15—39. 68, 30. 113—115. 394. 395. 445. 462, 35. 531. 552. 586. 664; uxor: Constantia; fil.: Fridericus II.

Henricus (VII) rex Rom., fil. Friderici II. imp., 72, 30. 130. 131, 1. 133, 35. 143. 158, 35. 163, 15. 174, 5. 183, 15. 225, 40. 323, 1. 407, 30. 415, 45. 449, 10. 467, 45; fil.: Fridericus.

Henricus Raspe landegr. Thuring., rex Rom. 206, 15. 207. 230, 10. 244. 272. 278—280. 288, 45—291, 20. 320, 5. 321, 15. 341, 1. 366, 1. 417, 1. 418, 1. 421. 422, 1. 423, 15. 424, 5. 429, 35. 431, 1. 449, 35. 450, 5. 451. 453, 25. 472, 20. 473, 30. 508, 45. 531, 25. 589. 633, 10.

Henricus, Henriotus, fil. Friderici II. imp. et Isabellae Anglicae, 290. 308. 313, 1. 321. 322, 40. 323, 1. 327, 15. 328, 10. 329, 5. 331, 30. 338. 341, 40—343, 25. 346, 20. 410, 30. 413, 20. 423, 10. 426. 430. 448, 20. 452, 50. 453, 45. 454, 50. 471, 45. 473, 45. 507, 50. 508, 30. 509, 35. 589, 40.

Henricus, Hensius, Ensius, Ensisus, rex Sardiniae, fil. Friderici II. imp., 148, 5. 168, 1. 185, 5. 205, 20. 215. 217, 30. 265, 15. 273, 5. 282, 45. 288, 50. 290. 309. 316, 1. 321, 5. 411, 30. 414, 30. 427. 430, 35. 448, 40. 449, 1. 453, 1. 466, 5. 473, 50. 508, 45.

(Henricus) imp. Constantinop. 49, 1.

Henricus I. rex Angliae, fil. Willelmi I. regis, 26, 10. 29. 32, 15. 73, 25. 107, 20. 110, 10—111. 118, 25. 391. 392, 1. 394, 5. 443, 45; uxores: Matildis, Adelicia; liberi: Willelmus II, Matildis.

Henricus II. rex Angliae, fil. Gaufridi Plantegenest V. com. Andegav., 31, 40—35, 25. 37, 10. 41, 25. 73, 25. 111, 35. 112. 247, 20. 252, 45. 367, 5. 377, 10.

392, 45—394. 437, 20. 444. 531, 35. 586, 20. 651, 25; uxor: Alienora; liberi: Henricus (III), Ricardus I, Gaufridus, Iohannes, Mathildis, Alienora, Iohanna.

Henricus (III) rex, fil. Henrici II. regis Angliae, 33. 73, 10. 393, 50.

Henricus III. rex Angliae, fil. Iohannis regis, 60, 1. 63. 65, 35. 67. 69. 70, 35. 71. 73, 1. 130—136. 138. 140, 25. 142—145. 147. 151. 156, 35. 158, 1. 160, 35. 169, 5. 178—182, 30. 185, 45—187, 40. 189. 190, 25. 191, 25. 194, 40. 196. 197, 40. 199. 201. 204. 205. 207, 1. 210, 1. 214, 30. 215, 25. 224, 40. 225, 15. 226. 228, 35. 234. 235. 238. 239. 242. 244—246. 250—252, 1. 258, 15. 260, 5. 269, 5—271, 45. 272, 10. 273. 280. 282. 284, 15. 285. 290. 292, 1. 294. 296. 299. 300, 5. 304. 308. 310, 40. 311. 313, 10. 315. 317, 25—319. 321. 324, 5. 325, 30. 327, 15—333, 30. 337. 338, 45. 339, 5. 341, 35. 342, 15. 345. 346. 348, 30—359, 45. 361, 30. 362, 15. 363. 365. 366, 45. 367, 40. 368, 40. 369, 371. 372. 374. 376, 40—378, 35. 380. 381. 383—388. 401, 50. 404, 1. 407—414. 416. 417, 25. 419. 421. 422. 425—427, 40. 429. 432, 45. 433, 35. 440, 40. 447, 50—451. 454, 40. 455. 464—467. 472. 473. 475—482. 486. 506—508. 510. 511. 514—517. 520. 532. 534—543, 15. 545. 546. 548, 25. 550—554. 557. 561, 20. 567, 20. 578, 20. 588—591. 599. 601, 20. 632—634. 652. 656, 35. 666—669; uxor: Alionora; liberi: Eduardus, Margareta, Beatrix, Edmundus, Katerina.

Henricus rex Cypri 124, 20.

Henricus de Alemannia, fil. Ricardi regis Rom., 372, 30. 373, 40. 375, 1. 382, 20. 428, 15. 478, 35. 480, 35. 482, 20—484. 510, 30. 511, 15. 516, 1. 532, 45. 535. 536, 20. 538, 40. 539. 550, 1. 551. 557. 592. 599, 30. 601, 20. 633, 45. 634. 653, 1. 666, 25. 668, 20. 669; uxor: Constantia.

Henricus, fil. Edwardi I. regis Angliae, 558, 40.

Henricus (Leo) dux Bawar. et Saxon. 33. 34, 30. 73, 20. 112, 45. 113, 1. 118, 20. 366, 5. 394, 1. 444, 40. 462, 25. 531, 35. 586; uxores: Clementia, Matildis; fil.: Henricus, Otto, Willelmus.

(Henricus) I. dux Brabant. 40, 10. 45, 30. 398, 40; liberi: Henricus, Maria.

Henricus II. dux Brabant., fil. Henrici I, 71, 15. 189, 30. 206, 15—208, 20. 272, 25. 407, 20. 474, 10; fil.: Henricus III.

Henricus III. dux Brabant., fr. Henrici II, 291. 294, 30. 295, 30. 304, 25. 321, 20. 322, 10. 334, 15. 339, 40. 340, 35. 381, 20. 382, 25. 431, 5. 511. 592, 35; fil.: Maria.

(Henricus) IV. dux de Limburg 55, 30. 61, 30.

Henricus dux Poloniae (Silesiae) 208. 209, 15. 341, 1.

Henricus comes palat. Rheni (*falso* dux Saxoniae, Sueviae), fil. Henrici Leonis ducis, 33, 45. 42, 35. 73, 25 (*falso* rex Terrae Sanctae). 117, 45. 398. 445, 35. 463, 5. 587, 5.

(Henricus) II. comes de Bar 54, 40. 67, 35. 191, 15.

(Henricus) III. comes de Bar 488, 10. 519, 20. 596. 606. 634, 40. 658, 10. 662, 1; uxor: Alienora; fil.: Iohanna.

Henricus II. comes Campan. 401. 405, 40.

(Henricus) comes Lincoln. 503, 5. 659, 5.

(Henricus) III. comes Luxemburg. 334, 15.

Henricus IV. comes Luxemburg. 520, 25.

Henricus senator Rom., fr. Alfonsi X. regis Castell., 483, 10. 551, 25. 611, 20 (?).

Henricus de Blaunkmount 556, 20.

Henricus de Corenhell vicecom. London. 532, 1.

Henricus de Hastingo baro 312, 10.

Henricus Mara iusticiarius 371, 15.

Henricus de Monte-forti 550, 5.

Henricus de Seuly 517, 1.

Henricus de Trublevilla 144. 145. 179, 10. 180, 15. 411, 1. 465, 5.

Henricus le Walcis maior London. 546. 547, 1.

Henricus Walemound, Welemund alderm. London. 534. 552, 35.

(Heracleonas) Heradonas imp. 531, 1.

(Heraclius) Eraclius imp. 531, 30.

Herbipolenus, Herpipolensis episc. 267, 20; episc.: Hermannus.

de Herdintona: Thomas.

Herefordensis (*Hereford*) eccl. canonici 603, 15; Herefordiae, Herefordenses episc.: Walterus Lotharingus, Aegidius, Radulphus, Petrus de Acquablanca; comes: Hunfridus.

Hereheie, *Aldreth* 49, 30.

Herleia *v.* Hurleia.

Herlotus, Hertlotus, Erlotus, Arlotus, Harlottus, mag., cler. papae 379, 15—381, 15. 383. 476, 5. 554, 20.

(Hermannus) episc. Herbipol. 153, 40.

Hermannus episc. Ramesber., capellanus regis Angliae 27. 110, 30.

Hermannus episc., philos. Alemannus 572. 575, 30. 577, 15. 582. 583, 1.

(Hermannus) landegrav. Thuring. 119, 15.

(Hermannus) marchio de Baden 232, 10.

(Hermannus) mag. Hospitalis Theutonicorum 55, 20. 61, 30.

de S. Hermete: Willelmus.

Hernisius mon. 451, 35.

Herrigettus cler., fil. Perrini de Malachana de Volta civis Ianuensis, 318, 20.

de Hersi: Egidius.

de Hertford comites *v.* Gloucestria.

Hertlotus *v.* Herlotus.

(Hertradus) dom. de Merenberghe 609, 25.

de Hertteburne (*Hartbūrn*) praepos.: Hugo.

(Herveus) comes Nivern. 50, 25. 399, 40.

Hervi: Walterus.

Hibernia, Ybernia, Hyberniae regnum; Irlaunde, Hirlaunde 63, 5. 66, 35. 73, 10. 209, 5. 212, 40. 219, 10. 221, 5. 287, 1. 311. 354, 1. 428, 1. 453, 10. 463, 45. ~~466, 30. 467,~~ 30. 519, 15. 538, 1. 542, 1. 562, 5. 563, 15. 606, 35. — Hibernienses 107, 10. 595. 636, 15.

(Hieronimus) Ieronimus card. episc. Praenest., Nicholaus IV. papa.

Ieronimi cronica 529, 30.

(Hilarius) Ylarius papa 529, 40.

Hildebrandus, Hildebrondus, Gregorius VII. papa.

S. Hildegardis, Hyldegardis, prophetissa 200, 40. 234, 15. 320, 20. 414, 5. 430, 5. 487. 488. 507, 60. 510, 1; eius libri *v. p.* 487, 25. 488.

(Hildesheimensis) Hisdesemensis episc. 267, 20.

Hircani *v.* Hyrcani.

Hispania, Hyspania 24, 1. 35, 35. 107, 5. 212, 35. 290, 20. 454, 25. 473, 40. 573. 577, 10. 578, 30. 579, 25. 580, 25. 582, 30. 607, 15. 614, 35; rex: Murmolius. *Cf.* Castella. — Hispani 339, 1. 379, 40. 572, 5; Hispanus: Aegidius card. diac. — Hispanici equi 72, 20.

Hister *v.* Danubius.

Histria 573.

Hogelinus *v.* Hugelinus.

de Holdernes: Rogerus clericus.

Holandia, Halandia, Hoillandia, Hoylandia, Holonda, Houlandia, Houtlondia, Hoilande, Hoilaund, Holand, Oxolandia 318, 10. 334, 10. 372—374. 383, 5. 510, 30. 533, 15. 593, 20; com.: Florentius III, Willelmus, Florentius IV, Willelmus II, Florentius V, Iohannes I. — Holandiae et Selandiae proceres 617, 40. — Hoylandici 636, 15.

de Holm (*Nidarholm*) monast. S. Benedicti.

(Homobonus) episc. Cremon. 154, 10.

S. Honorati insula 35, 10.

Honorius I. papa 529, 10.

Honorius II. papa 29, 40. 111, 30. 252, 40 (*falso* Henricus). 392, 10. 530, 30.

Honorius III. papa, Cincius card. 51. 52. 54, 40. 57, 15. 158, 30. 170, 30. 174, 35. 263, 35. 400, 40. 401. 507, 1. 530, 10. 556, 40. 557, 1. 561, 15. 568, 5. 587. 631. 632.

Honorius IV. papa, Iacobus de Sabellis card. diac. S. Mariae in Cosmidin 119, 35. 486, 10. 553. 594, 15. 634, 30.

Honorius imp. 531, 25.

(Horatius) Oracius 213, 20.

(H)Ormisda papa 529, 40.

de Hortuna: Willelmus mon. S. Albani.

Hospitale S. Iohannis Ierosolim., Hospitalarii 48, 10. 55, 30. 57, 25. 60. 61, 25. 66, 35. 123. 124. 129, 45. 138. 144, 25. 149, 25. 155, 15. 223, 25. 236, 40. 237, 5. 264, 40. 265, 10. 275, 10. 288, 15. 308, 30. 317, 45. 338, 40. 343. 345, 25. 404. 416, 25. 418, 15. 428, 40. 446, 50. 447. 507, 30; mag.: Guarinus; prior: Theodericus Alemannus; vicemagister 313, 35; draparius 313, 35; Hospitalarii: Ernaldus, Radulfus. — Hospitalis Ierosolim. extra London. fratres 544, 25.

Hospitalarii fratres Theutonici S. Mariae eccl. Ierosolim. *v.* Theutonici.

Hostia *v.* Ostia.

de Hothom: Willelmus fr.

Hubertus, Ubertus, Humbertus. *Cf.* Uberti.

Hubertus Walteri archiep. Cantuar., episc. Saresber. 38, 20. 41, 30. 395, 35.

H(ubertus) episc. Cumanus 168, 25.

Hubertus de Burgo comes Cantiae, iusticiarius Angliae 68, 40. 69, 1. 127. 136, 15. 178, 40. 179, 1. 406, 10. 606, 10; fil.: Margareta.

Hubertus III. comes de Moriana 33, 1; uxor: Clementia; fil.: Aalis.

Humbertus, fil. Thomae I. com. Sabaud., 375, 25.

Ubertus Raynaldi mercator Florent. 612, 40. 613, 30.

de Huftersheim: Wigandus.

Hugelinus Rainocii 305, 40.

Hogelinus Belmontis mercator Senen. 362, 45.

Hugo; Hughe, Huge.

Hugo de Evesham card. presb. S. Laurentii in Lucina 553, 25. 593, 20.

Hugo (de S. Caro) card. presb. S. Sabinae 324, 40. 336, 20. 365, 1. 374, 10.

Hugo Petroleonis card. diac. S. Angeli 112, 25. 393, 30.

Hugo archiep. Lugdun. 29, 5.

Hugo episc. Eliensis, abbas S. Edmundi 132, 30. 138, 1. 250, 35. 331, 5. 408, 20. 586, 40. 588, 1.

Hugo Burgundus episc. Lincoln., prior Cartusiensis ordinis in Anglia 33, 50. 41. 51, 30. 113, 35. 393, 50. 394, 10. 397, 1.

H(ugo) abbas Abendun. 49, 45. 118, 15.

S. Hugo abbas Cluniac. 28, 45.

(Hugo) IV. abbas Cluniac. 37, 35.
(Hugo) VI. abbas Cluniac. 215, 40. 251, 45. 272. 471, 10.
Hugo Italicus praepos. Hertteburn. 439, 1.
(Hugo) archidiac. Cantuar. 335, 35.
Hugo de S. Victore mag. 29, 40. 392, 10. 571, 15.
(Hugo) rex Cypri 49, 1. 50, 35.
Hugo I. rex Italiae 531, 10.
Hugo (Magnus) dux Franc., fil. Roberti regis, 25. 109, 55.
Hugo III. dux Burgund. 34, 25. 54, 40. 67, 35.
(Hugo) IV. dux Burgund. 272, 25. 285, 10. 317, 45. 318, 1. 421, 5.
Hugo comes Arundelliae 508, 20.
Hugo comes Flandriae *(falso)* 317, 1.
Hugo Brunus IX. comes Marchiae 36, 1.
(Hugo) X. comes Marchiae 226, 20.
Hugo Bigod comes de Norfolk 112, 20.
(Hugo) IV. comes S. Pauli 54, 40. 67, 35.
Hugo V. de Chastellione comes S. Pauli et Bles. 311.
(Hugo) castell. de Arraz 49. 51, 10. 119, 5.
Hugo Bigot, le Bygote 516, 1. 550, 10.
Hugo de Boves 46. 47, 1. 48. 117, 40. 118. 372, 1. 398, 40. 399. 429, 10. 446. 463, 25. 506, 25.
H(ugo) Chalbaot, Kabuche (Cambota) 188. 278, 30.
Hugo Dispensator, le Despenser 375, 1. 518, 25. 525, 15. 535, 15. 550, 5. 609, 30. 653, 35. 654, 5. 656, 5. 659, 5.
Hugo Thacun 49.
Hugo mercator *pseudonym.* Ricardi I. regis Angliae 36, 35.
(H)Ugonis: Ranucius.
Hugutio grammaticus 582, 10.
Hulle, *Hull* 610, 30.
Humbaldus card. episc. Ost., Lucius IV. papa.
Humbertus v. Hubertus.
Humbre fl. 28, 5. 110, 35.
Humfridus, Hunfridus, comes Hereford. 519, 25. 618. 639.
Hungaria *v.* Ungaria.
de Huntingtune, *Huntingdon*, comes: David.
de Huntintoft: Willelmus.
de Hurleie, Hurle, Herleia, *Hurley*, priores: Ricardus, Theobaldus.
Hurtoldus cler. et consiliarius papae, Burgundus 329, 40.
(H)Ydrotinensis *(Otranto)* eccl. 149, 1.
(H)Yginus papa 529, 10.
Hyspiliatus *v.* Spilatus.
Hyrcani 213, 20.

## I. *Cf.* Y.

I. mon. S. Mariae in Hungaria 209, 5.
I. de Wossemarmut 523, 15.
Iacinctus card. diac. S. Mariae in Cosmidin, Celestinus III. papa.

Iacobus; Jakes, Iakeme; Jame.

Iacobi: Iohannes.
S. Iacobus in Galicia, *San Jago di Compostella* 233, 20. 499, 25.
S. Iacobi domus Praedicatorum Parisius 396, 35. — Iacobitae habitantes in ea 40, 15. 396, 35.
Iacobus card. episc. Praenest. 144, 35. 148, 40. 157, 1. 160, 15. 165, 20. 173, 25. 175, 1. 183, 20. 215—217, 10. 222, 35. 261, 5. 264, 1. 265, 10. 415, 15.
Iacobus de Sabellis card. diac. S. Mariae in Cosmidin, Honorius IV. papa.
Iacobus de Columpna card. diac. S. Mariae in Via Lata 502, 25. 614, 1. 622. 623. 645, 1.
(Iacobus) patr. Ierosolim., Urbanus IV. papa.
Iacobus de Vitriolo episc. Accon. 306, 25. 443, 1.
(Iacobus) episc. Bonon. 352, 5—355, 45.
(Iacobus) episc. Mettensis 300, 45.
(Iacobus) episc. Vercell. 153, 40.
Iakeme de Donze praepos. Brugensis 656, n. 10.
Iacobus Ultramontanus fr. Minor 561, 35.
(Iacobus) I. rex Arragon. 49, 1. 129, 35. 133, 45. 226, 15. 254, 15. 376, 20. 381, 35. 407, 5.
(Iacobus) II. rex Arragon. 524, 30. 596, 15. 643. 644. 653.
(Iacobus Teupulus) dux Venet. 139, 40. 141, 30. 198, 30. 205, 10; fil.: Petrus.
(Iacobus) comes de Pertico 334.
Jakes de Seint Poul 496, 35. 497, 45.
Iacobus de Amendolia 167, 15.
Iacobus de Audeleia 375, 1. 376, 1. 511, 20.
Iacobus de Avennis 630, 20. 651; eius mater 651, 25.
Iacobus Cambii mercator Florent. 362, 30.
Iacobus de Vanzati (Davanzati) mercator de soc. Mozorum 612, 30.
Iacobus Iohannis Capote civis Rom. 228, 10; fil.: Petrus.
(Iacobus de Castellione) senescallus Franciae 643, 15.
Iacobus de Last. 361, 40.
Iacobus de Morra 282. 283, 35.
Iacobus de Oyni 340, 20.
Iani mons 35, 25.
Ianua, Ianuensis civ.; Gene 35, 5. 213. 205, 10. 216, 35. 242, 30. 243, 10. 244. 247, 35. 318, 35. 319, 35. 326, 30. 414, 25. 418, 40. 429, 15. 445, 45. 453, 30. 467, 10. 469, 50. 470, 5. 568, 30. 588, 15. 649, 15. 650, 10; potestas 243, 25. 418, 30; civis: Perrinus de Malachana de Volta. — Ianuenses, Genevenses 133, 45. 205, 20. 213—216. 248. 260, 10. 290, 35. 317. 321. 322, 5. 339, 1. 414. 431, 15. 450, 5. 453, 5. 467, 10. 469. 482, 50. 596, 5; Ianuensium naves 314, 35; insula (Gorgona?) 243, 30.
de Ibellino, Ybellino: Baliannus, Iohannes.
(Iconium) Yconium 35, 30; soldanus 30, 10. 112, 10.
Ieraemue *v.* Gernemue.
Ieronimus *v.* Hieronymus.
Ierusalem, Ierosolima, Ierosolyma, Ierusolimae, Sancta Civitas 23, 5. 25, 15. 27, 30. 30, 25. 35, 30. 36, 10. 61, 35. 63—66. 111, 45. 123, 20. 124, 35. 125. 128, 25. 170, 35. 236, 25. 259, 5. 306, 50. 391, 1. 393, 35. 394, 45. 404, 5. 444, 15. 463. 507, 20. 531. 553, 35. 586, 40. 588, 10; eccl.: templum Domini 64, 10. 65, 15. 124, 40; sepulcri dominici 65, 15. 66, 1. 124, 35; templum Salamonis 124, 40; Hospitalis palatium; loca: Calvariae locus, Golgatha locus. — Ierosolimitana terra, Terra Sancta, T. Promissionis, Ier. regnum 29, 55. 30, 30. 34. 36, 15. 37, 45. 49. 50, 35. 51, 15. 56—67, 10. 70, 20. 114, 15. 116, 30. 119, 15. 121. 123. 124. 134. 136, 1. 138. 142, 30. 145, 20. 146, 15. 149, 30. 150, 10. 157. 158, 30. 159. 162, 35. 165, 10. 168. 169, 35. 170. 171, 30. 172, 30. 174. 176, 1. 178. 179, 5. 182, 40. 184, 10. 190, 35. 192. 194, 15. 198, 5. 200, 20. 205, 30. 212, 1. 218, 45. 219, 15. 223. 224, 35. 236. 237, 40. 241, 40. 242, 5. 248, 25. 251, 1. 253, 45. 257. 258, 5. 259, 5. 265. 268. 271, 45. 274, 30. 275, 1. 280. 285, 35. 296, 15. 299, 15. 307, 10. 313, 1. 315, 10. 317, 35. 319, 40. 322, 30. 326, 1. 327, 20. 336. 338, 35. 339, 1. 340, 30. 344, 5. 345, 25. 354. 356, 20. 358, 45. 366. 391, 5. 394, 35. 395, 25. 397, 10. 400, 40. 402—405, 5. 413, 1. 414, 1. 418, 15. 428, 40. 429, 25. 434, 5. 440. 444, 50. 445, 15. 447, 15. 450, 45. 452, 40. 463. 465, 45. 467, 20. 472. 483, 10. 484, 20. 506, 15. 507. 509. 531. 532. 538. 543, 35. 544, 40. 557, 1. 558. 588, 30. 589, 30. 592, 30. 600. 602, 5. 612, 10. 613, 5. 633, 10. 635, 5. 666, 35. 667, 5; reges: Balduinus III, Guido, Iohannes, Fridericus (II. imp.); Ierosol. patriarcha 48, 40; patr.: Geroldus, Robertus, Iacobus (Urbanus IV. papa), Antonius de Beek. — Ierosolimitanum iter, peregrinatio 34, 5. 181, 45. 187, 10. 194, 30. 271, 40. 444, 50. 588, 40. — Ierosolimitanorum clima 213, 15.
Ilde villa, *Lille* 597, 25.
Ildebrandini: Aldebrandinus.
Illyrici 573, 25. — Hyllicum regnum 210, 40.
Ylvernes in Muref, *Inverness in Moray* 311, 35.
(Imbertus) de Beugiu 308, 10. 426, 5.
India 258, 40; I. maior et minor 208, 45; Indorum rex: Iohannes presbiter. — Indorum clima 213, 15.
Ine rex Westsaxonum 21. 107, 35.
Innocentius I. papa 529, 35; eius corpus 24, 25.
Innocencius II. papa, Gregorius card. diac. S. Angeli 29. 111. 119, 30. 121. 252, 45. 392. 435, 35. 444, 5. 530, 35.
Innocentius III. papa 33, 35. 40—43. 48—51, 10. 111. 118. 154, 40. 200, 5. 245, 30. 256, 25. 263. 319, 30. 397—399. 438. 439. 441, 5. 445, 35. 446, 25. 462, 40. 463, 1. 506. 530, 5. 556. 568, 40. 586. 587. 599, 1. 631. 632.
Innocentius IV. papa, Senebaldus card. presb. S. Laurentii in Lucina 184, 30. 222, 30. 228. 234. 235. 238, 40—240. 242—245. 247—250. 254—280. 303. 307—321. 323, 35—333. 335. 337. 338. 342—348. 350. 351. 356, 10. 376, 30. 416—433. 449—455. 468, 25—475. 486, 5. 508. 509. 530, 10. 549, 5. 557, 5. 563, 25. 565, 30. 566, 40—568. 588, 30. 589, 1. 590, 1. 599, 5. 632. 633.
Innocentius V. papa, Petrus de Tarentasia card. episc. Ost. 485, 1. 553. 559, 1. 592, 35.
Innocencius scriptor papae 335, 35.
Ioachim abbas de Curacio, Florensis 33, 30. 363, 35—365, 40. 607, 15.
Iodocus *v.* Ludovicus VI. rex Franc.
de Joegni *(Joigny)* comes: Willelmus Campanus.
Iohanna, uxor Alexandri II. regis Scotiae, fil. Iohannis regis Angliae, 73, 10. 118, 25.
Iohanna, Jone, uxor 1. Willelmi II. regis Siciliae, 2. Raimundi VI. com. S. Aegidii, fil. Henrici II. regis Angliae, 33, 20. 35, 55. 73, 20. 112, 30. 118, 20. 393, 30. 444, 35. 531, 35. 649.
(Iohanna) comit. Flandr., uxor 1. Ferrandi com., 2. Thomae de Sabaudia, fil. Balduini I. imp. Constantinop., 248, 20. 339. 340, 10. 400, 45.
Iohanna de Acon, sponsa Hartmanni, filii Rudolfi I. regis Rom., uxor Gilberti VIII. com. Gloverniae, fil.

Edwardi I. regis Angliae, 487, 1. 593, 30. 597, 10. 634, 40.

(Iohanna), uxor Iohannis. com. de Warennae, fil. Henrici III. com. Barensis, 662, 1.

Iohannes; Johan, Jhon, Jon.

S. Iohannis Hospitale Ierosolim. *v.* Hospitale.

S. Iohannis eccl. Lugdun. 258, 25.

S. Iohannis Rotundi monast. in Lamis, *San Giovanni Rotondo prope Sansevero* 149, 20. 154, 15; abbas 155, 15.

de S. Iohanne: Iohannes.

S. Iohannes bapt. 364, 35.

Iohannes I. papa 529, 40.

Iohannes II. Mercurius papa 529, 40. 530, 20.

Iohannes III. papa 529, 5.

Iohannes IV. papa 529, 10.

Iohannes V. papa 529, 20.

Iohannes VI. papa 529, 20.

Iohannes VII. papa 529, 20.

Iohannes VIII. papa 529, 35.

Iohannes IX. papa 530, 1.

Iohannes X. papa 530, 5.

Iohannes XI. papa 530, 5.

Iohannes XII. papa 530, 10.

Iohannes XIII. papa 530, 10.

Iohannes XIV. papa 530, 10.

Iohannes XV. papa 25, 45. 110, 1. 530, 15.

Iohannes XVI. antipapa 530, 15.

Iohannes XVII. papa 530, 15.

Iohannes XVIII. papa 530, 15.

Iohannes XIX. papa 530, 20.

Iohannes XX. papa 530, 20.

Iohannes XXI. papa, Petrus de Spineto card. episc. Tusculan. 485, 15. 553, 10. 592. 593, 10. 602, 20.

Iohannes Gaietanus card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano, Nicolaus III. papa.

Iohannes Caitonus cancellarius papae, Gelasius II. papa.

Iohannes abbas de Struma, Calixtus III. antipapa.

I(ohannes) VII. de Abbatis-villa card. episc. Sabin. 142, 10. 157, 10. 264. 265, 20.

Iohannes Neapolitanus card. presb. S. Anastasiae 32, 1.

Iohannes de Toleto, dictus Albus, card. presb. S. Laurentii in Lucina 242, 40. 285. 330, 35. 338, 10. 358, 40. 469, 25. 552, 35. 558.

Iohannes de Columpna card. presb. S. Praxedis 68, 35. 141, 40. 197. 222, 25. 223, 40. 228, 5. 235, 10. 306, 30. 418. 469, 15.

Iohannes Cremensis card. 29, 25. 111, 20. 391, 20.

(Iohannes) archiep. Arelat. 195, 35.

Iohannes de Pecham archiep. Cantuar. 487, 20. 488, 10. 553, 40. 600, 10. 605, 15.

Iohannes Blundus elect. Cantuar., mag. 122, 35. 127, 25. 406, 20. 465, 40.

Iohannes de Saunforde archiep. Dublin. 488, 30. 596, 30. 606, 35. 653, 35. 654, 5.

Iohannes Romanus archiep. Eborac. 638, 5.

(Iohannes) archiep. Messan. 365, 1. 368, 30. 370, 5. 381, 15. 385, 20.

Iohannes archiep. Rothomag. 110, 40.

(Iohannes) archiep. Turon. 52, 5.

Iohannes episc. Carleolensis 612.

(Iohannes) I. episc. Cephal. 154, 40.

(Iohannes) episc. Compostell. 276, 40.

Iohannes de Breuse episc. Landav. 550, 30.

Iohannes III. episc. Leod. 593, 15.

Iohannes de Oxonia episc. Norwic. 32, 10. 38, 5. 114, 25. 395, 30.

Iohannes de Grey episc. Norwic. 587, 25.

(Iohannes Salmon) episc. Norwic. 526, 10.

(Iohannes de Sire) episc. Traiect. 596, 15.

(Iohannes) episc. Winton. 549, 30.

(Iohannes de Pontisara) episc. Winton. 605, 1.

Iohannes I. de Cella abbas S. Albani 34, 40. 117, 15. 438.

Iohannes II. abbas S. Albani 250, 35. 257, 5. 303. 315, 25. 324, 30. 335, 40. 362, 20. 371, 15. 425, 1. 439. 440, 5.

Iohannes III. abbas S. Albani 526, 10.

(Iohannes) abbas Pontiniaci 215, 45. 241, 30.

Iohannes presb., abbas Athelnei. 25, 10.

Iohannes Parens de Florencia min. gen. ord. Minorum 563, 40. 564.

Iohannes de Parma min. gen. ord. Minorum 565, 40. 566. 568.

Iohannes de Kethene fr. Minor, min. prov. Scotiae et Hiberniae 563, 20. 565, 15.

Iohannes prior de Neuburgo 340, 5. 454, 40.

Iohannes Mansel, Maunsel, praepos. Beverleiae, cancellarius S. Pauli London. 144, 10. 235, 25. 291, 10. 294, 30. 325, 30. 353, 35. 357, 10. 367, 20. 369, 10. 370, 5. 386, 15. 388, 40. 411, 1. 474, 5. 510, 25. 534. 550.

(Iohannes?) decanus Bituric. 388, 20.

Iohannes Ferentinus archidiac. Norwic. 68, 20 (*falso* Florentinus). 397, 20. 406, 5. 445, 30. 586, 45.

Iohannes Romanus archidiac. Richmund., canon. Eborac. 68, 30. 356. 406, 5. 638, 5; fil.: Iohannes archiep. Eborac.

Iohannes Presbyter, rex Indorum 33, 35. 258.

Iohannes de Luco canon. S. Pauli London. 615, 30.

Iohannes Clarel canon. Suwell. 384, 15.

Jon de Berwik canon. Eborac. 656, 5. 659, 5.

Iohannes de Cameçana capellanus papae 324, 35. 358, 25. 431, 25. 440, 20.

Iohannes de Gatesdene cler. 132, 25. 369, 10. 371, 30. 408, 20.

Iohannes de Gernemuta cler. 540, 50.

Iohannes le Gras cler. 477, 35.

Iohannes de Bulum mon. S. Albani 257, 5.

Iohannes de Tayster mon. S. Edmundi 589, 1.

Iohannes de Londonia (le Bever) mon. Westmonast. 500, 1. 504, 25.

Iohannes de Cantia fr. Minor 451, 10. 510, 10.

Iohannes de Diva fr. Minor 360, 35. 381, 15. 385, 20. 510, 5. 567, 25.

Iohannes de S. Egidio mag., fr. Praedicat. 131, 15. 181, 40.

Iohannes de Vincentia fr. Praedicat. 146, 30.

Iohannes Erturi de Cadamo notarius publicus 522, 30.

Iohannes Rufus mag. 287, 1.

Iohannes Scotus mag. 24, 55. 109, 45.

Iohannes de Sectavilla mag., Anglicus, rector universitatis Paris. 363, 30.

Iohannes mag., fundator ord. S. Trinitatis 568, 40.

Iohannes Belin mag. Paris. 363, 30.

Iohannes physicus Philippi II. regis Franc. 396, 30.

Iohannes de Bresnes imp. Constantinop., rex Ierosolim. 49, 1. 50, 35. 57, 20. 62. 67. 126, 40. 137, 10. 150. 201, 35. 306, 30. 321, 10. 327, 15. 403. 405. 409, 40. 430, 35. 447, 45. 463, 30. 464, 10. 507; fil.: Isabella (Iolantha).

Iohannes III. Vatatzi imp. Grecorum *v.* Vattacius.

Iohannes I. rex Angliae, fil. Henrici II. regis, 33, 1 (Sine-Terra). 39, 35—50. 60, 1. 70, 15. 73. 115—118, 25. 121, 5. 142, 20. 251, 25. 367, 35. 371, 45. 372, 1. 376, 45. 377, 10. 386. 396, 1—399. 419, 20. 429, 15. 438, 20. 441, 5. 444, 30. 445. 453, 25. 463. 530, 55. 531, 55. 532, 15. 552, 10. 556. 587, 1. 630—632. 652. 664, 25. 665, 40; uxor: Isabella; liberi: Henricus, Ricardus, Iohanna, Isabella, Alienora.

Iohannes, fil. Edwardi I. regis Angliae, 520, 20.

Iohannes Balliolus rex Scotiae 523. 524. 553, 35. 595, 5. 638. 642, 35.

Iohannes I. dux Brabant. 486, 15. 541, 40. 553, 30. 559. 594. 596, 10; uxor: Margareta; fil.: Iohannes II.

Iohannes II. dux Brabant. 486, 15. 487, 1. 519, 20. 553, 30. 559, 1. 594, 40. 602, 40. 616, 15. 617, 40. 634, 40. 656, 35; uxor: Margareta.

Iohannes I. dux Britann., fil. Petri, 272, 25.

Iohannes II. dux Britann. 502, 30. 550. 645, 40.

Iohannes comes de Aceila (*Atholl*) 503, 30.

(Iohannes) I. comes de Albamarla (*Aumale*) 495, 35. 660, 1.

(Iohannes) comes Burgund. 323, 30; fil.: Robertus.

(Iohannes) comes Cabilon. 285, 10.

Iohannes comes Cestrensis (et *falso vocatus* Lincoln.) 134, 1. 666, 15.

(Iohannes) comes de Dru (*Dreux*) 495, 35.

(Iohannes) II. comes de Eu 495, 35. 659, 40.

Iohannes I. comes Hannon., fil. Burchardi de Avennis et Margaretae comit. Flandr., 279, 45. 334. 336. 339, 10. 341. 351, 5. 373, 1. 374, 1. 378, 1. 511, 35. 599, 20; uxor: Adela; fil.: Iohannes.

Iohannes II. comes Hannon., fil. Iohannis I. de Avennis, 495, 40. 594, 40. 595, 20. 656, 35; liberi: Iohannes, Alicia.

Iohannes, fil. Iohannis II. com. Hannon., 495, 40.

Iohannes I. comes Holland., fil. Florentii V. com., 491, 10. 494, 10. 519, 25. 526. 597, 10. 616, 35. 617, 35. 656, 35 (*falso* dux Brabantiae); uxor: Elisabeth.

(Iohannes) comes de Mascu (*Mâcon*) 67, 35.

(Iohannes) comes de Warenna 482, 20. 516, 1. 550, 10. 633, 45. 661, 45; uxor: Iohanna.

Iohannes Travers vicecomes London. 561, 35.

Iohannes de Acra 594, 20.

Iohannes Addriani draparius 546, 10.

Iohannes Aldibrandini mercator Pistor. 612, 35.

Jon de Befs miles 668, 10.

Iohannes Buteturte iusticiarius 606.

(Iohannes Cencius) senator Rom. 136, 20.

Iohannes de Cesaria 167, 15.

Iohannes de Chican 622, 30; filii 622, 30.

Iohannes Comyn 482.

Jon de Craucombe 653, 35. 654, 10.

Johan dom. de Cue (Keu) 656, 20.

Iohannes, fil. Willelmi Damper, 339, n. 6.

Iohannes de Frescobald merc. Florent. 612, 25.

Iohannes Giffardus 557, 35.

Iohannes de Griliaco 616, 35.

Iohannes de Hastinges 523, 15. 524. 553, 35. 595, 5.

Iohannes Iacobi merc. Florent. 612, 30.

Iohannes de Ybellino nobilis 124, 20.

Iohannes de S. Iohanne 598, 10.

Iohannes de Lexintuna 215, 20.

Iohannes Maurus 336, 10. 342. 454, 50.

Iohannes le Mynur aldermannus London. 552, 35.

Iohannes Waleran custos London. 545.

Iohannes, fil. Galfridi, 254, 5. 420, 30.

Iohannes puer 577, 15.

Ioppe, Iope, Ioppen, civ. 37, 45. 61. 62, 5—64. 114, 25. 124, 25. 125, 1. 126, 5; comes: Gualterus.

Iordanis fl. 124, 40. 404. 411, 5. 447, 20. 463, 35. 507.

Iordanus prior S. Benedicti de Padua 156.

Iordanus prior Praedicat. 137. 409, 40. 562, 1.

Iordanus vicemin. fr. Minorum Boemiae et Poloniae 207, 35? 208, 20. 209, 35.

Iordanus mag. 381, 30.

Iordanus comes de S. Severino 517; fil.: Bartholomaeus Simplex.

Iordanus Gothorum historiogr. 24, 25.

Ioriensis *(Jaurino = Raab)* archiep.: Petrus.

Ioviniani 146, 45. 259, 1. 320, 20. 430, 5.

Iovinianus imp. 531, 15.

Yporiensis *(Ivrea)* praepos.: Reinerius de Solerio.

Ipre 641, 10; de Ypre: Willelmus.

Yrene, uxor Leonis IV. imp., 531, 5.

Isabella, Ysabella, Isabel, Ysabel; *cf.* Elisabeth.

Isabella, uxor Ottonis IV. imp., fil. Philippi regis, 587, 10.

(Isabella), uxor Friderici II. imp., fil. Iohannis imp. Constantinop., 57, 20. 321, 10. 327, 15. 409, 45. 430, 35.

Isabella, uxor Friderici II. imp., fil. Iohannis regis Angl., 71. 72. 118, 25. 130. 131. 136, 15. 142, 20. 143. 186, 1. 189, 1. 201, 5. 220, 10. 224. 225, 20. 238, 35. 245, 40. 290, 30. 308, 35. 321, 10. 330, 5. 338, 15. 341, 40. 367, 40. 372, 5. 407. 409, 30. 410, 30. 414, 45. 415, 30. 418, 1. 426, 15. 430, 40. 445, 35. 447, 55. 448, 10. 449. 464, 25. 467, 35. 471, 45. 473, 45. 507, 45. 508, 5. 532, 15. 552, 20. 632, 10. 652, 30.

Isabella, uxor Iohannis regis Angliae, 42, 25. 45, 15. 73, 15. 116, 45. 506, 15. 667, 15.

(Isabella), uxor Philippi II. regis Franc., fil. Baldewini V. com. Hennon., 33, 40 (*falso* Margareta).

(Isabella), uxor Theobaldi II. regis Navar., fil. Ludovici IX. regis Franc., 375, 10. 376, 45.

Isabella, uxor 1. Gilberti VI. com. Gloverniae, 2. Ricardi com. Cornubiae, 372, 30. 412, 30. 532, 45. 666. 667, 1.

Ysmaelitae 207, 25.

(Ismail) soldanus Damasci 237.

Istleworthe, Ystelwurth, *Isleworth* 535, 15. 536, 20. 539, 25. 549, 25.

Italia, Ytalia 21, 30. 25, 35. 28, 25. 35, 30. 40, 15. 108, 10. 109, 60. 115, 40. 134. 135. 137. 138. 140. 143, 20. 144. 146, 30. 148, 1. 157. 158. 163—165. 173, 20. 179, 5. 183, 20. 191, 40. 196, 25. 200. 212, 35. 230, 10. 237, 30. 283, 1. 285, 40. 290, 20. 292. 295, 35. 296, 15. 303, 35. 306, 45. 307, 35. 317, 35. 318, 35. 320. 328, 1. 362, 5. 381, 35. 412, 30. 419, 40. 424, 5. 425, 5. 428, 5. 430, 25. 437, 30. 442, 30. 473, 40. 475, 20. 484, 35. 507. 508. 573. 575, 20. 577, 20. 579. 580. 582. 587, 35; I. civitates 140, 5. 223, 5. 379, 35. 382, 30; magnates 239, 40. 244, 10. 382, 10; milites 184, 35; reges: Berengarius I, Hugo, Berengarius II, Lotharius. — Italici, Ytallici 133, 25. 134. 197, 20. 234, 20. 239, 1. 248, 25. 250, 10. 251, 40. 261, 45. 272, 35. 274. 275, 30. 287, 45. 288. 291, 5. 316, 1. 328, 20. 346, 10. 410, 20. 411. 420, 20. 428. 430, 5. 437, 1. 442, 25. 448, 15. 450, 30. 464. 469, 5. 471, 5. 509. 535, 20. 537, 10; I. mercatores 346, 1; usurarii 346, 10. 347, 20; Italicus quidam 140, 30. — Italici sinus 178, 20; castra 138, 40.

Iudei 207, 10. 217, 45. 218. 290, 45. 298, 5. 341, 25. 345, 35. 350, 1. 364, 15. 448, 1. 464, 35; Iudei Angliae 314, 25; I.: Aaron Eborac., Abraham, Andreas. — Iudaismum 364, 15; I. in London. 535, 20.

Iudetha, uxor Athelvulfi regis Saxonum Occidental., fil. Karoli Calvi imp., 24.

Iudith, uxor Tosti com., fil. Baldewini V. com. Flandr., 27, 25. 28, 1.

(Iuliacensis) de Golc comes: Willelmus IV.

Iuliana, uxor Thedmari de Bremensi civ., fil. Arnaldi de Greningge, 544.

Iulianus Apostata imp. 531, 15.

Iulius I. papa 529, 25.

Iulius (Caesar) 530, 25.

Iuncta: Bonefacius.

Iustinianus I. imp. 20, 40. 531, 30.

Iustinianus II. imp. 531, 1.

Iustinus I. imp. 531, 30.

Iustinus II. imp. 531, 30.

S. Iusti refectorium apud Lugdunum 257, 20.

Iuvenalis 357, 45.

Ivanus Russoli merc. Florent. 612, 30.

Yvo Narbonensis cler. 230, 40. 231.


## K. *Cf.* C.


Kabuche *v.* Caboche.

(Kamel) sold. Babiloniae 60, 20. 61, 30. 63—65, 10. 66. 70, 20. 123—126, 1. 144. 192, 30. 259, 15. 281, 25. 306, 25. 402, 45. 403, 45. 404. 411, 5. 447. 463. 507; fil.: Nodjmeddin Ajub.

Kardoille *v.* Carliolum.

de Katzenelbogon comes: Everardus.

Kenelworthe, Kenilwurthe, Kenilwurze, Kenigeswurthe, Kenigwurthe, castrum, *Kenilworth* 516, 40. 536, 5. 545, n. 5. 551, 5. 553, 15. 668.

Kent *v.* Cantia.

de Kethene, Ketene: Iohannes fr. Minor.

Kersona, *Cherson* 572, 20.

Keu *v.* Cuc.

de Kilwarby, Kilwardeby, Kelwardbi: Robertus archiep. Cantuar.

de Kinkelni: Willelmus episc. Elyensis.

(Kiova) Riona, Cleva civ., *Kiew* 207, 35. 210, 25.

Knareburc, *Knaresborough* 511, 15.


## L.


Laimecum civ., *Limisso in Cypro* 242, 10.

Lambertucius de Frescobald mercator Florent. 612, 25.

Lame locus 155, 15; in Lamis monast. S. Iohannis.

Landavensis *(Llandaff)* episc.: Iohannes de Breuse.

Lando papa 530, 5.

(Lando) archiep. Messan. 152, 35. 154—157. 166, 1.

(Landolfus) episc. Wormat. 153, 40.

(Lanfrancus) Lamfrancus archiep. Cantuar., abbas Cadom. 28, 10. 110, 40. 390. 434, 25. 443, 25. 586, 10.

Langeleia, Langele, Laungele, *Abbot's Langley* 435, 10. 526, 10. 621, 10; de L.: Nicholaus (Adrianus IV. papa).

de Langetone, Langetune, Langetoun: Stephanus archiep. Cantuar., Walterus elect. Lichefeld.

(Langobardia) Longobardia, Lombardia, Lumbardia 29, 10. 156, 40. 157, 5. 160, 30. 164, 35. 165, 15. 166, 5. 171, 15. 172, 1. 173, 20. 174, 40. 175, 20. 183. 194, 40. 216, 30. 264, 15. 288, 10. 343. 562, 30. 563. 578, 35. 596, 15; civitates 231. 259, 1; rex: Desiderius. — Longobardi, Lombardi, Lumbardi 34, 35. 152, 30. 157. 158, 35. 159, 15. 164, 15. 166, 30. 168. 171. 173, 20. 174, 45—176, 1. 197, 40—199, 5. 238, 1. 253, 10. 282, 40. 284, 25. 288, 50. 466, 10. 595, 35. 616, 20; Lumbardi: Henricus de Terviso, Petrus.

Laodicensis episc.: Augustinus.

Lapo (Liberate Bonchi 615, n. 5) merc. de soc. Amanatorum de Pistoria 615, 30.

Laquedonensis *(Lacedogna)* episc. 267, 45.

de Lasci: Walterus.

de Last., *Lastra prope Florentiam*: Iacobus.

Lateranum Rom. 28, 40. 55, 45. 59, 30. 61, 10 (*falso*). 121, 35. 161, 25. 177, 1. 203, 25. 245, 1. 293, 45. 306, 10. 485, 10. 553, 10. 614. 615, 10. 625, 25. 636, 40; Lateranense patriarchium 33, 5; thesaurus 108, 5. — Lateranense concilium 50, 35. 118, 40. 399, 20. 439. 446, 30. 506, 20. 556, 40. 631, 5. 632, 5.

Latini 30, 15. 344. 576, 35. — Latina lingua, Latinum 281, 20. 326, 10. 575, 20. 577, 10; literae 335, 15. — Latinus orbis 520, 25.

Laudensis *(Lodi)* episc. 267, 40; episc.: Ottobello.

Laudunum, *Laon* 25, 35.

Laungele *v.* Langeleia.

S. Laurentii in Lucina eccl. Rom. card. presb.: Senebaldus (Innocentius IV. papa), Iohannes, Guido, Hugo de Evesham.

S. Laurentii monast. 27, 15.

S. Laurentius 27, 20.

Laurentius de S. Martino episc. Roffensis 180, 1. 235, 25. 378, 40. 412, 20.

Laurencius de S. Albano cler. 127. 179, 1. 406, 10.

Laurencius de Belvaco fr. Minor 561, 30.

Laurence de Sauvay 564, 15.

(Lausannensis) Landaviensis episc. 267.

de Lavania: Fretherieus cler.

Lavellinus *(Lavello)* episc. 267, 45.

S. Lazari fratres 428, 40.

S. Lazari hospitale Florentini 322, 45.

Leicestriae, Leycestriae, Legecestriae, Legrecestriae, Legecestrenses, com.: Robertus, Simon de Monte-forti.

Lemburgum, Lemburgia *v.* Limb.

Leo I. papa 529, 35.

Leo II. papa 529, 20.

Leo III. papa 22. 23. 108. 109. 529, 30.

Leo IV. papa 529, 30.

Leo V. papa 530, 1.

Leo VI. papa 530, 5.

Leo VII. papa 530, 5.

Leo VIII. papa 530, 10.

Leo IX. papa 27, 25. 530, 25.

Leo archiep. Mediolan., fr. Minor 184, 40. 564, 15. 566.

Leo (?) archiep. Trever. 25, 45.

Leo (Leontius) imp. 531, 1.

Leo II. imp. 531, 25.

Leo III. imp. 531, 1.

Leo IV. imp. 531, 5; uxor: Yrene.

Leodiensis, Legensis, de Leges, episcopatus 267, 20; episc.: Albertus II, Willelmus II. de Sabaudia, Otto (elect.), Henricus III, Iohannes III, Theobaldus de Barro; archidiac.: Thealdus (Gregorius X. papa).

Leolinus princeps Walliae 368, 30.

Leonardus nuntius papae 479, 25.

Leonia pars Romae urbis 23, 45.

(Leopoldus) Limpoldus V. dux Austriae 37—39. 68, 30. 113. 114. 394, 45. 395. 444, 45. 445. 462, 35. 504, 30. 531, 45. 552, 15. 630. 650. 651. 664. 665.

(Leopoldus) VI. dux Austriae 50, 35. 69, 1; fil.: Margareta.

Leuconia, *Litthauen* 572, 25. 573, 1; Leuconii 573, 5. — Letewini 578, 30.

Leuculfus dux Saxonum 24, 25. 109, 35.

Lewes, Liewes, *Lewes (com. Sussex)* 480. 486, 35. 515. 535. 536, 1. 549, 35. 550, 1. 557. 590, 35. 601, 20. 633, 40. 634, 5. 668, 35; prioratus 482, 20. — Lewense bellum 516, 1; L. provisiones 482, 35.

Lexebona *v.* Ulixisbona.

de Lexintuna: Stephanus, Iohannes.

de Leyburne: Rogerius.

Liberate Bonehi *v.* Lapo.

Liberius papa 529, 25.

Liburnia 573, 25.

Lichefeldensis *(Lichfield)* episc.: Walterus.

Liciensis *(Lecce)* episc. 267, 45.

Licinius imp. 531, 10.

Liens castrum, *Lens* 45, 15. 50, 5.

Liewes *v.* Lewes.

Liguriae partes 185, 1. — Ligures 244, 5; *cf.* Mediolanenses.

de Limburg, Limburc, Lemburgo, Lemburgiae, dux 266, 35; duces: Henricus IV, Waleramus.

Limpoldus *v.* Leopoldus.

Lincolnia; Nichol; *Lincoln* 51, 10. 399, 40. 659, 1; canonicatus 335, 35; episc.: Alexander, Hugo, Robertus Grosseteste, Ricardus, Olivarius; decan.: Rogerus de Wesehain; thesaur.: Guillelmus de Shirewode. — Lincolniensis dioecesis 324, 35; com.: Iohannes, Edmundus, Henricus.

Lingonensis *(Langres)* episc. 267.

S. Linus papa 529, 5.

Lissebona *v.* Ulixisbona.

Liticensis *(S. Maria di Leuca)* episc. 267, 45.

Litteranus *(Lettere)* episc. 267, 45.

Livonia, *Liefland* 572, 30. 573, 1; archiep.: Albertus. — Livonii 573, 5.

Lobrensis *(Massa Lubrese)* episc. 267, 45.

Lodowicus *v.* Ludowicus.

Lombardia *v.* Langobardia.

Londonia, Londoniae, Londoniensis civ.; Lundres 29, 45. 33, 50. 34, 30. 41, 15. 51, 10. 68. 71, 5. 132, 40. 133, 35. 136, 10. 189, 5. 193, 15. 196, 25. 201, 10. 219, 10. 221, 1. 228, 40. 234. 245. 250, 5. 273, 15. 274, 5. 279, 35. 286, 30. 287, 5. 294, 10. 296, 20. 302, 35. 308, 45. 309, 1. 313, 15. 315, 15. 316, 40. 331, 35. 341, 20. 353, 15—355, 40. 356, 30. 358, 30. 362. 365, 5. 369, 20. 370. 371, 1. 376, 15. 378, 5—380. 385, 45. 386, 35. 387, 45. 388. 397, 25. 406, 5. 408, 30. 409, 25. 412, 15. 413, 20. 421, 15. 425, 5. 428, 35. 436, 25. 445, 30. 447, 50. 448, 1. 463, 5. 464, 15. 466, 60. 476—478. 482, 35. 492, 30. 493, 5. 500, 20. 509, 15. 510, 20. 511, 30. 514, 40. 531—544. 549, 10—551, 10. 559, 30. 561. 591, 20. 599, 15. 601, 35. 602, 40. 606, 25. 610, 30. 615. 618. 619, 10. 620, 1. 639. 640. 656, 10. 668. 669; eccl.: S. Martini Magni, S. Pauli, Westmonasterium; loca: Gildhallia, Vetus Templum, Novum Templum, Ripa-regia, Turris, Westchep, Clerkenwelle, Cornhulle, Suthewerc. — Londonienses cives 67, 30. 144, 10. 178, 25. 189, 5. 315, 25. 379, 30. 479, 35. 514, 40. 515, 1. 532. 533, 1—536. 542, 15. 544, 50—546. 549; maior 534. 539, 30. 540, 35. 543, 10; maiores: Walterus Hervi, Henricus le Waleis; vicecomites 539, 30. 540, 35. 543, 10; vicecom.: Henricus de Corenhelle, Ricardus fil. Reyneri; aldermanni 534, 1; alderm.: Arnaldus, Henricus Walemound, Iohannes le Mynur; custodes: Iohannes Waleran, Alanus le Zuche; civis: Gregorius de Rokesle; de L.: Robertus. — Londoniensis eccl., episcopatus 151, 20. 296, 40; episc.: Mauricius, Gilebertus Foliot, Rogerus, Fulco, Henricus de Wengham, Henricus de Sandwich, Radulfus; L. clerus 550, 25; decanus: Walterus de Salerne.

Longa-spata, Longespeye, Lungespei: Willelmus comes; de L.: Nicholaus episc. Saresber.

de Longotham *(Logotheta)*: Paulus.

Lotharingiae dux 266, 35; dux: Mathaeus; *cf.* Lovania, Brabantia.

Lotharius I. imp., fil. Ludowici Pii imp., 23, 50. 109, 25. 531, 10.

Lotharius II. imp. 531, 10.

Lotharius III. imp. 29, 30. 111. 392, 5. 444, 5. 531, 20.

Lovania 38, 25. 48, 15. 399, 10. 446, 15. 506, 25; duces *v. sub* Brabantia.

Lubicensis, de Lubic, *(Lebus)* episc. 267, 15.

Libec, *Lübeck* 572, 30; Lubichensis, Lubichenus, episc. 267.

Lucanus *(Lucca)* episc. 267, 45; Lucanensis dioec. 149, 15.

Lucas de Sabello capitaneus 611.

de Luceburg, Lucinburne *(Luxemburg)* com.: Henricus III, Henricus IV, Walramus.

Luceria (Sarracenorum), Nuchera; Nuchera, *Lucera* 259, 15. 348, 30. 349. 351. 380, 45. 453, 50. 455, 35. 591, 35; ecclesia 156, 5; Licherinus episc. 267, 45.

Luchetti: Gianus, Villanus.

de Luci, Lucy: Ricardus, Galfridus.

Luciferani haeretici 134, 25.

Lucius I. papa 529, 20.

Lucius II. papa 29, 50. 111, 40. 392. 530, 1.

Lucius III. papa, Humbaldus card. episc. Ost. 33, 40. 113, 1. 394, 1. 530, 5.

Lucius imp. 530, 35.

Lucius rex Britann. 529, 40.

de Luco: Iohannes canon. S. Pauli London.

Ludowicus, Ludewicus, Lodowicus, Lodovicus, Lodewycus.

Ludowicus (Pius) imp., fil. Karoli Magni imp., 23. 24, 15. 109. 531, 10; fil.: Lotharius, Ludowicus Germ., Carolus Calvus.

Lodewycus II. imp. 531, 10.

Ludowicus (Germanus) rex, fil. Ludowici Pii imp., 24, 55; fil.: Karolus.

Ludowicus III. (Puer) rex, fil. Arnulfi imp., 25. 109, 55.

Ludowicus (Balbus) rex Franc., fil. Karoli Calvi imp., 24, 45. 109, 40.

Lodowicus IV. (Transmarinus) rex Franc., fil. Karoli Simplicis regis, 25, 30.

Lodowicus VI. rex Franc., fil. Philippi I. regis, 29. 252 (Iodocus); fil.: Ludowicus.

Ludowicus VII. rex Franc., fil. Ludowici VI. regis, 30. 31. 33. 111. 252, 45. 253, 1. 393. 437, 20. 444, 35; fil.: Philippus II.

Ludowicus VIII. rex Franc., fil. Philippi II. regis, 45. 49—54. 68, 5. 72, 15. 73, 5. 118, 15. 119, 35. 120, 5. 131. 190, 15. 226. 238, 40. 372, 5. 376, 45. 387, 10. 398, 30. 399, 35. 401. 405, 40. 446. 548, 20. 587, 30; uxor: Blanca; fil.: Ludowicus, Karolus.

Ludowicus IX. rex Franc., fil. Ludowici VIII. regis, 54, 25. 73, 20. 132, 25. 133, 1. 136. 137. 140. 143, 35. 145, 10. 146, 45. 178, 30. 180. 189—191, 10. 194, 35. 195. 197, 15. 201, 35. 205, 1. 212, 45. 219, 15. 226. 242, 10. 245, 20. 247. 249, 10. 252, 5—254, 15. 258, 15. 260, 5. 270—275. 279. 284, 15. 288, 35. 292, 10. 296. 298, 5—300. 308. 310, 35. 311. 313. 316, 45—319. 321, 45. 322, 1. 327, 25. 331. 338, 40. 339, 35. 340, 30. 344. 349, 25. 352, 25. 353, 30. 357. 368, 1. 369, 5. 370, 20. 371. 374, 30. 376. 377. 379, 45. 384. 388. 401, 35. 407. 408, 35. 409, 25. 410, 5. 414, 40. 416, 5. 418, 5. 421, 5. 422, 30. 426. 427, 40. 428, 30. 432. 448. 449. 452. 454, 55. 465. 466, 20. 468, 15. 470. 472. 473. 475. 476, 15. 481, 15. 508. 509, 40. 514, 15. 516, 5. 536, 45. 538, 40. 572, 15. 574, 1. 578, 15. 588, 30. 589, 20. 591, 35. 601, 35. 632, 25; uxor: Margareta; liberi: Philippus, Isabella.

(Ludowicus) I. dux Bawar. 266, 1.

Ludowicus II. dux Bawar., comes palat. Rheni 366, 30.

Ludowicus IV. landgr. Thuringiae 58, 5 (*falso* episc. Andegav.). 119, 25. 170, 25. 200, 40. 265, 45. 400, 15; uxor: Elisabeth; fil.: Sophia.

Ludewicus vicedom. Rynkowyge 609, 1.

de Luerre: Carrucius.

Lugdunum, Lugdonum, Lugdonia, Lugdunensis, Lungdunensis civ.; Lions, *Lyon* 28, 5. 29, 5. 35, 1. 52, 10. 111, 1. 177, 40 (*falso* Agaunum). 248. 250. 251. 254. 255, 35. 256. 258, 35. 260, 5. 266, 35. 272, 15. 274, 30. 277. 287. 293, 10. 299. 303, 30. 312, 40. 313, 20. 316, 25. 318. 319, 30. 320, 1. 323, 35. 324. 331, 25. 376. 419, 35—421, 1. 423. 425, 1. 428. 429. 431, 25. 443. 448, 50. 450, 25. 453. 454, 1. 465, 45. 470. 471. 474, 25. 475, 1. 485, 1. 502, 15. 508. 509, 5. 515, 40. 532, 15. 543, 35. 548, 25. 551, 30. 557, 5. 558, 25. 563, 35. 589. 592, 25. 599, 5. 613. 632, 30. 645, 35; eccl.: S. Iohannis, S. Iusti. — Lugdunenses, L. cives 324, 40. 451, 40. — Lugdun. eccl. 251, 25; archiepiscopus 267, 35; archiep.: Hugo, Philippus (elect.), Rainaldus, Berardus; canon.: Bertrandus del Got. — Lugdunensis prov. 472, 35; partes 301, 40. — Lugdunense concilium 255, 1. 256, 30—266. 274, 15. 275, 30. 283, 30. 310, 25. 313, 5. 425, 15. 486. 569, 1. 593, 15. 602, 5. 605. 632, 25. 634, 20.

Londres *v.* Londonia.

Lunensis *(Luni)* dioec. 160, 30. 175, 25; de Lune-Maledicta episc. 267, 40.

Lupescarius Provincialis 115, 10.

Luxoviensis *(Lisieux)* episc.: Arnulfus.

(Lyc.) Liconia 30, 10.

(Lydia) Lidia 30, 5.


## M.


Machometus, Machomethus, Makomethus, propheta 147, 15. 174, 20. 177, 25. 265, 35. 326, 5. 394, 15; eius lex

124, 40. 147, 15. 391, 5; Machometi servi 60, 40.

Macrinus imp. 531, 1.

Magalonia, *Maguelonne* 252, 30.

(Magdeburg.) Madeburgensis archiep. 267, 25.

Magi reges 233, 15.

Magna carta 354, 15. 369, 40. 492, 25. 509, 35. 518, 20.

de Magna-villa: Willelmus.

S. Magni eccl. in Colewic 25, 50. 110, 5. 443, 10.

Maguntia, Maguncia, Maguntina urbs, 23, 35. 28, 15. 107, 5. 131, 10. 493, 15; archiepiscopus 266, 40. 267. 367, 15; archiep.: S. Bonefacius, Sigfridus, Gerardus. — Maguntina curia 183, 20.

Maharan, *mensis Mohamedanorum* 281, 30.

de Maidenstone: Radulfus.

Mainetto, Maneto, Spine mercator Florent. 362.

Maynettus Raynalldi mercator Florent. 612, 40. 613, 30.

Maiore, Maiorica insula 129, 35. 407, 5.

de Malachana: Perrinus de Volta civis Ianuensis.

de Malaspina march.: Conradus.

Malcolmus III. rex Scotiae 73, 25. 111, 1; uxor: Margareta; fil.: Matildis.

Malmesberiensis *(Malmesbury)*: Willelmus mag. et mon.

de Mandello: Robacomes.

de Mandevilla: Willelmus.

Maneto *v.* Mainetto.

Manfredus, Mamfredus, Menfredus, Memfredus, Memfridus, rex Siciliae, fil. Friderici II. imp., 323, 5. 346. 348, 25. 349, 20. 351. 352, 1. 354. 355. 360. 361. 378. 382. 385. 453, 50. 455. 478, 25. 483, 1. 485, 30. 509. 517. 538, 30. 549, 1. 577, n. 7. 590, 5. 593, 30. 623; fil.: Constantia. — Meinfredi translator (Stephanus de Messana?) 577, 15.

Mansel, Maunsel, Mansellus: Iohannes cancell. S. Pauli London.

Mansuetus fr. Minor, nuntius Alexandri IV. papae 380, 20. 567, 35. 568.

(Mansur Ibrahim de Emesa) sold. de Camel 237, 15.

Mantua civ. 183, 20. 343. — Mantuani 166, 5. — Mantuana sinodus 390, 15.

Manuel imp. Constantinop. 30.

Manuel senator Rom., civis Brixensis 368, 25. 377, 30.

de Mara: Henricus iusticiarius.

Marcellinus papa 529, 20.

Marcellinus episc. Aretinus 304, 40. 305. 425, 10. 426, 30. 427, 10. 452, 20.

S. Marcelli eccl. Paris. 122. 403, 15; prior 122, 10. 403, 15; S. Marcelli rustici 587, 40.

Marcellus papa 529, 25.

Marconniacum, *Marcigny* 28, 45.

Marchadeus, Marcadeus, Mercadeus, princeps ruptuariorum 39, 35. 115. 396.

de Marchia, *La Marche*, com.: Hugo IX, Hugo X; comit.: Avelyn.

de Marchia: Willelmus episc. Bathon.

Marcianus imp. 531, 25.

S. Marci eccl. Rom. card. presb.: *(falso)* Petrus Petri-Leonis (Anacletus II. papa), Petrus de Mediolano.

Marcus papa 529, 25.

Marescallus: Henricus episc. Exon., Willelmus, Ricardus, Gilbertus, comites de Pembroke.

de Margan abbatia 69, 10.

Margareta, Margarita; Margaret, Margrete.

Margareta, uxor Edwardi I. regis Angliae, fil. Philippi IV. regis Franc., 519, 25. 598, 5.

Margareta, uxor Ludowici IX. regis Franc., fil. Raimundi Berengarii IV. com. Provinciae, 132, 25. 136, 45. 140. 189, 35. 190. 204, 45. 228, 35. 249, 10. 272, 10. 347, 5. 349, 30. 375, 10. 376, 40. 408, 20. 448, 5. 455, 30. 466, 25. 472, 10. 511, 35. 552, 25. 667, 10.

Margareta, uxor Malcolmi III. regis Scotiae, fil. Eadwardi, 26, 5. 28, 5. 31, 35. 73, 30. 111, 50. 392, 45. 443, 20.

Margareta, uxor Alexandri III. regis Scotiae, fil. Henrici III. regis Angliae, 375, 10. 376, 45.

Margareta, fil. Erici regis Norwag., 523.

(Margareta), uxor Iohannis I. ducis Brabant., fil. Ludowici IX. regis Franc., 592, 35.

Margareta, uxor Iohannis II. ducis Brabant., fil. Edwardi I. regis Angliae, 486, 15. 487, 1. 519, 20. 553, 30. 558, 1. 559, 1. 597, 5. 602, 40. 617, 40. 634, 40.

(Margareta), fil. Leopoldi VI. ducis Austriae, 69, 1.

Margareta, uxor Mathei com. Bolòn., 111, 55.

Margrete, uxor Edmundi com. Cornubiae, fil. Ricardi com. Gloucestr., 667.

Margareta, uxor Ricardi com. Gloverniae, fil. Huberti com. Cantiae, 136, 15.

Margareta comit. Flandr., uxor Burcardi de Avennis et Willelmi Damper, fil. Balduini I. imp. Constantinop., 272, 25. 279, 40. 334. 338—341. 344, 5. 356, 20. 359, 10. 421, 5. 454, 35. 485, 5. 537, 45. 539, 30 — 543. 592, 30; filii 272, 25. 421, 5.

Margareta, uxor Baldewini V. com. Hannon., fil. Theoderici com. Flandr., 33, 40.

(Margareta), uxor Guidonis de Monteforti, fil. Aldebrandini Rubei com., 483, 15. 592, 1.

(Margareta), uxor Baldewini de Ripariis com. Devoniae, fil. Thomae II. de Sabaudia, 368, 35.

Margareta Biset 407, 35.

S. Mariae eccl. Anagn. 623, 15.

S. Mariae de Portiuncula eccl. in Assisio civ. 120, 25. 401, 40. 506, 40. 631, 25.

S. Mariae in Cosmedin eccl. Rom. card. diac.: Iacinctus (Celestinus III. papa), Reinerius, Iacobus de Sabellis (Honorius IV. papa), Franciscus.

S. Mariae Major eccl. Rom. 600, 20.

S. Mariae in Porticu eccl. Rom. card. diac.: Matheus.

S. Mariae eccl. in Scola Anglorum Rom. 21, 10. 24, 40; *cf.* S. Spiritus hospitale Rom.

S. Mariae trans Tiberim eccl. Rom. card. presb.: Petri-Leonis, Stephanus.

S. Mariae in Via Lata eccl. Rom. card. diac.: Petrus de Capua, Octovianus, Iacobus.

S. Mariae claustrum in Ruscia 209, 5.

S. Mariae eccl. de Suthewere 477, 25.

S. Mariae Theuton. domus Ierosolim. *v.* Theutonici.

S. Mariae in Ungaria *(Marienberg)* abbas: Franciscus; mon.: B., I.

Maria abbat. de Rumeseia, fil. Stephani regis Angliae, 392, 55.

(Maria), uxor Ottonis IV. imp., fil. Henrici I. ducis Brabant., 40, 10.

(Maria), uxor Philippi III. regis Franc., fil. Henrici III. ducis Brabant., 291, 10. 294, 30. 592, 35. 599, 45.

Marianus Scotus historiographus 26, 10. 27, 30. 28, 20. 110. 443, 30.

Marinus I. papa 529, 35.

Marinus II. papa 24, 50. 109, 45. 530, 10.

Marinus mag., capellanus papae 286, 40.

Marinus de Ebulo 283, 40.

de Marisco *(Marsh)*: Ricardus.

de Markeyat *(Market-Street)* priorissa: Christiana.

de Marnio: N. frater.

Marrochiae rex: Murmelius.

Martel: Willelmus.

S. Martini Magni eccl. London. 535, 1. 543, 20.

S. Martini eccl. Rom. card. presb.: Gualo.

(S. Martini in Montibus) eccl. Rom. card. presb.: Gentilis.

Martinus I. papa 529, 15.

Martinus IV. papa, Simon de Turonis card. presb. S. Caeciliae 485, 25. 486, 10. 553, 25. 593, 10. 594, 1. 634, 25.

(Martinus) episc. Parmensis 153, 40.

S. Martinus episc. Turon. 107, 10.

(Martinus) abbas Certesheiensis 40, 35.

Martinus mag., legatus apost. in Anglia 234, 45. 244—246, 5. 247, 5. 250, 40. 251, 5. 254. 257, 5. 286, 40. 417. 419, 10 (Mastinus). 420. 449, 50. 469, 10. 508, 15.

Martinus fundator ordinis Martirum 569, 1.

Martinus de Barton fr. Minor 562, 30.

Martinus Messinensis 126, 20.

Martirum ordo 569, 1.

Masconia *v.* Matisco.

Massa, *Massa* 160, 30. 175, 25.

Massilia, Marsilia, Marsalia, civ.; Marsil 35. 36, 25. 129, 35. 178, 20. 192, 25. 195, 40. 196, 25. 299. 344, 10. 407, 5. 454, 55. 465, 45. 466, 20. 475. 649, 15; episc. 267, 35; episc.: Benedictus; praepos.: Guillelmus. — Marsilienses, Marsiliae cives 133, 45. 327, 5. 407, 5; de M.: Girardus.

Massius Uberti merc. Florent. 612, 30.

Mategrifun castellum 36, 5. 113, 20. 394, 30. 444, 50.

Sanctus Matheus, *Saint Mahé* 594, 30. 595, 30.

Matheus card. diac. S. Mariae in Porticu 613, 30.

Matheus mag., prior S. Albani, fr. Garini abbatis, 438, 5.

Matheus de Alperino capellanus papae et officialis Trecensis 362, 25.

Matheus Parisiensis mon. S. Albani 34, 45. 113, 35. 117. 119, 20. 131, 40. 295. 302. 303. 315, 35. 320. 321, 30. 327, 45. 333, 10. 389. 424, 45. 430. 433, 25. 440. 452. 453, 40. 508; eius Vita s. Edmundi 333, 10.

(Matthaeus) II. dux Lotharing. 285, 10.

Matheus comes Bolon. 33, 1. 112, 10. 393, 1. 462, 20; uxor: Margareta.

Matheus de Bealvero mag. pistorum in Roma civ. 377, 30.

Matildis, uxor 1. Henrici V. imp., 2. Gaufridi Plantegenest com. Andegav., fil. Henrici I. regis Angliae, 29. 73, 25. 107, 20. 111. 112, 50. 391. 392, 1. 394, 5. 443, 45. 444, 5.

Matildis, uxor Willelmi I. regis Angliae, 28, 20. 110, 50.

Matildis, uxor Henrici I. regis Angliae,

fil. Malcolmi III. regis Scotiae, 73, 25. 111, 1.
Matildis, uxor Henrici Leonis ducis, fil. Henrici II. regis Angliae, 34, 30. 50, 20. 73, 20. 111, 50. 118, 20. 367, 5. 394, 20. 444, 40. 462, 25. 531, 35.
(Mathildis), uxor Philippi, filii Philippi II. regis Franc., fil. Reginaldi com. Bolon., 43, 25. ~~388, 45. 476, 25~~.
Matildis, Matilda, uxor Petri de Genevre, fil. Walteri de Lascy, 311, 20. 428, 5.
(Matisco) Masconiae *(Mâcon)* comitatus 403, 1; Masticonensis episc. 267, 35; de Mascu comes: Iohannes.
Maunsel *v.* Mansel.
Maurianensis *v.* Moriana vallis.
Mauri 407, 40; spadones 131, 30.
S. Mauricius de Chablasio, *St. Maurice (dép. Haute Savoie)* 280, 15.
Mauricius (Burdinus) *v.* Gregorius VIII. antipapa.
Mauricius episc. London. 586, 5.
(Mauricius) episc. Paris. 568, 40.
Mauricius imp. 531, 30.
Mauricius de Croim *(Craon)* 594, 20.
Maurus: Iohannes.
Maximianus imp. 531, 10.
Maximinus (Thrax) imp. 531, 5.
Mazarensis *(Mazzarino)* eccl. 149, 1.
Mazoniensis *(Masoviae)* episc. 267, 15.
Mediolanum, Mediolanensis civ. 133, 30. 135. 137, 30—139. 145, 25. 146. 167, 1. 179, 30. 197, 30. 205, 10. 231, 25. 321, 30. 325. 332, 10. 343, 15. 433, 40. 437, 20. 454, 1. 465. 532, 15. 557, 30. 630, 5. — Mediolanenses 134. 135. 138—140, 35. 141. 145. 146. 161, 30. 167, 5. 168, 30. 172, 1. 179. 181, 20—184. 187, 30. 188, 20. 197. 198, 10. 244, 5. 272. 273. 288. 289. 291, 30. 293. 332, 10. 333, 25. 410. 419, 1. 433, 10. 448, 15. 450, 5. 454, 50. 464, 30. 465, 15. 474, 30. 484, 35; potest.: Petrus, Bonefacius de Salis; civis: Robacomes; de Mediolano: Galfridus card. episc. Sabin., Petrus card. presb. S. Marci; archiep.: Leo.
Mediterraneum, Mediteraneum, mare 56, 1. 62, 15. 67, 10. 148, 1. 196, 30. 242, 10. 279, 20. 402, 35. 596, 5.
Meis *v.* Nicaea.
Melain *v.* Merania.
Melchiades papa 529, 25.
Melfrensis *(Melfi)* eccl. 149, 1.
Melioratus fr. Minor 561, 35.
de Melkeleie: Gervasius mag.
de Melun: Egidius.
de (Merania) Maravia, Melain, dux 367, 15; dux: Otto.
Mercadeus *v.* Marchadeus.
Merciorum reges: Offa, Burhredus; Merciae clerus 108, 25. — Mercia lex 108, 20.
Mercurius *v.* Iohannes II. papa.
de Merenberghe, *Merenberg*: Hertradus.
Meretona, *Merton (Surrey)* 132, 40. 408, 35; de Mertone conventus 487, 5; canon.: Thomas de Thynemue; de Mertona: Walterus cancellarius Edwardi I. regis Angliae.
Merlinus propheta 107, 15. 607, 15.
de Merlou, Merlo: Willelmus.
Merseburg civ. 208, 15 (*falso pro* Nürnberg).
Messana, Messina, Missena, Meschines, Mechines, civ. 35. 36. 40, 20. 126, 20. 163, 25. 394. 531, 40. 634, 15; Massanense monast.: S. Salvatoris; archiep.: Lando, Iohannes.
Messendene, *Great Missenden* 667, 1.
S. Metodius 207, 25.
(Mettis) Methis, Mescia civ., *Metz* 28, 35. 110, 55; Metensis episc. 267, 25; episc.: S. Clemens, Iacobus. — Metense capitulum Minorum fr. 563, 30. 568, 25.
S. Michaelis eccl. prope S. Albanum 440, 15.
S. Michaelis monast., *St.-Mihiel* 554, 1.
S. Michael archangelus 107, 5.
Michael Scotus 571, 20. 577, 10. 582.
(Michael) imp. Constantinop. 593, 40.
Michiliburgensis, Aliszerinensis (*al.* Suerinensis) episc. 267, 20.
Miclefeld, *Micklefield (com. Hertford)* 371, 30.
Midelsexiae *(Middlesex)* archidiac.: Robertus de Wynchelese archiep. Cantuar.
Miletense, Milletense, Millitense monast., *Mileto* 149, 20. 154, 15. 155, 5.
Milli, Milium, castellum, *Milly (arr. Beauvais)* 39, 40. 396, 5.
Mimecan, Mimecannus, nanus 26, 20.
Minnensis *(Minden)* episc. 267, 10.
Minores fratres, Minorum fratrum ordo 42, 1. 116, 40. 120. 128, 35. 133, 15. 154, 10. 181, 35. 186, 25. 206, 30. 207, 25. 218, 40. 224, 25. 228, 25. 234. 235, 20. 248, 1. 280, 20. 283, 15. 290, 20. 292, 35. 295, 30. 298, 15. 305. 306, 35. 307, 10. 309, 5. 318, 45. 320. 327, 40. 355. 389, 10. 397. 408, 10. 409, 5. 425. 426, 30. 427, 35. 430. 445, 35. 452, 20. 468. 473, 40. 476, 40. 482. 487. 488, 10. 494. 506, 40. 551, 35. 558, 30. 561. 631. 644. 666, 5; min. gen.: S. Franciscus, Iohannes Parens, Elias, Haymo, Crescentius, Iohannes de Parma, Ieronimus. — Minores fr. Londonii 539, 15. — Minorum fr. eccl. Viterbii *v.* S. Silvestri eccl.
Minorica insula 129, 35.
le Mynur: Iohannes.
Mirrea *v.* Myra.
Missena *v.* Messana.
de Mixie, Miche *(Meissen)* marchisius 367, 15.
S. Modwenna 107, 10.
(Mocsia) Mesia 30, 5.
Molopolitensis *(Monopoli)* eccl. 149, 1.
Monachus, *inter Tartaros vir religiosus* 258.
Monasteriensis, Monastergensis *(Münster)* episc. 267, 20; episc.: Otto.
Monasteriolum, Monstreolum, Mustoroil, *Montreuil-sur-Mer* 22, 1. n. 2. 543, 35; monast.: S. Wynevalli.
Monasterium Grifonum castellum 36, 1.
Monemutense opp., *Monmouth* 69, 5. 128, 1.
Monia insula, *Man* 73, 15.
de Monte: Vetus.
de Montibus *(Berg)* comes: Adolfus VI.
Mons-Albani castellum, *Montauban* 41, 40. 463, 1.
Mons-Calarii castrum, *Moncalieri* 360, 5.
Mons Cassinus monast. 150, 35. 185, 40. 412, 30; monachi 150, 30. 411, 50. — Cassinenses 28, 25; abbas: Desiderius (Victor III. papa).
de Monte-ferrato; Mount-ferre, march.: Bonefacius I, Conradus, Bonefacius III.
Muntfortin, *Montefortino* 222, 1.
de Monte-forti, Munford, Mountfort, *Montfort-l'Amaury*, dom.: Simon comes Leicestriae, Guido, Simon, Amalricus.
de Monte-forti: (Philippus) constabularius Acon, Philippus capitan. Caroli Andegav.
Montis-gaudium, *clamor bellicus* 446, 10.
de Monte-longo: Gregorius.
de Monte S. Michaelis, *Mont-St.-Michel (dép. Manche)* abbas: Robertus.
Mons-niger, *in Provinciae litore* 35, 10.
Mons-pessulanus, *Montpellier* 299, 45. 344, 10.
Mons-regalis, *Monreale* 149, 20. 154; monachi 412, 1.
de Monte-regali, *Montréal*: Anserius.
Morana *v.* Murone.
Moravia, Moramia, Moroia 208. 573, 20; march.: Ottocarus (II. rex Bohemiae). — Moraviensis *(Olmütz)* episc. 267, 20.
de Morduna canon.: Petrus.
de la Moree princ.: Karolus.
de Mores: Ricardus prior de Dunestaple.
Moriana vallis 301, 5. 424, 35. 452, 10. 475, 25. 508, 40; Maurianensis *(St. Jean de Maurienne)* episc. 267, 35; comes: Hubertus III. *Cf.* Sabaudia.
de Morra: Iacobus, Galfridus.
Moxel gens 573, 10.
Mozorum societas mercatorum 612 (*falso* Mori 612, 20).
Muchegros: Robertus miles.
Mumelinus cler. 193, 35. 196, 15.
Munford, Muntfortin *v.* Monte-forti.
Muntmirail, *Montmirail (dép. Sarthe)* 32, 1.
Muntpancier castellum, *Montpensier* 53 (*falso* abbatia). 401, 20.
Muref, *Moray* 311, 35.
Murellum, *Muret* 45, 5.
Murenbrithg *v.* Nurenberga.
Murmelim, Murmelius (Mohammed el Nasir) admiralius, rex Marrochiae et Hispaniae 117.
de Murone, Morana, Merourn *(Morone)*: Petrus eremita (Celestinus V. papa).
Musele, *Alte Maas* 532, 45.
Mustoroil *v.* Monasteriolum.
Mutinenses *(Modena)* episc.: Willelmus, Albertus; de Mutina: Gyrardus fr. Minor.
(Myra) Mirrea civ. 586, 5.

## N.

N. camerarius Innocentii IV. papae 318, 20.
N. de Marnio fr. Minor 248, 50.
Naples *v.* Neapolis.
Napoleo, Neapolo, Neapolio, card. diac. S. Adriani 611. 613, 30.
Narbonensis eccl. 52, 5. 120, 25; archiep.: Petrus, Guido (Clemens IV. papa); Narbonensis: Yvo clericus.
Narnia, *Narni* 306, 35.
(Nassir) sold. Cracci 237.
de Nassou, Ansou, comes: Adolfus rex Rom.
Navarrae, Navariae, Nawariae, reges: Sanctius V, Theobaldus II.
Nazareth civ. 64, 15; Nazarensis archiep.: Nicolaus.
Neapoleo, Neapolio *v.* Napoleo.
Neapolis, Naples, civ. 217, 5. 321, 1. 336. 338, 5. 347, 30. 361, 5. 362, 30. 414, 30. 455, 15. 467, 15. 483, 10. 517, 15. 594, 40. 614; de N.: Gregorius fr. Minor.
Neapolis *v.* Sichen.
de Nelo, Neel, Nel, *Nesle*: Radulphus, Guido.
Nero imp. 530, 25.

Nerva imp. 530, 30.
de Neuburgo prior: Iohannes.
Neustat opp. Austriae, *Wiener-Neustadt* 231, 35.
de Novilla: Eustachius.
Nevolim de Arraz 49, 40.
(Nicaea), de Meis civ., *Nizza* 35, 10.
Nicea, Nichea, civ., *Nicaea* 30; Niciensis episc. 267, 30.
Nichol *v.* Lincolnia.

**Nicolaus, Nicholaus.**

S. Nicolai in Carcere Tulliano eccl. Rom. card. diac.: Otto, Iohannes Gaietanus (Nicolaus III. papa), Benedictus Gaietanus (Bonefacius VIII. papa).
S. Nicholaus 586, 5.
Nicholaus I. papa 529, 35.
Nicolaus II. papa 28, 1. 530, 25.
Nicolaus III. papa, Iohannes Gaietanus card. diac. S. Nicholai in Carcere Tulliano 485. 553, 10. 593, 1. 601, 15. 634, 25.
Nicolaus IV. papa, Ieronimus card. episc. Praenest., minister gen. ord. Minorum 486, 15. 487, 15. 553. 559, 25. 594, 25. 595, 25. 600. 605. 606, 1. 612, 15. 613, 1. 634, 30. 635, 25.
Nicolaus de Langele cogn. Brekespere, card. episc. Alban., Adrianus IV. papa.
(Nicolaus) card. episc. Ost., Benedictus XI. papa.
Nicolaus card. episc. Tusculan. 45, 5. 398, 30. 445, 55. 446, 1. 506, 20. 556, 10. 587, 15.
(Nicolaus) patr. Constantinop. 257.
N(icolaus) archiep. Nazarensis 55, 20. 61, 30.
Nicholaus episc. Assisii 566, 40.
Nicholaus de Fernham episc. Dunelm. 116, 25. 122, 35. 193, 20. 201, 30. 296, 20. 397, 5.
(Nicolaus) episc. Regin. (Aemiliae) 165, 35. 237, 45.
Nicholaus de Longespeye, Lungespei, episc. Saresber. 493, 1.
(Nicolaus) episc. Spolet. 659, 10.
(Nicolaus) episc. Trecensis 288, 10.
Nicholaus de Ely episc. Wigorn. 550, 30.
Nicholaus de Baro super Albam mag. Paris. 363, 25.
Nicholaus doctor Amalrici de Monteforti 575, 25.
Nicholaus Adele de la Pole 540, 45.
Nicholaus miles 71, 40. 117, 15. 254, 5; fil.: Radulfus.
Nichosiensis, Nichossiensis (*Nicosia*) archiep.: Eustorgius.
Nigri ordinis monachi 233, 25. 424, 45. 451, 30. 508, 35; abbates et priores in Anglia 362, 40. *Cf.* S. Benedicti monachi.
Nilus fl. 119, 15. 306, 25. 313, 30.
de Nimpha: Berardus clericus.
Niobe 349, 35.
Nithdrosiae (*Nidaros*) archiep.: Sigurd; Nistoriensis diocesis 303, 20.
Niverniae, Nivernensis (*Nevers*) comes: Herveus.
Nobilium-insula *v.* Aethelingeia.
(Nodjmeddin Ajub) sold. Aegypti, fil. Kamel sold., 192, 30. 237. 275, 10. 281, 15. 292, 25.
Norays (Angliae septentrionalis incolae) 658, 40.
Norbertini canonici (Praemonstratenses) 233, 25.
Norham castrum, *in com. Durham* 487, 10. 522. 559, 15. 595, 15. 600, 5. 603. 605, 1. 635, 20.
Norfolchia, Norffolchia, Nortfolc, Northfolcke, Norhfolc; Norfoulke comitatus 48, 30. 118, 1. 606, 20. 617, 35; comes: Rogerus Bigot; vicecomites 609, 40. 614, 45. 617, 5; vicecom.: Willelmus de Redham.
Norhamtona, Norhamptona, Northhamptona, Norhamptunnia, Norhamtunnia; Norhamtone, *Northampton* 43, 20. 117, 1. 179, 5. 398, 20. 480, 1. 514, 35 —516. 536, 10. 590, 35. 633, 40. 668; prior 515, 5; archidiac.: Savaricus; de N.: Petrus.
Normanni; Normant 33. 34. 226, 20. 338, 45. 370, 20. 371. 390, 10. 397, 15. 444, 55. 445, 1. 571, 25. 572, 10. 586, 15. 595. 606. 629, 15. 635. 660, 5. — Normannia; Normandie 29. 33, 45. 40. 73, 15. 368, 5. 370, 20. 371. 379, 1. 388, 40. 391, 15. 539, 40. 586, 20. 633, 30. 635. 664, 20; ducatus 535, 5; duces: Ricardus, Robertus II. Curtheuse. — Normanniae praepositus 288, 15; clericus quidam 122, 25. — Normannus, Normannicus: Rogerus de Argentonio, Simon mag.
Nortflete, *Northfleet* 536, 50.
Nortfolc *v.* Norfolchia.
Northamptona *v.* Norhamtona.
Northumbria 595, 45. — Northanhumbrenses 28, 1. 110, 35.
Northwalliae princ.: David.
Norwegia, Norwagia 212, 40. 290. 291, 45. 302. 324, 10. 423, 20. 424, 45. 451, 30. 452, 15. 473, 40. 508, 35; reges: Haco, Ericus. — Norwegenses 23, 45.
Norwicum, *Norwich* 586, 20; Norwyci S. Trinitatis conventus 603, 25. 615, 25; Norawicenses, Norewicenses episc.: Iohannes de Oxonia, Iohannes de Grey, Pandulfus, Willelmus, Walterus Sufeld, Simon, Iohannes; officiales 614, 40; prior 615, 20; sacrista 614, 40; archidiac.: Iohannes Ferentinus; mon.: Bartholomeus de Cottun; diocesis 615, 1.
de Notingham, Notyngham (*Nottingham*): Willelmus fr. Minor.
de Novaria, *Novara:* Campanus. — Navariensis episc.: Odemarus.
de Novo-castro: Fulco miles.
Novum-castrum super Tynam, *Newcastle* 553, 35. 610, 30.
Nuchera, Nuchers *v.* Luceria.
Numerianus imp. 531, 10.
(Nurenberg) Merseburg 208, 15; Murenbrithg 609, 5.

## O.

Occidens 212.
Oceanum mare 497, 5.
Octovianus card., Victor IV. antipapa.
Octovianus card. episc. Ost. 35, 15.
Octovianus card. diac. S. Mariae in Via Lata 291, 25. 295, 25. 345, 45. 349, 20. 351. 352. 385, 25. 455. 473, 40.
Octovianus Augustus imp. 26, 10. 110, 10. 530, 25.
Oda, uxor Arnaldi de Greningge, 543. 544.
(Oddorinus) abbas S. Vincencii 154, 10.
(Odemarus) episc. Novar. 154, 10.
Oderisii: Gayetanus.
Odo *v.* Otto.
Odymere, *Udimore* 616, 1.
Offa rex Merciorum 21, 30. 22, 1. 23, 15. 107, 40—109, 10. 359, 15. 434. 443, 10. 506; fil.: Eadburga.
Olei fl., *Oglio* 139, 15. 141.
(Olivarius) episc. Lincoln. 605, 1.
Oliverus (scholast.) Colon. 120, 40. 319, 25. 402, 5. 429, 5. 453, 20.
Oliveti mons 107, 5.
Ollyroun, *Oléron* 654, 20.
Ordeleye *v.* Erdesleye.
Orientale Mare, *Ostsee* 572, 30.
Orientis terrae 145, 10; Orientalia maria 343, 1; mirabilia 391, 5. — Orientales magnates 30, 30.
S. Omeri villa *v.* Audomarus.
Opperheim, *Oppenheim* 619, n. 6.
Oseburgensis (*Osnabrück*) episc. 267, 20.
Ostienses, Hostienses card. episc.: Odo (Urbanus II. papa), Albericus, Humbaldus (Lucius III. papa), Octovianus, Hugolinus (Gregorius IX. papa), Rainaldus (Alexander IV. papa), Petrus de Tarentasia (Innocentius V. papa), Nicolaus (Benedictus XI. papa). — Hostienses 336, 40.
Ostrich *v.* Austria.

**Otto, Otho, Oto, Octo, Odo; Otes.**

Otto card. episc. Portuensis, card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano 138, 15. 141. 143. 144, 5. 145, 5. 147. 159. 186. 187. 199, 35. 201. 206, 40. 213, 30. 215, 40. 216, 15 (Thoringus). 222, 20. 223, 45. 228, 10. 230, 35. 236, 1. 240, 15. 247, 35. 264, 1. 265, 10. 319, 35. 324. 401, 1. 410, 10. 414, 35. 417, 10. 429, 15. 439, 30. 446, 40. 449, 40. 467, 10—469, 20. 506, 40. 507. 508, 10. 563, 10. 567, 20. 588. 632, 25. 666.
(Otto) electus Leod. 189.
(Otto) episc. Monaster. 50, 40.
(Otto) II. episc. Traiect. 50, 40.
Odo de Doaco mag. Paris. 363, 25.
Otto I. imp. 25. 109, 60. 531, 15; uxor: Edgiva; fil.: Otto.
Otto II. imp., fil. Ottonis I. imp., 25, 40. 109, 60. 531, 15; fil.: Otto.
Otto III. imp., fil. Ottonis II. imp., 25, 40. 109, 60. 531, 15.
Otto IV. imp., fil. Heinrici Leonis ducis, 33, 45. 40—43. 45, 30. 46. 50, 20. 73, 20. 116—118, 20. 177, 15. 319, 30. 366, 5. 367, 35. 370, 25. 371, 45. 396—398. 429. 445. 453, 20. 462, 40. 463. 506, 15. 530, 30. 531. 548, 15. 552, 20. 556. 586. 587. 632. 665, 40; uxores: Maria, Isabella (Beatrix).
(Otto) II. dux Bawar. 205, 25. 211, 5. 298, 10. 300, 40. 340, 30; fil.: Elisabeth.
Otto (Puer) de Luneburg dux Brunswic. (*falso* Saxon.) 67, 30. 405, 35. 447, 50. 464, 10.
(Otto) dux Meraniae 50, 40.
(Otto) III. marchio Brandeburg. 366, 40.
(Otto de Hohenburg) marchio 349. 351. 352, 1. 455.
(Otto) V. comes Burgund. 594, 20. 653, 20.
(Otto) II. comes Gelriae 321, 20. 334, 15. 340, 20. 431, 1.
(Odo de Monte-Beliardo) comestabulus regni Hierosolym. 167, 10.
Otho de Grandissono 553, 35. 616, 35. 635, 1. 655, 10.
(Ottobello) episc. Laudensis 154, 10.
Ottobonus, Octobonus; Octobone, Otebon, card. diac. S. Adriani, Adrianus V. papa.
(Ottocarus) II. rex Bohemiae, dux Austriae, marchio Morav. 209, 20. 340, 35. 341, 1. 366, 40. 485, 20. 593, 5.
Oxolandia *v.* Hollandia.
Oxonia, Oxoneford, *Oxford* 255, 5. 374, 45. 382, 15. 480, 1. 514, 35. 515, 1. 549, 25. 551. 553, 15. 563, 35. 565, 45. 568, 20.

578, 15. 590; universitas 255; scolares 144, 5. 410, 45. — Oxoniae provisiones 476, 10. 482. 535. — de O.: Iohannes.

de Oyni: Iacobus.

## P.

P. de Burdegali mag. 193, 20.

Padua civ. 153, 15. 562, 15.

Padus fl. 231, 25. 359, 40. 572, 10.

Paf– *v.* Paph–.

de Pageham eccl., *Pagham (com. Sussex)* 554, 5.

Palerma, Palerna *v.* Pannormum.

Pallas, fil. Evandri, 26, 20. 110, 15.

Pandulfus, Pandulphus; Pandolf, episc. Norwic. 43. 44, 1. 117. 119. 398, 20. 400, 30. 446, 35. 556, 45. 587. 652, 20. 666, 5.

Pandulphus de Phasanellis 282.

Pannonia 231, 45; P. utraque 30, 5.

Pannormum, Palerma, Palerna, civ., *Palermo* 321, 1. 323, 5. 430, 30. 453, 45. 634, 15 (*falso* Palestrina); Panormitanus archiep.: Berardus.

Paflagonia 30, 5.

Pafus civ., *Paphus in Cypro* 242, 10.

Papia civ., Ticinum, Ticina urbs 21, 30. 25, 15. 323, 5. — Papienses 327, 5.

Papias grammaticus 582, 10.

Parens: Iohannes min. gen. fr. Minorum.

Parisius, Parisiaca civ.; Parys 29, 55. 40, 5. 54. 117, 25. 121, 40—123, 1. 201, 30. 231, 20. 249, 30. 367, 40. 374, 45. 389, 10. 396. 397, 35. 399, 1. 401, 35. 403. 427, 35. 433, 45. 435, 15. 436, 25. 444, 10. 497, 30. 525. 526, 30. 562, 15. 564, 25. 565, 40. 569, 5. 577, 20. 578. 580. 581, 20. 582, 35. 596, 10. 654; eccl.: S. Iacobi domus Praedicat., S. Marcelli, Cisterciensis ord. domus; episc.: Mauricius, Willelmus de Arvernia; praepositus 616, 25; decanus: Gaufridus. — Parisiaca, Parisiensium universitas 222, 20. 336. 352. 355. 363. 374, 10. 398, 10. 402, 5. 403. 433, 45. 463, 25. 562, 25. — Parisienses cives 234, 15. 586, 35. 587, 40; muri 607, 20; denarii 314, 30; consuetudines 336, 25.

Parisius, Parisiensis, Paris: Matheus mon. S. Albani.

Parma, Parmensis civ. 293. 294. 296, 40 — 298. 423, 35. 427, 1. 451, 45. 474. 589, 20. 633, 15; episc.: Martinus. — Parmenses 291, 30. 293—298. 309. 312, 15. 315, 40. 316. 406. 423, 40 — 425, 40. 427. 428. 451. 452, 55. 453, 5. 474. 508, 50. 589, 20; potestas: Philippus Vicedominus. — de P.: Iohannes min. gen. Minorum fr.

Pascalis I. papa 529, 30.

Paschalis II. papa 28, 55. 29. 111, 15. 252, 20 (Paschasius). 391, 15. 530, 30.

Paschalis III. antipapa, Guido de Crema 437, 15.

Paste: Ferricus miles.

Pastores 326. 431, 35. 589, 30.

Pataviensis *(Passau)* episc. 267, 25.

(Patherbrunnensis) Paldeburnensis episc. 267, 20.

Paterini, Patereni, haeretici 133, 15. 134, 25. 146, 45. 231, 30. 237, 30. 259, 1. 269, 30. 409, 1. 469, 1; episc.: Petrus Gallus. — P. in Cumea civ. 231, 10.

S. Patricius episc., fil. Conches, 107, 10.

Paulinus Piper, Peivre, miles 235, 25.

S. Pauli eccl. London. 151, 15. 159, 30. 412, 10. 477, 35. 483, 5. 535. 553, 10. 556, 45; canonici 338, 15; decani: Henricus de Cornhulle, Walterus de Londoniis; canon.: Cincius clericus Rom., Iohannes de Luco, Robertus de Wyncheleso; cancell.: Iohannes Mansel.

de Sancto Paulo, Seint-Poul *(Saint-Pol)* com.: Gualcherus, Hugo IV, Hugo V. de Castellione, Guido; de S. P.: Jakes.

S. Paulus 24, 20. 530, 25.

Paulus I. papa 529, 25.

Paulus abbas S. Albani, mon. Cadom. 390, 25. 434, 30.

Paulus mag. 299, 25.

Paulus de Longotham (Logotheta) baiulus imperatoris 155, 10.

Paulus Transurarum (Traversarius) 184, 25. 198, 35.

Pauperum dominarum loca 565, 15.

de Pecham: Iohannes archiep. Cantuar.

Peivre *v.* Piper.

Pelagius I. papa 529, 5.

Pelagius II. papa 529, 5.

P(elagius) card. episc. Alban. 57, 30. 63, 10. 306, 25. 400, 5.

Pelu, Pelue, comes, *Raugraf* 340, 35. 398, 40. 429, 15. 446, 20.

de Penbrochia, Penbroc *(Pembroke)* com.: Willelmus Marescallus, Ricardus Marescallus, Gilbertus Marescallus; comit.: Alienora.

Penestrin. *v.* Praenest.

Percivallus subdiac., capell. papae, canon. Eborac. et Ripon. 516, n. 9.

Pergama 340, 1; *cf.* Troia.

Perini: Dino. — Perinus Scotti mercator Senensis 361, 25.

Perrinus de Malachana de Volta civis Ianuensis 318, 20; fil.: Herrigettus.

Persarum regnum 208, 45; rex 209, 15.

Perticenses, de Pertico *(Le Perche)* com.: Thomas, Rotrodus III, Iacobus.

Perusium, Perrusium, Perisium, Perisium civ., *Perugia* 61, 15. 69, 40. 129. 171, 1. 319, 35. 321, 35. 322, 45. 325, 20. 328, 10. 329, 45. 330, 40. 333, 20. 335, 40. 402, 35. 406, 35. 429, 20. 431, 10. 432, 5. 439, 15. 447, 55. 454. 464, 20. 501. 591, 10. 594, 10. 599, 35. 611, 25; palatium 611, 25. — Perusini, Perusienses 283, 35. 328, 5; Perusiensis (papa) 336, 35.

(Petragoric.) de Pyregord homines 517, 5.

Petri-Leonis, Petroleonis: Anacletus II. papa, Hugo card. diac.

Petrus; Peres (Pere); Peter, Peris.

S. Petri eccl. in S. Albani villa 440, 10.

S. Petri eccl. cathedralis Colon. 301, 30.

S. Petri eccl. in Cornhull London. 561, 40.

S. Petri eccl. Rom. (Vatican.) 22, 30. 23, 1. 57, 15. 252, 20. 500, 25. 530. 594. 625, 25. 661, 30.

S. Petrus 24, 20. 257, 30. 529, 5. 530, 25. 650, 40. — S. Petri patrimonium 148, 1. 150, 25. 172, 25. 252, 20. 610, 45; dominium 611, 5. — S. Petri denarius 276, 30. 434, 20.

Petrus de Tarentasia card. episc. Ost., Innocentius V. papa.

Petrus de Spineto card. episc. Tusculan., Iohannes XXI. papa.

Petrus de Murone fr. de ord. S. Benedicti, Celestinus V. papa.

P(etrus) card. episc. Alban., archiep. Rothomag. 215, 40. 241, 15. 256, 10. 262, 25.

Petrus Hispanus card. episc. Sabin. 504, 20. 519, 25. 622, 20. 623, 30. 662, 5.

Petrus de Mediolano card. presb. S. Marci 611, 35.

Petrus de Columpna card. diac. S. Eustachii 502, 25. 622. 623. 645, 1.

Petrus Caboche mag., card. diac. S. Georgii ad Velum Aureum 157, 20. 243, 20. 310, 15. 312, 15. 418, 30.

Petrus de Capua card. diac. S. Mariae in Via Lata 40, 15. 41, 5. 396, 35.

Petrus mag., card. S. Crucis Hirosol. 63, 10.

P(etrus) archiep. Caesar. 55, 20. 61, 30. 164, 30.

(Petrus) archiep. Ioriensis *(Raab)* 50, 40.

Petrus archiep. Narbon. 55, 20. 61, 30.

(Petrus) archiep. Tyrensis 236, 45.

Petrus de Duaii elect. Camerac. 41, 5.

Petrus de Acqua-blanca episc. Hereford. 195, 45. 196, 1. 197, 25. 200, 25. 225, 30. 248, 30. 280, 10. 353, 1. 354. 356, 5. 358, 45. 361, 20. 362. 413, 25. 419, 40. 422, 10. 455, 45. 466, 50. 479, 30. 507, 55. 514, 15. 551, 15. 590.

(Petrus) episc. Tarragon. 276, 40.

Petrus de Rupibus episc. Winton. 55, 20. 61, 30. 66, 20. 68, 40. 69, 20. 70, 15. 120, 40. 127. 129. 136, 5. 138, 1. 145, 15. 391, 5. 402. 406. 411, 10. 447. 448, 25. 666, 20.

Petrus Gallus episc. Paterinorum 231, 35.

(Petrus Arnaldi) abbas S. Crucis iuxta Burdegalim 502, 25.

Petrus mag. domus militiae Templi 55, 20. 61, 30. 125, 20.

Petrus de Northhamptona nuncius papae 440, 10.

Petrus de Supino legatus apost. 219. 221. 414, 40. 466, 30. 467, 20.

Petrus Rubeus, Rufus, canon. Anagninus 193, 40. 196, 15. 218, 45. 219. 221. 413, 15. 414, 40. 466, 30. 467, 20.

Petrus canon., rector ecclesiae de Moduna, fil. Iacobi Iohannis Capote, 228, 10.

Petrus de Teukesbury min. provinc. Minorum fr. in Alemannia et Anglia 566, 10. 567. 569, 1.

Petrus de Brixia fr. Minor 564, 15.

Petrus fr. Praedicat. 332, 10. 557, 30.

Petrus Comestor mag. 571, 15.

Petrus Lumbardus mag. 33, 30. 571, 15.

Petrus eremita (Ambian.) 443, 40.

(Petrus) imp. Constantinop. 306, 30.

(Petrus) II. rex Arragon. 45, 5. 398, 25.

Petrus III. rex Arragon. 485. 593, 30. 595, 20. 633, 20; uxor: Constantia.

(Petrus Gaetanus) marchio 622—624; fil.: Conticellus.

Petrus dux Britann. 54, 40. 67, 40 (*falso* Henricus). 136, 25. 272, 25. 375, 25. 402, 1; fil.: Iohannes.

Petrus de Sabaudia comes Richmundiae, fil. Thomae I. com. Sabaudiae, 201, 25. 286, 35. 288, 10. 292, 1. 352, 40. 357. 359. 363, 1. 375, 25. 385, 15. 388, 40. 414, 10. 422, 35. 423, 30. 449, 1. 451, 10. 466, 50. 474, 25. 480, 30—482, 5. 507, 60. 510, 5. 514, 1. 516. 550, 10.

Petrus le Coning dux Flandrensium 495. 496, 25. 498, 30.

(Petrus) potestas Mediolan., fil. Iacobi Teupuli ducis Venetorum, 139, 40. 141, 30. 205, 10. 410, 20. 448, 15.

Petrus Bone-case mercator Florent. 362, 25.

Petrus de Campanea iusticiarius 606, 15.

Petrus de Flote consiliarius Philippi IV. regis Franc. 494. 495. 660, 1.

Petrus Foresii mercator Florent. 612, 25.

Petrus de Genevre Provincialis 311, 15. 428. 453, 10. 508, 45; uxor: Matildis.

Petrus de Rivallis consiliarius Henrici III. regis Angl. 369, 10.

Petrus Sarracenus civis Rom. 147. 149, 10. 156, 30. 160, 35.

Petrus de Vinea, Vineis, 239, 20. 263, 15. 277, 30. 307. 308, 1. 425, 45. 427, 15. 452. 470, 35. 471, 35.

Petrus procurator Philippi electi Lugdun. 376, 35.

Peris dom. 668, 25; fil.: Reinaud.

Phasanelli v. Fasenelli.

(Philippa), fil. Guidonis com. Flandr., sponsa Edwardi II. regis Angliae, 491, 15. 520, 30. 525, 1.

Philippus; Phelippe, Phelip, Philip, Felippe.

Philippus archiep. Colon. 33, 45. 393, 50.

Philippus de Sabaudia elect. archiep. Lugdun. et Valent., fil. Thomae I. com. Sabaud., 249. 251, 35. 254. 318, 5. 324. 326, 20. 357. 359, 40. 375, 25. 376, 30. 431, 25. 471. 481, 15. 484, 40. 516, 15.

Philippus episc. Belvac. 39, 40. 115. 396.

Philippus mag., clericus Ricardi I. regis Angliae 36, 30.

Philippus mag. 254, 10.

Philippus London. fr. Minor, gardianus Brugensis 562, 1.

Philippus Walensis fr. Minor 563, 35.

Philippus (Arabs) imp. 531, 5.

Philippus (Philippicus) imp. 531, 1.

Philippus rex Rom., dux Suaviae 40, 45. 41, 10. 398, 5. 445, 35. 587; fil.: Isabella (Beatrix).

Philippus I. rex Franc. 28, 25.

Philippus II. rex Franc., fil. Ludovici VII. regis, 33, 40—47. 49. 54, 30. 115—117. 226, 20. 252. 372, 5. 395, 35—399. 429, 10. 444, 50—446. 450, 45. 463. 531, 40. 544, 10. 552, 10. 556. 649. 650. 664, 25; uxor: Isabella; fil.: Ludowicus VIII, Philippus.

Philippus III. rex Franc., fil. Ludovici IX. regis, 483, 20. 538. 541, 40. 551, 35. 592, 35. 599, 45. 602, 1; uxor: Maria; liberi: Philippus IV, Karolus, Blanchia, Margareta.

Philippus IV. rex Franc., fil. Philippi III. regis, 488. 491—500. 502. 503, 35. 504, 20. 518. 519. 525. 559, 40. 596—598. 606—608. 613. 614. 617, 45. 619. 620. 622. 624, 5. 635, 40—638. 643. 644. 653—656. 657, 35—661, 15.

Philippus comes Bolon., fil. Philippi II. regis Franc., 43, 25. 67, 35; uxor: Mathildis.

Philippus comes Flandr. 33. 34. 36. 112. 393. 394, 35. 444. 462, 20.

Philippus de Albineto 400, 30. 506, 35.

Philippus Basset 254, 5. 420, 35. 479, 35. 482. 514, 40. 516, 35. 518, 5. 534, 35. 536. 550, 1. 551, 5. 557, 15. 558. 602, 5. 669.

Philippus Burghii merc. de soc. Mozorum 612, 35.

Philippus de Eia consiliarius Ricardi regis Rom. 368, 15.

Philippus de Monte-forti constabular. Acon. 236, 40.

Philippus de Monte-forti, capitaneus Caroli Andegav. 517, 5.

Philippus Renuncii merc. Florent. 612, 30.

Philippus Vicedominus potestas Parmensis 297, 35.

Philippus de Wyleby thesaur. Edwardi I. regis 617, 25.

(Phocas) Focas imp. 531, 30.

Phretericus v. Fridericus.

(Phrygia) Frigia 30, 5.

Picardi; Pikard 122, 20. 403, 25. 571, 25. 572. 660, 1. — Picardicum 577, 5.

Pictaviensis *(Poitiers)* episc.: Walterus; archidiac: Ricardus.

Pictavia comitatus, *Poitou* 44, 50. 45, 30. 73, 15. 219, 15. 371, 40. 414, 40. 506, 35. 553, 5. 586, 30. — Pictavenses 50, 15. 69, 5. 127, 35. 128, 5. 136, 45. 296, 15. 317, 5. 331, 45. 481, 35. 590, 15. 601, 15; com.: Ricardus (I. rex Angliae), Otto (IV. imp.), Alfonsus.

Picti *in Britannia septentr.* 595, 45.

Pigonaga, Pingnogoma, *Pigognaga prope Guastalla* 149, 15. 160, 30.

Pini: Grado merc. Pistor.

de Pinkeni: Robertus.

Piper, Peivre: Paulinus miles.

Pipinus, Pippinus, Pepinus, rex Franc. 109, 10. 506, 50. 531, 5; fil.: Karolus Magnus.

Pisa, Pisana civ. 148, 1. 216, 20. 445, 45. — Pisani 133, 45. 229, 40. 243, 30. 307, 40. 317. 321, 40. 322, 5. 339, 1. 414, 30. 418, 35. 425, 45. 431, 15. 453, 5. 469, 50. 482, 50. 632, 50; Pisanus quidam 36, 35; Pisani: Agnellus fr. Minor, Albertus fr. Minor. — Pisanorum insula (Capraria) 243, 30.

Pius I. papa 529, 10.

Placencia civ., *Piacenza* 165, 25. 175, 5. 183, 20. — Placentini 298, 40.

Placidia imperatrix 20, 30; fil.: Valentinianus.

Plamiani castrum, *San Flaviano* 305, 25.

Planium v. Pruvinum.

Plantegenest: Gaufridus comes Andegav.

Plenting, fil. Elle ducis, 20, 35.

de Poenitentia Iesu Christi ordo 568, 35. 569, 1.

de la Pole: Nicholaus Adele clericus.

Policastrensis *(Polycastro)* eccl. 149, 1.

Polimanetensis *(Polignano)* eccl. 149, 1.

Polonia, Polomia, Polemia 206, 10. 207, 20—209, 45. 211, 10. 572, 25. 573; Polonorum terra 206, 20. — Poloni 573, 15; dux 367, 15; dux: Henricus (Silesiae). — Poloniae episcopatus 267, 15.

Polozensis *(Plock?)* episc. 267, 15.

Pomerania 572, 30.

(Pomesaniae) Pomeramenensis episc. 267, 15.

Pons S. Ambrosii 310, 1. 427, 25. 453, 1.

Pontianus papa 529, 20.

Pontiniacum monast., *Pontigni* 314, 1. 324, 5; conventus 241, 30; abbas: Iohannes.

Pontiva prov., *Ponthieu* 390, 5; Pontivensis pagus 45, 20; consul 390, 5.

Pontus uterque 30, 5. — Ponticum mare 572, 20.

Porcastella: Rogerus mag.

Porete: Gilebertus mag.

Portenses v. Quinque-Portenses.

Portesmuthe, Portesmue, Portesmew, *Portsmouth* 44, 50. 45, 15. 415, 35. 433, 40. 639, 35. 654, 10.

Porteswer, *Port' Ercole* 35, 15.

Portigalensis episc. 34, 20.

Portuenses *(Porto)* 336, 40. — Portuenses et S. Rufinae card. episc.: Conradus, Romanus, Otto, Robertus Kilwardby.

Portus-Delfini, *Portofino* 35, 10.

Portus-Veneris, *Porto Venere* 243, 35. 469, 50.

(Posnan.) Pornaniensis *(Posen)* episc. 267, 15.

Potentinensis *(Potenza)* eccl. 149, 1.

Pottone, *Potton* 434, 35.

Seint Poul v. S. Paul.

de Powic: Willelmus clericus.

Praedicatores, Predicatorum ordo 66, 20. 128, 35. 133, 15. 154, 10. 181, 35. 186, 25. 206, 30. 207, 25. 209, 40. 210, 40. 218, 40. 224, 25. 234. 235, 20. 245. 280, 20. 290, 20. 292, 35. 295, 30. 298, 15. 300, 25. 307, 10. 309, 5. 318, 45. 320. 327, 40. 336, 15. 352. 355. 363. 374, 10. 389, 10. 408, 10. 409, 5. 427, 35. 430. 433, 45. 452, 50. 468. 473, 40. 551, 35. 558, 30. 567, 40. 568, 5. 631. 644. 665, 35; prior: Iordanus.

Praenestini, Prenestrenses, Penestrini, Pelestrini *(Palestrina)* card. episc.: Iacobus, Ieronimus (Nicholaus IV. papa), Simon.

(Praga) Pyng civ. 210, 45; Pringensis conventus 209, 35; Pragensis episc. 267, 20; Prangensis custos: A.

S. Praxedis eccl. Rom. card. presb.: Iohannes de Columpna.

Priamis 107, 1; fil.: Sibilla.

Probus imp. 531, 10.

Provincia, Provintia 132. 136, 20. 140, 15. 272, 5—274. 279, 20. 292, 1. 331, 5. 408, 20. 421, 10. 422, 5. 435. 508, 30. 552, 25. 569, 1. 573, 30. 580, 25; Provinciales partes 137, 1. 140, 25. — Provinciales 190, 40. 234, 30. 249, 1. 317, 5. 331, 45. 633, 35; nobiles 234, 30; mercatores 537, 10; com.: Raimundus Berengarius IV, Carolus rex Siciliae. — Provincialis quidam 201, 15. 248, 35. 249; Pr.: Marcadeus, Algnis, Lupescarus. — Provincialis lingua, Provinciale 273, 45. 577, 10. — Provinciae (Arelatensis regni) comites 596, 15.

Pructeni v. Rutheni.

Pruscia 572, 30. 573, 1. — Pruteni, Pruceni 573, 5. 578, 30.

(Pruvinum) Planium, *Provins* 51, 35.

Publicani haeretici 134, 25.

(S. Pudentianae eccl. Rom.) card. presb.: Robertus II.

Pulia v. Apulia.

Pullicum societas mercatorum de Florentia 612, 40.

Pyng v. Praga.

Pyregord v. Petragoric.


## Q.


de Quinque portubus homines, Quinque-Portenses, Portenses *(Cinq ports: Hastings, Romney, Hythe, Dover, Sandwich)* 543, 25. 594, 35. 595, 35. 597, 15. 602, 30. 606, 30. 635, 40. 636. 640, 20.


## R.


R. fr. Praedicat. 207, 35.

R. Flandrensis 434, 35.

Radingum, Radingense monast., Redynges, *Reading* 187. 247, 5. 362, 45. 586, 45.

Radulfus, Radulphus v. Rudolfus.

Ragin-, Regin-, Rain-, Rayn-, Rein-, Regim-, Reym-, Rem-.

(Raginaldus), Reginaldus, Rainaldus, Reinaldus, Raynaldus; Reinaud.

Rainaldus card. episc. Ostiensis, Alexander IV. papa.

Reginaldus archiep. Cantuar. 41, 35.

Reginaldus archiep. Colon. 31, 55. 32. 112, 5. 393, 10. 444, 30.

(Rainaldus) archiep. Lugdun. 52, 5.

(Rainaldus) episc. Vincent. 642, 30.

Rainaldus, fil. Conradi ducis Spolet., 163, 1. 170, 5. 171.

Reginaldus comes Bolon. 43. 44, 15. 45, 20. 46. 54, 30. 117, 5. 372, 1. 398. 429, 10. 445, 40. 446. 506, 20. 587, 20; eius terra 402, 1; fil.: Mathildis.

Reginaldus I. comes Gelriae 486, 15. 594, 30. 595, 25.

Reginaldus de Supine 622, 25. 623, 35.
Reinaud fiz Peris dom. 668, 25.
Reinaldus mercator Senen. 361, 25.
Reginaldus hospitator Lugdun. 287.
Raynaldi, Raynalldi: Maynettus, Ubertus.
Rembertinorum societas mercatorum de Florentia 612, 40.
Reinerius de Viterbio card. diac. S. Mariae in Cosmedin 217, 20. 222, 25. 228, 10. 229. 283, 35. 304, 30. 316, 30.
Reinerius de Solerio praepos. Yporiensis 318, 20.
Reinerus mercator Florent. 362, 1.
Reynerius Bellinzonis mercator Florent. 613, 30.
Reinerus mercator Senen. 361, 25.
Raynerius 532, 1; fil.: Ricardus.

(Raimundus) Reimundus, Reymundus, Remundus.

Reimundus prior eccl. S. Albani 40, 35. 113, 15.
Reymundus cler., nuntius papae, Vasconicus 485, 1.
Reimundus (de Penna-forti) fr. Praedicat. 407, 45. 408, 5.
Reimundus Berengarius IV. comes Provinciae 132. 140. 145, 30. 180, 5. 189. 190. 195, 15. 198, 30. 204, 45. 205. 225, 35. 229, 5. 234, 35. 248. 272. 274, 1. 279, 15. 295, 40. 376, 40. 408, 20. 416, 30. 421, 10. 422, 5. 448, 5. 450, 50. 464, 25. 466, 25. 469, 5. 472, 10. 511, 35. 552, 25. 557, 40. 667, 10; uxor: Beatrix; fil.: Margareta, Alienora, Sanchia, Beatrix.
Reimundus VI. de S. Aegidio comes Tolos. 52. 53. 60, 5. 73, 25. 118, 25. 401, 10. 446, 45; fil.: Raimundus VII.
Reimundus VII. comes Tolos., fil. Raimundi VI. com., 129, 20. 145, 30. 189, 35—191. 195. 205. 226, 15. 239. 245, 15. 257, 20. 263, 15. 311, 10. 406, 40.
Raguensis *(Ragusa)* episc.: Bernardus.
Rainocii: Hugelinus.
de Rale: Willelmus episc. Winton.
Ramesberienses (Wiltonienses) episc.: Brithwoldus, Hermannus.
Ranucius Ugonis mercator Florent. 612, 35.
Ranulphus comes Cestriae et Lincoln. 400, 30.
Ranulfus Theutonicus *v.* Walramus.
Rapellensis *(Rapolla)* eccl. 149, 1.
Raskeburgensis *(Ratzeburg)* episc. 267, 25.
(Ratherius) Ritherius episc. Veron. 25, 40.
(Ratispona) Reinesburgum 34, 25; Ratisponensis episc. 267, 25.
Ravenna civ. 20, 30. 23, 15. 159, 10. 184, 25; Ravennenses, Ravennates archiep.: Arnoldus, Wibertus (Clemens III. antipapa), Theodericus.
Reate, Reatina civ., Riata, *Rieti* 165, 1. 171, 15. 592, 35; Reatinum capitulum fr. Minorum 564, 20.
de Redham: Willelmus vicecom. Norfolk.
Redynges *v.* Radingum.
Regenensis *(Reggio in Calabria)* eccl. 149, 1.
Regenses 309, 40. 310, 1. 312, 15; Reginensis, Reginus *(Reggio Aemiliae)* episc.: Nicolaus.
Regensis *(Riez)* episc. 267, 35.
Regia-solis palatium Rom. 222, 20. 223, 35. 319, 45. 415, 20. 429, 30.
de Reigate, Reygate: Walterus.
Reinaldus, Reinerius, Reinerus *v.* Ragin-.
Reinesburgum *v.* Ratispona.
Rembertini *v.* Ragin-.
Remis, Remensis civ. 23, 35. 29. 111, 30. 252. 470, 25; archiepiscopus 34, 5 (*falso pro* Rothomagensi); archiep.: Arthaldus, Willelmus de Campania, Willelmus de Joinville. — de R.: Radulphus fr. Minor.
Renuncii: Philippus.
Resensis *v.* Rubensis.
Restorus Bonaventure mercator Florent. 612, 35.
Restorus Spiliati mercator Florent. 612, 30.
Reuns, *Rioms-sur-Garonne* 616, 25.
(Rhenus) Renus fl. 72, 10. 130, 20; R. comes palatinus 376, 15; com. pal.: Henricus *et cet. v. sub* Bawaria. — Reni insula 267, 5. — Rynkowyge *(Rheingau)* vicedom.: Ludewicus.
(Rhodanus) Rodanus fl. 35, 1. 53. 177, 40. 189, 40. 190, 10. 195, 5. 251, 30. 311, 45. 324, 5. 376, 35. 572, 10.
Riata *v.* Reate.
in Ricardina villa iuxta Bononiam fratres Minores 631, 30.

Ricardus; Richard, Rychard, Ricard.

Ricardus Hanibal card. diac. S. Angeli 222, 25. 224, 10. 415, 25. 511, 40.
Ricardus archiep. Cantuar. 68, 5. 126, 50. 405, 45.
Ricardus episc. Bangorensis 366, 15.
Ricardus (le Poor) episc. Cicest., Saresber., II. Dunelm. 68, 30. 137, 25.
Ricardus de Withz episc. Cicest. 274, 25. 255. 256. 333, 5. 420, 45. 433, 25.
Ricardus I. de Marisco episc. Dunelm. 117, 30. 137, 30. 399, 1.
(Ricardus) episc. Lincoln. 385, 1.
Ricardus abbas S. Albani 436, 5.
(Ricardus) abbas S. Eadmundi 127, 50.
Ricardus abbas de Evesham, prior de Hurle 132, 30. 193, 20. 408, 20.
(Ricardus) abbas Westmonasterii 291, 5. 294, 30. 315. 324, 25. 325, 25. 359, 1. 368, 20. 369, 5. 377, 20. 474, 5.
Ricardus de Mores prior de Dunestaplia 439, 10.
(Ricardus) archidiac. Pictav. 32, 10.
Ricardus de Wendovre canon. London., physicus papae 329. 432.
Ricardus de S. Victore 571, 15.
Ricardus fr. Minor 568, 30.
Ricardus rex Rom., comes Cornubiae, fil. Iohannis regis Angliae, 133, 1. 134. 138, 1. 140—143. 158, 1. 161, 10. 179. 187. 194—196. 200, 20. 205. 218, 45—220. 222. 223. 225, 10. 226. 228, 45. 229. 234, 20. 236, 20. 251, 1. 273, 15. 280, 40—282, 1. 285, 20. 292—294, 35. 299. 304, 1. 309. 310, 40. 312—318, 45. 321, 20. 324, 5. 325, 30. 327, 45—333. 335, 20. 336, 1—338, 20. 341. 345. 347. 349, 40. 350. 353, 10. 354. 357, 25. 359, 35. 362, 15. 363. 365—374. 376—382. 386—389. 398, 5. 401, 50. 402. 406, 25. 408—410. 413—415. 417, 25. 419, 30. 421, 15. 424. 425, 5. 427, 45. 428. 431—433. 440. 445, 35. 449. 453. 454, 5. 455, 1. 465, 35—467. 475—484, 5. 486. 506. 508—511. 514—518, 5. 520. 521, 1. 531—539. 542, 30. 545, 25. 546, 30. 547, 5—554. 557—559, 30. 568, 35. 588—591, 1. 592, 15. 599. 601, 15. 602, 1. 632—634. 652. 666—669; uxores: Isabella, Sanchia, Beatrix de Falkenberg; fil.: Henricus, Edmundus, Ricardus.
Ricardus I. rex Angliae, comes Pictav., fil. Henrici II. regis, 34—41, 1. 70, 15. 73, 10. 113—115. 118, 25. 136, 1. 221, 45. 286, 1. 311, 15. 377, 10. 394—396. 438, 5. 444, 50. 445. 462, 35. 504, 30. 531. 532. 544, 10. 548, 15. 552. 586. 630. 649—652. 664. 665; uxor: Berengaria.
Ricardus de Cornubia, fil. Ricardi regis Rom., 655.
Ricardus I. dux Normannorum 25, 45.
(Ricardus) comes S. Bonefacii 184, 25. 198, 30.
(Ricardus) comes de Caserte 517, 20.
Ricardus de Clare comes Gloverniae 136, 15. 312, 10. 313, 30. 314, 40. 328, 35. 363, 1. 367, 20. 369, 10. 370, 5. 387, 35. 388, 35. 510, 25. 532, 45. 534. 667, 20; uxor: Margareta; fil.: Margareta.
Ricardus Marescallus comes de Pembroke 69. 128. 666, 15.
Ricardus de Burgo 292, 1. 423, 30. 474, 25.
Ricardus de Canvilla 35, 35.
Ricardus de Fasenellis 284, 25.
Ricardus de Grey 568, 35.
Ricardus de Luci 32, 10.
Ricardus Sivard 134, 1. 666, 20.
(Ricardus de Theate), fil. natur. Friderici II. imp., 310, 10. 427, 30.
Ricardus, fil. Reynerii, vicecomes London. 532, 1.
Riccobaldi: Girardus.
le Riche: Alexander de Andovere.
Richemundia comitatus, *Richmond in com. Eboracensi* 201, 25; comes: Petrus de Sabaudia. — Richmundiae archidiac.: Iohannes Romanus.
Rigensis *(Riga)* episc. 267, 25.
Riona *v.* Kiova.
Ripa reginae, *Queenhithe in London* 532, 10.
de Ripariis *(Rivers)*: Baldewinus comes Devoniae.
de Rissanger: Willelmus cronicator.
Ritherius *v.* Ratherius.
de Rivallis *(Rievaulx)*: Petrus.
R(obacomes) de Mandello civis Mediolan. 167, 1.

Robertus; Robert, Roberd.

Robertus de Kilwardby card. episc. Portuensis, archiep. Cantuar. 485, 20. 553, 20. 558, 30. 593 (*falso* Ostiensis). 602, 15. 604, 25. 634, 15.
Robertus II. card. presb. S. Pudentianae, abbas Cisterc. 611, 35.
Robertus de Curçun card. presb. S. Stephani in Monte Caelio 231, 5. 399, 5. 400, 5. 442, 35. 443, 1.
Robertus de Sumercote card. diac. S. Eustachii 186, 15. 187, 35. 222, 25. 223, 35. 319, 45. 415, 20. 429, 30. 467, 35. 468, 25. 564, 35.
(Robertus) patr. Ierosolim. 236. 345, 25.
Robertus de Wynchilse archiep. Cantuar., archidiac. Midelsexiae, canon. S. Pauli London. 554, 1. 600, 15. 617, 25. 618, 25.
(Robertus) episc. Baioc. 50, 40.
Robertus Burnel episc. Bathon. et Wellensis, cancell. Edwardi I. regis 522, 10. 558, 5.
Robertus episc. Cestrensis 586, 5.
Robertus episc. Lincoln. 193, 10. 248, 45. 294, 10. 327, 10. 332, 1. 335. 337. 338, 10. 342, 10. 346, 35. 347, 30. 381, 25. 428, 20. 433. 454, 25. 455, 20. 568. 581, 50. 582.
(Robertus) episc. Saresber. 193, 10.
Robertus abbas S. Albani 22, n. 2. 435—438, 1.
Robertus abbas de Monte S. Michaelis 31, 40. 111, 50. 392, 50.
Robertus de Sanfordia mag. militiae Templi 132, 30. 408, 20.
Robertus de Cortuna archidiac. Dunelm. 356, 5.

Robertus de Londoniis custos S. Albani 117, 15.

Robertus de Camera mon. S. Albani 435, 20. 436; fil.: Nicholaus (Adrianus IV. papa).

Robertus de Salerno mon. S. Albani 438, 10.

Robertus Bacun fr. Praedicat. 333, 10. 433, 25. 454, 10.

Robertus cogn. Bugre fr. Praedicat. 133, 20. 146. 147. 326, 15. 409, 5. 411. 448, 30.

Robertus de Theles fr. 207, 30.

Robertus I. rex Franc., dux Paris. 25, 25; fil.: Hugo Magnus.

Robertus Wiscard dux Apuliae 28, 30. 110, 55. 150, 40. 586, 25; fil.: Rogerus I, Boamundus.

Robertus Carthose dux Normann., fil. Willelmi I. regis Angliae, 28, 25. 366, 5. 391, 1. 586.

Robertus I. comes Atrebat., fil. Ludovici VIII. regis Franc., 180: 181, 25. 272, 25. 316, 40. 421, 5.

(Robertus) II. comes Atrebat. (de Artoys) 495. 497, 30. 498, 25. 519, 35. 643, 15. 659, 40.

(Robertus) comes Bolon. 495, 35. 498, 5. 551, 10. 591, 20.

(Robertus), fil. Iohannis com. Burgundiae, 323, 30.

(Robertus) comes de Drius *(Dreux)* 67, 35.

Robertus II. comes Flandr. 29, 10. 111, 15.

Robertus, fil. Guidonis com. Flandr., 517. 519, 30. 641, 35.

Robertus comes Leicestriae 33, 5. 393, 20. 444, 30. 586, 15.

(Robertus) V. advoc. Bethun. 272, 25. 421, 5.

Robertus de Roseke 340, 20.

Robertus I. de Bruys 629, 25.

Robertus IV. de Brus 487, 5. 523. 550, 1. 553, 35. 595. 600. 603, 30.

Robertus de Corenhelle 546, 10.

Robertus de Curtenay 67, 35.

Robertus de Fascnollis 284, 25.

Robertus Muchegros miles 464, 25.

Robertus de Pinkeni 524, 40.

Robertus de Rokesle 546, 10.

Robertus de Sabulis 35, 35.

Robertus de Sotingduun 420, 30.

Robertus de Tateshalo 359, 30.

Robertus de Thinge, Tuenge, miles 127, 15. 195, 45.

Robertus Walerand custos Bristolli 354, 25. 388, 40. 481, 25. 516, 25. 535, 10.

Robertus filius Walteri, constabularius exercitus baronum Angl. 438.

Rodanus *v.* Rhodanus.

Rodulphus *v.* Rudolfus.

Rofensis civ., *Rochester* 72, 1. 130, 15; episcopus 247, 45; episc.: Laurentius.

Roffridus scolaris, fil. Alberti, 335, 40.

Rogerini: Bonifacius.

(Rogerus) archiep. Eborac. 32, 10.

Rogerus episc. Bathon., praecentor Sarisberiae 235, 15. 247, 5.

Rogerus de Wescham episc. Cestrensis, decanus Lincoln. 254, 25. 255, 1. 368, 25. 549, 30.

Rogerus episc. London. 293, 30. 296, 30. 406, 15. 439, 35. 474.

Rogerus de Wendovre mon. S. Albani, prior de Belvero 73, 35. 131, 40.

R(ogerus) Porcastella capellanus 165, 35. 166, 20.

Rogerus de Holdernes clericus 257, 5.

Rogerus Bachon fr. Minor 583, 5.

Rogerus I. comes, dux Apuliae, fil. Roberti Wiscard, 28, 30. 586, 25; fil.: Rogerus II.

Rogerus (II) comes, rex Siciliae, fil. Rogeri I. ducis, 586, 20; liberi: Willelmus, Constantia.

Rogerus, Roger, Bigod V. comes de Norfolk 254, 5. 257, 25. 310. 337, 10. 385, 1. 420, 30. 518, 5. 669, 1.

Rogerus VI. comes de Norfolk 594, 40. 618. 657, 15; uxor: Alicia.

Rogerus de Argentonio Normannicus 36, 45.

Rogerus Brabazon iusticiarius Edwardi I. regis Angliae 522, 5. 524, 40.

Rogerus de Dunstaple de Wintonia 540, 50.

Rogerius de Leyburne 545, n. 4.

Rogerus de Thurkebi 312, 10.

Rogerus puer 371, 30.

Roka, *La Roque? Port de Bouc?* 195, 40.

Rokesburgh, *Roxburgh* 616, 35.

de Rokesle: Gregorius civis London., Robertus.

Rollandus cancellarius, Alexander III. papa.

Roma, Romana, Romulea civ.; Rome; Urbs 21 — 29. 31, 50 — 33. 35, 15. 40—42, 30. 45, 15. 48. 51, 30. 52, 5. 61, 10. 63, 1. 65, 35. 68—70. 107, 35. 111. 116, 1. 119. 120, 1. 123. 127, 1—129. 136, 25. 138, 45. 147, 25. 148, 35. 151. 153. 156. 160, 10. 163, 25. 164, 25. 166, 25. 172, 15. 175, 20. 182. 184, 1. 185. 187. 192, 40. 200, 20. 219. 220, 30. 225, 25. 227, 20. 228, 1. 229, 25. 230, 1. 234, 1. 235, 15. 243. 252, 20. 263, 35. 285, 40. 306, 10. 316, 30. 318. 319. 321, 35. 330, 20. 332. 333. 336. 339. 353, 1. 356, 40. 359. 363. 372, 15. 374, 30. 377—379. 383. 389. 397, 50. 400, 35. 402, 30. 406. 412, 25. 416, 15. 418, 40. 429, 15. 431, 10. 433 — 436. 439. 441, 1. 443. 444, 40. 446. 451, 35. 453. 454, 15. 455, 1. 464 — 467, 50. 468. 476. 478. 479. 485. 493. 499, 15. 500, 40. 503, 25. 509. 511. 529. 530. 542, 35. 556, 1. 563, 15. 565, 25. 566, 35. 568, 40. 578, 30. 591, 15. 595, 25. 601, 30. 607, 1. 611. 612, 20. 625. 626, 1. 632, 30. 634, 15. 645. 659, 10. 661. 662, 5. 666; eccl. et monast.: S. Adriani, S. Anastasiae, S. Angeli, SS. Apostolorum, S. Caeciliae, S. Chrysogoni, S. Clementis, Constantiana, SS. Cosmae et Damiani, S. Crucis Hierosolym., S. Eustachii, S. Georgii ad Velum Aureum, S. Laurentii in Lucina, S. Marci, S. Mariae in Cosmedin, S. Mariae Maior, S. Mariae in Porticu, S. Mariae in Scola Anglorum, S. Mariae trans Tiberim, S. Mariae in Via Lata, S. Martini, S. Martini in Montibus, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Petri, S. Praxedis, S. Priscae, S. Pudentianae, S. Sabinae, S. Spiritus hospitale, S. Susannae, S. Theodori; loca: Aventinus mons, Capitolium, Lateranum, Regiasolis palatium. — Romani 28, 25. 30, 20. 40, 45. 53, 10. 55, 1. 68, 15 — 70. 107, 35. 108, 40. 110, 50. 119, 5. 121. 129. 136. 137, 5. 138, 45. 151. 152. 156, 20. 163. 164, 1. 165. 171. 172, 15. 177. 181, 1. 182. 193. 220, 30. 223, 40. 228, 20. 229. 238. 239. 241. 244, 10. 250, 10. 284, 35. 307, 10. 316, 30. 321, 35. 327, 10. 328, 20. 332. 333. 336. 338, 5. 356. 378. 382. 383. 385. 406. 407, 1. 431, 10. 432, 1. 433. 436, 25. 439. 447, 1. 450, 30. 454, 15. 464, 20. 468, 30. 476. 477. 514. 517, 5. 572, 5. 586, 35. 611. 625. 626, 1. 645, 40; populus 61, 10. 192, 40. 364. 378. 402, 30. 465, 30. 483. 509. 511; senatores 151. 157, 1. 192, 45. 389, 1. 503, 25; senatores: Brancaleo, Manuel, Henricus, Carolus, Guido de Monte-forti; civis 27, 40. 437, 5. — Romana ecclesia 28, 40. 47, 20. 57. 58, 25. 60. 66. 67, 1. 69, 35. 110, 55. 129, 5. 133, 30. 135, 35. 136, 25. 138, 45. 148, 35. 149. 161, 15—164. 167, 20. 177. 179. 180, 25. 181, 5—183. 185, 15. 194. 219, 5. 224, 25. 236, 15. 246, 1. 251, 10. 253, 55. 256. 261, 45. 263. 270, 35. 275. 278, 5. 280, 30. 288. 317, 20. 319, 25. 327, 5. 331, 10. 342, 30. 343, 50. 344, 35. 349, 10. 352, 5. 354. 356. 362, 1. 364. 403, 1. 415, 15. 422. 430, 10. 434, 15. 437, 35. 439, 30. 450. 454, 15. 467, 40. 468, 10. 469, 5. 470, 40. 471, 10. 482, 40. 485, 30. 486, 25. 500, 30. 525, 45. 557, 30. 558, 1. 577, 1; Romana curia 41, 35. 42, 20. 121, 5. 126, 35. 132. 144, 1. 145. 151, 15. 153, 30. 154. 160, 35. 178, 1. 180, 15. 186, 30. 188, 30. 202, 30. 204, 20. 213, 40. 214, 5. 219, 30—221, 15. 224, 30. 226, 1. 227, 40. 234, 1. 235. 238, 30. 250, 40. 251, 40. 252, 1. 253, 1. 259, 35. 261. 268, 15. 273. 274, 10. 275, 40. 276, 1. 279, 45. 283, 25. 284, 15. 285, 10. 286. 290, 15. 295, 35. 296, 35. 301, 15—304, 1. 312—315, 20. 317, 30. 318, 10. 320. 324, 40. 325. 328. 330. 331, 20. 336, 20. 344, 20. 345. 352. 355. 356, 10. 358. 362, 40. 368. 369, 1. 372, 15. 375, 30. 379, 10. 380, 40. 381, 35. 399, 35. 401, 30. 402. 406, 20. 408, 1. 411. 412, 30. 416, 5. 419, 40. 420, 20. 422, 25. 424, 40. 428, 5. 430, 15. 431, 45. 434. 435, 30. 439. 440, 10. 446—448, 40. 465, 30. 466, 35. 469. 473. 475. 482, 5. 484. 507—509. 517, 30. 518, 1. 526, 10. 550, 15. 551, 10. 554, 15. 577, 35. 581, 1. 597, 20. 599, 5. 612, 40. 669, 25; cathedra 24, 50. 27, 25. 28, 10. 29. 31, 30. 51, 35; sedes 22, 25. 132, 5. 133, 30; cardinales 152. 167, 30. 502, 5; clerici 68; Roman. pontificum gesta 252, 15. — Romscot 21, 15. 107, 40. 443, 10. *Cf.* S. Petri denarius. — Romanum imperium 24, 55—26, 5. 29, 45. 40, 45. 73, 5. 149, 30. 158, 25. 160, 25. 167, 15. 210, 1. 238, 1. 258, 5. 307, 10. 314. 344, 35. 357, 40. 366, 30. 369, 40. 418, 5. 433, 5. 443, 40. 483, 30.

de Romagna: Gregorius.

Romanuiola 240, 30.

de Romano: Albericus, Ezelinus.

Romanus papa 530, 1.

Romanus card. episc. Portuensis, card. diac. S. Angeli 52—54. 60. 120, 25. 222. 401. 402, 30. 403.

Romanus decanus Eborac. 510, 20.

de Ros *(com. Pembroke)* comitatus 522, 35.

Rote: Ammanatus.

Rothomagum civ., *Rouen* 40, 40. 394, 5. 397, 15. 444, 10; archiepiscopus 34, 30; archiep.: Iohannes, Walterus, Theobaldus, Petrus.

(Rotroldus) episc. Ebroic. 436, 5.

Rotrodus III. comes Perticensis 73, 25; uxor: *falso* filia Henrici II. regis Angliae.

(Rubensis) Resensis eccl. 149, 1.

Rubeus, Rufus: Petrus canonicus Anagninus.

Rubeus, le Rus, dictus: Aldebrandinus comes.

(Rudolfus) Rodulphus, Radulfus, Radulphus; Rauf.

(Rudolfus) archiep. Tarantas. 383, 40.

Radulfus episc. Carleolensis 635, 35.

(Radulfus) episc. de Sancto Georgio 236, 45.

Radulphus de Maidenstone episc. Herford. 122, 35. 132, 30. 408, 20. 588, 1.

(Radulfus) episc. London. 503, 10.

(Radulfus) decanus S. Stephani Trecensis 362, 40.

Radulphus de Remis fr. Minor 562, 15. 565, 35.

Radulfus Hospitalarius 32, 45.

Rodulphus I. rex Rom., comes de Havekesburg 485, 20. 486, 5. 493, 15. 531, 30. 543, 30. 592, 25. 593, 5. 594, 1. 595, 20; filii: Albertus, Hartmannus.

(Rudolfus) III. dux Austriae 518, 15; uxor: Blanchia.

Radulfus (Balbus) dux Bawar., comes pal. Rheni 609.

Radulfus filius Nicholai, senescallus Henrici III. regis Angliae 71, 40. 117, 15. 130, 5. 254, 5. 407, 20. 420, 35.

Radulphus dom. de Neel, constabularius Franciae 495. 498, 5. 643, 15. 660, 1.

Radulphus de Cusey 317, 1.

Radulphus miles Friderici II. imp. 287.

Radulphus marescallus Friderici II. imp. 205, 30.

S. Rufinae card. episc. *v.* Portus.

Rufinus fr. Minor 566, 15.

S. Rufi prope Valentiam *(Valence)* domus 435, 25; abbas: Nicholaus (Adrianus IV. papa).

Rufus: Iohannes mag. *Cf.* Rubeus.

Runingemade, Runemede, pratum 48, 1. 556, 35.

Rupella, *La Rochelle* 45, 15. 117, 25. 398, 30.

Rupes-Monachorum castrum, *Roche-aux-Moines* 372, 1.

Russia, Ruscia, Russya 202, 1. 207. 208, 45. 209. 292, 25. 319, 35. 429, 20: R. Magna 572, 25. 573. — Rusceni, Ruceni 208, 1. 573, 10. *Cf.* Rutheni.

Russinol: Gyrardus fr. Minor.

Russoli: Ivamus.

Rustandus, Rustannus, mag., subdiac. papae, Wasconensis 353, 35 — 356. 358. 359, 1. 361, 20. 362, 30. 374, 15. 379. 381, 15. 384, 15. 477, 35. 509, 50. 510, 5. 511, 5.

Rusticus Cambii mercator Florent. 362, 30.

Rutheni 210, 20. 211, 10 (Pructeni).

Rynkowyge *v.* Rhenus fl.


## S.


Sabaudia, Sebaudia, Sabaldia, Saveia; Sauvay, Saweie 301, 5. 303, 35. 319, 30. 424, 35. 425, 1. 429, 5. 452, 10. 453, 35. 474, 25. 475, 20. 520, 20. — Sabaudienses, Sabaudi, Saveienses, Saweienses 315, 25. 333, 1. 357, 25. 359, 40. 362, 10. 424, 25. 481, 35. 590, 15. 601, 15; comites: Thomas I, Amadeus III, Philippus, Amadeus IV (V); de S.: Laurence, Petrus.

de Sabellis: Iacobus card. diac. (Honorius IV. papa).

de Sabello: Lucas capitaneus.

de Sancta Sabina: Thomas.

S. Sabinae eccl. Rom. card. presb.: Thomas, Hugo.

Sabinenses 336, 40; card. episc.: Iohannes VII, Gaufridus (Celestinus IV. papa), Willelmus, Guido (Clemens IV. papa), Petrus Hispanus.

Sabinianus papa 529, 10.

de Sabulis: Robertus.

de Saicrme (?) rex 524, 30.

Salahadinus, Salaadinus, Saladinus, soldanus Aegypti et Syriae 34. 38, 40. 113, 5. 114, 10. 394. 444, 45. 445, 15. 462, 30. 544, 40. 586, 25. 630, 10.

Sale castrum, *Sala Consilina aut Sala di Gioi* 282. 283, 20.

Salepesbiria, Salopesbire, *Shrewsbury* 335, 25.

Salernum civ. 284, 10. 438, 5; de S.: Walterus archiep. Tuam., Robertus mon. S. Albani.

Salesberia *v.* Saresberia.

de Salis: Bonefacius.

Salamon fr. Minor 561, 40.

Salomon rex Ungariae 26, 5.

S. Salvatoris monast. Messan. 149, 5.

Salviscus rex Franc. *(fabul.)* 107, 1.

Salzeburgensis, Salburgensis archiepiscopus 266, 40. 267; archiep.: Conradus IV.

Sanchia, Senchia, Sciencia, Sincia, Cincia, Cinthia, Cyntia; Ssenche, uxor Ricardi regis Rom., fil. Raimundi Berengarii IV. com. Provinc., 225, 35. 228, 45. 229. 234, 25. 281, 40. 312, 5. 347. 349, 30. 372, 30—376, 40. 387, 25. 416. 417, 30. 428, 10. 449, 30. 455, 30. 468, 35. 476. 478, 10. 479. 508. 510, 30. 511, 35. 532, 40. 533, 40. 534, 15. 557, 40. 558, 1. 589, 1. 599, 25. 667. 668, 1.

(Sanctius) archiep. Toletan. 354, 30. 355, 45.

(Sancius) V. rex Navarrae 35, 30; fil.: Berengaria.

Sandwicus, Sandicus, Sandewiche, Sandwyz, Sanwiz, Sandwicensis portus, *Sandwich* 38, 25. 72, 5. 114, 20. 130, 15. 492, 45. 493, 1. 531, 50. 532, 5. 559, 40. 586, 30. 598, 1. 610, 30.

de Sanfordia, Sanforde, Saunforde: Robertus Templarius, Iohannes archiep. Dublin.

Sanwicum *v.* Witsand.

Saphet fl., *Salef* 35, 30.

Sardinia, Sardania 147, 40 — 149, 15. 175, 25. 327, 5. 411, 30. 448, 40. 466, 5. 507, 55. — Sardanici iudices 148, 15; episc. 148, 15; rex: Hensius.

Saresberia, Sarum, Salesberia, *Salisbury* 27, 35; eccl. 137, 25. 234, 45. 246, 10; praebenda 235, 20. 469, 10; Sarisbirienses, Sarisburienses episc.: Hubertus Walteri, Ricardus Robertus, Aegidius, Nicolaus de Longespeye, Simon de Gaunt; Salesburiensis, de Salesbury comes: Willelmus Longa-spata.

(Sarnensis) Sarentinensis eccl. 149, 1.

Sarra *v.* Schaira.

Sarraceni, Saraceni, Sarasceni 24, 1. 29, 55. 48, 40. 50, 35. 51, 25. 60. 63, 15. 64. 66. 124, 40. 125, 35. 134, 35. 139. 145, 10. 147, 15. 154. 170, 35. 181, 45. 185, 35. 191, 15. 211, 45. 213, 5. 219, 20. 222, 35. 223, 30. 227, 25. 230, 5. 244, 15. 258, 5. 259. 265, 30. 281, 15. 305. 306. 313, 40. 315, 10. 326, 10. 340, 25. 348, 30. 349, 10. 351. 354, 35. 400, 5. 410, 35. 416, 40. 453, 50. 466, 50. 483, 20. 538, 35. 573, 40. 574, 1. 577, 1. 578, 35. 582, 30. 583, 20. 591, 35. 630; Sarracenae, Sarracenicae mulieres, puellae, meretriculae 147, 15. 220, 15. 230, 5. 244, 15. 259. 416, 40. 417, 50. — Sarraceni Hispaniae 381, 35. 382, 10.

Sarracenus: Petrus civis Rom.

Saumur 34, 25.

Saunforde *v.* Sanfordia.

Sauromatae 357, 45.

de Sautre, *Sawtry (com. Huntingdon)*, abbas: Willelmus.

Savaricus episc. Bathon., archidiac. Norhamton. 37, 15. 395, 15.

Saveia *v.* Sabaudia.

Saverne fl., *Severn* 314, 20.

(Saviniaensis) Savianencis abbas: Stephanus de Lexinton.

(Savona) Seine 35, 10.

Saxonia; Sesoyne 23. 24, 25. 208, 5. 498, 10. 572, 35. — Saxones 20. 21, 25. 107, 15. 108, 30. 434, 25; dux 266. 367, 15; duces: Witicindus, Albion, Leuculfus, Heinricus Leo, Heinricus comes pal., Albertus I, Otto Puer Brunswic. *(falso)*.

Saxones Occidentales (in Anglia) 21, 10; reges: Brithricus, Athelwulfus.

Scalonia *v.* Sclavonia.

Scandelin insula 24, 25.

Sceaf, Schef, Aelfredi regis proavus *fabul.* 24, 25.

Schaira, Scarra, Sarra de Columpna 500, 40. 622—624.

Sciencia *v.* Sanchia.

(Scilly) *v.* Sully.

(Scythia) Sithia 202, 1. — Sicii 206, 40. 213, 25.

Sclavonia, Scalonia 36, 30. 340, 35. 573, 25. — Sclavonica lingua 573, 10.

Scloamir, Solamur, 23, 40. 109, 20.

Scola Anglicana Rom. *v.* S. Spiritus hosp. Rom.

Scotia, Scocia, Scothia; Escoce, Escoz 28, 5. 73, 15. 140, 25. 159, 25. 196, 15. 212, 40. 221. 229, 1. 246, 15. 247, 1. 287, 1. 311, 35. 354, 1. 419, 30. 443, 20. 454, 25. 466, 30. 467, 20. 487, 5. 490, 35. 503, 35. 508, 20. 519, 15. 522—524. 553, 35. 559, 10. 563, 10. 595. 600. 603. 618, 40; rex 140, 25. 196, 20. 244, 30. 390, 10. 419. 455, 15. 470, 15. 635. 655, 25. 658, 35; reges: Malcolmus III, David, Willelmus, Alexander II, Alexander III, Iohannes; Scothiae mercatores 542, 10. — Scoti, Scotti; Escot 69, 15. 595, 40. 638. 640. 658, 30; Scoti: Michael, Marianus, Iohannes mag. — Scociae leges 523, 1.

de Scotinni, Scotinny: Walterus.

Scotti: Perinus mercator Senen.

Sebaudia *v.* Sabaudia.

Secana *v.* Sequana.

de Sectavilla: Iohannes.

Secusia, *Susa* 280, 15; de Susa, Seusa: Henricus archiep. Ebredun.

de Sodenefeld: Garinus fr. Minor.

Sedunensis *(Sitten)* episc. 267, 30.

de Segrave: Gilebertus, Stephanus.

Seine *v.* Savona.

Selandia, Sellanda 334. 500, 5. 593, 30; comites *v. sub* Hollandia.

in Selio *(Seljoe prope Stat promontorium)* monast.: S. Albani.

Semigallia 573, 1. — Semigalli 573, 5.

Senchia *v.* Sanchia.

Senebaldus *v.* Sinebaldus.

Seneca philos. 307, 40. 426, 1.

Senecensis *(Sénez)* episc. 267, 30.

Senensis civ., *Siena* 484, 5; de Senis canon.: Bernardus. — Senenses 183, 15; mercatores et cives 361. 362. 590, 5; Senisius mag. 381, 15.

Senonis civ., *Sens* 31, 55.

Sequana, Secana, fl., *Seine* 44, 10. 403, 25. 526, 25.

Sergius I. papa 529, 20.

Sergius II. papa, Os-porci antea vocatus 529.

Sergius III. papa 530, 5.

Sergius IV. papa 530, 20.

Sesoyne *v.* Saxonia.

de Seuly, *Sully (Loiret, arr. Gien)*: Henricus.

Severianus papa 529, 10.

de S. Severino comes: Iordanus; de S. S.: Thomasius, Willelmus.

S. Severii casale, *Sansevero* 155, 10.

Severus imp. 531, 1.

Sewalus archiep. Eborac. 370, 5. 381, 25.

de Shirewode: Guillelmus thessaur. Lincoln.

Sibilla, fil. Priamidis, prophetissa 107, 1. 217, 25.

(Sichen) Sychen civ. quae Neapolis dicitur 64, 1.

(Sidon) Sydonis civ. 64.

Sicilia, Scicilia, Cicilia, Cecilia; Cecille, Cezylle; Siciliae regnum 37, 35. 39, 35. 49, 20. 60, 40. 67, 15. 142, 45. 154—156, 25. 158, 25. 162, 45. 163, 25. 170, 1. 171, 5. 172, 10. 174. 176, 10. 178, 20. 183, 35. 184, 1. 192, 20. 212, 40. 219, 25. 241, 40. 263, 30. 264, 25—266. 282, 25. 290, 25. 292, 30. 306, 10. 321, 1. 323. 327, 5. 331, 20. 338, 45. 342, 25. 343, 50. 345. 346. 348, 35. 351, 5. 352, 5. 353, 20. 357, 10. 361. 362, 1. 363, 5. 368, 20. 369, 25. 383, 25. 384. 405, 10. 414, 40. 426, 20. 427, 30. 447, 30. 449, 5. 455, 5. 467, 25. 483, 5. 484, 20. 485, 25. 507, 40. 508, 1. 517. 575, 25. 601, 15. 611, 25. 633, 15. 649, 20. 661, 15. — Siculi, Sicli, Seculi 121, 30. 290, 30. 328. 338, 20. 345, 35. 349, 20. 353, 20. 360, 40. 361, 5. 455, 5. 473, 45; reges: Rogerus II, Willelmus I, Willelmus II, Tancredus, Constantia et Henricus (VI. imp.), Fridericus (II. imp.), Conradus (IV. rex Rom.), Manfredus, Carolus I. de Andegavia, Fridericus. — Siculus lictor 306, 10.

**(Sigfridus) Sifredus, Syfridus, Siefredus.**

Syfridus (de Westerburg) archiep. Colon. 486, 20. 520, 25. 594, 30. 596, 15. 607—609, 15. 653, 15.

(Sigfridus) III. archiep. Mogunt. 300, 45. 309, 15. 426, 40. 474, 20. 508, 45. 589, 15.

(Sigfridus) III. episc. August. 58, 5.

Sifredus episc. Cicestr., abbas Glaston. 391, 20.

Sigisbertus, Sigibertus, Sigebertus, Gemblacensis historiographus 20, 30. 28. 107, 15. 108, 5. 111. 390, 1. 443, 40.

(Sigurd) archiep. Nithdrosiae 302. 303, 1.

Silverius papa 529, 1.

S. Silvestri eccl. Viterbii 539, 1. 592, 1.

Silvester I. papa 529, 25.

Silvester II. papa, Gerebertus archiep. Rem. et Ravenn. 25, 50. 530, 15.

Silvester III. antipapa 530, 25.

Silvester: Bernardus.

(Silvia) Sylviae portus, *Silves* 34, 20.

Simon de Turonis card. presb. S. Caeciliae, Martinus IV. papa.

Simon card. episc. Praenest., II. archiep. Bituric. 490. 613, 10—615.

(Simon) card. presb. S. Balbinae, prior de Caritate 611, 35.

(Simon) I. archiep. Bituric. 52, 5.

Simon de Apulia episc. Exon., decanus Eborac. 117, 30. 397, 20. 399, 5. 506, 30.

Simon de Wautone episc. Norwic. 511, 45. 599, 20.

Symon de Gandavo episc. Saresber. 493, 5.

Symon episc. Wigorn. 29, 30. 391, 20.

(Simon) abbas S. Edmundi 386, 15.

Simon Normannus mag., archidiac. Norwic., consiliarius Henrici III. regis Angliae 182, 15. 186, 15. 311.

Simon de Thurnai mag. 116. 397, 5.

Simon de Esseby fr. Minor 561, 10.

Simon de Monte-forti comes Leicestriae 142, 20. 144, 1. 145, 1. 146, 35. 194, 40. 314, 40. 315, 30. 322, 10. 385, 5. 386, 20. 388. 410, 40. 480—482. 510, 50. 514—516. 520, 15. 535, 45. 536, 5. 538, 40. 539, 20. 544, 50. 549, 35. 550, 20. 554, 35. 557, 15. 558, 15. 599, 30. 601, 20. 634, 5. 652, 40. 668. 669, 5; uxor: Alienora; fil.: Guido, Simon, Amalricus.

Simon de Monte-forti, fil. Simonis com. Leicestriae, 482, 45 — 484, 5. 516. 536, 10. 538, 40. 539. 551, 25. 558, 15. 592, 5. 668, 25.

Symon de Tuscia comes *falso voc.* 229, 45.

Simon de Claro-monte 340, 20.

Symon Gerardus mercator Bonefacii VIII. papae 624, 1.

Simon Magus 257, 30.

Symonetti: Gyrardus.

Simplicius papa 529, 40.

Sincia *v.* Sanchia.

Sinibaldus, Senebaldus, card. presb. S. Laurentii in Lucina, Innocentius IV. papa.

Sinicius cler. camerae papae 518, n. 3.

Sipha, fil. Odonis comestabuli Hierosol., 167, 15.

Siricius papa 529, 30.

Sisinnius papa 529, 25.

Sisterciensis *(Sistéron)* episc. 267, 35.

Sivard, Syward: Ricardus.

S. Syxtus I. papa 529, 10.

Sixtus II. papa 529, 20.

Syxtus III. papa 529, 35.

Slaswic, nunc Haithebi opp., *Schleswig* 24, 30; Salesnicensis episc. 267, 25.

Sniterle, Sniterleye 606.

Solamur *v.* Scloamir.

Soldena, *Sudak* 572, 20.

de Solerio: Reinerius praepos. Yporiensis.

Solodorum castrum, *Solothurn* 20, 25. 107, 5.

Sona fl., *Saone* 285, 5.

Sophia landegr., ducissa Brabant., fil. Ludovici IV. landegr. Thuring., 340, 35.

Sorana civ., *Sora* 156, 10; eccl. 149, 5. 156, 10.

de Soteini *(Sottegem)*: Gerardus.

Soter papa 529, 10.

de Sotingdunn: Robertus.

Spilatus, Hyspiliatus, Camby mercator Florent. 362. — Spiliati: Restorus.

de Spineto: Petrus (Iohannes XXI. papa).

Spinorum, Spinae, societas mercatorum Florent. 612. — Spine, Speyne: Mainetto.

S. Spiritus hospitale Rom., Scola Anglorum 21. 22, 15. 107, 35. 359, 15. 434, 15; eccl.: S. Mariae.

Spira civ. 267, 10; episc. 267, 20.

Spoletum; Spolete, civ. 70, 35. 128, 30; episc.: Nicolaus. — Spoletana vallis 205, 30. 482, 40; Sp. vallis civitates et nobiles 183, 25. — Sp. ducatus 185, 5; duces: Conradus, Rainaldus.

Squilatensis *(Squillace)* eccl. 149, 1; eccl. cathedralis 149, 20. 154, 15.

de Stagno: Willelmus.

Stamfordia *(in Lincoln. com.)* 568, 35.

Stanes, *Staines* 48, 1.

Stanhore, *Stonar* 50, 10.

(S. Stephani in monte Caelio eccl. Rom.) card. presb.: Robertus Curçun.

S. Stephani eccl. Treconsis decanus: Radulfus.

S. Stephani capella apud Westmonasterium 532, 35.

S. Stephani insula 35, 10.

Stephanus I. papa 529, 20.

Stephanus II. papa 529, 25.

Stephanus IV. papa 529, 25.

Stephanus V. papa 24, 55. 109, 45. 529, 30.

Stephanus VI. papa 529, 40.

Stephanus VII. papa 530, 1.

Stephanus VIII. papa 530, 5.

Stephanus IX. papa 530, 5.

Stephanus X. papa 530, 25.

Stephanus de Langetune card. S. Chrysogoni, archiep. Cantuar. 42, 10. 43, 30. 56. 116, 40. 390, 15. 398, 1. 402, 20. 441—443, 15. 555, 30. 586, 45. 665, 40.

Stephanus Filius-comitis card. presb. S. Mariae trans Tiberim 228, 5. 240, 15.

Stephanus elect. Bardenensis (?) 288, 45.

(Stephanus) episc. Cicestr. 549, 30.

(Stephanus) II. episc. Vatiensis 211, 1.

(Stephanus) de Lexintona abbas Clarevall. et Saviniac. 215, 20. 355, 5.

(Stephanus) prior de Thetfordia, Provincialis, mon. Cluniac. 301, 20.

S(tephanus?) archidiac. Cantuar. 518, n. 3.

Stephanus mag., capellanus Gregorii IX. papae 65, 35. 66. 126. 128, 40. 405, 5. 447, 30. 463, 40. 507, 40. 548, 20.

Stephanus rex Angliae 435. 578.

Stephanus Cheinduit 375, 5.

Stephanus de Messana 577, n. 7.

Stephanus de Segrave 68, 40.

Styriae dux 209, 20.

Stollius pirata *falso pro* stolio 215, 15. 216, 20.

Stratford, Estratfor, *prope Lundinium* 536, 25. 591, 20. 599, 40.

Stratheburg *v.* Argentin.

Strivelyn, *Stirling* 638, 20.

Suanus rex Daciae et Norwag. 28, 15. 390, 20; fil.: Cnuto Magnus.

Suanus, fil. Godwini com., 27, 30.

de Sublaco, *Subiaco*: Bonushomo.

Suecia, Swecia, Suescia, 290, 25. 291, 45. 324, 10. 451, 30. 572, 30. — Swathedi 23, 45.

de Suessa: Taddeus mag.

Suessionensis *(Soissons)* episc.: Guido.

Suevia 28, 15; Sueviae, Suaviae ducatus 284, 40; dux 266, 35. 267, 15; duces: Philippus rex Rom., Conradus IV. rex Rom. — Suessorum comites 284, 40.

de Sufeld *(Suffield)*: Walterus electus Norwic.

Suffolchia, Suthfolc, Sufolc; Suffoulke, *Suffolk* 48, 30. 118, 1. 617, 35; vicecomites 609, 40. 615, 45. 617, 5.

Sully insula, *Scilly* 226, 30.

de Sumercote, Sumercota: Robertus card. diac. S. Eustachii.

de Supino, Supine, Suppine: Petrus cler., Reginaldus.

Surianum castrum *prope Viterbium* 593, 10.

Susa *v.* Secusia.

(S. Susannae eccl. Rom.) card. presb.: Gaufridus.

Suthamtonia, *Southampton* 610, 30.

de Suthewerc *(Southwark)* eccl.: S. Mariae.

Suthfolc *v.* Suffolchia.

Sutrium civ., *Sutri* 243, 1. 469, 30.

Suwellensis *(Southwell)* canon.: Iohannes Clarel.

Suzerhuse, *Suirhusum* 51, 5.

Swathedi, Swecia *v.* Suecia.

Swine, le Swyne, Suyne, portus Flandriae, *Zwin* 44. 526, 25. 597, 15. 606, 30. 614, 35. 636, 5. 640. *Cf.* Escluse.

Symachus papa 529, 40.

Syria, Siria 55, 25. 61, 30. 62, 20. 124, 20. 162, 40. 163, 5. 168, 25. 170. 183, 10. 257, 10. 402, 45. 567, 1. 568, 30. 572, 35. 630, 20. — Siriani 126, 10; Surianorum episc. 66, 15.


## T.


Tacitus imp. 531, 10.

Taddeus *v.* Thadeus.

Tanais fl., *Don* 572, 25. 573, 10.

Tanet insula, *Thanet (Cantiae)* 50, 10.

Tancredus, Tancrede, rex Siciliae 35. 37, 40. 39, 35. 649, 20. 650; filia 35, 25; eius palatium 35, 40.

Taraconta insula 206, 40.

Tarantasiensis, Tarentanus *(Tarentaise)* archiep. 267, 25; archiep.: Rudolfus. — de Tarentesia: Petrus card. episc. Ost. (Innocentius V. papa).

Tarascum, Tharascum, *Tarascon* 195, 15. 464, 30.

Tarcagonensis *(Tarragona)* episc.: Petrus.

Tarentinus archiep.: Henricus.

Tartar fl. 206, 40.

Tartari, Tatari, Tattari, Tartarei 145, 10. 185. 200, 30. 205—214, 40. 217, 30. 218. 230, 40 — 233. 235. 237, 30. 257, 10. 258. 268, 25. 285, 40. 288, 45. 292, 25. 301, 40. 306, 40. 310, 45. 312, 40. 341, 1. 424, 40. 479, 5. 510, 50. 551, 30. 572—574, 1. 577, 1. 578, 35. 588, 10; T. regnum 258; rex 258; rex: Zingiton (Dschingis-kan). — Tartarica tempestas 238, 10.

Tarvisia marchia *v.* Tervisium.

de Tateshale: Robertus.

Taurinum, Torina, Taurinensis civ. 143, 25. 278, 30. 295, 10. 352, 40. 357. 359, 40. 360. 362, 5. 363, 10. 375, 20. 380, 15. 452, 5. 510, 1. — Taurini, Taurinenses, Thorinenses, Torini 357, 20. 359, 45. 360. 379, 40. 509, 55. 510, 5.

de Tayster: Iohannes.

Telesphorus papa 529, 10.

Templi militiae Ierosolim. domus 55, 30. 64, 10. 259, 5. 317, 5. 343. 507, 35. — Templarii, Templi fratres 36, 30. 48, 10. 57, 25. 60. 61, 20. 66. 70, 35. 123 — 125. 138. 149, 25. 155, 15. 170, 40. 223. 224, 35. 228, 25. 236, 40. 237. 264, 40. 265, 10. 275, 10. 288, 15. 308, 30. 311, 1. 319, 40. 338, 40. 345, 25. 404. 410, 15. 416, 25. 418, 15. 428, 40. 429, 25. 446, 50. 447. 449, 25. 463, 40. 490, 35. 491, 1. 507, 30. 599, 1. 626, 10; mag.: Petrus; in Auglia mag.: Robertus de Sanfordia; milites: Durandus, Galfridus, Thomas. — Templi militum domus iuxta Doveram 43, 35.

Templum Novum London. 490, 30. 567, 35. 605, 15.

Templum Vetus London. 41, 15. 447, 50.

Terrae Maioris monast., *Torre Maggiore* 149, 20. 154, 15. 155, 5.

Terra Sancta *v.* Ierusalem.

Tervisium civ., *Treviso* 152, 10. 169, 1. 184, 25; Tervisiae, Tervisina, Tarvisiae, Truvisii marchia 156, 40. 183, 30. 184, 30. 205, 30. 264, 10; dux 209, 20 (*falso pro* Carniolae); nobiles 240. — de Tervise: Henricus fr. Minor.

Teutonia *v.* Theut.

Teukesburi, *Tewkesbury* 667, 1; de Teukesbury: Petrus min. fr. Minorum.

Thacun: Hugo.

Thadeus, Taddeus, de Suessa consiliarius Friderici II. imp. 165, 35. 166, 20. 237, 45. 239, 20. 258—262, 10. 263, 15. 267, 1. 268. 277, 10. 289, 45. 294, 45. 295, 5. 297. 298, 30. 316, 1. 424, 15. 425, 15. 427, 15. 451, 46. 471. 472, 1. 474, 55.

Thamensis fl., *Themse* 24, 45. 370, 40.

Tharascum *v.* Tarascum.

Tharsi terra 206, 45.

Thealdus *v.* Theodaldus.

de Thebea legione reliquiae 437, 1.

Thedmarus *v.* Theodmarus.

Theford, *Thetford* 301; 25. 616, 15; prior: Stephanus; Theffordenses episc.: Arfastus, Willelmus.

de Theles: Robertus fr.

Thelesporus *v.* Telesphorus.

Theobaldus, Theodbaldus, Thebaldus.

Theobaldus archiep. Cantuar. 578, 50.

(Theobaldus) archiep. Rothomag. 51, 35. 52, 5.

Theobaldus de Barro episc. Leod. 554, 5.

Theobaldus prior de Hurleia 235, 5.

(Theobaldus) II. rex Navariae 376, 20. 381, 35; uxor: Isabella.

(Theobaldus) II. comes Barrensis 272, 25. 285, 10. 308, 10. 334. 340, 15. 413, 1. 421, 5. 426, 5.

Theodbaldus IV. comes Blesensis 31, 45. (*falso* Flandrensis); fil.: Theobaldus.

(Theobaldus) V. comes Blesensis, III. comes Campanensis, fil. Theobaldi IV. com. Bles., 47, 1. 53 (*falso* Henricus). 54, 40. 67, 40. 132, 35.

Theobaldus Franciscus, Francigena, nobilis de Apulia 205, 30. 282. 284, 25. 473, 5.

Theodaldus, Thealdus, Theobaldus, archidiac. Leod., Gregorius X. papa.

(Theodoricus) archiep. Ravenn. 164, 30. 171, 30. 172, 30. 185, 10.

Theodoricus prior Hospitalis S. Iohannis 138. 196, 25. 410, 15.

(Theodericus) V. comes Clevensis 334, 15.

(Theodericus) VII. comes Clevensis 603, 20.

Thedmarus, Tedmar, de Bremensi civ. 544; uxor: Iuliana; fil.: Arnaldus.

S. Theodori eccl. Rom. card. diac.: Gregorius.

Theodorus I. papa 529, 15.

Theodorus II. papa 530, 1.

Theodorus Comanus (princ. Epiri) 306, 30.

Theodosius I. imp. 531, 20.

Theodosius II. imp. 531, 25.

Theodosius III. imp. 531, 1.

Theophrastus 575, 35.

Theutonia, Teutonia 36, 30. 57, 5. 163, 15. 165, 5. 174, 5. 208. 283, 25. — Teutonici 37, 45. 51, 25. 114, 15. 208, 10. 264, 25. 400, 1. 479, 20. 486, 20. 488, 1. 595, 30. — Theutonica lingua, Teutonicum 36, 50. 572, 20; Theutonicus furor 233, 15. — Theutonicus: Waleramus castell. Berchamstud.

Theutonicorum domus S. Mariae Ierosolim. 55, 30. 223, 25. 259, 5. 418, 20; conventus 237, 1; fratres 228, 30. 236, 40. 251, 5. 428, 40. 449, 25; mag.: Hermannus, Henricus. — S. Mariae Theutonicorum castrum prope Accon 64, 25.

Thinge *v.* Tuenge.

Tholetum, Tholosa *v.* Toletum, Tolosa.

Thomas, Thomasius, card. presb. S. Sabinae 63, 10. 175, 10. 264. 265, 25.

S. Thomas archiep. Cantuar. 31, 50. 32. 72, 5. 112. 247, 20. 393, 5. 445, 10. 543, 45.

(Thomas) episc. Argiensis *(Erlau)* Ungariae 50, 40.

(Thomas?) prior de Walingefordia 373, 45.

Thomas de Thynemue canon. de Meretona 439, 10.

Thomas capellanus Reineri de Viterbio 217, 20.

Thomas (de Eccleston) fr. Minor 561, 10.

Thomas (de Aquino) philosophus 580, 20.

Thomas Templarius 134, 10.

Thomas comes de Acerra 60. 62 (*falso*). 125, 25. 264, 25.

Thomas I. comes Sabaud. 132, 20. 375. 518, n. 3; liberi: Amadeus, Thomas comes Flandr., Bonifacius, Petrus comes Richmund., Philippus, Humbertus, Willelmus, Aimo, Beatrix.

Thomas II. de Sabaudia comes Flandr., fil. Thomae I. com. Sabaud., 178. 182, 20. 189. 190. 244, 35. 246. 247, 1. 295. 296, 1. 311, 25. 326. 330. 352, 40. 357. 359. 360. 362. 375, 20. 379, 40. 380. 388. 412. 413, 35. 419. 424. 448, 45. 450, 15. 452, 5. 465, 5. 466, 15. 470, 15. 474, 50. 475, 35. 476. 508, 20. 509, 55. 510, 5; uxores: Iohanna, Beatrix de Flisco; fil.: Margareta.

(Thomas) comes Pertic. 47, 1. 51, 10.

Thomas de Clare 483, 10.

Thomas de Herdintona 117, 15.

Thomas de Turblevile 616.

Thomas, fil. Arnaldi de Greniagge, 544.

Thomasius de S. Severino 282, 30.

Thorinenses *v.* Taurinum.

Thoringus *(de Thoenengo, Todenengo)*: Otto card. diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

(Thracia) Tracia 30, 5.

Thuringia, Duringia, Doringia, Turriginia 340, 45; landegravius 266, 35. 367, 15; landegr.: Hermannus I, Ludowicus IV, Henricus Raspe.

Thurdrakt *v.* Durdrech.

de Thurkebi: Rogerus.

Thurstinus archiep. Eborac. 629, 25.

Thusicanum *v.* Tus.

de Thynemue, *Tynemouth*: Thomas canon. de Meretona.

Tyberis fl. 35, 15.

Tyberius I. imp. 530, 25.

Tyberius II. imp. 531, 30.

Tyberius III. imp. 531, 1.

Tiburna, Tiburtina civ. 332, 40. — Tiburtini 336, 40.

Ticinum *v.* Papia.

Tykehille, *Tickhill* 514, 25.

Titus, Tytus, imp. 350, 1. 530, 30.

de Tocco: Willelmus.

Toletanus archiep.: Sanctius. — Tholeti puteus sulphureus 326, 5. — de Toleto: Iohannes card. presb. S. Laurentii in Lucina. — Tholetani astronomici 62, 5.

Tolomei: Christoforus mercator Senen.

(Tolosa) Tholosa 51, 25. 119, 35; episc.: Fulco. — Tolosanae partes 587, 5. 631, 5; com.: Raimundus VI, Raimundus VII. *Cf.* S. Aegidius.

Torinum *v.* Taurinum.

(Tornacum) Turnay 641, 20; de Thurnai: Symon mag.

Tostius comes (Northanhumbr.), fil. Godwini com., 27, 25. 28. 110, 25; uxor: Iudith.

Traianus imp. 530, 30.

Traiectensis, Traiacensis *(Utrecht)* episc. 267, 20; episc.: Otto II, Iohannes.

de Trane: Galfridus card. diac. S. Hadriani.

Transalpini 330, 45. 354, 15. 420, 35. 439, 5; mercatores 353, 5. — Transalpinae partes 133, 15. 331, 1. 355, 35. 409, 1; Tr. clericus 358, 20; iter 358, 35; militia 237, 40.

Trapes, Trapensis portus, *Trapani* 219. 414, 40. 449, 5. 467, 25. 483, 20 (Trapolis). 508, 1. 634, 10.

Travers: Iohannes vicecomes London.
Traversanus (Traversarius): Paulus.
Trecae, *Troyes* 252, 25; eccl.: S. Stephani; episc.: Nicolaus; officialis: Mathens de Alperino; de Trecis: Iacobus patr. Ierosol.
Treverenses 379, 40; archiep. 34, 30. 267, 25. 367, 15; archiep.: Leo (?), Willelmus, Arnoldus. — Treverense concilium 487, 25.
Tria, *Trie prope Gisors* 34, 1.
(Tricastinensis) Tucatinensis *(St. Paul-trois-Châteaux)* episc. 267, 35.
S. Trinitatis ordo 568, 40.
S. Trinitatis eccl. Norwic. 603, 25.
Tripolitanus episc.: Bernardus II.
Trivallis castrum, *Trifels* 37, 20. 395, 15.
Troia 333, 40. 340, 5. *Cf.* Pergama.
de Troblevilla: Henricus.
Tuamensis archiep.: Walterus de Salerne.
Tueda *v.* Tweda.
de Tuonge, Thinge: Robertus.
Tullensis *(Toul)* episc. 267, 25.
Tunis, Tunes, civ. 483, 20. 653, 5; rex 538, 30; Tunicii, Thunycus, Tunixus rex: Yahia-Abu-Zakaria.
de Tur de Pin *(La Tour du Pin)* dominus 326, 30.
(Turanschab) sold. Babilon. 317, 5. 326, 5.
de Turbleville, *Saint-Ouen de Touberville:* Thomas.
Turc. 30, 35.
Turonis civ., *Tours* 23, 35. 31, 50. 393, 10. 437, 35. 444, 25. 562, 15; archiepiscopus 34, 30; archiep.: S. Martinus, Iohannes; archidiac. 288, 15. — Turoniae comitatus, Turonica 73, 15. 553, 5. — de T.: Simon (Martinus IV. papa). — Turonenses denarii 314, 35.
Turris, Thures, et Gallurae rex: Hensius.
Turris London. 480, 30. 535. 537, 30. 550, 5. 553, 15.
Tuscia, Tussia 163, 20. 164, 35. 171, 20. 185, 5. 210, 40. 231, 20. 264, 15. 267, 40. 283, 1. 483, 10. 484, 35. 485, 10. 625, 30. — Tusci, Tuscani 241, 1. 243, 10. 418, 25. 483, 15. — de Tuscia comes: Simon.
Tusculanus, Thusculanensis card. episc.: Nicholaus. — Tusculenses 336, 40.
(Tusic.) Thusicanum civ., *Toscanello?* 441, 10.
Tweda, Tueda, *Tweed* 522—524.
Tyna fl., *Tyne* 553, 35. 610, 30.
Tyronenses *(Tyrus)* archiep.: Willelmus, Petrus. — Turonis terra 64, 15.
Tyrenum, Tirenum, mare 212, 40. 215, 5.

## U.

Uberti: Durazo, Massius.
Ubertus, Ugonis *v.* Hu.
(Ulixibona) Lexebona, Lissebona civ., *Lissabon* 51, 20. 111, 45. 392, 35.
(Ulricus) comes de Wirtemberg (Citobergo) 284, 40.
Unciliacum *v.* Viciliacum.
Ungaria, Hungaria 27, 35. 28, 5. 30, 5. 34, 25. 206. 207, 20—209, 45. 211. 235, 40. 236, 1. 257, 10. 285, 40. 288, 45. 454, 25. 479, 10. 572, 25. 573. 580, 25. 588, 10; H. Maior 145, 10. 185, 30. — Hungari, Hungri, Hunni 210, 39. 273, 10. 573, 15; reges: Salomon, Andreas II, Bela IV, Colomannus. — Hungarus quidam 326, 5.
Upsetelintone villa, *Upsetlington* 522, 10.
Urbanus I. papa 529, 15.
Urbanus II. papa, Odo card. episc. Ost. 28. 110. 390, 45. 443, 40. 530, 30. 586, 1.
Urbanus III. papa 33, 55. 113, 1. 394. 444, 45. 530, 5.
Urbanus IV. papa, Iacobus de Trecis patr. Ierosolym. 479—482, 1. 530, 10. 549, 20. 550. 554, 35. 557, 30. 590, 25. 591, 10. 599. 601, 20. 633. 634, 5.
Urbs-vetus, *Orvieto* 484, 20. 592, 20. 605, 10. — Urbevetani 610, 45.
Ursini gens Rom. 611. 625, 30; Ursinus: Bertholdus capitaneus.
S. (Ursus) Ursa 20, 25.
Usimbardi: Bartholomeus.

## V. *Cf.* F. W.

de Vair: Baldewinus miles.
Valana *v.* Valven.
Valencenense opp., *Valenciennes* 255, 45.
Valens imp. 531, 20.
Valentia, Valencia, *Valence* 311, 45; de V.: Eimerus; Valenciae, Valentinus, Balentinus episcopatus 249, 20. 254, 35; episcopus 267, 35; episc.: Willelmus de Sabaudia, Bonifacius de Sabaudia, Philippus de Sabaudia. de V.: Willelmus comes Pembrok.
Valentinianus I. imp. 531, 20.
Valentinianus II. imp. 531, 20.
Valentinianus III. imp. 20, 30. 531, 25.
Valentinus papa 529, 30.
Valerianus imp. 531, 5.
Valerius (Galerius) imp. 531, 10.
Valven, Theutonice dicti Cumani 208, 15. — Valana dicta Cumanorum terra 572, 25.
Valvensis *(Valve)* eccl. 149, 1.
Vanna Dulcebene merc. Florent. 612, 30.
de Vanzati *v.* Davanzati.
Vapicensis *(Gap)* episc. 267, 35.
Vasconia *v.* Wasconia.
(Vasio) Nasionensis *(Vaison)* episc. 267, 35.
Vatacius, Vastagius, Vastigius, Battacius (Iohannes III) imp. Grecorum 236, 10. 244, 25. 266, 1. 291, 40. 301, 45. 419, 10. 423, 25. 424, 40. 429, 5. 450, 10. 470, 10. 562, 15; uxor: Anna sive Constantia.
Vatiensis *(Waitzen)* episc.: Stephanus II.
Vaucultur, *Vaucouleurs* 137, 40. 410, 1. 448, 10.
de Vexen (?) rex 524, 30.
Velletrensis *(Velletri)* card. episc. *v.* Ostia.
Venetia, Venecia, Venesia, civ. 114, 35. 317, 10. 504, 1. 573, 25. — Veneti, Venetiani 28, 30. 183, 30. 201, 35. 205. 242, 5. 284, 35. 308, 10. 321, 40. 322, 5. 426, 5. 452, 40. 482, 50; dux: Iacobus Teupuli. — Venetus: Vitalis.
Ventiensis *(Vence)* episc. 267, 30.
Venusina *(Venosa)* eccl. 156, 5; episc.: Bonus. — Venusinum monast. 149, 5.
Vercella, Vercellis, civ., *Vercelli* 143, 1. 230, 10. 295, 10. 416, 40. 475; episc.: Iacobus.
Verdensis *(Verden)* episc. 267, 20.
Verdunensis *(Verdun)* episc. 267, 25; episc.: Gerardus.
Verolae, Verulae, *Veroli* 57, 15. 158, 30.
Verona civ. 158, 30. 565, 30; episc. 39; episc.: Ratherius; min. fr. Minorum: Crescentius.
(Vesontio) de Besencia, Bisuntinus archiep. 267, 30; archiep.: Gaufredus.
Vespasianus imp. 350, 1. 530, 30.
Vetus de Monte mag. Assisinorum 38, 15. 145, 10.
Vicedominus: Philippus.
Viciens, *Vincennes* 616, 30.
(Viciliacum) Unciliacum, *Vezelay* 252, 30.
S. Victoris eccl. Paris. 448, 35; de S. Victore: Hugo, Ricardus.
S. Victor 20, 25.
Victor I. papa 529, 40.
Victor II. papa 530, 25.
Victor III. papa, Desiderius abbas Cassin. 28, 30. 110, 55. 530, 30. 586, 1.
Victor IV. papa, Octovianus card. 31. 112, 5. 252, 50. 437. 444, 25.
Victoria civ. 293, 20. 294, 40. 297, 20. 305. 316, 1. 424, 15. 425, 10. 451, 45. 452. 474, 35.
Vienna, Wienna, Ginatia, Gynacia, Gyniaca, civ., *Wien* 36, 55. 209, 30. 231, 40. 395, 5.
Vienna, Viennia, civ., *Vienne* 195, 5. 464, 30; cives 195, 5; archiepiscopus 267, 35; archiep.: Guido (Calixtus II. papa). — Vienais 660, 10. — Vianenses denarii 291, 25.
Vigiliarensis *(Bisceglie)* eccl. 149, 1.
Vigilius papa 20, 40. 107, 35. 529, 1.
Villanus Luchetti merc. Pistor. 612, 35.
de Vineis, Vinea: Petrus.
de Vincentia, de S. Vincentio *(Vicenza)* episc. 598, 10; episc.: Reinaldus; de V.: Iohannes fr. Praedicat.
S. Vincencii monast. (de Vulturno) 156, 5; abbas: Oddorinus.
(Vindocinensis) de Wendosme comes: Burcardus.
Vitalianus papa 529, 15.
Vitalis Venetus 114. 115, 1.
Vitellus imp. 530, 30.
Viterbium, Vyterbium, Biterbium, Byterby, Biterbe, Viterbina civ., *Viterbo* 61, 15. 70, 5. 129, 10. 142, 20. 163, 25. 171, 20. 172, 45. 180, 1. 185. 187, 35. 222, 10. 229. 230, 1. 377, 40. 402, 30. 406, 40. 412, 25. 465, 30. 466. 468, 40. 483, 20. 484, 1. 511, 40. 538, 45. 539. 551, 25. 558, 10. 586, 45. 592. 634, 10. 669, 25; eccl.: S. Silvestri Minorum fr. — Viterbienses 182, 30. 185, 10. 229. 483, 25. — de V.: Reinerius card. diac.
de Vitriolo *(Vitry)*: Iacobus episc. Acon.
Vivariensis *(Viviers)* episc. 267, 35.
Vollusianus imp. 531, 5.
de Volta: Perrinus de Malachana civis Ianuensis.
Volsa *v.* Fuldense coenob.
Vortigernus rex Brittanniae 20, 25. 107, 10.
(Vratislaviensis) Vredialatensis *(Breslau)* episc. 267, 15.

## W (Gu). *Cf.* V.

W. de Florencia fr. Minor 561, 35.
Wailun, *Gaillon* 40, 5.
Walo, Gualo, Guales, card. presb. S. Martini 50, 1. 57, 30. 118, 15. 119, 25. 399, 35. 400, 10. 446, 30. 506, 30. 556, 40. 587, 30.
G(ualla) episc. Brixianus 168, 25. 198, 15.
Walaschus fr. Minor 477, 15.
(Walcherus) comes de S. Paulo 47, 1.
Waldemarus, Aldemarus, Aethelmarus, II. rex Daniae 185, 35. 201, 35. 319, 35. 323, 15. 414. 429, 20; fil.: Ericus IV, Abel, Christophorus.
le Waleis, Waleys: Henricus maior London.
Walemound, Welemund: Henricus.
Waleranus episc. Berytensis 242, 5. 257, 10. 418, 15. 450, 45.
(Waleramus) V. dux Limburg. 334, 15. 340, 35.
(Walramus), fr. Henrici IV. com. Luxemburg, 520, 25.
Walerannus Theutonicus castellanus

Berchamstudiae 50, 30. 220, 45. 401, 50; *falso* Ranulfus 49, 25. 118, 10. 399, 30.

**Walerannus, Walerand, Walrand, Waleran, Walram, Waleraun:** Robertus, Iohannes.

de Gwalgano: Gregorius card. presb. S. Anastasiae.

Walingefordia, Walingeford, Walingford, Wallingforde, Waleugforde, castellum 234, 20. 304, 5. 314, 20. 328, 1. 417, 25. 425, 5. 449, 50. 481, 25. 514, 35. 516, 25. 550, 10. 554. 668, 15; prior: Thomas.

Wallia *(Wales)* 66, 35. 212, 40. 220, 40. 440, 40. 454, 25. 463, 45. 511, 20. 525, 25. 538, 1. 542, 10. 559, 30. 636, 45. — Wallenses, Walenses, Wallici; Walays 69, 15. 362, 10. 363, 15. 368, 25. 376, 1. 380, 10. 492, 35. 511, 20. 519. 525, 15. 597, 35. 619, 25. 640, 20. 658, 10; rex 73, 15; princ.: Edwardus (II. rex Angliae); capitan.: Leolinus. — Walensis: Philippus fr. Minor.

(Walsingham) Wausigham 617, 40.

**Waltherus, Walterus, Walterius, Gualterus; Walter.**

(Walterus de Eynsham) elect. archiep. Cantuar. 63, 5.

(Walterus) Gray archiep. Eborac. 68, 30. 138, 1. 225, 15. 465, 40.

Walterus Giffard archiep. Eborac. 518, n. 3. 558, 5.

Walterus archiep. Rothomag. 38, 20.

Walterus de Salerne archiep. Tuamensis, decanus London. 549, 5.

Walterus Lotharingus episc. Hereford. 27, 40. 28, 1. 110, 35.

Walterus de Sufeld episc. Norwic. 247, 5. 419, 30.

Walterus de Langetoun episc. Lichefeld. 503, 5. 655, 30. 656, 5.

(Walterus) episc. Pictav. 503, 45.

Walterus de Mertona episc. Roff., cancellarius Edwardi I. regis Angliae 543, 20.

Walterus de Cantelupo episc. Wigorn. 196, 5. 248, 30. 385, 1. 386, 15. 419, 40. 515, 10. 549, 30.

(Walterus V. de Hertaing) abbas S. Amandi 256, 30.

(Walterus) abbas S. Petri de Burgo 250.

Walterus de Reigate nuntius apost. 479, 5. 566, 25.

Walterus de Hemingburgh canon. Gisburn. 646, 5.

Walterus mag., Anglicus, fr. de ordine Praedicat. 65, 20. 66, 20. 404, 10. 507, 25.

Walterus de Ocra 215, 30. 221. 238. 245, 10. 267, 1. 277, 35. 284. 287. 419, 15. 422, 20. 471, 35. 508, 15.

G(ualterus) comes Ioppensis 236, 45.

Walterus de Avenis 50, 40. 119, 1.

Walterus de Bello-campo 619, 35.

Walterus Bucc, Buuc, 48, 15. 49. 118, 10. 399. 506, 25.

Walterus Hervi maior London. 537, 35. 545, 30. 546.

Walterus de Lascy 311, 20. 428, 5; fil.: Matilda.

(Walterus de Nemause) marescallus Franciae 51, 10.

Walterus de Scotinni 389, 25.

Wandali 23, 45.

S. Wandregisilus abbas 21, 1. 107, 35.

de Wareduna, Wardune *(Old-Warden)* abbas: Adam.

de Warennia, Waranna, Warenne, Wareine, com. *(de Surrey)*: Willelmus, Iohannes; de W.: Florencius miles.

**Warinus, Gwarinus, Garinus.**

Warinus de Canbrugia abbas S. Albani 114. 395, 35. 438. 445, 10; fr.: Matheus.

Garinus mon. S. Albani, nepos Warini abb., 438, 5.

Garinus de Sedenefeld fr. Minor 566, 20.

(Warinus) mag. Hospitalis S. Iohannis 55, 20. 61, 30.

Warinus de Bassingeburne custos Bristolli 481, 25. 516, 25.

Warmatia, Warmesia *v.* Wormatia.

Wasconia, Vasconia; Gascoun, Gascoyn 318, 40. 322. 328, 40—330, 40. 332, 40. 333, 35. 349, 40. 354, 25. 371, 15. 377. 432, 20. 433, 40. 440. 481, 15. 502, 20. 506. 509. 511, 25. 521, 1. 538, 1. 598, 5. 606, 30. 626, 10. 654, 15. 656, 1. 657, 10. 659, 5. — Wasconenses; Buscle 322, 15. 328. 329. 356, 25 660, 10; Wasconensis: Rustandus mag.

Wausigham *v.* Walsingham.

de Wautone: Symon episc. Norwic.

(Wecellus) Gugsinus de Camino 198, 30.

de Weiz *(Wied)* comes: Georgius.

Welemund *v.* Walemound.

Wellenses episc. *v.* Bathon.

(Wenceslaus) III. rex Bohemiae 206, 20. 208, 15. 210, 40. 211. 232, 10.

Wendosme *v.* Vindocinensis.

de Wendovre: Ricardus canon. London., Rogerus.

Guenelo 50, 30. 399, 40; eius stirps 483, 30.

de Wengham: Henricus episc. London.

Wengrave *v.* Wingrave.

Wermesia *v.* Wormatia.

Guerra: Guido.

de Weseham: Rogerus episc. Cestrensis.

Westchep in London., *Cheapside* 537, 30.

de Westleia *(Westley)* eccl. 318, 20.

Westmonasterium; Westmoustre, Westmoster, *Westminster* 32, 1. 33, 25. 66, 30. 70, 35. 71. 129, 45. 130, 10. 196, 5. 201, 10. 225, 20. 228, 40. 229, 5. 250, 5. 341, 35. 354, 10. 393, 30. 407. 408, 30. 416, 30. 433, 35. 449, 30. 479, 25. 482, 20. 484, 5. 487, 1. 490. 499, 1. 508, 10. 518, n. 3. 532. 534. 536, 1. 537, 25. 538, 15. 540, 20—542. 549, 15. 553, 30. 554, 20. 594, 20. 595. 600. 601, 35. 610, 45. 635, 25. 661, 40; capella: S. Stephani; S. Edwardi feretrum 484, 5; monachi 504, 1; conventus 294, 25; abbas: Ricardus.

Westsaxones 25, 5; regum statuta 24, 15. *Cf.* Saxones Occidentales.

Wibertus archiep. Ravenn., Clemens III. antipapa.

S. Wibertus fundator monast. Gemblac. 25, 40. 109, 60.

(Wicboldus) decanus Colon. 609, 25.

**Wido, Guido, Guydo, Gwido, Gwydo, Gydo; Gui, Gwy.**

Guido archiep. Vienn., Calixtus II. papa.

Guido card. episc. Sabin., Clemens IV. papa.

Guido de Crema, Paschalis III. antipapa.

Guido card. presb. S. Laurentii in Lucina, abbas Cistercii 557, 30. 558, 25.

Guido episc. Camerac. 642, n. 5.

(Guido) episc. Suession. 288, 10.

Gwido rex Ierosolim. 586, 25.

Guido comes Flandr., fil. Willelmi Damper, 334, 20 (*falso* Baldewinus). 339, n. 6. 341, 10. 491. 493. 499, 30. 340, 15. 518, 25. 519. 520, 30. 525. 526. 597, 10. 600, 25. 602, 35. 603, 10. 617, 45. 618. 619, 5. 638, 45. 640. 642—644. 656, 20 (*falso* William). 657, 35. 659; liberi: Robertus, Guido, Philippa, Willelmus.

Guido, fil. Guidonis com. Flandr., 500.

(Guido) III. comes S. Pauli 334. 551, 10. 591, 20.

(Guido) IV. comes S. Pauli 497, 40.

Guido de Monte-forti, fil. Simonis com. Leicestr., 482, 45—484. 538, 40. 539. 551, 25. 554, 35. 558, 15. 592. 601, 30. 634, 10. 669, 30; uxor: Margareta.

Guido de Neel marescallus Franciae 495. 660, 1.

Guido Bertaldi merc. Florent. 612, 35.

Guido Guerra 247, 35.

Guidy: Bartholomeus.

Wienna *v.* Vienna.

Wigandus de Huftersheim 619, n. 6.

Wigorniae, Wygornienses *(Worcester)* episc.: Aldredus, Symon, Walterus de Cantelupo, Nicolaus, Willelmus.

de Wyleby: Philippus.

**(Wilhelmus), Willelmus, Guillelmus, Gillelmus; Willem; William, Willam. — Wimo.**

Willelmus Papiensis card. episc. Port. 32, 1. 112, 5. 393, 15.

Willelmus card. episc. Sabin., episc. Mutin. 262, 30. 290, 25. 291, 40. 302, 40. 324. 423, 20. 451, 30. 473, 40.

Guillelmus card. presb. duodecim Apostolorum, abbas S. Facundi 262, 30.

(Willelmus) card. presb. S. Clementis 613, 15.

Willelmus card. diac. S. Eustachii 335, 35. 338, 5. 349. 352, 20. 356, 5.

(Willelmus) archiep. Burdegal. 52, 5.

(Willelmus) archiep. Eborac. 503, 10.

Willelmus (de Campania) archiep. Remensis 34, 25.

(Willelmus de Joinville) archiep. Remensis 52, 5.

Willelmus archiep. Trever. 33, 25.

Willelmus archiep. Tyrensis 34, 5. 391, 1.

Willelmus de Marchia episc. Bathon. et Wellensis, thesaur. Edwardi I. regis Angliae 559, 20. 603, 35. 610, 40.

(Willelmus) episc. Cenomann. 436, 5.

Willelmus de Cornhulle episc. Cestrensis 506, 30.

Willelmus I. episc. Eliensis, cancell. Ricardi I. regis Angliae 35, 20. 37, 35. 38, 1. 40, 25.

Willelmus II. de Kinkelni episc. Eliensis 352, 35.

(Willelmus Brewer) episc. Exon. 55, 20. 61, 30. 66, 20. 71, 40. 72, 40. 73, 1. 120, 40. 130, 5. 131. 402, 5. 407. 419, 40. 447, 5.

Willelmus Blesensis episc. Lincoln. 397, 20.

Willelmus de Rale episc. Norwic. et Winton. 203, 30. 235. 242. 409, 30. 464, 40.

(Willelmus de Arvernia) episc. Paris. 122, 10. 207, 1. 296.

Willelmus episc. Thefford. 586, 5.

Willelmus electus episc. Valent. et Leod., fil. Thomae I. com. Sabaud., 132, 35. 133, 40. 136. 144, 15. 146, 1. 147, 25. 151, 10. 179, 45. 180. 190, 1. 196, 1. 235, 25. 276, 5. 375, 25. 409. 411, 10. 412. 448. 465.

(Willelmus) episc. Wigorn. 503, 5.

Willelmus abbas S. Albani 438. 439.

(Willelmus) abbas Clarevall. 215, 45.

(Willelmus) abbas S. Dionisii 314, 10. 315, 1.

(Willelmus) abbas S. Michaelis Virdun. dioec. 554, 1.

Willelmus abbas de Sautre 522, 45.

Guillelmus de Shirewode thesaur. Lincoln. 575, 10.

Willelmus de S. Amore mag. Paris. 363, 25.

Willelmus de Dunelmo mag. 122, 35.

Willelmus de S. Edwardo mag. 330, 40. 358, 20. 440, 15.

Willelmus de Powic mag. 254, 5. 261. 420, 35. 471, 45.

Willelmus Hardel cler. et civis London. 144, 10. 411, 1. 465, 10.

Willelmus de S. Edmundo mon. S. Albani 330, 40. 440, 10.

Willelmus de Horiuna mon. S. Albani 358, 10. 371, 15.

Willelmus de Rissanger mon. S. Albani 518, 10.

Willelmus Malmesbiriensis mon. 29, 50. 392, 20. 531, 35.

Willelmus fr. Minor, socius S. Francisci 120, 50.

Willelmus de Esseby fr. Minor 568, 10.

Willelmus de Notingham fr. Minor 563. 565, 45. 567, 1. 568.

Willelmus (de Rubruk) fr. Minor 572, 15.

Willelmus de Abendune fr. Praedicat. 145, 5.

Willelmus de Hothom fr. Praedicat. 637, 10.

Willelmus Templarius 384, 15.

Willelmus Flemingus philos. 582.

Willelmus rex Rom., II. comes Holland. 291. 294, 5. 295. 298, 10. 306. 311. 312, 15. 320, 5. 321, 20. 328, 15. 334. 338. 339, 40. 341. 344, 15. 351, 1. 356, 5—358. 366, 1. 423. 424, 30. 428. 429, 35. 431, 5. 432, 5. 451. 452, 10—455, 1. 474. 475, 15. 486, 5. 508. 509. 523, 40. 531, 25. 589, 25 590, 10. 593, 25. 599. 633, 10; fil.: Florentius IV.

Willelmus I. Bastard rex Angliae, II. dux Normanniae 28. 107, 15. 110, 55. 390. 434, 25. 586, 5. 629; uxor: Matildis; fil.: Robertus, Willelmus II.

Willelmus II. rex Angliae, fil. Willelmi I. regis, 586.

Willelmus (Leo) rex Scotiae, fil. David regis, 41, 30. 522—524. 630, 40. 631. 652, 20; filia 630, 40. 631. 652, 20

Willelmus I. rex Siciliae, fil. Rogeri II. regis, 31, 35. 111, 50. 392, 50; fil.: Willelmus II.

Willelmus II. rex Siciliae, fil. Willelmi I. regis, 33, 20. 35, 20. 37, 40. 39, 35. 73, 20 (*falso* Rogerus). 112, 30. 118, 20. 155, 25. 323, 5. 531, 40. 649; uxor: Iohanna.

Willelmus (de Luneburg), fil. Henrici Leonis ducis, 33, 45. 444, 40.

Willelmus de Magna-villa, Mandevilla (comes de Essex) 112, 35. 393, 35.

Willelmus Damper (*Dampierre*) 339; filii 339, 25; uxor: Margareta; filii: Willelmus, Guido, Iohannes.

Willelmus Damper comes Flandr., fil. Willelmi, 279, 45. 339, 25. 340, 15. 341, 10.

Willelmus, fil. Guidonis com. Flandr., 641, 35.

Willelmus I. comes Holand. 44, 15. 45, 20. 51, 20. 398, 35. 445, 50.

Willelmi (Ildebrandeschi) com. terra 241, 15.

(Willelmus) comes de Joegni 340, 20.

(Willelmus) IV. comes Iuliac. 593, 5.

Willelmus Marescallus (III. comes de Pembroke) 119, 20.

Willelmus Marescallus IV. comes de Penbrochia 142, 20; uxor: Alienora.

Willelmus de Walence (IX. com. de Pembroke), frater Henrici III. regis Angliae, 516, 1.

Willelmus Longa-spata III. comes Saresber., fil. Henrici II. regis Angliae, 43, 30. 44, 15. 45, 25. 46, 20. 49, 20. 372, 1. 398. 429, 10. 445, 50. 446, 20. 463, 15. 506, 35. 556, 5. 587, 20; fil.: Willelmus.

(Willelmus) *vocatus* comes Saresber., fil. Willelmi Longae-spatae, 134, 1.

Willelmus I. comes Arundell. (Sussex.) 435, 10.

Willelmus IV. comes Arundell. (Sussex.) 506, 40.

(Willelmus) comes de Warenna 435, 1. 666, 15.

(Willelmus) castell. de S. Audomaro 49.

Willelmus) de Bello-monte 49.

Willelmus de Cantelupo 254, 5. 420, 35.

Wimo (Willelmus) de Conpesa 192, 35.

Willliam dom. de Fens 660, 1.

Willelmus de Forz 35, 35.

Willelmus Gernun 48, 1. 399.

Willelmus de Haselbech 545.

Willelmus de S. Hermete Pictavensis 380.

Willelmus de Huntihoft 384, 15.

Gillelmus de Mannia 284, 25.

Willelmus Martel 435, 1.

Willelmus de Merlou 39, 40. 115. 396; filius 39, 40.

Willelmus de Nogareto senescallus Philippi IV. regis Franc. 622, 40. 624, 45.

Willelmus de Redham vicecom. Norfolchiae 606, 15.

Guillelmus de S. Severino 282. 284, 25.

Willelmus de Stagno 36, 50.

Willelmus de Tocco notarius Friderici II. imp. 154, 20. 157, 35.

Willelmus de Wimes 49.

Willelmus cogn. Wither 127, 15. *Cf.* Robertus de Thuenge.

Willelmus de Ypre 435, 1.

Willelmus, fil. Ricardi, collector London. 545, n. 5.

Wiltoniensis comes: Athelmus.

Wyme fl., *Witham* 659, 1.

de Wimes (*Wismes*): Willelmus.

Wymundus Alemannus fr. Minor 563, 5.

Winchecumbe, *Winchcomb* 281.

Winchilse, Wynchelse, *Winchetsea* 549, 30. 597, 15; de Wynchelese: Robertus archiep. Cantuar.

Windleshores, Windeleshores, Wyndelesores, Wyndesore, Winslesore, Wyndsoures, *Windsor* 48, 1. 50, 25. 189, 10. 299, 25. 399, 40. 479, 1. 482, 20. 536, 30. 551, 1. 617, 45.

Windorum, Winidorum rex: Wirtigern.

S. Wynevalli monast. Monasterioli 22, n. 2.

Winfridus *v.* Bonefacius.

de Wyngrave, Wengrave (*Wingrave*) eccl. 324, 35. 440, 20.

Wintilimine civ., *Ventimiglia* 35, 10.

Wintonia, Wyntonia, Vintonia; Winchestre 33, 45. 44, 40. 132, 15. 304, 5. 389, 25. 408, 15. 425, 20. 444, 40. 448, 5. 548, 15; hosp. S. Crucis. — Winton. episcopatus 151, 15; conventus 179, 40; episc.: Petrus de Rupibus, Willelmus de Rale, Aethelmarus, Iohannes Gernsey, Iohannes de Pontisara; de W.: Rogerus.

(Wirtemberg) de Citobergo comes: Ulricus.

Wirtigern, Wirrigern, rex Winidorum 26, 15. 110, 15; uxor: soror Canuti I. regis Angliae.

Guiscardus cler., fr. Stephani prioris de Thefordia, 301, 25.

Wiscardus, Guichard *v.* Robertus.

le Wythereis, *fautores Willelmi Wither* 127, 40.

Withichindus dux Saxonum 21, 35. 108, 30.

de Withz: Ricardus episc. Cicestrensis.

Witsandia, Sanwicum, portus, *Wissant* 226, 35. 408, 25.

Woden, Mercurius 108, 1. 109, 35.

Wodo Italus mag. 435, 1.

Wolsa *v.* Fuldense coen.

(Wormatia) Warmatia, Warmesia, Wermesia, *Worms* 28, 15. 72. 130. 131. 407, 30. 443, 25; episcopus 267, 20; episc.: Landolfus.

de Wossemarmut: I.

Wudestoc, *Woodstock* 292, 1. 423, 30.

Wymundham, *Wymondham* 440, 15.


## X.


Xaphat soldanus de Khelat, fr. Kamel, 63, 45.


## Y. *Cf.* I.


(Yahia-Abu-Zakaria) rex Tunicus 149, 10. 156, 25. 160, 35.

Yarnemuthe *v.* Gernemue.

Ydrotinensis *v.* Hydront.


## Z.


Zacharias papa 529, 25.

Zacharie: Benedictus pirata.

(Zagrabiensis) Lagabriensis (*Agram*) episc. 267, 45.

Zenon imp. 531, 25.

Zephirinus papa 529, 15.

Zingiton (Dschingis-kan) rex Tartarorum 207, 10.

Zosimus papa 529, 35.

la Zuche: Alanus.

# GLOSSARIUM.

## SCRIPSIT L. DE HEINEMANN.

acquietare aliquem versus aliquem 545, 1.
ades, *Ital. 'adesso', subito* 623, 10.
ad cicius 608, 35; ad tardius, *'au plus tard'* 543, 35.
afforari, *venire* 537, 5.
affugare = expellere, fugare 302, 40.
aldermannus 534, 1 *et saepius.* — aldermanria 552, 35.
alix, *convulsio membrorum* 246, 30.
alleatus = allio conditus 341, 20.
alleviacio, *levamen* 492, 30.
allocare, *attribuere ex fisco* 535, 40.
alumen, *'alaun'* 537, 5.
aly, *Gall. 'allez'* 623, 15.
ambaxacio 216, 30.
amerciare 371, 15. — amerciamentum, *mulcta* 532, 10.
amirallus 539, 10.
anticus, *testis in inquisitione iuratus* 522.
apporriatus, *ad inopiam redactus* 201, 20.
aquilae, *monetae* 643, 1.
argumentosus, *callidus, astutus* 382, 40.
arreragium, *debitum reliquum* 538, 30. 546. 547, 1.
arrestare, arestare 539, 35—541. 610. — arestatio, arrestum 491, 15. 610, 5.
aspidale venenum 431, 45.
assesinus, *sicarius* 286, 5.
assidere, *censum imponere, assignare* 407, 35. 545. 546. — assessio 545, 10. 547, 1.
attachiare, *'in haft nehmen'* 47, 40; atachiare per salvos pleggios 537, 25.
attornatus, *procurator constitutus* 523, 15. 547, 1; *exornatus* 534, 20.
aurifrisium 279, 25. — aurifrigiaria, *'goldstickerin'* 407, 35.
averium, *'waare'* 537.
baiulus 155, 10. 311, 25.
ballivus 125, 25. 126, 5. 241, 10. 537, 25. 603, 1; bailif 496, 20. — balliva 127, 20. 532, 30. 540, 5. 541. 617, 15. 618, 20. *et saepius;* ballivia 552, 35.
balteum, baltheum, militare 201, 15. 502, 40. *Cf.* cingulum.
bancum, *iudicium regis, Angl. 'king's bench'* 314, 15. 514, 40.
banere, *vexilla* 431, 35. — banerettus 495.
bannum 240, 25; bannium 183, 30. — banniacio 232, 15. — bannezatus 298, 30.
baratator, *impostor, deceptor* 176, 35. 177, 25.
baronagium, barnagium 180. 245, 20. 354, 15. 382, 20. 383, 15. 384, 10. 385, 1. 386, 20. 388, 35. 419, 15. 508, 15.
baskettum, *'korb'* 537, 5.
bedellus 290, 25.
bedewerus, *latro* 383, 1.
biblioteca, *scriptura sacra* 397, 40.
bisantius 36.
bladum, *frumentum* 534, 15 *et saepe.*
bostar, *stabulum boum* 301, 5.
brasilium, *'brasilienholz'* 537, 5.
broc vel brochet, *situla parva* 442, 10.
bucca, *navium species* 35, 10.
burgum 71, 45 *saepius.* — burgenses 495, 45. — bursesaticum, *bonum in burgis quod iure civili, non feodali tenetur* 155.
bursa, *crumena* 346, 15.
camisia 232, 20.
capa 232, 20; c. choralis 279, 25; c. clausa et manicata 379, 20.
caparo, *cuculla, brevior capa* 561, 35.
capellum, *'hut'* 72, 25.
carbunculi quos vulgo rubiz appellant 36, 35.
carcata navis, *n. onerata* 617, 10.
cariare, *vehere* 610, 30.
carpentum, *pompaticum vehiculi genus* 427, 30.
carruca vel carrochium, *standardus Mediolanensium* 135, 10. 138. 141. 159, 15. 297, 15. 298. 410, 20. 448, 15.
carucagium, *'pflugsteuer'* 131, 35. 245, 40.
casale, *casa, tugurium* 70, 1.
catallum, *bonum mobile* 537, 45. 538. 540. 541, 25. 542. 617, 20.
catus, *machina ad murum suffodiendum* 52, 30.
cenofarus, *fort. pro* cynophago 232, 1.
centenarius, centinarius, *'zentner'* 537.
ceratia, *fort. pro* cerasa (*'kirschen'*) 231, 30.
chelandra, *navium species* 57, 40. 58, 5.
cingulum militare 140, 30. 372, 30. *Cf.* balteum.
cintillare *pro* scintillare 226, 40.
cisimus, *Germ. 'hermelin'* 302, 1.
ciula, ciuula, *Anglosax. 'ceol', cymba* 20, 30.
claimum, *actio, vindiciae* 603, 40.
classicum, *campanae pulsatae* 397, 25. 399, 1.
clavum, *Angl. 'clove', pondus 7—8 libr.* 537, 10.
coesse 492, 20.
cogga, *Angl. 'cog', navium species* 50, 10.
collarius, *'packträger'* 375, 25.
comestabulus 167, 10.
communa, comuna, *'commune'* 546, 20. 547, 1.
Conanus, Conan, *rex Britt.* 107, 25.
conyng, *Flandr. cuniculus* 498, 5.
cornuta privilegia *de mitra* 437, 30.
costerium, *'küste'* 606, 30.
cota, *'kutte'* 612, 5.
crastinastum = crastinum 309, 5.
credencia *v.* literae de cr.
crocardi (crocars), *monetae* 643, 1.
cuning, *vox German.* = rex 107, 25.
curtinatus, *aulaeis exornatus* 534, 10.
custuma, *'zollabgabe'* 610, 30.
dearestare, *'aus der beschlagnahme freigeben'* 610, 20.
degradatus 534, 10.
demanium = dominium 155, 1.
deponere, *'zeugnis ablegen'* 344, 40.
deportare, *indulgentius tractare, tributo minore quam iustum fuit imposito* 545, 15.
derobare 623. 624, 1. 625.
detunicare, *'enthüllen'* 214, 30.
diffidare, *'treue aufkündigen'* 515; diffidire 44, 5 *et saepius.* — diffidatio 515.
disracionare 304, 15.
draparius, *officialis Hospitalis S. Iohannis* 313, 35.
elongare, *auferre, abripere* 522, 35.
equus clitellarius 251, 45 (quem summarium vocamus).
eskarletum, scarletum, *pannus coccineus, 'scharlach'* 302, 1. 345, 5. 484, 40.
esterlingus *v.* sterlingus.
examitus, ἑξάμιτος, *pannus holosericus* 344, 25.
excaldatus, *'verbrüht'* 387, 40.
exeanium = xenium 170, 35.
excambium, escambium 36, 55. 532. 537, 30 (*'münzbank'*). 643; scambium 371, 15. — escambiator 320, 5.
expectabilis = spectabilis 228, 35.
feodalia 155, 20. — feodarius 186, 25.
feoffamentum, *datio ad feudum* 407, 35.
fercularium vas, *'speiseschüssel'* 71, 35.
finaliter = *postremo* 623, 25.
finis, *pactum de certa summa pecuniae fisco solvenda* 536, 5 (mulcta). 618, 25.
firmaculum, *fibula* 325, 40.
firmarius, *'pfründenpächter'* 137, 5.
fiscus imperialis 154, 25.
folkesmotum, folksmotum, *conventus omnium civium* 534.
forisfacere 543, 5. 617, 20. — forisfactura, *'strafe der verwirkung'* 492, 10. 537, 20. 543, 15. 617, 20. — forisfactum 522, 40.
forulus = foruli, *'kasten, börse'* 439, 20.
fretherizare 280, 35.
frodos, id est spuma maris 108, 5.
fururia, *Gall. 'fourrure'* 302, 1.
galea, galeia, gallia, *'galeere'* 35, 10. 58. 126, 5. 215. 216 *et saepius.*
garba *v.* sceaf.
garcio 185, 15.
gardianus, *custos conventus fr. Minorum* 208, 20 *et saepius.*
garlanda, *'kranz'* 545, n. 4.
gavelocus, *Anglosax. 'gafeluc', Gall. 'javelot', hastile* 358, 1.
genealis patria 243, 10.
gesa, *hasta* 358, 1.
gingeber = zingiber 537, 5.
grana, *'kermes'* 537, 5.
grisium, *'grauwerk'* 602, 45.
grunnire, *murmurare, indignari* 245, 10.
hokedai, *Angl. 'hockday', secundus dies Martis post pascha* 380, 1.
homagium 43, 30. 178, 30. 189, 10. 280, 10. 346, 40. 353, 20. 370, 10. 423.
horripilacio 246, 30.

husser, *'huissier', navis qua equi transvehuntur* 446, 25.

hustingum, *curia iudicii municipalis* 534, 25.

ignobilitare 328, 15.

incartare 328, 40.

incortinare, *aulaeis expositis ornare* 386, 35.

indictatus, *accusatus* 534, 25.

inprisius, *partibus alicuius favens* 47.

irrotulacio 546.

iusticjarius capitalis 534, 35.

kidellus, *Angl. 'kiddle', Germ. 'fischwehr'* 509, 35. 601, 15.

lanutus, *lanosus* 610, 1.

lastum, *'last'* 610, 20.

lecturire (in theologia) 363, 25.

legista 353, 35.

leoninae dormientes, *monetae* 643, 1.

leporarius, *'jagdwindhund'* 407, 35.

liberare, *tradere, 'livrer'* 550, 10. 615, n. 5.

libertas, *territorium ex hundredo exemptum* 618, 10.

librata, *libra pecuniaria redditus annui* 359, 5.

ligantia 346, 40. 370, 10. 385, 15. 423. — ligium homagium, hominium 263, 35. 290, 30. 294, 5; l. feodum 50, 5; l. dominium 188, 40; ligius homo 40, 1.

limbus literatus, *'legendenrand auf münzen'* 292, 10.

litterae de credencia 175, 25. 388, 40; l. bullatae 259, 25. — literatorie, *per epistolas* 145, 35.

lupus, *morbus, carcinoma* 310, 10. 427, 30.

mahumereia, *'moschee'* 34, 20.

maior, *Angl. 'mayor'* 534, 5 *et saepius.*

mala-tolta, *exactio iniusta* 47, 40.

mancusa 24, 20.

manerium, *'ritterlehen, gutshof'* 401, 50. 514, 40. 535, 15. 549, 20.

mangonellus, *machina iaculatoria minor* 300, 25. 311, 30.

manu sua tertia, *'selbdritt'* 542, 15.

marinarius, *nauta* 606, 1. 617, 1. — marinellus 44, 20.

maritagium, *'heirathsgut'* 131, 35.

mastinus, *canis venaticus, Gall. 'mâtin'* 244, 40.

mediae manus homines, *vassalli qui habent vassallos* 34, 10.

mensurnus 321, 30.

mercandisa 610, 30.

mergus, *canis venaticus* 120, 10.

in misericordia adiudicare, *bonis confiscandis vel mulcta, regis 'misericordia' statuta, redimendis iudicare* 537, 30.

molosus, *canis* 409, 20.

monoculare 340, 15.

moretum, *pannus subfuscus vel niger* 379, 20.

Mosepha, *fortasse arabice* musâfaha, *i. e. 'handschlag'* 66, 10.

murthra, id est necacio 265, 40.

navicula cursatrix 195, 5.

novilunium 318, 10.

obaudire, *male audire* 58, 20.

obgrunnire, *murmurare* 294, 10.

opirus, *marcidus et mucidus* 300, 15.

ossosus = *osseus* 232, 45.

paagium, *'wegzoll'* 218, 25. 310. 376, 25. 427, 40. *Cf.* pedagium.

palefridus 130, 10. 251, 45 *et saepius.*

parlamentum, parliamentum 272, 1. 274. 275, 25. 286, 30. 288, 30. 337, 10. 380. 382, 15. 517, 25 *et passim.*

parcus, *'gehege'* 314, 15.

peciatus, *'geflickt'* 397, 40.

pedagium quod vulgariter paage dicitur 375, 30. *Cf.* paagium.

pesagium, *'wägegebühr'* 537, 20.

petraria, *machina iaculatoria* 52, 30.

piretum = biretum 489, 25.

pitantia, *portio monachica in esculentis* 568, 45.

planeta pontificalis, *casula* 70, 20.

pleggius, *fideiussor* 537, 25. 539, 40.

pleicia, *'hohlmass'* 537, 5.

pollárdi (pollars), *monetae* 643, 1.

ponticus = *maritimus* 301, 35.

potestas, *Ital. 'podestà'* 139, 40. 141, 30. 167, 1. 418, 30. 484, 30.

prisona 491, 10. 537, 30. 541, 10. — prisones 47, 30. 535, 30. 536, 1.

pro, *'trotz'* 546, 40. *Cf. Angl.* for.

proastium, *suburbium* 597, 35.

proceleuma nauticum, *cantus nautarum* 301, 35.

propaginitatus 211, 20.

prude[illegible]tus, *veste aulica ornatus* 602, 40.

rabiola 231, 30.

rastel, *Francogall. 'lambel', limbus tesserarius* 189, 40.

rati, ratones, *'ratten'* 390, 40. 45.

reclare, *in ius vocare* 534, 5.

roda, *vehiculum* 46, 1.

regere in artibus (in decretis, in theologia) 363, 25.

relevium, *pecunia certa, quam hominum feodatorum haeredes, ut feoda possiderent, dominis solvebant* 633, 35.

repagulatus 345, 5.

resortire, resorciare, *reverti iure successionis haereditariae* 523, 35.

restare = *sistere* 310, 30.

ribaldus 623, 45.

roba, *Gall. 'la robe'* 296, 25. 302, 1.

rotulus cancellarii 111, 10.

ruptor, ruptuarius, *miles stipendiatus* 33, 30. 48, 1. 274, 5. 322, 15. 396, 1. 403, 20.

salmarius, summarius, *'saumpferd'* 136, 40. 344, 25. 615, 20 *et passim.*

sanna, *'spott'* 247, 1.

sarabaita, *monachus nulli regulae addictus* 355, 10.

scaccarium, *curia fisci, Angl. 'exchequer'* 178, 30. 316, 40. 345, 35. 428, 35. 534, 1.

scaldingi, *monetae* 643, 1.

scambium *v.* excambium.

scarletum *v.* eskarletum.

schef, Gallice garba, *(iam 'sheaf', 'gerbe') 'garbe'* 24, 30.

sclavonia, *vestimentum longum militum peregrinorum* 484, 40.

scrofa, *machina ad murum suffodiendum* 52, 30.

scutagium, *'schildgeld'* 225, 20. 407, 35.

secta = *sequela, comitatus* 602, 40.

seisire 245, 20. 523, 35. — seisina, saisina 377, 10. 385, 15. 518, 15. 534, 25.

seriantia, *Angl. 'sergeanty', certum servitium quod feodatus domino ipse facere debet* 618, 20.

serpigo, *morbus serpens* 259, 1.

sicha *pro* sica 423, 1.

solarius, *'söller'* 72, 25.

spericus *pro* sphaericus 220, 15. 577, 15.

squivatus, *nummus aureus Ital.* 266, 15.

stangnum = stannum 220, 40.

sterlingus, *moneta* 643, 1 *et saepius;* esterlingus 439, 20.

stranlingum, *Angl. 'strandling', pellis sciuri hiemalis* 602, 45.

subvicarius 252, 40.

sufferencia, *induliae* 619.

summarius *v.* salmarius.

supertunica (pendens et clausa) 602, 45.

talliare, *'besteuern'* 545, 15. — tallia 149, 25. 155, 35. 160, 20. 174, 15. 188. 265, 5. 596, 20 *('quittungskerbholz').* — talia 226, 15. — tallagium 280, 30. 540, 15. 545—547, 1.

tenementum, *'lehen'* 518, 1.

tentorium, *sinus vestis* 602, 45.

tenura, *possessio* 47, 35.

theolonium 540, 15.

tolta *v.* mala-tolta.

tonsores monetarum 292, 10. 298, 1.

topazium, *'siegelring'* 239, 25. 274, 45.

torchea, *Angl. 'torch', 'fackel'* 603, 1.

torneamentum 339, 45.

trebuchettum, *Gall. 'trébuchet', catapultae species* 284, 20.

treuga 47, 30 *et saepe alibi.*

tricesima pars mobilium 136, 10.

tronium, *statera magna publica* 537, 20. — tronizare 537, 20.

uncea, *Gall. 'once', 'unze', leopardo similis* 390.

vadium, *Angl. 'wages', merces* 618, 45.

vasallus ligius 160, 25. *Cf.* ligantia.

visnetum, *iurata duodecim legalium hominum vicinorum* 545. 546.

warda, *Angl. 'ward', custodia regionis urbis* 534. 542, 20. 545, 20.

warderoba, id est conclave, *camera vestiaria* 251, 20.

wardus, *Angl. 'ward', pupillus* 618, 20.

werrinus, *'in krieg begriffen, feindlich'* 47, 40.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.